RAPSODIAE

# HISTORIARVM ENNEADVM

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI Ab orbe condito

Pars Prima quinque complectens Enneades : Prae-

millis earundem

Epocharum

ac Epico-

rum

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 6.º C. 17 N. 9.

Venundantur Lugduni, in aedibus
Nicolai Petit & Hectoris Penet.

R/7655

# RAPSODIAE HISTORIARVM ENNEADVM MARCI ANTONII Coccii Sabellici Ab orbe condito Pars Prima quinque complectens Enneades : Præmissis earundem Repertoriis & Epitomis.

4 19-43
1.5.R.35
Filología
DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 6º C. 174 N. 9.

Vænunt Lugduñ. in ædibus Nicolai Petit & Hectoris Penet.

Sequitur index rerum & verborū insignium in quinq; priorib⁹ Enneadibus huius Rapsodiæ M. Antonij Coccij Sabellici: in quo prior numerus pagellam, posterior vero Enneadem denotat. Pro cuius facili comprehensione, norit lector, si viri aut mulieris illustris nomē in indice inuenerit, quod non idem in margine signatum fuerit, quærat vbi signatum est Viri illustres, Et similiter de re prodigiosa, q̄rat signatū Prodigiū.


Aron, ei⁹ virga & interitus 34.j
Ababus rex 106.ij
Abdera & Adrastia 143.ij
Abelis cædes 2.j
Abdolomini ad Alexādrum magnū verba 289.iiij
Abiasaris rex 317.iiij
Abiæ victoria & mors 106.ij
Abigailis prudentia & nuptiæ, cum Dauide 88.j
Abimalechi crudelitas & interitus 66.j
Abydus vrbs 218.iij
Abydenorum miserabile facinus & excidium 297.iiij
Abyrus & Dathan cū Chore absorbentur 33.j
Abner occiditur 91.j
Aborigines qui sint 77.j
Abrahā vide Habrahamus 5.j
Absalonis cæsaries & paterni regni inuasio 94.j
Absalon vt rex hierosolymas occupat 95.j
Absalon interficitur 96.j
Absanes seu Abessan⁹. lx. liberos genuit 67.j
Absyrti cædes & absyrtides insulæ 53.j
Academ⁹, vnde Academia dicta 63.j
Achantus 197.iij
Acarnania 186.iij
Acarnanum coniuratio 426.v
Acerræ vrbs 375.iiij
Achabus rex iudæ 107.ij
Achamus seu achazus 124.ij
Achari sacrilegium & cædes 302.iiij
Achelous flu. purgatur 65.j Eius fit mentio 186.iij
Achæi vincuntur 499 Consultant & alienantur a Philippo 455.v
Achemenis consilium 135.iij
Acheron fluui. in Italia & in Epiro 283.iiij
Acherusia 178.iij
Achiæ oraculum 103.j
Achillis vulnus & mors 73.j Statua argentea 284.iiij
Achitophelis exitus 95.j
Accius poeta 503.v
Acies phanatica 187.iij
Acradinæ oppugnatio 267.iiij
Acrotati laus 358.iiij
Actius Nauius augur in sua arte fidens 149.ij
Adadus samariam depopulatur 107 Profligatus bellum reparat ibidē Occiditur 110.ij
Adagium Amasis 177.ij aliud 232 iij aliud 268 aliud 279 aliud 315. iiij
Adam & Aeua vnde 2.j
Adam rex capitur 39.j
Adhortatio Alexan. magni & Darij ad suos 298. iiij vide p̄ alijs Oratio.
Adramitanorum cædes 220.iij
Adrasti regis fuga 70.j
Adrasti gordij filij cædes 167.ij
Adulatio est pestis regum 286.iiij
Adulatio Athenie. propria 342.iiij
Aeacidarum exitus 377.v
Aeas flu. 415.v
Aedes mercurij 209.ij Cereris, Liberi Proserpinæ 212.ij Salutis 330 334. iiij Apollinis 331.iiij Concordię 331. iiij & 392.v Quirini 340.iiij Fortis fortunæ ibidem
Aediles 261.iiij
Aegeus cum Erithra 59.j Eius interitus 62.j
Aegeum mare 62.j
Aegeriæ & Numæ regis congressus 135.ij
Aegesti origo 74.j
Aeginitis datur sedes 337.iiij
Aegipanes 20 & 56.j
Aegyptij sunt aduenæ nō indigenæ 3.j Eorum vetustas 5.j
Aegypti pars aquis obruta 6.j
Aegyptij sunt æthiopū coloni 20.j. Eorum ritus 24.j
Aegyptus quarta pars mūdi 55.j Ei⁹ vetustas 147.ij
Aegyptij & Persæ cur non comburant cadauera 178.ij
Aegyptus rex 36.j
Aemylij verba ad Lentulum 394.v Interitus ibidem
Aemylij omen & prudentia 482 & 483.v Stratagema & certamē 483
Aemylius aurum inspectare noluit 484 Eius triumphus 485 Decretū in morte 491.v
Aeneę nauigatio 72.j Pactum cum achiuis. Errores, in Italiam & Siciliam aduentus. Sepulcrum 75.j Interitus 76.j bis
Aeoles qui fuerint 81.j
Aeorpata. i. vtricidę 54.j
Aequimelium 170.iij
Aequitas Aristidis 147.iij
Aeria quę nunc ægyptus 36.j
Aeschilus poeta 121.iij
Aeschines orator 250.iiij
Aes alienum discordiam ciuilem parit 209.ij
Aeris Corinthij colores 499.v quale sit ibidem
Aesculapius & ei⁹ templum duplex 347.iiij
Aeson & Ieucus flu. 239
Aesopus fabulator 172.ij
Aethiopię situs 20.j
Aethiopum ritus, libertas, victus, religio, literæ ibidem
Aethiopum formę, mores, vires, longeuitas 178.ij
Aethiopes rursus 293.iiij
Aetnę proluuium 59.j 193.iij
Aetnēn. cędes 415.v
Aetolorum vrbes 193.iij cum Achęis conuentus 398.v
Aetoli cum Ro. fœdus sanciunt 426 Eorum cędes 453 Motus noui 462 Defectio ab Ro. 463.v
Aetolis leges datæ 471.v
Aetoli cuniculos murales docuerunt impedire ibidem
Agathus rex occiditur 84.j
Agathyrsi 6.j
Agathyrsus scytha 190.ij
Agathoclis syracusani gesta & crudelitas 353 Eiusdem successus. perfidia, & filij cædes 354.iiij Eius exit⁹ turpis 355.iiij
Agesilai consilium 233 gesta 232 victoria 253 in ægyptum transitus 258.iiij
Agis rex lace. & eius virtus 201 222 iij & 304.iiij
Agylla quę nunc Cere. 150.ij
Agnus paschalis 27.j
Agnus masculus & fœmella natus 436 cum suillo capite 448 cū duobus capitibus 454 & 455.v
Agraria lex mota 123 200.iij Lata 504.v
Agragas 205.iij
Agrigenti vetustas 360.iiij
Aheni ebullitio sine igne 167 Ex cuspidibus constructio. 191.ij
Aiax vnde sit ortus 72.j
Aiothus æglonem necat 44.j
Alba conditur 77 & 78.j
Albani belli origo 137.ij
Albanorum defectio 141.ij
Albæ excidium, & albanę familię & coloniæ triginta 142.ij
Albani lacus deriuatio 222.iij
Alcamenes 215.iij
Alcęi poetę carmen 456.v
Alcibiadis oratio & petulantia 207 exilium 208 ad bellum missio 215 ab exilio reuocatio & gesta præclara 217.iij
Alcibiades capitur 220.iij
Alcibiadis adhortatio & stratagema 221 liberalitas in sacerdotes sine pręcio remissos ibidem, Victoria & audax facinus ibidem In patriam reditus 227. Imperium ei datū & abrogatum ibidem. Eius in suos officium 229.iij
Alcibiadis interitus 230.iij
Alcmeon 142.ij
Alcmionis auaritia qui se auro deformiter onerauit 122.iij
Alcmeonidæ delphicum templum ædificant 203.ij
Alexandri magni ortus 275. iiij Prima militiæ rudimenta 276 Indoles

283 Equus mirus ibidem
Alexã.mag.fit rex & dux Græciæ ibidem Eius virtus 284.iiij
Alexand.mag.verba de achille ibidē Clementia in Thimocliam & athenien. ibidem
Alexan.mag.cum Diogene congressus 283 Periculū ad granicū ibidē Victoria 285.iiij
Alexan.mag.exercitus,& ægritudo natādo in aqua frigida cōtracta,& in Philippū medicū fiducia 286.iiij
Alexan.mag.Solis vrbē capit,cū Dario cōgredit,acies instruit,adhortatur,vulneratꝰ vicit 287 & 288.iiij
Alexã.mag.temperantia.In matrē & vxorem Darij clemētia diuitiarum contemptus 288 & 289.iiij
Alexã.mag.ad literas Darij magnificū responsum 291
Alex.mag.p prefectos successū ibidē
Alexan.mag.vulneratur 291 & iouē Hāmonē adit 292 Eius felicitas & crudelitas 293
Alexã.mag.Hierosolymas properanti deus visus in habitu pontificali, & ideo Hierosolymæ pepercit 292
Alexã.mag.vulneratur & Hāmonis filius dicitur ibidem
Alexand.mag.& Darij concursus in prelio. & ꝙ victoriam furari se nolle dixerat 299
Alexan.mag.exercitatio cum a bello cessaret 300.iiij
Alexã.mag.susis potitur 300 & Babylonia ibidem
Alexã.mag.in græcos mutilos clemētia,& trās araxem expeditio 301.iiij
Alexan.mag.in Darium victoria & celeritas 303.iiij
Alexan.mag.ad milites oratio,& cū amazonum regina cōgressio & coitus 304.iiij
Alexã.mag.vita muratur in deteriorem.Roxanē ducit vxorē.Luxuriæ deinde instrumēta cōburit & cōiurationem in se factā sedat 306.iiij
Alexã.mag.& Romanorū in virtute bellica cōparatio 209
Alex.mag.Leonē strauit & se immodice iactat 314
Alexan.mag.ira & consternatio post necem Clyti 315
Alexan.mag.humanitas in militē frigore cōfectum,quem in solium receptum cōsolatur 315 Eiusdē munificentia & copiæ 316
Alexã.mag.Roxanē ducit & eius superbia ibidē de exercitu Poriverba facit 317 Sandrácas vincit & summum periculū in Mallis adit 321
Alexan.mag.de se ipso verba magnifica, & erratum maximū dū suos ebrietati indulgere permisit 322
Alexan.mag.æs alienum pro suis solvit 323
Alexand.mag Statyram ducit vxorem ibidem
Alexã.mag.mortis presagia & dubia causa 324.iiij
Alexan.mag.interitus ibidem venenum vnde sit petitum 133.ij
Alexan.mag.corpus sepelitur in egypto 325
Alexan.mag.visus Demetrio ad hostes transire 343 Successorum eius vltimum certamen 347
Alexandriæ in ægypto conditio & figura 293.iiij
Alexandria ad Tanaim construitur 308
Alexandria in India ædificat 322.iiij
Alexander miles. Alexand. mag. fortissimus ab Alexādro nominis sui monitus fortiter præliando occubuit 317.iiij
Alexander pheræus 241 Eius metus & cædes per vxorem 242.iiij
Alexandri Epirotæ gesta & interitus 283.iiij
Alexan.epireñ. 281.iiij
Alexand.Iudęi & ptolomęi affinitas 491 Eiusdem interitus 496.v
Algidū officina martis dicitur 174.ij
Aliatres rex 147.ij
Alieñ.clades Ro. 241.iiij
Allocutij dei templum 243.iiij
Alluuio terræ 192.ij
Alpes rumpuntur aceto,& cladē Annibal accipit 383.v
Alpheus in arethusam incidēs,& eiꝰ virtus 48.j
Althea sese suspendit 64.j
Amalechitæ cæsi 89.j
Amanis supplicium 158.ij
Amaramis 21.j
Amaris rex 106.ij
Amasias & eius gesta 115 & 116.ij
Amasis rex ægypti & eius lex 176 & 177.ij
Amasis & eius thorax 182.ij
Amasis prefecti dolus 194.ij
Amazonū origo & ritus 54 Bellum cum theseo 62.j
Amazones Priamo supetias ferunt 72.j
Amazonum regina Alexã.mag.adit vteri implendi gratia 305.iiij
Ambigatus gal.rex 239.iiij
Ambraciotarum consiliū defensio 185.ij
Amicitiæ belluarum 22.j
Amiculi gratia regnum Samiorum redditum 183.ij
Amilchar car. 133 & 231.iij
Aminthas in Macedonia regnat 176.ij
Aminanter restituitur 471.v
Aminthæ conatus 289.iiij
Amon interficitur 94.j
Ammonitę violant legatos,vincuntur & excidūtur ibidem
Ammonicum bellum 179.ij
Ammonem vide Hammonem adit Alexan. 292.iiij
Amnes retrorsum flexi 113.iij
Amphion & Linus 44.j
Amphionis cantus 46
Amphilochium 184.iij
Amphipolis conditores 198.iij
Amphitryo rex 47.j
Amiternum 339.iiij
Amulius numitorem pellit 119 Occiditur 122.ij
Anaces qui & quare 63.j
Anacharsis scytha 157.ij
Ananias in camino seruatus 158.ij
Anapis flu. 214.iij
Anaxagoræ seculum 121.ij
Anaxilai purgatio callida 226.iij
Anaximander philosophus 157.ij
Anaximenes milesius 171.ij
Anaxarchi adagium 315.iiij
Anciliorum ratio 136.ij
Ancus martius rex Ro. 142.ij Eius opera 145 Interitus ibidem & 148.ij
Anchora Seleuci 341.iiij
Andros insula 139.iij & 453.v
Andronodori cędes 413.v
Andronicus 267.iiij
Andriscus deditur 499.v
Angues Gracci 419.v
Angues prodigiosi 430.v
Angues in ædę iouis 436.v
Animalium diuersorum inimicitiæ naturales inter se 22.j
Animaduersio in milites facta 438 & 445.v
Anię flu.150.ij iducit in vrbē 327.iiij
Annibal quia per h scriptum inueni queratur Hannibal
Annij setini casus & oratio 278.iiij
Annorum ratio diuersa 135.ij
Annulus in mare proiectꝰ reperitur in pisce 181.ij
Annuli Ro.interfectorum ad cannas an aurei fuerint cōtra Liuiū 405.v
Anseres capitolini 242.iiij
Antaceí pisces 148.ij
Antenor & Aeneas profugi a Troia 74.j
Antei certamen & situs 56 Ossa refossa 3.j
Anticyra insula 426.v
Antiates petuntur bello 245.iiij
Antigoni preces & interitus 343 & 344.iiij
Antigonus demetrij filius 345 Eius consilium 353 Verba in pyrrhum 358.iiij Expeditio 377.v
Antiochi amores 344.iiij
Antiochus magnus 369.iiij Eius eratio & mors ibidem
Antiochi expeditio in Syriam,& successus atcę aduersitas 402.v
Antiochus vxorem importune ducit 465.v
Antiocheni belli causa & trāsitus in thessaliam ibidem
Antiochi pollicitatio 464.v Castris exuitur 465.v
Antiochus ex chalcide proficiscitur 466.v Tentat pacem 468.v
Antiochi copiæ 469 Petit pacem 470.v
Antiochi interitus 481.v
Antiochi Epiphanis motꝰ victoria, & iquitia in Iudęos 486 Interitus 487.v
Antissa Lesbo iuncta 436.v
Anus ad demetrium negantē ius dicere,qd ergo inquit regnas 345.iiij
Anxur diripitur 203.ij
Aollius & Abilliꝰ filij Romuli 129.ij
Aous flu. 415.v
Apamea vnde dicta 471.v
Apelles Alexan.tutor 400.v
Apelles pictor 326.iiij
Aper olympius 167.ij
Aphete 134.ij
Apher vnde aphrica 13.j
Aphricę primi cultores,vbertas, mōstra & diuersa animalia 56.j
Aphricum bellum 369 & 372.iiij
Aphricanus prior 449.v
Apio, indiget.Adagium de mirabili morbo 268.iiij
Apis bos in ægypto 179.ij
Apocatharses 183.ij
Apologus facetus de coniuratione reliquorum membrorū in ventrē 111.ij
Apollo alexandrinus qui ad Alexandrū se trāsiturū dixerat 290.iiij
Apollonia & eius soli mira natura 415.v
Apophthegma 177.ij
Apparatus naualis Ro. & carthaginenſ. 364.iiij
Appius claudius, vnde claudij, Romam venit 195.ij
Ap.Claudius cōsul 209 Eius in collegam iniuria 210.ij Concio inuisa, mors & contumacia 144.iij
Appij in Verginiā insidię 163.iij superbia 336.iiij
Appij peruersitas 367.iij
Appia via sternitur 327.iiij
Apries 154.ij
Apsus flu. 438.v
Apustij i Macedones expeditio 452.v
Aqua regi oblata 234.iij
Aquarum eiaculatio 309.iiij
Aqua cruenta fluxit apud albam vide Sang. 430.v
Aquileia colonia 328.iiij
Aquila pileum rapit 145.ij
Arabiæ fines,diuitiæ, ritus sepulturæ 29.j
Arabum cōnubia domestica inter se duntaxat ibidem
Arabum iniuria in Ionathā & fratres eius.& vindicta in eos 490.v
Aracosij populi 307.iiij
Arathus sycionius 376.v
Arathi facultas in dicendo & diuersum ingenium 397.v
Ara quā statuit Moses 30.j
Ara & ara maxima 57.j
Ata Iunonis laciniæ 440.v
Aræ alexan.mag. 320.iiij
Ara sanguine sudans 376.v
Araxes flu. 169.ij & 145.iij
Arbacis facinus in Sardanapalum regem 117.ij
Arbacis gratitudo in Belesum cīuis infidum 118.ij
Arcæ Noe magnitudo 3 & locus quietis 2.j
Arca fœderis capitur 78 restituitur 79 infertur Hierosolymas 92.j
Arcades & Arcadiæ sitꝰ & mores 133.ij & 397.v
Archias 134.ij
Archimedes Syracusanus & eius inuenta 414 Eiusdem exitus 421.v
Archidamiæ Spartanę viraginis indoles 357.iiij
Archilochus poeta lac. 142.ij
Architа 265.iiij
Arenarum vi perempti 178.ij
Arethusa fons 48.j
Argēteus nummus quādo primum Romę percussus 359.iiij
Argiraspides victi 332.iiij
Argiuę quas Lacedæmonij fecerunt victi 228.iij
Argos vrbs vetustissima 13.j & iterum 184.iij
Argis templum Iunonis flagrauit 199.iij
Argiui sunt Persarum consanguinei 133.iij
Argiuorum motus 204.iij
Argo nauis vbi cōstructa & vnde dicta 49 ad Sigeum appellitur 50.j
Argonautæ qui fuerint 49.j & vnde digressi 50.j
Ariadnę mors 61.j
Ariandes prefectus 194.ij
Ariaractis facinus 331.iiij
Arideus Alexan.mag.frater rex declaratur 325.iiij
Arieus rex Arabum 10.j
Arimazeus deditur 314.iiij
Arionis citharœdi casus & per delphinum seruatio 147.ij
Arystia Epirota 273.iiij
Aristagoras Naxij belli consiliator 201.ij
Aristagoræ tabella in qua totius terræ ambitus incisus erat 202 Profectio Athenas 203.ij
Aristagoras trahit in societatem belli Atheni. 704 Transitꝰ eius in Thraciam & mors 206.ij
Aristarchus tragicus 158.iij
Aristidis equitas & exilium 147.iij
Aristonis vaframentum 415.v
Aristotelis de excidio Romæ vaticinium 241.iiij
Aristoteles & eiꝰ scripta 251 & 325.iiij
Aristophanes poe. 173.iij
Aristides pictor 326.iiij
Aristippus 250.iiij Eius dictū.Tuto liberalis est & magnificus Dionysius 266.iiij
Aristemi interitus 506.v
Aristodemus tyrannus cumas occupat 113.ij Occiditur ibidem
Armorum crepitus e templo auditi 415.v
Arma Carthaginieñ.adepta 492.v
Arnus flu. 34.j & 387.v
Arpi occupantur 416.v
Ars sedentaria 188.ij
Arsinoen Ptolomæꝰ decipit & filios necat 351.iiij
Arthabani consilium 130 Sermo 131.iij
Artabases venit cum filijs ad Alexã. mag. 305.iiij
Artaxerxes 120 & 138.iij
Artaxerxis in Arthabanum fraus 149.iij
Arthemisia virago fortis 132 Eius oratio vtilis 137 Virtus bellica ingens 138.iij
Artybij equus longe bellacissimus 205.ij
Artiscus flu. 182.ij
Aruntis interitus 195.ij
Arx Hierosolymitana diruitur 303.v
Asahel interficitur 90.j
Asę potentia & victoria 106.ij
Ascanius 77.j
Asculana pugna 351.iiij
Asia vbi sit angustissima 285.iiij
Asię motus 368.iij
Asyllum Romuli 126.ij
Asinum non gignit scythia 6.j
Asopus flu. 141.iij
Asphaltites lacus 12.j
Assur & Assyrij vnde 6.j
Assyrij cæduntur 11.j
Assyriorum regni finis 118.ij
Assyriorum ritus 166.ij
Assyriæ feracitas ibidem
Astapeñ.facinus mirum 438.v
Astyagis insomnium 162.ij
Astyagis in harpagum crudelitas 163.ij
Astyages capitur 165.ij
Astyoches culparur 217.ij
Astrorum indagatio 2.j
Astrologia Herculis 59.j
Athaliæ sęuitia & cędes 111 & 112.ij
Athlantis seculum 49.j
Athenæ vnde dictæ 25.j
Athenę construuntur 62.j
Athenieñ.in nauibꝰ salus & a Xerxe Athenarū direptio 137.iij
Athenieñ.ad Alexand. responsum & Athenarum ab eo captio 140.iij ad Lacedæmonios querelę ibidem
Athenæ rursus diripiuntur,& cremātur ibidem
Athenieñ.Lycidam punīūt ibidem
Athenieñ.facinus 141 potiunt Chersoneso 143.iij
Athenæ instaurātur 146 Quibus rebus creuerint 147.iij
Athenñ.vincuntur 172.ij
Athenñ.gratitudo 182.iij
Athenñ.classis 188.iij
Athenñ.vincuntur 186.iij
Athenñ.vincuntur 193 198 212 214 219 229.iij 274.iiij Tentant ciuitates Italiæ ad defectionem 199 Accersuntur ab Egestanis 205.ij
Athenñ. tristis e sicilia discessus 214

Clades ad oropum metus & fuga 219.iij
Athen. victoria 220.bis
Athen victimi pacem orant & leges accipiũt ab lacedæmonijs & q̃diu rerum potiti sint 229.ij
Athenæ sunt bis hostium manibus restitutæ 253.iiij
Athenarum soboles aut optima aut pessima 256.iiij
Athenien. vincuntur a Philippo rege 274.iiij
Athen. fames 344.iiij
Athenienses solis verbis potentes 452.v
Athlantes 56.j
Athlas rex & mons 20.j
Athos mons a continente abscinditur 130.iij
Atinius mouetur per visionẽ ad senatum ire 114.ij
Atri dies 244.iiij
Attali regis opera 343.iiij Gesta in Græcia 432 In Asiam transitus 436 Postulata 454 Testamentũ 504 Inconstans ingenium 506.v
Attellanæ fabulæ 261.iiij
Attica vastatur 182.ij
Attica oliuifera 204.ij
Attilij ferocia 338. iiij In Thessaliã accessus 465.v De Achæis verba 466.v
Aufidus flu. 396.v
Auges puellæ casus 64.j
Augurij obseruatio 125.ij
Auium casus ex vehementi clamore 460.v
Aulus Verg. consul. 210.ij
Aulus Seruilius Priscus seu Strictus dictator 209.ij
Auli Gellij erratum 175.iij
Aulus Posthumi⁹ tribunus pl. dictator 174.iij
Aureum vellus 51.j
Aurea vincula captiuorum in ethiopia 178.ij
Aurum a gallis receptum interpendendum 243.iiij
Aurum incensimarium 430.v
Aurum tholosanum 482.v
Aurunca suessa 281.iiij
Ausonum excidium 327.iiij
Auspiciorum & auguriorum superstitio firmata 150.ij
Authomenes vltimus regum corinthiorum 120.ij
Axilum solum 472.v

Baal Sidoniorum deus 107.ij
Baalis sacerdotes cæduntur 111.ij
Baalis templum diruitur 112.ij
Baasę scuitia & cędes 106.ij
Babylonicæ turris cã 4.j
Babylonis exornatio 8.j
Babylon expugnatur 166.ij
Babylonij deficiunt a Dario, & capiuntur arte zopiri qui se deformauit 183 & 184.ij
Babylone potitur Alexã. mag. Eiusq; vrbis luxus 300.iiij
Bacchi plures 37.j
Bacchus cadmeus 46.j Talborum occupat ibidem
Bacchatur Alexan. exercitus victoria parta 316.iiij
Bacchanalium apud Ro. turpitudo, indicium, exterminium, & pœna 470.v
Bacchar Syphacis prefectus 443.v
Bactrianorum ortus 7.j
Bactrianorum ferocia 291.iiij
Baculus in manu gestantis subito arsit 387.v
Badij & Crispini certamen ex prouocatione 419.v
Bagradę serpens 363.iiij
Balaami vaticinium 34.j
Baleares insulę 390.v
Balsami hortus 42.j
Baltasaris visio 170.ij
Bantij reconciliatio 405.v
Barbarorum apud Potideam clades 139.iij
Barchę cõditio & oppugnatio & clades 194.ij
Barchiana factio 379.v
Barsane cum filio a Cassandro interficitur 332.iiij
Basternę populi 482 eorũ ars 466.v
Batus mensuræ genus 101.j
Bartus secundus 191.ij
Bautia & venusia 431.v
Bebius circũuentus 454.v
Beccum panẽ vocant phrygij & pueri ex natura 24.j
Belbicus abscindit a bithynia, 436.v
Belesi præfecti Babylonis fraus 118.ij
Bellerophontis expeditio 45.j
Belli indicendi forma 144.ij
Bellorum cerimonię ibidem
Bellum thebanum 69.j
Bellum troianum 70.j
Bellum Messenium 127.ij
Bellum sabinũ & in Antennates 128 & 129.ij
Bellum fidenatium 130.ij
Bellum latinum 142.ij
Bellum sabinum 149 & 151.ij
Bellum ardeate 175.ij
Bellum aricinum 195.ij Athenien. in Aeginitas 120.iij
Bellum æginiticum 171.iij
Bellum sacrum circa delphos gestũ 173 Peloponnesiacum 175.iij
Bellum siculum 206.iij
Bellum hernicum 330.iiij
Bella in asia 331.iiij
Bellicus apparatus 343.iiij
Bellum inter demetrium & pyrrhũ 345.iiij
Belli punici primi finis 368.iiij
Bellum ligusticum 369.iiij
Bellum aphricum ibidem
Bellũ punicũ secundum 378.v
Belli achaici & Aetolici finis 403.v
Belli inter philippum & Athenien. causæ 450.v
Belli macedonici cum Romanis causæ 349.v
Belli cum Gallis causa 471.v
Belli cum perse causa 477.v
Bellum seruile in Sicilia 502 & 506. v Cætera quęre in nominibus bella gerẽtium, vt bellum scythicum in Scythis &c.
Beniaminij grauiter cędũtur & ad generis reparationem virgines rapiunt 42.j
Beronices cędes 368.iiij
Bersabea a dauide adamatur & ducitur 94.j
Bessus & Nabarzanes darium confodiunt 303.iiij
Bessi ira 307.iiij.
Bessus traditur Alexan. 308.iiij
Bessus dispędomenis suppliciũ passus 313.iiij
Bias prienęus philosophus 156.ij
Biduo equo marte pugnatũ est 135.iij
Byrsa cur & vnde dicta 100.j
Byrsa deditur 498.v
Bithias 497.v
Byzantium cõditur 143.ij deficit ab athenien. 218.iij
Blemię 56.j
Bœotij vincuntur 172 Eorum arces 197.iij
Boiorum defectio 381.v Subiugatio. 463.v
Bomilcharis suppli. 354.iiij
Bona porsenæ cur sint vendi dicta 190.ij
Bononia colonia latina in Boios deducta 470.v
Boristhenes flu. 148.ij
Bosphorus Thracius 191.ij Cimmerius 397.v
Bos fatalis 161.ij
Bos locuta 152.iij & iterum Caue tibi Roma. 462.v
Bos locutus 411 & alius 430 & alius 436.v
Bos equuleum peperit 408.v
Bostar obsidum hispanorum custos 391.v
Bottiei 60.j
Boues ex superstitione Romę cõbusti, eo q̃ per scalas in summum ædificij euaserunt. 466.v
Brachata Gallia 238.iiij
Branchidæ 307.iiij
Brasidę hortatio 199 Oratio & mors 201.iij
Brennus gallorum dux 240.iiij dicit in delphos, & ibi cũ multis perit 352.iiij
Breuia & syrtes 364.iiij
Brutus Ro. & eius in Apollinem donum, ac calliditas in osculanda matre. i. terra 175.ij
Bruti cõsulis primi Ro. ad collegam verba 185.ij
Bruti in filios animaduersio ob proditionem 186.ij
Brutus & Aruns mutuo concursu cadunt 187.ij
Brutij vnde dicti 355.iiij
Bruria regio & Brutiorũ opes quondam ibidem
Bucephalus equus capitur 305 interficitur 318.iiij
Budini scythæ 6.j
Busiris tyrannus 37.j
Busiridis mors 37.j
Bustum fortium 182.iij

Acus ab Hercule peremptus 57.j
Cadauera qui populi non cremabant 178.ij
Cadmus & phœnix 43.j
Cadmi progenies 46.j
Cadmus & Laius 69.j
Caduſiana expeditio 235.iij
Cœlestium rerũ prima indagatio 2.j
Cœlum scindi visum 387.v
Cœlũ ardere visum 151.iij & 369.iiij 450 & 454.v
Cęsonis egregium facinus 125.iij
Cęsoni dies dicta 152.ij
Cęso dãnatur absens ibidem
Cęsorum ad Lycũ numerus 299.iiij
Caimi ortus 2.j
Caister flu. 205.ij
Caius Pontius captus est & cæsus 347.iiij
Calais & Zetus 45.j
Calani gymnosophistę mirabilis interitus 323.iiij
Calauris flu. 471.v
Calcedonis conditores cęci iudicati 138 & 193.ij
Cales capiuntur 281.iiij
Callias cęditur 179.ij
Callicratidæ consilium, responsum, & mors 228.iij
Callicratis interitus 142.ij
Callisthenis libertas 316 oppressio ab Alexan. ibidem
Calpurnius piso 495.v
Cambyses Amasim bello vexat 177 Fratrẽ intercipit & sororem 179 & filium ibidem
Cambysis interitus 180.ij
Cameleontis color 230.ij
Cameria diripitur 131.ij
Camarina conditur 157.ij
Camillus dictator 225.iij 241.iiij 244 249 & quintum 261.iiij
Camillus abit in exilium 237.ij Gallos cædit 241.iiij Furium optat 249 imperium reparat ibidẽ Moritur 261.iiij
Campani dedunt se Ro. 272.iiij Sanciunt fœdus cum Pœnis 404.v
Campani senatores a Fulvio occidũtur 425.v
Cananęi expugnantur 39 Exterminantur 41.j
Candaulis facinus & interitus 131.ij
Canere. i. eloqui 46.j
Canis. s. Hecubæ sepulchrum 220.iij
Canis Xantippi quãtum maris enauit 137.ij & 478.v
Cannensis clades 395.v
Canthari. x. in templo 101.j
Cappadoces syri 168.ij
Capita ægyptiorum sunt cæteris duriora 177.ij
Capita boum interfectorum linguas exeruere 358.iiij
Capitolij consecratio 188.ij
Capitolium occupatur a feruis 155. ij Munitur saxo quadrato 245.iiij
Capiti raso inscriptæ literę vt secretę sint 202.ij
Capys Capuæ conditor, & eius vaticinium repertum 107 & 108.ij
Capra sex hœdos enixa prodigio habetur 462.v
Capuam obsident Ro. 419.v deditur Ro. 424.v
Caput Onesili in porta suspensum apes occupant 205.ij
Caput sine futura 142.ij
Carduj & Cedri apologus 115.ij
Carysti deditio 455.v
Cares prelio superantur 206.ij
Caritas Annonę tanta vt caput asini 120 nummis venierit, & filios comederint 110.ij
Carmen Martianum vnum & alterum 418.v
Carmen in sepulchro Scipionis scriptum 475.v
Carmen de Catone 477.v
Carnea sacra 202.iij
Carneades philosophus 328.iiij
Carne pluit 152.iij
Carnutes Galli 238.iiij
Carseoli Colonia 334.iiij
Carthago conditur 99.j
Carthaginien. fuga 268.iiij
Carthaginien. fœderis forma 330.iij Apparat⁹ belli 360.iiij Met⁹ 440. v Perfidia 446.v
Carthag. res moliuntur nouas 488. v Bellum in Masiniſſam mouent 491.v
Carthagi. cædes ibidem Obsides 492.v
Carthag. preces ad Scipionem, efficacissima querela, extrema postulata 493 Noua trepidatio & conatus ibidem. Audacia 497
Carthago excisa ibidem
Carthalo classem Romanam vrget 363.iiij
Carthalonis cędes 430.v
Cassilinum deditur 406 Recipitur a Ro. 412.v
Caspium mare 169.ij & 305.iiij
Cassandri timor ob iram Alexandri 324.iiij
Cassius consul 267.iiij
Castor & Pollux anaces 63.j visi sunt, & eis templum Ro. extructũ 200.ij Aedes eorũ dedicatur 124.iij
Castor & Pollux auxiliantur Romanis, & victoriã eorũ denũciãt 232.iij
Castorei ignes 50.j
Castulo vrbs 415.v
Castrorum incendium 444.v
Cataclysmi seu diluuij futuri oraculum 2.j
Catadupi 23.j
Cataphractæ & Aphractæ naues 403.v
Catonis decretum 455 Pro lege Opia oratio 457 dicta & facta 478.v
Catonis frugalitas 458.v
Catonis indoles 484.v
Catones plures 489.v
Catonis commentum de ficu recenti Carthagine delata ad bellũ excitandum ibidem
Catonis scomma in Prusię legationem 495.v
Caucasus mons 307.iiij
Caudemi supplicium 283.iiij
Caudinæ furcæ quibus Ro. inclusi sunt 310.iiij
Caunus 217.iij
Cebes 251.iiij
Cecilia Caia 145.ij
Cecilius Comicus 481.v
Cecrops biformis quia matrimoniũ instituit 25.j
Celtiberorum defectio ab Roma. 421.v
Celtiberi gratitudo 429.v
Censores primi Ro. 169.iij
Censorum Ro. contentio 444.v
Census vrbanus 340.iiij
Census ciuium 198.ij
Centaurorum fabulosa figuratio vnde sumpta 48.j
Cẽteni⁹ penula 419.v Ei⁹ cædẽ ibidẽ
Cephalenia 182.iij
Celeres milites 125.ij
Celeritas errorem parit 130.iij
Cercopitheci 9.j
Ceres & Vesta 33.j
Certamen atrox 149 & 210 de vxorum præstantia 175.ij
Ceruum & lupũ nõ gigni in Aphrica 56.j
Ceruę & lupi omen 337.iiij
Chalcedonis obsidio 221.iij
Chalcis abscissa a Bœotia 436 A Romanis occupatur 451.v
Chamiteri Cham impietas 3.j
Cherronesus quę pallene 74.j
Cherilus poeta 230.ij
Cherubici Genij 101.j
Chilon Lacedęmonius 157.ij
Chiorum cędes 216.iij
Chiron Iasonem instituit 49.j
Chius recipitur 215.iij
Chœnix mensura 166.ij
Chore Isauri filius 334
Chorus Virginum 433.v
Cyanei scopuli 51.j
Cyaxares Medorũ rex 117 & 146.ij
Cydnus flu. Ciliciæ 286.iiij
Ciliciæ situs & pilæ ibidem
Cylonis facinus 183.iij
Cimmerij 190 Eorũ monumẽta 191.ij
Cimmerij populi 58.j
Cymmia sylua 328.iiij
Cymonis Athenien. facilitas & munificentia 147 Eiusdẽ varia victo-

ria,exiliũ, modestia, reuocatio ab exilio,& interitus 148 & 149.iij
Cymonis equæ 478.v
Cincinatus consul 154.iij dictator 249.iiij
Cyneæ laus & orationis vis 348.iiij Dictum nobile in belli detestationem ibidem
Cyneas Romam mittitur 350.iiij
Cynegiri virtus 121.ij
Cypselus Corinthius 143.ij
Cyprus insula abscissa a Syria 436.v
Circe & Medea 51.j
Circuncisionis causa,& quarũ gẽtiũ sit propria 12.j
Circuncisio Aegyptiorum 24.j
Circuncisio po. Israel 38.j
Cyrenarum conditio 45.j
Cyrus infans exponitur, & repertus seruatur,ac alter pro eo exponitur 163 Vnde dictus, & qualiter inter pueros se regem gessit ibidem
Cyrus agnoscitur ibidem In persas mittitur ibidem
Cyri edictum 164 & 165.ij
Cyri clemẽtia 165 In Crœsum expeditio 168.ij
Cyri somnium & mors 169.ij
Cyri literæ de templi Hierosolymitani instauratione 117.ij
Cyri iunioris in re bellica studium 227.iij
Cyrus Xenophontis 228.iij
Cyri casus & percussorũ pœna 235.iij
Cyri sepulcrum 323.iiij
Cyrtha vrbs Arcadiæ 397 Capitur 445.v
Cyrthei poetæ carmen 148.iij
Cissusæ fontis natura 252.iiij
Cythera 197.iij
Cytheum oppidum 459.v
Citrus arbor 56.j
Cytheronem adeunt Græci 142.ij
Cluillus 138.ij
Cluillia aut Cluilla fossa 138 & 116.ij
Clades ægypti 27.j
Clamor exitialis 378 Aues decutiẽs 460.v
Clanis & vulturnus flu. retrorsum fluxerunt 113.iij
Classium Ro. ordo 160.ij
Classis Athen. maxima 207.ij
Classis Ro. prima 361.iiij
Classes Ro. in Carthaginiẽ. & earũ conflictus 362.iiij
Classis punica ab Leuino profligata 432.v
Claudia vestalis pudicitiam suã probat 441.v
Claudius asellius 410.v
Claudij Neronis prædicatio 436.v
Claudij clientis Appij audax mendacium 162.iij
Claui figendi ratione dictator Romæ dictus 262.iiij
Clearchi exitus 347.iiij
Cleobis & Bithon 156.ij
Cleobolus Lindius 157.ij
Cleomenis infelix exitus 119.iij Alterius conatus & fuga 376 In ægyptũ trãsitio 378 Interitus 401.v
Cleonymus a patauinis propellitur 334.iiij
Cleon orator 195.iij
Cleon capit thoronam 200.ij
Cleonis consilium ibidẽ & 20.j
Cleonis siculi assenta. 316.iiij
Cleopatra 331.iiij
Clisthenis in Argiuos odium 203.ij Expulsio ibidem
Clyrus Alexan. mag. seruat 284 interficitur ab eo 314.iiij
Chlœliæ virginis facinus & honores 190.ij
Clusini contra gallos auxiliũ ab Ro. petunt 239.iiij
Clusium olim camersolis vbi Rom. cędes 337.iiij
Cnei Scipionis interitus 421.v
Cobaris magi verb. 307.iiij
Coclitis facinus 188.ij
Codri regis interitus 81.j
Cœna persica 142.iij
Coes Mityleneus 202.ij
Colchidis situs 51.j
Colchi vnde oriundi ibidem
Collatini populi 149.ij
Collatinus in exiliũ abit 185 & 187.ij
Collegiorum institutio 137.ij
Coloniæ vetustæ ex Noe nepotibus 4.j
Colores rhetorici in oratione Claudij 260.iiij
Colossi rhodij casus 295.iiij
Colubrosum prodigiosa vis circa sardis 168.ij
Columba a Noe emissa 3.j
Columnę herculis 57.j
Comata gallia 238.iiij
Cominij facinus 242.iiij
Cominium 339.iiij
Comitium 130.ij Comitijs decernẽda 340.iiij
Comitia curiata, centuriata & tributa 129.iij Comitia tribunitia prima Romæ habita 144.iij
Comparatio Alexan. mag. & Ro. in re bellica 309.iiij
Compedes græciæ 303.iiij
Concio vide Oratio
Coniuratio nobiliũ, in Ro. pro regibus restituendis 186.ij
Coniuratio seruorum Ro. opprimitur Ro. 197.ij
Coniuratio vigintiquatuor populorum in Ro. ibidem
Coniuratio in Alexand. macedonem seu magnum 306.iiij
Coniuratio in eundem 316.iiij
Cõnubia negantur Ro. 126.ij
Conon vincitur 228.iij
Conon athen. 233.iij & 253.iij
Cononis gesta 254.iiij
Consiliũ iuuenum malum 104.ij
Cõspiratio in demetriũ facta 345.iij
Conspiratio de Roma deserenda dissipatur 295.v
Constantiæ exemplum 158.iij
Consualia festa 126.ij
Consules primi Ro. 183.ij
Consul ex plebe 415.v
Consul Ro. vulne. 329.iij
Conuicia tuscorum in Ro. 125.ij
Copiarũ Xerxis ordo 131 Græcanicarum numerus 141.iij
Copiæ Alexan. mag. 284.iij
Copiæ darij regis 285.iij
Copiæ reliquę eiusdem 303.iij
Copiæ gallorum & Ro. 374.iiij
Copiæ ab Annibale in Italiã traductæ 383.v
Copiæ Scipionis in Aphricam profecturi 443.v
Copiæ Romanæ in Aphricam delatæ 492.v
Copis gladius falca 318.iiij
Corbis & Orsuę fratrũ singulare certamen 438.v
Corcyrei ad epidãnum 175.iij
Corcyreñ. classis 178.iij
Clades ibidem
Corcyreñ. nobilium exitus 192 Exulum facinus mirabile 192 Deditio eorũdem & cędes 196.iij
Corcyram Ro. recipiunt 373.iij
Corycium nemus 286.iiij
Corinthus deditur 44.j
Corinthiorũ odiũ ī athenięnses 171.iij
Corinth. classis 176.iij
Corinthij laudant athenięñ. 179 Fugiunt 178.iij
Corinthiorum expeditio in acarnanes & Cydoniatas 185 & 206.iij
Corioli capiuntur 112.ij
Coriolanus vnde sit Martius Ro. dictus ibidem
Coriolano dies dicitur, & in exilium abit 113.ij
Coriolanus belli occasionẽ quęritat 114 Eiusdẽ primi in Romanos motus & reliqua expeditio 115 & 117.ij
Coriolani & matris eius congressus, In matrem pietas 118.ij
Coryneta tyrannus 59.j
Cornelius dictator 361.iiij
Cornelij Rufi miraculosa cęcitas 356.iiij
Cornelia Gracco nubit 475.v
Corniculum capitur 149.ij
Coruini cognomen 270.iiij
Coruorum certamen 324.iij
Corui nauales 361.iiij
Corui aues corroserunt aurum capitolinum 444.v
Cos insula 217.ij
Coturnicum multitudo miraculosa 29.j
Cranaus 119.ij
Crantor philosophus 325.iij
Crassus põtifex belli tristem sortitur exitum 506.v
Cratinus comicus 142.ij
Cratis flu. 232.ij
Cremera 126.ij
Crestorum mores 200.ij
Cres & Corybantes 13.j
Cretę nomina, situs, mores 43.j
Cretes nescit pelagus adagialiter dictum 44.j
Cretenſ. milites optimi si pedites aut naua. 397.v
Crinisius flu. 268.iiij
Crito 251.iij
Critolaus 481.v
Crœsus diues 156.ij
Crœsi diuitiæ & filij 166.ij
Crœsi donaria 167.ij
Crœsus vincitur a Cyro 168.ij
Crœsi filius fit vocalis ibidem
Crœsus imponitur pyræ ibidem
Crœsus superstes Cyro 169.ij
Crœsi liberalitas in Alcmeonẽ auarum 122.iij
Crotonis conditio 134. ij vetustas 410.v
Croton iatæ populi 232.iij
Cruoris fluxus 387.v
Crustumerij 148.ij
Cultores agrorum facti sunt rectores vrbium Pariorum iudicio 201.ij
Cumæ conditæ in Italia 98.j
Cumarum conditores 112.ij
Cuniculi subterranei ad irruptionẽ occultam facti quomodo deprehẽdantur 230.iiij
Cuniculus in Veios ductus 225.ij
Cuniculi quõ inhibẽdi sint 469.v
Cures vrbs vnde dicta 135.ij
Curiæ Romanæ 125.ij
Curiatij trigemini 139.ij
Curius Pyrrhum vincit 356 & 357.iiij
Curius triumphat 348.iiij
Currus Iani sacer 131.ij
Currus Falcati 296.iij
Curtius lacus 129.ij
Curtius lacus & Curtij equitis, facinus 262.iiij
Cursorum pernicitas 139.ij
Cuthes Samariam incolunt 127.ij

Aci 482.v
Dactyli Idęi 44.j
Dędali e creta fuga 61.j
Dædala regio 316.iij
Dæmonum pręstigię Romę 114.ij
Delphis 352.iij
Dalida seu dalila Sansonem decipit 69.j
Damascenus ager primus omnium cultus 6.j
Damascus capitur 124.ij
Danaus rex 36.j
Danielis interpratio somniorũ 170.ij
Daniel inter leones ibidem
Danielis visio 171.ij
Danielis vaticinatio 487.v
Danubius & ister 191.ij
Dardanię conditio 36.j
Dardanus & Iasius ibidem
Darhes phrygius historicus 72.j
Darij auaritia illusa 192.ij
Darius astu mãgonis rex creat 181.ij
Darij coniuges 183.ij
Darij in Iudęos indulgẽtia 184 Eius e scythia fuga 193.ij
Darij legati in Macedoniã missi Alexandri opera intercipiuntur 201.ij
Darij præceptum 205.ij
Darius quid interpretetur 120.ij
Darius in græcos bellum reparat 120 & 122.iij
Darij filij contendunt 122.iij
Darij cũ Lacedęmonijs societas 216.ij
Darius qui cũ Alexandro magno pugnauit vnde fit ortus 285.iiij Eius insomnia, comitatus, amictus, pelicũ numerus, copiæ 285 & 286.iiij
Darij in Ciliciã properatio & strata gema atq; cũ Ale. cõgressus 287.iiij
Darij fuga & castrorũ eius direptio 288.iiij
Darij literæ ad Alexandrum 289 & 291.iiij
Darij lachrymæ 297.iiij
Darius pacem petit, & ea negata acie instruit ibidem
Darij recens apparatus 296.iij
Darij altera fuga 299.iiij
Darij prudentia & ex Arbela digressio 299 & 300.iiij
Darij verba rege digna & miserabilis interitus 303.iiij
Darij mater & filię ab Alexan. Susis locantur 300.iiij
Dasij Galapini memorabile facinus 427.v
Dathas & Abyrus 33.j
Date frenos impotẽti animali, ĩquit Cato de mulieribus 457.v
Dauid inungitur rex vbi Goliadẽ vicit, vnde ei inuider Saulus rex 85 Stultitiam simulat 87.j
Dauidis in Saulũ pietas & fides 88.j
Dauidis regis gesta 89.j
Dauid Saulum plorat 90.j
Dauid ab vxore derisus pie respondet 92.j
Dauid prohibetur templum ædificare domino ibidem
Dauidis instituta 93.j
Dauidis corona, & promiscua soboles 94.j
Dauid in regnum restitutus nouam patitur seditionem 96.j
Dauidis exitus 98.j
Decalogi promulgatio 31.j
Decelea 218.iij
Decemuiri ad leges scribendas a Ro. missi 157 Ius dicũt populo 159 Cõiurant & tyrannidẽ exercẽt 159.iij
Decemuiri redigũtur in ordinem id est priuati fiunt 164.iij
Decẽ tribuni simul facti 156.iij
Decima prædæ veientanæ Apollini datur 235.iij
Decij tribuni consiliũ, virtus, victoria, honores 273.iiij
Decius se deuouet 279.iiij
Decij alterius cõtra nobilitatem verba 334.iiij
Decij filij deuo. 337.iij
Decius magius & eius cõstãtia 404 Felicitas 405.v
Decretum assentatorium athenięñ. 343.iiij
Deianira herculis 64.j
Delborę oraculum 46.j
Delos insula a dario petita 120.ij
Deli expiatio 193.ij
Delij ejiciuntur delo 203.ij
Delmaticum bellum 332.iiij
Delphici templi conditio 45.j Ędificatio 203.ij
Delphi defenduntur miraculo 136.iij Oppugnãtur a Brenno gallorum duce, defenduntur aũt a dæmonibus sub deorum specie 252.iiij
Delphini & hois cõmerciũ 147.ij
Delphinus iuxta chiã vrbẽ 217.iij
Delta insula Nili 24.j
Demarathi verba ad Xerxem 132.ij
Demarathi tabulæ 135.ij
Demaratho abrogatur regnũ 119.ij
Demarathæ ver. 334
Demetrius vincitur 333.iiij
Demetrius dimidium babylonis occupat 341.iiij
Demetrius ptolomęũ vincit 342.iij
Demetrij vertibilitas & domestica opera 342 & 343 cum stilpone congressus 342.iij
Demetrias olim Sycion 342.iij
Demetrius phalerius rem athenięñ. regit 341.iiij
Demetrij verba ad athenięñ. & ei⁹ periculum ibidem
Demetrius fit dux græciæ 344.iiij Lysimachũ infestat ibidem
Demetrio visus per quietẽ Alexand. ad hostes transire 343.iiij
Demetrij cultus & superbia 343 iiij Errores, exercitus, dissipatio, captiuitas, interitus 346.iiij
Demetrius phalerius 337.iiij
Deme. cum socru stuprum 305.iiij
Demetrij iunioris cum antiocho simultas 376.v
Demetrij interitus 380 v
Demetrius & Perses philippi filij 479.v
Demetrij philip. cędes 480.v
Demetrius Alexan. dat iudęis pacem 490.v
Demetriũ pśequunt regesodio ibidẽ
Demetrij huius interitus ibidem
Demetrius demetrij fil. 495.v
Demetriũ prosequũtur milites odio & ita vincitur 500.v
Democedes autor fuit Dario in græciam trajciendi 183.ij
Democratia 181.ij Ei studẽt athenięñ. 254.iiij
Democrates 505.iiij
Democriti excęcatio & seculum 121 Obitus 237.ij
Demonax arbiter constitutus oraculo 194.ij
Demosthenes dux 193. eius cõsilium 212 deditio & mors 214 & 215.ij
Demosthenes orator & plures oratores 269 Eius mẽdacium 283 Ab exilio reuocatus 325.iiij
Deos ęgyptij primi cõmẽti sunt 24.j

Dei andriotæ ī negāda pecunia 139.iiij
Deprecatio efficax 191.iij
Dercylidis gesta 233.ij
Desultores & desultorij equi qui sint 407 & 469.v
Deuouendi verba 279.iiij
Deuouendi superstitio ibidem
Diademate obligauit Lysimachus vulnus 341.iiij
Diagoras impius 149.ij
Dianæ templum 161.ij
Dictator primus Ro. 198.ij
Dictatores qui & cp̄ dudum abierint dictatura ibidem
Dictator posthumius ibidem
Dictatoris est figere clauū & quid sit 262.iij
Dictator prim⁹ e plebe dict⁹ 264.iiij
Didyme 192.ij
Dido vide Elisa 100.j
Dies fasti 13.6ij Diri.fausti & infausti 244.iiij
Dilemma optimum in oratione 190 & 209.ij
Diluuij primi denunciatio 3.j
Diluuium sub Ogyge 14.j
Dinę raptus vltio 15.j
Dinocrates architectus 293.iij
Diodorus cronus 250.iij
Diodoti interitus 303.v
Diogenes Cynicus 269.iiij & 481.v Ei⁹ cū Alexā.mag.cōgressꝰ 284.iiij
Diomedis thracis cędes 49 Alterius errores 77.j
Dionis exilium 269.iij
Dion sibi militem cōparat. Syracusas ingreditur. Pellitur & reuocatur 265 & 266.iiij
Dion tępestate iactatur. Ei⁹ felicitas in literis nocturis p lupū in sacco a tabellario dormiēte surreptis ibidē
Dionis Cędes 266.iiij
Dionysius Bacchus 37.j
Dionysij maioris pater & potētia 231 & 232 opes & metus 233.ij
Dionysij tyranni aduersitas 267. iiij bis
Dionysi⁹ principatū recupat 266.iiij
Dioxippę singulare certamen 321. iiij
Dyrrachium nunc quod prius Epidaunus 175.iij
Diræ Eumenis 333.iij
Discordia ardeatium 169.ij Grecorum 276.iiij
Disphendomenis supplicium quale sit 313.iiij
Diuortium primum Ro. 369.iij
Dodonei oraculi origo 148.ij
Dolonchi 207.ij
Domitos insula nunc iuncta mileto 436.v
Dores 81.j & 167.ij
Doricę vestes cur Athenien. mulieribus veritæ 204.ij
Dorileus qb⁹ sit casib⁹ iactat⁹ 202.ij
Dracones indici 9.j
Dracones ingentes 317.iij
Draco legislator 148 Eius leges sanguine notatæ 155.ij
Drepanum vrbs 366.iiij
Druentia flu. 382.v
Druydum authoritas, disciplina, & dirus sacrificādi olim ritus in Gallia 238.iiij
Ducū discordia pernicioſa 202.ij
Duillij honores 362.iiij
Dux ab exercitu lapidibus obrutus 202.iij

Bron 15.j
Ebusius & vetusius consules 157.ij
Ebusus insula 390.v
Eclipsis solis 147.ij
Eclipsis lunæ 296.iiij
Edom & Edome 15.j
Egerius 145.ij
Egestanorum dolus in thesauri ostensione 207.iij
Egesistratus aruspex 141.iij
Egos flu. 229.ij
Egressorium Noe 3.j
Egusa nunc Agate 368.iiij
Electrum 369.iij
Elephanti indici. vide in fine.
Elephanti simulati 9.j
Elephanti cæsi 434.v
Elymi 148.ij
Elissa que. & Dido, & eius cōsilium, fuga, & interitus 99 & 100.j
Empedoclis mors 59.j
Emporia 458.v
Empulium captum 269.iiij
Enthimema in oratione 209.ij
Enesideni facinus 455.v
Ennij poetæ ortus 369 iiij Mētio fit 481.v Eius interitus 487.v
Enoch & eius generatio 2.j
Epaminondę gesta 256 Interitus & laudes 257 & 258.iiij
Ephesiorum gesta 205.ij
Ephestionis interitus 324.iiij
Ephne 44.j & 178.ij
Ephori.i. tribuni Iacedæmoniorum 113.ij & 180.ij
Epialtis indicium 134.ij
Epicinus philosophus 357.iij
Epidannus dyrrachium 175.ij
Epidaurus 183.ij
Epimenidis somnus 154.ij
Epiphanes 449.v
Epitaphium Scipionis 475.v
Epixeli cęcitas 121.iij
Equa leporem parit 131.ij
Equi populi vincuntur & cęduntur 111.ij 154 199.ij & 245.iij
Equicū nomen fere deletū 331.iiij
Equitum ordines Ro. 160.ij
Equorum ferocia & casus 150.ij
Equus troianus qui fit 72.j.
Equus bellacissimus 205.ij
Equi cum quinq; pedibus nati 444 450 453.v
Ethidorus flu. eporus 132.iij
Erymanthus 399.v
Erithria capitur a Persis 120.iij
Erithrieñ. opes ibidem Capitur iterum 455.v
Eryx vir victus 58.j
Erycina obsidio 367.iij
Eryx vrbs capitur ibidem
Erichthonius 37.j
Esaias prophe. 119 127 132 133 & 171.ij
Esdrę memoria 145.iij
Essedones scythę 6.j
Essenj iudęi 500.v
Esymnetę tyranni 198.ij
Ethusa iuncta mindæ cum prius esset insula 436.v
Eualcides dux eret 205.ij
Euboea vnde dicta 120.iij
Euboeę circuitus ibidem
Euboici freti nat. 436.v
Eubilides 250.iij
Euclides ibidem
Euchidæ celeritas 142.iij
Euergetæ 306.iij
Euerriculatio qualiter fiat 207.ij
Euphratis nauigatio mirabilis. & ortus eius 166.ij
Eumenes iudicatur hostis. & vincitur 332.iiij Eius ars ibidem
Eumenis exercitatio in obsidione dirę, & interitus 332 & 333.iiij
Eupator occiditur 488.v
Eurimedon flu. 147.iij
Euripides pœ. 149 237.ij
Euristhei duritia 67.j
Euriti cædes 64.j
Europę puellę raptus 43.j
Europa 71.j
Europi opera 343.iij
Euthimoclis consilium 287.iij
Eutimedontis casus 213.ij
Exemplū iustitiæ in fœmina 20 Gratitudinis in dauide 93 Militare in vria 94.j Pietatis in dauide 95 96. j Constantiæ 158 Pietatis rursum 221. ij Gratitudinis ni Minutio & exercitu 392.v
Exemplum maiestatis in fabijs patre & filio 416.v
Exercitus Xerxis 131.iij
Exodia ąrtelana 261.iiij
Expiatio Deli qualis sit 193.ij
Exploratores Mosis 32.j
Exta inire a Ro. pfecta Veijs 224.ij
Exterere vt pinum 207.ij
Ezechiæ edictum 127.ij
Ezechiel propheta 145.ij

Abij consulis interitus 125. iij
Fabia gens veiens sibi deposcit bellum, exeuntq; trecenti sex 126.ij
Fabię gentis virtus, casus ac cędes, & superstites 126 & 127.iij
Fabij C. pietas 242.iiij
Fabius eximitur vinculis 281.iiij
Fabius fidem militū implorat contra dictatorem 294 & 295.iiij
Fabij filię, vide Filiæ
Fabius donatur po. Ro. 295.iiij
Fabij consu. exploratio & stratagema 328 & 329 vmbros superat 330.iiij
Fabij stratagema 336.iiij. Triumph⁹ 338.iiij
Fabij in filium pietas 347.iiij
Fabij cunctatoris prudentia, constātia, consilium 389.v
Fabi⁹ sup. Aliphas castra facit 390.v
Fabius agrum suum vt fidem seruet vendit 391.v
Fabij authoritas & quomodo se dictatura abdicauit 392.v
Fabius Buteo dictator 406.v
Fabij gesta in samnio 413 constantia 411.v
Fabius pater filio paret consuli 416 Tarentum recipit 430.v
Fabij maximi optima īstituta 331.iiij
Fabij maximi mors 446.v
Fabius flamen a pontifice retentus 470.v
Fabricius auro tentatur 350.iiij Eius censura 357.iij
Facinus vix credibile 226.ij
Fames ingens in cananea tempore Iosippi 17.j
Fames summa 235.ij & 406.v
Familiæ albanæ 142.ij
Fasti Roma. vulgantur 331.iiij
Faunus & Picus 136.ij
Faustulus Romuli nutritor 121 Eius interitus 123.ij
Feciales 136.ij
Feriæ latinę 173.ij
Feronię phanum 135 & 142.ij
Ferotima fuso & penso aureo donatur 194.ij
Fidenę capiuntur 130 142.150.ij.170. 187.iij.
Filium immolat pater 109.ij
Filios edunt matres 110.ij.
Filiæ fabij maximum excitant certamen 259.iiij
Filij quinquaginta ab artaxerxe occisi 285.iiij
Flamines vnde dicti 136.ij
Flaminij ferocia 375.iij
Flami. consulis lex 387.v
Flaminij pertinacia, pręceps ingenium, ferocia, casus 387. & 388.v
Flauius ædilis fastos Romanos vulgat 331.iiij
Flauij perfidia 419.v
Flumina ab exercitu Xerxis epota 132.iij
Fluuij lacubus infusi 381.v
Fluuius cruentis aquis prodigio visus 384.v
Fœderis feriēdi ratio 139 apd Arabes 177.ij
Fœdus more antiquo 147.ij
Fœdus sacratum 339.iiij
Fœdorū triplex ratio 460.v
Fœdus cum latinis renouatum 173. 208. & 209.ij
Fœdus Atheniē. & Lacedomoniorū 201.iij Corithioꝝ & argiuoꝝ ibidē
Fœdus Darij & Lacedæmoniorū 216. Turbatur 217.iij
Fœdus inter Ro. & Carthaginieñ. tertium, & veteris fœderis forma 330.iiij
Eœdus quoties Pœni cum Rom. percusserint 280.v
Fœmina filium strągulauit in æthiopia ne supplicium indictum effugeret 20.j
Fœminę arabicę contra fratrū libidinem cōmētū honestū 29.j Nota.
Fœmina fratrem viro & filijs prętulit 183.ij
Fœmina Thracem ducē occidit 284. iiij vide mulier. Virgo.
Fons amarus 191.ij
Fons vini sapore 252.iiij & 433.v
Fons hammonius 293.iiij
Fons mire repertus 313.iiij
Fores Valerij solæ in exteriorem partem aperiebantur Ro. 251.iiij
Fori Ro. ornatus 329.iiij
Fortis fort. ędes 340.iiij
Fortium bustum & laus 182.ij.
Fortunæ variatio 253.iiij
Fortuna regum varia 365.iiij
Formicæ indicæ 9.j
Fregellas colonia Romana ducta 367.iiij
Fuluius in exilium abit, vrbemq; accedit 423.v
Fuluij flacci stratagema 480 demen. 482.v
Fundanorum depreca. 282.iiij
Funebris laudatio 187.ij
Furius consul 129.iij obsidetur & liberatur 150.ij
Furius Camillus vide camil.

Abaonitarum flagitium ī mulierem 42.j
Gabij bellum inferunt Romanis 173.ij
Galilęa vbi sit 41.j
Gallorum in Italiam aduētus prętuciatur ab incerto 237.ij eorū trāsitus primus 239.iiij
Galli Romanis semper formidolosi 237.iiij
Galliarū sit⁹ & diuisio 237 & 238.iiij
Gallorum ciuiles mores, ordines & ad vrbem aditus 238.iiij
Galli Capitolio depelluntur 241 Laborant fame & pestilētia 242.iiij
Gallica busta ibidem
Gallorum tumultus 261.iiij
Gallus a Coruino cęsus 263.iiij
Gallorū cędes ab Antigono 353.iij
Galli fugiunt 264.iiij
Gallorum impetus, cędes, vagi excursus 270.iiij
Gallorum ingenita ferocia & commentum 337.iiij
Gallorum successus 351.iiij
Gallogręcia 353.iij
Galli omnis gratia filios & vxores trucidant 365.iij
Gallorum noui motus 373.iij
Gallorū cōsiliū & recēs cędes 374.iiij
Gallici belli finis 375.iij
Galli funduntur a Pœ. 381.v.
Gallorum animositas 383.v Teterrima cędes 451.v Altera cædes 460. v. & sequē. Altera a Nasica 466.v
Galli ab Hellesponto in Asiam trāseunt. Et quoties de eis triumphatum sit 472.v
Galli sacerdotes ibidem
Galli pacem poscunt. 473. Iterum in Italiam trāseunt 477 Eijciūtur Italia 479.v
Gallinacei pulli ternis pedibus nati 454.v
Ganymedis raptus 45.j
Garamātes po. 56.j
Gargaphius fons 141.iij
Gaza capitur 291.iiij
Gedeon dux Israelitarum & eius gesta 65.j
Geganius dux consul 112.ij
Gela & Gelen. 204.iij
Gelo tyrannus Siciliæ 113.ij
Gelon Hippocratis fateles fit⁹ tyrannus 133.ij
Gelonis adagium in Atheni. & Lacedæmonios ibidem
Gelonis mors 408.v
Gelonus Scytha 190.ij
Genius Romæ 198.ij
Gentiū & ducū Xerxis noīa 132.iij
Genutij interitus 225.iij Et alterius consulis 262.iiij
Geriones cur triceps dict⁹ 55 vincit & boues amittit 57.j
Gessatæ Galli 373.iiij
Getharum mores 200.ij
Gethæ rursus 482.v
Gigantes inuenti 3 & 97.j
Gigantei belli ratio 48.j
Gilli expeditio 253.iiij
Gilippi in Italiam appulsus 210 Edictū. 210. Fuga. 216. peculat⁹ 230.iij.
Gymnosophistæ & eorum instituta 323.iiij
Gyndes flu. a Cyro corriuatur 165.ij
Giscenis⁹ seu Gesconis studium 370 . Supplicium 371
Gladiatorium munus primum Romæ datum 360.iiij
Gladi⁹ & Clypeꝰ Romanorū 430.v
Glaucus Chius 138.ij
Glaucus cur cum tota domo perierit 120.iij
Glessaria insula 369.iiij
Gnosij & Gortynij seu Gnosij &c. 399.v
Gobryas 180.ij
Gobryis callida interpretatio donorum a Scythis missorum 192 & 193.ij
Goliadis magnitudo & prouocatio 84 Cædes 85.j
Gordij nodus 132.ij & 285.iiij
Gordium vrbs 285.iiij
Gorgias Leontinus 173.iij
Gorgylas amnis 377.v
Gorgones puellę 36.j
Graccho angues portēto visi 419.v
Gracchi mors ibidem
Gracchus 30 Celtiberorū vrbes euertit 497.v

Gracchum odio prosequũtur patres. 504. Mortis eius prodigia 505.v
Gracchorum fratrũ natura, leges actiones. 503. &. 504.v
Gracchi cadauer in Tyberim deiicitur 505.v
Gratitudinis exemplum in Dauide. 93.j. in Dario. 183.ij. Romanorum in Manlium. 243.iiij.
Granicus flumi. & pugna Alexan. ad eum. 284.iiij.
Græcus a quo Græcia. 14.j.
Græcorum post Troiæ excidium calamitas. 72.j.
Græcorum errores 77.j.
Græcarum nauium fuga 134.iij.
Græcorum victoria 143.ij.
Græcorum discordia. 171.iij. Infamis nota 274.iiij.
Græcorum virtus 276.iiij.
Græcorum corpore truncorum fœdum spectaculum & alexan. in eos clementia 301.iiij.
Græciæ nouí post mortem alexã. motus. 325.iiij.
Græcos quosdã & Gallos vinosi suffoderũt superstitiosi Roma. 373.iiij.
Græcorũ effigies, pdigio visę. 387.v.
Græcię descriptio 465.v.
Grynius rex 193.ij.

Abraei Heberi & Hebręi 4.j.
Habraami prædicatio. 4.j. scientia, & in ægyptũ profectio. 5.j. victoria, pfectio ex Cananea, pietas & sepulcrum. 13.j.
Habraami laudes 19.j
Halex flu. in Locris 192.ij
Halis flu. extenuat & corriuat. 136.ij
Hamæ oppidum ad quod campani cæsi. 408.v
Hamilchar damnatur 354.iiij
Hamilcharis successus. 362. Spendiũ fugat. 370. Rebelles vincit. 371. Moritur 372.iiij
Hamilcaris meminit 378.v
Hammonij troglodytæ 393.v
Hammonem adit alex. 292.iiij
Hammonus fons 293.iiij
Hammoniorum deus ibidem.
Hanno agrigẽtum venit. 361. eius socordia 370.iiij
Hannonis & Hamilcharis simultas 371.iij.
Hannonis de bello cum Roma. sentẽtia 379.v
Hanno superatur a Scipione 387.v
Hannibalis fuga. 361. Oratio ad suos 382.v.
Hãnibal accersitur in castra. 378. Declaratur imperator 378.v
Hannibalis successus ibidem
Hannibalis stratagema. 361. iij, 378. &. 388.v.
Hannibalis insomnium 380.v
Hannibalis & Scipionis congressus 383.v.
Hannibal vulneratur 386.v
Hannibalis simulata clemẽtia in Ro. 388.v.
Hannibal oculo capitur ibidem
Hannibalis solicitudo & consilium astutum. 390. Ars & de Fabio verba 391. &. 392.v
Hannibalis ars 393.v
Hannibalis digressus ibidem
Hannibal pellicitur Neapoli. 403. Eius victoriæ 405.v
Hannibal nolam obsidet. Casilinũ oppugnat. & Cãpanis delicijs frangitur. 405. &. 406. A cumis pellitur. 409. Puteolos oppugnat. 412. Roma. imminet. 423. Digreditur ab vrbe 424.v
Hannibalis alterum de Fabio dictũ 430.
Hannibal vincitur ibidem
Hannibalis clades. 433
Hãnibalis vox in subito dolore 435
Hannibalis querela. 446. ad Carthaginem funditur 447
Hannibalis facinus & exiliũ. 448. ad Antiochũ transfugiũ. 456. De bello ad eundem verba 462
Hannibal pacem cum Antiocho turbat 461
Hannibalẽ criminatur apud Antiochum Thoas 463
Hannibal ad Prusiam regem se confert. 474
Hannibalis ars in Gortynijs fallendis 478
Hannibalis exitus 479
Harpyiæ monstra 75.j
Harsicori interitus. 409.v
Hastę ardere visę 196.ij
Hasta sponte commota. 387.v
Hasdrubal perit 231.iij
Hastrubalis successus ĩ Hispania. 373. cõsilium Roma. 390. vincitur. 331. Placentiam obsidet. 433.v
Hastrubalis ĩ re militari peritia. 434. Casus ibidem
Hastrubal miratur Scipionis indolẽ. 437. Eius seuitia. 497.v
Hebraica historia Græcis negata. 4.j. vbi deficit 159.iij
Hebręorũ regnum scinditur. 90.j
Hebri cursus 191.ij
Hector Achillem interfecit non contra 71.j
Hectoris casus 73.j
Helemati facinus. 365.iiij
Helenę raptus 63. &. 71.j
Helena rapta in Aegyptum defertur nec nupsit Menelao 71.j
Helenus vates 74.j
Heliachimus rex 152.ij
Helias propheta. & eius fuga ac exitus 107.ij
Helicon Cyzicenus 265.iiij
Heli sacerdotis mors 71.j
Helisei opera. 110. Diuinatio. & mors 115.ij
Hellanicus historicus 121.iij
Hellenes. i. græci 167.ij
Hellesponto inflixit Xerxes verbera 130.iij
Hemon rex 25.j
Hemus mons 480.v
Heraclidę Trachynã deserũt. Euristhe um perimũt. Argos, occupãt 67.j
Heraclidarũ magnanimitas. 347.iiij
Heraclea 192.iij
Heraclitus ephesius 121.ij
Heraclici & Aristotelis de roma oraculum 241.iiij
Herasistrati prud. 344.iiij
Hærba salutaris Alexandro per quietem ostensa 322.iiij.
Herculis ortus & pater. 47.j. Tyrocinium ibidem
Herculis præceptor 49.j
Hercules relictus 50.j
Hercules curatur a Medea. 54. Eius gesta ibidem
Herculanę expeditionis vestigia. 57.j
Herculis astrologia 59.j
Herculis gesta in lydia 64.j
Hercules venditur ibidem
Herculis interitus. 65. Eius & Sansonis comparatio 69.j
Herculis comes 320.iiij
Herdoni⁹ Aricin⁹ crudelitę necat 172.ij
Herdoniana clades 429.v
Herẽnij ad Caudias furcas ars 310.iiij
Herennij triplex sententia de Romanis inclusis 311.iiij
Heretus vicus 190.ij
Hermæ Athenienſ. 207.ij
Hermias Chares. 401. occidit 402.v
Henrici vincuntur. 123.iij. &. 330.iiij. Fortiter pugnant 262.iiij
Herodotus histo. 149.ij
Heroici car. origo 45.j.
Herostratus cur dianæ Ephesinę templum incenderit 275.iiij
Hersilia romuli vxor 129.ij
Hesiodi poetę mors 192.ij
Hesperidum horti. 57.j
Hetrusci Romanis de imperio cedũt. 151.ij. Bellum mouẽt. 245.iiij. Cedũtur 246. &. 328.iiij
Hetrusci pacem petunt. 329.iiij. Cæduntur ibidem
Hetruscis pax datur 339.iiij
Hexametri carminis apparat⁹ 28.j
Hiadum vrbes 207.ij
Hibernacula Romanorũ pria 222.iij
Hybla & Hyblęi 204.iij
Hidaspis & indi cõfluens 321.iiij
Hydra lernęa 48.j
Hiera insula 192.iij
Hieremię diuinatio & captiuitas. 148 152. &. 153.ij
Hiericũtis excidiũ. 38.j. Balsami feracitas 42.j
Hieroboæ vitulĩ aurei. 104. manus tabescit. 104. contumacia & bellũ in Abiam & mors 105. &. 106.ij
Hiero & eius astus & coronatio. 359. Vincitur & pacẽ obtinet 360.iiij
Hieronis officiũ in Carthaginenses. 371.iiij. Munificencia in Ro. 393.v
Hieronymi tyranni motus ac cædes. 411.v

Hierosolymę





Hierosolymæ capiuntur 42.j Conditio earum 91 Vnde sint dictæ: & a Dauide captæ ibidem
Hierosolymæ desolantur 153.ij Instauрantur 146.iij
Hierosolymorum de põtifice discordia 292.iiij
Hieus rex inungitur 111.ij
Hylæ casus 50.j
Himilchonis insolentia 405 Successio post Hastrubalem 407.v
Hyperides 325.iiij
Hippiæ visũ & execratio dẽtis 121.ij
Hippias Lysius &c. 173.ij
Hippolyte Theseo datur 55.j
Hippolyti & phedræ interitus 63.j
Hipponas poeta 137.ij
Hirpinorum querelę 409.v
Hipsipyle grauida fit 49.j
Hispanorum cędes 481.v
Hispaniæ res variæ 477.v
Hisbosethus appellatur rex 90 occidit 91.j
Histięus Milesius 193 ferui caput inscripsit 202 Redit in Ioniam 205 mendacium eius 206 Cruci affigitur 207.ij
Historia Hebraica Grecis ignota 4.j
Historiæ sacræ vsus ibidem
Historia quid distet a fabula 54.j
Historiæ variatio 152 176.ij 196.iij 429.v & 449.v
Historiographi plures qui de Alexã. scripserunt 306.iiij
Histriones vnde 261.iiij
Holigarchiæ studient Lacedæmonij 254.iiij
Homeri poetæ ortus 81.j laudes ibidem
Homines monstrosi 9.j
Homo ignotus diademate ornatus in folio Alexã. mag. visus 324.iiij
Homines ignoti in candida veste cõspecti 387.v
Horatij trigemini 139 vnius absolutio a cæde fororis precibus patris 140.ij
Horti Hesperidum 57.j
Humandi hominis varius modus 154.ij
Humanitatis exemplum in Camillo 249.iiij

Iacob & ei⁹ gesta 14.j Vide vocabulum Israel.
Iadanis prophetę minę 104 interitus 105.ij
Iaddas & sacerdotes Hierosolymitani procedunt obuiam Alexã. mag. 292.iij
Iahelis facinus 46.j
Iani templum conditur 135.ij Claditur iterum 369.iiij
Iapiges vnde 128.ij
Iarbas rex procatur 101.j
Iasius & Dardanus 36.j
Iason & eius gesta 46 In Colehidẽ nauigauit 49.j
Iberi flu. ortus 380.v
Ibidis auis vict⁹ 22.j Figura ibidẽ
Ideæ mors 50.j
Idęi Dactyli 44.j
Idololatriæ ortus 3.j
Idume vnde dicta 15.j
Ieptes hostes superat & filiam immolat 67.j
Iesus Naue vincit 30.j
Iezabel sæua 107.ij
Ignispicium 70.j
Igne cœlesti vtuntur tribuni iussu Heliæ 109.ij
Ignes prodigiosi in cœlum sublati facem creant 444.v
Ilia Rhea fit vestalis & grauida 119 & 120 Necatur 121.ij
Ilium cõditur 45 capitur 52 Proditur 73.j
Ilienses 469.v
Illyrij vincunt pueri ductu 154.ij
Illyriorum origo 372.iiij
Illyridis fines ibidem
Illyrij Dyrrhachio pellũtur, & Corcyram obtinent 373.iiij
Ilus 36.j
Imilcho sibi mortem cõsciscit 247. iiij Vide Him.
Imperium primum fuit regũ 5.j
Imperatoris officium 402.v
Imperium æquatur magistro equitũ & dictatori 391.v
Inachus & Io 13.j
Incendium Ro. noxium 367.iiij
Indiæ situs, forma, vbertas, ingens 9 Munitio 11.j
Indorũ vita, mores, politia, mõstra ferarum 9.j
Indorum prælium nauale 11.j
Indi flu. ortus & incrementa ibidem cum Hidaspale confluens 321.iiij
Indica expeditio Alexandri Magni 316.iiij
Indorum in Ale. dona. 322.iiij
Indus flu. rursus 319.iiij Ludi vouẽ tur Apollini 418.v
Indibilis hispanus 421.v
Indibilis & Mandonij motus 438.v Cædes 440.v
Inimicitiæ brutorum inter se naturales 22.j
Infans semestris clamauit triumphũ 387.v
Infans in vtero matris Io triumphe clamauit 411.v
Infans quadrimo æqualis nascit Androgynus 433.v
Infans Androgynus 450.v
Insignia imperij Tuscani 151.ij
Insignia transtyberina 184.ij
Insulæ a continentib⁹ abscisſę 436.v Continentes factæ ibidem
Instituta Mosis domestica & bellica 36.j
Interamna regio 338.iiij
Inuidia cęca 128.ij Felicium alumna 148.iij & 463.v
Io Inachi filia 13.j
Io triũphe clamauit in vtero matris puer 411.v
Ioabus amasum necat 96.j
Ioachimi captiuitas 146.ij Casus 489.v
Ioas restituitur in regnum 112.ij Interficitur ibidem
Ioathas rex Iudæ 120.ij
Iobileus seu Iubileus annus 14 & 32.j
Iolai errores 64.j
Ioles nuptiæ 65.j
Ionas in ventre Ceti 116.ij
Ionathę facinus 83.j
Indoles 83 Fœdus cũ dauide 87.j
Ionathæ alteri fit iniuria 490 Eius principatus & honores ibidem
Ionathæ virtus & successus 500 & 501 Captio fraudulenta & interitus 502 & 503.v
Ionicarum vrbium conditores qui fuerint 99.j
Iones in Aegyptum eunt 146.iij
Iones Milesij 201 Sardis occupant 205.ij bello affliguntur ibidem Vincuntur ad ephesum ibidem
Ionum opes maritimæ 206
Ionum conspiratio ibidem Seruitutes 207.ij Insimulatio proditionis 138.iiij
Ionium mare 175.iij
Iordanis celebritas 12.j
Iordanis stat 38.j
Ioræ præuaricatio & mors 110.ij
Iosias regnat 143.ij
Iosias moritur 145.ij
Iosephari copię opes & victoria miraculosa 108.ij
Iosippi seu Iosephi filij Iacob insomnium, vẽditio, interpellatio ad stuprum, incarceratio 15 &. 16 Liberatio & præfectura 17 Pietas in fratres 18.j
Iosippus alter facere regem & reginã sibi sponsores fore dixit 418.v
Iosue seu Iesu naue ad populum concio 33.j
Iosue interitus 42.j
Ioues tres 13 Iouis simulacrum 48.j vide Iuppiter
Iphicli cædes 64.j
Ipsipyle thoantis filia 70.j vide Hipsi
Ira militum in Papyrium 295.iiij
Iren laconum 114.ij
Isaachi obedientia 13 Coniugiũ & benedictio 14.j
Isbosethus rex 90 occiditur 91.j vi de Hisbosethus
Isis & osiris qui & quando 3.j
Isocrates 237.iij
Israelis gesta 14 & 15 In Aegyptum migratio 19.j
Israelitarum ex Aegypto egressorum numerus 27.j
Isthmiaci ludi 62.j
Ister & Danubius 191.ij
Istri populi 482.v
Italiæ ciuitates tentantur ab Athenięſ. 198.iij

Italię vaſtitas Hannibali viſa per inſomnium 380.v
Iubileus vide Iobileus 14.j
Iudas Maccabęus inſtituitur duxvincit, hortatur ſuos, incędit hoſtium caſtra 486 & 487 vincit. Redit ad vrbem 488 init cū Ro. ſocietatem & paulopoſt occiditur 489.v
Iudęorum ſub Iuda victoria prima 30 Clades 38.j
Iudęi corrumpuntur 42.j
Iudęorum ſeruitus 44 Vectigales fiūt 45 Victoria 83.j Clades 132.ij
Iudęorum in Aegyptū migratio 153 In Palęſtinam reditus 171.ij
Iudęi legis prędaricatores 486 Eorū clades ibidē Calamitas 488.v
Iulia gens ab Iulo 81.j
Iudicum ad Cambyſen reſponſum 179.ij
Iunonis templum conflagrauit argis 199.iij
Iunonis ſimulacrū locutum putatur 429 & lacrymaſſe 480.v
Iunonis cedes & templa 226 236.iij 271.iiij & 411.v
Iuno ſoſpita 281.iiij
Iuppiter ſpiritus vitalis 3.j
Iuppiter Cretenſ. & eius ſepulcrū 13 Argumēta mortalitatis in eo 37.j
Iuppiter feretrius & eius templum 129.ij vide ſupra vocabulo Ioues.
Iuſiurandum militare 393.v
Iuſtitiæ exemplū in fœmina 20.j
Iuturnæ lacus 200.ij

Labyrinthi quot & vbi 60.j Labyrinthꝰ in Creta ibidē Labyrinthus cluſinus 60.j Labor ab Ioue inductꝰ miſeris mortalibus 323.iiij
Lac fluxit 460.v
Lacedæmon quę & ſparta, conditur 20 & 36.j
Lacedęmoniorū rex primus 81.j Inſtitutū vetꝰ 133.ij ſucceſſus 229.iij
Lacedæmonij in ſummo periculo capillum comunt 134 Eorum virtus 135.iij
Lacedęmonij vincūtur ab Athenienſ. 203 Vetant ne ambo reges in bellum exeant 204.ij
Lacedęmon terręmotu periit 148.iij
Lacedæmonij & ſocij vincuntur 186 195 & 196.iij
Lacedæmoniorū ſerui ſublati modo ignoto 197.iij
Lacedęmoniorū geſta 251.iiij Vincūtur rurſus 253
Lacedæmoniorum & Athenienſi, ſimultates 255 Pax 256.iiij
Lacedæmo. virtutes 257.iiij Cædes & gratulatio cæſorum 378 Muri 459.v
Lacedæmoniorū & Achęorū diſcordia 473.v
Lacedæmonij erant Iudęorum conſanguinei 481.v
Lacęnarum. i. Laconicarum mulierū indoles 358.iiij
Laconicæ mulieres dicuntur a maritis dominę: & vrbana eius rei cauſa 114.ij
Laconicæ virgines exercentur ludo ibidem
Laconum nutrimenta ibidem
Laconici pueri & lren. ibidem
Laconicus ſermo, & chorus ætatum 114.ij
Laconica modulatio, cātilena, diuerſa inſtituta, pugnę excitamenta, & ſuffragia diuerſa ab alijs ibidem
Lachrymæ Scipionis in excidio Carthaginis 498.v Xerxis & Metelli lachrymas, vide in ipſis.
Lacinius latro 51.j
Lacus Iuturnæ 200.ij
Lacus Albanus 224.iij
Lacunax regulus 443.v
Laius & Cadmus 69.j
Lamachi paupertas 205.iij Interitus 210.ij
Lamech & eius proles 2.j
Lamia pſaltria celeberrima 342.iij
Lampis Atticus 204.ij
Lampſacum 143.ij & 229.ij
Laodice qnq; filios ſuos occidit 506.v
Laomedontis cędes 52.j
Lapillis diuerſorum colorū notantes dies 44.j
Lapidibꝰ pluit 387 408 417 426 433 441 448 461 & 466.v
Lapidis inſtar currus ex aere caſus ab Anaxagora prędictus 151.iij
Lepitharum bellum 65.j
Largius conſul 197.ij
Lariſſa altera 453.v
Larthis interitus 170.iij
Latij fines, incolę & reges 75.j
Latinus & Pallas Herculis filij 57.j
Latinus rex & Latinorū nomē 76.j
Latinorū opes ſemifractę 149.ij Cędes & deditio ibidem
Latinorum defectio cum vigintiqua tuor populis 197.ij Strages eorum ibidem
Latinorū ad Romanos legati 208.ij
Latinorum & Voſcorum diſcordia 259.iij Vincuntur ambo ad Satricum ibidem
Latinorum defectio 270.iij
Latinorum poſtulata, & bellum eis indictum 278.iiij
Latinorum ſtrages & agrorum multa 280.iiij
Latinorum ſtatus conſtituuntur 281.iiij
Latinæ feriæ 173.ij & 453.v
Latonæ oraculum 146.ij
Lauinia nubit æneæ 76.j
Lectiſternia prima Romę ſtrata 240.iiij
Legati Rom. interfecti juſſu Tolumnij 170.iij. Ad Teucam miſſi 372.iiij Ad Aetolos 377.v Ad Carthaginienſ. 380.v
Legati Philippi intercepti arte euadunt 408.v
Legati Carthaginienſ. auditi Romæ 448.v
Legatio Pruſiæ qualis Catoni viſa 495.v
Legati Romani violantur Corinthi. 499.v
Legiſlatorum mos referendi ad deos autores legum ſuarum 113.ij
Leges per Moſen populo datæ 35.j
Leges complures 163.ij
Leges Romuli 126.ij
Legum Lycurgi capita 113.ij
Leges draconis & earum capita 155.ij
Legum Ro. origo ibidem
Leges decem tabularum 159.iij
Leges populares 280 & 335.iiij
Leges Carthaginienſ. datę poſt primū bellum pu. 368.iiij
Legum vetuſtas 416.v
Leges Lycurgi ſublatæ 489.v Vide Lex.
Legio quot ſit mili. 279.iiij
Legio lintheata 339.iij
Legio infamis 428.v
Lemniades viros cædunt 49.j Vn de dicta Lemniaca ſcelera 122.iij
Leonati interitus 325.iiij
Leonidæ dictum. Sub vmbraC. ſtelorum) melius pugnabimus, & eiꝰ mors 134 & 135.iij
Leontij ſupplicium 401.v
Leontini capti 414.v
Leo Nemęus 47.j
Leo, ſi caput eius inuoluatur fit inualidus 48.j
Leones Europæ 132.iij
Leporem parit equa 131.iij
Leſbos deficit 188.iij recipitur ab Athenienſ. 216.iij
Lethe flu. 502.v
Lętitia extinctæ matronæ Romanæ 389.v
Leucades vrbs 192.iij
Leucoſa abſciſſa a Sirenum promontorio 433.v
Leuthicides 119.iij
Leuinus Pœnos Sicilia expellit 425 Eius in Aphrica expeditio 435.v
Leuitæ triſte facinus 42.j
Lex per Moſen data 31.j
Lex militaris de prędа prędidiarijs cōdiujdenda 89.j
Lex Argiuorum 134.ij
Lex duumuirorum, & Lex triumuirorum 140.ij
Lex Amaſis 177.ij
Lex ſacrata 112.ij
Lex Teretilla 157.iij
Lex de Auentino ibidem
Lex Agraria fertur 504.v
Liberalitatis hoſtimentum 334.iiij
Liberalitas Roma. in Carthaginienſ. 448.v
Liberi Numæ 137.ij
Liberi patris metæ 309.iiij
Libertas defenditur 132.ij
Libertatis ratio 181.ij
Libertinorū tribus 161.ij & 375.iiij
ibya 55.j
Libido enormis 343.iij
Libri Sibyllini 175.ij
Liberorum impunitas 123.ij
Libri Numæ reper. 480.v
Liburnicę naues 175.iij
Lycas puer moritur 65.j
Lycidæ excidium 140.ij
Licinius conſul 111.ij
Lycurgus qua ætate fuerit, quo conſilio & ſucceſſu 112 & 113 Exitus 115.ij
Lycurgus legiſer 248.iiij Eius leges ſublatæ 320.iiij
Lydus vnde Lydia 120.ij
Lydorū inſtituta & opes ibidem
Liguſticum bellum 369.iij
Ligurum diuiſio ibidem
Ligurum deditio 480.v
Lilybęum promontorium 362.iij
Lingurium 369.iij
Lintheata legio 492.v
Linus & Amphion 44.j
Liparenſ. aurū Apollini votū a ſe interceptū reſtituunt 236.iij
Lipara 192.iij 361.iij
Lyſander Lacedæmonius 227.ij Eius honores & mores 230 Ambitio 233.ij Ad bellū egreſſio 251. iiij Interitus 252.iiij
Lyſimachi ſtudium & pugna cū leone 341.iiij
Lyſimachia 468.v
Lyſippus fictor 326.iiij
Lyſiſtratus ſycionius ibidem
Literæ & veſtes ægyptiorū 24.j
Literę vnde ſint in gręciam delatæ & a quibus inuentæ 43.j
Literę lepori inclusæ 164.ij
Literæ capiti inſcriptæ 202.ij
Literę doloſæ 231.ij
Literæ laureatæ 236.iij
Literæ Darij ad Alexand. Mag. 289 & 291.iiij
Literæ falſæ in Demetrium ſcriptæ 480.v
Litti excidium 399.v
Liuij cōſulis ferox reſpōſum 280.iiij Geſta in Helleſponto 467.v
Liuij poetę carmen pro choro virginum 433.v
Locrenſ. victoria 232.iij
Locrenſes pop. 251.iiij
Locri pœno. fiunt 410.v
Locrenſ. querelæ & oratio ad Senatū Rom. 441.v
Locuſt. vis 444 & 506.v
Loquela prima vide Sermo & Pueri 24.j
Loth & eius geſta 12.j
Lothus arbor nō ſolū herba vt vult Plinius 392.v
Lucanię ſitus 294 & 355.iiij
Lucanorum mores 355.iiij
Lucanorum defectio 294.iiij
Lucerinorum defectio 327.iiij
Lucius & Aruns tarquinij quorum fuerunt filij 161.ij
Lucius Martius rem Ro. in Hiſpania ſeruat 267.iiij
Luco Petilino cur Manlius damnatus 248.iiij
Lucretiæ ſtuprum & mors 176 & 177.ij Vltio ibidem
Lucrinus lacus 38.j
Lucumo 145.ij
Ludi plebei & circenſes 114.ij
Ludi ſcænici primi Romæ habiti 261.iiij
Ludi Apollinares 431.v
Ludi Taurij 477.v
Lugendi ratio 136.ij
Lugduni conditio 382.v
Lunæ defectus 212.iij
Lunę repętina obtenebratio 265.iiij
Lunæ tres viſæ 369.iij
Lunæ duæ viſæ 387.v
Luna ardens viſa ibidem
Lupa Romuli nutrix 121.ij Illius ſimulacrum 337.iiij
Lupercale ſacrum 122.ij
Lupi ex hominibus 6.j
Lupi augurium 337.iij
Lupus caſtra inuaſit 384.v
Lupus in Gallia eripuit gladiū e manu vigilis 387.v
Luſitanorum cædes 477.v
Luſoris mali mores 356.iiij
Luſtrum primum Romæ conditum 161.ij Alterum 192.iij
Luxus regales 321.iiij
Luxuriæ Romanæ prima rudimenta 476.v

Macedonici regni origo 119. ij & 140.iij Fines 119.ij Macedonum regum progenies ibidem
Macedonū conflicta 324.iiij Noua diſcordia 333.iiij
Motus 344 Leuitas & occupa. api. 345 & 346.iiij
Macedonum cęd. 456.v De eis triūphus Ro. 460.v
Macheus cum exercitu exulat & cæditur 231.iij
Macheas Seytha Philippum illudit 276.iiij
Macherophori 211.iij
Machina ingens 345.iiij
Machlyes androgyni 37.j
Madianitidū illecebræ & Madianorum cædes 34 & 35.j
Mæones & Maones 120.ij
Magiſtratus noui 168.iij
Magna Grecia 232.iij
Mago ex gadibus in Italiam venit: & a Carthagine cum cæde repellitur 439 Moritur 446.v
Magorum inſtituta & ſcientia 118 Ritus 164.ij
Magi Perſiæ regnum occupāt & opprimuntur 179 & 180.ij
Maharbal dicit Hānibalē neſcire victoria vti 395.v
Maleuentum nunc Beneuentum dicitur 327.iiij
Mallis Alex. mag. ſummum periculum adijt 321
Mamercus Aemylius dictator 170. iij & 329.iiij
Mamercus vincitur 269.iiij
Mamertini victi 196 Adſunt Ro. 359.iiij
Nanaen rex 119.ij
Manaſſes 17.j & 137.ij
Mancini temeritas 390 Irruptio in Car. 496 vincitur a Numantinis 502.v
Mandane 162.ij & 323.iiij
Mandonius dux 391.v
Manlius conſul 197.ij
Mānlius capitolinū ſeruat a Gallis 242 Eiꝰ inſolētia & incarceratio 247.iiij
Manlij recētes motus & locus dānationis 248.iiij
Mālius P. dictator 260 dies impioſo dicit, & p filiū liberatur 262.iiij
Manlius in filiū animaduertit 279 Eſt pius in collegam 280.iiij
Manlius a ſuis legatis accuſatꝰ reſpōdet eis & triumphat 474.v
Māna cœlo demiſſum & eius natura 29 definit 38.j
Maones & Mœones 120.ij
Maratho fons 28.j
Marathonius campus 120.iij
Marcelli geſta & prudentia 396 405 413 & 414.v
Marcellus Syracuſas capit & lachrymat 420 Criminatur a ſiculis & reſpōdet 427 Triūphat in albano 425 ferocia eius 430 Interitus 432.v
Marci Catonis cenſura & eloquentia 477.v
Mardoniꝰ in Europā trāſit? 119 Cōuiciū i Lace. & iteritꝰ 141 & 142.iij
Mardorum gens 302 Fuga & dediti o 305.iiij
Mare Iudęis panditur 27.j
Mare rubrum 223.iij
Mares facti ex fœminis 411.v
Maria ſoror Moſis 34.j
Marſię pellis 130.iij
Marſias flu. 206.ij & 285.iiij
Marſi & ſānites victi ab Ro, 329.iij
Martis ara 461.v
Martis ædes 245.iiij
Martiana carmina 418.v
Martius L. rem Romanam ſer. 421 Eiꝰ titulus diſplicet ſenatui 423.v
Martiꝰ Coriolanus. vide Coriolanus 112.ij Martiꝰ Quintiꝰ, vide Quītiꝰ.
Martij verba 493.v
Maſſacarum regina 317.iiij
Maſſagetarū ſtrages & ritus & mores 169 170.ij
Maſſilia conditur 157.ij
Maſſilienſ. origo 239.iiij
Maſſiniſſa rex 416.v Eius neceſſarius a Scipione captus & remiſſus 431.v
Maſſiniſſæ mandata ad Scipionem 440.v

Massinissa Galæ filius 443
Massinissæ casus varij ibidem Regnum recipit 443 Sophonisbam ducit & ductæ venenum mittit 445.v
Massinissæ deliræ 494.v
Massinissæ interitus ibidem
Massia in Syria 401.v
Masisti casus 141.iij
Matathias Iudę Maccabęi pater 486.v
Matho & Spendius duces seditionis Aphricanę 370.iiij
Mathonis facinus 372.iiij
Mater deûm accersitur Romã 441.v
Matris & vxorum Darij captarũ cõploratio 288.iiij
Matribus coeuntes 315.iiij
Matronarum Ro. liberalitas in rempubli. 235.iij
Matronę prę lętitia extinctæ 389.v
Matuta dea 225.iij
Mauri vnde dicti, & Mauritaniæ vbertas 56.j
Mausoleum Nini regis 8.j
Mazei fuga 299.iiij
Męandri fontes 130.ij
Medea & Circe 51.j
Medea hospitio suscipit a Circe 52.j Peliam necat & alia eius facinora. Herculẽ curat ab insania 53 & 54.j
Medęs meminit 71.j & 118.ij
Mediæ situs & Medorum rit⁹ ac mores 118.ij
Medorum reges 117.ij
Medendi vsus Assyrijs 166.ij
Mediolani conditores 239.iiij
Megabazus Aegypto potitur 172.ij
Megalesia festa 466.v
Megara Herculi despondetur 47.j
Megara olim Hybla 134.ij
Megaram occupant Athenięñ. & Lacędæmo. recipiunt 197.iij
Mel in foliis 305.iij
Melanchleni Scythæ 6.j
Melchisedech 12.j
Meliorum excidium 204.ij
Melita insula 385.v
Memacenorum excidium 308.iiij
Memphis 22.j
Menander comicus 357.iij
Menedemus philosophus ibidem
Menelaus in Aegyptũ nauigat 72.j
Menenij apologus 111 Mors 112.ij
Mulcta 127.iij
Menes rex antiquissimus 24.j
Menix insula 392.v
Menonis finis 8.j
Mensa solis 178.ij
Mercurij ędes 209.ij
Meroe 22.j
Meropis 217.ij
Messambria conditur 207.ij
Messana vrbs 355.iiij
Metaurica pugna 434.v
Metę Bacchi 309.iiij
Metelli stratagema & victoria 365.iiij
Metius suffetius & eius supplicium 138. 140 & 141.ij
Metonem muniũt Athenięñ. 196.iiij
Metonis vrbana in pyrrhum admonitio 348.iiij
Methiochus capitur 208.ij
Michalæ pugnatur 143.ij
Micheas propheta 108.ij
Micipsa & Mastabal & cæteri Massinissę filij 495.v
Milciades & eius gesta 193 207 & 121.iij
Mors 122.iij
Miletos capitur 206.ij
Mille Athenięñ. talenta 215.ij
Militum Ro. secessio 274.iiij
Militum in Alexand. mag. affectus 308.iiij
Militare institutum 360.iiij
Milite mercenario quando primum vsi Ro. 416.v
Milonia capitur 338.iiij
Mindaci casus 221.ij
Mines primus Aegyptiorũ rex 23.j
Mineruæ phanum 147.ij
Minyæ vnde dicti 49.j
Minyarũ nauigatio, reditus 52.j
Minyę ejiciuntur e Lemno. suscipiũtur a Lacedæmo. 193.ij
Minutia vestalis viua suffoditur 281.iiij
Minutius consul 198.ij
Minutij temeritas 389.v Concio 392.v
Minutius ab Hannibale in insidias trahitur 391.v
Minnonesus 467.v
Minoes duo & eorũ gesta 60.j
Minoa insula 190.ij
Miniturnæ 336.iiij
Miracula mosis 23 & 26.j
Miraculi ostentatio per dęmonũ præstigias 114.ij Circa Delphos 136. ij & aliud fide carens 226.iij Circa Locros alia 410.v In L. Martio orante 422.v In matris deûm natui. 441.v
Myrios stagnum 146.ij
Myson Cheneus 157.ij
Mityleneis succurritur 188.iij
Moabitarum ędes 34.j Eorum rex victus filiũ immolat 109.ij
Modestia Romanorum 203.ij
Mœris rex 23.j
Molonis interitus 402.v
Monarchia 181.ij
Mons Sacer Ro. 112.ij
Monstrosum caput repertum 2.j
Monstra Indiæ 9.j
Monstra hominum ibidem
Morbus inauditus 182.iij
Mores primęui 5.j
Morum mutatio 429.v
Mortuus ab Heliseo suscitat 115.ij
Moses dux. Eius ortus, nomẽ, genus, mores 21 & 22.j
Mosis in Aegyptũ redit⁹ 26 Vaticinium 35 & interitus 36.j
Mula parit 183.ij 426 & 467.v
Mulieris constantia 89.
Mulierum coram Salomone de filio contentio 100.j
Mulieris virtus 184.ij
Mulierum Lacenarum pium in Minyas facinus 194.ij
Mulieres Pęoniæ operosæ iactanter dicuntur 201.ij
Mulieres fibulis necauerunt nunciũ 204.ij
Muliebris fortunæ templũ & simulacri alloquium 118.ij
Mulier immensa statura pauimentũ verrens 266.iiij
Mulieris audax facinus 315.iiij
Mulier fatidica Alexand. mag. seruat 316.iiij
Mulierum studia in coniuratos contra Carthag. 370.iiij
Mulier Gallica egregie iniuriã vlta 473.v Vide vocabulũ Fœmina.
Munda vrbs 415.v
Munditię sunt fœminarum insignia 458.v
Mundum esse constitutum 2.j
Munera quę Iacob in Aegyptum mittit 18.j
Munificentia Romanorum in socios 470.v
Mures cladem exercitui inferunt rodendo 132.ij
Mures aurum in Capitolio roserunt prodigio 431.v
Muri lignei. i. naues quib⁹ Athenięñ. seruati 133.iij
Murices sparsi 298.iiij
Musica instrumenta 97.j
Musicę singulare apud Archades studium 397.v
Mutij Scæuolæ consilium, facinus, constantia prata. 189.ij
Nabis græce onabis dictus ni si o articulus sit 456.v
Nabidis coniunx rapacissima 456 Ipsi infertur bellum & vincitur 459.v
Nabidis & Quintij congressus & pacis cõditiones ei propositæ ibidẽ
Nabidis clades 463.v
Nabuchodonosor Hierusalem capit 153 Eius somnium 158.ij
Nabuchdonosores duo ibidem
Neųius poe. 369.iiij & 481.v
Narnia 335.iiij
Nasamones 293.iiij
Nasica Delmatas bello afflixit 488. Odio habetur a plebe 505.v
Nathan ad Dauidem 94.j
Naturę miracula 415.v
Naualia Cartha. 494.v
Naues harũdinaceę in India 10.j Naues Xerxis intercipiuntur 134. iij
Naualis cũ Xerxe pugna 135, iij Cũ Carthaginięñibus 361 362. & 366. iiij Cum aljis 497.v
Naues in cœlo visæ 387.v
Naurani cũ matrib⁹ coeũt 315.iiij
Naxus insula 120.iij
Neapolitanorum munera in Romanos collata 393.v
Neapolis situs & noïa 403.v
Nębrotus tyrannus 4.j
Nemeęi ludi 70.j
Neemię pietas 146.iij
Neoptolemus Pyrrhi filiꝰ cadit 358. iiij
Nepete oppugnatur 246.iiij
Neptũnus 37.j
Nequitiæ oppidũ 335.iiij
Neronis ad hostem festinatio 434 Reditus 435
Nerui Scythæ infames 6.j
Nessi cędes 65.j
Neuius vide Nęuius in æ
Nexorum solutio 294.iiij
Nicagoræ perfidia 401.v
Nicanoris filij Iosippi exitus 418.v
Nicanor vincitur 489.v
Nicephos Mathematicus 137.ij
Nicias Athenięñ. dux 205 Eius con filium 207 Prudentia 211 dedi tio & mors 214 & 215.iij
Nicomedia 134.ij
Nicomedis scelus in patrem suum 497.v
Nili ortus verus. ostia & incrementa 25.j
Nini Regis gesta pene fabulosa 5 & 6.j
Nini seu Niniues vrbis conditio 7.j
Nini atrocia facta 10.j
Nini Iunioris degeneratio a paterna indole 12.j
Ninũ diruit arbaces 118.ij
Nisa 46.j Nysa. i. femur vnde fabulæ locus 316.iiij
Nitocris reginæ opera 8.j
Nobea incenditur 87.j
Noctuæ Athenienses. i. nummi noctuis signati cubabant apud Gilippum 213.iij
Nodus Gordij 132.ij Solutus est ab Alex. 285.iiij
Nola capitur 327.iiij Obsidetur ab Hannibale 405.v
Nolanorũ responsum 409.v
Nomentani 148.ij
Non sine Theseo 63.j
Nonacrię aquæ virus 324.iiij
Notæ censoriæ 412.v
Nouendialis sacri origo 142.ij
Nox incendi visa 271.iiij
Nubendi mos Assyriorum 166.ij
Numæ pompilij vita. & quomodo inauguratus est rex 135.ij
Numę annus & dies fasti 136.ij
Numæ liberi 137.ij
Numæ libri. vide libri.
Numerus cęsorũ in Cilicia Alexã. & Dario ducibus 288.iiij
Numerus militũ Darij 298.iiij
Numidæ vnde dicti 56.j
Numidarum cædes 448.v
Nũmus pereussus a Theseo 62.j
Nummus ferreus 113.ij
Nũmus argenteus primum Ro. percussus 359.iiij
Nuncius cladis a mulieribꝰ Athenięñsibus fibulis occisus 204.ij
Nuncius acceptæ cladis at. 215.iij
Nunciorũ diuersitas & expeditenunciandi ratio 138.iij
Nũcius victoriæ celerrimus 232.iij
Nuncius cladis Cãneñ. 395.v
Numantinorum situs & ferocia 301 Desperatio 305.v Excidiũ ibidẽ.
Belliscus ingens 8.j
Obeli vnde Oboli dicti 230.iij
Obsidio 43.j Annorum 146.ij
Obsidum. ccc. cædes 209.ij
Obsides Hispanorum restituuntur 391.v
Obliuio quid facit 493.v
Occasus solis 502.v
Oceani indici æstus & natura 322.iiij
Ochoziæ casus 109.ij
Ochus vir crudelis 264.iiij
Ochus & Oxus flu. 308.iiij
Oculo dextro capti 82.j
Octauius Tusculanus 172.ij
Odomanus vir strenuus 285.iiij
Oebazi filiorũ cędes 191.ij
Oedipus & eius casus 69.j
Oenone oppidum 181.iij
Oenopio & Staphilus 61.j
Oenotrus quando in Italiam venit 133.ij
Oetas & eius mons 51 & 52.j
Oetæ montis situs 65.j
Olchades populi 378.v
Olda prophetica fœ. 148.ij
Olea mire nata 25.j In sola attica olim 204.ij
Oligarchia Athenis inducta 218 Tollitur 219.iij
Olympias 48.j & 274.iiij
Olympus 48.j Occupatur a Gallis 472 Eius situs 1483.v
Olynthi excidium 275.iiij
Olpæ occupantur 193.ij
Omen Perdicæ 140.iij
Omen malũ in Apro. 268.iiij
Omen mortis Alexan. 324.iij
Omen Hãnibali oblatum 446.v
Omen a Paulo Aemylio acceptum 482.v
Omphis rex 317.iiij
Onias regnat 418.v
Onesili caput suspẽsum examẽ Apũ insedit 205.ij
Opici populi 271.iiij
Opima spolia 327 & 375.iiij Vide Spolia.
Oppia vestalis damnatur 124.iij
Oppia lex antiquatur 458.v
Oppij interitus 165.iij
Optiletis Mineruæ tẽplũ 113.ij
Oraculorum origo 45.j
Oraculum Cereris & oraculi ludibrium 133.ij
Oraculi Dodonei origo 148.ij
Oraculum de victoria Romanorum 187.ij
Oraculum mirum 194 De ligneis muris Athenięñ. 133 De morte regis Lacedæ. 135.iij
Oraculum Delphicũ 137 & 183 De lacu alb. 225.iij
Oraculum Heracliti & Aristotelis de excidio Ro. 241 Nocturnum cõ filium Ro. 278.iiij
Oratores clari 269.iiij
Orationes conciones & adhortationes sub nomine orationis. Iudę 18 Mosis 26 28 30 34 Iosuæ 33 40 Gabaonitarum 39 Samuelis 79 Saulis 82 Ionathę & Dauid 93 98.j Hieroboe 104.ij Abiæ 105 Achabi 108.ij Romuli 124 Hostilij 138 Anci 143 Tarquinij 148 Ser. Tullij 159. bis Cyri 165 Bruti 176 Lucretiæ 175 Cãbis 180 Bruti 187 Valerij ibidẽ. Funebris prima 187 Lega. ad Porsenam 195 Aristagoræ 202 Solicis 204 Posthumij 205 Lagij 208 Valerij ibidem Minutij 116 Coriolani 113 117 Veientum 124. iij Scruilij 127 Demarathi 132. iij Arthemisię 137 Ap. Claudij 144 C. Horatij 156 Quintij 166 Verginij 163 Horatij 166 Cameleri 167 Corcyreñ. & aliorum 176 177 Periclis 180 Plateeñ. 184 Phormionis 185 Mamerci 187 Lesbiorum 188 Brasidę 199 & 200 Niciæ ducis 205 Alcibiadis 206 Hermocrati 208 Euphemij 209 Niciæ 213 Ap. Claudij 241 243 245. iiij Tusculani dictatoris 249 Thebanorum 251 Clau. Crass. 260. iiij Campanorum 271 Coruini 272 Setini 278 Alexan. mag. 287 298 304 Darij 298 302 Nabarzanis 303 Scytharum 309 Lentuli 311 Papyrij 339 Pyrrhi 349 Appij 350 Annibalis 383.v Scipionis ibidem Iunij 396.v Militum 417 Scipionis & Annibalis 447 Catonis 457 Valerij 458 Consi. 472 Aemylij 485 Maccabęi 486 Scipionis 496
Orbis diuisio 24.j
Ordinum Ro. concordia 157.iij
Ordo quot militum sit 279.iij
Orestis ossibus potiuntur Spartani 134.ij
Orœtis cædes 183
Orgenipei Scythæ 6.j
Orici conditores 415.v
Origeñ. deditio 435.v
Origo multorum 4.j
Origontis Reguli vxor stuprum vlciscitur 473
Orithyia 45.j
Orœtis ars in Polycrate capiundo 238.iij
Oropus 192.iij
Osculi causa 126.ij
Osculum ineptum 343.iiij

Oseas propheta 119.ij
Ostenta & Plasmata 266.iiij
Ostentum militare 196.ij
Ostracismus Athen. 146
Othanis tribunal 101.ij
Qualis triūp. qualis sit. 196.ij
Oxus flu. 307 Eum transit Alexan. mag. 309.iiij
Oziæ gesta. 116.ij

Pacis Carthaginiēsibus datæ conditiones 446.v
Pacem reddidit Demetrius iudeis 490.v
Pacuuij poetę ingenium 402 Quo tempore cum Lucilio & Polybio vixit 498 & 503.v
Padi flu. ortus 239.iiij
Pæana canentes 201.ij
Pæones subiguntur ibidem
Pæoniæ operosę ibidem
Pagasę Hercules relictus 134.iij
Pagi quid sint 160
Palea vrbs 400.v
Palamedis græci ad Troiam consiliū & casus 72.j
Palepolis 282 & 293.iiij
Palęstinæ fines 41.j
Palęstini qui sint 91.j
Pallantidæ ejiciūtur Athenis 60.j
Pallas est æther 3.j
Pallena quę & phlegra 132.iij
Palma viridis ardere visa prodigialiter 411.v
Palmiratio vetus 102.j
Pandeus sylvester dicitur Philippidi locutus 276.iiij
Panis libatio apud Macedones sanctissimum amicitię pignus 316.iiij
Panormus 361.iiij
Panthari cędes 499.v
Papyri⁹ dictator & ei⁹ libido 294.iiij
Papyrium odio prosequuntur milites 295.iiij
Papyrij seueritas 313.iiij
Papyrius dictator alter samnites fundit 329.iiij
Papyrij stratagema & victoria 340.iiij
Paradisus terrestris 2.j
Parentum varij affectus 14.j
Paridis iudicium 71.j
Pariorum sapiens iudiciū 201.ij
Parmenio cum filio ab Alexādro occiditur 306.iiij
Paropamisadæ ibidem
Parrhasius 42.j
Parricidij primi vltio 2.j
Partheniæ vnde dicti & qui fuerint 128.ij
Partheniarum gesta 128.ij
Parthenope 403.v
Pascha & paschalis agnus quid sint 27.j
Passus quantus sit 146.ij
Patera seu Patara vrbs vbi sit 499.v
Patres Patricij, patres cōscripti 125.ij
Patris cute integit filij tribunal 201.ij
Patro Aenęę comes 74.j
Patrocli interitus 72.j
Patrocinia vnde dicta 125.ij
Paula Busa & eius munificentia in Ro. 395.v
Pauli Aemylij interitus post eius gesta 448.v
Pausanię proditio 147.iij Tyrānos tollit 250.iiij
Pausanię interitus 252.iiij
Pausaniæ iuuenis tempore Philippi regis constuprati vltio 277.iiij
Pax Carthaginiensibus data 448.v vide Pacis &c.
Pecunia nerui belli 186.ij
Peculat⁹ cū Scipione cōuicti 475.v
Pelasgi 167.ij
Pelei mater 59.j
Pelias rex 49 Interficitur 53.j
Pelops Persarū cōseturseruus 130.ij
Peloponnesi incolæ 137.ij
Pelopidas occupat theb. 255.iiij
Pelopidę interitus 257.iiij
Pelusium ostium 132.ij
Peones vide Pæones &c.
Perdicæ omen 140.iij
Perdicas Macedo 179 Athenieñ. ciūgitur 199.iij
Perdices anserū magnitudine in India 10.j
Perialla pythia ære corrupta 119.ij
Periandri interitus 147
Periclis Athenieñ. habit⁹, eloquētia, liberalitas 172.ij
Periclis prudentia 181.iij
Pericles odio habetur ab athenieñ. 183 Moritur 184.iij
Perinthus conditur 157.ij
Periuri acriter puniuntur, apud Romanos 397.v
Perollæ incœptum & pietas in patrem 404.v
Persis vnde dicta 164.ij
Persarum gentes. mores ac institutio ibidem
Persarum quondā fames 179.ij Cædes 206 & 119.iij altera ad Marathonem 120.iij
Persæ vincuntur ab Alexā. 289.iiij
Persarū ingens clades 138.ij
Persarum consultatio 141.iij
Persarum fuga 142.ij
Persicus in cœna luxus, & græca frugalitas 142.ij
Persæ dejciuntur Ionia 143.ij
Persarum supplicia ibidem
Persarum silentium 291.iiij
Persarum successus in primo cōgressu cum Alexan. 299.iiij
Persarum clades ad Iycum ibidem
Persepolitana regia nobilissima incēditur ab Alexan. mag. meretriculæ hortatu 302.iiij
Persepolitana gaza ibidem
Perses & Oeras 51.j
Perseus danaes fili⁹ & eius gesta 36.j
Perseus seu perses & persa macedo & belli eidem indicti ab Rom. causa 477.v
Persei isania & auaritia stulta 482.v
Perseus cū vxore & liberis capitur & in triumpho ducitur ab æmylio 484.v
Persei exitus 485.v
Perusinorum cædes 491.v
Pes quantus sit in mensura & passus 146.ij
Pestilentia ingens 97.j 175 182.iij 441 & 506.v
Pestum oppidum nunc dicitur Possi diana 357.iiij
Pethephas dominus Iosippi qui & Ioseph dicitur 17.j
Petelinorum fides 406.v
Petrę Bactrianæ situs 314.iiij Expugnatio mira ab alexā. mag. 317.iiij
Peucerius 135.ij.
Phaeton & Eridanus 25.j
Phalāgis macedonicę successus 484.v
Phalantus dux 128.ij
Phalaris tyrannus agrigētinus 143.ij
Phalisci orum liberi proditur ab eorum ludimagistro. & eorum verba ad senatum Romanum pro deditione 220.iij
Pharaones sunt dicti oēs reges ægyptiorum 21.j & quare sint sic dicti 102.j
Pharaonis exercitus mergitur in mari rubro 28.j
Pharisæi qui sint 500.v
Pharnabazi facinus 220.iij
Pharnabazus vincit 252.iij
Pharni regis cædes 7.j
Pharos insula 356.iiij
Phasma marinum 291.iiij
Pheasus monstruosa 59.j
Phedon Elieñ. 250.iiij
Phedra hippolytum criminatur 63.j
Pherecides syrus & exitus eius 157.ij historia 158.iij
Pherotima viuens vermibus computruit 195 vide in F.
Phya mulier apud Athenieñ. pro Minerua habita per fraudem 167.ij
Phydias & eius opera præclara 173.iij
Philemon comicus 357.iiij
Philippus comicus 342.iiij
Philippi regis macedonię gesta 274.iiij
Philippi altero oculo capti mira temperantia in cladis autores 275.iiij
Philippi in bello felicitas ibidem
Philippus græcos circūuenit & eorū vrbes diripit ibidem
Philippi flagitia in propinquos suos ibidem
Philippus bizantium obsidet, eluditur a scythis & tamen eos vincit 276.iiij vulneratur, & græcos subigit ibidem
Philippi de Aristotele verba 283.iiij
Philippi patris Persei in etolos gesta 399 Ei⁹ successus 403 Fuga 415.v
Philippi interitus ibidem
Philippi gesta in grecia 435.v
Philippus idem pellit classem Romanam ex Achaia 432.v
Philippi equus decidit, & partē galeę amittit, amittit, qua inuenta dictus est mortem oppetisse ibidem
Philippi in thracia gesta 451 Ei indicitur ab Ro. bellum 450
Philippi ad M. Aemylij verba 451
In Panętolico verba 452
Philippi ostentatio & odium in athenieñ. 451 & 452
Philippus vincitur prælio 452 & 453.v
Philippi & Flaminij cōgressus 456.v
Philippo pax datur ibidem
Philippi dicacitas ibidem
Philippi medici circa Alexā. mag. mirabilis cura 286.iiij
Philomenis indoles 377.v Eiusdem cædes ibidem
Philopœmenis facinus mirandum 463.v
Philopœmenis iocus, deformitas & exercitatio & meditatio imitanda ibidem
Philopœmenis interitus 478.v
Philonis honores 293.iiij
Philisteorum plagę 78.j
Philisteus immani statura 97.j
Philopatoris ignauia 401 Turpis eiusdem vita 449.v
Philosophiæ incunabula vbi sint 99.j
Philosophi pulsi 212.iij
Phinęę Israelitæ indoles & zelus 35.j
Phinei regis mors 50.j
Phlegrei campi 38.j
Phiouilus in Sellum 119.ij
Phocea 468.v
Phoceñ. facinus, & vrbes dirutæ 136 alterū facinus præclarū vide 141.iij & 251.iiij
Phocensium sacrilegium & cædes 275.iiij
Phoceñ. excidium & mœror ibidem
Phoceas rex 119.ij
Phœnices primi iniuriam intulerūt 13.j.
Phœnicum vetustas 41.j
Phœnicum gesta 204.iij
Phœnix & cadmus 43.j
Phœnicus 217.iij
Pholus centaurus 34.j
Phormio atticę classis dux, & eius gesta 184.iij
Phratriæ & philiæ quæ vulgo cōfratriæ 113.ij
Phryxus & Helle. 45.j
Phutipharis vulgo dictus potius dicendus Petephris dominus Iosippi 17.j
Piacula facta 180.iij
Pictorum imitatio 118.iij
Pietatis veræ obliuio 3.j
Pietatis magnæ exemplum in Alcibiade 221.iij
Pietatis exemplū in Albino. 240.iiij
Pietas in rempub. 253.iiij
Pietatis, i. religionis studium in Iudæis 489.v
Pigres & Matyes fratres 201.ij
Pylæ susidæ 301.iiij Conflictus ad eas ibidem
Pylus vbi fuerit 195.iij
Pinarius vide Potitius
Pinarius consul 114.ij
Pindarus poeta 149.iij
Pini more exterere quid sit 207.ij
Pyrenei montes 381.v
Pyrgoteles cælator 326.iiij
Pyrithoi interitus 63.j
Pyrrhicha saltatio 114.ij
Pyrrhi cum Demetrio bellū & eius verba 345.iiij
Pyrrhi macedonici regnum finitur 346.iiij
Pyrrhi macedonici ad Athenienses verba 347
Pyrrhus in Italiam accersitur 349 Eius in Italiam accessus 348
Pyrrhi ortus 349
Pyrrhi infantis adhuc discrimina ibidem
Pyrrhi dentes continuo osse ibidem
Pyrrhi ad Ro. verba ibidem
Pyrrhi casus ad Syrim flu. & Accessū ad vrbem ibidem
Pyrrhus fabritium auro corrumpere tentat 350.iiij
Pyrrhus captiuos Roma. gratis restituit ibidem
Pyrrhi in Sicilia successus 355. E Sicilia digressus. Mirabile facinus, ac copiæ 356.iiij
Pyrrhi ex Italia digressus 356 & in macedoniam ac Peloponnesum irruptio 357.iiij
Pyrrh⁹ Argos accersitur, & argos occupat 358
Pyrrhi interitus ibidem
Pysandri casus 253.iiij
Piscium esus 166.ij
Pisirium stagnum epotum 132
Pisistrati via ad tyrannidem occupādam & leges 156.ij
Pisistratus sæpe ejectus & restitutus 167.ij
Pithacus imperator phrynonem arte superat 154.ij
Pythagoræ seculum 135.ij
Pythagoræ peregrinatio 182.ij Ineritus ibidem
Pythię vaticinium mirandū 167.ij
Pithij Celenij diuitiæ & largitas, 130.iij
Pithij filius dissectus 131.iij
Placentina pugna 386.v
Plagæ ægypti 27.j
Platanus aureo monili ornatur iussu Xerxis 130.iij
Plateeñ. strages 181 & iterum 192.iij
Platonis laus 1.j
Plato antistes philosophiæ prædicatur 250.iiij
Plato excipitur a Dionysio tyranno cum ingenti honore 264.iij
Platonis casus 265.iiij
Plautus comicus 481.v
Pleminij sæuitia 441 incarceratio & mors 442 & 443.v
Plemyrium promontorium 210.ij
Pluuia miraculosa 80.j
Pluit lapidibus 142.ij & 271.iij vide Lapidibus.
Puit carne 152.iij Vide carne. saxo. &c.
Pœni sardiniam Romanis relinquūt 372.iiij
Pœni ex alpibus Italiam prospectāt, & alpes rumpunt aceto 382.v
Pœnorum cędes ad Nolam 406 In lucanis & alibi 409 412 & 415.v ad Salapiam 432 & 444.v
Pœnorum ducum fuga 435.v
Pœni seu Pœoni ad Alexan. respondent 320.iiij
Poetæ illustres 120.ij
Poetia vrbs ætoliæ 399.v
Polemo philosophus. 325.iiij
Polybij calumnia 115.ij
Polycrates tyrannus 181.ij Eius felicitas ibidem Eius fortuna in repertiōe annuli in mare missi ibidē
Polycratis filiæ insomnium exitiale patri 182.ij
Polycratis exitium ibidem
Poliporthos id est vrbium populator 343.iiij
Politorium capitur 144.ij
Pollia tribus 293.iiij
Polixenam priami filiā amat Achilles 73.j
Pomœrij Ro. ambitus 160.ij
Pometinis infertur bel. 173.ij
Pometia capitur 196.ij
Pons mari imponitur 131
Pons sublicius fit 144.ij
Pontifex vnde dictus 136.ij
Pontifices inaugurati ex plebe 335.iiij
Pontinæ paludes 488.v
Ponti descriptio 191.ij
Populi inconstantia 341.iiij
Porcus natus cum humano ore 429 Cū capite humano 450 & 454.v
Pori bellicus apparatus 317 ferocia, pugna, virtus, Facinus mirandum & deditio 318.iiij
Possidonia ante Pestum dicebatur 357.iiij
Posthumia vestalis ampliatur 195.iij
Posthumius cōsul & dictator 198.ij
Posthumius consul ad Caudinas furcas captus cum alijs & simul samnitibus dediti non recipiūtur 312.iiij
Posthumij dānatio 348.iiij
Posthumij alterius interitus 407.v
Postridiani dies atri habiti Ro. 244.iiij
Porideatium defectio. 179 deditio 184.iij
Potidea obsidetur 179.iij
Potitij & pinarij 57.j
Potitiorum interitus 343.iiij
Præcepta seu mandata djuina decalogi 13.j

Præda opulenta 302.iiij
Præda damascena Alexã.parta 289. iiij
Præsagium cuiusdem medi de euẽtu belli 140.iij
Præsagia victoriæ in Persen 484.v
Prælium atrox Alexã.& Darij in Cilicia 288.iiij
Prænestini funduntur 250.iiij
Prætor 261.iiij Prætoris appellatio vnde sit 262.iiij
Prætor plebeius 281.iiij
Prætores Ro.duo 367.iiij
Præsultor Iouis displicuit.i.Seruus ad furcam cæsus 114.ij
Præstigiatores indorum rex,& gentis religio 21.in princi.
Pretium redimẽdorum ciuium Romanorum 396.v
Prexaspes se precipitat 180.ij
Priami verba ad patrem 52.j
Priapus oppidum 284.iiij
Primipilus idem qui primus centurio 274.iiij
Principes triarij 279.iiij
Priscorum mores 5.j
Priuernum rapitur 264.iiij
Priuatur muris 282.iiij
Priuernatium liberum respõsum ad Roma. ibidem
Procas rex albanus 119.ij
Promachi bibacitas 323.iiij
Procustes tyrannus 6.j
Prodigia & ostenta ab ethnicis obseruata,quę fere sub proprijs vocabulis repetuntur
Prodigia 25.j 142.ij 145 168 175.ij 224.iij 290.iiij 324 337 338 343 358 369.iiij 384.v 387 408 411 416 417 426 429 430 431 433 441 444 448 450 453 454 455 460 461 462 466 467 478 479 480 505.v
Promethei spelunca 307.iiij
Prophetarum 127.ij cædes 87.j
Prothagoras 173.iij
Prothesilai mors 71.j
Protogenis tab. 343.iiij
Prouinciæ consula. 312.iiij
Prouinciarum ordinatio tẽpore belli punici secundi 380.v
Prouinciæ ab Alexand.mag.victæ 304.iiij
Prouinciarum post mortem Alexã. mag.diuisio 325.iiij
Prusias rex 398 & 495.v
Psalmi dauidici 97.j
Psamnetus galea libat 146.ij Eius constantia 178.ij
Ptolemęi consilium in nouo bello 331.iiij
Ptolemęi dictum est,Non de omnibus sed de regno & gloria certandũ esse 334.iiij
Ptolemęi In Arsinoen fraus & cædes 351.iiij
Ptolemęi insolentia & interitus 252. iiij
Ptolemęus philopator 378.v
Ptolemęi ad Romanos legati 467.v
Publicani puniuntur Romæ 416.v
Publicolę cognomen 188.ij
Publicola sumptu publico funeratur 196.ij
Publius scipio proconsul creatur & quæ de eius Genesi scribũtur 425. v Vide Scipio.
Pudicitię aram adire prohibetur plebea 337.iiij
Puellarum tristis cędes in Siciliæ regia 413.v
Pueri silentio & a nutricibus mutis educati ad loquelæ primæ deprehẽsionem 24.j
Pueri ductu vincunt illyrij 154.ij
Pueros marti sacrificant sabini voti rei 370.iiij
Puer androgynus id est gemini sexus 430.v
Puer vnimanus natus 462.v vide Infans.
Pugna natalis inter syracusanos & carthaginienſ. 214.iij Ro.cũ samnitibus 273.iiij Rom.cum pœnis 385 & 386.v vide prælium.cędes. pœnos.persas &c.
Pullarij mendacis interitus iustus 339.iiij
Punici belli primi finis 368.iiij Secundi initiũ 378.v & causa 380.v
Punicorum bellorũ tempora & clades 498.v
Punica clades 433.v vide Pœnos.
Puteus natura admirabili cui? aqua in oleum vertitur 122.iij

Quadrigæ deijciũtur 470.v
Quęstores primi Ro. 188.ij
Quęstores primi e plebe Romæ creati 202.iij
Qualis pax esse debeat ostenditur 398.v
Quinq; viri mensarij 270.iiij
Quintij stratagema. 145 155.iij & alterius 454.v
Quintij proconsularis potestas 150. iij
Quintius consul. ibidem
Quintij modestia 152.iij
Quintij denunciatio 154.ij
Quintij edictum 155 Triumphus, & temperantia 156.iij
Quintius Martius Lacedæmo. petit 459 Græciæ libertatem restituit 460.v
Quintij cõtra tyrãnos verba 459.v
Quintij cauillatio vrbana in Antiochi lega. 464.v
Quintius Martius in macedoniã mittitur 482.v
Quintus fabius consul. 150.iij
Quintus fabius maxim?,Require Fabius,& reliqua prænomina in ipsis nominibus.adde tamen si placet.
Quintus Seruilius dictator 199.iij
Quintus Seruilius Hala. 417.v
Quot milia vrbium dicantur fuisse in Aegypto 177.ij

Raab meretrix & eius clemẽtia 38.j
Raguel 23 & Mosis congressus 30.j
Ranarum muriũq; magna vis 334. iiij
Raphia,vrbis syriæ 402.v
Recriminatio apta 191.iij
Regalia insignia 446.v
Regum Aegyptiorum in ędificando insaniæ 23.j
Regem petunt Iudei 80.j
Regis creandi consi. 181.ij
Regis excellentia 184.ij
Regum diuersorum fortuna varia 365.iiij
Regillus lacus 208.ij
Regni Israelitici scissio 104.ij
Regnorum inter se collatio, 112 119 & 137.ij
Regna quatuor euersa 178.ij
Reguli cognomento Attilij consiliũ 363.iiij
Regulus captus perducitur Carthaginem 364 Mittitur Romam,& Carthaginem reuersus crudeliter necatur 366.iiij
Religio vrbis Romæ 137.ij
Remus capitur 123 Interficit ibidẽ
Res ad Triarios venit prouerbialiter dicitur 279.iiij
Retiarij & Mirmilonis inuẽtio 154.ij
Rex ne sit in prælio cauetur 97.j
Rex sacrorum 185.ij
Rhenia 193.iij
Rhodani fluxus per Lemanum lacũ 48.j
Rhodanum transmittunt pœni 381 & 382.v
Rhodij indicunt Byzantinis bellum 398.v
Rindachus flu. 305.iiij
Risus Zoroastris 7.bis
Roboę consultatio 104.ij
Roboæ vita infelix 105.ij
Rogationes tribunitiæ 259.iiij
Romæ nomen & vetustas & multiplex administratio 123 & 124.ij vi de vrbs
Roma augetur 142.ij
Roma obsidetur 151.iij
Roma instauratur spatio vnius anni 245.iiij
Romæ laus a Genio 243 Instauratio 244.iiij
Romanorum laus 76.j
Romani vincuntur 199 Iterum ad Veios 223.iij
Romani vincunt 236.ij
Romanorum met? & deliberatio capitolij retinendi capta vrbe 240. iiij
Romanorum in prælio vesania 273 iiij
Romani comparantur cum Alexandro magno 309.iiij
Romañ. ignominiosa sub iugũ missio 310.iiij
Romanorum in Samnites strenuitas 328.iiij
Romànorum primi in Aphrica successus 363.iiij
Romañ.cæduntur a pœno 364.iiij
Roma.cædunt pœnum 368.iiij
Romanorum munificentia in pœnos 371.iiij
Roma.prima in pœnos victoria tempore Annibalis 381.v
Romani prospere dimicant ad Lilybœum 385.v
Romanorum fuga 386
Romañ.ad Tralimenum lacum strages & fuga, cæsorumq; numerus 388.v
Romani rursus ab Hannibale vincũtur,& cæsorũ numerus 394.v
Romanorum cæsorum facies & figura 395.v
Rom.post Canneñ.cladem constantia 397.v
Roma.recens cædes 419.v
Roma.vincunt Pœnos 423.v
Romanorum ciuiũ ornatus in vsum belli dantur 427.v
Romanorum & Pœnorum cædes 444.v
Romanorum in socios munificentia 470.v
Roma.ferocia 473.v
Romani dolo malo cum Carthaginiensibus agunt 491.v
Romanorũ classis crematur 494.v
Romanorum publica lætitia ex Carthaginis excidio 498.v
Romuli ortus 120.ij
Romulus & Rem? exponũtur 121.ij
Romuli & Remi educatio varie tradita 122.ij
Romuli artes 126.ij
Romulus declaratur rex institutus Gabijs 125.ij
Romuli filij 129.ij
Romuli cędes & de ea opiniones 131. ij
Rostra Romana 281.ij
Roxane ducitur ab Alexã.mag. 306 & 315.iiij
Rubenis oratio ad Iosippum fratrẽ ignotum 17.j
Rubrum mare 323.iiij
Rubus mosi visus 23.j
Rufellanus ager 334.iiij
Rutilius primus dictator e plebe primus sine autoritate patrum triumphauit 264.iiij

Saba regina 102.j
Sabelli 277.iiij
Sabinæ rapiuntur 126 Cõciliant maritos patribus 130.ij
Sabini vnde dicti 135.ij
Sabini vincuntur 142 144 150 & 196.ij
Sabinorum votum 270.iiij
Sacerdotes Iudęorum 77.j
Sacerdotes Ro.legatio 117.ij
Sacra prima Ro. 126.ij
Sacra iura instaurantur 127.ij
Sacrorum apparatus 31.j
Sacrum bellum 173.ij
Sacrificium dirum cartha. 231.ij
Sacra cohors 256.iiij
Sacratum fœdus 324.iiij
Sacriportu vincitur classis Romana 428.v
Sacculum literarum cũ carne aufert lupus 265.iiij
Saducęi Iudęi 500.v
Saga Saulis 89.j
Sagmina 433.v
Saguntinorum oppugnatio & legatio 379.v Excidium ibidem Legatio 439.v
Salamis ab athenieñ.occupatur 154. ij
Salapia 413 & 428.v
Salapina clades 432.v
Salassorum origo.situs & excidium 501.v
Salij & Curetes 136.ij
Salinator vnde 444.v
Salomon oritur 94 Fit rex 97 Eius vltio 100 Somnium & iudicium inter duas mulieres ibidem Regia & opes 101 Diuitiæ 102 Pręuaricatio & mors 102 & 103.j
Saltatio varia 114.ij
Salutis ædes 334.iiij
Samaria 35.j & 296.iiij
Samnietus vide Psannie
Sanitibus indicitur bellũ 272.iiij
Samnitium exitium,vrbes,mores& belli causa 271 Fœdus 277 Quę relæ ibidẽ Cædes 294 296 312 329 & 331.iiij
Samnitium stupor,deditio,& causa toties rebellandi 338 & 339 & 340.iiij
Samos describitur 182.ij diripitur 230.iij Samiorum errores,discordia,defectio 182.ij Regnum 322. iiij Fiunt vectigales 173.iij
Samson comparatur Hercu. 69.j
Samuel 77 Eius filij 80 Ira 83 Interitus 88 Apparitio Sauli 89.j
Sandochi casus 331.iiij
Sandracę vincuntur 321.iiij
Sangarius flu, 472.v
Sanguine abstinent iudei 32.j
Sanguinolenta visa 290.iiij 387.v 424 433 & 460.v
Sanguine pluit 411 478 & 479.v
Sanguis e pane 290.iiij
Sappho precipitatur 154.ij
Sardanapalus 116.ij
Sardinię defectio 371.iiij
Sarmaticę virgines cędem faciunt vt nubant 6.j
Sarmatarum origo 55.j
Satyri 20 & 36.j
Satriculani vincuntur 326.iiij
Saturnus cur Cęli filius 13.j
Saulus primus iudęorum rex 80 81 83 85 86 & 90.j
Saxum instar vehiculi cecidit 149.iij Alterum ingens volitare visum 417.v
Scamander e potus 132.iij
Scaptij iniquũ testimonium de agro reipu.addic. 167.iij
Scaurobatis regis legatio & oratio 10 Eiusdem altera adhortatio ad suos 11.j
Scęuola vnde dictus, vide & Mutij facinus 189.ij
Scylla & charybdis 39.j
Scillias vrinator 135.iij
Scyone & pallene 198.iij
Scipionis & Annibalis congressus 383.v
Scipio aphricanus primus patrẽ seruat adhuc adolescens 384.v
Scipionis in hispania successus 387. v Punicam classem profligat 390
Scipionis egregium facinus in retinẽdis Romanis in vrbe 395
Scipoines fratres ī Hispania rẽ gerũt 421 occiduntur ibidem
Scipio maior Carthaginem nouam oppugnat 428
Scipionis continentia ibidem
Scipionis reliqua expeditio in hispania 431
Scipionis & Masinissę cõgressus 439
Scipionis ferocia 438
Scipio Romam reuersus cum patribus contendit 439
Scipio maior in Siciliam trãsit 440 Ex Aphrica decernitur 441
Scipio Nasica Roma.optimus iudicatus ibidem
Scipionis ex Sicilia digressus & in Aphricam appulsus & quę interim gessit 443
Scipionis consilium in opprimendo hoste 444
Scipio vticam oppugnat,& Tunetẽ seu Tunetum occupat 444 & 445
Scipionis fiducia & cum Hannibale congressus 447.v
Scipionis de Carthagine triumphus 449
Scipio princeps declaratur Senatus Roma. 460
Scipionis & Hannibalis exulis congressus 462
Scipionis pietas in fratrem 467
Scipionis filius vbi sit captus 469
Scipionis ferocia.Et ad legatum Antiochi verba ibidem
Scipio quid de se dixerit,& quę illi a Petilijs obiecta sint 475
Scipionum fortuna a tribunisple.cõcussæ 476
Scipio Liternum in exiliũ abijt,vbi diem clausit 475
Scipio Aemylia 484 Eius indoles 491
Scipioni Aemyliano inuidia concitatur 494
Scipio minor ante legitimos annos fit consul 496 Accersitur Carthaginem ibidem
Scipionis stratagema in Carthagine obsidenda

obſidenda 497.v
Scipionis lachrymæ in excidio Carthagi. 498.v
Scipio fit conſul. 502.v Militiamq; corrigit ibidem
Scyron & Scyronia ſaxa 59 & 62.j
Scythia dicta a Scytha Herculis filio 6.j
Scytharum antiquitatis argumenta 5.j & 190.ij
Scythiæ ſitus & populi 6.j
Scythæ humana cęde gaudẽt 6.j
Scytharum ferox reſponſum 6.j
Scythæ ab vxoribus reuocãtur a bello 7.j
Scythæ Cyaxari filium epulandum apponunt 146.ij
Scytharum bellum in ſeruos flagellis victos vicerunt 190.ij
Scythæ Europei 191.ij
Scythas Hercul.fi. ibidem
Scytharum vetuſtas 190.ij
Scytharum diſſenſio 192.ij
Scytharum ars, conſilium & erores ibidem
Scytharum cum Dario Perſarum rege bellum ibidem
Scytharum dona Dario miſſa & eorum callida interpretatio 192 & 193.ij
Scytharum verba 309.iiij
Scytala quid ſit 245.iiij
Scordiſci 420. v
Scrophæ ſeu ſuis oſtentum & augurium 75.j
Scuta ſanguine ſponte manantia 394.v
Seceſſio legionum in montem ſacrũ 164.iij
Seceſſio militum Ro. 274.iiij
Seceſſio plebis 348.iiij
Sedechiæ facinus 108.ij
Sedechias capitur 153 ij
Sedentaria ars 188.ij
Seditio ciuilis 209.ij
Seditio recens iij.ij
Seditio vrbana 143.iij
Seditio militaris 218.ij
Seditio in Alexan. 297.iiij
Seditio magna militum in Carthaginiẽſ. 269.iiij
Selaſiæ fauces 377.v
Seleuchi geneſis, & vrbes ab eo conditæ 341 iiij
Seleuch⁹ filio vxorẽ cõceſſit 344.iiij
Seleuchus vltimus ſucceſſorũ Alex. Mag. 347.iiij
Seleuchi ſcelus & prælium 368.iiij
Seleuchi mors 369.iiij
Seleuchia 402.v
Seleuciæ duę 503.v
Selinuntis conditio 143.ij
Sella Alexan. vide ſolium
Sellus regnum ambit ij. 9ij
Semiramidis ortus, alimenta, ac nomen ab aue, & matrimoniũ 7 & 8
Commentũ, audax facinus, & pleraq; geſta 8.j
Semiramidis aggeres 9.j
Semiramidis copiæ ibidem
Semiramidis vulnus, aſtus & interitus ij.j
Sempronius conſul 198
Sempronij damnatio 195.iij
Sempronius Scipioni iũgitur 385.v
Sempronij mendacium 386.v
Sempronij Tuditani per hoſtes eruptio 395.v
Sena vrbs 348.iiij
Senatus Romanus 125.ij Augetur 151.ij
Senatum vocare eſt conſulum prorium 157.iij
Senatuſcõſulta de Syracuſanis & Cãpanis Romæ habita 427.v
Senis ingenui apud Tyrum conſiliũ pręſtitit 99.j
Sẽnachetribus interfi. 132.ij
Senonum legati 232.ij
Sententia color 205.iij
Septuaginta interpretes 356.iiij
Sepulcri Nitocris inſcriptio in auaros 8.j
Sepulcrum Cyri 323.iiij
Seriphij cum Themiſtocle iurgium 139.iij
Sermo primus qui ſit 24.j
Serpens apud Bagradam & eius longitudo 9.j & 363.iiij
Seruij Tullij oſtentum & aditio reg. 152 Oratio 159 cędes 162.ij
Seruj opprimunt Tyrios 99.j
Seruj Scytharũ flagris ſubacti qui armis indomiti 190.ij
Seruilis coniuratio 197.ij
Ser. bellum in Sicilia 302.v
Seruilius diſcordiã ſedat 209 odiũ ſubit 210
Seruilius fit conſul. 127.iij
Seruilius abſoluitur 128.iij
Seruilij alterius pruden. 199.iij Alterius ex Gal. redi. 389.v
Seruilij verba 484.v
Seſtos & Abydos 254.iiij
Seth & eius pietas 2.j
Seueritas Romanorum in periuros 397.v
Sextus Tarquinius cadit 200.ij
Sybaritæ 207.ij & 232.ij
Sybaris flu. 232.ij
Sybas interficitur 97.j
Sibyllarum nomina 134 Libri & alij fatales 160.ij
Sicani 58.j & 204.iij
Siccij Ro. cædes 163.ij
Sichei cædes 99.j
Sycionij regni finis 90.j
Sycion Demetrius 342.iiij
Sicilia & ei⁹ forma, populi, vbertas, opes 58 59.j & 133 192.iij 200.iij ſtatus 353.iiij coloni 204.iij
Sicilia ab Italia abſciſſa cum illi hęreret 436.v
Sicimitarum cędes aliter cꝑ in biblijs recitata 15.j
Sidicini po. 227.iij & 277.iiij
Sidon a piſce 99.j
Signum dictatore iacitur in hoſtes 175.iij
Signa cruẽta viſa 392 408 & 430.v
Sigus rex 376.v
Syllanus 435 & 501.v
Silentium Perſarum 291.iiij Ro. mi litum mœſtum 320.iiij
Syluius Lauiniæ & alij 80.j
Simiæ in Aphrica 56.j
Simonides lyricus 142.ij
Simulacrum locutum 118.ij
Sina mons ſacer 31.j
Sinadicus lapis 319.iiij
Sinis a Theſeo victus 59.j
Sinope 148.ij 336.iiij & 399.v
Sinueſſa 336.iiij
Syphax 56.j 416 443 445 & 446.v
Siphnos inſula 182.ij
Syracuſarum conditio & geſta 134. ij 196 208 210 211 213.iij 412 & 435.v vbi diripiuntur.
Syriæ magnitudo 41.j
Syriacum bellum 414.v
Syrtes & breuia 364.iiij
Siſathia quid ſit 155.ij
Siſingambis matris Darij conſtantia 298 mors 324.iiij
Syſſitia. i. conuiuia 44.j
Syralcis in Maced. 188.ij
Sitis militum Alex. 307.iij
Sobi ex Her. orti 320.iij
Socij Lace. & Athe. 181.ij
Socrates 173.ij
Sodomitæ 12.j Eorum excidij opiniones 13.j
Sogdianorum conſtantia in morte 313.iiij
Solem orientẽ adorãt Aethiopes, exe crantur cadentem 20.j
Solis ortum cõtra parietem deprẽdit ſeruus conſilio ſenis 99.j
Solis menſa 178.ij
Solis orbis minui viſus & cum luna concurrere 387.v
Soles duo viſi 436 & 441.v
Sol ſtat 39.j
Sol arcu tenui ſeptus 444.v
Sol minui viſus 448.v
Sol ignei coloris 450.v
Solis occaſus 502.v
Soliſontes Sami rex 183.ij
Solium Alexã. ſalutare militi, Darij pernicioſum 315.iiij
Solonis cenſura & in Aegyptum nauigatio 155 turbatio 156.ij leges 157.iij
Somnia Ioſippi 15.j Aliorum 17.j
Somnus Ivij. annorum 154.ij
Sophryonis cædes 304.iiij
Sophocles 149 & 237.ij
Sophonias proph. 148
Sophonis anchora 142.iij
Sophoniſbę blandę preces, matrimonium, & interitus triſtis 445.v
Sora proditione capta, Sorani ſecuri ſubijciuntur 327.iij
Sororium tigillum 140.ij
Sortes per ſe extenuatę in quib⁹ erat Mauors cõcutit haſtam 386.v
Soſthẽnes





Soſthenes fit rex 352.iiij
Spargapiſes ſe necat 169
Spartanis & Bulis 132.iij
Sparte conditur 20.j
Spartanorum virtus 257
Spartanorum indoles 358.iiij Vis de Lacedæmonij & lacenæ.
Speculatia de aqua 483.v
Spendius dux ſeditionis contra Carthagi. 370.iiij Eius periculum & ſupplicium 371.iiij
Spicæ cruentæ demeſſæ 233.iij
Spoletũ 372 373 & ſequen.
Spolia Perſarum 142.iij
Spolia opima prima 128.ij Variatio & error ſcriptorũ de ſpolijs opimis 171.iij
Spolia ab Alexand. mag. in Grꝛciam miſſa 285.iiij
Sponſores fœderis Caudini dedunt ur Samnitibus 312.iiij
Spurij Melij cædes 170.ij
Sp. Caſſius damnatur 123.ij
Stagyrus 197.ij
Stagnum epotum 131.ij
Stagnum cruentum 411.v
Statyræ interitus 297.iij
Statius Cellius captus 331.iij
Statua Orphei ſudans 284.iij
Statua Achillis ibidem
Stilpo Megareñ. 250.iij
Stimphalides aues 48.j
Stoicorum laudes i .j
Stolo damnatur 264.iij
Strabonis viſus 362.iij
Stratagemata varia Gedeonis 66.j Tarquinij 150 & 151.ij Quintij 145 & 155.ij dictatoris Ro. 174.ij Alcibiadis 226 Ageſilai 334.ij Q. Capitoli 246 Darij 287 Alexand. mag. 318 Fabij Ro. 229 Aemylij 326 Fab. 335 Papyrij 340.iiij Annibalis 361.iij 378 385 388 Quintij 454 Fuluij 481 Aemylij 483 Scipionis 497.v
Stratocles 342.iiij
Straton rex creatur 99.j
Strongile 192.ij
Strutas 254.iiij
Studia priuata Romanorum in rempubli. 412.v
Sueſſa Aurunca 281.iiij
Suffeces Carthaginieñ. crucifigũtur 444.v
Suffragiorum ratio 160.ij
Suillæ carni varie decoctæ comparat Quintius varia militum nomina 464.v
Sulpitius Camerinus 197.ij
Sulpitius prænomine Caius dictator 263.iiij
Sulpitij geſta in Græcia 436.v
Sulp. Gallus 483.v
Superſtitio Romana 374.iiij
Sufidæ pilæ 301.iij
Suſis potitur Alexan. 300.iij
Sutrium amiſſum & receptum eodẽ die 245.iiij

Abernaculi dedicatio 31.j Tabula Capuę iuẽta 107. ij in princi. Ariſtagoræ 202 Demarathi 135.iij fatalis 285.iiij Protogenis 343.iiij
Tagus flu. 378.v
Tanais rex Scytharum 5.j
Tanaquilis prudens 151.ij
Tarentum & Tarentini 134.ij 293 348.iiij & 417.v
Tarpeia arx proditur 129.ij
Tarquinij Priſci geſta 145 150 152 161 & 162.ij Superbi 172 174 176 185 187 188.ij Eius mors 208.ij
Tarquinieñ. captiuos iugulant 264 Cæduntur Ro. 269.iiij
Tatius occiditur 130.ij
Taureas eques 410.v
Taurus Creteñ. 60 & 61.j
Taxiles rex 318.iij
Tectoſagi 472 & 482.v
Telephus 64 & 72.j
Teleurias cæditur 239.iij
Tellus ruſticus 156.ij
Tempanij indoles 194.iij
Tempe in Theſſalia 132.ij
Tempeſtas ſæua 134.iij 268 315.iij 386 & 424.v
Templi Hieroſoly. preparatio 97.j Dedicatio 101.j Direptio 105.ij Clauſio 124 Inſtauratio 171 183 185.ij Supellex 146 Deſtructio 488.v
Tẽpli in Aegypto conſtitutio ibidẽ
Templa deorum Ro. 460.v Item Iani 135.ij Iouis 128 & 129 Iunonis 199 & 226.iij
Templum Epheſinũ ardet 275.iiij Delphi. fit 203.ij
Terentilli actio tribu. 151.ij
Terentilla lex 157.ij
Terentius Culeo 449 & 475.v
Terpander muſicus 148.ij
Terracina diripitur 203.ij
Terrę motus ingens 137 152.iij 347. iiij 463.v
Terra pluit 338.iiij 460 462 & 467.v
Terra ardet 429.v Dehiſcit 444 & 448.v Depingitur in tabella 202.ij
Terram & aquã tradẽtes hoſti. 203. ij & 132
Terrigenæ qui ſint 46.j
Teucas Illiorum regina & leges illi datæ 372 & 373.iiij
Thais Perſepolim crem. 302.iij
Thalaſſius 126.ij
Thalaſtris Amazon 305.iiij
Thales Mileſius 148.ij Diuinatio & commentum 155.ij
Tharſus 286.iiij Thaſus 119.ij
Thaumaſti 454.v
Thebæ Aegyptiacæ 179.ij
Thebæ Pher. vxor 203.ij
Thebanorum geſta 142 181 233.iij 250 251 256 257 276 284.iiij
Theloboicum bellum 47.j
Thelmenſes 471.v
Theloſtobogi 472.v
Themiſtoclis indoles & geſta 138.ij 136 139 146 147.iij
Theophraſtus 248.iiij
Theoxenæ facinus 479.v
Therei duo 182.iij
Thermi excidium 400.v
Thermopylæ & circa eas geſta 133 154 & 465.v
Theſeus & eius geſta 47 61 62 & 63.j
Theſei mors 64.j Oſſa 147.iij
Theſpiæ ſoboles 64.j
Theſſaliæ ſitus 132.iij Vaſtatio a tribus exercitibus 455.v
Theſſaliæ equi 253.iiij & 397.v
Thereæ cultores 194.ij
Thimonis oſoris hominum de Alcibiade dictum 230.iij
Tyrea capitur 197.ij
Thireſiæ vatis exitus 70.j
Thiſſaphernes 234.iij
Thomyris regina 169.ij
Thracum mores 191 201.ij
Thrauſorum mores 200.ij
Tibijs in bello vſi 147 & 201.ij
Tibicines ebrij Romam reuecti 328. iiij
Tyberini merſio 110.ij
Ticinus flu. 384.v
Tydeus 65 70.j
Tygris flu. 296 & 300.iiij
Timocharis Pyrrhi 351.iiij
Timoclię facinus 284.iiij
Timoleon 267 & 300.iiij
Timon Apolloniates 357.iij
Tydareus fit rex 64.j
Tyranni Athenieñ. 233.ij
Tiribazus 254.iiij
Tyrus & Tyriorum geſta 41 99.j 290 & 291 iiij
Tyrones Alex. mag. 324.iiij
Tyronum exercitia 408. v
Tyrtheus, vide Cytheus
Tiſſaphernes 234.iij vide Th,
Titanes in Iouem 48.j
Tithauſtres 251.iij
Tleopolemus 65 67.j
Tmolus mons 120.ij
Tonitru mirandum 46.j
Torquatus 263.iiij & 426.v
Trabea quid ſit 200.ij
Traſibulus 147.ij & 255.iij
Traſili geſta 222.ij
Traſimœna clades 388.v
Trebiæ caſtra fiunt 384.v
Triarij 279.iiij
Tribunal cute tectum 201.ij
Tribunus domi cæſus 129.ij
Trib. conſ, poteſtate 168.ij
Tribuni militares 174.ij
Tribus Ro. 125 & 130.ij Additæ 281 & 326.iiij
Tribus pollia 295.iiij
Tributi prima penſio 203.ij
Triphilia 48.j & 400.v
Triptolemus 37.j
Tritonidis opi, 36.j
Triumphus

Triumphus minor 123.iij sine patrum decre. 264.iiij
Triumphantes 471 474 & de Perſ. 485.v
Triumuiri menſarij 406.v
Trocini 472.v
Trogloditæ 23 56.j. & 293.iiij
Troianum bel. 70.j
Troiani in Sicilia 204.ij
Trophea 178 & 193.iij
Troilum capitur 340.iiij
Tubal & Tubalchan 2.j
Tuditani facinus 395.v
Tullus Hoſtilius 137 142.ij
Tullię vxores Tarquí. 161.ij
Tunes 363 & 370.iiij
Turcarum ſtudia 343.iiij
Turris Babylonica 4.j
Tuſcus vicus 195.ij
Tuſci 127.iij & 336.iiij
Tuſculani 153 154.ij & 259.iiij
Alentia 302.v
Valerij 187 188 195 196 200 111.ij 273 349. iiij
Varro conſ. 393 395 & 396.v
Vaſa dedicaca 92.j
Vectigal in Hiſpa. 459.v
Vectij ferocia 205.iij
Velites 423.v
Velitræ 111.ij
Vellus aureum quid 51.j
Veij & Veientes 145.ij 124 126 127 129 204 222 235.iij
Ver ſacrum votum 389.v
Verginius conſul 198.ij
Verginia a Verginio occiſa 161 162 163.iij.
Veri efficacia 184.ij
Verminæ legati 450.v
Veneficæ puniuntur 281.iiij
Veneti vnde 239.iiij
Veſtales & earum ſupplicia 136 151. ij 396 & 436.v
Veſuuius 58.j & 279.iiij
Vexillum 279.iiij
Vexores 5 & 6.j
Via Flaminia 476.v
Vibij facinus 424.v
Viciſſitudo rerum 342.iiij
Victoria prima Iudæorum 30.j
Victorię ædicula 461.v
Vicus impius 162.ij
Vindicius 186.ij
Vindicta ab eo dicta 187.ij
Vini vſus Ro.mulierib⁹ vetit⁹ 126.ij
Vini virtus 184.ij
Virga Aaronis 34.j
Virgines Sarmatæ 6 Cyprię 100.j Raptæ ab Ro. 126 Venere 166.ij
Viriatus 500 & 501.v
Viridomari ſpo.opima 375.iiij
Viri illuſtres 173 &, 237.iij 250.iij
Viricidæ fœminæ 54.j
Virtutis ædes 431.v
Viſceratio quid ſit 202.iiij
Viſio Scipionis 491.v
Vita longa cur homini ab initio conceſſa 4.j
Vlyſſis errores 77.j
Volæ oppidum 202.ij
Voleronis ſeditio 129.ij
Volones 412.v
Volſcius damnatur 156.iij
Volſcorum geſta 145 166 200 209 210 115 122 151.iij & 244.iiij
Volũnia & Vulturnia proficiſcũtur in caſtra Coriol. 118.ij
Vrbinia damnata 129.iij
Vrbis Ro.cõditio 121.ij Laudes 243. iiij Incẽdiũ 426.v Vide Roma.
Vrbium Ionicarum multarum conditores 99.j
Vrbium variarum conditio 105 & 137.ij
Vrbes multæ Aegypti 177.ij
Vrbes ſeptuaginta vno die direptæ 484.v
Vriæ virtus & caſus 94.j
Vrinator mirabilis 135.ij
Vrinatorum facinus 196.ij
Vtica conditur 99.j
Vulcanus eſt ignis 3.j
Vulturis natura 123.ij
Vxianę fauces 300.iiij
Antippi geſta 363 & 364. iiij
Xenocra. 325.iiij
Xenophantes 346.iiij
Xenophon 250.iij
Xerxes quid interpretetur 120.ij
Xerxis geſta 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139.iij
Xerxis lachrymæ 131.iij
Xerxis epiſtola ad Eſdram 145.ij
Xerxis interitus 149.iij
Achariæ interitus 112.ij
Zancle 207 & 205.ij
Zaleucus Locreñ. 143.ij
Zeno 158.ij & 357.iiij
Zenophanes 171.ij
Zetus & Calois 50.j
Zeuſis pictor 149.ij & 251.iiij
Zeuxippus vltimus Scyconiorum rex 80.j
Zioberis amnis 305.iiij
Zooaſtres 7.j
Zopyrij fraus 184.ij
Zorobabel ad Darium proficiſcitur 184.ij


Finis tabulæ literarium in ordinem collectæ.

## Explanatio vocabulorum quorumdam obiter inter legendum annotatorum.

AMetſi Sabellic⁹ noſter præter cæteros hiſtoriographos duobus primarijs hiſtoriæ luminibus ſtuduiſſe compertus eſt, & rerum veritati & verborũ claritudini, vſqueadeo vt vrbiũ locorũq; nomina quę min⁹ docte ab rudi ſeculo immutata nouit, & ſplendidius ac cultius dici non ignoraverit, maluerit ea notis q̃ ſplendẽtib⁹ vocabulis enũciare. Tamen quia nõ omnia poſſumus omnes, cũ ſint ad altiores facultates alij nati, alij ad literariam non ſatis feliciter addicti, admonitus ſum vt voculas quas inter legendũ deprehẽderẽ nõ omnib⁹ obuias & primaria lectiõe cognitas, pauciſſimis explicarem. Quod equidẽ lubens feci propterea q̃ ſane q̃ paucæ eiuſmodi occurrerunt, q̃q̃ ſunt quę alios fortaſſis adhuc ſuſpenſos tenebunt.

VErum id primũ lectorẽ admonitũ velim, multa quæ ſubobſcura videri poſſint, ab autore ipſo ſuis locis explanari: quocirca operæ preciũ fuerit aut totã Rapſodiã legere, aut per indicẽ quæ dubitarit inquirere, aut repertoria maiora vocabulorum emere.

¶Deinde q̃q̃ lucidus eſt, tritam tamen & peruulgatam illã hiſtoriographorũ figurã, qua verbũ infinitiui modi pro imperfecto indicatiui ponũt, & ſæpe & feliciter vſurpare: Quocirca ſiquãdo infinitiuum ſine verbo finito deprehẽderit: meminerit pro finito poni.

¶Tum a vocabulis propriis & quaſi ſacris quę im mutari nolũt non abhorrere. Vnde Veſtalem capi, Magiſtrũ equitum dici, Cõſulẽ creari & ſimilia hic quoq; comperies. ¶Neq; vero cultis præſertim Liuianis alienũ eſſe, vſq; adeo vt qui Liuiũ ſine hęſitatione legere poſſit: hũc curſim legendo perceperit.

¶Græcanica autẽ vocabula, ab latinis olim iã recepta, & quę latinis ipſis propriũ quid ſignificãt licet Græcis communia ſint, miníme refugere: vnde nõ probẽ eos qui angelos, apoſtolos, baptiſtas, patriarchas, pphetas, Ephoros, ſtratagemata, Rhapſodiã, & id genus alia cũ vix latine explicari poſſint, latine dicere malint nũcios, miſſos, tinctores &c. Verũ ne quis in eiuſmodi hallucinetur ea pauciſſimis explicabo.

Amplio. ¶Ampliare reum eſt eũ nec; abſoluere nec; dãnare, vtpote cuius cauſa eſt amplius diſcutienda.

Appeto. ¶Appetere notũ eſt de reb⁹ etiã nõ honeſtis dici, vt de cibo ĩmodico & de venere, cũ expetãtur honeſta verũ in hoc autore frequẽter ponit pro eo quod eſt appropinquare, vt appetente vere, appetente iudicij die &c.

Appello ¶Appellere ſimiliter notũ eſt, & autore Valla in Raudeñ. actiuũ eſt, vt ĩ pricipio Terẽtij. Poeta quũ primũ animũ ad ſcribẽdum appulit. tamẽ legẽt hic ſubinde abſolute, vt claſſis appulit. i. appulſa eſt.

Bene habet. ¶Bene habet. ſubaudit ſe. i. feliciter agitur &c.

Capere. ¶Capere Veſtalẽ eſt quod nũc dicerem⁹ eligere & addicere deo monialẽ. Capere oculis eſt priuare, capere rem locabilẽ aut menſurabilẽ eſt eam continere, capere vrbem eſt expugnare.

Dãnat⁹ voti. Dico. ¶Damnatus voti, eſt qui tenetur votũ perſoluere, eo q̃ conditio euenit ſic reus voti.

¶Dicere, diẽ, eſt poſtulare, & ad certũ diẽ in ius vocare. Dicere cauſam, eſt ſe purgare. Dicere ius, eſt iudicare. Dicere magiſtrũ equitũ eſt dicẽdo efficere.

Dies atri ¶Dies atri, ſunt infauſti ab atro colore lapillorum quibus Thraces eos notabant dicti.

Eleuo. ¶Eleuare ſepe eſt diminuere & minoris iudicare, tractũ a trutina, in qua res minoris põderis eleuatur.

Ephorus ¶Ephorus apud Lacedęmonios qui apud Romanos tribunus plebis erat.

Genius. ¶Genius interdũ dicitur angelus ad exercendã indolem datus, interdũ virtus generatiua & felicitas loco aſſignata, vt Genius vrbis &c.

Hallucinor. ¶Hallucinor. i. capior oculis vt cęcutiam & non ſatis videam.

Haruſpex ¶Haruſpex qui exta quaſi ex hara inſpicit.

ſpex. Fœciales ¶Fœciales ſunt ſacri magiſtratus fœderibus ferendis & bellis indicendis præfecti.

Indico. ¶Indicere eſt denũciare per ſacrum magiſtratum, vt indicere feſtum, Indicere bellum &c.

¶In ordinem redigere, eſt priuare magiſtratu quaſi coacte, abire magiſtratu, ſponte.

Interrex ¶Interrex eſt qui fungitur officio regis ſolio vacãte, & interregnũ ſpatiũ rẽporis quod eſt inter regẽ defunctum & ſucceſſorẽ nondũ creatum.

Lacedęm ¶Lacedęmõ eſt vrbs, Peloponẽſi clariſſima quę & Sparte dicitur. Lacedęmonij ſunt ei⁹ ciues viri, q̃ & Lacones & Spartani dicunt. Lacenę ſunt mulieres quę & Spartanę.

¶Lectiſternia ſunt ſtrati lecti in templis diis quaſi ſint in illis cubituri.

¶Metum facere eſt alijs incutere metum.

Miles. ¶Miles eſt quicũq; militat ſed præcipue pedes.

Numen. ¶Numẽ accipit autor interdum pro deo eo q̃ nutu quæ vult facit & influit.

Omen. ¶Omen eſt futuri euentus acceptio volũtaria qua ſi ex ore aut oſtento aliquo oblata.

Patauiũ. ¶Patauium vrbs in Venetis, nunc Padua dicitur: eius conditio habetur 77.j.

¶Poſtridiani dies, ſunt proxime ſequentes, vt poſtidus, Nonas, & Calendas.

Profligo ¶Profligatum dicitur finitũ ſed cum profligatione & exitio alterius partis.

Queſtor. ¶Quæſtor qui, vulgo receptor dicitur.

¶Queſtor. i. inquiſitor.

Rhapſodia ¶Rhapſodia dicitur coaptatio & cõpoſitio a verbo ῥαψῳδέω quod eſt canto & deſcribo: eſt enim quaſi concinnatio variarum rerũ in vnũ codicem. Vnde eo vocabulo aptiſſime vtitur autor noſter.

Remitto ¶Remittere notũ eſt quid ſit: ſed autor frequenter vtitur abſolute, aut paſſiue. niſi intelligi dicas ſe. vt remittente febre, & ardore pugnę.

Reo voti. ¶Reus voti qui votũ debet eo q̃ cõditio obuenit.

Rogationes ¶Rogationes ſi ad leges aut plebiſcita ſpectãt ſunt propoſitiones legum ferendarum & percontationes an perferri mereantur. Rogationes autem quas nos dicimus, latine ſupplicationes dicuntur.

¶Scytala quæratur per indicem.

¶Syſſitia ſunt conuiuia.

¶Siſathia tabularum abſolutio.

¶Suffragium. i. ius eligendi magiſtratum.

Stratagema ¶Stratagema geſtum militare: conſilium & ars capiendi hoſtis.

¶Triremes naues tribus ordinib⁹ remigum, ſic biremes, quinqueremes &c.

Viſigothi ¶Viſigothi corrupte eo q̃ barbarum eſt. nam barbarorum lingua diceretur vviſigothi id eſt occidẽtales gothi eo q̃ vviſt aut vveſt occidens illis dicitur. Similiter oſtrogothi corrupte p ooſtgothi. Nã ooſt oriens eſt. Hęc ſunt quę nunc occurrerunt. boni conſule lector & Vale.

# M. ANTONIVS SABELLICVS, AVGVSTI

no Barbadico Sereniſſimo venetiarum Principi & Senatui felicitatem.

RAT VRBS VEſtra Auguſtine Dux inclyte, & Patres ampliſſimi, mille & amplius annos nata: florebatq; Venetum nomẽ multa celebritate & opulẽtia, lateq; imperitabat: neq; adhuc ſcriptorum defectu, tantæ rei principiũ, proſperiq; ſucceſſus, externis erãt gẽtibus ſatis noti: multiq; mortales, vt credere par eſt, iniquo ferebant animo, res geſtas eius ciuitatis in obſcuro eſſe: quam ob ſtupẽdum vrbis ſitum, famq; immortalitatẽ iam vbiq; partam præter cætera, humanæ gẽtes in terris mirarentur. Sed quo alij conſilio hanc laudem neglexerint, ſuæq; ipſorum famæ non minus q̃ veſtræ inuiderint, difficile eſt iudicare. Ego nõ quia plus potui q̃ quiuis alius, ſed q̃ multo plus volui omniũ externorum, quod dicere liceat primus audaci quidem conatu, ſed euentu, vt arbitror nihil pœnitendo, res veſtras a primordio vrbis preſcripſi ad noſtrorum vſq; temporum memoriam: ſumq; lucubratione illa id aſſecutus, vt qui vrbem mediis fluctibus natam, magna auctam indole, legibus ſtabilitam, fama tantum nouerant, literarum teſtimonio cognoſcerẽt: & qui rem tãtam animo concipere nequiuerãt, velut ex inſigni tabulæ figuratione oculis intuerentur. Et multi per hęc princeps & patres optimi, cum Venetæ felicitatis, tũ virtutis veſtræ, maiorumq; veſtrorum, haud iniucunda relatione lectitant, quæ vos, quæ illi, domi foriſq;, terra ac mari, tam ſapiẽter q̃ feliciter geſſiſtis. Cæterũ ne non ſemper apud me aliquid vobis, velut in nũ maria officina, cuderetur: ecce dum res veſtræ alibi leguntur, domi alterum recens, multoq; maiorum vigiliarum opus eſt vobis natum, ita ab initio deſtinatum, vt veſtro, non alterius nomine in apertũ referretur. Sunt quæ nunc veſtro nomine inſcribũtur, Enneades ſeptem: ſic enim (nec temere) partiri placuit: tris & ſexaginta libros, quib⁹ a prima mũdi origine, ad Rom. imperij inclinationem, in quæ tempora, auſpicatiſſimus veſtræ vrbis ortus incidit: omnẽ ſacrarum prophanarumq; rerum ſum ſeriem complexus, rem quidem operoſam, laboriſq; propemodum inexhauſtã: ſed quæ, quũ rerum varietate multum delectare poſſit, tum optimorum multitudine exemplorum ſupra q̃ dici queat legẽtibus prodeſſe. Verum fuerit ne operæprecium id facere alij æquius iudicabunt: ego ex tam longa lucubratione, ſatis mihi conſecutus videbor, ſi dum reliqua pars inſtituti operis ad noſtram vſq; rexitur ætatem, per hæc meum vobis probabitur ſtudiũ, q̃ res Venetas per me antea legerũt: hæc quę aliarũ ſunt gẽtiũ, Veneto nomine legere incipient.

Sequuntur Quinq; priorũ Enneadũ argumẽta.

## ARGVMENTA ENNEADIS I.

### EX LIBRO PRIMO.

I.

A QVAE DE MVNDI origine tã pie q̃ vere traditur cum iis quæ primis eſt dieb⁹ Deus operatus primo libro continentur. Protoplaſtus ex rubenti terra format⁹ Adami nomen tulit: Euæ mulier, quæ ex huius latere deprompta eſt. Ambo legeq; aberrantes terreſtri ſunt paradiſo delecti. Cainus Abelem fratrem occidit. Caini exilium & reprobatæ ſobolis incrementa. Tubal muſicen inuenit: ærariũ Tubalcaim. Qui mortalium primi cœleſtiũ rerũ naturam indagarunt. Vetus de mũdi conſummatione opinio. Ex qua materia, geminæ colũnæ ſint ob id ipſum a primis mortalibus conſtitutæ. Noe prædicatio & oraculum de futuro cataclyſmo. Arca fabricata eſt. Qui cũ Noe in arcam ingreſſi ſint, & quæ cum his ſint animalia ſeruata. Gigãtes ſunt diluuio extincti. Quæ de gigãtibus ethnici ſcripto res tradiderint. Vbi arca poſt diluuium conſederit, & quod nomen loco ab re manſerit. Noe primus vitẽ coluit. Chami calamitoſum exiliũ. Qui mortalium primi ſint deos commẽti. Vbi terrarum ſidera primum mortales venerati ſint. Vnde primæ coloniæ profectæ. primiq; terrarũ incolæ. Cur Græci Iudaicam hiſtoriam non ſcripſerint. Cur Noe & aliis ab initio tam longa vita contigerit. Irriti Nẽbroti conatus in altiſſima turri ſtatuenda. Vexores & Thanais primi regum procul ſuis finibus bellarunt. Egyptiorum & Scytharum veruſtas. Scythiæ ſitus, & qui olim mores gentis rituſq; fuerint. Aſia Scytarum veſtigalis facta. Bactriani & Parthi a Scythis oriundi. Prima Nini regis expeditio. Zooaſtres a Nino victus mortem occubuit. Ninus Niniuem vrbem condidit. Semiramidis ortus, & eius alimenta propemodum fabuloſa. Semiramis primo Menoni mox Nino in Bactriana expeditiõe nupſit. Ninus fato extinctus inſigniter tumulatus eſt. Semiramidis conſilium in filij perſona aſſimilanda: Babylonis cõditio, & ſtupendus vrbis apparatus. Semiramidis expeditio & vana in operibus oſtentatio. Indiæ ſitus rituſq; & mores gentis. Indica Semiramidis expeditio. Quo genere nauium Indi vſi ſint. Indi fluminis ortus & crementa. Naualis Semiramidis victoria. Semiramis terreſtri prælio victa, & in Aſſyriam reuerſa a filio interfecta eſt.

### EX LIBRO SECVNDO. II.



ODomitani belli cauſa, & res circa Sodomam geſtæ ſecundo libro referuntur. Iordanis flu. ortus, & eius decurſus. Aſphaltitis lacⁱ natura, Pulchrum Habraami facinus in Aſſyrios. Habraami & Melchiſedechi cõgreſſus. Numeroſa ſoboles Habraamo cœleſti oraculo promiſſa. Circunciſionis ratio, & cuius ſit gẽtis id proprium. Sodomę & circunciectarum vrbiũ excidium. Habraamus eſt e cœlo filium immolare iuſſus. Veriſſima deſſouis ortu & interitu explicatio. Vbi Iuppiter ſepultus, & quot Ioues fuerint. Prima mortalium iniuria a Phœnicibus orta eſt. Quæ celebres forma mulieres, & a quibus raptæ. Iacob Rebechę matris vſus conſilio a patre hæres conſtitutⁱ eſt. Eiuſdem profectio in Meſopotamiã. Quid Laban ſit cum Iſraele pactⁱ. Lyia pro Rachele Iſraeli ſuppoſita eſt. Duę Labanis filię Iſraeli matrimonio ceſſerunt. Prima iubilei mentio. Diluuiũ quod ſub Ogyge fuit. Occulta Iſraelis ex Meſopotamia profectio. Dina a Sicimitis rapta eſt ad ſtuprum. Dinæ iniuria magna Sicimitarum clade eſt a fratribus vindicata. Iſraelis filij Ioſippum fratrem Iſmaelitis vendiderũt. Memorabile caſtitatis exemplum in Ioſippo. Quæ Pharaoni regi ſunt per quietem obſeruata, & quæ in his explicandis fuerit Ioſippi ſagacitas. Iſraelis filij frumẽtãdi cauſa in Egyptum profecti ſunt. Q̃ varie Ioſippus fratres ver-



ſauerit quoad ſit ab illis agnitus. Iſrael cum filijs & nepotibus in Egyptum migrauit. Quæ fuerint Iſraelitarum in Egypto incrementa, ac quędam in ibi de Nilo atq; Ethiopum veteſtate, ritu & moribus. Omnes Egyptij reges Pharaones dicti. Pharaonis edictum ad omnem Iudæorum progeniem extinguendam. Moſes infans indubitata numinis prouidentia ſeruatus eſt. Moſes ætate adulta Egyptiorum dux factus Ethiopicum bellum geſſit. Idẽ ex Ethiopia reuerſus in exilium abijt. Quæ poſtremo ſigna ſint Moſi diuinitus oblata, dum Bathuelis oues circa Synam paſceret.

### EX LIBRO TERTIO. III.

EGypti ſitus moreſq; & ritus gentis primo loco habentur, atq; ibi quædam de Nili ortu & incremẽtis. Vnde Athenæ dictæ. Quæ pdigia ſunt ibi a principio ſub Cecrope facta. Moſes in Egyptum reuerſus a rege petijt vt populum relaxaret. Miracula quæ in Moſis virga extiterũt, & quibus ſit cladibus Aegypt⁹ paucis diebus concuſſa. Iudæorum numerus qui Moſis ductu ex Aegypto eſt egreſſus. Mare Iudæis miraculoſe patuit. Pharao cum numeroſo exercitu mediis obrutus eſt fluctibus. Primus hexametri carminis apparatus. Manifeſta rerũ miracula, per quæ populus Arabię deſerta peragrauit. Regionis deſcriptio, & Arabum mores, & quædam de Nabatheis memoratu digna. Iudæi Arabum gentem ingenti prælio vicere. Victor populus ad Synam mõtem proceſſit. Moſes diuinas leges tulit populo, adiecta & ſacrorũ ratio, cum tabernaculi dedicatione. Quę dies Azymorum fuerint & Pentecoſtes. Quæ lubi lei anni ratio. Obtrectatio populi & fremitⁱ in Moſen. Q̃ miraculoſe ſint Iudæorum deſiderla leuata coturnicum allapſu. Cananeę terrę exploratio, Moſes & Aaron inuidia p̃mi cœpti ſunt. Datas & Abyrus impietatis pœnas luerunt, ſacerdotiumq; eſt Aaroni ſtabilitum.

### EX LIBRO QVARTO. IIII.

EGati ab Idumeis nihil pacati renũciarunt. Amorrei & Moabitæ a Iudeis prelio victi ſunt. Balaami vaticinatio. Iudæi in peregrinarum mulierum congreſſu gentili inſtituto aberrarunt. Phineus Samariam in Madianę fœminæ complexib⁹ obtruncauit. Dira Iudęos peſtilentia afflixit. Moabitę iterum victi ſunt. Moſes Iſraelitarũ gẽti leges tulit. Danaus ex Aegypto pulſus Peloponneſum tenuit. Dardanus ex Arcadia in Samothraciam migrauit: inde ex Samothracia in Phrygiam. Lacedæmonis conditio, & cum his ea quæ de Perſeo & Gorgonibus q̃ veriſſime tradi potuerunt. & quis Buſyris fuerit. Quis Dionyſius qui primus vini monſtrauit vſum. Erichthonius mortalium primus quadrigas iunxit. Triptolemus triticum Atticæ inuexit, cuius inuẽtrix Ceres fuit. Quid ſit cur veteſtas Neptuno maris imperium aſſignauerit, Plutoni infernа, cœlum Ioui. Iordanis aquæ in muri ſpeciem ſtetere Iudæis illum vadantibus. Manna cadere deſijt. Populus in deſerto natus circunciſus eſt. Iudęi Hiericuntem diruerunt. Acharus lapidib⁹ obrutus eſt ſacrilegij conuictus. Iudęi Adanim vrbẽ diruerunt. Iidem immenſum Cananeorum exercitũ vna acie profligarunt, Cananeaq; ſunt terra potiti. Decem Iſraeliticæ tribus totam inter ſe Cananeam terram partitæ ſunt, ac plura inibi de Palæſtinæ finibus, Syrię, Phœnicumq; & Tyriorum veteſtate memoratu digna. Vbi Balſamum naſcatur. Bezecus rex bello victus interfectus eſt. Hieroſolymę captæ diripiuntur. Iſraelitarum res inteſtina diſcordia vehementer afflictæ ſunt. Duæ Iſraelitarum tribus, quę trans Iordanem agrum acceperãt, bello a finitimis victæ, ſeruitij iugũ accepere. Vbi literæ ortæ ſint: & per quos in plures gentes propagatę. Inſulæ Cretæ ſitus: & qui mortalium eã primi tenuerint, quiq; fuerint Inſulanorum ritus. Quæ Lini fuerint & Amphionis inuenta.

### EX LIBRO QVINTO. V.

VEtus Iudæorum diſciplina cum re paulatim collapſa eſt. Aiothus Mobitarum rege interfecto ſuos in libertatem reſtituit. Quæ de Orithyia, Zeto & Calai ſunt vere prodita. Et mox quę de Phryxo & Helle memorata ſunt. deq; Heroici carminis & oraculorum origine. Delphicũ oraculũ quo caſu conditum. Sicyonij regni origo. Troianorum regum vetus ſtemma. Ilij conditio & Ganymedis raptus. Bellerophontis in Lyciam expeditio. Tã breuis q̃ vera de Cadmo & eius progenie explicatio. Iudęi Delborę vaticinio & Barachi ductu in libertatem aſſerti ſunt. Iahelis Hebraicæ fœminæ in hoſtium ducem memorabile facinus. Recens Iſraelitarum victoria labino Aſſori rege in acie perempto. Thebani Herculis ortus, qui in Theloboici belli tẽpora incidit: & qui Theloboi fuerint. Herculis tyrocinium & cætera eius geſta. Quibus eſt Iaſonis in Colchidem nauigatio inferta. Qui Colchi fuerint & vnde oriundi. Quid aureum vellus. Qualis Iaſonis reditus, & quibus ille caſibus iactat⁹ vſq; ad vitæ exitum. Quibus Medea erroribⁱ ſit agitata poſt natorum cædem. Amaxonum origo & ritus gentis, & quemadmodum fuerint ab Hercule bello ſuperatæ. Amazonum expeditio in Europam. Quæ Hercules in Libya geſſit, cum Aphricanarum rerũ relatione. Quis fuerit Antheus & quæ eiⁱ regia. Herculis tranſfretatio in Hiſpaniam, & quas extra terram rerum a ſe geſtarum metas fixerit, & quæ ſvere dictę ſint columnæ Herculis.

### EX LIBRO SEXTO. VI.



ERCVLES VICIT GERIonem in Hiſpania. Et quis Gerion fuit: & cur triceps dict⁹. Cacus in Latio ab Hercule oppreſſus eſt. Et quędam inibi veriſſime de Caco dicta. Ara maxima quæ fuerit, qui Potitij & Pinarij. In ora Campaniæ, aduerſus iniurios locorum accolas Hercules feliciter dimicauit in Phlegreis campis, inſertaq; his quædã de Veſuuij montis natura: de Lucrino & Auerno, & vetuſta Cimmeriorum gente. Hercules Ericem cæſtib⁹ peremit. Siciliæ deſcriptio & qui mortaliũ primi eã terrã coluerint. A quo Hercules acceperit Aſtrorum ſcientiã. Theſei geſta qui Herculis æqualis fuit & æmulus maternoq; propinquus genere. Et in his quædã in fidẽ aſſerta quæ de Labyrintho, Minotauro, Ariadna & Dędali caſu traduntur. Egeus ſe ex alta ſpecula præcipitauit. Attica ciuitas a Theſeo inſtituitur. Vbi & quando primus nummus percuſſus eſt. Amazones in Atticã irruperũt. Hippolytus ab eąs diſtract⁹ periit. Theſeus & Pirithous ex iniuria amicitiam iniuerũt. Lapithæ Cẽtauros vlti ſunt. Et ibi qui Centauri fuerint oſtenditur. Theſeus Helenam raptam apud matrem Aphidnis depoſuit. Pirithous ab Adoneo Moloſſorum rege Cerbero cani laniandus obiectus eſt. Theſeus in vincula coniectus

Herculis est interuentu liberatus. Castor & pollux in sororis vltionem Atticā populati sunt. Aphidnis captis recepta Helena Ethram in seruitutē abducunt. Theseus hostis iudicat⁹ in Scyro perijt. Cætera Herculis gesta, quibus inserta sunt, quæ de Meleagri & Althææ casu sunt memoriæ prodita. Hercules periit⁹ in Oetha monte rogum conscendit. Gedeon Iudæos seruitio pressos in libertatem vindicauit. Abimalechus vndeseptuagin ta occidit fratres. Iudæi cum Philisteis feliciter dimicarunt. Heraclidæ Trachina electi ab Athenien sib⁹ recepti sunt. Idē Eurisitheo in Attica interfecto Argos obtinuerunt. Sanson is gesta & interitus, vltimo loco referuntur.

## EX LIBRO SEPTIMO.

VII. Œdipus Lao patre interfecto ex Iocasta matre quam ignotam duxit vxorem liberos extulit. Polinices ab Aetheocle fratre fraudatus, regno Adrasti regis auxilio bellum Thebanis intulit. Nemæi ludi in Archemori memoriam conditi. Adrastus fugiēti similis Argos reuersus est Thebani bello ab Epigonis repetiti vrbē deseruerūt. Paris ex Peloponneso rapuit Helenam, atq; inibi multiplex sermo de ijs quæ gesta sunt ad Troiam, Aeneas ex Ilio profectus Siciliam tenuit, & ex Sicilia Latium. Qui fuerint veteris Latij fines, & qui hominum ipsam terram ab initio tenuerint. Latinus & Aeneas inter se fœdus & affinitatē iunxere. Latinus aduersus Rutulos dimicans prælio occubuit. Troiani & Aborigines Latini dici cœperūt. Aeneas incerto casu perijt. Ascanius Hetruscos bello superauit: mox & Albam condidit. Antenoris & Henetorum in Italiam accessus. Patauijq; cōditio, & cum his varij errores eorum qui ad Troiam missi trahūtur, Iudæa a Philisteis victi arcam fœderis amiserunt: in qua postmodum vindicanda manifesta extitit numinis assertio. Iudæi Samuelis ductu Philisteos superant. Saulus primus rex Iudæorum creatus est.

## EX LIBRO OCTAVO.

VIII. Vādo apud Sicyonios sit regnari desitum. Qui post Ascanium Albæ regnum tenuere. Dores Athenien sib⁹ bellum intulerūt. Memorabilis Codri regis interitus. Varius sermo de Homeri poetæ ortu deq; natali solo. Iudæi ab Ammonitarum rege victi omnes altero oculo priuati sunt. Atrox Sauli edictum, Ammonitę rege in pugna amisso, insigni clade affecti sunt a Iudeis. Ionathas Sauli filius Philisteorum castra noctu ingressus ingentis victoriæ suis præbuit materiam. Saulus de filio sumpturus fuit supplicium, q̄ contra edictum suum fauum mellis comedisset, nisi exercitus suppliciū ab eo deprecatus esset. Amalechitę bello periti sunt, quorum regē captum quia Saulus seruasset a Samuele prophera increpit⁹ est. Dauid rex occulte a Samuele inungitur. Idem adolescens adhuc Goliadem immanis staturæ virum singulari certamine prostrauit: quo perēpto ingēs victoria secuta est. Saulus Dauidem sibi generum ascisuit, ascium capitaliter insectatur. Dauid exilio solum vertit. Abimelechus sacerdos a rege occisus est: quia Dauidem hospitio excepisset. Nobeanorum. CCC. pari crudelitate interfecti. Nobea incēsa, ciues ad vnum atrocissime necati. Dauid regi reconciliatus Philisteos vicit. Saulus Dauidem iterū capitalib⁹ perijt insidijs. Dauid Abigailē sibi matrimonio iunxit. Idem quū Saulum ob trūcare potuisset cęde abstinuit. Amalechitæ ob Sicelechum vicum direptum a Dauidica cohorte occidione occisi sunt. Saulus cum tribus filijs ad Gelbonē montem interficitur. Dauid rex salutatus est. Isboseth⁹ Sauli filius & ipse a Iuditarum tribu rex creat⁹ est: per quæ diuisum est Hebræorum regnum. Habner a Ioabo interfectus est. Isbosethi cędes, regnūq; Dauidi stabilitum.

## EX LIBRO NONO.

IX. Dvbia Hierosolymorum cōditio. cui vrbi captæ Dauid arcem imposuit. Idem Palæstinos prælio victos fugadisiecit. Arca fœderis Hierosolymā delata est. Hebraicarum rerum successus, Dauid Ammonitas quia contra ius gentium legatos violassent bello adortus facile vltus est. Assyrij & ipsi prælio victi sunt: in qua pugna Dauid hostium ducem obtruncauit, Bersabea Vrię coniunx a Dauide adulterata est: & mox Vrias ipsius opera interfectus, Post viri cædem Bersabea Dauidi nupsit. Dauidis liberi ex coniugibus & concubinis nati. Ammon Tamarę sorori stuprū intulit: quod flagitium est eius cædevindicatū. Absalon patrem regno deturbauit. Dauidis pietas in Absalonem. Dauidici duces Absalonem interfecere. Dauid in regnum restitutus in nouam seditionē incidit: quæ haud multo post sedata est. Censa sunt in Iudęorum gente vndecies centum milia virorū qui arma ferre poterant. Salomon volēte patre rex creatus est, oraculoq; patri successor constitut⁹. Dauidis interitus, & qui cum eo viri illustres vixerint. Qui hominum primi & vbi philosophari cœperint. Carthaginis conditio & in ea relatione, quædam de Tyriorum vetustate, Sychei cæde, & Elissæ coniugis effugio. Memorabilis Elissæ exitus a poeti co diuersus, Salomon sapientię nomine illustratus est nouo iudicij genere. Quæ Salomon literarū monumētis tradiderit. Eleazari facinus in Dęmone eijciendo. Salomon templum Hierosolymis cōdidit, conditum rite dedicauit. Cōdidit & regiam domū. Quid Pharaonis nomen significet: & quādo Aegyptij reges Pharaones dici desierint. Salomon iudicum commercium instituit. Saba Aethiopum regina Hierosolymam venit. Balsami surculus quādo primum Syriæ illatus. Immensæ Salomonis opes cum ejus interitu postremo loco referuntur.

# ARGVMENTA ENNEADIS II.

## EX LIBRO PRIMO.

X. Roboas populi fauorē superbo a se alienauit responso. A duabus tribubus rex Roboas saluatus est, cæterę illi imperium abrogarunt. Hieroboas qui a X. tribubus rex creat⁹ est populum ad Idololatriam traxit. Dextera regis manus cōtabuit qua prophetam percusserat. Iadam propheta a leone laniatus est. Roboas plures in Syria vrbes cōdidit. Hierosolymitanum templū & regia direpta est a Sesacho Egyptiorum rege. Hieroboas bellum Abiæ intulit. Abiani egregie vincunt acie. Vtrumq; Hebręorum regnum per varios bellorum casus aliquandiu est iactatum. Helias & Heliseus prophetica prædicatione per id tempus clarueruntModica Iudæorum manus Micheę prophetica prædicatione freta, ingentes Syrorum copias ad Hierosolymam strauit, Micheę & Sedechiæ prophetarum cōtentio



tentio de Achabi regis exitu. Moabitæ Arabes, qui aduersus Iosaphatum ad Aphaltitem lacum consederāt, castrensi seditione deleti sunt. Enochis & Helię incertus exitus. Ioras rex cum duobus socijs regibus, Moabitas bello adortus: quia Moabitarum rex filium in murorum fastigio immolasset miseri cordia motus, pacem reddidit gēti. Quid memorabile circa Heliseum acciderit. Ioras arcta obsidione pressus, in miserabilem duarum mulierū litem incidit. Syri ex Helisei prædicatione sua sponte turbati cæsiq; sunt. Azabel oraculo frętus Adagū Damasci regem necauit. Arabes Palęstinam populati sunt. Hieus Ioram & Ochoziam occidit. Hiezabelis & totius Acabi familiæ crudelis exitus. Baali sacerdotes Hiei iussu interfecti sunt. Athalia, occupato Hierosolymorum regno, omnes ex Dauidis familia interfici iussit. Ioas, Athalia interfecta, in regnum restitutus est. Iacobus Ioæ filius a Syrorum rege sibi pacem redemit. Lycurgus leges Lacedęmonijs scripsit, Laconū præterea ritus & mores & Lycurgi exitum habet hic liber.

## EX LIBRO SECVNDO.

XI. Helisei prophetæ celebris prædictio de futura Ioę regis potētia. Amasias rex Moabitas, Idumeos & Gabaonitas vicit: mox deserto patriæ pietatis cultu ab Ioa Samariæ rege victus, in triumphum est ductus. Regia domo & vrbe a Samaritis direpta, ipse inglori⁹ reliquum vitæ egit. Ionas propheta triduo in cetus vtero fuit. Palęstini & Hammonitæ ab Ozia bello victi sunt. Hierosolymorū mœnia instaurata: ipse lepra infectus e medio excedere coactus est. Arbaces Medus, Sardanapalo ad mortem compulso, summā imperij ab Assyrijs ad Medos traxit: atq; inibi quædā de Mediæ situ, & ritu gentis, & de Magorū scientia, philosophandiq; ratione. Iudæi pacem sibi ab Assyrijs redimūt. Macedonicum regnū conditur. Numitor Albanorum rex regno spoliatus est a fratre. Ilia Numitoris filia vestalis capta est. Olympiadum ratio quādo inita, & quis illarū auctor. Lydorum regnum eodem tempore constitutum. Qui fuerint eius mores, qui viuendi ritus. Ioathas Hāmonitas tributarios sibi fecit. Rhea Ilia vno nixu geminos peperit, Romus & Rhemus infantes expositi memorabili casu seruati sunt. Quæ in vtroq; fuerint primæ ętatis rudimenta. Albanū, Amulio interfecto Numitori restituitur. Rom⁹ & Rhemus colonos ab auo acceperunt ad vsum condendæ vrbis. Rhemus orto inter fratres de situ vrbis certamine ictus occubuit: & cum eo Faustulus & frater. Quo die Roma condita sit, & in quæ tempora inciderit origo vrbis. Acham⁹ in Iudæa a Phaceæ profecto magno prælio victⁿ⁹ est. Idem Hierosolymitanū templū claudi iussit: sacra fieri vetuit. Romulus Romæ Senatū constituit: leges aliquot nouæ ciuitati dedit. Asylum aperuit, Romani Sabinas virgines vi rapuerunt.

## EX LIBRO TERTIO.

XII. In Palęstina, Ezechias rex templum aperuit. sacrorū ritum instaurauit. Osias Samariæ rex ab Assyrijs victⁿ⁹ cum. X. Iudæorum tribubus est in Mediam traductus. Qui hominum Cuthei fuerint, & qua perfidia in Iudæos accolas vsi. Messenij plures annos a Spartanis obsessi sunt. Partheniæ, Phalāti ductu Tarentū instaurarūt. Romulus ex Acrone rege prima spolia opima retulit. Templū Feretrio Ioui dedicauit. Antennates & Crustumini victi sunt: & in vtrorūq; vrbes Coloni ex vrbe missi. Sabini T. Tatij ductu Romanā arcem noctu occuparūt. Romuli acies ad palatium vsq; fugata est. Curtius in paludem præcipitat⁹. Romani Sabinicq; mulierum interuentu pacem inter se iungunt. Vnde comitium & Quirites dicti. Tatius rex a Laurentibus occisus est. Fidenæ a Romulo captæ & Cameria direpta. Romulus Veientibus victis in centum annos inducias dedit. Idē cum ad Capræ paludem exercitum recognosceret: vi subita ex oculis euanuit. Giges Cādaule rege interfecto Lydiæ regnum obtinuit. Vbi loci Gordij nodus fuerit. Esaię prędictio in extremis Iudæorū rebus. Mures nocte vna numerosum exercitū scutis & arcubus exuere. Spartiatæ bellum Arcadib⁹ inferunt. Arcadiæ situs & hominum mores. Lacedæmonij stulta oraculi interpretatione a Tegeatibus victi sunt. Vbi Orestis ossa reperta sint. Memorabilis Spartiatarum & Argiuorum pugna de Tyrea campo: & quam vterq; populus legem tulerit post pugnam. Corinthij Liburnos ex Corcyra eiecerunt: condideruntq; in Sicilia Syracusas. Quæ sibyllarum fuerint nomina, & vbi singulæ claruerint. Numa rex Romæ declarat⁹ est. ac quædam ibi de Sabinorū vetustate. Religiosum Numæ regnū, & quæ ille in eo administrādo Romæ constituerit: quicq; sint ex eo filij procreati.

## EX LIBRO QVARTO.

XIII. Qvi hominum sint regno vbicq; terrarum, vno tempore potiti. Manasses ab Assyrijs captus est. Tullus Hostilius Albanis bellum intulit. Tergemini Horatij Curiatijq; ex duabus fororib⁹ nati pro patria ad certamē instruuntur. Quæ olim feriendi fœderis fuerit ratio. Memorabilis Tergeminorum pugna. Horati⁹ victor sororem obtruncauit. manifestęq; cædis re⁹, ob recens meritum absolutus est. Quale fuerit iustrium natorum, & vnde ortum. Hostilius Fidenatibus bellum intulit. Albani medio ardore pugnæ a Romanis defecerunt. Tullius felici mendacio victoriam adeptus Metium Albanum atroci supplicio effecit. Albam diruit. Fidenæ captæ sunt, & Sabini ad malitiosam syluam prælio victi ab Hostilio. Quando & quam ob causam Nouendiale sit sacrum constitutum. Cum Latinis quinq; annos bellum fuit. Hostilius rex fulmine ictus cum tota domo deflagrauit. Phalaris Tyranni sęuitia illustrata est: pluresq; simul vrbes conditæ. Iosias in Iudęa rerum potitus est. Ancus Martius rex bellorum cerimonias instituit. Idem Politoriū de Latinis cepit. Pons sublicius Tyberi impositus est. Ancus Fidenas bello captas diruit. Sabinos castris exutos multa strage cecidit: mox & Veientes acie vicit: deq; his triumphum egit. Volsci ad pacem petendam compulsi sunt. Ancus Hostiam condidit. Iosias interpolare ausus bellū quod Necho Assyrijs iferebat, grauiter sauci⁹ perijt. Necho Iosię filiū in vincula coniecit. Prophetica vox Hieremiā & Ezechielem, per id tempus illustrauit, Quomodo Psamneticus sit Aegypti regno potitus. Labyrinthus & alia Psamnetici opera. Deliquium Solis sub Aliatte Lydorum rege factū. Aliattes bellū Milesijs intulit. Callidum Trasibuli Milesij consiliū, ac suis salutare. Periandri Corinthij consiliū in sepulchro occultādo. Arion a Delphino seruat⁹ est. Hāmoniū oraculum quādo & a quib⁹ conditū. Tarquinius rex aliquot ex Latinis vrbes cepit. Latinosq; acie victos fœda strage cecidit. Idē bellū Sabinis intulit. Tarquinius

Sabinos & Hetruſcos caſtris exuit. Hetruſci imperio Romanis ceſſerũt. Regia inſignia ab Hetruſcis ſumpta. Sabini iterũ bello victi Rom. imperio ſubiecti ſunt. Tarquinius Circum maximum inſtruxit. Prodigium quod in Seruio puero extitit. Tarquinius Martiorum iuuenum fraude interfect⁹ eſt: & Seruius Tanaquilidis arte & conſilio Rex Romæ creatus.

EX LIBRO QVINTO.

XIIII. Abuchodonoſor Aſſyriorum rex Hieroſolymas cepit. Ioachimum cum matre & neceſſarijs & omni militari ætate Babylonem traduxit. Iudæi bello repetiti ſunt quod Hieremias futurum dixerat. Hieroſolyma capta Sedechias crudelem in modum ab Aſſyrio excruciatus eſt. Duorũ illuſtrium prophetarũ oraculũ diuerſum verbis, euentu verovnũ. Qz diu ſit in Dauidica domo regnatũ. Recens Hieroſolymorũ deſolatio. Iudæorũ quorũdam in Aegyptũ perfugiũ. Pythaci Mitylenei & Phrynonis Athenienſis memorabile certamẽ. Sappho ſeſe præcipitauit. Solon Athenienſib⁹ bellũ perſuadet. Salamis ab Athenienſib⁹ occupatur. Qz diu Epimenides Cretẽſis dormiuerit. Quid Thales mileſius ſit de Munichię ſituvaticinat⁹. Draco ſanguine leges ſcripſit. Fons Romanorũ legũ vnde ſit. Solonis & Thaletis memorabilis congreſſus. Bithonis & Cleobis inſigne pietatis exemplũ in matrẽ. Pyſiſtrat⁹ Athenis Tyrannidem occupauit. Solonis præclarũ facinus & qui ſapientiæ cũ eo claruerũt. Quando Nemeæi ludi Pythia & Iſthmia certamina celebrari cœpta ſint. Perinthi Camarinæ & Maſſiliæ conditio. Ananias Miſael & Azarias miraculo ſunt igne ſeruati. Seruij Tullij Romæ Cenſum deſcripſit. Luſtrũ condidit. Dianæ templũ in Auentino ſtatuit Rom. Latiniſq; cõmune. Dianæ antiſtes fatalem immolauit bouẽ. Tarquinij regiã occupauit ſedem: Seruiũ curia deiecit, deiectũ occidit. Tullia per iacẽtis cadauer patris egit currũ. Mãdane Aſtiagis filia Cãbiſi nupſit. Cui⁹ opera ſit infans Cyrus ſeruat⁹. Crudeliſſimũ Aſtiagis facinus. Cyrus in Perſidem ab auo miſſus eſt: atq; ibi non pauca de regionis ſitu, & Perſarũ morib⁹. Cyrus Perſas ad bellũ cõciuit: Mediſq; bellovictis in Perſidem tranſtulit imperium.

EX LIBRO SEXTO.

XV. Cyrus Aſſyrijs bellũ intulit. Cyndẽ amnẽ in minutiſſimas partes corripuit. Babylon a Cyro recepta eſt. Quę ſit Aſſyrię feracitas, quicq; Aſſyriorũ mores. Crœſi regis Lydorũ cura in explorãda oraculorũ fide. Lacedæmonij ſocietatẽ cũ Crœſo iũxere. Crœſus oraculi voce decept⁹ bellũ Perſis intulit. Halis flu. memorabilis corriuatio. Cyr⁹ Crœſum Sardis cõpulſum cepit. Regiã vrbẽ diripuit, Crœſi fili⁹ ex muto eſt vocalis fact⁹. Crœſum pyræ impoſitum victor Cyrus ſeruauit. Cyrus Maſſagetis bellũ intulit, hoſtemq; dolo captũ cecidit. Spargapiſes Thomiris filius ſibi manũ intulit. Cyrus inſidijs a Thomire exceptus cũ toto exercitu cæditur. Eius caput in humani ſanguinis vtrem eſt ab hoſte coniectum. Qui Maſſagetarũ fuerit ritus: & qui hominũ ſint Maſſagetę. Daniel prophet⁹ a Cyro honorat⁹ eſt. Qz nouum phaſma ſit Daniel interpretat⁹. Coniectus eſt Daniel in Leonũ lacum: Parſerũt Leones Danieli: prophanos & impios laniarũt. Signũ memorabile in cœlo Danieli oblatũ. Iudęi ex Aſſyria in Paleſtinam reuerſi ſunt. Et templi fundamenta ſub Cyro iacta: & mox ſub Dario templũ inſtauratũ. Qui viri ſapientiæ & diuinationis nomine per id tempus claruerint. Cur Tarquinius ſuperbi nomen ſit adeptus. Herdonius Aricinus, Tarquinij fraude, a ſuis necatus eſt. Fœdus cũ latinis renouatũ. Duo Sabini exercitus vno ſunt die ſubacti. Pometia capitur, ac capta direpta eſt. Gabini Sexti Targnij fraude ſubacti ſunt. Exemplũ Tarquinij papauer decutientis ex Corintho tranſlatitiũ. Termin⁹ & iuuenta Ioui non ceſſerũt. Sibylla fatidicos ad Tarquiniũ libros detulit. Humanũ caput in Tarpeio reſoſſum prodigiũ futuro fecit imperio. Brut⁹ cũ Tarquinijs iuuenibus Delphos profect⁹ eſt: oraculũq; rite interpretatus, terram oſculo contigit. Tarquini⁹ Ardeatib⁹ bellũ intulit. Lucretia ob violentũ ſtuprũ ſibi manum intulit. Tarquinio imperiũ abrogatũ eſt mox vrbe excluſo ipſi & filijs exiliũ indictum.

EX LIBRO SEPTIMO.

XVI. Memorabile Amaſis Aegyptiorũ regis adagiũ in opinione vulgi eludẽda. Cambiſes bellũ Amaſi intulit. Difficilis per ſiticuloſa Arabiæ loca aquandi ratio. Pſamnitet⁹ Amaſis filius prælio victꝰ paucis diebꝰ regno ſpoliat⁹ eſt. Quæ ſint regna vno fere tempore euerſa. Pſamnieti memorabilis conſtãtia in ſummo dolore. Cur Aegyptij & Perſę non conſueuerint comburere cadauera. Vbi menſa ſolis fuerit: & quæ Cãbiſes ad Aethiopũ regem miſit munera. XL. milia peditũ i Ammonios miſſa mediꝰ arenis periẽrũt. Apis bos qualis fuit. Smerdis alter Cyri filiꝰ Cambiſis iuſſu occulte interfect⁹ eſt. Memorabile reſpõſum iudicũ ad Cambiſem de legib⁹ & poteſtate regũ, Cambiſes Meroen ſororem occidit. Magi fratres Perſicũ regnũ occuparũt. Cãbiſes ſuo ferro temere vulneratus periit. Magi a coniuratis oppreſſi ſunt: & in pulchro facinore pulchrior vox Gobrię. Quæ pro populari adminiſtratione procę regia dixerint Perſici regni aſſertores. Darius Perſarum rex creatus eſt. Qz ſuſpectam habuiſſet Amaſis rex Polycratis Tyranni felicitatẽ: & cp inhumane ob eã rẽ veterem illi amicitiã remiſerit. Samos a Lacedęmonijs oppugnata eſt. Sami deſcriptio. Quod Pythagoras Samius dogma induxerit, & quo caſu demũ perijt. Polycrates ab Oroetę Lydię prefecto captus in crucẽ ſublatus eſt. Iudęi Hieroſolymitanũ templum reſtituerunt. Demodoces medicus a Dario aureis compedibus donatus eſt. Darius Itaphernẽ cũ tota domo ad ſupplicium rapuit, exemplũq; inibi muliebris pietatis in fratrẽ. Babylonij a Perſis oppugnandi omnes fere mulieres vno tempore necarunt. Mula Zopyri peperit. Ipſe mutilata ſibi facie pro tranſfuga tranſijt ad hoſtes, pauciſq; diebꝰ Babylonem Dario tradidit. Darius vouit Hieroſolymitani templi reſtitutionem. Queſtio relatu digna de vini, regis, mulieris, & veritatis potentia. Quot annos habuit templi inſtauratio. L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus Romæ primi ſunt cõſules creati. Tarquinij regis bona a populo direpta. Brut⁹ filios & cõiurationis ſocios ſecuri percuſſit. Tarquini⁹ bellũ Romanis intulit. Brut⁹ & Aruns Tarquinius aduerſis ictib⁹ cadunt. Prima funebris oratio quæ Romę habita eſt. Cur Valerio ſit Publicolę cognomẽ datũ. Puluillus cõſul capitoliũ dedicauit. & bellũ Romanis a Porſena illatũ eſt. Horatius Cocles pontem aduerſus Hetruſcos tutat⁹ eſt. Mutius Scęuola ſcribam pro rege interfecit. Cloelia obſes trãſnauit Tyberim. Porſena indolẽ in hoſte miratus



miratus Ro. Po. pacem reſtituit.

EX LIBRO OCTAVO.

XVII. Darius Europęis Scythis bellũ intulit. Qua arte olim Scythæ rebelles ſeruos vicerint. Quæ fuerit Scytharũ vetuſtas, & qui primus in ea terra regnauit. Referũtur inibi Cimmeriorũ monumẽta & æneũ vas ex cuſpidibus conflatum, Boſphori & Helleſponti deſcriptio. Darius exercitũ in Europã ponte tranſmiſit. Monumenta Dariane expeditionis. Scytharum conſilium in adminiſtrando bello. Scythę cedendo Dariũ fatigarũt. Scythę ranã murem & auem cum quinq; ſagittis Dario miſerũt, per quę preſentis eſt periculi admonit⁹. Darius fugienti ſimilis in Aſiã reuerſus eſt. Laconicę mulieres viros e cuſtodia muliebri habitu emiſerũt. Euelthon Salaminiorũ i Cypro rex Ferotinę regine regno electæ exercitũq; petenti aureũ ſuſum & colũ aureã cũ penſo dono miſit. Ferotina crudeliter victoriã exercuit in Cirenenſes fœminas: Tuſci ad Aricią prelio victi a Romanis hoſpitaliter excepti ſunt. & Sabini ad Anienem victi. Appius Claudi⁹ cũ magna clientũ manu, ex Regillo Romã venit. Romani Sabinos caſtris exutos cũ magna cędę ad Fidenas diſſiparũt: vrbs ipſa recepta eſt. Nec multo poſt ad Heretũ vicũ Sabini nihilo minore cædę ſunt a Poſthumio & Menenio victi, ac caſtris exuti, vbi per noctem Romana pila ardere viſa ſunt. Sp. Caſſius conſul fractis Sabinorum opib⁹ ad pacem ſuppliciter peredã compulit. Pometia capta eſt a Verginio Spurij collega. Latiũ vniuerſum in Romanos, pro Tarquinijs coniuravit. T. Largius primus Romę dictator creat⁹ eſt. Sp. Caſſius primus magiſter equitũ. Romani ad Regillũ lacũ feliciter dimicarũt. Victoria miraculoſe nũciata eſt. Caſtori & Polluci templũ Romæ ędificatum. Tum primũ Romę equitũ trãſuectio inſtituta. Pęonũ & Getharum Thracũq; quorũdã mores. Pęones a Perſis bello ſubacti ſunt. Darij legati in Macedonia interfecti. Othanes iuſſus eſt ius dicere ex eo Tribunali quod pelle fuit patris inſtratũ. Patriorũ ſapiẽs iudiciũ in Mileſiorũ diſcordia tollẽda. Hiſtięus ſerui caput iſcripſit: vt cõſiliũ celaret ſuũ. Milleſij a Perſis defecerũt. Ariſtagoras Mileſius, terrarũ figuratione vſus, Cleomenem regem in ſentẽtiã trahere conat⁹ eſt. Piſiſtratidę quãdo ex Athenis electi. Athenienſibus bello a Cleomene Lacedæ. petiti, bis hoſtiũ diſcordia ſeruati ſunt. Nuncius cladis in Aeginã acceptæ mulierũ ſciſcitantium incurſu necatus eſt. Ariſtagoras Mileſius trahit Athenienſes in belli ſocietatem.

EX LIBRO NONO.

XVIII. Aeones ex Aſia i priſtinas ſedes perfugio remigrarũt. Iones Sardib⁹ in cẽſis ad Epheſum prelio victi ſunt. Iones nauali prælio Phœnices vicerũt. Qui in inſula pro Ionib⁹ ſtabãt in Salaminijs ſunt cãpis victi. Plures Ionũ vrbes a Perſis afflictæ. Hiſtięus a Perſide reuerſus accitis ſuorũ opib⁹ Byzantiũ perfugit. Ionũ claſſis diſcordia ſoluta eſt: & Miler⁹ a Perſis direpta. Hiſtięus ab Artapherne in crucẽ ſublatus. Tres inſulę ſunt a Perſis euerriculatę: & ibi quid ſit euerriculatio oſtenditur. Melciades Perſarũ metu Cherroneſum Thracią reliquit. Tarquinius Superb⁹ Cumis fato deceſſit. Prima ciuilis diſcordia ob æs alienũ Romæ orta. Volſci, Seruilij cõſulis ductu prælio victi: & mox paulo a Verginio iterũ ſuſi, Velitras amiſerũt. Sabini per idem tẽpus



ſunt a dictatore victi, & Vetuſius conſul Equos hoſtes militũ ferocia iniquo loco deiecit. Plebs patrũ iniuria irritata, in ſacrũ mõtem ſeceſſit: pauciſq; diebus recõciliatis ordinib⁹ primi tribuni plebis creati ſunt. Corioli bello capti Martio viro ipigro Coriolani cognomen dedere. Menni⁹, cui⁹ opera plebs in vrbem reducta eſt, tã pauper periit, vt ſumpt⁹ funeri defuerit. Qui fuerint Cumarum cõditores. Rofrumentatores Cumis ob Tarquinij bona male habiti ſunt. Gelo Siciliæ tyrãnus rem Romanã iuuit gratuita frumẽtatione. Trib. ple. diem Coriolano dixerũt: abſenſq; dãnat⁹ eſt. Circẽſiũ ludorũ apparatus & inſtauratiõis ratio. Volſci Coriolani ductu Romanis bellũ intulerũt. Coriolanus plura ex Romanis loca occupauit. caſtris inde ad vrbem admotis, quũ neq; maieſtate patrũ neq; ſacerdotũ religione flecti potuiſſet, vt patriæ parceret, Veturiæ matris precibus obſidionẽ ſoluit: nec ipſe multo poſt, vt quidã tradiderunt, a Volſcis lapidibus eſt obrutus. Alij in exilio conſenuiſſe voluerunt.

ARGVMENTA ENNEADIS III.

EX LIBRO PRIMO.

XIX. Gener Darij Mardonius, cũ ingenti exercitu trãſijt in Europã aduerſus Athenienſes. CCC. Perſarũ naues circa Athon mõtem naufragio periere. Situs & effigies Athi montis. Mardonius Macedonię orã ſubegit armis. Demarat⁹ ſpoliat⁹ regno a Lacedæ. ad Dariũ ſe cõtulit. Cleomenes Spartiatarũ rex in furorẽ actus ſe totũ laniauit. Glaucus Lacedę. ob cogitatũ crimẽ cũ tota eſt familia extinct⁹. Greci bello repetiti ſunt a Perſis. Quãdo primũ ſit Delos mota. Quid hæc nomina, Darius, Xerxes, & Artaxerxes ſignificent. Euboeę deſcriptio. Erithræa Perſis direpta & incẽſa eſt. Sexcenta milia Perſarũ ad Marathonẽ a paucis Græcorũ ad naues cõpulſi ſunt. Cynigeri facinus memorabile. Alemeonis Athenienſis petulantia in Croeſi auro amplexãdo. Melcia dis dãnatio & dãnationis cauſa. Ingenuũ & moderatũ filiorũ Darij inter ſe certamẽ. Hernici a C. Aquilio, & Volſci a Sicinio vno tẽpore victi ſunt. Vterq; cõſul triũphauit. Sp. Caſſius primã legẽ Agrariã tulit: dãnatuſq; affectati regni ex Tarpeia rupe precipitatus eſt. Ad ædem Cereris ſtatuæ reponi ſolitę ſunt: vbi & rerũ primitię. Oppia Veſtalis damnata eſt. Milites in Fabij Cęſonis inuidiã hoſtẽ fuſum ſequi noluerũt. Sequẽti pugna Fabij populares facti ſunt. Victoria de Tuſcis ſed cruẽta parta eſt. Victor cõſul ob collegę mortẽ triũphare noluit. Fabia, gẽs ſibi Veiẽs bellũ depoposcit. Fabij poſt egregia belli facinora ad Cremerã inſidijs excepti periẽrũt. Veientes laniculũ occuparũt. Tuſci ex laniculo. Sp. Seruilij audacia depulſi ſunt. Trib. pl. T. Menenio cõſuli dicẽ dixere. Dãnat⁹ Menenij⁹: paucis diebꝰ vita deceſſit. Dicta eſt & Seruilio dies cp iniquo loco dimicaſſet: ſed hũc populus oĩb⁹ abſoluit. ſuffragijs. Tuſci & Sabini vno die P. Valerij ductu victi ſunt. Minutius Trib. pl. domi iterfect⁹ eſt. Volero nouę autor fuit ſeditiõis. Plures matronę abortu periẽrũt. Vrbinia Veſtalis ſceſti cõperta humiviues defoſſa eſt.

EX LIBRO SECVNDO.

XX. Perſarũ rex Xerxes Darij filius Aegyptum ad imperiũ retraxit: Artaban⁹ bellũ Xerxi aduerſus Græciã diſſuaſit. Xerxes duplici ſomnio impulſus ad bellũ ſeſe accinxit. Athos a cõtinẽti abſciſſus eſt. Pythius Celeneus

Xerxem & omnẽ eĩ⁹ exercitũ hoſpitio accepit. Xerxes Helleſpõto verbera infligi iuſſit: & per dimidiatum Pythij filiũ traduxit exercitũ. Xerxiani exercitus ordo. Xerxes mille boues Iliacę Mineruę immolauit. fleuitq; in Abydenis cãpis ſuarũ copiarũ ingentẽ numerũ intuitus. Duob⁹ pontib⁹ traiect⁹ eſt in Europã exercit⁹. Quæ ꝓdigia Xerxi oblata ſunt. Numerus copiarũ quę ſunt Xerxẽ ſecutę, & qui in his reges, & quę gẽtes fuerunt. Lyſus & alij plerique amnes defecerunt Medis aquãtibus. Vbi leones in Europa: & qualis olim Theſſalia fuit. Spartius & Buſis Lacedæmonij ſuo ſanguine Xerxi ſatisfacere nõ recuſarunt. Athenienſium oraculo edocti omnem belli apparatum in nauib⁹ ſtatuere. Quib⁹ Gelo gradibus ſit in Sicilia principatũ adeptus: & q̃ memorabili prælio Amilcharem Carthaginienſiũ ducẽ vicerit. Noua ſcribẽdi ratio quã Demarat⁹ cõmẽtus eſt. Thermopylarũ deſcriptio. Xerxes omniũ qui ſub eo militarunt pulcherrim⁹ fuit. Lacedæmonij ſe commere cõſueuerunt in aperto vitę diſcrimine. Leonides Spartanus fortiter in Perſas dimicãs mortẽ occubuit. Xerxes Thermopylis potit⁹ eſt. Scyllias Sicionius vrinator. LXXX. ſub aquis ſtadia natauit. Bis Græci ad Aphetas proſpere dimicarunt. Perſæ Delphicum tẽplũ fruſtra ſunt violare adorti. Canis Xantippi ex continente Salaminẽ vſq; nãdo eſt deminum ſecut⁹. Athenæ a Perſis occupatę ſunt. Græci Perſas ad Salaminẽ nauali prælio vicere. Xerxes fugienti ſimilis Græcia deceſſit. Artabazus magnã copiarũ in ora Macedoniæ amiſit partẽ. Macedonici regni origo & incrementa. Athenæ iterũ captæ a Mardonio direptæ & incenſę ſunt. Ingens Perſarũ exercitus ad Plateas in Bœotia cũ Mardonio eſt a Græcis occidione occiſus. Eodẽ die Græci alterum Perſarũ exercitum ad Michalẽ deleuere. Perſæ duabus cladib⁹ affecti tota Ionia ceſſerunt: & Athenienſes his ſucceſſibus elati Thraciam ſibi & Cherroneſum vendicarũt.

EX LIBRO TERTIO.

XXI. ROmæ per id temp⁹ domeſtica, & foris militari eſt diſcordia laboratũ. Appius Claudius decimũ quẽq; ex deſertore exercitu ſupplicio affecit. Idem cauſam ad Trib. pleb. dictus rus veſtem nõ mutauit. T. Numitius cũ Equis temere cõgreſſus virtute militũ vicit. Volſci & Equi a Seruilio conſule vna acie fuſi ſunt. Quintius collega & ipſe in vtrã q; gentẽ proſpere dimicauit. Piurimi Iudæorũ qui in Aſſyria adhuc erãt Eſdrę ductu in Paleſtinã remigrarunt. Themiſtocles in exiliũ actus ad Xerxem ſe contulit. Tres vrbes ſunt Themiſtocli datæ in panem, vinũ & obſoniũ: ipſe taurinũ hauſit ſanguinem, quo epoto extinctus eſt. Ariſtides Athenienſium optimus eſt in exilium actus. Athenienſiũ res per idẽ tẽpus longẽ lateq; auctæ ſunt. Cymon Athenienſis nauali terreſtriq; prælio Perſas ad Euryedontẽ fluuium vicit. Perſicię imperij fines arctiores reddidit. Lacedæmon motu terræ concuſſa eſt. Cymon in exiliũ actus. Cirthei poetæ carmen Lacedæmonios ad prælium impulit. Qui viri ingenio clari vna vixerint. Qua ſit vltus arte inimicos Artaxerxes, confirmauerit q; ſibi regnũ. Tẽplum fidei in Capitolio dedicatũ a T. Poſthumio. Q. Fabius conſul rebelles Equos ad ſatietatẽ cecidit. Sp. Fuſc⁹ ab Equis obſeſſus Quintij procõſulis interuẽtu obſidione leuat⁹ eſt. Fœda peſtilentia ciuitatẽ afflixit, Ciues morbo defuncti Volſcos ceciderũt. P. Volumnio & Seruio Sulpitio conſulib⁹ inter multa & ſæda prodigia, quæ facta dicũtur pluit carnib⁹. Cæſo Quintij filius Volſcij accuſatiõe abſens dãnat⁹ eſt. Appius Herdonius noctu Capitoliũ occupauit. P. Valerius conſul dũ hoſtem Capitolio deijcit ictus concidit. Tuſculana arx ab Equis occupata eſt, qui inde a Romanis dimiſſi ſunt in Algido. Lucius Minutius cõſul ab Equis circũſeſſus Cincinnati dictatoris interuẽtu cũ exercitu ſeruat⁹ eſt. Equi a Quintio ſub iugo dimiſſi ſunt: Volſciuſq; in exiliũ act⁹, q̃ Ceſoni falſum crimen intendiſſet.

EX LIBRO QVARTO.

XXII. TRibuni conſulari poteſtate ſunt Romæ creati, & ciuitas nõnihil ordinũ diſcordia iactata eſt. Equi in Tuſculano agro fuſi cæſiq; ſunt. Sp. Poſthumio albo & P. Sulpitio Camerino cõſulib⁹ miſſi ſunt qui in Græcia Solonis leges ſcriberẽt. X. viri creati qui leges conderent Populo Rom. Artaxerxes Hesteres precib⁹ edictũ reuocauit, quo iuſſerat Hebræos toto ſuo regno vno die interfici. X. uiri in ſequentẽ annũ refecti inter ſe conſpirauerũt de dignitate per vim retinenda. Iidem partiti inter ſe rẽpublicã, Appio Claudio & Oppio ad vrbis cuſtodiam relictis, cæteri ad bellum profecti ſunt. L. Siccius homo militari gloria illuſtris. X. uirorũ fraude in Sabinis interfectus eſt. Romę Appius Claudius conatus Verginij filiã in ſeruitutem redigere: ad quã corrumpendam animum adiecerat: magni in ciuitate mot⁹ fuit cauſa. P. Verginij filiã gladio traiecit. X. uiri ab exercitu deſtituuntur. Romanæ legiones Auentinũ occupa runt. Decemuiris in ordinẽ redactis noui Trib. ple. creati ſunt: & in his Icilius. Plures leges populares paucis diebꝰ latę. Appius in iudicio arreptus in carcere necatus eſt, collegæ eius capite & fortunis inſigniter multati ſunt. P. Valerius & M. Horatius in Sabinis & Equis feliciter rempub. adminiſtrarunt. Conſules inuitis patrib⁹ triumpharunt. Volſci & Equi ad Corbionem magno prælio victi ſunt. Po. Ro. fact⁹ litis arbiter ab Aricinis & Ardeatib⁹ Scaptio autore agrum ſibi addixit. Et lex de cõnubijs promiſcue inter ordines celebrandis lata eſt.

EX LIBRO QVINTO.

XXIII. IVCIO Sempronio & L. Papyrio conſulibus fœdus eſt cũ Ardeatib⁹ renouatũ. ijdẽ primi omniũ Romæ ſunt cenſores creati. Ardeates domeſtica diſcordia agitati a Roma. opẽ implorarũt. Volſci ad Ardeã ſubiugati ſunt. Sp. Melius affectati regni accerſitus a Seruilio Hala dictatoris iuſſu eſt interfectus. Quid fuerit Romę equimeliũ. L. Minuti⁹ aurata boue donat⁹ eſt. Fidenates legatos ab vrbe miſſos cõtra ius gẽtiũ interfecerũt. Cornelij⁹ Coſſus Lartem Tolumniũ hoſtiũ ducẽ interfecit: ſecũduſq; a Romulo opima retulit ſpolia. & Fidenę a Romanis captæ ſunt. Quãdo res Græciæ domeſtica diſcordia laborare cœperint. Res ab Athenienſib⁹ circa Mẽphim geſtæ. Athenienſes cũ Corinthijs equo marte dimicarunt: mox altero prælio fuſos hoſtes diſpalatoſq; paſſim ceciderũt. Lacedæmonij ad Tanagrũ Athenienſes cruẽto vicerũt prælio. Megabaſus Aegyptios & Græcos acie fudit. Athenienſiũ claſſis in Aegypto delera eſt. Pericles maritimã in hoſtes expeditionẽ memorabili felicitatis obiuit exẽplo. Quale fuerit ſacrũ bellũ circa Delphos. Phocenſes Delphis eiecti ſunt. Samij bello cum Mileſijs ob Prienen cõflato, Athenienſiũ in ſe arma traxerunt: vectigalęq; facti ſunt. Mamercus dictator Romæ cenſorię poteſtatis





tempus contraxit: quapropter tribu ſubmotus eſt. Poſthumius Tubertus dictator Volſcos & Equos ad Algidum ſuperauit. Quæ fuerint Manliana & Poſthumiana imperia. Aedes Apollinis a Poſthumio dedicata eſt. Vnde Peloponneſiacũ bellũ ſumpſerit initiũ. Corcyrei Corinthios nauali prælio ſuperarunt. Athenienſes societatem iniuerũt cũ Corcyrenſibus. Vbi Chimerium ſit. Corcyrenſes & Corinthij ad Sybotem mutuis cladibus conflixerunt. Potidea & aliæ Cherroneſi vrbes ab Athenienſib⁹ alienatæ ſunt. Quid Cyloniũ & Tænarium piaculum fuerit. Thebani a Plateenſibus intra mœnia deprehenſi cæſi ſunt. Bellici Athenienſium & Lacedæmoniorum conat⁹. Attica a Lacedęmonijs vaſtata eſt. Aeginitæ ab Athenienſibus ſuis ſedib⁹ eiecti. Athenienſes Pericle autore: ijs qui fortiter pro patria occubuerant: buſtum conſtruxerunt: eorum liberos publice alendos decreuerunt. Ingens peſtilentia. Athenas vaſtauit. Romę quoq; eodem tempore peſtilens annus grandẽ vaſtitatẽ agris & vrbi attulit.

EX LIBRO SEXTO.

XXIIII. PERICLES altero Peloponneſiaci belli anno vita deceſſit. Lacedæmoniorum legati ad Artaxerxem miſſi circa Helleſpontum intercepti Athenis interfecti ſunt. Porideates diu ab Athenienſibus obſeſſi deditionem fecere. Plateenſes in Bœotia a Lacedæmonijs oppugnati ſunt. Corinthij Acarnaniam hoſtiliter adorti, ad Stratum oppidanorum eruptione percuſſi pro victis abierunt. Iidem in mari per id tempus in Criſſeo ſinu a Phormione victi, aliquot naues amiſerunt. Athenienſes eodem loco a Peloponnenſibus fuſi ſunt: atq; paucis inde horis ad Naupactum accepta clades hoſtibus repenſa eſt. Sitalces Therei filius Macedoniã ingreſſus multa in ea terra inſigniter edidit. Vnde Achelous fluat: & qui ſit eius curſus. Romani ad Veios tribunorum militum diſcordia vincuntur: & Fidenates vna deficiunt. Fidenæ phanatica oppidanorum acie cæſa a Mamerco dictatore capiuntur. Leſbij ab Athenienſib⁹ deficiũt. Athenienſes Leſbum oppugnant. Sæuũ Athenienſium decretũ in Mityleneos deditos. Mitylenei nauis vnius celeritate ſeruati ſunt. Plateenſes dediti a Lacedæmonijs, capitali ſupplicio afficiuntur: Plateæq; dirutæ. Corcyrenſium nobiles domeſtica ſeditione affliguntur. Athenienſes ab Aetolis prælio victi ſunt. Delus inſula per id tempus ab Athenienſib⁹ expiata eſt: & Ambraciotæ ad Olpas cæſi. Vulturnum: quæ Capua inde dicta eſt, Samnites occupant. Aulus Sempronius dubio euẽtu cum Equis & Volſcis dimicauit. in pugna Tẽpanij virtus maxime enituit. Aulus Poſthumi⁹ ob pugnam temere cõmiſſam, damnatus eſt: & Poſthumia veſtalis ampliata. Athenienſes Pylum occupant. Lacedęmonij ad Pylũ victi in Sphacteria inſula ab Athenienſibus obſidentur. Athenienſes in freto Siculo, nauali prelio Syracuſanos vicere, Mamertini a Naxijs terreſtri pugna ſuperati ceſiq; ſunt. Cleon Athenienſis Lacedæmonios in Sphacteria inſula captos Athenas perduxit.

EX LIBRO SEPTIMO.

XXV. ORcyrenſes exules dediti Athenienſium iuſſu necati ſunt. Atticæ Claſſis duces Athenis exilio multati ſũt q; Sicilia deceſſerint. Athenienſes Megara occupant: ſed mox paulo inde deijciuntur. Omnia Spartiatarum ſeruitia vno die incerto caſu perierunt. Athenienſes Delum occupant: vbi paucis diebus duplici ſunt clade affecti. Braſidas Lacedæmonius Amphipoli occupata: pleraſq; vrbes Athenienſium in Thracia ademit. Perdicas Athenienſibus fit belli ſocius. Iunonis templum Argis deflagrauit. Ro. legiones tribunorum militũ diſcordia in Algido a Volſcis ſuperantur. Equi a Seruilio dictatore cęduntur. Religioſa Tiberis inundatio. Athenienſes ex Delo inſulanos eiecere. Athenienſes ad Amphipolim fundũtur: qua pugna Braſidas Lacedæmoni⁹ perijt. Athenienſes & Lacedæmonij in certũ tẽp⁹ inducias inter ſe pacti ſunt: ſed nõ multo poſt ad arma eſt recurſũ. Lacedæmoniorũ moris fuit ad tibiarũ cantũ prelium capeſſere. Poſthumi⁹ a militib⁹ ſuis eſt lapidib⁹ obrutus. Primi e plebe queſtores creati ſunt Quintius Silius, P. Elius, P. Pupi⁹. Volſci & Equi ad Fucinũ lacũ a Cornelio Hala dictatore ſuperati ſunt. Terracina a Ro. capta dirſpiſ. quo, tẽpore Romę cœptũ eſt tributũ ciuib⁹ imperari: & Veij cœpri ſunt a Romanis obſideri. Qui hominũ ab initio Siciliam tenuerũt. Athenienſes ab Egeſtanis accerſiti claſſem in Sicilia miſere. Carinenſes in Sicilia Athenienſib⁹ adiũgũtur. Alcibiades reus abſens fact⁹ exilij cauſa. ſolum vertit: abſenſq; Athenis deuot⁹ eſt. Syracuſani ab Athenienſib⁹ prelio victi a pleriſq; Siculorũ deſtituũtur. Alcibiades Lacedæmonios ad bellũ impulit.

EX LIBRO OCTAVO.

XXVI. SYracuſę ab Athenienſib⁹ obſidentur. Gilippus Lacedæmonius in Siciliã profect⁹ Syracuſanis ſuppetias tulit. Varij Niciæ conat⁹ circa Syracuſas. Lacedæmonij Alcibiadis cõſilio Decelcam in Attica occupãt. Gilippus Athenienſiũ pręſidiũ expugnat ad Plemyriũ. Athenienſes parũ proſpere in mari cũ Syracuſanis dimicant. nec multo poſt ad Epipolas noctu victi ingẽtem acceperũt cladẽ. Lunę defect⁹ Athenienſiũ animos perculit. Syracuſani duplici prelio res Atticas in mari affligũt. Nicias fugã meditat⁹: cũ oĩbus copijs: ad Aſinarũ flumẽ venit⁹ hoſtiũ poteſtatẽ. Inſulanorũ plerique ab Athenienſib⁹ defecere. Alcibiades ab Lacedæmonijs ad bellũ mittit. Mileſij ab Athenienſib⁹ defecere. Lacedæmonij cũ Dario ſocietatẽ iũgũt. Varij Lacedæmoniorũ & Athenienſiũ circa Ioniã conat⁹. Athenis populari adminiſtratiõe ſublata ad paucos; potẽtiã res delata eſt. Byzantiũ ab Athenienſib⁹ defecit. Alcibiades ab exilio reuocat⁹ autor fuit ſuis vt paucorũ adminiſtratio ex vrbe tolleret. Athenienſes ad Oropũ victi inſigni ſunt clade affecti. Lacedæmonij circa Abydũ ab Athenienſib⁹ vincuntur. Nec ira multis inde dieb⁹ interiectis Alcibiadis interuẽtu iterũ victi. XXX. naues amiſerũt. Alcibiades a Tiſſapherne capt⁹ cuſtodib⁹ deceptis ad ſuos ex Sardib⁹ ꝓfugit. Idẽ Perſas & Lacedæmonios ad Cyzicũ ſuperat. Oĩs Helleſponti ora cũ Byzãtio ab Athenienſib⁹ recepta eſt. Memorabile Alcibiadis facinus in Selymbra occupãda. Chalcedõ Athenienſibus dedita eſt. Athenienſes cũ Pharnabazo ſocietatẽ iũgũt. Syracuſani a Traſylo capti: & in lapidicinas cõiecti cuſtodib⁹ deceptis ex Athenis Deceleã ad Lacedæmonios ꝓfugerũt. EX LIB. NONO.

XXVII. VIentes a Romanis obſeſſi ſibi regẽ creauerũt. Trib. ple. rem domi turbare conati ſunt. Omnes ciuitatis ordines rempu. iuuerũt poſt cladẽ ad Veios acceptã M. Seruili⁹ & P. Verginius publice damnati ſunt. Quãdo primũ Legiſterniũ ſit Ro-

mæ indictũ. Romanus miles senẽ augurẽ sublimẽ traxit in castra. Albani lacꝰ aqua emissa est. Veij Camilli ductu cuniculo capti sunt. In quę tẽpora incideritVeientanũ excidiũ. Alcibiades Byzãtio est potitus. Athenasq; triũphãti similis venit. Classis imperiũ incredibili ciuiũ studio Alcibiadi decernitur. Lysander Lacedæmonius. XV. naues Atheniensibus ademit. Alcibiadi imperiũ abrogatum est. Ipse vbi id factũ cõperit in exiliũ abijt. Conon a Lacedęmonijs nauali prælio victꝰ in Mitylenen est cõpulsus. Athenienses. XXX. dierũ spatio. CX. triremes ad bellũ instruxerũt. Lacedæmonij ad Argynusas victi sunt ab Atheniensibꝰ. Opulentissima Athenienſiũ classis ad Egos flumẽ est a Lysandro Lacedæmonio deleta. Lacedæmonij Athenas obsidione premunt. Atheniẽses terra mariq; victi leges a Lacedęmonijs accepere. XXX. tyranni sunt Athenis impositi. Alcibiades in Phrygia interfectus est. Argẽtũ ægre est a Lacedæmonijs receptum. atq; inibi quid obolus fuerit ostenditur & vnde dictus: quid Laconica Scytala: & qua sit arte Lysander a Pharnabazo elusus. Imilcho Carthaginiensis, amisso pestilentia exercitu, sibi manũ intulit. Dirus sacrorũ ritus apud Carthaginienses: atq; ibi non pauca de veteri Carthaginiensiũ statu: & quas Italię terras Græci olim tenuerint. Qꝫ memorabili euentu sit olim ad Sacram fluuium in Calabria dimicatũ. Sybaritę victi cũ vrbe excidio dediti sunt. In quæ tẽpora inciderit Dionysius maior. Tyrãni Trasibuli opa ejecti sunt Athenis, Agesilaus Lacedæmoniꝰ Persarũ opes in Lydia afflixit. Artoxerxes ex Caduſijs quibꝰ bellũ intulit fugienti similis in Perſidẽ reuersus est. Decima Veientanæ prædę Delphos est missa. Camillus Phaliscorũ filijs, quos sibi præceptoi prodideratꝫ in vrbẽ remissis Phaliscos ad imperiũ retraxit. Liparẽses piratæ aurũ Romanis legatis Delphos nauigantibus vi latrocinio ademptum, vltro restituerũt. Equi ad Veruginem a Posthumio fusi ac cęsi sunt. M. Furiꝰ Camillus exilij nomine solũ vertit. M. Ceditius nocturno oracuło magistratibus significare iussus est Gallorum aduentum appropinquare

## ARGVMENTA ENNEADIS IIII. EX LIBRO PRIMO.

XXVIII. SITVS Galliarũ qui sint: & ipsarũ gentiũ mores. Quando primũ Gallí in Italiã trãscenderint: ac quoties sint Alpes ab ea gente superatę. Senones Galli quũm Clusinos oppugnarẽt, quia Romani legati contra ius gentiũ in se dimicassent, Romã hostiliter petierũt. Romanis ad Alliã flu. fusis cęsisq; Galli Romã cepere. Capitoliũ dũraxat retẽtũ est, & ad extremũ prędidio defensum. L. Albinus Vestales cũ sacris curru extulit. Multi grãdes natu pro patria deuoti a Gallis interfecti sunt. Heraclidꝰ Romã scripsit captũ iri a Gallis, Gallí a Capitolio cũ cæde repulsi sunt, Ardeates Camilli ductu Gallos in agris ceciderũt. Tusci pauci diebꝰ cęsi sunt a Romanis qui Veios perfugerant. Fabius per medias hostium stationes in Quirinalẽ collem sacrorũ causa euasit Camillus absens Dictator dictus est. Manliꝰ Gallos ex Capitollo pręcipites egit. Camillus legiones ad vrbẽ admouit: quũ iam Romani se auro redimerent. Vincũtur Galli in media vrbe, & mox Gabina via sunt aduersũ cæsi. Quoto suę cõditionis anno Roma fuit a Gallis capta. Qui atri & postridiani dies habiti. Volsci a Camillo dictatore victi sunt: & Equi ad Bolas castris exuti. Sutrium eodẽ die captum est a Tuscis: & a Romanis receptũ. Roma intra annum instaurata Capitolium quadrato saxo cõmunitum. Hernici & Latini a Camillo acie fusi sunt. Hetrusci iterum ad Sutriũ cæsi: oppidũq; iterum socijs restitutũ. Nepete deditum Camillus oppidanis restituit. Manlius Capitolinus affectati regni compertus ex Capitolio pręcipitatꝰ est. Volsci a Camillo victi castris exuti sunt. Tusculani bello tempestiue dissimulato veniã meruere. Prænestini ad Alliam fluuiũ victi Ro. armis cesserunt.

## EX LIBRO SECVNDO.

XXIX. QVi viri ingenio clari eodẽ tempore fuerint. Græcię status a Locrensibus & Phocensibus perturbatꝰ iterũ in discordiã recidit. Lysander Lacedæmonius ad Aliarthiũ in Bœotia interfectus est. Pausanias rex in exiliũ actus. Agesilaus ex Asia reuocatꝰ Thessalos prælio vicit. Pylander Lacedę. ad Gnidũ a Canone victus fortiter occumbit. Thebani in Bœotia ab Agesilao acie fusi cæsiq; sunt. Athenæ iterũ ex hostiũ manubijs sunt restituręe. Agesilaus in Peloponẽso prælia quædam prospere gessit. Athenienses a Lacedæmonijs desciuerunt. Thebanorũ impulsu. Trasibulus Atheniẽsium dux ad Eurimedontẽ amnẽ ab Aspẽdijs oppressus interijt. Thebana arx a Lacedæmonijs occupata est. Pelopidas Thebanus suos in libertatem vindicauit. Cleombrotus Lacedęmonius ad Leuctras prælio est a Thebanis victus. Pelopidas & Epaminondas res Lacedæmoniorũ in Peloponneso afflixerunt. Pelopidas Alexãdrum Pheręum prælio victũ tyrannide exuit. Philippus Magni Alexãdri pater adhuc puer Thebis a Pelopida institutus est. Captus Pelopidas ab Alexãdro Pherẽo Epaminondæ est restitutus. Idem haud multo post iniquo marte cũ Thessalis congressus occubuit. Alexãder a Thebes vxoris suæ fratribus dormiens, oppressus perijt. Epaminondas ad Mantineam in prælio ictus mortẽ occubuit. atq; inibi qui nouissimi fuerint memorabiles Græcorum duces. Et cꝫdiu populi Athenienses, Lacedæmonij, & Thebani sint rerũ in Græcia potiti. Latini & Volsci sunt ad Satricũ a Romanis victi: nec multo post latini ad Tusculum cæsi. Emulatio duarũ Fabij ambusti filiarũ magni in vrbe certaminis causa extitit. Stolonis & L. Sextij trib. ple. rogationes turbulentissimæ. Quinquẽnio respublica sine consulari potestate fuit. C. Licinius primus plebei sanguinis magister equitũ est factus. L. Sextius primus consul.

## EX LIBRO TERTIO.

XXX. ITo Sulpitio Pœno & C. Licinio cõsulibus scenici ludi sunt primũ Romæ celebrati: ibiq; abunde demonstratũ vnde Histriones dicti: & quæ fuerint Atellanarũ exordia. Quæ figendi claui ratio: & vbi Nortia culta. Trebonius Tri. ple. diem Manlio imperioso dixit, quia filiũ rure relegatũ haberet. Manlij adolescẽtis memorabile exemplum pietatis in patrem. Idẽ adultꝰ Gallũ super Anienẽ ex prouocatiõe strauit, Torquatiq; cognomẽ tulit. Tyburtes cũ Gallis sociatẽ Romanos iniuere. Galli ante Collinã porta fusi sunt. Idẽ in Latio circa Pedũ maiore prælio victi, sunt occidione occisi. A C. Sulpitio dictatore. CCCVII. Tarquiniẽses captiui Romæ iugulati sunt. Prima lex, de ambitu quãdo lata sit. C. Martiꝰ

Priuernates



Priuernates in deditionem accepit. C. Licinius Stolo sua lege damnatus est. Phanatica Phalisco rum acies a Ro. pulsa est. Rutilius primus e plebe dictator factus: atq; idem primus iniussu patrũ triũphauit. Plato in Siciliã a Dionysio accersitus magno est ab eo honore acceptꝰ. Dion Syracusanus in exilium ejectus est. Plato Architę & Pythagoreorum opera est a Dionysio dimissus. Dion Dionysio absente Syracusas i libertatẽ vindicauit. Pulsus Dion a Syracusanis ac mox in vrbem restitutus a suis interfectus est. Dionysius in regnũ restitutus aliquot post annos a Timoleonte Corinthio pulsus: in Achaiam est deportatus. Timoleon Magone Carthaginiensi ex Sicilia pulso, Syracusanã arcem diruit. idem modica bellatorũ manu immensum Carthaginiensium exercitum ad Crinisium amnem deleuit: Tyrannosq; tota Sicilia sustulit. Romani Empuliũ in Tyburti ceperũt. M. Popilius Gallos acie victos in Latio cecidit. Galli ex albana arce Latium infestarunt. P. Valerius ex prouocatione Gallũ strauit: qui ab auxiliari coruo, Coruini cognomẽ post ea tulit. Galli dissipati fuga in Apuliam abierunt. Bellum Campanorum causa in multos annos est cum Samnitibus susceptum. Samnites a Valerio Coruino consule ingenti prælio cæsi sunt. Ro. exercitus Decij Tribuni consilio audaciaq; in Samnio seruatus est. Valerius tam fœda strage Samnites iterum cecidit vt. XXX. milia scutorum & CLXX. signa militaria relata sint. Fœda cõiuratio Campani prefidij. Philippus Macedo Amynthiæ filius vrbes Græciæ hostiliter afflixit. Dianæ Ephesiæ templum eo die deflagrauit, quo Alexãder macedo natus est. Res a Philippo Macedone in Thracia & Scythia gestæ. Idem Athenis & Thebanos ad Cheroniã strauit: omnẽq; sibi Græciã adiũxit. Pausanias die nuptiarũ, Philippum regem interfecit.

## EX LIBRO QVARTO.

XXXI. CAius Plauciꝰ consul Volscis bis prælio victis omnem eorum regionem vsq; ad mare est populatꝰ. Et pax Sanitibꝰ ab Emilio reddita est. Omne Latinum nomẽ a Romanis defecit. Manlij Torquati filiꝰ a patre consule securi percussus est: quia contra consulare imperium in hostem dimicasset. Latini ingenti prælio a Romanis sunt ad Vesuuium victi: qua acie P. Decius se diis manibus deuouit. Latini & Campani victi a Romanis agro multati sunt. Latinis rebellantibus eorum opes iterum sunt a Ro. accisæ. Latinorum quibusdam ius ciuitatis datum sine suffragio. Rostra in foro ex Antiatiũ nauibus constituta. Vbi Aurunca fuerit. Cales ausonum oppidum est a Ro. direptum M. Claudio Marcello & T. Valerio consulibꝰ, plures matronę veneficij conuictæ perierũt. Priuernũ captum mœnibus nudatum est. Alexander Epirota post multas res in Italia gestas ad Acherontem est fluuium interfectus. Qualis a pueris fuerit Alexander Philippi filius: & cꝫ philosophiæ & poetarum studiosus. Alexander Thebas diripuit: direptas diruit. Idem quum Corinthum venisset, Diogenem Cynicum inuisit. Cum quibus copijs Alexander Asiam inuasit. Perſæ ad Granicum fluvincuntur a Macedone. Alexander fatalem Gordij soluit nodum. Artaxerxes quinquaginta filios sibi infidiatos interfecit: atq; inibi Darij regis quẽ Alexander vicit, origo. Quibꝰ copijs Darius sit ad bellum profectus: & cꝫ stupendo rerum apparatu. Alexander gelidissimis Cydni flu. aquis immersus pene periit, in qua curatione memorabile illud edidit

## ENNEADIS IIII.

constãtię exemplũ in Philippum medicum. Darijꝰ ingenti pugna in Cilicia victus vltra Euphratem se recepit. Regis castra cũ matre, vxore, & liberis Darij in victorum potestatem venere. Alexander Biblum & Sydonem cepit: Tyrusq; multo Macedonum labore expugnata est. Perſęq; haud vno loco per id tempus terra mariq; sunt a Macedonibus superati. Gaza quoq; expugnata est: vbi Alexãder est grauiter vulneratus. Alexander Hierosolymã progressus multa in sacerdotes & ciues contulit beneficia: mox Aegypto potitus ad Hammonis oraculum profectus est: ibiq; non pauca de oraculi & locorum ratione. Alexandriã inde cõdidit iuxta Pharum. Romani per id tempus Neapoli & Palepoli potiti sunt: & Romæ lex lata est ne ingenuus necretur amplius. Quibus sit insectationibus vexatus Fabius magister equitum: cꝫ contra Papyrij dictatoris edictum dimicasset. Samnites a Cornelio Aruina dictatore multa cæde afflicti, deditionem fecere.

## EX LIBRO QVINTO.

XXXII. DArius reparato exercitu in Mesopotamia ad Bumellũ amnem facit castra. Statyra Darij vxor in Macedonum castris fato perijt, ac tum demũ de pace nonnihil actum. Terribilis Darianorum fremitus Macedonas perculit. Alexandri castra sub primũ armorum cõgressum capta sunt: fuitq; nõnihil anceps prælium: ad postremũ Darius victus acie excessit: quem Alexander ad Lycum vsq; amnem insectatus est. Macedo triumphanti similis Babylonem adijt: vbi exercitus barbaricis corruptus est delitijs. Susis Alexander potitus matrem & filias Darij in ea vrbe collocauit. Macedo Susianis portis magno certamine superatis Persepolim occupauit. Persepolis temulento ludibrio ab Alexãdro excisa est. Darijꝰ a suis victus, multisq; vulneribus confossus, miserabili modo perijt. Omnem belli impetũ Macedo ad Caspiũ mare flexit: atq; in ea relatiõe pleraq; scitu digna de ipsius maris natura. Artabasus cum nouem liberis in Macedonum fidem venit. Mardi gens & ipsi in fidem recepti. Thalestris Amazonũ regina cum Alexandro congressa est. Ancepsq; ibi sermo de Amazonibus. Parmenio & Philotas eius filius Alexandri iussu interfecti sunt. Macedonũ exercitus in Paropanisis pene extinctus est frigore. Quę circa Taurum montem sint ab Alexãdro gesta: & quæ apud Oxum aduersus Scythas: & vbi liberi patris metæ fuerint. Comparatioq; inibi Macedonũ & Romanorum. Duo consulares exercitus Romanorum ad Caudinas furcas iniquitate locorũ circunsessi a Sanitibus subiugati sunt. T. Veturius & P. Posthumius hostibꝰ sunt dediti sed non recepti. Samnites bis paucis diebꝰ castris exuti: postremo ad Luceriã sub iugum missi sunt: & mox ad Satricum insigni occidione occisi.

## EX LIBRO SEXTO.

XXXIII. BEssus qui Darium interfecit Disphẽdomenis laniatu est ab Alexãdro necatus. Quo Macedo sit consilio Petra potitus. Clytus ab Alexãdro interfectus est. Fœdissimus Naurano rũ rit cũ matre cõcubẽdi. Memorabile regię humanitatis exẽplũ in gregariũ militem. Alexãder Roxanẽ vxorẽ sibi iũxit. Callisthenes ab Alexãdro iterfectꝰ est. Macedo Nysam vrbẽ in India cepit: vbi plures est dies cũ toto exercitu debacchatꝰ. Taxiles rex vltro se Macedoni tradidit. Quid

Abaſaris

Abasaris regis legati de Draconum magnitudine testati sint. Quo consilio sit Macedo vsus in Hidaspe superādo. Porus rex prelio victus venit in Macedonum potestatem. Bucephalia vrbs ab Alexandro condita est. Qualis Sophitis regis fuerit cultus. Quæ Indiæ magnitudo, & quātę Gangaridū Alexandri temporibus essent opes. Vbi Alexander metas fixerit rerum a se gestarum. Alexāder ad Indi & Hidaspis confluentem pene perijt. Idem in Mallis intra muros hostium est propemodum interfect⁹. Salubris hærba Alexādro per quietem demonstrata est. Macedo secundo ad Oceanum Indo, est deuectus. Nearchus & Onesicrit⁹ iussi sunt Oceani orā circuire. Pestilentia non paruā Macedonici exercit⁹ deleuit partem. Alexāder ad Aphricam & Europā subigendam animum adiecit. Calani memorabilis exit⁹. & quale Gymnosophistarum fuit dogma. Alexander Statyram Darij filiam duxit vxorem, quibus nuptijs nouem milia vasorum aureorum conuiuis dono obtulit. Macedones ab Alexandro alienati supplices ad officium rediuere. Ephestio fato defunctus sumptuosissime a rege funeratus est. Alexander Babylonem reuersus suorum fraudeve creditur extinctus est tris & triginta annos natus. ibiq; Sisingambis voluntarius interitus. Arideus Alexandri frater rex declaratus est. Alexandri duces regni administrationem inter se partiti sunt. Noui Græciæ motus sub Alexandri exitum. Qui viri clari ea tempestate fuerint. Sora a Romanis proditione capta est. Appia via lapidibus munita. Anio fluuius Romam perductus, & Potitia gens extincta. Tyburtes ebrios, Tibicines Romam deportarunt. Hetrusci ad Ciminiam sy luam magno sunt prelio victi. Romanaq; arma vltra Ciminium saltū trāsla ta. Pax Hetruscis petentibus data est. In Sannio per id tempus est a Romanis prospere pugnatum. Hetrusci rebellantes nouas adiere clades. Et Sannites a Papyrio dictatore acie fusi sunt. Marci noui hostes facti ex acie fugam fecere. Fabi⁹ Vmbros ad Meuaniam subegit. XXX. Sannitium milia vno prelio cęsa. Romani tertio fœdus cum Carthaginiensibus percussere. Equorum gens propemodum delera est C. Flauius fastos populo cognoscendos proposuit: quapropter ędilitatem est adeptus: senatusq; rei indignitate aureos annulos deposuit.

## EX LIBRO SEPTIMO.

XXXIIII. Es Macedonum intestina seditione iactari cœperunt in Asia & Europa. Craterus mox & Neoptolemus cum Eumene congressi interfecti sunt. Eumenes hostis iudicat⁹. Argyraspides Eumenem secuti oibus fortunis ab Antigono exuti sunt. Idem aduersis rebus districti Eumenem Antigono tradiderunt ad supplicium. Olympias Alexandri mater Cassandri iussu interfecta est: mox & Barsane cum filio quem ex Alexādro fuerat enixa. Demetri⁹ Antigoni, & Ptolemæus rex, etsi hostes, inter se beneficijs tamen certarunt. Cleomenes Lacedemonius in Adriaco sinu tota fere classe a locorum accolis exut⁹ in altum abijt. Carseoli Colonia facta est a Romanis: mox & Nequinum. Sannites domesticis opibus afflictis populariter in Hetruriā transfuere: vbi res eorum non minus cū alibi sunt atrociter accisæ. Minturnæ & Sinuessa quæ olim Sinope fuit coloniæ deductæ sunt. Plebeiæ pudicitiæ aravbi & quando constituta. Romana legio ad Clusium cæsa est. Decius filius se dijs manibus deuouit pro sui exercitus salute. Fabius eius collega de Gallis & Hetruscis triumphauit. Sannites sacro inter se fœdere rebellarunt. Romani Sannitū opes ad Cominium ingenti clade affecerunt: nobilissimaq; eius gentis oppida capta sunt ac direpta. Quibus casibus Lysimachus fuerit apud Alexandrum iactatus. Quibus & Sandrocus. Demetri⁹ Antigoni dimidium Babylonis occupauit. Idem in græciam reuersus, Athenas in libertatem vindicauit. Athenięes exquisitissimos honores Demetrio decernunt. Demetrius Ptolemæum in Cypro superauit. Antigonus & Demetrius filius primi ex successoribus Alexandri regiam appellationem & gestandi diadematis morem vsurparunt. Quæ demetrius & alij quidam reges soliti sint operari quum soli essent. Demetrius totius græciæ est rex declaratus. Antigonus ad Hipseum amnem victus perijt. Demetrius ab Athenien sib⁹ exclusus Lysimachū bello perijt: mox classe exut⁹ ad Seleucū generū cōfugit. Seleucus Stratonicen sibi matrimonio iunctam Antiocho filio concessit.

## EX LIBRO OCTAVO.

XXXV. Ausæ & origo belli inter Pyrrhum & Demetriū gesti. Pyrrhus Demetrio ejecto Macedoniam occupauit. Demetrius varijs casibus iactat⁹ ad postremum Seleuco deditus in Syriæ Chersonesum relegatus fato defunctus est. Lymachus & Seleucus bello congressi omnium in se gentium oculos vertere. Nec Seleucus Lysimacho cadenti diu superstes fuit. Esculapi⁹ ex Epidauro Romam delatus est. Romanorum legati a Gallis interfecti sunt. Qui fuerint Pyrrhi progenitores & quibus puer casib⁹ versatus. Pyrrhus a Tarentinis accersitus etsi vehementer in alto iactatus tenuit tamē Italiam. Romani ad Syrim flu. a Pyrrho acie victi sunt. Victor Pyrrh⁹ ad decimū octauum lapidem vicinus vrbi consedit. Pyrrhus C. Fabritij constantiam miratus ad Roma. amicitiā animum adiecit. Nulla Romana domus regis muneribus patuit. Appij cęci ferox sententia pacem icū Pyrrho sciendam discussit. Rom. Consules Pyrrho per literas significarunt a quo capitalib⁹ petteretur insidijs. Bis Pyrrhus paucis diebus Romanos prælio vicit, Ptolemæus rex Arsinoes sororis filios in eius complexibus trucidauit: ipse haud multo post temere cum Gallis pugna congressus mortem occubuit. Galli Macedoniam Ptolemæo interfecto ferro & igni populati sunt. Brennus Delphicū templum spoliaturus cum numeroso exercitu perijt. Gallorū pars terram occupauit quæ postea est Gallogræcia dicta. Quibus initijs Agathocles tyrann⁹ fit factus. Syracusæ Agathoclis fraude in seruitutē reciderūt. Quæ Agathocles preclare aduersus Carthaginienses gesserit. Idem Aphrica depulsus miserabilem sortitus est exitum. Quæ fuerit Brutiorum origo & quę ipsius nominis ratio. Pyrrhus ex Italia in Siciliam trāsijt. Vbi multa sunt ab eo preclare gesta. Romana legio Rhegium nefaria vi occupauit. Pyrrhus ex Sicilia in Italiam reuersus atq; ad Beneuentum a Romanis victus Italia excessit. Hebraica historia Philadelphi Ptolemæi iussu Alexandriæ est in Græcum versa. Pyrrhus post multa in Græcia gesta Peloponnesum ingressus Argis est interfectus. Milites qui Rhegium occuparant in potestatem redacti, Romæ cæsi sunt, ac securi subiecti.



subiecti. Quando argenteus nummus sit primum Romæ percussus.

## EX LIBRO NONO.

XXXVI. Iero multa idole sed maiore arte principatum est Syracusis adeptus. Victus Hiero a Romanis haud multo post cum Ro.po. societatem iunxit. Quando primum Romæ gladiatorium munus sit editum. Primus bel li punici circa Sicilia apparatus. Carthaginienses a Romanis ad Agrigentum victi sunt. Quo indolis rudimento sint Romani rem maritimam auspicati. Gneus Cornelius consul cum parte nauium ad Liparam insulam est a Pœnis intercept⁹. Nec multo post C. Duellius Carthaginienses ad Mylas nauali prelio vicit. Sequentibus consulibus eodē pugnæ genere Pœni ad Tynnarium victi sunt. Attilius Regulus & L. Manlius Volsco consules ingenti Carthaginiensium classe circa Lilybęum disiecta in Aphricam transmiserunt. Regulus Carthaginięses terrestri prelio in Aphrica vicit. Serpēs mira magnitudine est ad Bagradam a Roma. expugnatus. Regulus post preclara facinora in Carthaginienses edita a Xantippo Lacedęmonio & Pœnis vict⁹ vinus in hostium potestatem venit. CCCLXXX. Romanorum naues M. Emylio & Fuluio nobiliore consulibus iuxta Pachinū naufragio periere. Sequēti anno centum quinquaginta circa Panormū suntvi bellica amissę. Metellus ad Panormū Asdrubalem terrestri prelio vicit. Galli cum Antigono in Macedonia dimicaturi, vxores & liberos, desperatione rerum, priusq; in aciem descenderent, pereme runt. Demetrius Cyrenis in socrus suę cōplexibus interfect⁹ est Beronices coniugis iussu: atq; ibi quot Beronices fuerunt. Lilybeum est a Ro. oppugnatū. Attilius Regulus Romam a Carthaginiensib⁹ missus, autor fuit ne captiuorū permutatio fieret: inde ad Pœnos reuersus per exquisitissimos cruciat⁹ extinctus est. Claudius Appius pulcher ad Drepanum vict⁹ classem amisit. Claudia Appij soror ob vocem vnam temere emissam maiestatis appellata est. Romani classe maris & hostium iniuria duobus locis amissa pelago abstinuerunt. Iidē post aliquot annos noua classe freti bellum mari instaurāt. Pœni ingenti prelio ad Ęgatis insulam a Luctatio consule victi, Siciliæ possessione cesserunt. Seleucus & Antiochus fratres de Syrię regno hostiliter confligunt. Asię regum discordia multis cladib⁹ concussa est. Quis Liguriæ situs: & qui ipsius gētis mores. Aphricani, belli origo: Aphrorum consensus aduersus Carthaginienses. Matho & Spendius hostium duces Carthaginienses magnis affecere cladibus. Amilchar Spendiū superat. Spendij sæuitia in Carthaginienses. Hanno & Hamilchar medio ardore belli in apertam erumpūt simultatem. Hamilchar hostes ad deditionem compulit. Pœni Sardiniam Roma. reliquerunt. Audaces Illyriorum mot⁹ Ro. armis cōprelli sunt: legesq; Teucę reginæ datæ. Asdrubal mirifice rem punicam auxit in Hispania L. Emylius, & C. Attilius, Gallos ingenti prælio ad Thelamonem promontorium strauere. ibiq; discrete dicitur quantum peditum equitūq; fit eo tumultu in tota Italia conscriptum. Marcellus Gallos ad Clastidium superauit, tertiaq; Feretrio Ioui opima retulit spolia. Cremona & Placentia sunt Coloniæ deductæ.

## EX LIBRO PRIMO, ENNEADIS V.

XXXVII. Valis ab initio fuerit Achæorum status. Achęi plurib⁹ sunt prelijs a Cleomene Lacedęmonio victi. Ro. legati contumeliosum ab Aetholis tulerūt responsum. Cleomenes Megalopolim diruit. Antigonus Lacedęmonios ad Gorgilū amnē superauit. In Hispania Annibal militum prerogatiua imperator appellatus est. Vaccei ad Tagum flu. a Pœnis fusi sunt. Annibal Sagūtum dirispuit. Quoties Ro. cum Pœnis fœdus percusserint. Bellū Carthaginiensib⁹ est a Ro. legatis indictum. Annibal Pyreneum saltum transgressus Gallos ad Rhodanum superauit. Boij in Italia rebellarunt. Speculatoriæ equitum alæ Roma. Pœnorūq; inter Massiliam & Rhodanum memorabili pugnæ euentu cōfixerunt. Annibal magna hominum & iumentorum clade alpes superauit. Romani ad Ticinū equestri prælio a Pœnis victi sunt. Scipioq; adolescens patrem seruauit. Pœni ad Lilybeū, nauali pugna a Ro. excepti aliquot naues amiserunt. Ro. ad Trebiā flu. ingenti prelio superati sunt a Pœnis, & ad Placentiā mox altera est a Romanis clades accepta. Gn. Scipio Hānonem vicit in Hispania. Pœnus Apœnium superare adortus subita tempestate exercitū propemodum amisit, & mox per restagnantia Arni loca in Hetruriā euasit. Flaminius consul ad Trasimœnum lacum cum florentissimo exercitu cęsus est. Duæ subita lętitia mares Romę extinctæ sunt. Fabius Maximus prodictator factus, feroces Annibalis conatus cunctando fregit. Pœnus nocturno flammarum ludibrio Romanum ex Caliculano monte depulit.

## EX LIBRO SECVNDO.

XXXVIII. N. Scipio ad Iberi ostium Punicam classem profligauit. Obsides Hispaniæ ciuitatibus restituit. Fabius Maximus agrum suum vendidit ab hoste intactum. Imperium æquatū est Minutio magistro equitum, & Fabio dictatori. Fabius suo occursu Minutium seruauit & eius exercitum in Annibalis insidias prolapsum. Hiero Syracusanus rem Romanam cōmeatu & armis iuuit. Captus esset insidijs Ro. exercitus ad Gerionem, Varronis temeritate, nisi Emylij prudentia affuisset. Pœnus Romanos ad Cannas victū memorabili cęde vicit. Maharbal scire Annibalem vincere dixit sed nescire vti victoria. Cæcilius Metellus & alij nobilissimi adolescentes de Italia deserenda agitantes, Scipionis interuentu confirmati sunt. Sacrū Cereris est Romæ intermissum ciuitate luctu occupata. Octo milia seruitiorū militiæ ascripta sunt. Qui ad Cannas deditionem fecere vetiri sunt redimi. Plericq; Italię populi ad Pœnos defecerunt. Quale Arathi Sicyonij fuerit ingenium in rebellica. Qui Arcadum mores. Cur Rhodij bellum Byzantijs indixerint. Philippi regis gesta in Aetolos, & quę mox in Arcadia, & reliqua Peloponneso gessit. Antiochus rex Syriæ Molonem res nouas in Media molientem oppressit. Nec ita multo post ad Raphiā in Iudeæ finib⁹ a Ptolomęo rege nobili prelio victus: in Achęū qui totā Syriā citra Taurū obtinebat, omnem belli imperū auertit. Philippus rebus in Achaia compositis ad Carthaginiensium societatem animum adiecit; classemq; ad bellum opulentam

opulentam instruxit.

## EX LIBRO TERTIO.

XXXIX. ANnibal a Neapoli post Cannēsem pugnam reiect⁹:ad Capuam obtinendam animū adiecit Pacuui⁹ nouaarte Cāpanam plebem nobiliū studijs adiunxit.Campani cū Pœnis fœdus percussere. Perollas Pacuuij filius cum Annibalē obtruncare statuisset precibus patris presenti est consilio auersus.Magius vir nobilis Annibali petenti publice deditus est.Mago Cannensis cladis nuncius tris annulorum modios & dimidium Carthagini in vestibulo curie effudit.Hānonis & Himilconis senatoria altercatio memorabilis.Marcell⁹ Pœnos cum insigni cæde a Nola repulit.Casilinensi obsidione summa rerum omnium inopia,mus.CCC. est nummis emptus L.Posthumius cōsul designatus in Litana sylua esta Gallis cū exercitu cæsus Scipiōes post multa in Hispania feliciter gesta Hasdrubalem in Italiam ire parantem prelio victum presenti conatu auertunt.Syracusæ post Hieronis obitum a Ro.societate alienari sunt,Philippi regis legati qui ad Annibalem missi fuerant,cū literis intercepti,Romam missi sunt:& ad Cāpani Hamas noctu sacrificantes a T.Graccho consule subito accessu oppressi T.Mālius duplici prelio in Sardinia res hostiū afflixit.Pœni iterū a Nola Marcelli opera cum cæde reiecti sunt.Taureas Campanus eques cum Claudio Asellio ex prouocatione congressus cauillio pugnam detrectauit.Scipiones tris Pœnorum imperatores insigni pugna profligatos trinis exuerunt castris.Hieronymus Syracusanus Hieronimis nepos in Leontinis est interfect⁹:Syracusęq; sunt in libertatē asserte,Gracchus Volones libertate donauit,q; ad Beneuentum strenue in Pœnos dimicassent.Annibal tertio victus est circa Nolam a Marcello.Pœnus imperator indigenam puellā Salapiæ insigniter amauit. Omnis Hieronis progenies a Syracusanis extincta est.Marcellus Leōtinos capros diripuit.Syracusę a Romanis obsesse precipua Archimedis opera defense sunt,atq; aliqua ibi de mira illius in mathematicis experiētia.Athen. a Ro.presidio excompositio occidione occisi sunt. Philippus rex ex Apollonię ora a M.Valerio Leuino depulsus in Macedoniam fugienti similis abijt. In Hispania bis Pœni sunt paucis diebus cæsi.Fabius cōsul iussit sibi patrem parere:& Arpos a Pœnis recepit.Centum & amplius Campani equites ad Ro.transfugerunt.Quo tempore Romani mercenario milite vti cœperint.Spei & Maturæ tēpla Romæ dedicata sunt.Annibal Tarentum proditione occupauit.In Iudea Nicanor Iosippi fili⁹ turrim sibi Tyrū nomine trans Iordanem ædificauit.

## EX LIBRO QVARTO.

XL. ROmę ludi Apollinares oraculo instituti sunt ac celebrati. Gracchus in Lucania in Iſidias prolapsus cū paucis interfectus est,Cētenius Penula cum numeroso exercitu est ab Annibale oppressus: paucisq; diebus interiectis,alter Rom. exercit⁹ Fului stultitia & temeritate ad Herdoneā est a Pœno occidione occisus.Capua a Romanis obsidione circunclusa est.Marcellus Syracusas noctu cœpit, Captas diripuit. Archimedes ignotus perijt.Duo Scipiones paucorum dierum spatio in Hispania vi bellica sublati sunt.Romanus exercitus Martij hortatu suorum ducum vltus est mortem:cæde multo maiore hostibus,q; accepta esset repensa.Marcellus Pœnos in Sicilia ad Himeram superauit.Romani exercitus ad Capuam prospere vno tempore aduersus Pœnos & Campanos dimicarunt.Annibal Romam petijt vt Campanos eximeret obsidioni.Bis in conspectu vrbis Pœni Romanicq; acie congressi subita tempestate dirempti sunt.Annibal ab vrbe repulsus in Brutios abijt.Plærique Senatorum Capuæ desperatis rebus venenum hauserunt.Capua dedita est.Omnes principes ciuitatis cum reliqua parte senatus a Fuluio sunt securi percussi.P.Scipio admodum iuuenis in Hispaniam proconsul mittitur:& quedam inibi de eius genesi & vitæ institutomemoratu digna.Marcellus in Albano triumphauit.Etholi aduersus Philippum regem cū Romanis societatem iunxere.Marcellus a Syracusanis in curia accusatus est.Romani omnem auri & argenti apparatum in bellicos verterunt vsus.Salapia a Marcello recepta est.Rom. classis ad Sacriportum disiecta est.Valerius Leuinus Pœnos ex Sicilia expulit.Carthago noua in Hispania vi capta est & direpta.Quæ Rom.Coloniæ in Italia militiam detrectarint:& quę in officio permanserint. Aurum incensimarium ad alendum bellum ex sacro loco est depromptum.Annibal pluribus prelijs a Marcello fatigatus in Brutios fugienti similis concessit. Fabius Maximus Tarentum recepit. In Hispania Hasdrubal a Scipione prelio victus est.Virturis & honoris ædes a Marcello dedicatæ sunt.Marcellus & Crispinus consl.cum speculatoria manu sunt a Pœnis oppressi.Annibal ad Salapiam suis artibus captus cohortem amisit.Punica classis a Leuino superata est.Philippi gesta in Achaia. Hasdrubal ad Metaurum fluuium a.C. Claudio Nerone & Liuio Druso cum ingenti exercitu cæsus est.Annibal nuncio tam fœdę cladis perculsus pro victo in Brutios abijt.

## EX LIBRO QVINTO.

SCipionis exercit⁹ Syllani ductu Pœnorum copias fudit,mox maior hostium cædes secuta imperatoris interuētu.Philippi regis circa greciam conat⁹,& res inibi ab Attalo & Sulpitio gestę.Scipio Pœnos duces acie victos ad oceanum vsq; est persecutus.Scipio & Hasdrubal apud Syphacem eodē thoro discubuerūt.Gladiatorium munus Scipio Taracone edidit in memoriam patris,Scipio militarem seditionem ad Sucronem motam seuere vindicauit.Mandonius & Indibilis a Scipione victi arma exuerunt. Scipio cum Masinissa occulte societatem inijt.Insignis clades a Magone circa Carthaginem nouam accepta est,quam noctu occupare conatus fuit.Gaditani ad Romanos eiectis Pœnis defecerūt.Scipio pacata Hispania Romam decessit. Saguntinorum legati benigne sunt Romæ accepti.Scipioni Africa decreta est,ipse celeri studio cōparatis que ad bellum attinebāt in Siciliam transijt.Indibilis quum iam tertio in Hispania rebellasset acie victus a Mālio Acidino perijt.Lelius Scipionis iussu in Africam trāsmisit,ad cuius appulsum Carthagini vehementer trepidatū est.Locri a Pœnis recepti sunt.Ex Pessimunte Idea mater est Romā deportata,& cum Philippo rege pax facta.Scipio Nasica Romanorū optimus iudicatus Ideam matrem publice excepit. Claudia



Claudia vestalis nauim cingulo traxit.Locrenses Q.Pleminium Scipionis legatum ad senatū detulerunt,qui vinctus Romā est ad supplicium deportat⁹. Syphacis legati qua sint arte a Scipione in cōcionē producti.Scipio in Libyam cū classe trāsmisit,cui Masinissa consestim affuit. Quibus ad id tēpus Masinissa fuisset casib⁹ iactatus.Liuius Salinator & Tiberius Nero cōtentiosam inter se censuram & ob id infamē,gessere.Bina hostium castra sunt nocte vna a Scipione capta.Pœni iterum acie victi sunt.Scipio Tunetē occupauit.Et Syphax tertio victus captus est.Cirtham regiā vrbē Masinissa occupauit, Sophonisbāq; Syphacis coniugē sibi matrimonio iunxit,quā mox paulo veneno sustulit a Scipione temerarij facinoris admonitus.Mago ex Italia reuocatus,media nauigatione vulneris nuper accepti ia ctatione perijt.Annibal in Aphricā reuersus ad Zamam ingenti prelio a Scipione victus Carthaginiē sibus autor fuit,vt quibus possent conditionibus pacem a Ro.peterent,nec ipse multo post in voluntarium exilium abijt.Scipio legibus pacis Carthaginiensibus datis,naues quas illis ademit in alto cōbussit,exercituq; in Italiam deportato, eximiū de Pœnis triumphum egit.

## EX LIBRO SEXTO.

XLII. RHodius colossus quē Chares Lyndius fecit terremoti corruit. Galli Placentiam diripuerunt,& cū Philippo rege iterum bellari cœptum est.Philippus cū Antiocho regesocietatē init.Idē multa in Thraces & Abydenos ab initio gessit.L.Furius.XXX.Gallorū milia vno die cecidit.Romani Chalcidem occuparunt.& Attica a Philippo hostiliter vexata est,& Macedo ad Athalobum a Romanis prelio victus,inde ad Osphagum amnē.T. Quintius eundem ad Aoi amnis fauces maiore vicit certamine.Thessalia vno tēpore a tribus est exercitibus vexata.Achęi a Philippo ad Romanos defecere.xxx.milia Insubrū sunt a Cn.Cornelio vna acie cęsa.Et Q.Minutius cum Liguribus eodem tē pore prospere bellauit.Philippus & Flaminius ad colloquiū cōgressi de pace nōnihil egerunt,sed pax conuenire nō potuit.Romani ad Canis capita Philippū vltimo prelio superarūt,cui victo Quintius pacis leges dedit regnūq; restituit.Cato ad quadraginta milia Hispanorū vna acie cecidit.Flaminius Nabidi Lacedęmoniorū tyrāno bisvicto pacē reddidit.Greciscq; libertatē restituit.Iunonis,Matutæ, Fortunę primogeniæ,Iunonis & Fauni ædes vno sunt anno Romę dedicatę. Aristo Tyri⁹ ab Annibale Carthaginē missus,supplicij metu,nocte inde aufugit.Boij p idē tēp⁹ a Ro.victi ad.XIIII.milia bellatorū amisere.In fœneratores,qui fraudē legi fecerant,est publice animaduersum.Scipio Aphrican⁹ ad Antiochū est missus,& Antiochus ab Annibale alienatus.Philopœmenis gesta,& que illius fuerit in re bellica meditatio.Quintius in Achaio conuentu perurbane in Antiochi legatum cauillat⁹ est bellicum regis apparatum immodice extollentē.Causæ belli Antiocho illati vltimo referuntur loco.

## EX LIBRO SEPTIMO.

XLIII. ANtioch⁹ Chalcide bello potit⁹ Thessaliam inuasit.Ro.q; exercit⁹ superuentu inde facile pulsus est. Rex in Eubœa hyemauit: vbi intempestiuo nuptiarum apparatu indigenam puellam sibi matrimonio iunxit.M. Attilius Antiochū ad Thermopylas fudit,fusumq; in Chalcidē compulit.Aedes Ideæ matris Romę in palatio dedicata est,& Iudi Megalesia celebrati. Galli Boij a Scipione Nasica magna sunt occidione occisi.Antiochi classis ad Cissontem fusa fugata q; est a C.Liuio.P.Scipio professus est se legatū fratri iturum,si ei Asia decerneretur.Regia classis ad Eurimedontem flu.a Ro.superata est.Scipio,copijs Hellespōto in Asiam traductis,ad Caici flu.caput Antiochum memorabili prelio vicit.Victus Antiochus ea regni parte quam citra Taurum tenuit a Romanis multatus est.Q.Fabius flamē Quirinalis a Licio pontifice est Romæ retentus.L.Emylius duodeuiginti Lusitanorum milia vna acie cecidit. L.Scipio insigniter de Antiocho triūphauit. Ambracia ab Atholis aduersus Ro.valide defensa est. Gn.Manlius Gallogręciam ingressus Gallos montib⁹ deiectos,cędęq; teterrima ,pfligatos,tota Asia abstinere coegit.Tiberis duodecies vno annovrbē inūdauit.Lacedęmonij ab Achęis pressi coacti sunt Lycurgi instituta abolere.Duo Lucij Minutius & Manlius dediti sunt ad supplicium Carthaginiensibus quia eorum legatos Romę pulsassent.Cn.Mālius,qui Gallos vicit,legatorum inuidia propemodum fraudatus est triumpho.Aphricanus a duob⁹ Petilijs Trib.pl. vexatus,post inuidiosam altercationem vrbe excessit:Laternicq; reliquum vitæ egit. T.Graccho Cornelia est matrimonio locata. Scipio Asiaticus omnibus bonis publice multat⁹ est. Duę nobiles viæ Flaminia & Emylia vno sunt tēpore lapidibus stratæ.Bacchanalia sumpto de polutis supplicio ex tota sunt Italia sublata.In Hispania vario euentu est per id tempus bellatum.Seuera Catonis censura censoris illi in posterum cognomen dedit.Philopœmenes dux clarissimus a Messenijs captus in carcere necatus est.In quod tempus incidit Aphricani & Annibalis interitus:inj Bithynia hic veneno consumptus est,ille fato in laterno.Galli ex Aquiliensi sunt agro eiecti.Philippus aduersus Ro.bellum occulte reparans,Hemū montem conscendit.Demetrium filium veneno sustulit.Libri Numę in Ianiculo reperti publice combusti sunt.Celtiberi bis cæsi in Hispania a Romanis. Per id tēpus Aquileia Colonia deducta est:& in foro Olitorio pietatis ædes dedicata.

## EX LIBRO OCTAVO.

XLIIII. VIri ingenio clari qui vno tempore fuerint.Sēproni⁹ Gracchus.CCC. Celtiberorum euertit vrbes.Bellū Perseo filio Philippi indictum est. Bellatum est vno tempore in Ligures & Corsos,& in Illyrico. Genti⁹ a C. Antonio est victus. Emylius Paulus post varios ad Olympum montē conatus Perseum circa Pidnam prelio superauit. Sulpitius Gallus lunaris,defectus causa pro concione exposita Ro.exercitum religioso metu leuauit.Perseus in Samothrace captus ad Emylium perductus est. LXX. Macedoniæ vrbes vno die ab Emylio direptæ sunt.Emylius egregium de Perseo triumphū egit:ibiq; q;diu Macedonum regnum steterit diligens supputatio. Antiochus Epiphanes Memphim occupauit,& in Iudęa Menelaus & cum eo plerici alij Mosaicam legem abnegarunt. Antiochus Egypto Rom. iussu relicta Iudæos multis cladibus affecit.Mathathias Maccabæi pater res Israeliticas armis vindicare adortus est. Iudæi Sabbatorum die quo dimicare lege prohibebantur per occasionem sunt ab hoste cæsi: quo tristi euentu cautum est vt Sabbatis quoq; pugnare liceret.

liceret. Iudas cognomento Maccabeus pluribus victoriis aliis super alias Iudeorum res in antiquum propemodū statum restituit. Antiochus Eupator Epiphanis filius Hierosolymitanū diruit templū, ipsum a Demetrio patruo suo interficitur. Pontinæ paludes a Cornelio Cethego exiccatæ sunt: aquis multifariam corruatis. Nasica Dalmatas victos multis cladibus afflixit. Cato Carthaginem delendam cēsuit. Nicanor in Syria a Iuda Maccabeo prelio victus est. Victor Iudas cum Ro. societatē iniit. Nec multo post aduersus Demetrianos dimicans mortem occubuit. Ionathas Iudæ frater dux postea creat⁹ est. Demetrius Iudeis pacem reddidit. Ipse ab Alexandro acie victus periit. Romæ theatrū publico est decreto dirutum. Carthaginienses & Masinissa Scipione Emyliano prelium spectante cruentam per diem pugnam decreuere. Ingens Carthaginiēsium exercitus a Masinissa obsessus fame & pestilentia deletus est. Ro. Carthaginiensibus bellum intulit. Carthaginiēses. CCC. pueros obsides Ro. consulibus dedere. Iidem arma Ro. peditibus tradiderunt. Carthaginiēses desperatione adacti vrbem tumultuose munierunt.

XLV. EX LIBRO IX.

Situs Carthaginis & opportun⁹ fuerit, & qualis vrbis apparatus. Roma classis a Pœnis igni cōsumpta est. Prospera Scipionis frumētatio. Masinissa rex iam grandis natu vita defunctus est. Cato octogenari⁹ Scriboniā legē suasit. Scipio Emylianus ante legitimos annos fact⁹ est consul: Militarem disciplinā in Aphrica correxit: Carthaginē terrā & mari circūdedit. Neepherim expugnauit. Carthago capta sex dierum spatio excisa est. Quz diu steterit Carthago. Andriscus qui Macedoniam occuparat, Romanis deditus est. Corinthus a L. Mumio excisa est. Carthago, Corinthus, Chalcis & Thebæ modico annorum interuallo excidio deditæ sunt. Romani duces sunt a Viriato in Hispania superati. Demetrius rex Syriæ, varijs casibus iactat⁹, postremo a Parthis fraude captus in Hyrcaniam relegat⁹ est. Iudeorum res mirifice auctæ sunt, Ionathæ ductu. Qui fuerint Hierosolymis Pharisæi, Essenij, & Sadducei. Numantinorum successus aduersus Romanos imperatores. Mancinus Numātinis dedit⁹ est. Romanus exercit⁹, Decij Iulij ductu, Lethe flu. in Hispania superato, ad Oceanum peruenit. Seruile est bellum in Sicilia ortū. Ionathas Diodati fraude captus in Galatide ab eo interficitur. Hierosolymorum arx diruta est. T. Gracchus Tri. Ple. in Capitolio a nobiliū factione occisus. Nasica, quia auctor fuisset Gracchanæ cædis, odio ciuium ex vrbe ablegatus in Asia perijt. Numātini a Scipione diu fatigati, ad postremum incensa vrbe, vxores, liberos, seipsos, aut ferro aut veneno consumpserunt. Seruile bellum in Sicilia ad exitum est perductum. Crassus pontifex in Asiam aduersus Aristonicum missus, ab hostibus captus infeliciter perijt. Aristonicus haud multo post captus, & Romam perductus in carcere necatus est. Tetra pestilentia Aphricam inuasit, qua immensa vis mortalium absumpta est.



# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI ORATORIS HISTORIOGRAPHIQVE CLARISSIMI IN RAPSODIAM HISTORIARVM AB ORBE CONDITO

## Præfatio.

ES OMNIVM gentium ā primordio mundi ad meorum temporum memoriam scribere cogitanti occurrūt mihi plura vno tempore: que velut ex operis vestibulo animū à tam audaci (ne temerario dicam) absterreāt incepto. Hæc & si permulta sunt, duo præter cætera presenti videntur obstare consilio: & quòd sit inexhausti operis professio, immēsam rerum seriem tot retro seculis repetendam polliceri, quando in vnius gentis soliusve populi rebus explicandis, Græcorum plerique, & ex nostris scriptoribus, nō pauci excellenti ingenio viri omne suum studiū & operam consumpserint. Præterea vetustis rerum monumentis partim temporum partim hominum iniuria deperditis, ea fit scriptorū inopia laborandum, vt si ætas, si ingenium, si cætera cō starent: vix tamen possit cōtingere, vt perpetuus historie cursus ad exitum perducatur. Sunt proculdubio hæc tanti: vt is quem ab omni scribendi conatu: non auerterint, nimium audax, & (vt verius dicam) demens merito existimari possit. Sed quid ad rei magnitudinem attinet: spes quæ ab initio sola bonorum omnium (vt Hesiodus scribit) reliqua fuit homini, diu multumq; horta ta est, vt quantuscuq; inde prætenderetur labor, cui nunc (vt ingenue dicam) me parem futurū arbitratus sum, hunc ipsum intrepidè capessere, identidem admonēs nihil tam arduum esse, aut tam difficile, quod non tempus cōficiat & industria. Accedit huc propositi styli ratio, qui quò minus luxuriaturus est, eò minorē secum laborē videtur allaturus. Siquidem eo ad scribendum cōsilio venimus: vt media quadam via ingressi, non tam verborum copiæ quām rerum varietati studeremus, satis superq; habituri, si quum breues & pressi fuerimus, neq; obscuri, neq; ieiuni, ab ijs qui in hanc lectionem inciderint, iudicabimur. Nec (quod reliquum erat) adeò scriptorū multi perierunt, vt huius historie series quāuis longissima continuari non possit: quæ si nō pleniore vbiq; habitu, quod vno alterove loco poterit accidere, legentibus visa fuerit, haud propterea minus hilari erit fronte excipienda, quām si quis periculoso seruat⁹ morbo, ex improuiso occurrat: in quo etsi nondum pristinū corporis, aut nitorem, aut habitum receperimus: non tam ob formam ipsam quām quòd seruari cōtigerit, gratulamur. Sed quæ per deum tanta hinc poterit inuidia conflari, vt non multò maior sit ex eo gratia expectāda; quòd hæc tam multa & à multis requirenda, non stylo solum, sed ordine etiā & figura variantibus, vna fit lectio omnibus data. Quanquam ita fore confido, vt offensa illa aut nulla futura sit, aut certe talis, vt ne vllus quidem sensus ad lectorem peruenire possit, nisi forte aliquis in hanc vnam calumniā plus æquo fuerit intentus. Sed de his alij æquius iudicabūt, me verò haud pœnitebit vnquàm quòd eo sim consilio hæc scribere exorsus, vt ā prima rerum origine ita susceptam auspicaremur historiam: vt res humanæ quarum series multò vulgatior erat cū ijs quas diuinæ literæ contineant, arctissimo velut nexu iungerētur. Erit, nisi me institutī operis fallit amor, res non minus vtilis, quām iucunda, ex certa quadam perspicuaq; lectionis facie, quid diuina humanis præstent cognoscere, qd terrenis cœlestia, caducis perpetua & æterna. In quo, haud facile dixerim, imprudenter ne magis an impie fecerint plerique rerū scriptores, qui lucem aspernati in tenebris versari maluerunt, malorum dæmonum præstigias pro cœlestibus complexi. Nec vereor quod quidam negant posse fieri, vt non hæc cultum orationis & splendorem recipiant, ad quam rem perficiendā si cætera defuerint, diuinam opem mihi affuturā certo scio. Reddet itaq; multiplex materia historiam, cum vel delectabilem, tum cognitu multò vtilissimā, quippe quæ lectoris animū ab humanarū rerum admiratione non solum poterit auertere, sed à vana etiam persuasione eorum quæ mortales in tenebris constituti pro diuinis habuerūt, ignari scilicet ad veri & singularis dei prouidentiam esse omnia referenda. Sed maiore illi venia digni quām plerique hominū quibuscū hodie viuitur, qui quum lucem habeant oculis admotam, tenebras sequūtur: & dum vetustarū rerum studio prisca illa intentius mirantur, summi regi mysteria leuissimi transfugæ conremnunt: nec putant inepti homines posse fieri, vt veterum scriptorum vestigijs videantur insistere, nisi prius & ipsi impiè sentire cœperint. Quo fit vt quantò in dicēdo sunt illorum virtutibus inferiores, quorum æmuli videri cupiunt, tantò diuinarum rerum assertoribus, sint animo infestiores. Sed tantum abest, vt vel horum fauorem mihi conciliatum velim, vel iudicium reformidem: vt ab ipsa mundi origine, quam Ethnici scriptores pertinaci silentio præterierunt, tanquam à nobilissimo æternę illius maiestatis opere, ad cuius virtutem & prouidētiam omnia merito referuntur, instituta hæc rerum explicatio habitura sit principium. Fietq; (vt opinor) Platonis id eo tutius, quo magis in ea re asserenda Platoni viro summo, omniq; Stoicorum familiæ q laus. cum eis quos sequimur cōuenire videō: quorū virorum ductu ne errare quidem meo iudicio possit aliquis, vel quia sapientissimi fuerunt, vel (quod inter omnes satis cōstat) quia veritatis amicissimi.

# EIVSDEM M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE

## LIBER I.

Consensus hominum de mundi constitutione.

OELVM & hanc vniuersi faciē, cui ab ornatu & elegāti forma mūdum appellari cōtigit, Solem, Lunā, et omnia quæ supra infraq; terrā cœli teguntur circūflexu, ueri, singulariscq; dei id opus esse, cū veteres prophetæ tradunt, viri, a quibus stultum sit & impium dissentire: tum paucorum vanitate exclusa, ipse humani generis prædicat consensus. Constans hominum opinio est, & fides ab initio recepta: quòd æterna illa maiestas rerum omniū opifex senis diebus, quos Moses disserte posuit, operata. Primū lucem à tenebris discreuit, quū iam rudis adesset materia, eademq; informis: quam deus à principio parauerat. Fuitq; hæc omnium prima lux, quæ mundo affulsit. Nox illi continuo iuncta est. Cœlum inde in sublimi constitutum, idq; firmamentum appellatū. Tertio deinceps die terra stabilita, humorq; terræ circunfusus. Sol quarta luce, Luna, & stellæ mundo emicuerunt. Harum paucæ, vt maiora illa lumina, certis errant spatijs. Cætera multitudo, quæ porro immensa est, varie lateq; diffusa, penè innumeras rerum & animalium perscribit effigies. Mox volucres & omnia natantia duobus sunt elementis data, postremo reptātia, & ipsum quadrupedum genus attributum est terræ, et cum his nobilissimū animal Homo: qui vnus cœlestem mentem sortitus, quia ex rubentis terræ vena fieri cōtigisset, Adami nomen postea ex ea re tulit, mulier Aeua nuncupata, quæ ex huius latere ineffabili virtute deprompta est. Atq; ipsum humani generis principiū tale fuit. Hi in amœnissima terræ parte constituti fluminibus quaq; versum irrigua, locus a viridāti facie hilariq; aspectu paradisus Græca est voce appellatus, primo beatissimam vitam agere, malorum omnium expertem: terra sua sponte ferente omnia. Cæterū lege aberrantes, quia qua fuerat eis arbore interdictum non abstinuissent, amœnissimo incolatu, sedeq; illa beatiore pulsi, solū flebiliter vertere. Cohibita deinceps tellus cum nihil vltrò ferret amplius, per sudorem, & ærumnam vitā agitare. Subijt inde morbus, tentareq; cœperūt frigora & æstus insueta corpora, quæ vitæ incōmoda protinus adeunda oraculū prædixerat: si minus diuinæ legi paruissent. Cainus primo ex his genit⁹, secundo dein loco Abel. Pietatis hic cultor, contemptor ille: hic pastor, ille agricola: hic mero lacte litat, ille frugū primitias offert: nec oblatis profi cit. Parit æmulatio (vt solet) odiū. Id maiorē fratrem armat in alterius perniciē. Incautū excipit, exceptum subita vi perimit: ex scelere scelus oritur, cōtumacia excusa culpa. Fraternæ cædis reo e cœlo postulatus vbi esset Abel, nihil sibi cū Abele esse respondit, cui necq; comes datus esset, necq; custos. Hanc hominis interpellatio iudex ille summus & vindex detestatus, extorrē patrio solo deijcit, dejecto fore cōminatur vt ipse sceleris autor, & omnis cū eo posteritas in septimā progeniē per varia vitæ supplicia expiaturi essent. Abelis sanguinem. Cæterū tantū abfuit, vt pœnali ille exilio in melius vitā mutauerit, vt auarē etiā & superbē inter suos postea vixerit, nec etiā fine ambitione: quantū id vitiū mundo adhuc recēti in eo mortaliū cœtu, qui sub eo fuit, potuit eminere. Enoch huius filij Iradem genuit, ex Irade fœcūda orta est soboles, ac late gēs in nepotes propagata: vt ex vno Lameche, qui fuit Iradis nepos promiscuæ stirpis septuaginta & amplius sint liberi procreati. Nec tam numerosa progenies ab autoris sui ingenio multū abijt diuersa. Ex malis ferē mali procreātur. Pluribus itaq; vnius vestigia secutis, adeo nequitia inoleuit: vt q; quid iam īde sceleris tulit vita vsq; ad diluuiū, id vni genti acceptū referat humana pietas. Fuerunt in tam lōga serie phama illustres Tubal, & Tubalchan, hic ærariæ artis inuentor, ille musicæ. Græci scriptores & Romani Græcos secuti, mysterij huius ignari, vtriq; inuctionis laudē in alios cōferūt. Sāctior reliqua Adami soboles. Vixit ille annos nonigēntos & amplius, multiq; interim, præter eos quorū mentio facta est, sunt filij ex eo orti, quorum iustissim⁹ Seth, quū disciplinam à parentibus per manus acceptā, posteris incorruptam reliquisset, autor fuit: vt q; longo iam inde sunt ordine secuti, in antiqua pietate permanserint. Ab eodē prognati, rerū cœlestiū rationē primi mortaliū indagasse traditur: duæq; ab his columnæ diuersa materia constitutæ, lateritia vna, altera lapidea, in quibus totū de cōsummatione mundi arcanū exscripserint: dubiū literis an animaliū cæterarum rerūq; figuris, quas postea sit Aegyptus imitata. Persuasum (quod satis constat) habuerunt fore aliquādo, vt nunc humor, nūc ignis, omnia esset vi sua cōsumpturi⁹, quod mysteriū: vt ad posteros manarer, diuersa est materia in colūnis quæsita, vt alterutra fuisset clades secuta, lateritia vi ignea, lapidea aquis resisterer, atq; vtra par iniuriæ fuisset, rem omnē posteritati traderet. Mox verò adolescēte mūdo, quū iam terra frequētius coleretur, quò maior humanarū gentiū vis erat, eò magis vitia inualescere, vitaq; in peius labi. Iniuria pro innocentia haberi cœpta est, pro pietate numinis cōtēptus. Postremo eo per licentiā & libidinē processit scelus, vt vix Noe mortaliū vnus sit repertus, cui iustitia curæ esset. Is humani generis, scelera castigare adort⁹, quū nihil pia prædicatione proficeret, esseq; res nō procul ab iniuria, vbi parū tutā fore credidit innocētiā in media nequitia destitutā, cū tota domo ē medio discessit. Tū vero necq; modus necq; modestia fuit āpli⁹ pecādi, omniq; pudore sublato, abijt gēs ois in omne nefas: donec profligata ex omni parte vita, diuinā mētē subijt cura, oīm hominū vna clade extinguendi: Noe duntaxat vno cū tota domo, quia i antiqua pietate perstarat, seruato, vt esset per quē humanū gen⁹ posset ex integro reparari. Hunc itaq; Deus supernē affatus, breui futurū cōmonet, vt immensa vis cataclysmi oēm terrā operiret inū datione: iret, sibiq; & suis ingentē moliretur arcā, qua ex omnibus volucribus, & ijs animantibus quæ terram incolunt, marēq; cœmina sedulo cōderet: vt esset rerū omniū velut paratū ad instaurationē seminariū. Paruit oraculo pietissim⁹ senex, nauigioq; ad id aptē fabricato, cætera rite cōparat. Fuitq; id multorū annorū opus. Patuit in longū moles sucbita cētū quinquaginta, latitudo quinos habuit pedes

Enoch.

Lamech.

Sobolis incremēta.

Tubal & Tubalcaim.

Seth.

Prima rerū cœlestiū inda gatio.

Colūnæ mūdanæ cōsūmationis indices.

Noe primus iustitiam coluit.

Oraculū futuri cataclysmi

Arcę magnitudo.



pedes & quadragenos. Recentiore inde monitu instructus Noe appropinquare diluuij tēpus, cū uxore, liberis & nepotibus arcā ingressus est. Quadraginta deinceps dies tāta vis aquarum cœlo deiecta est, vt nō ima solū loca sed ipsa quoq; altissimorū montium cacumina quindecim cubitis trāscenderit inundatio. Atq; ita cōtigit, vt vna clade omnia quæ tum ī terris animalia fuere, præter pauca quæ mystica nauis tuebatur, sint cum volucrib⁹ extincta, et cū his gigātes, qui sup terræ faciē ea tēpestate fuisse dicūtur. Id cū diuinæ literæ tradunt, tū Ethnici scriptores quidā, & in his Plutarchus Cheron⁹, qui Gabinum secutus Anthei sepulchrū scribit in Mauritania a Sertorio dirutum, ossaq; in eo condita portentosæ magnitudinis reperta, ipsum rei miraculum fecisse, vt iniecta religione eiusdē imperatoris iussu sit moles herois manibus instaurata. Plinius autor est in Creta insula quodā ibi mōte (dubiū occulto motu terræ an vetustate) cōuulso, cadauer sex & quadraginta cubitorum repēte extitisse, quod Orionis fuisse quidam crediderūt, alij Etionis. Astipulatur ueteri opinioni Orestis ossa Tegeæ in Arcadia (ut Herodot⁹ ait) oraculo reposita, quæ & ipsa portētosæ magnitudinis. Narrabat ad hæc mihi hospes quidā me⁹: homo haud uulgari fide, diuq; in terra Græca uersatus, paucis ante annis cū hæc cōmentaremur ī Creta insula, ea parte qua ad meridiē obuersa est, operarios quosdā indigenas īmanis arboris truncos ad naualē fabricā radicit⁹ eruere molīētes ī humanū caput dolij instar īcidisse, idq; īperiti hoīes quū temere ærea ēctassent cōfestim putri vetustate solutū in puluerē abijsse. Cæterū dentes stupendæ magnitudinis ad insulæ magistratus delatos rei fidē fecisse, quorū unus Venetijs hodie ī priuata domo, p miraculo uisere. Fuit oīs terra sub aquis quinos circiter mēses, estq; arca in Cordieo Armeniæ mōte (ut Berosus, pdidit) fluctib⁹ destituta. Vnde aliquot post ætates finitimi locorū accolę bitumē, quo fuit illa oblita, ad expiatiōes quasdā sibi petere soliti sint. Coruus auis, quū iā diluuij decremēta sentirentur: cœpisset ne terra adhuc uspiā existere, prior est ex arca ad explorandū missus, haud quidē rediturus sicubi tut⁹ pfistere potuisset. Eoq; nō redeūte, deinceps Colūba mittit, hæc præpeti uolatu haud multo post oliuę surculū habēs, ad arcā reuersa est: eoq; argumēto lætat⁹ Noe sensit terrā remittente diluuio iam dudū in emersu esse. Atq; ita ad Cordiei iuga delat⁹, cū tota domo naui est egress⁹. Ipse post ea ab re egressorij nōmē tulit. Et Noe Lamechis filius hoc maxime modo est diluuio seruatus. Fuit & hic annus Cataclysmo insignis (ut Aurelio Augustino placet) sexagesim⁹ secūdus supra ducētesimū ac bis millesimū ab orbe condito. Subtrahit huic numero Eusebi⁹ annos. xx. Hæbreorū supputatio (ut uterq; autor scribit) mille dūtaxat ānos & quin gētos quinquaginta sex à protoplasto ad diluuiū colligit. Quòd si ab eius interitu sumit principiū, haud multū ab ijs discrepat, quos in historia sequimur. Meminerūt hui⁹ humanæ cladis præter Mosem & Berosum, cui⁹ nuper mētio facta est. Manasseas Damascen⁹. Hieronym⁹ Aegypti⁹, & alij plerię rerū scriptores: meminit & Plinius in naturali historia qui Ioppen Phœnitiæ oppidū ī Samariæ ora terrarū diluuio antiquiorē prodidit, necq; enim recētioris illius, quod circa Arcadiā sub Ogyge factū memorāt, ullus ad ea loca peruenisse uideri potest sensus. Coluit ide terrā Noe iā senior fact⁹, primusq; mortaliū uitis usum ostēdit: quo cōtigit ut insueto uini haustu ebri⁹ fact⁹, parū caute ī aperto iacuerit. Eū iacentē Chamus cōspicat⁹ (fuit is um⁹ ex trib⁹ filijs, q; cum Noe diluuio superuerāt) fratres ad spectaculū accersit, ridiculū, ut ipse tum fortassis interpretat⁹ est, cæterū impiū ac filio nefariū. Illi ubi ad patris cōspectū uenere, pudore simul & pietate adducti, subito uelaminis iniectu, iacentis uerēda operiūt. Quæ posteaq; senex ebrietate experrect⁹ facta esse cognouit, Chamū diris execratio nib⁹ insectat⁹, ut impiū abdicat. Cōsedit ille proiugus cū uxore & liberis in ea parte Arabiæ, quæ ab ipsius noīe postea nomē sortita est. Hinc tenebræ illæ orte creduntī, illa summi ueriq; Dei ignoratio, quę omneis terras execrādis errorū ambagibus implicuit. Hinc hominē autoris sui prima cepit oblīuio. Porroq; alienat⁹ multis deinceps seculis fuit malorū dæmonū mancipio. Necq; Chamus ullum sacrorū ritū posteris tradidit. nullum em à patre acceperat. Quę res efficit, ut quū procedēte tēpore alij post alios ex ea terra uelut ī colonias missi diuersa mundi loca tenuissent (creuit em supra modū abdicata soboles) in errores inciderint inextricabiles. Qui ī Aegyptū primo trāsiuere, quū aperto cœlo agētes noctu sydera intuerentur, cœlestiū luminū motū pulchritudinēq; mirati, quæ eo intentius ab illis seruabant, quo sereniores fiūt in ea terra cę alibi tēpestates. Sole & Lunā, uelut certū illis inesset numē, p dīscolere cœperūt: Isidē hāc, illū Osyrim nomināres. Necq; tum his diuersa quæ Græci scriptores de prima ei⁹ gentis religione memorāt: nisi q; eorū quidā Aegyptios mortalium uetustissimos prodidere, ignari scilicet, pfectionis hui⁹, & ob eā rē indigenas fuisse rati, qui ab initio eā terrā tenuerunt, qnum aduenæ illi haud dubiē fuerint, atq; ex Arabia ut Hebraicæ uetustatis autor Iosephus scribit, egressi. Id multo uteri⁹ tradit, q; quod Græcorū quidā nō min⁹ ineptē q; impiē, pdiderunt: hominē ibi fœtifica tellure ut cętera aīalia à principio ortū. Sed sic certe oportuit, ut ueritate semel amissa non pauci existerent, qui stultē multa asserere auderent. Quię temere asseris aliquāto stulti⁹ accederē. Ide eo processit humana temeritas, ut ignē, aera, mare, terrā cæterasq; mūdi partes, quę ad rerū procreationes attinēt, uelut suū oībus inesset numē, diuini ratis noībus cōsecrauerit: hinc uitalis spūs, Iuppiter dictus: ignis, Vulcanus: Pallas, æther: tellus, Ceres, aliaq; aliis noībus. Postremo tantū sibi hoīm furor indulsit, ut mortaliū ghusdā quia mortales cōsilio, opibus, utilib⁹ inuētis, doctrina excoluissent, diuinos honores decernere nō dubitauerint, atq; eos præsertim, qui ea noīa tulere, quæ & ueteres illi, quos uetustas ab initio cū Sole & Luna cōcreauerat. Hinc Ide⁹ Iuppiter, Ceres, Vulcan⁹, Isis, Osyris, & cū is recētiores, qui sunt in deorū numerum relati, Apollo, Mars, Cupido, Mercuri⁹, & alij ab illis procreati. Sed cę stultē humanæ gētes cōfinxerint sibi hæc, aut ficta receperint, potest ex eo facile inselligi, cp infandos amores, Stupra, Cædes, Adulteria, Furta, aliaq; flagitia eorū, quos cœlo ītulerūt, cerimonijs inseruere, tancp p scelus & nequitiā ad superos iretur. His semel malis posteritas imbuta, usq; ad humanæ salutis annos, pacē, bella, inducias, Fœdera, oīa sacra & pphana malorū dęmonum imperio habuit obnoxia. Nec tenebrę illę rerum tm ex Aegypto, pfectę, sed quascunq; ā principio terras tenuerūt à Chamo procreati, ueræ pietatis ignoratio simul & īsanda seruit⁹ cœpit. Cæterū nulla uncę tellus pluriū fuit coloniarū mater, quā Arabię pars illa, quā Chamus paterna domo, pfugus insedit. Tantā humano generi cladē intēpestiuum unius attulit exiliū. Contra Semi & Iaphetis prognati

Diluuiū. Diluuij effectus. Gigātes inuenti.

Anthei ossa.

Monstrosum caput.

Quādiu tenuerit diluuiū. Arcæ quies.

Colūba.

Egressorium.

Chami impiū factum.

Vnde uetustis oblīuio orta.

Isis & Osyris.

Aduenæ Aegyptij non indigenæ.

Iuppiter. Vulcanus. Pallas. Ceres.

prognati, legitime a maioribꝰ instituti, modicis finibꝰ cõtenti, haud tã late ut illi sunt per oës terras euagati. Quo accidit ut ueritatis studiũ, pietas dico & ueri Dei cultꝰ, apud unã dũtaxat gẽtẽ, ad Messiæ usq; tpa ĩ occulto fuerit. Ab Habraamo Isaachi patre gẽs nomẽ sortita est, atq; Habraei primo dicti, mox & Iudæi à Iuda Israelis filio Habraami ꝓnepote. Aureliꝰ Augustinꝰ (à quo dissentire pudeat) ab Hebero, q est Noe a nepotibꝰ unꝰ fuit, Heberos primo, mox Hebræos noiatos autor est. Horũ res gestæ etsi nõ adeo magnificę sũt & amplæ, ut uno ueri Dei cultu adẽpto, sint usq; adeo memorabiles, haud tamẽ ita tenues reperiunt, ut a peregrinis scriptoribꝰ temere præteriri debuerint. Iosephus autor est Demetriũ Phalereũ apud Philadelphũ Alexandriæ regẽ plerisq; audiẽtibꝰ quãdoq; afirmare ausum, nõ licuisse Græcis hoibus Hebraicã historiã attingere, quin illustriũ scriptorũ quosdã eã rẽ tractare ausos, aduersa mẽtis ualitudine, et lãguore corporis tãdiu cõflictatos, donec ab incepto desistissent: tanq; id arcanũ prophanis esset gentibꝰ, manifesta ira numinis, interdictũ. Sed siue hoc fuerit, siue rei ignoratio, quæ nõ adeo in multos uulgata esset, Græci & Romani scriptores pertinaciter abomni sacræ huiꝰ historiæ relatione abstinuerũt: ut de industria uideant silẽtio rem tantã præterisse, quippe quã suorũ populariũ aures, ob ea quæ de dijs à maioribus acceperãt, sine offensa audire nõ potuissent, fuisset hæc tractãtibꝰ uel inuitis ueritas expressa, quod illi nõ modo nõ fuerunt, sed siquis etiã scribẽdarũ rerũ serie tractus in Iudaicæ religionis, quę una tũ in terris uera fuit mentionẽ incidit, eã ut uanã, & in qua nihil præter nubila coleren, sit arguere conatꝰ. Verũ quoquo modo res omissa eũ: nõ pauca memoratu digna, ã uetustissimis eius gẽtis regibꝰ gesta reperiunt: multa & ab ipsis ducibus, quibus pace & bello postea usi sunt q nõ sine odij & ambitiõis suspitiõe uideri possunt ab alijs prætermissa. Nos nõ tã ut nouo exẽplo id facere uideremur, q; q; ad istituta historiã oĩm gẽtiũ, siqua sunt relatu digna, ptinere arbitramur, eadẽ illa per partes à nobis explicãda cẽsemus. Afferet; res ipsa nõ solũ rebꝰ dicẽdis decorẽ, ob uarietatẽ, sed laborum etiam leuamẽ maximũ: qũ in tam longa rerũ serie perscribẽda, eo meliore et spe & fiducia futurũ simus, quo minus lõgè à ueræ pietatis cultu & assertione recesserim⁹: dum quecunq; mira in humanis olim rebꝰ, ac prẽter hoĩm opinionẽ euenere, nõ ad fortunã & malos dæmones, sed ad diuinam refero prouidentiã. Quod mysteriũ una hęc in toto orbe gens, & pie ab initio didicit. & quæ didicit cõstater & incorrupte diutissime seruauit. Noe igit nonin gẽtos & quiquaginta natꝰ annos uita decessit. Scio ego tã lõgo hoĩs æuo historiæ fidẽ abrogari, siqs ad hãc uitã, quę hodie uiuit, respexerit. Sed fide nõ parua opus est ad diuina opa credẽda. Quanq; nõ uideo, quid magis ineptũ fieri possit, q; cœlũ et oia q; cœlo cõtinent, mira et ineffabili ratione à deo cõdita affirmare, hoĩem aĩal nobilissimũ, ratiõis, cœlestitq; rerũ capax, quod sũm⁹ ille uniuersi autor è terra suscitarit, nõ potuisse, aut si potuit, nõ debuisse q; diutissimẽ ĩ uita retineri, præsertim mũdo adhuc recẽti: quũ in tãta solitudine, hũano genere aucto imprimis opus esset. Et si sub ipm mũdi exordiũ cœlo & elemẽtis min⁹ noxijs, lõgior (ut quidã. suspicẽtur) potuit hoĩ uita cõtingere, quod in hac ſe nescẽtis seculi fæce euenire nõ possit. Adijciũt q sacrã scribũt historiã, aliã adhuc causam, q; idcirco tã lõga sit uita hoĩ à principio data, ut is simul multos, perearet, cõmodiusq; opa naturę lõga explora ret experiẽtia, diligẽtiusq; explorata posteris traderet, quod eorũ pleriq; fecisse existimanẽ. Sed utcũq; res excipiẽda est, Berosus Hellanicꝰ, et alij uetustissimi rerũ scriptores, lõgissima hæc hũanæ uitę spatia, ꝓ cõfessis tradidisse dicunt. Astipulat huic fidei q; i aperto hoc rerũ declinio, Macrobij, Aethiopes, Seres, & Hyperborei cẽtenis quadragenis annis ui uere creduni, Pãdoræq; gẽs indica ducẽtis, ut Gnidi⁹ Ctesias, pdidit. Sed de his pluribꝰ forta sse q; opfuit. Nũc ad ea stilꝰ reuertit, q; post diluuiũ i utraq; gẽte usq; ad Habraami tpa euenerũt: nã is Assyrij regni primordia penẽ incidit, unde suũ Ethnica historia hauriet principiũ. Memorabilis igit cataclysmi clades recẽsq; memoria, diu mortales tenuit in mõtibꝰ. Postea uero q; ad ima est descẽsum, q; cunctãtius factũ credere par est, quũ nõ multũ his locis se adhuc crederẽt, ueriti ne ipsi aut q; post se nascerẽtur, eandẽ uim quã et maiores sui experirent. Nembrothus Chami nepos uir facinorosus, multumq; auitæ temeritatis referẽs, turrim eminentissimã est ædificare adorꝰ: ut si subita uis aquarũ iterũ terrã operuisset, paratũ haberet cũ suis, pfugiũ. Id, ppius uero est, q; alij tenẽt, sperasse eũ molis altitudine cœlũ occupare. Hicrẽ mirã accidisse aiũt, qđ diuina uolũtate factũ æquũ sit iudicare, quũ aliquot stadia opus ĩ arduũ creuisset, numerosa illa operantiũ manꝰ, q; erigẽdæ moli fuerat adhibita, linguarũ cõfusiõe facta, cõtinuo dissidiũ passa est: sublato sermonis cõmercio, nõ q; d præciperet satis quisq; intelligere, neq; ob id dicto obtẽpare, atq; ab ea re nomẽ ĩtermisso operi datũ: ut Babel, q; uox apd Chaldeos cõfusio est, iã inde sit turris notata. Quidã existimare uidenẽ, i Mesopotamia id fieri ꝓgisse, ut non oĩno ineptũ sit credere, a memorabili illo tpe Babylonẽ q; hispostea locis cõdita est, fuisse nomẽ adeptã. Sed rei tã uetustę difficilis est cõiectura. Nẽ brothiq; pspicue tradit) audacissimꝰ conatꝰ hunc exitũ habuit. Iosephus quẽ in Iudaicæ historię relatiõe potissimũ sequor, autor est, ex Noe ꝓnepotibꝰ & ex ijs q; ab illis orti sunt, alios alias terrarũ oras, uelut i colonias, pfectos, occupasse: atq; ita factũ, ut nõ solũ gẽtes ppliq;, quorũ ꝓditores fuissent, ab eorũ sint noĩbꝰ appellati, sed pleriq; etiã urbes inde nomẽ sortirẽ. Cæterũ Græci Barbarã uocẽ aduersati, aut illa ex itegro, ut idẽ air, imutarũt, aut magna ex pte iuersa, uta prisca uoce multũ discreparẽt, effecerũt. Durare tñ adhuc q; dã, q; ueteri opiniõi astipulẽt. ĩ Phœnicia Tyrũ, Tharsum ĩ Cilicia, ĩ Cypro Cithin, & alia in quibꝰ referẽdis est ille maiorẽ in modũ occupatꝰ. Adijcit Medos, Armenios, Hiberas, Cappadoces, Paphlagonas, Phryges, Pãphilios, Cilices, Palestinos, Sabæos, Syros: & ad meridiem Aegyptios, Libes, & Mauros. Quę sane noia sint ab ipsarũ gẽtiũ ꝓditoribꝰ, q; ijdẽ et Hebræi fuerũt & ab Noe ꝓgnati, lõga nepotũ usq; ad Habraamũ serie deducta. Is decimus ab eo fuit. Eratq; Mesopotamiæ incola, quũ impia superstitio eã quoq; iuasit terrã. Cæterũ unde id malũ sit ipsi gẽti illatũ, parũ pspicue tradit. Habraamꝰ ægre ferẽs, ꝓ & ueri & singularis Dei cultu neglecto, uulgo dęmonibꝰ seruiretur, sublataq; iustitia ueritatis obliuio plus nimio inoleuisset, palã hoĩm stultitiã increpare, ꝓ ueræ pietatis obliti, sese nefariæ superstitioni addicerẽt: quin tollerẽt in cœlũ oculos, atq; inde si bi quęrerẽt, cui solẽnes redderẽt precationes, cuius ꝓuidẽtia cœlũ & oia regerẽtur, illi pręces funderẽt, uota facerẽt, hostias ĩmolarẽt, nõ uanis imaginibꝰ quas isti stultę fabricassent. Peperit uera prędicatio ingẽtẽ hoĩ inuidiã, uulgoq;, ut impiũ auersari, nec procul aberat quin in eũ populariter impetꝰ fieret.

Habraei.

Hebero. Hebræi,

Hebraica historia Græcis negata.

Quid ꝓ futura sit sacra historia.

Vita longa.

Cur longa homini ab initio uita data.

Qui hominũ hodie diutissime uiuant.

Nẽbrothus. Turris Babylonę causa.

Vetustæ ex Noe ꝓnepotibus colonię.

Plurium gentium origo.

Habraami prædicatio.

Ad quam



Ad quã iniuriã declinandã in eã Arabiæ partẽ cũ uxore transijt, q; Cananea nuncupata est, hicq; ara ad tẽpus extructa hostiã deo ĩmolauit. Profectiõis huiꝰ, Hecatęus & Damascen⁹ sua uterq; in historia meminerũt. Inuasit nec multo post eã terrã fames ingens, quod ille malum ut ad tẽpus declinaret, in Aegyptũ ꝓficiscit, terrę copiã & ferocitatẽ secutꝰ. Hic ꝓ magno negocio habuit cũ ipsis gentis sacerdotibꝰ cõgredi, ut q; d illi de mũdi creatiõe sentirẽt, deq; prouidẽtia, ꝓ ociũ cognosceret: q; si ut cæteri a uero uisi essent aberrare, ꝓ mutui colloquij speciẽ, gẽtile eis arcanũ reuelaret, allicereq; ad ueri dei cultũ & uenerationẽ. Sarrã cõiugẽ, qa elegãti esset forma ipsis gẽtis intẽperiẽ uerit⁹, sororẽ assimulat. Cõstãs pharaa erat Aegyptios ĩ alienas esse fœminas intẽperãtissimos. Sed oĩm maxime Pharaonẽ formidare, q; per id tẽpus late regnũ in ea terra obtinebat. Atq; ita accidit, ut eandẽ illã iniuriã pene acceperit, q; ab initio præuiderat. Cœperat regẽ mala libido Sarrae ad stuprũ rapiẽdæ, & iã illi totus ĩmi nebat, quũ sacerdotes regi nũciãt, dirã adesse pestilentiã quæ cœlesti ira orta uideret, ꝓ in animo habuisset alienigenæ mulieri stuprũ inferre. Deterritus ea uoce Pharao nõ solum iniuria abstinuit, sed inscitia corã excusata. Habraamo satisfecit, idẽtidẽ affirmãs se ꝓ suasum habuisse, ut soror hospiti nõ uxor adimeret. Cæterũ eo cõsilio fuisse ea abductum, ut in legitimæ coniugis postea haberet loco. Verũ ubi satis cõpertũ haberet mulierẽ ipsam thori ꝓ sortẽ esse nõ sororẽ, nihil fore amplius, cura se iniuriã ptimescere, tuta ubiq; ambobꝰ oĩa futura: addit & munera nõ parua, & partẽ agri iussit peregrino hoĩ assignari. Augustinꝰ autor est, Sarrã ab rege abductã, ut ꝓ uxore haberet, sed intactã ab eo dimissam ijs, pdigijs q; sub id tps facta essent, exterrito. Fauoreq; ꝓ hæc cõciliato, quũ ꝓ se Habraamꝰ esset plerisq; ob diuinarũ humanarũq; rerũ peritiã charissim⁹, breui in multã euasit celebritatẽ. Sunt q; scribãt astrorũ rationẽ geometriãq; ab eo Aegyptijs demõstratã, etsi Græci scriptores & Romani, q; Græcorũ uestigijs insistũt, geometriã ĩ Aegypto ortã arbitrent, nec aliũde illatã, ut annua Nili alluuione agrorũ fines turbante, eius terræ accollæ crebra dimensione artẽ inuenerint. Cæterũ satis hone stam illi erroris causam habuere, q; quũ scirẽt eã artem primo apud Aegyptios uulgatã, pulcherrimi inuẽti atq; uitæ hoĩm utilissimi, indigenã hominẽ nõ aduenã autorẽ opinati sũt, pari errore syderalis sciẽtiæ inuentũ ad Zoastrẽ Bactrianorũ regẽ referentes, q; Nino regi fuit æqualis: quũ ante diluuiũ tpa, si Iosephus uerus est autor, mortaliũ quidã, ac deinceps Noe, & q; illi longo ordine successerũt, in cognitione eiꝰ rei uersati sint. Sed qñ ad id uenimꝰ ut de Nino a nobis mẽtio hoc loco fieret, haud im memores, q; fuerit ab initio historiæ huius, pfessio ut ratione tẽporũ sedulo obseruata, humana diuinis iungeremus, nihil certe facere poterimus, a nostro instituto minus alienũ, q; si ijs, q; ad hunc locũ scripsimus. Nini oĩm pene regũ, qui extra fines patrios exercitus ductarũt, antiquissimi gesta subijcie mus, etsi regni huiꝰ adeo uetusta res est, ut quędũq; sunt de eo memoriæ prodita, propemodũ fabulosa uideri possint. Sed quia quũ plures alij horũ meminerũt, tum Põpeius Trogus, q; inde suã auspicatus fuit historiã, satis quidem res digna uisa est, ad quã nihil cũctanti referẽdã fieret accessus. Nec pre ciũ aberit operæ: si priusq; de his dicere icipiã, qualis tum rerum humanarũ fuerit status, paucis expo suero. Soliuagũ fuit (ut dicitur) ab initio hominũ genus. Aut si (ut sacræ literę tradũt) alicuius fuit so

Habraami scientiæ.

Nini regis gesta pene fabulosa.

Primęui mores.

Primum imperij nomẽ in rege.

Vexores Aegyptius, Tanais scytha.

Aegyptiorũ uetustas.

Scythiæ uetustatis argumenta.

cietatis particeps, exigui, & infrequentes fuerũt primi illi mortaliũ cœtus, si cœtus appellãdi sint, ubi sit uir unus cũ uxore dũtaxat et liberis. Etenim sibi quisq; ab initio uiuebat, sine legibus, sine imperio uitã agitantes: una procreãdi libido aderat, & eorũ q; procreata essent, nutriendi studiũ, ferarũ ritu sine moribus errãtes, speluncis cauisq; arboribꝰ fese ab omni cœli iniuria tueri. Verũ ubi sua sponte, uel prudentiorũ potius suasu (ut multi opinantur) societatẽ humanæ gentes inter se, cœtusq; celebrare occœperũt, unum in locũ coiuere, tum haud dubie apparuit, nihil esse agresti & imperita multitudine insipientius, nihil stulti⁹ incõposito & rudi cœtu, cuius proprium sit nihil intelligere. Siue igitur natura, siue (quod magis credo) necessitate id monstrãte regẽ sibi cõstituerunt primi illi, qui in unũ cõuenerant, id cũ fuit ab initio imperij nomẽ, huic moderatio & innocẽtia, nõ ambitiꝰ & diuitiæ a principio suffragari, quo maior erat uirtus pluribusq; notior, eo maiore cõsensu ad id faltigiũ ꝓmouebar, huius arbitriũ pro legibꝰ esse, fines regni tueri magis q; ꝓferre moris erat. Amplũ legitimũq; regnũ id demũ credere, si proprijs se tenerẽt finibꝰ. Incestũ inde paulatim mortaliũ animos immoderata habẽdi cupiditas, sed laudis & gloriæ ambitio multo maior. Hanc uxores Aegyptius, & Tanais Scytharum rex secuti, primi oĩm procul domo inter se bellasse dicuntur, conatuq; pene pari: hic ex Aegypto in pontũ, ex Scythia ille in Aegyptũ processere. Verũ finitimis nulla iniuria lacessitis, nõ ĩmperiũ sibi ex ea uictoria, sed uictorię laudẽ quęsiuere. Amborũ gesta in longissimo iacẽt uetustatis recessu, ac uelut nube quadã obducta. Sed qñ in earum gentiũ mentionẽ incidimus, nihil alienũ ab re existimo de utriusq; gẽtis uetustate, q; sunt a nobis ad huc cõperta, breuiter referre. Idq; ego eo libentiꝰ facio, quo uulgatior est fama, uetus certamẽ tenuisse, utra gens merito sibi uetustatis palmã uendicaret. Aegyptijs prædicantibꝰ initio rerũ, quũ aliæ terræ nimio feruerẽt æstu, aliæ perpetuis horrerẽt frigoribus, ut nõ modo hoĩm quicq; gignere, sed ne aduenas quidẽ, si quos forte alicunde accepissent, ob cœli intẽperiẽ satis tueri possent, quũ uelamẽta corporis, neq; adhuc reperta essent, neq; locorũ natura ædificijs emollita, unã fuisse terrã; oĩm Aegyptũ, quæ quia neq; hibernis urgeretur rigoribus, neq; æstiui syderis ardore premeretur, sed mediã quãdã inter utrunq; esset tẽperiẽ sortita, uetustissime cultra iure crederet, in qua etiã ob climatis temperiẽ primos hoĩes genitos æquũ esse iudicare. Scythæ cõtra cœli tẽperamentũ nullũ in se habere uetustatis argumentũ existimare, naturã affirmãtes, quũ primum rigoris & æstus discrimina sunt regionatim distincta, cõtinuo ad locorũ patientiã aĩalia generasse, ut quãto Scythis cœlũ asperius esset q; Aegyptijs, tãto illis duriora ab initio data essent corpora, quod in arboribꝰ & ipsis agrorũ frugibus haud dubie sentirẽt. Quod si unitatẽ habuerũt hęc unq;, quæ nunc sunt mundi partes, aquæ terras oẽs obtenuerũt, siue ignis, q; mundũ genuisse credit, alterutra rerũ origine Scythas multo uetustiores Aegyptijs inueniri. Etenim si prima fuit ignis possessio, quũ uis elemẽti paulatim cœpit remittere, eas prius terras hũano cultu habiles esse factas credibile fit, q; q; lõgissime repostæ essent ad septẽtrionẽ, Aegyptum propterea, Arabiã, & oĩm terrã, q; ad meridiẽ spectat, quæq; ad orientẽ Solem, tẽperiẽ multo tardius sensisse, quæ ne hodie quidã satis sit tuta a propinqui syderis iniuria. Vel si ab initio aquæ omnia tenuerũt, quod terra ea parte, qua sublimis

a ijŋ &ardua

& ardua est, fluctib⁹ ad inia delabentib⁹ prius emersit, haud dubia ꝛō demōstrat, ac quo maturi⁹ hæc aut illa fuit in emersu, hoc pri⁹ aialia cœperit nutrire, porro Scythiam adeo cæteris terris eminere, vt quæcūq; ibi flumina orta sint, p̄cipiti cursu in Mœotidē, & ex mæoti per Bosphorū in Euxinū & Propontidē, hinc; per Helespontū in Aegeū Creticū & Aegyptiacū pelagus velut ad ima mūdi ꝑpetuo deferant impetu. Aegyptū multorū regū cura perpetuis aggerib⁹ obstructā, vix demū cōtinētē fieri cōtigisse. & his quidē rōnibus suā vtraq; gēs vetustatē tuta est, Sed qd' ad Aegyptū attinet, nō pars uā eius terræ partē q̄nq; aquis obruptā fuisse satis cōstat, quicq̄d supra Mēphim ad Aethiopū mōtes iacet, mare olim fuisse Herodot⁹ existimat. Strabo id soli, qd' a Siene ad mare Nilo irrigat, Aegyptū ab initio appellatā arbitrat: cui ꝯtum postea incremēti accesserit, Homeri carmē haud dubie demonstrat, quo significat Pharū insulā, q̄ hodie Alexandriæ adiacet, vel ficæ nauigationis diei vnius a cōtinētis ora abfuisse. Quæ si vera sunt, nihil pene relīquū fiat, qd' eius terræ arguere possit vetustatem. Nec i Scytis maior aliqua est antiqtatis demōstratio, si Herodot⁹ verus est autor, qui ne Darij quidē regno, qd' & Trogus quoq; significat, ampli⁹ mille annis essent antiquiores. Cæterū quādo neq; hæc, neq; illa tellus, ob eas quas attigim⁹ rōnes, multū ad mortaliū cultū fuerit accōmodata, miror principes rerū scriptores leuissimis earū gētiū argumētis tā temere accessisse, ut nō viderint, eā terrā oim primā humanū cultū sortiri oportuisse, q̄ cœli clemētia lōge alias anteiret: quo argumēti gne Aegyptij vsi, vetustatis ad se laudē traherent. Sed vt his obvim aquarū nullus antiquior cult⁹ potuit cōtingere, ita nec Scythis, qui dānatā ꝑpetuis rigoribus mūdi plagā incolūt. Quare multo veri⁹ fit dicere, media intervtranq; terrā, qualis est Damascen⁹ ager, & alia circūiecta illi loca, qd' sacre etiā literę inuūt, primos hoim cultus fuisse sortitā, q̄ terrarū tractus nō solū nō esset⁹ vitijs, quib⁹ Aegyptus & Scythia, obnoxi⁹: sed climatis rōne multo vtraq; regione tēperatior. Nūc vero, priusquā ad res Nini explicandas ingrediar, in Scythicis rebus adhuc paulū immorabor. Est Scythia ab Europa, cui⁹ parte citra Tanaim pscribit, ad Aquilonē & ortū vsq; ad incognitā terrā lōgissime porrecta, hinc ponto Asiæq;, inde Ripheis mōtib⁹ ab humeris inserta. mox longe late q; ad ortū euagata, innumeras gentes parū notis finibus amplectit. Quippe quib⁹ ne indigenæ quidē ipsi inter se discreti fuerint olim, vtpote, q̄ neq; agrū colerēt, neq; tectū sedesue habērent vllas: per solitudines & inculta vagant loca, armēta, pecoraq; præse agētes, cōiuges & liberi plaustris vehunt legib⁹ nullis obnoxij: sponte iustitiā colunt, nullū furto grauius in gēte flagitiū habet, vt qui nō parietib⁹ aut septis armentū circundent: sed in propatulo habeāt, nullus eorū q̄busdam aut auri aut argenti vsus, lac & mel in cibatu frequens, cōtra frigora & rigores ferinis pellib⁹ muriniscq; corpora cōmuniunt. Estq; is sane ritus frequēs Scythis, sed nō oibus, plericq; eorū ab alijs longe diuersos, ac veluti peculiares inter se celebant mores, vt Scythę Thauri qui raptu bellocq; victi tāt. Agathyrsi sibi inuicē germani credunt, quippe q̄busdam cōmunes fint vxores auroq; in primis abundāt. Gens alia Melāchlæni. his diuersa, a genere vestis Melāchlęni nūcupant, hi Scytharū soli humana carne vescunt (vt scribūt qdā.) Sunt & Budini cæsijs oculis, atq; ĥdē Phthirophagi. Orgenipei inocētia singulari, & ob id sacri oīmq; iniuriarū expertes, rutus patet oibus gentibus ad eos accessus, defunctorū parētum carnib⁹ vescunt. Essedones humanū caput inaurant, quo annuos defunctis libant honores, ĥdē serpentiū vi pulsi olim solū vertere. Neruij Scytharū maxime infames, persuasum habuere finitimi eorū fingulos quotannis in lupos transfigurari, iterūq; hoies hominis fieri: qd' monstrū in Arcadia quoq; in Antei famulia gentile fuisse Euātes apud Græcos prodidit, vt vnus ex ea gente sortito ad stagnū quoddā perductus, positis vestibus transnaret, cōfestimq; bellua ex hoie fieret, ac nono post anno, si humanū interim sanguinē nō gustasset, pristinā reciperet formā. Astipulari sunt huic opinioni Fabius & Copax, q̄ olympionica scripsit: adeo nullum est tā impudēs mēdaciū, qd' apud Græcos careat testimonio. Gaudent Scytharū plures humana cæde, eorū quidā cē testimū quēq; ex captiuis immolāt, sanguinē potāt. humana eius quę primū cepere. Probro dat hoiem nō occidisse, bellicis expeditionibus, nisi q̄ hostile caput ad regē detulerint, fiunt totius prædę expertes. Sarmaticis Scytharū virginib⁹ nō prius nubere mos est, q̄ hostem peremissent. Cū rege vita defuncto pellicū vna oīm charissima, minister vn⁹, coquus, agaso, vsator, pincerna, equus, & aurea phiala sepeliunt. Neq; asinū gignit Scythia, neq; mulū ꝑpter frigora. Tellus ipsa ab Scytha Herculis filio nomē sortita est, vt significare videt Herodotus: Plinius Scythē q̄ arcū & sagittā inuenit, nō Herculis sed Iouis ait fuisse filiū. Fuerunt q; in vniuersum hi Scytharū mores, fuit hic viuendi ritus. Nunc ad vetustissimā ipsius gētis expeditionē redeo. Circūtulit extra primos fines arma prim⁹ oīm Vexores Aegyptius. Is plurimarū gentiū victor, quum in pontū peruenisset, bellū Scythiæ indixit: legatis prius in eam terrā missis, qui si imperata facerent, leges pacis vniuersæ genti dicerēt. Scythæ, & si de aduē tu hostiū iā ante p̄ finitimos certiores facti, oīa ad bellū mature ꝑparauerāt, velut tñ rerū oīm ignari dant responsum legatis iniuste facere eorū regē, q̄ nulla lacessitus iniuria Scythas, genus hoim inculū atq; horridū, nō auri, nō argenti, nō eorū quicq̄ habens q̄ cæteri mortales magnopere concupiscerēt, bello magis laborioso q̄ vtili iuadere statuisset. Credere se, illū nō ignorare dubiū esse bellorū exitū, qui eo magis ipsi p̄timescēdus esset, q̄ id bellū plus periculi & laboris, q̄ præmij habiturū videret. Cęterū temere ad arma currere, se se bello implicare, nō solū potentissimi regis esse, sed humillimi etiā cuiusq;. Finē bello imponere, & pacis leges dicere eorū dūtaxat quivicissent. Videret Vexores, q̄ bellū adeo minaciter denūciaret, ne de fuga esset potius illi cogitādū, q̄ de legib⁹ ijs mortalib⁹ scribendis, quos in armis qd possent nōdū esset expertus. Nā qd' ad se attineret haud expectaturos Scythas, vt hostis suos transcenderet fines, quin vltro ituros obuiā, enixeq; daturos operā, vt vel primo cōgressu, cū ipse hostis, tū cæteri mortales ex vnius pugnæ euentu intelligerent, multo plus iustitiā in armis valere q̄ iniuriā, victoriāq; & felicitatē a virtute stare, nō ab audacia. Vexoris legati cū his dimissi sunt. Nec Scythę multū inde cōmorati obuiā hosti ire pgūt. Hic res accidit vix relatu digna. Vexores tot gentiū terrarūq; ad eā diē victor, vbi primū Scythę appropinquare dicti sunt, florētissimo exercitu cū oī bellico appatu relicto, paucis comitatus p̄ victo in Aegyptū abijt. Scytæ victoriā secuti, spoliassent haud dubie hostē regno, nisi palustri difficillicq; aditu, Aegypti fines trāscēdere, phi succęssu biti, alio impetū auertissent. Victorię itaq; cursu in alias gētes deflexo, bella bellis serendo, haud prius quieuere quā omnē Asiam armis domitā sibi vectigalē fecissent, modico tributo gētib⁹ impositō, nō regni non imperij noīe, sed vt monumentū id esset inclytæ victoriæ. Abiuerunt Scythæ procul domo annos circiter quindecim, dū illis in pacanda Asia alia ex alijs oriunt bella. Postremo vxorū minacissima legatione cōmoti, in patrios se fines receperūt. Miserant illæ longa expectatione fatigatæ, qui viris nunciarent fore, vt nisi confestim domū venirent, ex finitimis sibi prolē quererēt. Nec ferendū sibi amplius, vt diuturna viror⁹ absentia. Scytharū genus intercideret. Fuit inde Asia plerisq; ætatibus Scytharū vectigalis. Pendendi finē tributi fecit Ninus rex assiriorū. Longo interim annorū interuallo, illustria quædā regna sunt ab ea gente condita: nā ꝑter Parthicū & Bactrianū, quę inde ortum habuerūt, Amazones, quæ postea magnā Asiæ partē tenuerunt, a Scythis & ipsæ traduntur oriundæ. Earum res quæ nō multū troiana tēpora præcessere, suo loco explicabūtur: Nūc, ꝓxime sunt his Nini gesta subtexāda. Qui rem non vmbrā rei secutus, quum oēm belli fructum in eo verti arbitraretur, si q̄plurimis dominari contigisset: prim⁹ oīm eis quas armis domuit gentes, fuę fecit ditionis, vir ferox, militaris gloriæ cupidus, lōgaq; armorum exercitatione inter finitimos potens, instituta iunctaq; focietate cum Arieo Arabię rege, cuius opes longe inter finitimos pollebāt, Syrios Euphratris accolas, Arabię finitimos bello adortus, modico negocio subegit. Fuit victoria illa minus cruenta, quo fecurior oīm gentium status, maioraq; erāt ocia. Regem bello captum cū filijs obtruncat Ninus, tributum victis imperat, inde Armeniā ingressus subita vi oppida aliquod expugnat. Barzanes qui ei⁹ terrę tum regnum habebat, nouo bello perculsus, quum in nulla re min⁹ quā in armis spē repositā haberet, cum muneribus amplissimis occurrit, ꝑpiquāti hosti. Veniā obsecrat, se liberos, fortunas omnes Assyrio tradit. Hic Ninus magno vsus aīo, cōmeatu, & militibus imperatris supplici regnum restituit. Victor inde ex Armenia in Mediā trāsit, Occurrit Pharnus rex hostiliter, Nino suos inuadente fines, ꝓlioq; commisso cum septem liberis, qui simul in acie steterāt, victo⁹ occubuit. Rebusq; in hunc modum feliciter gestis, cœpit libido victoris aīm toti⁹ Asię q̄m maxime rapere ipsa inter Nilum & Tanaim pater, armis subigędę. Presidio igitur Medis impositō, vir ingenti animo, sed qui ꝑsenti rerum successu adhuc maiores spūs imbibisset, ad bellum lōge difficillimum proficiscitur. Qz res ab eo in Asia gestæ magnificæ & amplę fuerint, longum belli spatium, celebriscq; euentus expeditionis illius facile declarant. Cresias Cnidius, & qui Ctesiā secuti sunt, summatim rem tantā memoriæ prodiderunt: satis constat sedecim annorum spatio, quib⁹ ille in armis esse perseuerauit, preter Indos & Bactrianos oēm Asiam suo imperio subegisse. Nouissimus laborum oīm fuit illi cum Zoastre Bactrianorum rege. Sūt Bactriani a Scythis oriundi, estq; opinionis eius Pōpeius Trogus autor. Totius gentis regia olim Bactra, nudū magna ex parte solū, quo contigit, vt Alexandri milites crudis in ea terra carnibus vesci q̄nq; adacti sint lignorū inopia. Fert Terebinthū arborē, atq; ne eā quidē nisi rarā parumq; fruticosam. Bactriani parentes senio cōfectos gentili instituto fame necant, sed magis impie Caspij canibus abijciunt. Nunc ad Zoastrem redeo quem fama est subito natum risisse, manifesto futuræ scientiæ præsagio: Primus (vt creditur) magicas artes exercuit, horoscopos rerum & siderum motus diligentius obseruauit. Cæterum quod ad cœli astrorumq; rationem attinet, Belū, qui Ninum genuit, autorem quidam tradiderunt: Iosephus astrorum obseruationē multo credidit vetustiorē ad Iudæorum gentem artis nobilissimę primordia referens. Duplex belli fama. Sunt qui Zoastrē pugna victum occubuisse tradāt, Bactrianosq; locorum natura frætos subigi non potuisse. Alij regem priore pugna incolumen excessisse aiunt, nec longo interiecto tempore bello ab Assirijs repetitum, medioq; prelio interfectum. Vtcunq; tamen res habet, Ninus bello in aliud tempus dilato in Assyriam victorem reduxit exercitum, & Arieum cuius fida strenuaq; opera fuerat in bello vsus, parte prædæ donatum in regnum remisit. Mox ingentem vrbē, & quāta ad eam diem in terris fuisset nulla, statuit ædificare, omnibus Asiæ populis ad id opus accersitis. CCCC. & amplius stadiorum aream in Atyriæ campis, quæ pars est Assyriæ, metatus est. Vrbem a suo nomine Ninum dixit. Bibliaci libri & Iosephus Niniuen vocant. celerius quam fides rei haberi possit, immensum alioqui opus, est ad exitum perductum. mille & quingentas in orbem tur bis consres vrbs complexa est. Mœnia centenum pedum altitudine, amplitudine vero tanta, vt murorum fastigia ternis essent plaustris peruia: Noua huc ex Assiriorum primoribus transcripta est colonia, cætera multitudo propositā vberrimi agri partitione eodem sua sponte confluxit. Confecto opere, Bactra nouo est bello repetita, nullus vnquam exercitus numero fior in hostem ꝓfectus est, ad decies septies centena milia peditum, æquitum. CC. milia Assyrius in armis habuisse traditur. Currum ad hæc & iumentorū tantum vt citra ruborem res alio qui incredibilis referri nō possit. Plures hoc bello Zoastrem perijsse memorāt. Is cum Bactrianorū CCCC. milibus obuiā Nino progressus, ad centum milia hostiū qui prædādi studio suorū agmē præcesserant, subita vi oppressit. Attulissetq; clades illa adhuc maiorem Assyrio cōsternationem, nisi paucis adhuc resistentibus; qui cæde fugaq; dissiecti in proximos tumulos refugerant, Ninus cum robore copiarum superuenisset. Sub regis aduentum totis vtrimq; viribus est in aciem descensum, Bactrianis præsenti pugna & successu gestientibus, pristinæ victoriæ memoria Assyrijs numeroq; virorum qui illis abunde supererat frætis. Post itaq; atrocē pugnā Zoastres victus media suorū strage fortiter dimicando occubuit. Qui ex ea cæde seruati sunt, qua cuiq; proximū fuit in propinquas vrbes & munitiora oppida fuga abierūt. Victor Ninus regiā vrbē obsidiōe cingit, tenuitq; oppugnatio illa plures menses, quo tēpore el casu magis quā cōsilio sunt Nino nuptiæ quæsitæ. Semiramis q̄ post illū in Assyria est rerū potita, regi cōnubio cessit. Operæpreciū est cognoscere, quibus fortunę vominibus fit mulier ad imperij fastigiū euecta, etsi fabulosa videri possunt ea, q̄ de eius ortu Græci scriptores memoriæ ꝓdiderūt. Verūtamen uero haud Graij tm̄, sed q; apud nos quoq; historiā cōdiderūt, obscurā regū originē audēt, vt video, ad deos immortales referre: nō quia ipsi ita euenisse arbitrati sint, sed ne fidē vetustati abrogarēt, nisi forte & ipsi, vt Aegyptij, ꝑsuasum habuerūt, posse geniū alicui quē mulierib⁹ appropinquare, & q̄dā sobolis principia gignere. Sed vt illi Martē, Mercuriū & alios dæmones celebrant, ita nos præter deum: ad cuius prouidentiam omnia merito referuntur, maris, terræ, stagnorum, fontiumue numina ꝓtædicari; aut credi,

Aegypti pars aqs ꝓbruta.

Damascenus ager primū cultus.

Scythiæ situs.

Scythæ ritus.

Scythæ. Thauri. Agathyrsi Melāchlæni.

Budini. Orgenipei.

Essedones.

Neruij.

Lupi ex hominibus.

Scythæ ab vxoribus reuocantur.

Gaudent Sarmaticis virginibus nes.

Ninus.

Vexoris expeditio in pō tum.

Nini in Barzanē regē clementia.

Pharnus rex interficitur.

Scytharū ortus.

Zooastres.

Zooastres vicinior exitus.

Semiramis.

credi, stultũ arbitramur. Verũ quoquo mõ hæc accipienda sunt, phama tenet, Semiramidẽ ex stagni cuiusdã Nympha, quã locorũ accolæ in pte Syriæ religiose colerent, indigenaq; adulescẽte genitã, ac puerpæ iussu circa stagnũ in crepidinẽ aquis, pminentẽ occulte ab adulescente, piectã. Frequẽtabãt locũ aquatiles uolucres, q̃ eo se apricatum recipiebãt. Ab his, piectã infantẽ miro, pperantiũ studio educatã memorãt: qppe q̃ nõ solũ alimẽta cõgererẽt iacẽti, sed pinde eã fouẽdo ac implumes pullos ab omni aeris iniuria, ptegerẽt. Nomẽq; ab re post ea mulier tulit. Semiramides Syri aues appellant.

Semiramidis alimenta. Hæcq; pria illius fuisse alimẽta tradunt, q̃b9 haud multũ mihi dissimilia uidẽt, q̃ de Cyro postea & Romulo grauissimi rerũ scriptores, pdiderũt. Perse uerarũt fatali ministerio altrices aues infantẽ tueri, quo ad pastores creberrimo uolucrũ cõcursu, insolitaq; trepidatiõe motiõe ex proximis stabulis ad locũ puenere. Hi iacentẽ conspicati nõ sine admiratiõe eorũ q̃ uiderãt, secũ extollũt, delatã q; ad stabula sedulo enutriũt. Mox illã crepũdijs egressã, quũ elegãtior i ea elucerer forma regij stabuli magistro dono destinãt. Is q; a fine liberis esset, p filia q; diligẽtissime potest, instituit. Vbi uero ad id ætatis uẽtũ est, ut iã matura uiro eẽt, ita forte accidit, ut Menõ hõ haud postremę apud Ninũ fidei ad regiũ pecus lustrãdũ missus, i ea stabula uenerit, q̃b9 fuerat Semiramis nutrita. Is ùrginẽ cõspicat9 pulchritudine & morib9 capt9, puellã sibi i cõiugẽ deposcit nuptijsq; haud ęgre ipetratis, duos haud mẽto post ex ea filios extulit, Iapetẽ & Idaspẽ. Mox inde Menõ regẽ ad Bactrianũ bellũ secut9, quũ absentis de fideriũ cõiugis in rã lõga obsidiõe ferre nõ posset, eã ad se in castra accersiuit. Tũ illa lõgi9 domo, pfectura, ut tutior ab omni esset iniuria, sexũ nouo genere uestis mẽtitur, q̃ tũ primũ p eã inuẽto, Assyrij postea & Persæ uulgo usi sunt. Vbi primũ igit̃ in castra uenit, mulier acri ingẽio Bactrianę arcis sitũ cõtẽplata, cõfestim uiro rationẽ ostẽdit loci modico negocio occupãdi. erat aũt ab una pte pceps, atq; in pfundã uallẽ insigniter abrupta, quã hostes uelut inaccessam nullo custodiebant pfidio. Huc audax mulier cũ paucis, quos sibi ad id facin9 delegerat, p loca ab hostiũ oculis maxime auersa, atq; eadẽ aspera & cõfragosa præter spẽ omniũ obrepsit. Vnde quũ sese uelut cœlo delapsa, hostibus, quorũ oculos, dũ negociũ cõficeret, Assyri9 subita oppugnatione, ab omni sensu eorũ q̃ fierent lõge auerterat, ex improuiso obtulisset. Bactriani omni spere tinẽdæ ulteri9 urbis abiecta, alij alio pcipiti fuga dilabunt. Ninus uictoriã adept9 primo mulieris ingenio miratus dicit̃, qd̃ ipsa formæ pstãtia adhuc magis cõmẽdabat, subita inde libido animũ incessit illius psenti matrimonio abducendæ: a Menone igit̃ petit, ut Semiramidis cõnubio sibi cedat, cũ pere se ait eam sibi coniugem adiungere. Eius nuptiæ quũ a uiro bona uenia nõ ipetrarent: Ninus ui adẽptã duxit. Tũ Menõ duobus grauissimis stimulis amore simul & dolore percit9, collũ laqueo implicuit.

Semiramidis cõmẽtum.

Semiramidis audax facinus.

Menonis finis.

Ninus Bactrianis bello domitis exercitũ opulẽta præda honestũ in Assyriã reduxit. Brege inde interfecto tẽpore, quũ iã filiũ ex Semiramide tulisset, q̃ paterno nomine est & ipse Ninus appellatus imperio uxori p manus tradito, uita decessit. Prægrãdi est pyramide sepultus. Cnidius Ctesias autor est, molis altitudinẽ nouẽ stadiorũ, fuisse lateraq; aliquãto spatiosius euagata. Eã media pinitiæ conditam memorant, aliquot stadia a Ninive urbe distantẽ regiũ id sepulchrũ diu postea suo mãsit uestigio, quũ Ninus ipsa sub id tẽpus intercidisset, ut certe nõ multo post̃q; Assyriorũ est regnũ a Medis euersum. Semiramis Nino uita defũcto aio agitare cœpit, qua ui qua ue arte tantã regni molẽ tuto administraret, parũq; ab initio cõsture poterat, utrũ cõducibilius esset, filio adhuc puero imperiũ permittere, an ipsa id administrandũ suscipere: nã sub muliebri imperio tot ferocissimas gẽtes diuti9 quieturas haud æquũ erat credere. Nec omnino tutũ uideri filio admodũ adulescenti summã rei tradere, q; ne sibi quidẽ p ætatẽ multũ saperet, nõ modo is esset, q; tot populorũ posset imperia moderari. Aliquãdiu igit̃ inter utranq; sententiã anceps ac cõsilij inops hæsitauit. Ad postremum inauditum ad id tẽpus facinus cõmenta est: filiũ pro matre assimulat, ipsa filij personã mentita, adulescentẽ agit. Erãt ambor ũ liniamenta tã indiscreta, statura ad hæc & uocis sonus, cæteraq; ita sibi respõdentia, ut celato sexu nullũ esset inter matrẽ & filiũ discrimẽ.

Semiramis filij personã assimulat.

Vnas igit̃ Semiramis ac cæterũ corpus nouo occulit amictu exornatq; caput tyara, proposito edicto, ut eodẽ uestigiũ cultu (ne qua inde suspitio ori rẽ) uulgo Assyrij uterent. atq; in hũc modũ regimen adepta, magnorũ operũ cõiugis æmula urbẽ clarissimã circa Euphratẽ cõdere adorta est. CCC. hominũ milibus futuro operi admotis. Sunt q; instaurationem fuisse hãc nõ ædificationẽ existimẽt locũq; cõfusiõis interpretent, ubi Nẽbrothi regia fuerit, ut in nino quoq; fuit, aut his certe locis, in q bus ea postea cõdita est, Assuris regnũ, a q̃ Assyria sit nomẽ sortita. Fuerũt hi ambo ex Noe, pnepotibus. Videtur Hebraicæ opinioni Trogus astipulari, q; ab Assyrijs Syrios esse ait, & nõa Syro Apollinis, ut Appian9 ait, filio: unde Assyriæ nomẽ factũ uideri possit. Cæterum siue instauratio ea fuit, siue (qd̃ plures tenent) conditio: urbs in uasta planitie sita est, quadrata figura ita ut. CCC. & amplius circuitu pateret stadia: murorũ amplitudo q̃nquagenũ cubitũ, altitudo quadruplo maior, ut Herodot9 scribit. Alij in quibus est Strabo, breuiorẽ areę circuitũ cæteraq; castigatius tradidere. Clytarchus & alij, qui in Alexãdri comitatu fuere, maiora quędã de murorũ celsitudine, q̃s Herodotus prodere sunt ausi. Mœnia lateribus, bitumine & arena constructa, tanto studio & celeritate, ut singulis anni diebus singula sint stadia communita. Quod si q̃s tantã mortalium uim operi adhibitã animo reputet, ueterũ testimonio accedat necesse est. CCC. turres habuisse memorãt, adhuc plures habiturã, nisi aliqua ex parte paludes & stagna pro mœnibus fuissent. Põs q̃nq; stadiorũ supra Euphratẽ nobili materia sed arte adhuc nobiliore, mur9 ab utraq; ripa flumi nis duct9, & Euphratis corriuatio i lacũ ad tẽp9 extructũ, nõ Semiramidis (ut plerisq; arbitrati sũt) sed Nitocris regię, q̃ post eã q̃nq; ętatib9 in Assyria regnauit, opa fuisse tradũt. Eiusdẽ fuisse creditit Herodot9 sepulchrũ supra portã urbis insigniter constructũ, atq; iscriptũ. Si q̃s forte regũ, q̃ post me in Assyria regnabũt, pecunię eritidigẽs, quãtũ op9 habuerit hic sumito: si min9 indigẽs, recluserit, haud expediet illi id facere. Mãsit locus usq; ad Darij tpa intact9. Is idignũ rat9 sub cadauerib9 trãsire reges, parũq; prudẽter ab his fieri, q; auro abstinerent, ad qd̃ tollẽdũ munifice ab his quoq; fuisset iuitarent, sepulchrũ demolit9 est: Ibi neq; auri q̃q; neq; argẽti est iuẽtũ, sed hęc pauca inerãt lapide icisa: nisi pecunia ĩexplebilis esses, lucriq; cupid9 nũq; mortuorũ urnas reserasses. Statuit Semiramis tẽplũ bello media urbe ãplissimũ eximiæ celsitudinis, cui9 fastigio diu postea Chaldei sũt usi ad ortũ occasũq; siderũ explorãdũ. Cõdidit & alias urbes iter Tygri & Euphratẽ. Obeliscũ pedũ cẽtenũ ac quinquagenũ in Armeniæ montibus excisum. Babylonẽq; delatum

Nitocris reginæ opera.

Nitocris sepulchrum.



delatũ pulice cõsecrauit. His operibus Semiramis defuncta in Mediã profecta est: ubi i Bagistanis cãpis horros laborioſi operis ab ea constructos fama est: mõte septẽdecim stadiorũ haud procul inde rescisso, in q̃ suã iussit imaginẽ incidi, ac circa eã cẽtũ alias q̃ terrẽ illi munera. Castigata deinde Zarciei mõtis asperitate, ad Echatanã urbẽ progressa, regiã inibi sumptuosissime cõstruxit cũ aquę ductu, mõtis quẽ Orontem accolæ uocãt, iugo ad id effosso. Hæc illa in Medis, quorũ finibus digressa montes alibi adæquauit. Quibusdã uero locis profundas in abruptũ ualles, locaq; inuia perplana accessuq; molliora reddidit. Aggeribus passim militari ope suscitatis, qua ipsa suũ metata esset tabernaculũ, ut uelut ex arce quadã oculis subiecta haberet suorũ castra: mãsit deinceps locis nomẽ, ut Semiramidis sint aggeres appellati. Et hæc quoq; in Persis. Aegypto deinde cũ Libyę parte peragrata, ad meridiẽ cõuersa, Aethiopũ gẽtẽ domuit. Quin & Arabiam subegisse uideri, in qua Abesanũ & Soractiã circa Characẽ & Petrã illi9 oppida, fuisse scribũt quidã. Postremo quũ gestarũ magnitudine omnẽ mẽtiri sexus inuidiã iã superatã arbitrarẽt, matrẽ se cõfessa, in Bactrianos uenit. Hic maiore quadã cupidẽtia te laudis accensa, Indis ad id tẽpus intactis bellum inferre statuit. Nullius gẽtis regio maiorib9 ambitur finib9. Nearch9 cãpestre quatuor mẽsiũ iter retulit: Megasthenes XX. miliũ stadiorũ orã, quę ab austro tẽdit ad caucasum: Deimach9 q̃ busdã locis XXX. & ampli9. Sed q̃ parcius hæc tradiderũt orã Indię ab occasu tredecim milib9 stad. patere aiunt: quæ ad oriẽtẽ solẽ obuersa est, duobus milib9 ampli9. Ctesias opinatus est Indiã nihilo reliqua Asia minorẽ. A tergo septẽtrionẽ uersus, extrema parte premit tauri mõtis quẽ ad ortũ pertendentẽ nunc Paropanisum uocãt nũc Emogdũ, nũc Imaũ, alijsq; nominibus, totũ uero caucasum dixere habet ad occidentẽ solẽ. Indũ fluuiũ, q̃ uniuerse dedit nomẽ terræ. Dedit etiã & mari, qua meridiẽ spectat: & ad ortũ rursus littore in uastissimos se fin9 curuãte, gãgetico & sinaico alluit. quo magis miror nõ defuisse q̃ Indiæ formã traderẽt rhõbo simile. Omniũ in ea fluuiorũ maxim9 Gãges. Megasthenes, qd̃ ad soli fœcũditatẽ attinet, bifarã, pdidit Indiã. Et in Musicanis gente eius terræ haud ignobili, phama est frumẽtũ tritico simile sua spõte puenire. Onesicrit9 q̃ ex Alexãdri comitatu un9 omniũ est Indiæ feracitatẽ diligẽtissime executus, quicq; ob rerũ nouitatẽ fabulatoris infamiã pene adĩt, tã eximiæ crassitudinis arbores in ea prouenire tradidit, ut capi nequeãt trunci quinq; hominũ cõplexu: ex alijs folia nihilo minora clypeo pendere, quasdam meridianis horis quinum stadiorum umbram iacere. Vino caret India, cert9 non defunt q; hoc quoq; musica nũ solũ ferre autument. Nardum fert australis ora. fert & Cinnamomum ut Arabia, & Aethiopia. Cẽtũ triginta annorũ ævũ agũt eorũ q̃ dã, ut Musicani. Senibus uita aliquãto lõgior, niger uulgo color, i materno utero tales fiũt seminis dispositiõe, quales ipsi sunt q̃ genuere. Genitale semen, ut Aethiopib9 nigrũ. Quorũdã coit9 more pecudũ in p patulo. Cõuiuia celebrãt in publico. Obsonia uenatu q̃runt. Neq; auri usus ullus neq; argẽti in oisa ria metallorũ copia. Seruitijs iuuẽtute utuntur. Ius nullũ nisi cædis aut cõtumeliæ, in eũ nil iuris est q̃ fidẽ uiolauerit, uelut cauti9 cum cęteris sit mortalibus agendum, uidendumq; cui credas. Nomades Indi crudis uescuntur carnibus. Mactant alij senio res parentes, eorumq; carnes esitãt, furto abstinent. Megasthenes omnia memoriter eos ministrare author est, q̃a null9 sit inibi lrarũ usus. In Chatei is in dis cremãtur uxores cũ uiris uita defunctis. Vniuersa gẽs olĩ in septẽ diuisa fuit ordies: quorũ philosophi honore & dignitate apcd̃ reges lõge anteibãt, p xim9 ãb his loc9 agricolis. Mox pastorib9 & ijs qui publice uenarent. bellatores q̃nto loco habiti: ide q̃uinciarũ & urbiũ pfides. Oim nouissimi cõsiliarij. Varia Indis & mõstrosa aialia. Elephãti pcipue magnitudinis & multo libycis maiores. Onesicrit9 mirabiliũ (ut dixi) scriptor in Abisari regione, dracones, pdidit duos Alexãdri tẽporib9 nutritos, qd̃ legati a rege missi nunciassent, unũ cubitorum octoginta: cẽtũ & quadraginta alterũ. Qd̃ uix ausus essem referre, ne fabulã potius q̃ historiã scribere uiderer, nisi Tubero & alij Romanorũ rerũ scriptores authores essent, Regulo res in Aphrica gerẽte serpẽtẽ cẽtenũ pedũ ac uicenũ ad Bagradã fluuiũ a Romanis militibus ballistis expugnatũ: reiq; argumẽto fuisse coriũ Romã ex Aphrica missum. Gignit Indica terra & tygres, quæ hyrcanis præstant magnitudine. Cercopithecos adeo multos in signi q̃ magnitudine, ut in eos Alexãdri milites uelut in hostes mõtiũ iuga insidẽtes humana specie decepti impetũ fecisse dicant. Sutq; erroris admoniti a locorũ peritis, nõ sine rubore arma inhibuerit. Sũt & formicæ uulpiũ magnitudine, diræ feritatis, auricq; effossi tenacissimæ. Sunt & pẽnati scorpiones. Vipera cubitorum sexdecim. Perdices anserũ magnitudine. Sed hęc cunctantius referenda, quę talia sunt, ut fidẽ haud dubiæ abrogẽt historię: cuius legis ne oblit9 uidear, sciẽs præterẽo, quæ Græci scriptores & nostrorum quidã eos secuti, de eius terræ monstris memoriæ prodiderunt: & q̃ unicornes equos ferat India: quosdã etiã hominũ naso carentes, & qui sine ore solo odore uiuant, quorum in Alexandri castra pauci admodũ perducti fuerint: monoculos, adhęc alios quosdã tã insigniter auritos ut aures ad pedes defluãt, atq; in alterutrã earũ decubent, quarũ duritie arbores cõuelant. Sed hæc & alia id genus quoniã magna opus fide ut pro uerijs recipiant, quã ne in ijs quidẽ, que sunt pene oculis admota, nisi grauate adhibent qui aliena legũt scripta, ne historiæ fidẽ abrogent, parcius sunt referẽda. Erũt igitur semel hæc in uniuersum de India dicta. Nunc ad Semiramidẽ reuertor, quę bellũ Indis illatura trienniũ in cõparando ornandoq; exercitu ab sumpsisse dicit̃. Proditũ memorię est hoc tẽporis spatio quinquies supra tricies cẽtũ milia hominũ ad bellum coegisse, & in his equitum quingẽta milia. Absitinerẽ ego tã audaci relatui: nisi Ctesias Cnidius & Diodorus qui illum secutus est huiusmodi copiarũ essent authores. Erat in hoc belli co apparatu elephãtorũ india Semiramis, quo affatim presidio utuntur Indi. Qua uiriũ parte ne inferior esset hoste, rẽ cõmẽta est regina memoratu dignam. Elephãtinas effigies bubulis multifariã corijs magno numero astruit, habuitq; in occulto id consilium Semiramis ne ad hostes eorum, quæ parabãtur, phama peruenire posset. His prius q̃ in Indos moueret camelos inclusit. Quos quum bellatoribus superne sedentibus repente equitibus uelut in acie obiecit, inanium beluarum occursu futurum rata, ut in uera pugna elephantos equi minus ac minus formidarẽt. Nec in hunc solum usum uana illa belluarum species quęsita, sed ad uiriũ quoq; ostentationẽ: ut quũ in hostium conspectu acies in procẽtu staret, inane illud ludibriũ in subsidijs locatum, uerorum procul elephantorũ terribilẽ p se ferret aspectum. Verum nihil postea res ipsa Assyrijs adiumẽto fuit, non magis q̃ multis post ætatibus

Indorũ politica.

Monstra ferarum.

Serpens apud Bagradam.

Cercopitheci.

Formicę indicæ.

Monstra hominũ.

Elephãti simulati.

Semiramidis copiæ.

Semiramidis aggeres.

Indię fines

Indię forma.

Portẽtosa. Indiæ ubertas.

Vita, Indorũ & mores.

Assur.

Babylonis appellatus.

tib⁹ Perſeo Macedonū regi: q eo bello qđ cū populo Romano geſſit, eodē uſus machinamēto pre lio ſuperat⁹ eſt. Sed dū cætera ad bellū expedi̅tur, in Cypro Syriæq; & Phœniciæ ora ad duo milia

Nauium apparat⁹

nauigiorū ſunt bello inſtructa. Cameli naues cur ribꝰ impoſitas in Indiā uſq; p lōga terrarū ſpatia deportarūt. Erat p id rēp⁹ Indiæ Rex Scaurobates, homo ingēti animo. Is audito hoſtiū apparatu, ut eā traiectu fluminis arceret, quatuor nauigiorū mi

Harundi naceę Indorū naues.

libus Indi fluminis alueū inſedit. Phama tenet na ues quibus Indi uſi ſunt harūdinacea fuiſſe, quod uix referre auſus eſſem ob rei inſolētiā, niſi grauiſſimi authores traderēt ea craſſitudine harundines ferre Indicā terrā, ut ſingula internodia nauigiꝰ uicē præſtēt triū hominū capacis. Hoc malim crede re, q; ex intextis harundinib⁹ inducto exteriore par te corio nauigia fuiſſe cōſtructa qđ & in Aegypto circa Nilū, & in Gallia ſolitū fieri reperio. Elephā tes ad hæc uenatu queſiti ſtudioq; ad bellū inſtru cti. & iā omnibus paratis, q; ad hoſtilē iniuriā arcē

Scauro batis le gatio.

dā neceſſaria credi poterāt, ad reginā Scaurobates mittit iā appropinquātē, muliebrē arguēs temeri tatē, q; bellū Indis inferre ſtatuiſſet, a quibus nulla eſſet, iniuria laceſſita: fore minitās, ut ſi eā præliō ui ctā cepiſſet, cruci (qđ ultimū merita cēt ſuppliciū) affigeret. Riſit minaciſſimā regis legationē Semira mis, uirtuteq; bellandū eſſe reſpōdit nō uerbis, ac cū his ad Indū flu. copias admouit. Audito hoſtiū

Scauro batis ora tio.

acceſſu Scaurobates in frequētiſſima ſuorū cōcio ne ita uerba fecit. Dira & execrabilis iniuria eſt hu mano generi noſtrorū patrū memoria ab Aſſyrio orta uiri fortiſſimi. Ninus ille nō regū modo, ſed oīm quicūq; adhuc in terra fuerūt improbiſſimus, nullo quidē exēplo, nullaq; externa ui laceſſit⁹, hu manarū g ētiū quietē regūq; & populorū ocia pri mus ſubuertere aggreſſus eſt. Fuerūt (fateor) ante illū, q ambitioſe magis q; crudeliter ultro mortali b⁹ bella intulerint. Sed hi ſola laude cōtenti, nihil ex uictis hoſtibus p ter uictoriæ nomē ſibi queſiue re, Inhumanum credo rati, uel ipiū potius nobile aial, ratiōis rerūq; cœleſtiū capax, ſeruitio adigere.

Vexores

Id Vexores Aegypti⁹, q i potū uſq; uictor arma p mouit, id poſtea Scythę q uexorē & oēm pene Aſiā uicerūt, mihi ſecuti uidēt: ſatis utriuſq; uiſum, uin cere potuiſſe. Cæterū omni maiore contumelia ab ſtī nuerunt, niſi immodicā Scytharū auaritiā fuiſſe dicat aliquis, q cū omnē Aſiā domuiſſent, neſcio qđ nimiū auri pōdus, ut perpetuū aliquod eius uic toriæ extaret monumentū, uictis gētib⁹ imperā

Arieus.

runt. Verū aliter Aſſyrius, q ut crudele imperiū in homines exerceret, Arieū Arabiæ regē p ſpeciē ſo cietatis primo ſibi obnoxium reddidit: inde finiti mos reges incauros adortus, ſi q facile ceſſere, ſatis habuit: tributo & ſtipēdio impatis libertate priua re, ſuę q; ditiōi facere. Qui uero ſuā libertatē tue ri co nati ſūt, hos uictos nō regno ſolū, ſed crudelē etiā in modū uitra ſpoliauit: & i his Pharnū Medo

Nini atrocia facta.

rū regē, quē quia ei⁹ dicto nō ſtati paruiſſet: cū uxo re & ſeptē liberis cruci miſerabiliter affixit. Dign⁹ ipſe q atrociore ſupplicio fuiſſet affect⁹ oblitus re ges ab initio iccirco inter mortales cōſtitutos, ut ſa pietia, æquitate, & uitæ innocētiā ptiuatis iniurijs reſi ſterēt: nō ut apta latrocinia i populos, populorūq; reges exercerēt. Ademit itaq; ille multis gentib⁹ li bertatē, eſtq; ea clades eo facili⁹ mortalib⁹ illata q̄ min⁹ fuit ab oīb⁹ expectata: Inſidiari (ut uere dicā) id fuit, nō bellare, opprimere, nō uicere: latrocinari nō imperio ſubigere: ſi dū ego ocia foueo, tu bellū medit aris, ſi dum paci ſtudeo, tu hoſtiliter inſidia ris: ſi dū inermis occurro, tu libertatē adimis. His il le artibus ſibi imperiū quæſiuit. Hæc neſariæ illi⁹ expeditiōis ratio. Nouiſſimū ei bellū cum Bactria nis fuit, gēte nobis finitima. Nemo eſt ueſtrū (cre do) q; nō quādoq; audiuerit, q; ab eo i Bactris geſta ſint. Vicit ille bis gentē ipſam, ſed tumultuario p lio uicit, nō legitimo pugnæ genere. Nā q illi ſua magis ſint culpa uicti, q; hoſtium uirtute, id argu mento eſt: q ſemel cum hoſte cōpoſito agmine cō greſſi, ad centum milia Aſſyriorū pauciſſimis ho ris reliquis ad mōtes cōpulſis, occidione occidere. Verum cadente rege, acciſis gētis opib⁹, intra mœ nia icluſi, hoſtis uictoriā diutiſſime remorati ſunt.

Aſteiſmos.

Quid q; ne uictoria q dem de uictis inertiſſimo ho ſti cōtigiſſet, niſi muliercula hæc q; nunc tātos ciet bellorum ſtrepit⁹, ex lacunæ crepidinibus ſublata,

Semiramis.

quæ priuſpene fuit uolucrum eſca, q; uagire cœpe rit, paſtorale ſcortum, in ea caſtra occurriſſet. Hæc q a regi q; fraude hoſtes ſuperi poſſent oſtendit: ne ſcio uiro an lenoni abducta, ad regiā libidinem ex plendā accerſita eſt. Accepit itaq; p mium in mite rātiſſima fœmina, nihil a ſuo ingenio alienum. At bona cōiunx (id em̄ nomē poſtea adepta eſt) uirū nefario dominatu fraude deiectum ad mortē cōpu lit. Cui⁹ uanitatis æmula, nouo ludibrio aſſyrium ludificata, uirilem ſexum mentita eſt, p filio regna re auſa magnā humani generis partē ſeruili operi addixit: magnificū & excellēs rata, ſi ut Ninus fece rat uaſtiſſimā planitiē eſſet mœnib⁹ cōplexa. Cum ea igit oparia manu nup ex Babyloniꝰ figulinis, muroru̅mq; ſtructuris reuulſa, p domitas iā antea gentes inſolenter euagata, null⁹ in tota Aſia eſt lo cus, in q; nō ſuæ uanitatis impreſſerit ueſtigia. Et hęc crudeliſſimi illius regni origo, hæc rerū incremēta fuerunt. His illa auſpicijs eſt imperiū adepta huiuſ modi militia uſa. Nūc ipudētiſſima fœmina atq; omniū quæ fuerūt unq; ſuperbiſſima, ad res indi cas occupādas animū adiecit, nō diuina nō huma na iura reſpiciēs: cæca dominādi libidine p æqua & iniqua agit: noſtris finibus copias admouit, im mo iā dudū i cōſpectu eſt. At nos nō ga nra potiſſi mū iterſit liberos, uxores, fortunas, oē i dicū nomē a tam deteſtabili iniuria tueri: ſed ut humanū etiā genus turpi ſeruitio indigniſſimoq; uniuſ fœmi næ dominatu uindicem⁹, temerarijs hoſtiū conati b⁹ occurrere æquū eſt. Et quod ad belli huius ratio nē attinet, nolo uos uiri fortes ignorare, cum quo ſit hoſte nobis res futura. Aſſyrius Indiæ bellū in dixit. Ea dico gēs quę ſuæ libertatis oblita prima omniū regię libidini ſeruire nō erubuit: unde illa ſatellitū man⁹ profecta, quę per oēs terras regium eſt faſtum & ſuperbiā comitata: quæ poſt deteſta bilē illā regis expeditionē in murorū ſtructuris re liquum uitæ tēpus ad hunc diē egit. Quæ priore dominatu ſublato aliquātō turpi⁹ molliſſimæ ſer uire nō recuſauit, quæ (ut phama ſertur) nullū egit diē in caſtris ſine adulterio, & qđ adhuc magis ſit deteſtabile, raro ullus ad eam adulter bis admittit̄. Huiuſmodi ducis ductu Aſſyrius iā dudū militat, cum hoc illa exercitu alteram Indi fluminis ripā temere inſedit. Nec quia tot hominū milia ſecum trahere dicatur, quēq; mouere debebit: quippe qui tā molles ſint, q; ipſa, quæ imperat regina. Addo q; præter regionē, q; ab omni parte tutiſſima eſt, a frō te Indū habemus, omniū fluuiorum poſt Gāgem maximum: a tergo ipſum Gangē: hinc mare, inde Caucaſi iuga. Quod ſi uiri ut debem⁹ nō fœminæ ſumus, non aſſyriū ſolū hoſtē moliſſimū, ſed to tum etiam orbem terrarū procul ab Indiæ finibus haud dubie diſtinere poſſimus. Elephantis uulgo abundam⁹, quos ſi acie dimicādū ſit, haud uereor quin magnū ſint adiumētum nobis ad uictoriam allaturi. Compertū habeo Aſſyrium quia tali p ſi dio careat, uana belluarū ſimulacra ſibi effinxiſſe, quoniā (ſi credibile eſt) puerili nos uanoq; ludibrio perculſi earū belluarū effigies fugituri ſimus, quas nō ſolū uenamur, ſed & ad bellū inſtruimus, dome ſticatim in omnē fere uitæ uſum cicuram⁹. Hæc igit̄ ſunt hoſtiū cō filia, hæ uires, quibus molliſſima fœ mia duce nobis eſt bellū illatū, exercitu ipſo multo molliore: i q; nō robur nō diſciplina militaris, nō re rū experientia ulla: in quo præter muliebrē mollitiē nihil temere reperias, q; q; ſi fortiſſimi eſſent, tamē re gionis ſitu, proprijſq; uiribus fretos pro noſtra to tiuſq; Aſiæ ſalute nō ſolū reſiſtere, ſed ire etiā obuiā

Indi flu. ortus & incremēta.

præſenti incēdio oporteret. Quod ſi audaciſſimi illo rū conatus a nobis (ut ſpero) fracti fuerint, autores cæteris mortalibus erimus, nō ſolū nefario domina tui reſiſtendi, ſed ſiqui etiā antea ſeruitutis iugū tule re, id ipſum a ſuis ceruicibus excutiēdi. Sin (qđ nō lim) uicti erimus, eo minus digni ſeruitio iudicabi mur: quo acrius pro tuēda libertate fuerit a nobis di micatū. Sed cauſa ſumus & uirtute meliores, quarū hęc uictoriæ eſt comes, illa mater & altrix. Atq; eiuſ modi ille hortatione uſus in aduerſa Indi ripa claſ ſem inſtruit. Eſt is oīm fluuiorū, qui ſunt celebres in terris, poſt Gangē ampliſſimus: ut non immerito tā tū telluris, quātū India amplectitur, ab eo ſit nomē adeptū. In Armenię mōtib⁹ oritur, pluribuſq; flumi nibus augetur, & in his XV. nobiliſſimis ad meri diē i mare cui cognomē indidit duob⁹ decurritoſtijs. Feruīt tā lato interdum alueo fluere, ut ad cētū pateat ſtadia: q parcius id tradidere, dimidio minorē fecere.

Indorū cum aſſyrijs prælium naſuale.

Inſtructa igitur utrinq; claſſe, medio eſt alueo cōcur ſum: fuitq; aliquādiu anceps pliū, multiq; interim, aut cæſi ſunt, aut in altū amnē uarijs caſibus præcipi tati. Demū fortuna inclinātē fuſis fugatiſq; Indis ad mille eorū naues, & cū his uis hominū ingens ſunt aut captæ aut depreſſæ. Semiramis uictrix cōtinuo fluuiū pōte iūxit, præſidioq; ab utraq; ripa impoſi to, oēs per ociū copias traduxit. Et ne qđ a tergo, qđ hoſtiū eſſet, relinqueret, aliquot interī inſulas, quas temere indus facit, parte nauiū ad id miſſa, occupat. Vnde ſuper opulentā prædā ad cētū accolarū milia ſunt in ſeruitutē abducta. Scaurobates, qui ab initio optauerat ſibi occaſionē dari cū Aſſyrio acie dimicā di, ratus adeſſe tempus quo reginā præſenti uictoria exultātē, facile eo traheret, ut ſecū de totius rei ſum ma acie dimicaret, fugienti ſimilis procul a flumine cū omnibus copijs receſſit. Id metu fieri non arte Se

Recens Scauro batis hor tatio ad ſuos.

miramis rata, præſidio circa pōtē relicto, nec a tergo ullus hoſti locus ad inſidias relinqueret: ſpei plena in regē quadrato agmine ire pergit. Et iā Aſſyrius in cōſpectu erat, cū Scaurobates iterū ſuis, ſeſe ut ad pu gnā expediāt, edicit. Nō eſſe cur animū ad unam ad uerſam pugnā remitterēt, q; nō ſua uirtute hoſti pro ſpere ceſſiſſet, ſed robore nauiū quas Aſſyrius inſtru ctiores ualidioreſq; q; indus habuiſſet. Quin in terre ſtri pugna, q; iā inſtaret, omnē ſpē repoſitā haberēt, in qua & uirorū robore, & Elephantorum preſidio, quo Aſſyrius maxime indigeret, abundarent. Niſi forte inanes illæ imagines, quas ad terrorem hoſtes effinxiſſent, hæ habendæ eſſent, q; elephantorū agmini tuto proponerentur: aut Indi tā pueriliter ine pturēt, ut leuiſſimū ludibriū eſſent in acie formidatu ri. Sed contra futurū, ut non multo poſt Aſſyrius ſi bi rem cū fortiſſimo genere hominū, nō cū pueris eſ ſe experiretur. Irent fortes in eā aciē, in qua non ſibi ſolū, ſed uniuerſis gētib⁹ eſſent haud dubie ſalutem quæſituri. Hęc ille. Atq; cū his ſimul aciē inſtruit, in fronte equites, & currus primo locat, peditū phalāx ſtetit his proxima cū elephantorum præſidio. Semi ramis & ipſa cōſtitit ſtructis ordinibus. Inde utrinq;



magno clamore concurrit, acciditq; ut primo con greſſu Indici equi ueris aſſueti elephātis, uanitate il la inſolita & odore territi conſeſtim terga uerterint. Fuſum equitē Semiramis prima acie dimicās, cum lectiſſima bellatorū manu fugientē ſequitur. Scauro bates nihil ad ea turbatus, equitib⁹ ſine maiore tu multu intra phalangē acceptis, pedeſtre agmē præ euntib⁹ elephātis, in hoſtē immittit. Hic redintegra to prælio fœdā indicę belluæ uanis impactę Aſſy rijorum beluis, hominū camellorūq; ſtragē edidere: mox in fortiſſimā aciē actę, incredibilē uim homi nū obtriuere. Ex ſublimi elephāto rex dextro pugna bat cornu. Forte accidit ut & Semiramis eodē tēpo re ſiniſtro latere pugnā cieret. Et q; uis ob multā ſtra gē res ad fugā ſpectaret, ſuſtinebat tamē ſua præſen tia & hortatione fortunā aperte inclinātem. Eā rex procul conſpicatus ſagitta primo, inde iaculo confi xit. Tū Semiramis duobus uulnerib⁹ acceptis, in ce lerrimū equū, quē in hunc uſum paratum in acie ha buit, celeriter cōſcēdit, cuius uelociſſimo curſu quū a tergo hoſtis imminēret, ægre ſeruata eſt. Tum qui circa illā prælijū obibāt, reginā cruore fœdatā trepi dęq; pugna excedentē intuiti, ſolutis repēte ordini bus fugā capeſſunt. Oriē itaq; cędes ingēs, ut in tā nu meroſa fuga, in qua uno tēpore tot milia fugiēdium terga cæderētur, oriri oportuit. Paſſim trepidum ag men Indus uictor tota planicie agit. Innumeri mor tales in aperto oppreſſi ſunt: ſed in ipſis locorū an guſtijs multo plures, ubi immenſa uis hominū diu colluctata, quia uno uado tot milia perrumpere nō poterūt, incredibilē cædis materiā uictori prębuit. Ad ripā uſq; fluminis Indus effuſa ſtrage fugientē hoſtem ſecutus eſt. In cuius ripa longe fœdior cędes peracta eſt cædes. Plurimi etiam pręalto flumine ab ſorpti ponte media trepidatione ſoluto. Semiramis, ubi hoſtem adeſſe ſenſit, & iam partem ulterio rem pontis ab eò teneri, ſubito illum reſcindi impe rat. Res ut improuiſa aliquam etiam uictoribus cla dem attulit. Multi enim cum ipſo ponte impetu flu minis correpti altis ſunt uorticibus abſumpti. Scau robates, p digijs & uatū monitis deterrit⁹, ne fluuiū tranſiret, ad ripam progreſſus ab omni alia inſecta tione deſtitit. Semiramis permutatis cum hoſte cap tiuis in Bactrianos reuerſa, maiorem exercitus partē dimiſit. Nec ira multo poſt a Nino filio inſidijs ex cepta periit, quum duos & quadraginta regnaſſet an nos. Diuerſa omnino de eius exitu phama eſt. Creſias & qui cum eo ſentiunt, Semiramidem aiunt filium inceſti appellare auſam, tentati ſcele ris odio ab eo interfectam. Satis conſtat tam im moderatæ libidinis fuiſſe, ut equum, ſuba autore, ad coitum amauerit: & quæ in caſtris qui dem, uel medio belli ardore, uirorum congreſſu abſtineret: Sed quum lectiſſimum quemq; for ma appeteret, confeſtim rabernaculo dimiſſum oc culte interficiendum curabat. Ego tam diu credi derim id ab ea factitatum, dum uirilem mentita eſt ſexum. Fuerunt ſcio ex Græcis ſcriptoribus, qui diuerſa ab ea quæ uulgata ſit, uſa ingreſſam. Semiramidem ad regnum peruenisſe crederent, ut quum floreti forma & ætate eſſet, probareturq; eius mores a uiro, non minus q; forma, ab eo pe tere non dubitaſſe, ut ſe quinq; duntaxat dies re gnare pateretur. Quod tempus cum nihil grauate impetraſſet, a deo obſequio & munificentia pau cis diebus ſe Aſſyriorum primoribus inſinuaſſe, ut uiro in cuſtodiam conjecto bona omnium ue nia in regno perſeueraret. Sed quoquo modo im perium fuit adepta, inter omnes conuenire uideo imperij fines eius uirtute nō ſolum defenſos, ſed ma

gna

Degenerat. Nin⁹ Iuniora patrũm indole.

gna etiã ex parte ad meridiem propagatos. Ninus sublata matre nihil parentũ vestigia secutus: omni armorum studio abiecto, ad ocium se & voluptatẽ contulit. In eo si non fortiter, callide tamen præsentí fortunæ consuluit: vt rad populos in fide retinendos, quotannis ex toto regno accuratiorem haberet delectum, noua communiret castra, quasi subitum aliquod moliretur bellum, & iuuentutem ratus ad militaria munera obeunda promptiorem fieri, si frequẽti delectu ad signa reuocaretur, & siqua defectionis consilia occulte in populis mota essent, præsentium copiarum metu opprimerentur. Cæterum ea Ninus per præfectos agere, ipse inter eunuchos & puellarum greges omnium molissimus fœdis se vo luptatibus immersit, quibus turpiter captus, aliquã to turpius consenuit. Eius vestigia alij qui post illũ sunt rerum in Assyria potiti ad vnum secuti, nihilo meliore phama vixere: donec Sardanapalo, qui vltimus in ea gente regnum tenuit, sublato, imperium, quod proprio sit loco referendum, ad Medos trãslatum est.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENEADIS PRIMAE. LIBER II.



Sodomitæ bello ab Assyrijs petũtur.

VM Nin⁹ Iunior in Assyria tã molliter regnat, Habraamus ex Aegypto reuersus eam Cananeę terræ incolebat partem, in qua ex Mesopotamia profugus iam antea confederat. Hoc temporis spatio Sodomitarum Reges, qui longe inter finitimos (vt tum hominũ opes erant) opibus pollebant, ob tributũ regi denegatum, aut certe aliquanto segnius missum ab Assyriis bello petiti sunt. Fuit circa Sodomã vrbẽ locus, Puteis erat illi nomen, mox vero subita rerũ mutatione miraculo in ijs locis facta, lacus quẽ a scatenti bitumine Asphaltitẽ dixere, repente extitit. tũ vt dixi terra erat. Hic Sodomitæ cum hoste acie congressi, prælioq; superati, preter eos, qui pugnando occubuerant, pleriq; sunt in captiuitatem abducti, & in his Loth Habraami fratre genitus. Colebatis circa Iordanem amnem haud procul vrbe prædia, & si non adeo magna amœna tamẽ & frugifera. Est Iordanis, ob Christi summi Regis lauacrum, omniũ quæ sunt hodie in terris, præcipua religiõe insignis, ex Peneade, qui cæsareæ mons est duobus fontibus oritur, Ior huic nomẽ: Dan illi est, vt Diuus Hieronym⁹ tradidit, vnde & Iordãis facta vox est. Amœnis ipse aquis, ac siqua locorum angustiæ patiũtur, benigne sese accolis insinuãs: in Asphaltitem lacũ, ipsum alioqui laudatissimas amittit, pestilentibus vndis mixtus. Lacus preter bitumẽ nihil gignit: rari in eo & cameli fluitare creduntur. Ex quo phama tenet nullum solidum corpus his vndis immergi. Inde Iordanis emersus, perq; angustam vallem aliquandiu luctatus, Genesaram sacro flumine auget lacum. Commotus igitur Sodomitarum clade Habraam⁹, cũ trecẽtis ferme ex vniuersa familia lectis (stimulat illi⁹ animũ Lothis necessarij sui miserabilis casus) subito occursu hostẽ pda honustũ, nihil mi⁹ q̃ insidias cauẽtẽ, circa alterũ Iordãis fontẽ intẽpesta nocte adortus, haud magno negocio, opprimit. Hic plerisq; somno & labore pressi, pri⁹ oõ cessi sunt q̃ vllus ad eos hostiũ sensus puenerit. Alij semisomnes & ad primũ tumultũ titubãtes, quũ neq; arma neq; certã fugã expedirent, nocturnis tenebris disiecti, quo met⁹ quẽq; aut fugę impetus detulit, diuersi abiere. Habraam⁹ victor præda & captiuis receptis, cũ ingẽti lętitia & gratulatione in valle regia, via q̃ Solymas ducit: a Melchisedeche viro sup nomẽ regiũ iustitia etiã & sacerdotio insigni, excipitur. Occurrit eodẽ illi loco Sodomitarum rex, qui post mutuas gratulationes suis cũ preda ex Habraamo receptis, alia ex hoste quæsita ob rem bene gestam fortissimam cohortẽ habere permisit. Tum (vt sacræ literæ tradunt) Habraamo numerosa est soboles cœlesti oraculo, pmissa, atq; ob id ipm trimulã ille Deo optimo bouẽ, trimulã caprã, arietẽ trimulũ, cum ture & colũba sacrificauit. Iosephus autor est: anno duodecimo ex quo tributũ Assirijs pẽdere sodomitæ cœperãt, hec circa Iordanẽ accidisse. At satis constat Habraamũ nouissimis Nini tẽporib⁹ natũ, quũ ille duodeuiginti annis imperiũ tenuisset. Eusebius tris & quadraginta scribit, ac primos omniũ Syros Euphratis accolas, aliosq; Syrię circũiectos populos tributarios factos. Quod si ita est, nõ video quo pacto tẽporũ ratio illi cõstare possit. Affirmare igitur oportet: in Semiramidis, aut certe i iunioris Nini tẽpora eã expeditionẽ incidisse: quũ maiore Nino ex humanis decedẽte, nec arma quidẽ p ætatẽ ferre adhuc posset Habraamus. Liber credere librariorũ id erratũ non autorũ esse. Quippe qui quũ in multis, tũ in his q̃ numeros cõtinẽt sæpissime decepti, inexpiabilium pene errorũ tenebras posteris reliquere. Sed vtcũq; res habet, Habraam⁹ Ninorũ ætatibus interiectis, quũ multa religione gentilicq; pietate cõsenuisset, esset q; iã octogenari⁹, ex Agare ancilla Aegyptij generis filiũ tulit Ismaelẽ, vnde Ismaelitarũ genus, qui dein Agareni dicti sunt, & vt Eusebio placet, ad posteremũ Sarraceni. Mox vicesimo abhĩc anno, cẽtũ iã annos natus Habraamus, ex Sarra cõiuge, quę ad vltimã senectã fuerat sterilis, Isaachũ genuit, quẽ diuino monitus oraculo circũcidit. De mysterij huius ratione varia (vt video) traduntur ab ijs quos sequimur. Quidã nihil præter obscœnorũ mũditiã ea re queſitũ existimãt. Alij figurã eã fuisse aiũt: sed quã ne ipsi quidẽ Hebræi satis intellexerint. Nõ desunt, q̃ id insigne ob eã causam gẽti inditũ putẽt, quo numerosa illa progenies cœlit⁹ Habraamo promissa a cæteris esset gẽtib⁹ discreta. Ethnici scriptores circũcidi proprijũ & vetus Aegyptiorũ arbitrati sunt: quẽ morẽ Colchi & Hebręi inde oriũdi postea tenuerint. Sed tã in hoc q̃ in plerisq; alijs decepti plura Aegyptijs tribuũt, q̃ gẽs ipa ex Habraamo (vt supra ostẽdim⁹) accepisse videri potest: & mox lõgo interiecto tẽpore ex Habraami pro nepotib⁹, q̃ Israelis filij fuere. Sed eadẽ illi diuinarũ rerũ ignoratiõe, aut fortunę, aut dæmonũ ambagib⁹, q̃bus tũ vulgo oẽs fere gẽtes seruiebãt: aut (qd̃ min⁹ sit inuidiosũ) physicæ tribuũt ratiõi, q̃quid dei optimi maximi, aut iussu, aut permissu, miraculose in humanis accidisset. Id quũ ex multis alijs põt percipi, tũ ex eo, q̃ vulgo Græcis scriptoribus psuasum est: Sodomã & alias circũiectas vrbes, q̃ sub id tẽp⁹, quo Isaach⁹ natus est, cœlesti flama iteriere: idcirco incẽdio absumptas arbitrant, q̃ locorũ natura cauernosa esset & sulphurea, & ob eã rẽ huiusmodi casib⁹ obnoxia. Quã quã imprudẽs Strabo veritatẽ pene exprimit. Quia regio sit ignea, multa inquit signa afferũt. Nã & petras aspas exustas circa Moasadas ostẽdũt, & multis in locis præruptam terram cinerulẽtam & picis guttas ex petris distillantes. Flumina fœtido odore effluentia & habitationes passim euersas, vt ijs fidem habeant, quæ ab indigenis prædicantur, q̃ in ea regione

Habraami victoria.

Melchisedech sacerdos & rex.

Habraami seculum.

Circuncisiõis causa.

Cuius gẽtis fit propriũ circũcidere.

Varia de Sodomę excidio opinio.

Vbi Habraam⁹ sepultus



regione plures vrbes habitarentur olim, quarum Metropolis fuerit Sodoma, quæ adhuc lx. stadiorum ambitum feruet & quod ex terræmotibus & ignis afflatu aquis calidis & bituminosis & sulphureis lacus eruperint, & petræ igniferæ factæ, & vrbiũ aliæ absorptæ, alię ab his, qui effugere potuerunt, relictę. Audiuerant Græci (quis nõ videt) hæc quandoq; his locis accidisse, sed diuinorũ ignari ea fuisse loca miraculo excisa percipere nõ potuerunt. Quod nisi in tenebris errauissent, vel ex eo qd̃ dicam miraculo factum credere potuissent, quod nemo prius tale aliquid aut postea terris ipsis accidisse, quod sciam, tradidit. Cæterum si locorum natura esset in causa, emicuisset interuallo temporis is ignis interdũ, vt in Aethna, & Aeolijs insulis: aut certe aliqua subiectæ materiæ proderentur argumẽta. Moses, Iosephus, & alij Hebraicæ vetustatis scriptores, Sodomitas aiunt Gomorreos & alios quosdam finitimos populos diuitijs ea tẽpestate & ocio florentes, in omne libidinis flagitium abijsse, ita vt mares vulgo muliebria paterentur. Atq; in tantum fœdissima libido omnium animos incesserat, vt ne ab hospitibus quidem violandis abstinerẽt: ob id q̃ cœlesti flamma vno tempore extinctos. Loth viri iustissimus & ipse loci huius incola, vnus omnium cum coniuge & liberis ea est clade seruatus. Is cœlesti prius voce monitus se suosq; imminenti periculo subtraxit. Incidit Sodomæ & aliarum huiusmodi vrbium deflagratio, quando tempus haud diserte ponitur, in annum fere alterum ac septuagesimũ supra ducentesimum ac ter millesimum ab orbe cõdito: qui Christi regis aduentum præcessit annos mille noningentos septem & viginti. Sub ipsum Sodomæ excidium Habraam⁹ ex cananea terra in palæstinam cum vxore & liberis totaq; familia migrauit. Causam eius profectionis non tradunt ij quos sequimur. Hic ille aliquot annos commoratus, Senex nouitate rei attonitus aliquandiu immotus constitit, mox iussa executurus, iuuenẽ eorum, quæ parabantur ignarum, in altum abducit montem. Mørim loco nomẽ fuisse memorant. Hic Habraamus lachrymans filium iam robustum atq; ætate præferocem, cæterũ nihil reluctantẽ, post eaquã numinis iussu sese aræ admotum ex patre cognouit, humi proiectum colligat cæterisq; ad holocaustum paratis, iam cultrum iugulo admouerat, quum iterum superne est admonitus, iussusq; cædę abstinere. Iam satis probarã Deo esse ipsius pietatem: atq; cum his ostia rite immolanda cœlitus senis est oculis oblata. Genuit Habraamus plures inde filios non ex Sarra, q̃ eo biennio, quo hæc apud Morim acta sunt, vita decessit: sed ex Cethura, quã illi superduxit vxorem, quorum maximum natu Aphrum fuisse memorãt. Biblyaci libri Habraami eum nepotem fuisse significant non filium, Madiaq; procreatum. Aphricam quia cum filijs in eam terram penetrasset, ab hoc ipso nominatam prodiderunt quidam: & in his Alexander cognomento Polyhistor, & Iosephus hebraicę vetustatis autor. His porro diuersa Græci & Latini scriptores de nominis ratione tradunt. Isaachus in successionis spem oĩm diligentissime educatus, Rebeccã Bathuelis filiam ex Mesopotamia duxit vxorem, cum iam quadraginta natus esset annos. Inde haud longo interiecto tempore Habraamus fato decessit. in Hebrone sepultus est cananeæ terræ, vbi iã antea Sarræ fuerat sepulchrum extructum, marito quadringẽtis siclis

Sodomę & Gomorrę excidium.

Professio Habraami ex cananea.

Isaachi obedientia.

Habraami pietas

Apher.

agrum redimẽte. Sub id tempus Cres indigena primus omnium in Creta insula regnauit: a quo videri potest ipsi nomen insulę datũ, quum prius Aëria diceretur, etsi non desunt (quod in cretensium rerũ relatione monstrabitur) qui aliunde id nomen indi tum existiment, Cretem ex corybantib⁹ vnum fuisse memorant. Corybantũ infantis Iouis tutela fuit. Ortus is in Creta est per id rempus, quo Ninus maior imperauit, aut certe non multo post. Satis constat Saturnum, qui fuit illi pater, Belo æqualem fuisse: Belus Ninum genuit: estq; Saturnus idcirco cœli filius creditus, q̃ porrò ille a filio fugatus quum in Latium venisset, mirati eius virtutem locorũ indigenæ, ut cœlo demissum, venerata est ignara vetustas. Enimuerò cuius parentes parum noti essent, terra genitos (vt Felix Minutius scripsit) prisci mortales crediderunt. Mox verò quum multa idem variaq; prudentiæ apud rudis homines experimenta deposuisset, facile consecutus est: vt cœli sit filius & terræ creditus. Sed vt cæteri mortales, is quoq; fato defunctus est. Pari necessitate Iuppiter interiit. Ennius in sacra historia: Postq̃, inquit, Iuppiter terras quinquies lustrauit, partitusq; est suis imperiũ, mores, leges, aliaq; commoda constituit hominibus, immortalem gloriam memoriamq; adeptus, ætate consumpta, vitam cum morte commutauit. Funus Curetes eius filij, pcurarũt, sepulchrũ est in Gnosso Cretæ oppido, ita Græcis literis inscriptũ: Iuppiter Saturni filius. M. Cicero tris fuisse Ioues ijs libris quos de deorũ natura scripsit, arbitrat⁹ est, quorum duo arcades fuerint: Tertius cretensis, cuius in ea insula viseretur sepulchrum. His haud dubie apparet mortalem Iouẽ fuisse, mortalisq; patre natũ. Potuit itaq;, & debuit quidem impia vetustas aliud procul a terris numen sibi quærere, ad cuius prouidentiam omnia referret. Nec in Creta solum est recẽs ea tempestate regnum exortum, sed & Argiuũ in Thessalia. Fuit Argos vrbs vetustissima in ea terra haud procul inde vbi postea Larissa habitata est. a Phoroneo conditum Argos quidam arbitratrati sunt. Sed in eo Inachus regnasse dicitur, qui fuit Phoronei pater. Quum Ro. rerum potirentur nulla vspiam eius oppidi extabant vestigia. Vnde suspicandi materiã quibusdã præbitam existimo, campum fuisse quendam non vrbẽ in Thessalia, cui id nomẽ fuerit. Sed clarissimi Græcorum scriptores & ex Romanis quidam Pelasgium argos antiquissimam regum sedẽ fuisse putauere: vbi primus omniũ Inachus regnauerit. Huius filia Io a Phœnicibus naui est in Aegyptum delata. Phœnices peruetustum genus hominum: & qui ab Erithris olim profecti eam Syriæ partem tenuere, quæ postea Phœnice, ab Agenoris filio, siue pater (vt alij scribunt) ille fuit, dicta est. Primi (vt creditur) mortalium ad ignotas oras delati quũ Græciæ forte littus tenuissent, diuendi tis per ocium mercibus, regiam inde puellam, quæ cum æqualibus ad littus spectandi studio descenderat, vi rapram secum deportarũt. Aegyptij ad quos delata est, sub Isidis nomine, quia tritici & hordei ipsi genti prima vsum demonstrasset, legesq; vinculum humanæ societatis maximum proposuisset: diuinos illi honores decreuere. Id Phœnicum exemplum Græci secuti, & ipsi haud simili iniuria abstinuerunt. Medea postea ex Colchide abducta. q̃q; aliquanto prius & Europam Agenoris filiam ex ipso phœnicum littore Cretes auexerunt. His vetustatis rudimentis Alexander Priami filius instructus, ad Helenam ex Peloponneso rapiendam nauigauit. Ex qua postea iniuria ingens est Asiæ conflatũ bellum. Sed de his quã verissime potero, suo dicam

Cres Corybantes.

Iuppiter Saturn⁹.

Cur cœli filius Saturnus.

Iouis mors.

Iouis sepulchrũ.

Tres Iones.

Argos.

Inachus.

Prima iniuria a Phœnicibus orta.

loco. Nunc in hebraicis est rebus commorandum, quæ aliquot ætates troiana tempora præcesserunt. Ex Isaacho Habraami filio & Rebecha Bathuelis, Esaus & Iacob geniti, puerperio uno ambo nati. Cæterum, quia Esaus prior in lucem exiuisset, ut hæ reditarium ei nomen gentis relinqueret, pater quū iam fatale uitæ tempus appropinquaret, uenatum ut exeat præcipit, sibiq; cœnam ferinis carnibus opi pare instruat, ut quum abunde epulatus esset perpe tuum fortunarū successum illi e cœlo precaretur, atq; cū his hæreditariū nomen traderet. Paret patris imperio Esaus, ac spei plenus utpote qui nullas ue rertur insidias solicita indagine syluas lustrat, stu dioq; feras insectatur. Interim Iacob Rebechæ ma tris consilio usus, hæres a patre instituitur. Etenim quum gemini essent, ita forte acciderat, ut utercp parens uario utrumq; amaret affectu. Erat in Esaum propensior ille, contra in alterum Rebecha mater. Huius itaq; monitu instructus, ex hœdorum gregi bus Iacob cœnā seni quam maxima potest arte cō parat, dextraq; pellibus obuoluta, absentis personā mētitur fratris. Erat Isaachus luminibus captus lon gæua iam ætate exacta. Cæterū quum aliquid om nino diuersum ab Esau Iacob sonaret, hispidaq; interim tractaret manus, aurium iudicium secutus exclamat senex: Esaum inquit teneo, sed Iacob me audire arbitror. Satis constat Esaum hispido corpo re fuisse, quæ res effecit ut senex manuū attractatio ne deceptus, omnia prius quam Esaus domū reuer teretur, bona a Deo minori filio precatus sit, eun demq; hæredē instituerit. Is ubi ea quæ se absente facta erant ex patre audiuit, irarum plenus fratrem Israelem uocat patris illusorem, insidiatorē fratris uociferat. Mox uero ubi nihil eorum quæ facta fue rant mutari uidit, uel q̄ id facere nollet pater, aut qa non posset, nihil obscure ultionē cōminari. Quod mater uehementer uerita Israeli autor extitit, ut in Mesopotamiam transiret, futurū pollicita: ut in ea terra ab hominibus suæ familiæ, que tota fere regio ne ac Carris maxime frequens & celebris esset, beni gne exciperetur. monstrare ad hæc illi magnam oc casionē coniugis ex ea gente ducendæ, quæ propin quitate generis sibi perne cessaria esset. Matris igitur suasu Israel (id enim nomen postea illi fuit) domo profectus longum in Mesopotamiā iter ingressus, dum cananeorum refugit congressum, ob ueteres cum fratre inimicitias, per loca humano cultu deser ta interdiu faciebat iter, noctu sessum labore corp⁹ quieti dabat. Hic quum longa fatigatus uia sub dio iacuisset saxo capiti subiecto, per quietē scalas se ui dere imaginatus est a terrę facie ad cœlum surrectas, multoq; mirāda specie iuuenes, & forma augustio re humana ascensum per eas moliri, ac descensum: monericp; interim sibi uisus est cœlesti oraculo, per geret in Mesopotamiam ire, sciretq; nuptias quas animo agitasset nō solum prospere cessuras, sed mi randa quoq; inde sobolis incrementa ad posteros uentura, eamq; stirpem per omnes terras celebrem futuram. Hac ille nocturna fretus imagine, post quam in Mesopotamiam uenit ad Labanem Ba thuelis filium auunculum suum, qui (Carris habi tabat, decreto diuertit. Is sororis filium incredibili lætitia complexus, ubi profectionis ab eo causam, sororisque consilium accepit, confestim Rache lis filiæ adhuc uirginis ei nuptias pollicetur. erat il la omniū Labanis filiarum forma longe pulcherri ma. Verum ne ut Rebecha soror per speciem connu bij procul domo ablegaret, longioris morę causam cōminiscit: ita futurum ratus, ut quicq̄d patrię parē tumq; desideriį in eo esset, longa tēporis intercape dine minueret. Paciscitur itaq; cum Israele ut septē annos suas ille oues pascaret: ac tū ita fore, ut Rache lis cōnubio potiret. Accepit iuuenis cōditionē puel læ cupidus. Septē inde annos auunculo famulatus Rachelem sibi dari postulat: tū Laban ut longioris adhuc moræ causam necteret, pro Rachele Lyā ma iorē natu faciesq; parū liberali illi per noctē subiecit, qua postea fraude aiaduersa, auūculi p̄fidiā iuuenis incusat: q; nō cōsanguinitatē, nō hospitij iura ueriē⁹, se post longā fuiturē optatissimo fraudasset connubio. ingrati quidē animi parūq; ciuilis exemplū dicere, pueriliter sororis filiū post longā ab eo nauatā ope ram, sua mercede priuare: futurū ut si apud mortales ea iniuria inulta esset, diuinæ iustitiæ debitas q̄sq; exolueret pœnas. Pudore Labanē facti, suamq; in fi lias charitatē excusare, mox cōsulendo hortandoq; eo perpulit, ut sibi totidē adhuc annos seruiret, de mum fore ut Rachelē duceret uxorē, atq; ita cōtigit, ut duas ex eadē domo Iacob duxerit sorores. Per q̄ tēpora aut certe nō multo prius Apis in Aegypto coli cœptus est, de quo in Aegyptiacis rebus referen dis commodior erit sermo: & in Europa Thessalus Græci filius, a quo Græciæ est nomen inditū: in ea terra, quæ ab eius noīe Thessalia est postea nuncu pata, sub id tēpus regnasse traditur: & Iobilei quadra gesimi quarti initiū (ut Hebræoq; quidā memorāt) quum annos ferme centū Isaachus esset nat⁹. De hu ius quoq; nominis rōne, & celebris anni instituto, quæ relatu digna uidebunt suo postea loco explica bunt. In hæc quoq; tēpora Eusebius reiecit diluuiū illud q̄d sub Ogyge factum esse memorant. Id uero ut ignobilius eo fuit, q̄d sub Noe fieri cōtigit, mi nusq; late est euagatū, ita multo atrocius Thessalico illo quid (Deucalion fugit) quoq; Phocidē & Par nasum ducentis & amplius ante annis inundauit. Sed de Ogygiani cataclysmi tēporibus nō idē sen tiunt uetereres authores. Fuit is Thebarū, q̄ in Bœeo tio agro fuerunt, nō modo rex, sed & cōditor etiam, ut Varro credidit. Nūc ad Israelē redeo, qui quum plures genuisset filios miroq; patriæ ac parentū re neret desiderio, cū uxoribus & liberis occultā mo litur fugā. Oibus igitur ad tēpus instructis cum Lya & Rachele liberisq; ac reliqua familia, magnaq; cū his rei pecuariæ parte stabulis abducta, fugitiuo si milis secretū iter ingredit. Credere æquum est, Israe lem suum idcirco discessum occultū habuisse, q̄n haud dubie appareret, fieri nō posse ut bona soceri uenia liceret inde cum utraq; cōiuge abire, quarū de fideriū nullo modo esset pater latur⁹. Laban cogni ta suorū fuga cōsternatus animo, cū seruorū & clien tum manu haud cōtēptibili euestigio sequit abeū tes, quos haud multo post assecutus, uix demū tem peraret iræ, nisi nocte, quæ diem illum præcesserat, cœlestī fuisset uoce monitus Laban, ut ab omni ab stineret iniuria. Sub primum itaq; accessum (ut erat ira percitus) maledictis generū incessit, cōuicioq; ur get, q̄ se hospitē, socerū, auūculū, a quo domo pro fugus non solum grato acceptus esset hospitio, sed duarū etiam filiarū gener ascitus, cū magna stirpis parte, tum proprijs fortunis spoliare fuisset ausus: nullū supplicij genus esse clamitans, nullā tam gra uē ignominiā quā perfidū capur nō meritum uide retur, ac tum quoq; plura aio mouebat, quæ cæteris mortalibus postea documento essent, ni pietatis & clementiæ admonitus fatius uisum esset eam iniu riam ciuiliter ferre, quam uindicta prosequi. Iacob metu & pudore cōfusus iustam soceri indignationē paucis est lenire adortus, patriæ parētiq; desideriū excusans, nec aliā ob causam suū ait digressum cæ lari uoluisse, quam q̄ certū haberet se nunc̄ ab eo cōmeatum



cōmeatum fuisse impetraturū. pecorū greges, quos diuti⁹ pauisset, idcirco a se stabulis abductos, q̄ sui peculij ex pacto hi greges facti essent, ut foret un de duæ ipsius filiæ quas sibi matrimonio despon disset, liberiq; ex his procreati alimenta caperent. Flexit non nihil senē. Israelis excusatio, sed multo magis filiæ, q̄ ad genua patris obuolutæ, nepotes q̄ miserabili cōploratione ita irati animum cōmiue runt, ut Labā data genero uenia ad oscula & cōple xum admiserit, atq; inibi inter eos cōparatū, ut Is rael omne pecus q̄d' præ se egerat bona uenia secū abduceret: uxores & quos ex his liberos tulisset de portaret in Syriam. fœdere inter utrūq; icto, colū na lapidea ibi loci cōstituta est, quæ rei gestæ mo numēto posteris esset. Alij lapidum cōgeriē eā fuis se tradunt. Galaath ab re ipsa loco nomen mansit, ubi fœdus est percussum. Sed' m id fœdus se inuicē cōplexi inde diuersi abierūt. Metuere interim sibi nihilominus ab irato fratre Israel. Pro magno ita q̄ habuit negocio priusquā domū ueniret, quo il le esset in se animo explorare. Quum igit patrijs fi nibus propinquare cœpisset, ad Esaū nūcios mit tit, qui pro se illi satisfacerent, docerentq; se eo con filio post uigesimū annū cū uxoribus, & liberis, multisq; rei pecuariæ diuitijs domū uenire, ut se, familiā, fortunas oēs, fraternæ fidei traderet, obli uisceret modo ueteris simultatis, & si qua inde ira adhuc residua esset, illā domesticæ pietati remitte ret. Lætus eo nūcio Esaus cū quadringentis obuiā illi ire pergit, quē ubi cohorte una septum ad se ue nire Israel sensit, ueritus ad iniuriā nō ad officium festinari, ex ijs, quos tū forte circa se habuit, quos dam cū muneribus uenīēti fratri iubet occurrere, ut si fieri posset, prius eū donis caperet, q̄ in cōspe ctum ueniret. Verū ille quum pene improuisus af fuisset, multis lachrymis præ nimio gaudio manā tibus, uenientē excipit. Post uero arctissimos com plexus mutuaq; gratulationē Esaus in Seyrū oppi dum ubi dom⁹ erat illi & familia, Israel ad Scenas cū suis concessit. id postea loco nomen fuit. Vnde haud multo interiecto tēpore in Sicimitē agrū trās tulit tabernacula. Hic Sicimitis solennē diē agenti bus Dina Israelis filia urbem adijt, ut muliebria inde redimicula sibi emeret, hanc Sichemes Emo ris Sicimitarū regis filius conspicatus, mala uitiā dæ uirginis cupidine incensus ad stuprum rapuit. Puellæ dein consuetudine captus cum patre egit, ut Dinæ nuptias sibi ab Israele & cæteris necessa rijs impetraret, cupere se ait eā legitimæ cōiugis lo co habere. Petit indulgentissimus pater peregrinæ puellæ nuptias. Israel sibi tempus dari postulat ad rem maturius consultandā, tenebatq; adhuc ea in ter domesticos deliberatio. Ferre enim plerię fra trum eam iniuriā ægerrime, nec rē vulgo probare, ut Dina homini alienigenæ matrimonio iungere tur, quum Simeon & Ieui uterini fratres ira & dolo re adacti, cum expedita pastoꝝ manu, patre nō mo do nō autore, sed ne consilio quidem cū eo cōmu nicato, prima noctis uigilia ciuitatem uino & epu lis grauem ac sopore pressam inuadunt: ibi fœda cædes sine u llo ætatis aut sexus discrimine per ur bem magna parte noctis edita est: multa inde stra ge egressi, sororem exemplo crudelitatis ad poste ros memorabili receptam, ad patrē retrahunt. Is Si cimitarū clade audita uehementer indoluit, nato rumq; temeritatē detestatus, autores cædis odisse, atq; ut impios auersari. Purgauit inde, senex taber nacula gētilibus sacris ad id nefas expiandū adhi bitis. Sub id tēpus quo hęc in Sicimitis gesta sunt, Rachel medio nixu extincta est. Ex ea Iosippus & Beniamin nati. Relíqua Israelis soboles ex Lya & duabus erat ancillis p̄creata. Rebecha filio nondū ex Mesopotamia reuerso uita decesserat. Quin & Isaachus iā æuo cōfect⁹, nō multo postq; Israelem postliminio receperat, est uita defunctus. Post hu ius interitū filij superstites tabernacula inter se par titi sunt. Israel Ebronē ciuitatē sortitus est. Esaus Seyrū eius terrę oppidū, quę Edome olim inde ho nestiore uoce Idume a Græcis est dicta. Scripserūt quidā Esaū adhuc puerū inter æquales Edom q̄d' eius gētis lingua ruffum significet cognominatū, unde & loco quē tenuit postea sit nomē inditum. Procedente deinde tēpore Israelis opes usq; adeo sunt auctę, ut iā unius nomē, tot filijs ad obsequiū paratis, tot nepotib⁹, tanta rerū omniū affluētia in ter finitimos clarū esset ac longe conspicuū. Sed in tanto natorū grege Iosippus, quē ille ex Rachele tu lerat, ingenio & indole multū alios anteibat, erat q; ob id patri omniū charissimus: conflauit res ipsa puero inexpiabile apud fratres odiū, ac quo maior in eo futuræ uirtutis spes erat, eo acrioribus inuidiæ stimulis fratrū odia intendi. Sed nihil his secundū patris studiū beneuolentiaq; in unum Iosippi æque suspectū esse ac duplex insomnij species, quę duabus est noctib⁹ illi per quietē obuersata. Ferūt priore nocte eū per quietē uidisse omnis defectę se getis manipulos, quos interdiu fratres in agris dis posuissent, ultro ad eos, quos ipse ab illis haud multum diuersos statuisset uenerabundos ac quo dāmodo supplices accedere, quā nocturnā imagi nē nihil mali ex ea re sibi imminere ratus, fratrib⁹ ubi primū illuxit, retexerat. Secuta mox altera ad umbratio uaria quidē figura, cæterū ad eundē exi tum pertinēre. Imaginat⁹ est puer sopore pressus, se a sole luna & stellis, xj. adorari, qua insomnij spe cie ut priore illa temere uulgata, fratres coniectan do eo propemodū peruenere, ut haud dubie intel ligerent, uti is cui talia per quietē obuenissent, fra trū totiusq; familiæ futurus esset longe princeps. Occulta igitur inter se de eo perdendo ineunt con filia. Stabat sententia puerū tollere, sed inferendæ necis neq; locus neq; tempus satis ab initio consti tit. Placuit postremo id scelus a patris conspectu procul ablegare, atq; in Sicimitē agrū cū omni rei pecuariæ apparatu tabernacula transferre. Hic ve lut cōmodiora nacti pascua diutius solito absunt. Miratur Israel senex tam longam filioꝝ absentiā, miraturq; in dies magis quæ res tā diu illos procul domo destineret. Ad ultimū solicitus de filiorū sa lute, Iosippū, quē interim circa se frequētē habuit, ad fratres & pecus uisendū iubet p̄ficisci. Hi ueniē tem conspicati, confestim sese ad nefariū scelus ex pediunt. Tum Ruben natu maximus subita duct⁹ penitētia, dubiū, facinus ne crudele & impiū auer satus, an indignā pueri miseratus sortē, identidem cæteros monuisse dicitur, ne temere fratrē violarēt. Inhumanæ eos atq; impie facturos, si pueri insons tis eodemq; patre procreati, se cæde contaminarēt. Quod si, neq; ętas, neq; fraterna pietas, eos ab in fanda cæde absterreret, respicerent longæui patris senectā, quam sublato puero certissimo uitæ vin culo aut abrumperent, aut quod non minus im pium sit in perpetuū luctū & mœrorū conijcerēt. oportere ad hæc eos meminisse, omniū humanoꝝ operum nullum esse magis irritū, quā fatali neces sitati ire obuiam. Satis constare signa illa futurę fe licitatis in fratre diuinitus esse facta: monet, obse rat, obtestatur, ne se tam impio sceleri obligarēt, ne eodē tēpore patrē iā grā dē natu, seipsos, uniuer sam domū infanda cæde funestarent. Hæc Ruben.

Varij parentum affectus.

Isachus Iacob hęredē instituit.

Israelis in Mesopotamiā profectio.

Israelis.

Lya pro Rachele subijcit Israeli.

Duas sorores duxit Israel uxores.

Græcus.

Iobileus

Diluuiū qd' sub Ogyge fuit.

Varro.

Israelis & fratris cōgressꝰ.

Dina rapitur.

Israelis & uxorū fuga.

Sicimitarū cædes aliter q̄ in bibli.

Rachelis interitus

Ebron.

Edome.

Idume.

Duplex Iosippi insomnium.

Nefariū filiorum Israelis consiliū.

Rubē fratres a scelere deterret.

Cæterum aliis nihilo secius tumultuantib⁹, quum manifeste apparet a cęde reuocari nō posse, eo illi⁹ oratio decurrit, vt ne manus fraterno sanguine polluerent, sed in puteū, qui proximo erat loco, demitterent, vbi inedia conficeret. Placuit cōsiliū, puerū ęą obligatis manibus in puteum deiciunt. Habuit Ruben in animo, intępesta nocte, eo reuerti, puerū ęą inde extractū vinculis liberare. Quod vt cōmodius fieret, in tumulos nō nihil inde auersos, pecus in pabulū egit, vt fratrum oculos ab omni sensu auerteret. Suadet interim Iuda fratribus, vt puerū Ismaelitis negociatorib⁹ venderent, q per ea loca camelos mercib⁹ onustos tū forte agebāt, edocuit ille tutius id cōsiliū esse, ac minus detestabile futurū, affirmans, vt in quacunq; deinceps terra Iosippus periisset, nihil ipsius mors ad fratres attineret.

Vendit Iosipp⁹. Assensērūt cæteri huic cōsilio, Iosippūq; ex puteo receptū triginta nummis vendidere. At quæ lapidū coagmenta tam bene vnęą inter se quadrare visa sunt quā figura hæc, cū ijs quæ postea in christo omniū rege euenerunt? Idem fratrū numerus, qui inde fuit apostolorū, idem venditionis autor, idē preciū eadē omnia. Ruben intempesta nocte ad lōcum reuersus, vbi puerū sensit abesse, nouo fratrū cōsilio periisse ratus, in luctum & mœrorem cōuersus, eos vt impios incusare, nec prius lachrymas absterſit, ęą ex eis, quæ facta essent, cognouit. Tum Iudas & fratres vestē quā puero detraxerāt cōscissam, multoq; cruore fœdatā ad patrē deferunt cū lachrymis & multa lamentatione, nunciant incidisse se in argumenta illa, & vestigia fraternæ mortis: vix tandē agnitā a se pueri vestē laceram multoq; cruore fœdatā, arbitrari violētissimæ alicui⁹ ferę incursu eū periisse. Senex nuncio atrocissimo perculsus, in subitū & miserabilē luctū humi prostratus, Iosippi nomē cū planctu & clamore inuocat, Iosippū querelis reposcit, Iosippū lamentatur. Te spes mea (inquit) solū per nemora & saltus tā, peul ab legari oportuit? Ego humanorū casuum oblitus, sine duce, sine comite, sine prędisidio vllo, in Sicimitē vsq; agrum te proficisci sum passus? Heu amentia, heu obliuionē miseræ senectę comites. Habeat iam luctū, habeat & lachrymas perpetuo sęą crucia tus infelix senex, in quos sua est fecordia, plapsus. Heu miserū, qui tantū spei, tm̄ altę indolis vno die mihi vniuersęą familię ademi. Ibo ego, & hoc qd̄ inopis adhuc vitæ reliquū est, in tenebris ppetuoq; luctu & squalore transigā. Hæc ille. Nec filij patrē circūfusi precibus, hortationeue vlla accerbissimū dolorē queūt lenire. Quin totis ille diebus, totis noctibus seipsum affligere, neq; modū lachrymis, neq; finē facere. Iosippus interea a Putiphare Pharaonis regis Archimagiro in Ægypto empt⁹ herili cura & indulgentia instituebat. Qui quū liberali esset facie, & iam per ętatē adolescere cœpisset, Putipharis vxor eius amore incensa, signis primo, inde verborū illecebris strupri adolescentem cōpellat. Auersat ille mulieris intępestiuę immoderatāq; libidinē. Postremo ne minis quidē cōpelli potuit, vt eā domū, in qua tā clemēter fuerat educatus, adulterio pollueret. Castigare ob id mulieris impudentia, interdū etiā precibus orare, ne pergeret vana spe seipsam diutius frustrari. Cōstitutū fi-

Meliebris ars. bi esse prius ostā extrema pati, cū in Putipharis optime de se meriti contumeliā, muliebrē libidinē explere. His illa adhuc magis accensa (vt est mulieris natura cōtumax, & in veritā libidem maiore quodā studio præceps) quum solenne forte spectaculum in regia ederetur, subitā egritudinē causata, negat se eo die in publicū exiturā, haud dubie futurū rata, vt viro cū oī familia foris occupato, p ociū adolescētis pudicitiā domi expugnaret. Sola igit solū appellat, ac nūc blanda, nūc minax, adolescētis animū varie oppugnat. Postremo quū neq; pcibus neq; minis flecteret, vt obsequūs sibi esset, impetū in eum facit. Grauis hic molestaq; colluctatio inter duos orta. Hinc libido virgeret, inde pudicitia resistit. Impellit illa, hæc repellit: vult hæc vincere, vult illa: hæc rōne nititur, illa furore & amentia. Stetit demū victoria vnde debuit. Impudentissimæ fœminę cōplexibus adolescēs solut⁹, relicto in eius manib⁹ palliolo, quo fuerat amict⁹, se se ad fugā expedit. Tū illa duobus amarissimis in fœminę stimulis libidine & ira accensa, viro domū se recipienti cū lachrymis & flebili lamētatione occurrit. Nequissim⁹, inquit, seru⁹ ille quē Putiphar prima charitate fouisti, & vt filiū a pueris liberaliter instituisti, tui beneficij suæq; fortunæ immemor, consortē tuā grauiualitudine affectā, scelerata libidine, qua solus solā domi viderat, conat⁹ est adstuprū cōpellere. vix iniuria ab ægro corpore repulsa est, clamore & minis terrefeci, cōfuso deinceps seq; domo proripienti, ne ire posset inficias, palliū ademi. Quare te per cōnubij iura, & p iugalē fidē oro, & obtestor, vt nequissimū mancipiū, ad supplicū cōtinuo retrahi iubeas, sit illius pœna documento aliis, ne vnquā posthac similis fortunę quisquā audeat herili pudicitiæ insidiari. Ostentare præterea vestē, seq; in ea colluctatiōe male habitā atq; multo indignius cū Putipharis coniugē decuisset ab eo vexatā lamētari. Hæc impudens mulier, aliaq; ad inuidiā simulādo, virū ad vltionē pepulit. Iosippus, vt verecundo erat ingenio, nihil hērā recrimināri ausus, periclitari maluit, quā in autorē flagitij culpā referre. In publicā igitur custodiā Putipharis iussu abducit. Forte accidit vt eodē custodiretur loco, quo & regius minister. Erant inibi & alij plerięq; capitaliū scelerū rei, sed quū pincerna regis per quietē existimasset se tripliceē videre palmitē ternis prædituū racemis, qui cū tępestiue maturuissent esse ntęq; a se resecti, & expressi, subito regi mustū propinasset, ille nocturnæ huius imaginis ambage cōfusus, ab ijs qui proxime vincti iacebant, scisciтаr, ecquid ipsi arbitrarent? perplexā illā insomnij figurā portendere, rē inde, vt per quietē fuerat obseruata, ordine explicat. Quærere cū ab alijs id regius minister, tū multo efficacius a Iosippo, quem sub primū alloquium perspicaci sensit ingenio. Bono inquit Iosippus sis animo. Sane hoc triduo in pristinā dignitatē restitueris. Sed tu quum me verissimū somnij coniectorē fueris expertus, fac rogo sis nostri memor, qui ob custoditā innocentiā vt nocentissimus custodior. Erat ibidē pincernæ conseruus quē Rex pistoribus prefecerat. Cōmotus is acutissima iuuenis interpretatione, age, inquit, & hoc mihi quoq;, si potes, explica: ferebā ego per quietē, proxime noctis tris cistas capiti ipositas, panis duas, crudi obsonij reliquā. Oia importunæ volucres in festissimo volatu visæ sunt diripere. Tū Iosippus vellem inquit te meliora vidisse. Sed corbes illæ, quæ panē habuere, biduī adhuc vitā portendūt, tertia (cuperē salubriora significari) ineuitabilē tibi crucē cōminar, cui cadauer istud affixū obscœnae laniabūt volucres. Nec defuit tam huic q; priori cōiecturæ euētus. Vterq; biduo post verissimū est vatē expertus. Fuit inde Iosipp⁹ duos ferme annos in vinculis. Cæterū, ne tm̄ ingenij lumē diuti? in tenebris iaceret, viā ad meliorē vitæ statū nocturna regis visione celestis, puidētia inuenit. Is duplici cōfusus somnio, cōiectores, & quicunq; in tota Aegypto sapientia p̄stabant cōsuluit vates. Cæterū, quū nullius responsum certi quicq; afferret, mandat Iosippū custodia educi, cuius ingeniū tū demū ingratus minister vera p̄dicatione extulit, posteaq; regē de ea nocturnæ imaginis interpretatione vehemēter esse solicitū animaduertit. Viderat Pharao, quū alDuplex regis sōnium. tius dormiret, septē boues hilari & pingui aspectu ab ripa Nili ad paludē aberrantes, quas septē aliæ deformi macie palustriq; loco emergētes, exceptas cōficerēt. Mox vero imaginat⁹ erat septenas se spicas cernere multa fruge cōspicuas, & quæ iā secari poterāt, eas totidē numero spicæ sterilitate insigni ex proximo occupare visæ sunt. Hęc per quietē visa, quū Rex illi interpretanda p̄posuisset, age, inquit, iuuenis optime, & quātū vel prudētia vel diuinatione assequi potes, vera mihi cupienti enarra. Nec si qua tristia mihi nuncianda sunt, ob id in occulto humana fata esse patiaris: omnia quidem te mihi præstitisse existimabo, quū tuis euētus dictis respondērit. Tū ad ea Iosippus, Siqua ait rex ambiSomnio rum Pharaonis ex guæ huius cōiectationis tractandæ peritia in me plicatio. est, ex ijs quę per quietē tibi sunt priore nocte obla ta, eximia quædā septē annorū tibi tuorūq; regno portendit feracitas, quā optimæ illæ boues cū frugiferis spicis inspectæ denūciāt. est id animal agrorū cultui pcipue idoneū, telluris felicitatē p eos interpretari oportet, cuius lætitiæ causa erit Nili inundatio, vnde visi sunt boues illi emersisse. Per spicas, quæ hilari erant aspectu, lætissim⁹ septē annorū significatur prouēt⁹, cætera quæ his diuersa apparuere, totidē annorū famē demonstrāt, q̄ vberta tē illā euestigio sequet, nisi humana prudētia futuræ cladi eatur obuiā. Quod fatale malū vt cōmodius Pharao declines, paucis demōstrabo. Vis tritici immēsa est agricolis feliciori tępore supfutura. Dabis operā vt per solertissimos annonæ p̄fectos quicq; supra semētē & vulgi alimoniā fuerit his reliquū, tuo nomine coemptū in horrea cōgerat, haud prius cū fames regnū inuaserit publicanda, at ęą ita fiet, vt ne iniquissimis quidē rēporib⁹ sit tuis vlla frumentariæ annonæ caritas sentienda. Miratus rex adolescentis ingeniū (Mouit em̄ vehemēter illū peracuta vtriusq; figuræ explicatio) præmatu Præficit ram̄q; in tā viridi ætate prudentiā cōplexus, nihil Annonę indigneviſus est sibi facere, si totū coemūdæ anno Iosippus næ negociū in ipsum cōsilij autorē reijceret. Vnū igit publicę frumētationi præesse imperat superq; eā dignitatē gestādæ purpuræ vsum tribuit, P son thonq; panicon hoc est occultorū inuētorē nominat. Quidā mūdi seruatorē interpretant: Phasneophā vocē quā alij posuerūt secuti. Hāc in Iosippo futurorū diuinationē suorū, somniorūq; peritiā in causa fuisse existimo, vt multū diuq; postea hebraicæ genti fuerit curæ, ex huiusmodi ambagib⁹, quę ventura essent, cōiectare. Sed quū plures sint eorū species, quæ dormiētibus, aut certe ijs qui dormire Somniū se putant, per noctē offerunt: (Sunt em̄ obscuris figuris inuoluta) ex his id qd̄ somniū appellant, altiore quadā mente opus est vt perspicue quale sit intelligi possit, adeoq; acris deinceps cura hui⁹ rei indagādæ hoīm studia occupauit, vt gentile & pene peculiare postea Iudæis fuerint, somnia interpretari. verū em̄ uero, ita humano est generi p̄suasum, hominis mentē ab vinculo corporis alta quiete sepulti paululū solutā, verū qd̄ sua natura latet, nō nūq; p̄uidere, etsi nō libero & recto lumine, sed velamine quodā interiecto, qd̄ nexus crassioris caligantisq; naturæ mētibus offundit. id sapientissimi poetę mōstrant, & ob eā re q̄dā etiā falsa obuenire arbitrati sunt. Quo plane colligit, eo p̄pi? futurorū cognitioni hoīs animū accedere, quo se liberius terrenis curarū vinculis expediuerit. Et illud in hac reputatiōe admodū mirabile, oia fere melius q̄ seipsam rōnalē aiam intelligere, posseq; per quietē solertissima visus acie p̄uidere, quæ nullo sensuū comitatu queat, dū vna vigillāt. Sed oīno magis mirū q̄ obscuris futurorū tenebris vel inuolucro, quodā inexplicabili sint dormientibus visa, ea ab aliquo recta cōiectura explicari, qd̄ obseruatione magis an disciplina fieri possit, vt in alijs nō facile dixerim, ita in Iosippo diuinationē hanc fuisse, cœlestiq; munere infusam, p̄emodū affirmare conterderim. His Iosippus honorib⁹ insignitus cū iā in Pethe- multa esset celebritate, Pethephris Heliopolitani phris. sacerdotis vxorē duxit filiā, Aurelius Augustinus Phuthiphare appellatū existimat, qui ab Ismaelitis Iosippū emit puerū, qui regis Archimagir⁹ fuerit Heliopolitanus q̄ sacerdos. Ex herili filia puer Manas- est Iosippo nat⁹, quē Manassen nūcupauit. Id obli ses. uio interpretat, vt appareat ad fortunæ mutationē alludum, velut p̄senti rerū successu, oīm malorū, q̄ pater antea fuerat perpessus, parta forer obliuio. Et Fames in ille per hæc feliciter agebat. Interim terrestis affluē gens. tiæ circūacto spatio dira annonæ caritas Aegyptū inuasit, quę quo magis inualescebat, eo frequētior mortaliū ad regis horrrea fiebat concursus. Tū vero vno ore omnes longā frumētationē, quæ ad id tępus multis ludibrio fuerat, immodicis extollere laudibus. Iā vero cananeā terrā & alias finitimas Aegypto regiones id malū premebat. Quo conti gir, vt Iacob audita regiæ frumētationis fama, oēs præter Beniamin filios ad triticū inde coemēdum miserit. Erat is ex eadē matre ortus qua & Iosipp⁹ oīmq; Israelis natorū q supererāt minim⁹ natu, ob id fortasse est a patre domi retentus. Camelū singuli, aut iumētū præ se agebāt. Vbi vero in Aegyptū venere, eos Iosippus intuit? cōtinuo agnouit. Pla cuit iracundiā nō prius eos cōpellare, q̄ toti⁹ dom⁹ statū ex ipsis cognouisset. Minaciter igit in eos vt peregrinos hoīes, ac parū noros inuect⁹, exploratū eos venisse ait, nō frumentatū, fore vt ad vnū pro speculatorib⁹ vincirent, quæstioniq; adhibiti tandiu torquerent, donec tā longę viæ causa esset illis cruciatu expressa. Cęteris igitur nouo crimine, mox & Rubenis periculo stupentib⁹, Rubē maxim⁹ natu: Neq; huc verba ad (inquit) speculatū venim⁹, neq; aliud curaturi negocij tā procul domo profecti sumus. Sed dira fames qd̄ malū oia extrema cogit hoīes audere, terrā nobis adhuc ignotā adire coegit. Est nobis Iacob pater cognomēto Israel, vir cananeorū iustissim⁹, ad quē quū nuper frumētationis huius fama puenisset, q̄m nulla leuandæ pestis aliunde dabat occasio, eo sane imperio qd̄ in filios obtinet pater, voluit nos huc proficisci, vt bona oium venia hic nobis velut ex publico emporio triticū emerem⁹, & vt frumentario hæc aliquāto maior tutiorq; esset, pater vnū ex omni filiorū grege domi, dū hic frumentaremur, sibi voluit adesse. cæteros procul domo, procul patrijs finib⁹ huc frumētatū dimisit. Omnia Vndecim eius filij sumus, olim bisseni fuimus, ac ad miserū nos trā satis prosperæ fuerunt. Cæterū vno ricordiā cui Iosippo fuit nomē absumpto, domestice fortu mouēdānæ iam inde in peius lapsæ, haud quidē ampli? in dicūtur. pristinū restitui statū potuerūt. Pater senio cōfect⁹ in perpetuo mœrore est, cuius luctus ppetuaq; lamētatio nō minus iā inde, ex quo vnus ille periit, totā domū afficit, q̄ tum suauissimi fratris inopinatus casus affecisset. Accessit his domesticis malis fames, qua adacti externa auxilia cogimur implorare, & qd̄ adhuc magis miserabile sit, ex regio

neiã antea nobis ignota. Quapropter tuã vir opti
me regiãq; fidem imploram⁹, ne nobis sit fraudi,
cp ex paulo remotiore terra auxilium vitæ implo
remus, quum satis constet, multa animantiũ gña
nõ terras solũ, sed ignotas mũdi plagas cum anni
tempestatibus vitæ causa permutare. Multa quidẽ
& magna audent aggredi mortales cæteris necessi
tãtibus adacti, sed multo plura ac maiora fame &
inedia cõpulsi. Iosippus duorũ, qui sibi longe cha
rissimi erant, salute cognita (vehementer em̃ ab ini
tio dubitauerat, ne Beniamin aliquo fuisset casu
absumptus, quãdo cæteris venientibus vnus ex fra
tribus defuisset) tum velut postridie causam co
gnitur⁹ iubet eos in custodiã adduci. Lamentari in
ter se illi fortunã suam, actũq; de salute oĩm arbitra
ri, diuinaq; voluntate id factũ, vt in alienã terram
mitterent, vbi fraterni sanguis meritas luerẽt pœ
nas. Exprobrabat illis Ruben sæuitiã impiamq; in
fratrẽ conspirationẽ, qui neq; se audire voluissent,
neq; parenti neq; fratri pepercissent, venisse temp⁹
quo cogitati parricidij, precisq; pro fratre accepti
meritũ expenderent supplicij. Iactabant illi hæc,
gentilẽ linguã rati nulli hominũ in peregrina ter
ra præterq; sibi notã. Iosippus fratrũ miserabili la
mentatione motus, qbortis præ nimia pietate la
chrymis, haud multo post mãdat eos custodia edu
ci. Quos ad suum tribunal accersitos in hunc mo
dũ vadatus est, vt vno ex fratribus sibi relicto cæ
teri cum frumento domũ abirẽt, atq; in argumẽtũ
eorũ quæ dixissent, fratrẽ quẽ domi a se relictũ præ
dicarent ad suum cõspectũ adducerent. Eam rẽ ar
gumento futurã vera an falsa essent, quæ in tam lõ
gæ pfectionis excusationẽ attulissent. Illi etsi inui
ti necessitate tamẽ coacti Simeonẽ dedere, alij fru
mentũ mercati non sine dolore & mœstitia abeunt.
Cæterũ priusquã inde proficiscerent, suũ cuiusq;
preciũ p tritico datũ Iosippi iussu occulte omniũ
est sarcinis illatũ, nec prius animaduersa res est, cp
sit domũ ventũ. Tum vero stupor & admiratio in
gens defixit oĩm animos secũ reputãtiũ, quo mo
do id accidere potuisset, Sed quũ multa aĩo occurre
rent, nulla interim Iosippi fratris subibat recorda
tio, quo credere æquũ est, illũ, dũ hæc fierent, non
multũ inter fratres versatũ. Etenim nõ video quo
modo fieri potuerit, vt q sepius in cõspectũ vene
rit, nõ aut voce, aut oris liniamẽto sit a suis agnit⁹
aut cur ille minus fratrib⁹ nobilis fuerit, cp fratres
illi, nisi aliquis maiorẽ ĩ puero cp in adultis credat
mutationẽ fieri cõtigisse. Qz quã peregrinus habi
tus ad personã dissimulandã haud parũ profuisse
videri potest. Nec Israel prius expugnari potuit,
vt filiũ quẽ pcipue amabat in Aegyptũ duci pate
retur, cp ab id necessitas cõpulit, fame iterũ vrgente,
duplici ptio filijs dato, vt si forte id qd̃ domũ fue
rat relatũ, restituere coacti essent, nõ deforet mate
ria frumẽti iterũ coemũdi. Tulerunt secũ Israelis fi
lij Balsamũ, Stacten, Terebinthũ, & alia munera,
quorũ Aegypt⁹ indigua est, q̃ ãnonæ pfecto, vt in
recipiẽdo fratre rectiore q; frumẽtione placabilio
rẽ haberent, dona darent. Vbi igit eo ventũ est pri
mũ oĩm excusant illi suã inscitiã, cp siue casu, siue
aliena fraude euenerit, ignari, domũ pecuniã p fru
mento datã secũ deportassent. Aiunt præterea se Bẽ
iamin fratrẽ, quẽ ad modũ iussi ab eo essent, adduxisse. Eumq; vna cũ donis, q̃ patris noĩe attulerãt,
ante tribunal statuunt, Ibi Iosippus subito affectu
animi turbat⁹, quũ lachrymis tẽperare nõ posset,
in secretũ velut aliud curatur⁹ sese pripuit, ac non
pauca aĩo volues, ad nouã artẽ animũ adiecit, qua
Beniamin p speciẽ iniecti criminis apud se in Aegypto retineret. Incesserat pterea cupido explorãdi essent ne in illũ fratres meliore cp in se fuissent
aĩo, an iuuenẽ in discrimẽ adductũ, pcul domo si
ne psidio destituerẽt. Vt igit cõmodi⁹ rẽ oẽm effin gerer, fratres hospitaliter inuitatos cœnæ adhibuit.
Iam em̃ Simeone recepto absolutaq; frumẽtatiõe
haud multo post retro abituri erant. Sed tantisper,
dũ apud se discumbit, occulte mãdat argenteũ po
culũ in Beniaminis sarcina includi, in eos deinde
vrbẽ egressos expeditos immittit equites, mirari il
li primo aduẽtãtiũ fremitũ, verũ vbi in se impetũ
fieri aĩaduertunt, nouitate rei perculsi supplicitер
rogant, ne se prius iniuria afficiãt, cp verbis demõ
straret qd ipsi meriti essent, cp ita hostiliter in se rue
rent. Scire se nihil in quenq; deliquisse, quapropter
vim vllã metui oporteret. Cõtra regij equites persi
dos hospites exclamãt hospitalisq; mensæ compi
latores: qui nuper pecuniã tũ demũ argentũ ex cõ
uiuio, cui adhibiti essent, furto subtraxissent, scitu
ros haud multo post qd eos pati oporteat, qui tã p
fide hospitalia iura læserint. Hæc illi circũstrepũt,
simulq; camelorũ disiectas sarcinas pscrutant. Ibi
poculo apud Beniamin reperto cæteris metu & pu
dore stupentibus, eũ velut ad supplicij retrahunt,
sequunt reliqui fratres cũ mœrore & flebili silen
tio. Qui vbi ad Iosippi cõspectũ venere, & cum la
chrymis ad eius pedes, puoluti iacuerunt, Iudas vt
vehemẽti erat ad dicendũ ingenio in hunc modũ
verba fecisse tradit. Si aut natura, aut cõsuetudine,
ita inter hoies cõparatũ esset pfecte vir clarissime,
vt nihil ab ijs, q̃ in cæteros imperiũ & iudicia exer
cent, præter leges & patrios ritus spectandũ censeret, nec aliter cp ab euentu delicta iudicãda forent,
nullũ certe locũ nobis ad deprecãdũ hodie relictũ
putarem⁹. Verũ nemo vnq; ita humanitatẽ exuit,
vt clæmẽtię, qua null⁹ magis homini cõuenit affe
ctus, oĩno factus sit immemor, ita fit vt in manife
sto etiã crimine, qa hõ apud hoiem dicat, nemo fue
rit vnq; q nõ ante supplicij, imo in ipso etiã suppli
cio nõ aliq̃d sperauerit. Verũ si vnq; spes clemẽtię
in misabili cã miseris reis affuit, adest mihi hodie
adest & fratribus vir mitissime, vel qa apud tevirũ
nõ solũ sapiẽtẽ cœlestisq; mẽte pditũ puerilẽ culpã
deprecamur, vel cp natura quisq; in, pprijs cp in alie
nis sit iurijs exorabilior, nihilq; haberi soleat glo
riosius principe, aut eo qui in alios imperiũ obti
neat, impugne læso. Oportet igit cũ cæteras virtu
tes tuas, tum clæmẽtiã ipsam, nõ dephensum faci
nus, qd̃ nõ magis per se turpe & detestabile est cp a
nostræ familię morib⁹ & fama alienũ spectare, sed
flagitij autorẽ, qui ea sit adhuc ætate, vt quid rectũ
quid honestũ sit, haud oĩno intelligat. oĩa iura di
uina & humana ignoscũt ijs, q quũ a lege & æqui
tate aberrauerint, nesciant tũ se peccare, aut si sciũt
nõ intelligãt cuiusmodi sit illud in quo delinquit.
Cõsiliũ em̃ nõ euentus cõstituit crimẽ. Hoc quoq;
prudẽtissim⁹ pater secut⁹, priore frumẽtatione eũ
nobiscũ venire nõ est passus, ratus temere tã viridẽ
ætatẽ oĩs hospitalis iuris & officij adhuc rudẽ tam
longæ pegrinationi cõmitt. Qz cp ab æquitate tua
supplicitер cõtendim⁹, vt identidẽ secũ iniecti cri
minis cõsideret rõnẽ. Nã qd̃ ad nos attinet, nullo
modo persuaderi nobis potest, adolescentẽ rudẽ,
timidũ, nihil ambitiosum, nulli⁹ rei cupidũ, id sce
lus nõ solũ nõ perpetrasse, sed ne cogitasse quidẽ.
Nec illuc cõsestim præiudicio dandũ, cp in eius sar
cina sit poculũ repertũ. Sic nuper nos quoq; totius
rei ignari, potuissemus in crimen deuocari qui no
biscum tritici preciũ retro deportauim⁹. Quod tã
tũ abest, vt nostra fraude acciderit, vt sub ipsum re
ditum nihil prius curandũ duxerimus, cp vt ea pe
cuniæ summa tibi ex fide repræsentaret. Quin vi
dendũ potius, qa peregre huc profecti simus, & ob
id indigenarũ iniuriæ obnoxij, ne eorũ ars sit hæc,
qbus nostra hæc frumentatio ab initio fuerit inui
sa, iniquoq; aĩo ferant, te summũ virũ, dignitate &
opibus florentẽ, comiter nimis & hũane ignotos
hoies domestico cõuiuio accepisse, tibiq; familiari
junxisse hospitio. Qd̃ ipsum qa ægre euenisse fe
runt, ad tuũ fauorẽ & studiũ a nobis alienandũ hãc
occulte calumniã nobis intenderint. Sed quoquo
modo res habet, per quicquid veræ pietatis vbiq;
est, tuam clæmentiã suppliciter oramus, ne tam cri
men spectandũ putes, quam nostrorũ progenitor
virtutes, totiusq; familiæ nostræ innocentiã. Fuit
nobis proauus Habraam⁹ homo (quod sine inui
dia liceat dicere) oĩm, qui vnquã in terris fuerunt,
iustissimus, quem in hac ipsa terra reges hospitio
olim dignati sunt. Sapientissimi sacerdotes ob
egregiam rerum diuinarum humanarũq; sapien
tiam summo studio & honore coluerunt, qui præ
clari geometriæ inuenti vestris maioribus autor
fuit, qui ob vetus hospitiũ & necessitudinẽ vicina
rum vrbium Assyrios hostes ad Iordanẽ fluuiũ tu
multuose victos præda spoliauit, turpissimaq; fu
ga disiecit, cum quo ob rem pclare gestam duo tũ
reges hospitium iunxere: qui cœlesti oraculo mo
nitus, filium pro hostia ĩmolandũ diuinæ aræ ad
mouit, mactasseq; victimæ loco, vt cœlesti pare
ret oraculo, nisi id fieri numen vetuisset. Is qui tũc
altaribus admotus est nobis auus fuit, vir & ipse
pietate & innocentia inter suos insigni, cætera di
gnus qui tali esset patre procreatus. Ex hoc Israel,
qui nos genuit, Cananeorum iustissimus, huius mi
serabilis senectæ miserearis obsecro, quæ longo
alioqui mœrore multisque lachrymis affecta, ob
vnius amantissimi filij interitum, quem puerum
adhuc, cæterũ præclara indole amisit, si altero hoc
vitæ lumine fuerit orbata, haud dubie breui fini
tam cum morte mutatura. Sed melior eius condi
tio, cuius dolor diuturnus esse non potest. Nos mi
seri, nos afflicti, sors nostra lachrymabilis & lu
ctuosa, qui lege a patre accepta, vt sine hoc vno,
quem flenti & inuito abstraxim⁹, nemo nostrũ in
patriam rediret, extorres, ignoti, & inopes, procul
domo, procul liberis, pcul oibus, q̃ sunt mortali
bus charissima, inopia pressi & egestate errabim⁹.
Quare te per qcquid numinis in cœlo est, quicq d
religionis est in tota terra, per regium Pharaonis
nomen, per genium tuum pientissimum oramus,
flebiliterq; obtestamur, vt hanc culpã, siqua culpa
in puero est, eam nostrorum maiorũ iustitiæ ac pie
tati, miserabili parentis senectę, nostris lachrymis,
nostris precibus cõdones, velisq; familiã vnã per
te iterum seruari, vel si stat sententia puerũ ad sup
pliciũ trahere, nos reliquos cũ eo, quando ita mo
ri satius sit, quã ad exilium & ærumnas seruari, ad
vnũ tollito. Verũ quoquo modo te nostræ lachry
mæ affecerint, vix tantũ spei in illis repositũ habe
mus, quantum in tua pietate & clemẽtia: qui duo
affectus tm̃ inter alias virtutes tuas eminent, quãtũ
tu ipse inter cæteros mortales dignitate polles &
potentia. Quũ hæc Iudas dixisset omnes cũ fletu
in illũ manus intenderunt. Hic Iosippus suorũ la
chrymis victus, simulatã ad id tẽpus personã ferre
amplius nõ potuit, arbitrisq; e medio summotis,
Satis inquit habeo cp & patrẽ meũ virũ optimum
adhuc in humanis agere intelligo & in Beniamin
fratrẽ meliore fitis quã olim in me fuistis animo,
q̃q; ne illud quidẽ vobis fraudi dandũ existimo,

Miserabilis querela.

Pietas Iosippi in fratres.

Quę munera Iacob in Aegyptũ misерit.

Oratio Iudæ ad Iosippũ.



Apta deprecatio.

Habraami laudes.

Iosippi fratrũ gratulatio.

Perоratio.

sed ad diuinam refero prouidentiã. Deus ille opti
mus qui humana disponit, oĩaq; suo impio regit,
ita credo euenire voluit, vt fratrẽ temere pderetis,
(pdidistis em̃ quantũ in vobis fuit) vt esset, qui in
summo vitæ discrimine vos, patrẽ, vniuersam do
mũ tueretur. Agnoscite nũc fratrẽ, quẽ ex Rachele
Israel pater vester idem q & meus genuit, ego a ne
gociatoribus, quibus me vendidistis, in hanc terrã
adductus, ex seruo clarus, & pporens factus fingu
lari (vt videre est) inter Aegyptios polleo dignita
te, habeoq; ipsi Deo quam maximas possum gra
tias, cp ita aliquando euenire voluit, vt vnus ex tot
fratribus perierim, ne tota domus vno tẽpore peri
ret, permiseritq; nos hoc potissimum tempore opi
b⁹ florere, quo & patrẽ meũ virũ oĩm hoim q vnq;
fuerunt quicq; hodie sunt, optimum, & vos secun
dum illum mihi charissimos, inedia pene cõfectos
tempestiua ope iuuarem, ad quos subleuandos lar
ga dei benignitate nobis concessa est facultas. Cũ
ijs ille assurgens cunctos ordine cum lachrymis &
mutua gratulatione est complex⁹. Nec tam inspe
rati gaudij rumor intra vnius domus parietes se te
nuit, sed in regiam subito delatus Pharaoni nun
ciat vndecim annonæ præfecti fratres adesse viros &
florenti ætate omnes. Eos Pharao in regiam accer
sitos familiariter ob Iosippum complexus est, am
plisq; muneribus donatos a se dimisit. Illi regijs
muneribus largaq; frumentatione læti, sed inspe
rato nuncio adhuc lætiores domum reuersi, oĩa, vt
gesta erant, patri ordine exponunt. Ille reduces fi
lios patria pietate exosculatus, vbi & Iosippũ, quẽ
diu luxerat, præter spem viuere audiuit, supinis ad
cœlũ manibus vbertim flens Deo Optimo Ma
ximo gratulatur, hunc pium, hunc pijs propitium
prædicat, mox ad filios conuersus hortari cœpit,
multisq; precibus obtestari, vt se cum tota domo
in Aegyptũ deportarent. Incredibile videndi filij
desiderium senis animũ incesserat, atq; eo magis cu
piditas illa hærebat animo quo studiosi⁹ ab eo id
postulatũ acceperat. Magno igit cõsensu Israelis fi
lij, quũ senis imperiũ secuti, tũ famem declinaturi,
haud quidẽ multo posteq; domũ venerãt, cũ patre,
cõiugibus, sexcq & sexaginta liberis ac tota domo, Israelis
omnicq; re pecuaria ex Cananea terra in Aegyptũ filij cum
migrauere. Iosippus venientẽ patrẽ cũ multis, q cũ patre in
eo officij gña obuiã, pcessere, multa veneratiõe ex Aegy
cepit. Fama tenet sub primũ cõgressum præ nimio ptum p
gaudio senẽ in cõplexibus filij, subita lætitia velut ficiscũt.
ruina quadã pene exanimatũ. Inde senex ad regem Israelis
pductus, familiariter ab eo appellat⁹, rogatusq; p æ ætas.
fiteri longioris vitæ quam adhuc agebat annos,
trigesimũ pfessus dicit supra cẽtesimũ, testatus ad
hæc Isaachũ patrũ suũ & auũ Habraamũ multo se
niores fuisse. Mirat⁹ vehemẽter Pharao est longissi
ma vitæ spatia in gẽte. Sedes inde Iosippo petente
ad Heliopolim q̃ sunt & Aegyptiacę thebæ dictę,
Israeli & filijs datæ. Vbi soli opportunitatẽ nacti,
gẽtili institituto pecus alere pfeuerarũt. Fuit Israelis
tarũ, pgenies in Aegypto lõgo deinceps tpe. Vbi
supra modũ aucta, paulatim regũ iniuria seruitio
adacta est, iugoq; seruitij accepto oĩa eorũ in peius
ablere. Nili aggeribus construendis alijsq; insanis
regum operibus adhibiti Israelitæ seruiliter opera
ri. Longa fuit ea iniuria, nec prius libertatis spes
vlla genti affulsit, cp Mosis viri summi ductu inde
sit populariter migratum. Sed aliquot post ætates
id fieri contigit. Fuit annus ille, quo Israel & Anni
filij Aegypti sunt terram ingressi, ter millesim⁹ ab mundi.
orbe condito quadringentesimus septuagesimus
secundus, qui ducentesimus repromissionis fuit ac

duodecim⁹, quo tẽpore Bale⁹ in Assyria regnauit, q̃ nono est loco post Ninũ rerũ inter suos potit⁹. Apud Sicyonios Messapus. Est & Sparte sub idem tẽpus cõdita, a Sparto Phoronei filio, vt Eusebius prodidit. Secut⁹ haud magna tẽporis intercapedine hãc Israelis in Aegyptũ profectionẽ Athlas vir rerũ cœlestiũ & astrorũ peritia clarus. Fuit is Promethei frater Iapeto & Asia nympha genit⁹, a quo Mauritaniæ mons est insignis nominatus, & ante tẽpora Claudij Cæsaris nostris hominib⁹ ignot⁹. huius demũ principatu. Romana arma ad ea loca peruenere, ac tũ primũ sunt quedã circa montẽ Sutonij Paulini ductu diligentius explorata. Eius radices densis altisq̃ repletæ syluis tradunt, incognito arborũ genere, spectabili, peritate, materia enodi vertex vel media æstate niuibus candẽs. Iuba q̃ de terræ ratione nõ pauca scripsit, Euphorbion ab eo qui primus hærbã ipsam inuenit, nũcupatũ in Athlante nasci autor est, succo contra venena & ad visus claritatẽ longe efficacissimo. Proprioraverohæc, q̃ quæ ab alijs de hoc ipso sunt memoriæ prodita, medijs eũ arenis asperũ & squalentẽ, & qua ad oceanũ vergat in cœlũ videri assurgere, cętera opaceũ ac nemorosũ scatebrisq̃ fontiũ irriguũ, ac qua Aphricã spectat, fructib⁹ omniũ generũ sua sponte nascentibus, incolatũ neminẽ interdiu videri, sed locorũ silentio & solitudine tacitã quandã animos propius accedentiũ religionẽ subire, elato supernubila vertice, atq̃ ĩ lunaris circuli vicinia abeunte. Micare eundẽ noctu crebris ignibus, ægipanũ satyrorũq̃ lasciuia impleri, tybiarũ ac fistulę cãtu, cymbalorũq̃ sonitu circunstrepere. Ad quæ credenda tantã abest, vt quẽpiã astringuã, vt nisi hæc a celebratissimis essent scriptoribus prodita, nõ sine cunctatione fuerim relatur⁹. Fuit Scio Athlas ab eo quẽ dixim⁹ alius longe diuersus, Libyes vt aiũt filius, a quo videri potest monti nomẽ inditũ. Cærerũ astrorũ peritia priori assignat, qui Arcadię fuit incola, nõ Lybyæ. Sub id aũt tẽpus, quo Athlas in humanis egit, ingẽs vis mortaliũ Indię fines egressa in ea terra consedit, q̃ supra Aegyptũ Aethiopia est nũcupata. Causam, pfectionis illius a nullo tradita reperio. Illud dixerim, nomẽ terrã ipam dedisse potius aduenæ genti, q̃ ab ea acceperit, vt qui Indi antea dicerent, tã inde Aethiopes ab ipsa terra quã semel insedissent, sint nũcupati. Etem quũ duplex sit omnino Aethiopia, altera od orientẽ solem rubro & barbarico mari alluitur: ad septẽtrionẽ Libyæ & Aegypto cõtigua. ad occasum interiorem habet Libyã, ac reliqua parte, qua austrõ iacet obuersa: altera iungitur Aethiopiæ, q̃ maior est & australior. Scio plerosq̃ eorũ, qui primã hominis originẽ, nõ ad diuinã referũt prouidẽtiã, sed sponte sua rati id animal e terra natũ persuasum habuisse, mortaliũ primos fuisse Aethiopes, coniectura vsos, q̃ Aethiopicũ solũ ante oẽs terras syderis, pinquitate intepescere cœpisset, quũ terra esset ab initio vliginosa, quo cõtigerit, vt ex prima illa humoris caloriscq̃ tẽperie sit homo ipse genitus, atq̃ eã terrã, in qua nasci contigisset, libẽtius tenuerit q̃ diuersã vllã, quũ oĩa adhuc ignota essent, regę fuerit Credunt ad hęc Aethiopes mortaliũ oĩm verissimi indigenæ, qm̃ vbi terra frequẽtius coli cœpta est, retorridũ illud solũ neminẽ ad sui cultum potuerit inuitare, & qd̃ ad gẽtis vetustatẽ attinet, primũ deorum cultũ apud eos instituũ memorant, primasq̃ sacrorũ cerimonias. Quã Homer⁹ pſuasionẽ secutus poetarũ eminẽtissimus, Iouẽ & cœlicolas ad solennes in eã terrã dapes, pfectos fabulat. Seruitutẽ Aethiopes nunq̃ experti dicunt. Semp genti libertas incolumis mansit. Cambyses, qui Macrobios Aethiopas bello petere ausus est, amisso exercitu vitæ periculum adijt. Eam solã gentẽ Dionysi⁹ & Hercules, quos terras oẽs perlustrasse fama est inta ctam reliquere, aut quia ipsorũ in deos pietatẽ sint reueriti, aut (quod propius vero est) quia inexpugnabilis sit visa. Adijciunt quidã Aegyptios, qui & ipsi de vetustate diu cũ Scythis cõtenderũt, fuisse Aethiopũ colonos, qm̃ tota ferme Aegypt⁹ mare fuisset olim, sed Nili inundatione postea continens sit facta, qui ex Aethiopia allapsus, secũ vim limi ingentẽ deferat, perpetuaq̃ exaggeratione habitabilẽ fecerit terrã, quæ stagno aut pelagi fluctibus fuerat ab initio immersa. Q. deos præterea reges existimarent Aegyptij haberentq̃ sepulchrorũ pcipuã curã, ex Aethiopia credit translatiuũ, sic & statuarũ vsus, sic & literarũ, quibus bisariã, vt illi, Aegyptus vsa est, vt quæ sacræ dicerent sacerdoti bus dnntaxat notæ essent. Alterũ genus vulgo patuit. Fueruntq̃ literarũ figuræ haud tales, vt ex illis syllabæ coalescerẽt, sed animantib⁹ extremisq̃ hominum partibus, varijsq̃ instrumentis, artificumq̃ in primis perq̃ similes. Talis imaginũ scriptio vetustis q̃busdã pegrinaq̃ rerũ monumẽtis adhuc Romæ visit, singulisq̃ (vt videre est) sua inerat figuris significatio, vt in accipitre celeritas, in croco dilo malum, custodia in oculo, sicq̃ aliæ in alijs. quo apparet: nõ Phœnicum id fuisse inuentum, vt arbitrati sunt quidam, sed Aethiopum. Atq̃ inde in Aegyptũ primo, mox hinc, vnde Agenor, pfectus dicit⁹, in Syriam translatũ. Ex sacerdotib⁹, quẽ Phanatico cursu circunferri viderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem regem creauerint, velut numen insit, vulgo adorant. In quem is animaduersum voler, lictorem signum mortis habẽtem ad eum mittit, quo inspecto confestim quisquis ille est domum reuersus sibi mortem conscisit. Ferunt quendam per hæc morti destinatum quũ de fuga agitare cœpisset priusquam se pericolo subtraxerit, zona a matre strangulatum. Adeo persuasum fuit genti non licere mortem exilio cõmutare. Plures syderis propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt. Quidam, sed pauci omnino, pecorum vestiuntur pellibus. Alij subligacula capillis contexta ad mediũ corpus inducunt, pecuariam rem vulgo exercent, pecora pusilla admodum duri hirtiq̃ velleris. Canes & ipsi nihilo maiores, cęterum asperi & pugnaces. Milij, hordeiq̃ frequens vsus: vnde potum etiã cõficiũt. Cæteris carent frugibus, præter palmulas easq̃ perraras. Quidam herbis victitant tenuioribusq̃ harundinũ radicibus, carnibus, lacte, caseo, vescũtur. Mœroe fuit olim regni caput, clypei figuram ea insula imitatur ad tria milia stadiorum cum Nilo protensa. Accolunt pastores eam qui passim venantur, & agricolæ aurifodinas habent. Herodot⁹ autor est, apud Macrobios Aethiopas æs pluris æstimari quam aurum, cuius tam vilis sit vsus vt Cambysis Legati eo profecti, fontes viderint aureis catenis in custodia vinctos, quidam sisamum, alij lothum ferũt, hebeno abundãt, & siliquastro. Elephantos venantur, Leones habent Pardalos & Drachones, qui multiplici nexu iplicitos Elephãtes haustu sanguinis conficiunt. arcubus vtuntur quadricubitalibus ligneis & perustis, quo armorum genere eius gentis rex conatus est Cambisem a destinata expeditione deterrere. Instruuntur bello & mulieres, quarum plereque oris labium ęneo traiectum habent circulo. Venerantur eorum qui dam reli dam orientem solem, occidentem diris execratio nibus

Sparte.

Athlas rex.

Athlas mons.

Satyri & ęgipanes in Athlãte.

Aethiopiæ situs

Aethiopes primi mortalium.

Aethiopum ritꝰ.

Aethiopum pes vſi.

Qua lite rarũ formã sint.

Aethiopum mores.

Exẽplũ iustitiæ in fœmina.

Aethiopũ vitꝰ.

Cap. II.

ENNEADIS I. LIBER II. 21

nibus infectantur. Mortuos nonnulli in profluentẽ deijciunt alij fictilibus cõdunt dolijs, quidã etiã vitreis cõditos domi in annũ asseruãt, religiosęq̃ interim colũt. Primitias offerũt. Sunt qui tradãt regẽ ab his potissimũ declarari, q̃ forma & alendorũ pecorũ peritia, roboreq̃ & opibus cæteros antecellat. Fuissęq̃ ius olim Mephiticis sacerdotib⁹ mortis p internũcium regi impandę, alteriusq̃ in, demor tui locũ, quũ libitũ esset, cõstituẽdi. Deũ alterũ immortalẽ credere, eũ qui rerũ sit princeps atq̃ vniuersi cõditor, mortalẽ alterũ eũq̃ incertũ. Regẽ (vt antea est dictũ) & eũ qui de ciuitate optime merit⁹ sit, secundũ regẽ vt deũ venerant. Hodie vt ex ijs accepim⁹ qui in ea Aethiopia, q̃ Aegypto est pxima, plures sunt annos versati, Christiano ritu Deũ trinũ & vnũ colũt. Regẽ qui Prestoianes dicit, in secũdis habent. Itali Indos hodie (vt audio) appellant Aethiopas, q̃ supra Aegyptũ colunt profectionis (credo) illius nõ ignari, de qua nũc loquimur, quũ procul inde alioqui ad ortũ recedat India. Cõsulto adhuc quarũdam gentiũ mores & ritus referre curę fuit, & cũ his terrarũ situs. Quæ relatio semel instituta, etsi toto mihi opere seruanda est (creddet enim res historiã multo iocundiorẽ, atq̃ vtiliorẽ cognitu) nescio tñ quonãmodo libentius id feci in ipso rerũ scribendarũ exordio, ne in recessu operis postq̃ vberior se nobis materia aperire inceperit, ab ipsa rerũ dicẽdarũ serie sæpius abduceretur stilus, cuius nũc ne obliti videamur, ad Israelitas redeo. In qua gente sub id tẽpus, quo Indi in Aethiopiã, pfecti,

Moses. Moses dux & pphęta summus ex Amarame patre iam septuagenario est natus: cuius ductu Iudæi ex Aegypto digressi, supbissimo Pharaonis liberati sunt seruitio. Sed mirũ videri possit, q̃ ad hunc locũ oẽs eius terrę reges iam inde ab Habraami tẽporibus vna appellatione referant, quũ si vnus interim fuisset, quẽ admodũ ex Herodoti lectione potest intelligi quẽ illi Pheronẽ dixerint, manifeste appareat tot ætates superesse nõ potuisse. Cæterũ prętẽq̃ q̃ Bibliaci libri, Eusebius, Ioseph⁹, Augustinus sunt mihi in eo idonei autores, Manethonis

Omnes Aegyptiorũ reges. Pharaones dicti. Aegyptij sacerdotis pmętarij scriptũ habuere, Pharaonis appellationem oẽs Aegyptios reges tulisse olim, quũ suũ alioqui nomẽ esset singulis, q̃ mos & in persas reges aliarũq̃ gentiũ postea sit translatus, vt appellationẽ vnã plures tulerint, quã scriptores secuti oĩa posteris obscuriora reddidere. Requirenti ad hæc mihi appellationis huius causam,

Pharos. Proteus. vna potissimũ cõiectura subibat animũ, a Pharo insula, q̃ Alexandriæ obuersa iacet, Pharaonis nomẽ regibus ab initio datũ. Insula vetustissima quã Proteũ tenuisse Homer⁹ significare videt. Proteus Pheroni i regnũ succesit, illi inquã q̃ multas post Habraamũ fuit ætates, atq̃ eo Pharaone multo recẽtior, qui Habraamo fuit æqualis. Suspicari libet Pharones ab Herodoto & alijs Græcis appellari, quos Hebræi & quicũq̃ Hebræos secuti sunt Pharaones dicere maluerũt. Accidit igit, vt prius quã moses nascereť Aegyptiacus sacerdos, oraculo ne

Pharaonis edictum. instructus aliquo, an pphetico impulsus spiritu, incertũ habeo, Pharaoni nuntiauerit, Hebraico sanguine puerũ nasciturũ, qui multũ regni opib⁹ esset obfuturꝰ. Permot⁹ Pharao eiusmodi oraculo, vel vt Bibliaci libri tradunt, quia Hebręorũ gens multo numerosior videri cœperat, quã ipsi regi & vniuersę Aegypto tutũ crederet, nutriri vetuit omnẽ virilẽ Israelitarũ stirpẽ quæ deinceps nasceret. Capitale futurũ edicit, si quis marẽ tolleret, obstrictibus ad hæc indigenis datur negociũ, vt oĩa attente explorarẽt, ne in cuiusq̃ puerpio fieret fraus.

Nemini erat dubiũ totã Iudæorũ gentem q̃ adeo ad id tẽpus in Aegypto creuerat, vt ad sexcenta virorũ milia in ea censerent, hois ætate interiturã, si oĩs alterius sexus soboles in ipso vitę ingressu fuisset extincta. Sup vetus igit turpecq̃ seruitiũ cura & dolor tacitus Iudęorũ animos versabat, lamentari secũ iniquã totius gentis sortẽ, cui sup alias clades quib⁹ indigne pmerent, crudelissimi regis impio oĩs spes successionis adimeret. Oculos ad cœlũ tollere, numẽq̃ suppliciter pcari, ne populũ veræ pietati addictũ, impij regis iniuria extingui paterer. Fa cere hæc vulgo alij, sed Amaramis vir in Iudæis iustitia insigni oĩm maxime. (Sic eñ cõpartũ est, vt pclara hoĩm ingenia nõ præsentia solũ, sed futura etiã pspiciant, sintq̃ eiusmodi hoies de cõmuni salute pter cæteros soliciti.) His ille curis anxius cœlesti voce visus est sibi per quietẽ moneri, fore, vt potentissimũ illud cœli numẽ, cuius imperiũ oĩa sequũtur, qd̃ per tot rerũ humanarũ casus Habraamũ autorẽ gentis, ptexisset, quẽ ex inope & ignoto in Cananea terra locatũ diuitẽ & clarũ fecisset, intẽpestiuo Sarrã donasset puerperio anũ sterilẽ & decrepitã, qui Deus Habraami filio, q̃ nepoti, qui ex nepote, procreatis toties dextervolensq̃ assuisset: qui mirãda eidẽ genti annuerit olim, & dederit in cremẽta, idẽ breui suo esset populo ducẽ daturus, q̃ ex suorũ ceruicib⁹ seruitutis iugũ excuteret, fractisq̃ Pharaonis opibus, per oẽs esset terras suũ nomẽ propagaturus. His Amaramis bene sperare iussus, simul & illud dicit, patrẽ se mirandę illius sobolis futurũ, daret modo operã, procreationi, cæteris rebus fata ipsa viã inuentura. Lætus ille nocturna specie, rẽ cũ Lochabetha piuge ꝯmunicat. Cõstituũt itaq̃ inter se, vt cælato mulieris vtero, quantũ humana prudentia caueri posset, partũ quoq̃ occultũ habe rent. Nec rei defuit euentus. Mulier inde puerũ eni xa tris propemodũ menses secretiore parte domus aluit infantẽ. Inde metus vtrũq̃ incessit, ne si vagitu suo puer, pderet, qd̃ credere erat aliquã do futurũ, ambo cũ tota domo ad supplicium traherẽt, pueri vitã numinis prouidentiæ permittũt, simulq̃ viminea cista bitumine oblita includunt, pxima Nili alluuione deponunt. Vehebat secundo fluuio fatale onus haud procul a ripa, quũ Themura regis filia, quæ tũ forte cũ æqualibus multis circa Nilũ puellari lasciuia errabat, alueũ cõspicata, vt est humanus animus scrutandi auidus, siqua in occulto sint, iubet cistulã apprehendi. Puerũq̃ intuita, clamore circa illũ & plausu gestiens iacentẽ osculat, inde indigenæ mulieris vberibus admotus est, q̃ sponte sua vel accersita potius (vtrũq̃ em̃ scriptũ reperio) eo occurrerat. Repudiauit eã puer alimonia ceu aliena vbera fastidiret, mox in alia atq̃ alia idẽ experta Themura, angebat animo vehemẽterq̃ dubitare, ne longa infans inedia deficeret, consilij inter æquales capit, qua via imminẽti fato puerum subtraheret, superuenit interea hæc agitantibus Maria Amaramis filia, quasi diuersum negocium secuta: cæterum occulte a parentibus ad id submissa, vt totius rei exploraret exitum. Tum puella, nimirum inquit infans hic alterius gentis auersatur alimenta: quod in tribuli fœmina haud reor euenturum. Agite nunc si placet, idq̃ in muliere aliqua hebræa experiamini, siquidem coniectura adducor haud inepta, vt credam puerum peregrini esse sanguinis, metuque a parentibus in profluentem deiectum. Assensa his est regia puella, eamq̃ ipsam ire iubet, fœminamq̃ sui generis aliquam ad se vocare. Nunciat continuo illa parentibus quid acciderit, & quod ab regis filia haberet

Amaramis.

Mosis ortus.

beret mandatũ. Aduolat eo mater quasi rerũ oĩm ignara, ne qua suspitio oriri posset, si filiã secuta ad reginã venisset. Huius pectori infans adhibitus cõfestim materna vbera inuadit. Læta pueri affectu Themura huic, potissimũ quã fortuna primo obtulisset, eũ destinat alendũ. Pro suo nutriri iuber,

Vñ Moses dict⁹. impunitatẽ pollicita. Ipse puer, qa ab Aegyptijs aqua Moys dicit, is vero eductus, ab ipso rei euẽtu Mosis ille postea nomẽ tulit: atq; ita diuina prouidentia cõtingit, vt ex ea domo, vñ genti vniuersæ exitiũ ꝓpter hunc vnũ impẽdebat, sit puero salus q̃sita, Alebatur ille diligenti cura, cũ regiæ puellæ iussu, tũ spe tacita parentũ, quã de eo iã inde ab nocturno illo oraculo imbiberant: elucebatq; in eo adhuc puero maius in dies futuræ virtutis lumen,

Septim⁹ ab habra amo Moses. vtpotẽ qui ab Habraamo septim⁹ esset. Erat enim Amaramis filij⁹, quẽ Caath⁹ genuit: Caathũ Leui, huius Israel fuit pater Iacho nat⁹, atq; Habraæ nepos. Et iam triũ annor⁹ Moses festiuo hilariq; aspectu, oĩm in se oculos verterat. Quib⁹ naturæ dotibus Themura permota, eũ in filiũ sibi optat, eundẽ in cõplexibus haber, fouer oculaq; ad patris cõspectũ trahit: & vt libero erat ingenio, paternę indulgentiæ fecura. En inquit pater tibi mihiq; deorũ (vt credere par est) munere q̃situs est successor. Tu nec filiæ votis nec fortunæ queso beneficio repugnes. Annuit Pharao filiæ p̃cibus, puerũq; gremio receptũ in futurę successionis argumẽtũ, an ludens potius parũ cõpertũ habeo, paruo, quod satis cõstat, diademate infigniuit: fatoq; credo immemor, aut certe patria charitate victus. Id insigne puer inter crepundia arreptũ humi affligit: afflictũ pedib⁹ cõculcat. Acceperũt qui tum circa regẽ steterãt nõ

Diadema cõtemnit Moses. sine gemitu id omen: nec fati dicus facerdos, qui tũ forte aderat, tẽperare potuit: quin tũ quoq; regẽ fatorũ admoneret, apertaq; p̃dictione diceret, hunc

Recẽs fatorũ admonitio videri sibi puerũ, quẽ magnã aliquãdo cladẽ Aegypto allaturũ fata portenderẽt: Eũ vt publicã pestẽ dirumq; exitiũ cauendũ p̃dicere, deorũ hoĩmq; fidẽ testari: certissimũ incendiũ Pharaoni, eiusq; regno ante oculos nutriri, dum regiæ puellæ nimis a patre indulgereť. Hæc ille vociferat⁹, mouerat nõ solũ alios, sed & regẽ ipsum. Subibat ad hæc aĩum oraculi memoria. Qua territus haud longe aberat, quin puerũ e filiæ cõplexibus arreptũ, suis iugulãdum traderet: sed plus oĩno ambiẽtis filiæ gratia, aut (qd magis credo) fatorũ necessitas valuit. Obuoluta illa genibus patris ętatẽ excusare, quę nihil adhuc saperet. Ad omen igit eleuãdum carbones iubẽt puero accẽsos offerri ex ea re exploraturi, an nocitura etiã temere tractaret. Hic factũ memorãt: vt nõ sine perpetua linguæ clade, ex his aliquot repente hauserit. Huiusmodi casibus eius infantia iactata est, Verũ quum iã per ætatẽ adoleuisset, esset q; animi promptitudine, multaq; vi corporis omnibus cõspicuus, ingenio ad hæc supra ætatẽ longe prudentissimo, & ob hæc illi aulicus fauor conciliatus, ita accidit: vt Aethiopes, qui rẽpestate illa

Bellum Aegyptijs infertur. mutuo rerũ cõmercio Aegyptũ vulgo frequentabãt, forte iniuria affecti (qualis ea fuerit, autores, quos sequimur, nõ tradunt) tumultuario bello vi cinã terram inuaserint. Aegyptij & ipsi vim armis vindicaturi, incõposito agmine prodeunt illis ob uiã: fuitq; his prima pugna parũ prospera, multi prælio cæsi, reliqui turpi fuga dilapsi domũ pro victis trepide abierũt. Aethiopes victoriã secuti Mẽphim vsq; Aegyptũ populati sunt: & iã oẽs illorũ conatus eo rendere, vt Pharaonis regnũ funditus euerterẽt. Gentis igitur opibus in hunc modũ fractis, quia suis viribus Aegyptus stare nõ poterat, ad diuinas sortes (vt mos est gentis) confugit. Ex oraculo est relatũ Iudaici sanguinis duce opus eẽ, si Aegyptij vellent rerũ suarũ statum in melio⁹ mutari. Quæ vox vbi audita est, vniuersum vulgus, Moses velut e cœlo noĩatim Moses poscereť, copiarũ imperiũ vni destinãt: & rex a filia ducẽ sibi in aperto regni discrimine cõcedi postulat. Magno itaq; omnium cõsensu: totius belli administrãdi cura potestasq; vni ꝓmissa est. Lætari secũ interea Israelitæ, atq; in melioris formæ spem erecti, rerũ omnium euentũ taciti expectabãt. Moses ꝓbus q̃ ad bellũ necessaria erant cõparatis, in Aethiopas mouit: qbus ne suꝰ accessus aliquo modo p̃sentireť, a ripa fluminis diuersus ducere cõstituit. Verũ qa per loca serpentibus infesta ductand⁹ erat exercitus, vim Ibidũ ingentẽ papyraceis instrumẽtis in arcarum speciẽ ꝓtextis inclusit, Herodot⁹ autor est, ex Arabia alatos serpẽtes ineũte statim vere in Aegyptũ volare, qbus ad planitiei ingressum Ibides aues occurrãt, passimq; cõficiant, essecq; ob id auẽ ipsam apud Aegyptios in magna veneratione. Ipsa ferẽ nigra est: gruinis cruribus, rostro maxime adũco. & hæc nigrarũ est Ibidũ species, quæ cũ serpẽtib⁹ ingenito quodã odio decertant. Est & alterũ gen⁹. Hui⁹ pedes humanis similes, gracile caput, cærera candidũ, præter ceruicẽ, alarũq; extrema, crura & facies cæteris haud dissimilis. Serpẽtib⁹ figura Hydrorum, alæ nõ pennatæ, sed vtvespertilionũ glabræ. Aduersus horum incursum Moses ibidib⁹ vsus ad hostes incolumi exercitu puenit. Mira videri possunt quæ Herodot⁹ de ingenito auis hui⁹ odio in serpẽtes prodidit: quib⁹ ex Arabia in Aegyptũ volantibus ad ingressum planitiei infesto occurrant volatu, quibus locis ingẽtes & citra fidẽ referendi visantur ossium & spinarum acerui, qui nihil obscure arguant, alatorum serpentium vim ingentẽ hic eo cõflictu laniari. Sunt (quod ad hoc attinet) inter volucres quasdam & animalia terrestria inter secelebres inimicitiæ, quodam occulto naturæ affectu: sunt & rursus amicitiæ. Dissident, satis constat, Olores & Aquilæ: Coruus & Miluꝰ: Aquilæ & Throchilus, quoniam si credim⁹ rex ille dicatur auium. Pari odio bella inter se gerũt, Mustela & cornix: Ichneumõ & vespæ: Anguis & mustela: Thoes & Leones. Rursus amici inuicẽ, Pauones & colũbæ: Turtures & Pfitaci: Cornix & Ardeolæ. Sed hæc eo tendunt, ne cui parum credibile videaťqd Iosephus scribit, Mosen per infesta serpentib⁹ loca ducturũ, Ibidũ p̃sidio vsum: quarũ in id animal odiũ. Herodoti Plinijq; testimonio, sit nulli ignobile. Moses haud multo postquã ad hostes venit cũ his acie cõgressus, modico certamine superauit. Victor inde exercit⁹ Aethiopiæ fines ingressus, terrore multaq; hostiũ clade Aethiopiã per uagať. Postremo ad Meroen sunt castra admota. Id em nomẽ illi postea fuit, tunc aliud fuisse credi derim. Estq; a Camby sis sorore. Mẽphis, vt quidã tradunt, vt alij ab vxore nuncupata. Sed tam hi q̃ illi a mendacij suspitione vindicanť. Habuit Cambyses sorores duas, quarũ vtrãq; vxorẽ duxit: Sed altera Aegyptiaca expeditiõe illũ comitata est, ab eoq; in Aegypto interfecta, causa suo loco explicabitur. Est Meroe insula oĩm, quas Nilus effecit amplitudine maxima, Libiam versus vastis arenæ cumulis circũsepta: qua in Arabiã iacet obuersa, præceps, & abrupta: ad meridiẽ Astaboræ, Astapodis, & Astabosę fluuiorum occursu perfundit: reliqua parte quæ septentrionem & Boream spectat, Nilo clauditur. De eius magnitudine loco haud multum hinc diuerso diximus. In ea insula tum regio erat



Moses ꝓditione Meroe potitur. gio erat Aethiopum, & urbs præter locorum naturam, humano etiã opere munita, Fossæ ad hæc ad fluuiorum inundationẽ arcendam circa regiam ductæ, omnia Aegyptijs reddebant impeditiora. Fuit itaq; obsidio illa omniũ spe difficilior: Moses longioris moræ impatiens, circa urbem crebro adequitans, cuncta animo & oculis lustrare, an ui aliqua, aut arte queat ad hostem penetrare. Verumenimuero amor illi obtulit, si Iosephus qui hæc tradidit uerus est author, quod neq; uires neq; bellica studia antea potuerant. Tharbis regis filia illum circa muros uersantem conspicata, uiri forma & celebritate capta, per fidissimos seruos urbis proditionem pollicetur, si se legitimæ sit coniugis loco habiturus. nec Mosi displicuit conditio, quippe qui id bellum quoquo modo cupiebat ad exitum ꝺduci. Fidẽ igitur in id quod petebať data, confestim urbe potitus est: qua recepta nuptias celebrat. Nec pulcherrima uictoria plus illi gloriæ apud Aegyptios peperit, quam obtrectationis & inuidiæ. Etenim domũ reuersus uarijs apud regem criminib⁹ iactatus, quum cædis quoq; argueretur in Aegyptio homine perpetratę, postquam capitalia de se consilia apud regem moueri sensit, imminenti se periculo fuga quam occultissima subtraxit. Cęterũ ueriť, ne dimissi essent, qui se a fuga retraherẽt, omnẽ hominũ occursum uitabundus per deserta & deuia loca ad Madiam peruenit. Fuit id oppidum in troglodytica ora ab Habraami filio dictum, ut tradit Iosephus. Mira sunt

Troglodytæ. quæ de Troglodytarum ritu Plinius scribit in historia. Excauare eos subterraneas specus, quas pro domibus habeant: unde & nomen genti inditum uideri possit. serpentium carnibus uiciitant, pro uoce stridor est illis, ob idq; omni sermonis commercio carent. Quæ si ita habeant, non uideo: que hospitij, matrimonij ue cum ea gente iungendi Mosi esse potuerit occasio: nisi quis alios Troglodytarum mitiores alijs esse arbitretur. Cæterum qualiscunq; fuit ritus gentis, quæ tum Mosem profugum excepit, ad puteum oppido propinquum animo & corpore æger paululum sedisse traditur. Compulerãt sub id tempus eo sorores septem quæ patrio more oues pascebant, suos greges. Idq; aliquanto tempestiuius feceranť, ut cæteros præuenirent pastores aquationis compendio, affuit nec multo post alia frequens pecuariorum manus, arcebaturq; infirmior sexus a canalibus, suoq; aquationis loco. Moses rem indignam ratus, per contemptum & iniuriam puellas suo commodo priuari, præsertim cꝰ officium maturassent, facto in pastores impetu loco deturbat, atq; ita contigit: ut suos illæ per ocium greges potui ad

Raguel. mouerint. Ea res Mosen Ragueli earum patri sub primum ad urbem accessum conciliauit. Erat is sacerdos plurimaq; inter suos authoritate. Excipit ita q; ille Mosen uenientem grato hospitio: excepto filiarum unam matrimonio locat: mox in generum ascito omne pascendi pecoris uni p̃mittit negociũ. Quo temporis spatio quum forte Moses circa Sinã montẽ, seu Orebũ (ut alij dicunt) soceri oues uersaret: essetq; locus uberibus accolis sacer, quippe qui uulgo persuasum haberent certum ibi numen inhabitare: mirũ dicitur illius oculis prodigiũ oblatum, uirentem rubrũ iutuitus est: quem citra omnẽ folio rum frugũq; cladẽ innoxia cõprehenderat flamma. Cuius rei nouitate, quum aliquandiu Moses defixꝰ stetisset: postremo explorandæ rei studio, quũ propius accessisset, uox inde reddita est. Primoq; increpitus, cꝰ ad loca religione inaccessa temere penetraret: inde bene est sperare iussus, qñ nõ sine numine talia euenirent. Iret: & cœlestis uocis imperiũ secutus omnẽ Iudæorũ gentem, q̃ in Aegypto esset, seruitio liberaret, atq; in eam terrã deduceret, quã Habraam⁹ gentis author olim tenuisset. Moses etsi ob ea, quæ uiderat, parũ liber erat religione, haud frustra ratus id prodigium fieri, coram tũ excusat: nunc gentis imbecillitatẽ, quæ longo pressa iaceret seruitio: nunc linguæ segnitiẽ, clademq; a puero in Pharaonis conspectu sibi conflatã. Quid si quisquam me roger, inquit, quo authore rem rãtam sim mouere ausus, haud quidẽ intelligo, quid tum demũ me illi respõdere oporteat. Sũ ego, ait uox illa, qui sum: & ab eo qui sit, te illuc reuersum dixeris. Atq; sedm hæc q̃ audiuerat Moses ab eodẽ oraculo iussus pastoralẽ baculum abiicit, quẽ manibus habebat; ibi miraculũ multo maius est factũ: consestim uirga in serpẽtẽ uersa est. Qui tumidus uiolẽtusq; linguas in

Prodigium. Mosem uibrãs ceruicẽ ex aduerso tollit: mox specie illa ultro remittente, baculus pristinam recepit formam. Manus ad hæc sinu exerta, uelut lepra quadã obduci uisa est. Postremo aqua pureo hausta humiq; effusa in cruorem uersa est. Quibus ille prodigijs motus, certusq; tantis cœptis haud numẽ defuturũ, a Raguele in Aegyptum, iã Pharaone in cuius aula educatus fuerat extincto, reuersus est.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO. ENNEADIS PRIMAE. LIBER III.

Reditus Mosis in Aegyptum. LOREBAT per id tẽpus ocio & diuitijs Aegiptus, quæ quo magis affluebat, eo insolẽtior erat gentis luxuria, maiorque mortaliũ contẽptus. Mala enim prauaq; igenia, quo meliore sunt fortuna, eo inclæmẽtius exercent imperium in eos, quos iniurię hñt opportunos. Premere illi media rerũ quiete, crudeliterq; uexare Hebraici sanguis uiros. Nullũ erat regiæ insaniæ opus, cui nõ illi seruiliter admoRegum Aegyptiorũ in Aegyptũ opes. uerent. Nulli regũ unq; insanis extructionibus suas ꝓfuderunt cę Aegyptij. Mines q̃ prim⁹ oĩm in ea terra rex fuit, ad centũ stadia humo ogesta in montiũ angustias coniecit Nilũ, ut non suo sed alieno fluerer arbitrio. Idẽ & Memphim urbẽ cõdidit. Mœris q; pluribus interiectis ætatibus post illũ regnauit stagnũ effodit tã enormi uastitate, ut Nilo senis mensib⁹ epoto uix sit capacitate nimia explestus. Hui⁹ miraculi pyramides illæ medio stagno extãtes cœloq; surrectę, cæterũ usq; adeo in ꝓfunda uada demissę, ut pẽ operis multo maximã ambitiose substrahãt spectantiũ oculis. Sed maior Cheopis insania: q cẽtũ milia operarioꝝ decennio uel uno opere exercuit: hui⁹ Pyramis illa quinũ stadiorũ altitudine: alteraq; sepulchri noĩe erecta octogenũ iugerũ quaq; uersum, pari celsitudine. Pyramidis uniꝰ in scriptio testata est in apio, allijs & cepis ad operãtiũ alimoniã emũdis mille & sexcẽta regi talenta, opus unũ decoxisse. Herodot⁹ author est, hũc ipm Cheopẽ pecuniæ defectu filiã ꝓstituisse: q ut a patre iussa est, a singulis quos admisit lapidẽ unũ exegit ad destinatũ opus idoneũ. Ex q̃ materia mererricio quęstu q̃sita, pyramis extructa sit quaq; uersum pedes trescentenos habens ac sexagenos. Quid domus illa uno lapide excisa laboriosęq; asportataq; Quid alia aliorũ opera quæ uanũ gentis arguunt studiũq; Sed alij id laudi & immortalitatis spei dederũt. Pharao qui Israelitas exercuit odio & fæuitiæ indulsit, qui ne gens

Pyramis

ne gens ipſa ab opere & ærumna aliquando reſpiraret, aliqua de induſtria inchoabat, vt miſeram gẽtem aſſiduo labore torqueret. Etenim poſtea quam Iudaicæ opes in Aegypto coaleſcere cœperunt, maioraq́ in dies incrementa ſentire viſa ſunt, fortuna gentis ſuſpectior eſt indigenis facta, ſucceſſus inuidiam peperit, ſuſpitio odium & iniuriam. Obſtiterunt duobus grauiſſimis Aegyptiorum affectibus Ioſippi, quamdiu vixit, merita: eoq́ ſublato continuo totam gentẽ grauis adorta eſt ſeruitus, tenuitq́ ea malorum uis uſq́ ad pronepotes, qui Moſis ductu & auſpicijs ſeruitute liberati ſunt. De quo inſtituendus erat nunc ſermo: niſi priuſquam ex Aegypto egrediamur, de regionis ſitu moribusq́ & ritu gentis pauca eſſent explicanda. Tota eius terræ portio, quã a Cercaſorũ urbe Nilus dextra læuaq́ ſuo amplexu ad mare uſq́ determinat, Canopico oſtio ab Aphrica: ab Aſia, Peluſiaco: fuit olim Aegypt⁹ nominata, atq́ ob eam rem pleriſq́ inter inſulas relata eſt: ita ſe Nilo ſcindente, vt triquetram terræ deliniet figuram. Quo contingit, vt a græcæ literæ ſimilitudine ſit a pleriſq́ Delta cognominata. Recẽtiores eam ad ortum ſolis terram adiecere, quæ a Nilo ad Erithræum uſq́ ſinum protenditur: & ad occaſum haud parua terræ intercapedo antiquis finibus acceſſit. Arabiæ itaq́ & Erithræo mari inde iungitur: hinc Cyrenæ reſiduæq́ Aphricæ inhæret parti, ad ſeptentrionem pelago alluitur, quod ab ipſa terra Aegyptium appellatur, a ceruice & humeris Aethiopiæ eſt inſerta. Si ab Aegypto Danai fratre nominari contigit, Moſis ætate Aeriæ illi nomen fuiſſe crediderim. Sic ab initio dictam authores qui dam tradunt. Herodotus Thebas nominatam exiſtimat: quia olim ea pars ſolum coleretur, quæ ſuo circuitu ſex milia ſtadiorum, & amplius continet, reliquam aquæ obtinerẽt. Aegyptij ante Pſamnietici regis tempora, ſe mortalium uetuſtiſſimos arbitrati ſunt. Ille præter argumenta a me rebus Scythicis relata, nouo commento inueterati erroris gẽtem coarguit. Cœpit eum cupido explorandi qui hominum primi extitiſſent, qui ue ſermo homini peculiaris eſſet a natura datus. Infantes duos iã inde a ſuo ortu in ſtabulo iuſſit a paſtoribus nutriri, qui caprarum uberibus ambos admouerent, iuſſi nullam interim vocem emittere, ſed ſilentium tantiſper tenere, dum puerorum explerentur deſideria, mox clauſos in ſolitudine relinqui: Poſt bimatum igitur paſtori ſtabulum recludenti, ambo porrectis manibus proci dentes Beccus clamant. Tenuit paſtor indictum ſilentium. Sed quum illi id verbum ſæpius iterarent, rem paſtores regi nunciant. Mandat ille pueros ſilentio ad ſe deferri. Ac quum id per ſe poſtea exploraſſet, ſciſcitatus eſt cuius gentis uox illa eſſet, & quid potiſſimum ſignificaret. Conſtitit Phrygas beccum panem appellare. Atq́ iam inde Aegyptij eo argumento uicti, uetuſtatis palmam Phrygibus conceſſere. Hæc ſe Herodotus Memphi a Vulcani ſacerdotibus cognouiſſe prodidit. Alij quibus aut grauate accedo, a mutis nutricibus infantes educatos memorant. Cæterum quoquo modo res acta eſt, ſatis conſtat Aegyptios tali coniectura uictos uana de ſe opinari deſiiſſe. Scio ego fuiſſe qui crederẽt Aegyptios Aethiopum eſſe Colonos, qui mortalium uetuſtiſſimi habentur, vt proximo eſt uolumine demonſtratum: vnde pertinax illa Aegyptiorũ de uetuſtate ſua orta uideri poteſt opinio, quãm neq́ Trogus tradit, neq́ Herodot⁹, quod ſciam. Aegyptij omnium primi XII. deorum nomina primo commenti ſunt, manifeſto ſuæ uanitatis argumento, ac ijdem primi (ut quidam tradunt) aras & ſimulacra, delubraq́ ſtatuiſſe creduntur: animaliaq́ in ſaxis figuraſſe: quæ omnia plane arguũt eos ab Aethiopibus eſſe oriundos, qui horum omnium fuerunt authores, vt tradit Diodorus. Memorant præterea apud ſe mortalium primum Menem nomine regnum tenuiſſe, cui omnis Aegyptus præter Thebaicã plagam paluſtrem ſeruiuerit, atq́ eorum quæ ſunt ſupra ſtagnum Myrios, nihil ea tempeſtate fuiſſe. Stagnum ſeptem dierum nauigatione aduerſo Nilo a mari nauigatur. Habet itaq́ interni maris ora tria milia & ſexcenta ſtadia, a mari rurſus ad urbem Elephantinam regionis confinium ſtadiorum paulominus ſeptem milia, ut Herodotus colligit. maior pars terræ huius acquiſita, & mari olim adempta oblimatione fluminis. Iones quum totam terram in tres potiſſimum partes diuiderent, Europam, Aphricam, & Aſiam, quartum terræ mẽbrum Aegypti delta annumerare conſueuerunt. Alij græcorum bipertito eam dimenſi, hanc Aegypti patrem Aphricæ, quæ reliqua fuit Aſiæ, tribuerunt. Cœlum ipſi minime pluuium, ſed naturæ prouidentia. Nili de quo haud multo poſtea dicetur, inundatio eam incolis reſarcit iniuriam. Sed ut cœlo & flumine Aegyptij a cæteris mortalib⁹ ſunt pene diuerſi, ita eorũ mores & inſtituta ijs quibus aliæ utuntur gentes, magna fuerunt ex parte contraria. Hic olim fœminę negociari, cauponari, inſtitoriaq́ obire munera conſueuerunt. Viri intra domorum parietes texere, hi onera capitibus geſtare, mulieres humeris, illæ ſtantes micturire, hi ſedentes, domi vulgo ventrem exonerare, in uijs comeſſari. mulierum nulla neq́ dei cuiuſquam, neq́ deæ ſacerdotiũ habuit. Mares liberi gentili inſtituto parentes haud inuiti alebant, contra cogebantur filiæ etiam nolẽtes. Pleriq́ mortalium in funere deglabrant capita, barbam promittunt. Aegyptij promittebant capillum, & barbam condebant, panem pedibus, lutum manibus ſubigebant. Horum fuit (vt Græci perſuaſum habuere) & qui ab ipſis oriundi ſunt, uirilia circũcidere: ſed propiora uerò quæ de ea re alio loco diximus. A dextera in ſiniſtram literas digerunt. Horum mares binis ueſtibus uti moris fuit, fœminas ſingulis, bipertitus literarum uſus: prophanus hic, ille ſacer: ſed uterq́ (ut Diodoro perſuaſum eſt) ab Aethiopibus ſumptus. Sacerdotes tertio quoq́ die corpora raſitare, ne quid ſordis quum ſacra faciunt, intercurreret. Linea ferre ueſtimẽta, ſemper recens abluta, faſſi munditiæ gratia ſe circũciſos eſſe, quia ſatius ſit mundos eſſe quam decoros. Veſtem ſacerdotes lineam tantum geſtare & calceos papyraceos. Fabam neq́ ab illis ſeri, neq́ alibi natam comedi, immundum id legumen uulgo haberi. Hoſtiarum capita execrationibus damnata, aut peregrinis negociatoribus uenditabant ſacerdotes, aut ſi qui illa emerent, non affuiſſent, in Nilum proijciebant: de quo illud uerẽ dixerim ob mirificã ipſius naturam, unum omnium fluuiorum eſſe in toto orbe maxime memorabilem. Eius ortum Græci & Latini ſcriptores ignorari uulgo arbitrantur. Herodotus ne Aegyptiorum quidem aut Aphrorum quẽquam a ſe repertum ſcribit, qui fateretur ſe id ſcire. Cæterum in Sai urbe ſacrarum Mineruæ pecuniarum ſcribam audiuiſſe ſe hæc eadem ſciſcitantem, qui duos eſſe montes diceret, inter Syenem urbem Thebaidis & Elephantinam, quorum huic Crophi nomen eſſet, illi uero Mophi: ex eoq́ medio Nili fontes immenſæ altitudinis emanare, diuerſaq́ inde abire flumina: ad ſeptẽtrionem unum, qui idem eſſet & Nilus, alterum Aethiopiam uerſus ad meridiem. Immenſæ altitudinis argumentum fuiſſe, q́ Pſamnieticus Aegypti rex antiquiſſimus funib⁹ multorũ milliũ paſſuũ connexis, & in profundam Abyſſum deiectis, ad imũ uadũ non peruenieſſet. Sed tantũ abfuit, ut eorũ quæ dicerẽtur q́cq́ fecerit fidẽ, ut mereã ſibi fabulã narrari crediderit Herodotus. Arbitratur tamen Nilũ ex aphrica fluere, ab eoq́ Mediã ſecari parifere tractu, q́ & Europam ab Iſtro. Plini⁹ Iubã ſecutus ex inferioris Mauritaniæ mõte, haud procul oceano lacu protinus ſtagnãte, quem accolę Alidem uocant, in quo præter cætera Nili argumenta, Siluri quoq́ in eo reperiãtur. Ob ſeruatũq́ quoties in Mauritania niues imbreſq́ eũ ſatiauerint, Nilum increſcere, qui iã inde indignatus per arenoſa fluere, ſub terra cõditur aliquot dierũ itinere: mox aliquanto maiore lacu Cęſarienſis Mauritaniæ in Maſſeſſylũ gente erumpit, eiuſdem piſcis argumẽto: iterũq́ arenis receptꝰ cõdit. XX. dierũ ſolitudinibus. Verũ ubi Aethiopib⁹ propinquat, quaſi humanũ ſentiat cultum: proſilit fonte, Aphricamq́ ab Aethiopia dirimens, feris primo, mox populis frequẽs, fyluarũq́ interim opifex medios Aethiopas ſecat: Astapu cognomine, quaſi e tenebris fluẽs: paſſim inſulas ſuis diuortijs fabricatus: & in his Meroen, de qua affatim ſupra. receptis inde omnibus unũ in alueũ aquis, Nil⁹ incipit nominari: etſi tũ quoq́ Cyriſanthes p aliquot milia paſſuũ ab accolis dicatur: iſuliſq́ idẽtidẽ impact⁹, ac nõnihil irritatus, in montium incidit anguſtias: unde uiolento curſu ad Aethiopũ locũ, qui Catadupi nominãtur, peruolat. Hic ruere creditur non fluere inter occurſantes ſcopulos actus, mox in aptũ euadẽs omni domita uiolentia ac lenior factus, ſeptẽ nouiſſime oſtijs in Aegyptiũ mare euoluit, proximo Alexãdrię Canopico, Bolbitino, Sebenitico, Phanitico, Mendeſio, Tanico & Peluſiaco. Adijciuntur his alia quatuor, ſed quæ diximus ueriſſima putantur. Herodotus pro Phanitico & Taniſco Bucolicum memorat & Saiticũ. Statis ad hæc omniũ annorũ diebus magno auctu, cæterũ haud ſemper eodẽ, p omnẽ ſpatiatus Aegyptũ, fœcũdus terræ innatat. Eius incremẽti uariæ prodũtur cauſæ. Etheſias uẽtos in cauſa eſſe q́dã arbitrati ſunt: quibus ex arctoa mũdi plaga flãtibus, pelagi fluctu in diuerſa oſtia impulſo illa fluminis reſtagnatio ſequatur: quod auſtrino flatu Tyberino fluuio accidere ſcio quibuſdã perſuaſum. Alij hymbrib⁹ aſcribunt, qui in Aethiopia circa ſolſtitiũ cadũt, eo dẽ Etheſiarũ ſpiritu nubila in meridiẽ depellente. Quidã liquefactis mõtiũ niuibus: qui in ipſo ſunt Aethiopiæ receſſu, id accidere crediderũt: unde origine Nil⁹ habere exiſtimat. Timęus ui ſideris perpẽdiculariter illi in emerſu incubantis, ſuſpẽdi humorẽ arbitrar⁹ eſt, radijs ſolis ut in ſiticuloſa mundi parte auidi⁹ alimẽta arripiẽtibus, atq́ ita diffuſum amnẽ abũdare. Sed quęcũq́ ſit cauſa, ſatis conſtat, poſt ſolſtitiũ æſtiuale: prima ſentiri incrementa, Sole per Cancrũ trãſeũte, mox largius p Leonẽ augeri, in urgine reſidet ijſdẽ quib⁹ creuit modis, in totũ reuocatur intra ripas in libra, centeſimo (ut Herodoto placet) die, ab eo quo primus ſentiri cœpit auctus. Iuſtũ incremẽtũ cubitorũ. XVI. Minores aquæ nõ omnia rigant: ampliores tardius recedendo accolarum remorantur cõmoda: in. XII. cubitis famẽ Aegyptus ſentit: in. XIII. etiamnũ eſurit. XIIII. cubita hilaritatẽ afferunt. XV. ſecuritatẽ: & quæ optima inũdatio eſt ſexdecim, delicias. Naturam fluminis huius Ioſippus cõtẽplatus dupli cis inſomnijs ambages Pharaoni interpretatus eſt, quæ diuinationis ratio ingentem illi peperit gloriam: patricq́ & fratribus occaſionẽ dedit ex Canaanea tẽra in Aeyptum migrandi. Vnde eorum pronepotes Moſis (ut dicere inſtituerã) ductu eggreſſi ſeſe in libertatem uindicarunt. de qua re iã hinc dicere orſus eſſem, niſi cęterarũ gẽtiũ pauca memoratu non indigna, quæ in hęc tempora inciderunt, prius eſſent referenda. Nã & Hemon per id temp⁹ prius omniũ in Theſſalia regnauit: a quo terra ipſa eſt Hemonia nũcupata, & Cecrops Athenis regnũ obtinuit. Hunc quia primus in Attica maris & fœ minæ iugale uinculũ inuenit, uer⁹ Græcia (ut Trogus ſcribit) biformẽ fabulata eſt. Alij quia Aegyptius genere fuerit, nec gentili tantũ, ſed & Attica quoq́ uteretur lingua, biformam prodiderunt. Eu ſebius in hæc tpa reiecit quæ de Prometheo tradũtur. Quæ adeo fabuloſe uideo a ueteribus relata, ut in gremio uetuſtatis tutius iacẽãt, q́ ut in hiſtoriæ theatrũ ſine rubore prodire poſſint. Aequalis his eſt memoria eorũ quæ de Hercule & Antheo ꝓdũtur, quæ nihilo relatu digniora putarẽ, niſi Plutarchus autor eſſet, Antei cædauer ſeptuagintra cubitorũ in Tigenna Mauritaniæ urbe a Sertorio, qui Hiſpaniæ imperiũ aliquot annos obtinuit, refoſſum: ſpectatãq́ portẽroſa oſſiũ magnitudinẽ ijs q́ cũ eo tunc erãt. Ne quũ Herculis in præſentia meritionẽ facio, Thebani illius factã intelligi uolo, ſed alterius potius uetuſtioris. Emuero plericq́ uiri illuſtres, quod M. Tullius haud dubie demonſtrat, id nomen diuerſo tempore tulerũt. Aegyptij quoq́ inter. XII. deos Herculem ab initio finxere, fuitq́ is unus ipſi gẽti ſua tẽpeſtate notus: quo apparet Græcos id nomẽ ex Aegypto accepiſſe. Hęc; eo mihi uero propiora uidentur, q́ Alcmena & Amphitryo (ut Herodotus prodit) etſi in Græcia orti ſunt, ex Aegypto tamẽ fuerunt oriundi. Eama eſt (ut ad Cecropẽ & Athenarũ originẽ redeã) ſub id tẽpus oleã in arce illa quę poſtea Palladi ſacra fuit, ſpõte enatam, nec multũ inde diuerſo loco fontis ſcaturiginẽ emiſcuiſſe: quibus Cecrops cõmotus prodigijs ad Delphicũ oraculũ miſerit, reſpõndit Pythia, oleã Mineruæ numen ſignificare: in cuius tutela ea arbor eſſet, uim ſcatentis aquæ Neptunũ: eſſe in ciuitã poteſtate, ab utrius nomine appellatũ uellẽt nouũ oppidũ. Articorũ moris fuit olim ut p̃miſcue mulieres uiricq́ inirent ſuffragia. Omni itaq́ multitudine ad diſcuſſionẽ uocata, quũ mulieres Mineruę, uiri Neptumno diuerſis ſtudijs faueręt, ita euenit ut tum fœmine plures numero in Attica ciuitate reperte ſint q́ uiri: ob eã rẽa Minerua, quã Græci Athenã uocãt. Atheniſeſt nomẽ urbi inditũ, Cecrope adhuc regnũ tenẽte, diluuiũ in Theſſalia factũ memorãt. Imperabat & Deucalion Promethei filius per id tẽpus circa Parnaſum mõtem, unde fabulandi materia ueteribus orta eſt, naufragio illũ cum cõiuge ad ea loca delatũ. Non poſſum non mirari fuiſſe, qui in hos annos reponerẽt eã terrarũ cladẽ, quæ ſub Phaetonte accepta eſt, uelut ita uenerit, ut rã uaria in natura rerũ ſpectaueri thumanũ genus momenta, ſine maiore ulla tẽporis intercapedine, ut alibi terra Cathaclyſmo ſit obrupta, alibi ſubito flagrarit incẽdio. Sed hæc oĩa in eo ſũt uetuſtatis receſſu, ea fabularũ adumbratione inuoluta, ut ſine fidei eleuatione tractari non poſſint. Quod uero ad Phaetontẽ attinet, quẽ uulgo aiunt Heridanũ uocatũ, oẽm de eius caſu fabulã circa Padũ uaria ornant argumẽtis: q́ cõtigit, ut plericq́ fluuiũ quoq́ ipſum Heridanũ opinati ſint, & in his Philoxen⁹: Nicader & Euripides poetæ. Cæterũ tã tũ abeſt, ut grauiſſimi rer⁹ ſcriptores, uanę huic opiniõi temere acceſſerint: ut eorũ q́dã nullibi terrarũ affirmare audeãt Heridanũ inueniri. Aeſchylus in



Aegypti ſitus.

Delta.

Primus ſermo q́ ſit.

Pueri ſilẽtio nutriti.

Pueri a mutis nutricibus educati.

Aegyptij primi deos cõmẽti.

Pſamnietic⁹



Ver⁹ Nili ortus.

Menes.

Terræ partitio

Iones.

Aegyptiorum ritus.

Catadupi.

Nili oſtia.

Nili icrementa.

Literæ ægyptię

Circunciſio.

Nili ortus ignotus.

Ioſippi ſomnia.

Hemon.

Cecrops

biformis

Anthe⁹. Hercules

Olea ſacra.

Prodigia Athenis facta.

Athenæ uũ dictę.

Phaetõ. Heridanus.

Hiſpania fluere dixit Heridanum. Theophraſtus Phaetontis oraculum & delubrū ſtatuit in Aethiopia, ubi eū periſſe exiſtimat. Sed hæc ego ad coarguenda ea quæ de Phaetōte in fabulis traduntur malo uideri a me dicta, q̄ ita p̄ſuaſum habeā nullo modo accidere potuiſſe, ut alicubi terrarū nimia, & inſueta quadā æſtus inclemētia per id tēpus laboratū, quo diuerſa terrarū parte Cataclyſmus regionē unā inundarit. Sed dū alibi terrarū naturæ uices in hunc modū alternant, aut certe nō multo prius poſteaue q̄ rerum hec uiciſſitudo contigit, Moſes ex Troglodicice reuerſus ab Aarone fratre & alijs populariſbus ſumma acceptus lætitia, primores oculte docet, qua ſpe, qua uel fiducia in Aegyptū redijſſet, quæ numinis ad regē & ſuos haberet mandata, in quæ rerū miracula circa Sinā mōtē incidiſſet. Fratre igitur & alijs paucis autoribꝰ, ad Pharaonē ingreſſus, in hūc modū locutus dicitur. Si apud eū regem, Pharao regū clementiſſime, in cuius de mortui locum merito ſucceſſiſti, eſſent mihi hodie uerba facieda: nec quis eſſem dicere opꝰ eſſet, nec ſi quid ab eo fuerit impetrādū, magnopere id ad me cōrēdi oportuiſſet. Etenī haud parui refert: ſint ne mores, uita, ſtudium, meritaq̄ noſtra nota huic a quo aliquid impetratum uelis, an oīno ignota: gratia ne & autoritate ualeam, an ludibrio & odio ſimus. Sepe quidem uerba perſuadent; ſed autoritas ſæpius, gratia ſæpiſſime. Ego in illius aula immo in gremio a teneris annis educatus, ipſi regi charꝰ, filiæ multo charior fui. Inde ubi per ætatē adoleui, perpetuo in cunctos ſtudio & obſeruantia tantum apud illos fauoris promerui, ut nō ſolum in priſtina erga me indulgentia permanſerint, ſed uelut regni ſucceſſorē clæmentiſſime foueriſt. Accidit interea ut graue bellum ſit huic terræ ex Aethiopia ortū, unaq̄ aduerſa pugna ita ſint regni huiꝰ opes afflictę, ut hoſtes magnā Aegyptij partem populati de Mēphi regia occupanda cogitarent. Humanis igitur operibꝰ diffiſi, hi qui tum regnū adminiſtrabant ad Deorū ſortes cōfugere: ne omnino ignari cōfugere: ne omnino ignari eſſent, qua potiſſimū uia uictori hoſti irēt obuiā. Hebraici ſanguinis duce opus eſſe reſponſum his eſt, ſi periculoſo bello defungi uellent. Tum magno oīm conſenſu dux ad hoſtē miſſus, incolumem per infeſta loca exercitū in Aethiopiā duxit: effeciq̄ ut breui hoſtes ſentirent cum ipſo duce mutatā eſſe belli fortunā. Et q̄ de alieno regno euertendo nuper conſilia captabāt, de ſuo retinendo ſolicitos eſſe coegi, uicit illos ingenti prælio, uictos in Meroen copuli: regiā urbē, natura & opere munitiſſimā expugnaui: cum perſeuerantia tū arte & cōſilio, quādo locorum iniquitate armis nō potui. Expugnatā Pharaonis imperio ſubieci. Inuiderunt mihi inclytā uictoriam qui tum circa regē plus oīno poterāt q̄ poſſe debebāt, atq̄ ubi uictor a me exercitus eſt domū reductus, cernerentq̄ nomen meū in ore multorū eſſe (ut impatiens eſt omnis alienæ felicitatis inuidia) haud prius me apud regē criminari deſiterūt, illiuſq; animum aduerſus me animū irritare, q̄ uehemēter mihi iratū, ſaluticq̄ meæ infeſtum redderet. Ceſſi tunc ego (ſateor) non ſceleris, non culpę ullius cōſcientia: ſed ne innocentia calumniæ, uiritutē ignauiæ, laudem inuidiæ opprimenda, in aperta iniuria deſtituerē. Eo q̄ cōſilio abij, ut q̄ lōgiſſime ab ea terra relinquum uitæ agerē, in qua obtrectatorū calumnia q̄dendū mihi erat, niſi me imminēti periculo ſubtraxiſſem. Verū licet humanis conſilijs ire obuiā, diuinæ uoluntati non licet. Deus ille optimus maximus, quē ea pietate, quæ mihi a maioribus tradita eſt, colere & uenerari nūq̄ deſtiti, cum forte in Aethiopia Raguelis ſoceri mei, uiri inter ſuos religiōe & innocētia ſingulari, circa Orebū pecus uerſarē, mira eſt ſpecie me ſeruū affatus. Nec uerendum mihi eſt ne quis mendacij me, aut uanitatis arguat, quū certo ſciā & tū præſens numē affuiſſe, & quū periclitari rē uoluerit, tū maxime affuturum. Ibi ego eodem oraculo de Pharaonis exitu factus certior, ut te adirē ſum ſuperne monitus, ac corā præcipere iuſſus, ut Iſraeliticā gentem, quæ toto tuo regno indigna ſeruitute premitur, ſine maiore offenſa Aegypti finibus ſinas abire, ut poſtea q̄ in Sina mōte ego & illi rem diuinā fecerimus, eā petamus terrā quam olim maiores noſtri tenuere. Et hæc ſunt iuſſa numinis. Cui q̄ tutū ſit Pharao repugnare, tute haud multo poſt experieris niſi fueris dicto obediens. Quā q̄ ſi ne Deus quidem ullus his rebus interſit, oporteret re Pharao meminiſſe, quæ haud ambigo quin fando tibi aliq̄n audita ſunt, ut Habraamus ille noſtri generis princeps, olim in hac terra, & regis & ſacerdotū hoſpitio, ob ingēres animi uirtutes dignus iudicarꝰ, multa ad humanæ uitæ uſum Aegyptijs commoda contulerit, ut Joſippus illius, p̄nepos ſeptenos ſua puidētia annos Aegyptum dira fame ſeruauerit. Et (quod ſine inuidia ſit dictū) nos quoq; graui bello nō ſolū huius regni fines tutati ſumus: ſed in Meroen uſq; longe propagauimus. Hæc (ni fallor) tanti ſunt rex mitiſſime, ut ſi quis æqua expendat lance, ſi tq̄ animo minime ingrato, dignam iudicet eam gentem, quę talis uiros procreauerit, de regibus, decq; uniuerſa Aegypto benemeritos, ut nō modo incolumis & ſine ignominia, ſed ampliſſimis etiā honoribus publice & priuatim aucta, in terram ſibi ſuiſq; cœlitꝰ promiſſam dimittatur. Nihil præterea tam decet hūc qui legitime imperet Pharao, q̄ ut ſe gratia & beneuolētia, non terrore & armis muniat. Nihil magis periculoſum q̄ a deſperantibus timeri. Quod ſi non merito maiorum, non uiuentium officia, non affectę gētis miſerabilis fortuna mouet, q̄ i Nili aggeribus muniendis iuuentus noſtra, in montium uenis excidēdis, lutoq; ſubigendo iam multos annos ſeruiliter operat, ar ſaltē illud moueat, q̄ ipſum cœli numē ita uertit euenire, ut uniuerſa gens in antiquā libertatem reſtituatur. Cui (iterum dicā) Pharao niſi pareas, ſenties haud dubie nihil minus ſalutare eſſe homini, q̄ diuinæ uoluntati repugnare. Hęc ille quū dixiſſet cerneretq̄ ſe ludibrio regi eſſe, nec ad diuini nominis mentionē q̄q̄ eū moueri, quin populares ſuos ac totā gentē multo grauiꝰ ſolito uexari: ac ſi quid ab eorū aliquo minus impigre nauareť, flagro per contumeliā admoneri, Moſes iterū cū fratre ad regē ingreditur. Tū ille cauillāti ſimilis, cupio (inquit) ſignis mihi demonſtrari, an numini (ut ais) ſit iſtud cordi, ut tui Iſraelitæ ſeruitio uindicentur. Hic Moſes ira opus eſſe ratus, uirgā quā ſecum ad hoc ipſum tulerat: uel certe qua iā grandis natu pro adminiculo uteretur, corā rege in colubri ſpeciem explicat. Sacri libri per Aaronem iuſſu fratris id factū memorāt. Vertit ea res Pharaonē, & qui circa illū ſtetterant in admirationē. Inde ubi ea recepta, ſpecies illa oculis euanuit, tū rex alitū in uirquanto infeſtior coortus, magicę ſunt (inquit) am ga Moſis bages iſtæ, ne noſtris quidē ſacerdotibus ignotæ. Ex eoq; ordine paucis ad eā experiētiā dādā accerſitis, quū illi aliq̄d ab initio præſtitiſſent, appareret q̄ Moſen & fratrem pro ludibrio in ora hoīm abituros, proiecta iterū uirga coluber ex ea factus, cæteros qui circūſuſæ multitudinis oculis obuerſari putabantur, deuorat. Nec ea res Moſi regē aliquo modo æquiorē reddidit, quin multo magis etiam iratꝰ, graui ori Iudeos premit ſeruitio. Tū Moſes & ipſe oraculo monitus, rege & populo ſpectantibus iubet fratri Nilū uirga percutere. Quo percuſſo confeſtim ſunt plures fluminis aquæ in cruorē uerſæ, quibus mixta ſanie fluctibus plures eſt dies ſiti laboratum. Eo prodigio adhuc magis Pharao irritatus omnia in Iudæos obſtinatius decernere: Tum teterrimæ clades aliæ ſuper alias ſecutæ. Vis primo ranarū ingens non ſolū agros ſed & domos ipſas infeſtiſſimo agmine inſedit. Quibus vulgo morientibus teter peſtilēſq; odor oēm cœli tractū multa labe inſecit. Phtiriaſis inde tabida corpora corripuit, ut neq; balneis neq; medicamento vllo ab ea ſordiū iniuria miſeri accolæ defenderent. Secutus infeſtiſſimus muſcarum incurſus: ignotæq; antea beſtiarū figuræ, mōſtrifico aſpectu agreſtes territare. Quo metu omni cultu agri nudati ſunt. Vulgatus inde morbus, corruptaq; lēta tabe corpora ſua ſponte vlceroſa fiunt. Deiecta cū his & grando de cœlo eſt, cū tēpeſtate fœdiſſima, ad id tempus ipſi terrę inexperta: quę ſata, fruges, arbores, omne pecus, miſerabili ſtrage cōſumpſit. Cæterū q̄q̄d cœleſtis illa clades reliquū in agris fecit, locuſtarū numerus, ſupra q̄q̄ credi poſſit ingēs, miſerabili modo populatus eſt. Obortæ ad hæc tenebræ, viſum mortalibus ademere. Huiuſmodi malis concuſſus regis animus, nec victus tamē, quū aliquoties tātiſper, dū hæc vel illa remitteret clades, tēlaxādi populi ſpem feciſſet Moſi, ſemperq; periculo defunctus ſeuior ad iniuriā cōſurgeret, poſtremo minatus eſt ſe in eum capitaliter aiaduerſurū, ſi id poſtulare vltra tenderet. Hic res miranda traditur: nocte vna oēs hominū pecudumq; primogeniti percuſſi ad vnum periere. Tū demū fractis omniū animis Aegyptiorū principes a rege efflagitāt, vt miſſam faceret gentē: cuius cauſa tot Aegyptus cladibꝰ fuiſſet paucis diebus affecta. Hic abeundi poteſtate facta, migratū ab vniuerſa gente ex Aegypto eſt. Lōga cōſuetudo gentis effecit, vt abeuntes incredibi le ſui indigenis reliquerint deſiderium. Sexcenta virorū milia qui arma ferre poterāt, præter reliquam multitudinē quæ immenſa fuit, Aegypti finibus egreſſa dicuntur. Moſis ductu, menſe quē Xanticū Macedōes dixere: Aegyptij vero parmuthi. Niſam Hebræi, q apud Romanos idē eſt q̄ Aprilis: q̄q̄ non deſunt qui ſcribant ita Niſam Hebraico inſtituto initiū ſumpſiſſe, vt Martij menſis & Aprilis eſſet particeps. Fuit annus ille quintus ac ducenteſimus ab eo quo Iſrael cum filijs in Aegyptum venit. Ab Habraami in eā terram acceſſu quadringēteſimus ac triceſimus. Ab orbe condito nonageſimus ſupra ſexcēteſimū ac ter milleſimū, cū iā octogenarius eſſet Moſes. Diem egreſſionis huiꝰ ex Aegypto Iſraelitę iā inde ſolēnē habuere. Paſcaq; ab eo (vt Ioſephus ſcribit) nominarūt: q̄ nullū ad ſe incōmodū peruenīſſet ex ea clade, quam poſtremo Aegyptus paſſa eſt: ſed innoxius contigiſſet vniuerſæ genti eius periculi tranſcenſus. Sub ipſum profectionis tempus, myſticū Iudæi agnū iuſſi fuerant immolare, ac victimę cruore domorū limina illinere: azimo inde pane veſcentes cū carnibus aſſis & lactucis aggreſſibus ſuccincti lumbos, bacula ſq; innixi epulati ſunt. Cœpit vitabūdus Moſes per inuia populū & deſerta loca ducere, veritus ne ſi regē cōſilij pœnitere cœpiſſet, arreptis ſubito armis inermē multitudinē perſequeretur: eamq; ade prꝰ, aut fœde trucidaret, aut qd paulo minus calamitoſum eſſet, ad ſeruitiū retraheret. Solicitus igitur per auerſa itineribus loca ac pene inacceſſa ducere & uenerari nūq̄ deſtiti, cum forte in Aethiopia Raguelis ſoceri mei, uiri inter ſuos religiōe & innocētia ſingulari, circa Orebū pecus uerſarē, mira eſt ſpecie me ſeruū affatus. Nec uerendum mihi eſt ne quis mendacij me, aut uanitatis arguat, quū certo ſciā & tū præſens numē affuiſſe, & quū periclitari rē uoluerit, tū maxime affuturum. Ibi ego eodem oraculo de Pharaonis exitu factus certior, ut te adirē ſum ſuperne monitus, ac corā præcipere iuſſus, ut Iſraeliticā gentem, quæ toto tuo regno indigna ſeruitute premitur, ſine maiore offenſa Aegypti finibus ſinas abire, ut poſtea q̄ in Sina mōte ego & illi rem diuinā fecerimus, eā petamus terrā quam olim maiores noſtri tenuere. Et hæc ſunt iuſſa numinis. Cui q̄ tutū ſit Pharao repugnare, tute haud multo poſt experieris niſi fueris dicto obediens. Quā q̄ ſi ne Deus quidem ullus his rebus interſit, oporteret re Pharao meminiſſe, quæ haud ambigo quin fando tibi aliq̄n audita ſunt, ut Habraamus ille noſtri generis princeps, olim in hac terra, & regis & ſacerdotū hoſpitio, ob ingēres animi uirtutes dignus iudicarꝰ, multa ad humanæ uitæ uſum Aegyptijs commoda contulerit, ut Joſippus illius, p̄nepos ſeptenos ſua puidētia annos Aegyptum dira fame ſeruauerit. Et (quod ſine inuidia ſit dictū) nos quoq; graui bello nō ſolū huius regni fines tutati ſumus: ſed in Meroen uſq; longe propagauimus. Hæc (ni fallor) tanti ſunt rex mitiſſime, ut ſi quis æqua expendat lance, ſi tq̄ animo minime ingrato, dignam iudicet eam gentem, quę talis uiros procreauerit, de regibus, decq; uniuerſa Aegypto benemeritos, ut nō modo incolumis & ſine ignominia, ſed ampliſſimis etiā honoribus publice & priuatim aucta, in terram ſibi ſuiſq; cœlitꝰ promiſſam dimittatur. Nihil præterea tam decet hūc qui legitime imperet Pharao, q̄ ut ſe gratia & beneuolētia, non terrore & armis muniat. Nihil magis periculoſum q̄ a deſperantibus timeri. Quod ſi non merito maiorum, non uiuentium officia, non affectę gētis miſerabilis fortuna mouet, q̄ i Nili aggeribus muniendis iuuentus noſtra, in montium uenis excidēdis, lutoq; ſubigendo iam multos annos ſeruiliter operat, ar ſaltē illud moueat, q̄ ipſum cœli numē ita uertit euenire, ut uniuerſa gens in antiquā libertatem reſtituatur. Cui (iterum dicā) Pharao niſi pareas, ſenties haud dubie nihil minus ſalutare eſſe homini, q̄ diuinæ uoluntati repugnare. Hęc ille quū dixiſſet cerneretq̄ ſe ludibrio regi eſſe, nec ad diuini nominis mentionē q̄q̄ eū moueri, quin populares ſuos ac totā gentē multo grauiꝰ ſolito uexari: ac ſi quid ab eorū aliquo minus impigre nauareť, flagro per contumeliā admoneri, Moſes iterū cū fratre ad regē ingreditur. Tū ille cauillāti ſimilis, cupio (inquit) ſignis mihi demonſtrari, an numini (ut ais) ſit iſtud cordi, ut tui Iſraelitæ ſeruitio uindicentur. Hic Moſes ira opus eſſe ratus, uirgā quā ſecum ad hoc ipſum tulerat: uel certe qua iā grandis natu pro adminiculo uteretur, corā rege in colubri ſpeciem explicat. Sacri libri per Aaronem iuſſu fratris id factū memorāt. Vertit ea res Pharaonē, & qui circa illū ſtetterant in admirationē. Inde ubi ea recepta, ſpecies illa oculis euanuit, tū rex alitū in uirquanto infeſtior coortus, magicę ſunt (inquit) am ga Moſis bages iſtæ, ne noſtris quidē ſacerdotibus ignotæ. Ex eoq; ordine paucis ad eā experiētiā dādā accerſitis, quū illi aliq̄d ab initio præſtitiſſent, appareret q̄ Moſen & fratrem pro ludibrio in ora hoīm abituros, proiecta iterū uirga coluber ex ea factus, cæteros qui circūſuſæ multitudinis oculis obuerſari putabantur, deuorat. Nec ea res Moſi regē aliquo modo

Moſis reditus in Aegyptum.

Oīo ad Pharaonem.

Meritorū cōmemoratio.

Sententia.

Peroratio.

Pharaonis exercitus.

Iudeorū querelæ.

Mare Iudæis panditur.



Miraculum in aquarū mutatione.

Aegyptī clades.

Iudeorū numerus qui ex Aegypto egreſſi ſint.

Anni mundi.

Paſca.

Myſticꝰ agnus.

modo æquiorē reddidit, quin multo magis etiam iratꝰ, graui ori Iudeos premit ſeruitio. Tū Moſes & ipſe oraculo monitus, rege & populo ſpectantibus iubet fratri Nilū uirga percutere. Quo percuſſo confeſtim ſunt plures fluminis aquæ in cruorē uerſæ, quibus mixta ſanie fluctibus plures eſt dies ſiti laboratum. Eo prodigio adhuc magis Pharao irritatus omnia in Iudæos obſtinatius decernere: Tum teterrimæ clades aliæ ſuper alias ſecutæ. Vis primo ranarū ingens non ſolū agros ſed & domos ipſas infeſtiſſimo agmine inſedit. Quibus vulgo morientibus teter peſtilēſq; odor oēm cœli tractū multa labe inſecit. Phtiriaſis inde tabida corpora corripuit, ut neq; balneis neq; medicamento vllo ab ea ſordiū iniuria miſeri accolæ defenderent. Secutus infeſtiſſimus muſcarum incurſus: ignotæq; antea beſtiarū figuræ, mōſtrifico aſpectu agreſtes territare. Quo metu omni cultu agri nudati ſunt. Vulgatus inde morbus, corruptaq; lēta tabe corpora ſua ſponte vlceroſa fiunt. Deiecta cū his & grando de cœlo eſt, cū tēpeſtate fœdiſſima, ad id tempus ipſi terrę inexperta: quę ſata, fruges, arbores, omne pecus, miſerabili ſtrage cōſumpſit. Cæterū q̄q̄d cœleſtis illa clades reliquū in agris fecit, locuſtarū numerus, ſupra q̄q̄ credi poſſit ingēs, miſerabili modo populatus eſt. Obortæ ad hæc tenebræ, viſum mortalibus ademere. Huiuſmodi malis concuſſus regis animus, nec victus tamē, quū aliquoties tātiſper, dū hæc vel illa remitteret clades, tēlaxādi populi ſpem feciſſet Moſi, ſemperq; periculo defunctus ſeuior ad iniuriā cōſurgeret, poſtremo minatus eſt ſe in eum capitaliter aiaduerſurū, ſi id poſtulare vltra tenderet. Hic res miranda traditur: nocte vna oēs hominū pecudumq; primogeniti percuſſi ad vnum periere. Tū demū fractis omniū animis Aegyptiorū principes a rege efflagitāt, vt miſſam faceret gentē: cuius cauſa tot Aegyptus cladibꝰ fuiſſet paucis diebus affecta. Hic abeundi poteſtate facta, migratū ab vniuerſa gente ex Aegypto eſt. Lōga cōſuetudo gentis effecit, vt abeuntes incredibi le ſui indigenis reliquerint deſiderium. Sexcenta virorū milia qui arma ferre poterāt, præter reliquam multitudinē quæ immenſa fuit, Aegypti finibus egreſſa dicuntur. Moſis ductu, menſe quē Xanticū Macedōes dixere: Aegyptij vero parmuthi. Niſam Hebræi, q apud Romanos idē eſt q̄ Aprilis: q̄q̄ non deſunt qui ſcribant ita Niſam Hebraico inſtituto initiū ſumpſiſſe, vt Martij menſis & Aprilis eſſet particeps. Fuit annus ille quintus ac ducenteſimus ab eo quo Iſrael cum filijs in Aegyptum venit. Ab Habraami in eā terram acceſſu quadringēteſimus ac triceſimus. Ab orbe condito nonageſimus ſupra ſexcēteſimū ac ter milleſimū, cū iā octogenarius eſſet Moſes. Diem egreſſionis huiꝰ ex Aegypto Iſraelitę iā inde ſolēnē habuere. Paſcaq; ab eo (vt Ioſephus ſcribit) nominarūt: q̄ nullū ad ſe incōmodū peruenīſſet ex ea clade, quam poſtremo Aegyptus paſſa eſt: ſed innoxius contigiſſet vniuerſæ genti eius periculi tranſcenſus. Sub ipſum profectionis tempus, myſticū Iudæi agnū iuſſi fuerant immolare, ac victimę cruore domorū limina illinere: azimo inde pane veſcentes cū carnibus aſſis & lactucis aggreſſibus ſuccincti lumbos, bacula ſq; innixi epulati ſunt. Cœpit vitabūdus Moſes per inuia populū & deſerta loca ducere, veritus ne ſi regē cōſilij pœnitere cœpiſſet, arreptis ſubito armis inermē multitudinē perſequeretur: eamq; ade prꝰ, aut fœde trucidaret, aut qd paulo minus calamitoſum eſſet, ad ſeruitiū retraheret. Solicitus igitur per auerſa itineribus loca ac pene inacceſſa ducere, donec triduo ad mare ſit ventū. Nec Moſem fefellit opinio. Etenī poſtea q̄ Pharao a trepidatione & cæde illa nocturna paululum reſpirauit, reputans ſecū animo quātū regni opibus adimeretur: ſi tanta vis hominū vno tpe, ſua indulgētia, aut inertia potius ex Aegypto p̄ficiſceretur, velut ea quæ acciderāt magica fraude facta eſſent, cum ſubitario exercitu Iudęos eueſtigio inſequitur. Quinquagin ta equitū milia, & CC. peditū Pharaoni aſſuiſſe dicuntur: eſtq; tā num erоſi exercitus autor Ioſeph. Cæterū non video vnde tanta armatorū vis paucis admodū diebus, ne horis dicā, regi adeſſe potuerit. Propius igitur vero eſt, q̄ vbi per ſpeculatores ad id miſſos cognouiſſet Pharao, Moſem ad mare iter intēdiſſe, nec per Arabicū dorſum, qua iter multo breuius Iudæis in Cananeā terrā patuiſſet euaſurū, ac p̄terea fore, vt mari & mōtibꝰ incluſum, ad oēm iuriā haberet opportunū, tumultuoſe copias armarit. Verū ſiue ſubitaria fuerit ea expeditio, ſiue mature prouiſa: nā nihil p̄hibet nos credere, iā inde a primis Hebræorū motibus copias in hunc vſum inſtrui cœpiſſe: affuit nō multo poſt Aegyptius, inſeſtiſq; montiū anguſtijs inermem populum circūſedit. Hęrebat ſterili littore multitudo ingens, mari & mōtibus incluſa, ſine armis, ſine cōmeatu, oīs bellici apparatus inops: apparebatq; nocte vnā quę ab iniuria hoſtem retardaſſet, morā occidioni facturā. Paſſim miſerabilis cōploratio orta eſt, exaudiri gemitus & querelæ hominū vulgo fortunā, extremāq; gentis ſortem lamentantiū, deteſtariq; palā ſtultitiā ſuam, q̄ vnius cōſiliū vel te meritatem potius ſecuti, in apertū uitæ diſcrimen ſuā filiorumq; ſalutem cōieciſſent. Etenī quid amētius (inquiūt) fieri potuit, q̄ vt ex pacata amœniſſimaq; terra, vltro in deſerta veniremus: quibus in locis, vt circunſeſſæ a venatoribus feræ aut fame, aut ferro periremus? Oderāt itaq; aperte ducem cūcti: vnū omnes incuſant: vnū malorū omniū autorē predicāt: vni quicquid paterentur paſſurive eſſent accepturum referunt. Hanc populi perturbationem & metum, Moſes multis leuabat hortationibus: identidē admonens non oportere eos tam cito obliuiſci, quę pauciſſimis diebus pro eorum ſalute diuinitus in Aegypto facta eſſent: nec in animum inducerent miracula illa tam multa & uaria ob id eſſe edita, vt Deꝰ optimus maximus in eam terram ſuum traheret populum in qua labore ſeſſum, cōfectum inedia, inermē, egenū, inopē, impio traderet hoſti trucidandum. Quin bene ſperarent, crederētq; cœli numen breui viā ad ſalutē inuenturū. Fore vt vel ipſa quæ iſtaret nocte manifeſte ſentirēt ſe Deo optimo curę eſſe. Hęc ille. Simulq; multitudinē iubet ſe ad iter expedire. Inde ſilentio noctis litꝰ petit Moſes. Hic miraculū ingēs fieri cōtigit. Mari virga percuſſo fluctibus in diuerſa abeūtibus, patefactū repente eſt populo iter. Dux oīm primus vada ingreſſus, aquis hinc inde in murorū ſpeciem ſtantibus omnē ſecum traxit multitudinē ante quartā noctis vigiliā Arabicū littus, quod cōtra Aethiopico reſpondet, ſine aliquo maiore tumultu primū agmen occupat. Nec Iſraelitarum ad mare, p̄greſſus fefellit hoſtē. Cęterū vulgo credere Iudęos impetū cepiſſe ſeſe p̄cipitādi, ne capti ad ſupplicia & cruciatus retraherentur. Verum vbi ad ueſſum litꝰ ab illis teneri eſt aiaduerſum, miraculo rei nō nihil ſtupore defixi ſteterūt Aegyptij: ide dolore & ira p̄cipitāte, qua cuiq; p̄ximum fuit, cū fremitu & clamore ad mare decurrūt, vt extremū moratorū opprimerēt agmē. Mox vero nudū litꝰ intuiti, ſequēdi ſtudio temere & ipſi vada in-

Pharaonis exercitus rubro mari obruitur

grediuntur. Et iã currus equitibus mixti fugiẽtium extrema carpere cœperant vestigia: euasissentq; hostes nõ sine Hebræorũ perturbatione, & strage ingenti in aduersum littus, nisi fluctus, q plures horas immoti steterãt, rege cũ oĩb⁹ copijs obruto, in se reflui coiuissent. Miror Iosephũ, dum miraculo hæc facta probare cõtendit: inde argumẽtum sumpsisse, vt diceret magni Alexãdri militibus per Pãphiliũ mare iti dẽ terrestre iter patuisse, ita inquit: Deus voluit euenire, vt Macedones Persarum regnũ euerterent. Id neq; scriptorũ alius (quod sciã) prodidit: nec si proditũ sit, video cur Persis tũ Deo ratior fuerit q; Macedonibus, qui nulla lacessiti in iuria fuerant humani generis ocia turbare adorti. Nec cur his magis propicius esse debuerit q; illis, quũ vtraq; gens dæmonibus seruiret, nisi forte id fuit in causa, q; Persica Iudæi arma quãdoq; infesta experti essent, cõtra Alexander pacatus ac pene fautor venerit Hierosolymã. Nec multo maioris est apud me momẽti Amasini Stranonis opinio, q cũ miraculi famam accepisset, pelagi naturæ ascribere est ausus, quasi æstuarij ibi maris esset, vbi numerosi exercitus aquis subito coeũtibus periclitari dicerentur. Legerat ille haud dubie fieri ibi consueuisse, quod tũ vere contigit. Sed qui rem ipsam memoriæ prodiderũt, diuini operis ignari, vadosum mare arbitrati sunt, qd' vndis in diuersum abeũtibus fieret aliquãdo peruiũ. Sed immẽsæ ibi copiæ (vt illi aiunt) deletæ sunt, copiæq; ipsæ Aegyptiacæ fuerũt quod Iosephus & Bibliaci libri nihil obscure demõstrãt: nec illa elementorum vicissitudo fuit, sed miraculum. Etenim si pelagi natura vaga sit (vt illi opinãtur) si peruia maris intercapedo vicibus alternat. quid est q; nunq; fando auditũ est, aut proditũ, vt æstuariũ illud pri⁹, aut postea mortaliũ cuiq; patuerit: aut si patuit, quo pacto vndæ illa vicissitudo Mosi notior q; Pharaõi esse potuit: qui circunquaq; loca illa regno obtinebat, quippe quæ si prius, fuisset explorata, neq; eã euadendi occasionẽ non hostibus præripuisset, aut si præripere nõ potuit, certe se ac suos in apertũ vitæ discrimẽ nunq; cõiecisset. Sed quæ tã fera hæc fuit recurrẽtiũ vndarũ mora, quæ trãsitũ tã ociosum p tam multa tã dia rot millib⁹ hoĩm dare potuerit? Ac sic certe est, in nullis humana est natura cõtumacior q; in diuinis operibus credẽdis. Moses & popul⁹ vniuersus manifesto numine seruati sub lucem deo seruatori hymnũ cecinere. Fama est ducem ipsum hexametro carmine, cuius apparatus verustissimus credit, tũ primũ diuinas laudes in præsentẽ vsum fuisse cõplexũ: mox spolijs hostiũ lectis, quæ pelagi æst⁹ passim circa littora dissiecerat, lętũ agmẽ per deserta coeptũ est traduci. Inde quũ per arida & squalentia Moses iter faceret, sitis primo exercitũ inuasit: aquabãturq; laborioſe ex ijs fontibus quos longe post se reliquerant. Verum vbi lõge procul maritima est ora relicta, nec solitudines ipsę vllis irriguę essent fontibus, tũ sitibunda multitudo ducẽ incusare, in eũ probra, & maledicta iacere, qui ceco ductu per vastas & ignoras terras itineribus non antea exploratis tantũ traheret exercitũ. Moses hmõi querelis cõmotus, oraculi iussu, virgã in fontẽ amarissimi gustus in quẽ primũ inciderãt, iecit: facta q; est vnda ipsa ex amara potabilis. Maratho nomẽ fonti ab aquę natura mãsit. Vox Hebręa est, amaruq; significat. Ad Helim ide castra admota, locũ XII. fontibus irriguũ palmisq; circũseptũ. Hinc profectus per iniquiorẽ terrę tractũ, oĩmq; alimentorum expertem indignabũdus iter populus fecit. Hic plurium dierum erroribus fatigatus in vasta solitudine, quæ inter Helim iacet & Sinam mõtẽ, omni spe vitæ abiecta, nõ imperium audiẽs amplius, non ducis hortationes, defecit. Indignantiũ hic voces passim audiri, fatius fuisse se in Aegypto seruitio teneri, vbi nulla rerũ inopia premerentur, vbi fumãtibus carnium ollis omniũq; rerũ affluẽtię assiderent, veniſſe se alieno ductu in deserta mũdi, nõ magis hominũ q; ferarũ solitudine dãnata, iret bonus imperator, leuaretq;, si posset, miserum populũ siti & fame cõfectũ, operæprecium foret, si impetu in eũ facto illis ipsis locis lapidib⁹ cooperũ necarent: vt futuris ducibus esset documẽto, aut cautius ductãdi, aut si minus idonei sint, ducatu & imperio abstinendi. Hæc in vulgus iactari, neca vi procul res erat, quũ Moses pacato vt erat aspectu, & ad promerendã gratiã natura cõparato, iratę se multitudini obiecit: cœtuq; in concionis modum circunfuso, ita est populũ affatus. Si in mea vnius aĩa sal⁹ vestra verteretur Israelitæ viri, vt me vno quoquo modo sublato, vos liberiq; vestri confestim meliore esseris statu futuri, vt prona fui i vos semper propẽsaq; pietate, libẽs hoc caput pro oĩm salute deuouerẽ, mortiq; obijcerẽ: nec mali aliquid mihi accidere arbitrarer, quũ tã numerosum populũ propria vita redimerẽ. Sed miror præsentiũ incõmodorũ affectu, eam vos rerum oĩm obliuionẽ cepisse: vt nec quid fugiatis memineritis, nec q̃d sequamini satis cõsideretis. Migrarunt maiores nostri in Aegyptũ, honoris (vt puto) & cõmodi causa: nõ vt turpiter ibi, aut ipsi, aut posteri seruirent. obtinebat tũ Iosippus secũdũ a rege in ea terra locum, ac q̃diu ille vixit, floruerũt maiores nostri in ter Aegyptios opibus & gratia. Sed vt sunt hominũ studia, quæ facile mutantur, eo vno sublato, cõfestim in totã gentẽ indigenarũ inuidia est coorta, ademptaq; primo per iniuriã illis libertas, qua nihil est homini in vita charius: longaq; malorũ cõsuetudo fecerat, vt nemo iã antiquã respiceret libertatẽ. Quũ me nuper natũ diuina prouidentia regiæ aulæ iniecit, inde adultum ipsi gẽti imperio præfecit, vt esset vnde exilij mihi materia oriretur. Peperit mihi Aethiopici belli victoria inuidiam, inuidia exilium. Hic ego curarum omniũ expers quũ forte ad Orebũ montẽ soceri oues impellerẽ, cœlesti iussus voce in Aegyptũ vt caduceator veni: Diuinũ Pharaoni bellũ inducturus, nisi vobis libertatem restituerem. Quibus inde cladibus fuerit Aegyptus cõcussa, dum vos in libertatem assero, omnes credo meministis. An putandum est sine numine fieri potuisse, vt tot dies Nilus cruentus fluxerit, q; locustæ sint & ranæ agros populatæ, q; tabificus morbus, q; sordida labes tam multos paucis diebus confecerit, aut q; nocte vna oẽs torius gentis multorumq; animalium primogeniti, fuerint percussi? Nũc si hæc non diuinitus facta arbitramini, tã impij estis, q; illi ipsi qui ea sunt mala experti. Age vero & quũ Aethiopico littore armis vndiq; & aquis clausi federemus, esseq; iam hostile ferũ iugulo admotum: nũ aliud q; cœli numen nobis affuisse credendum est, q; patefactis repente aquis per rubrum mare incolumes pedibus in pacatum euasimus? q; superbissimus rex qui extremũ premebat agmen, cum omni exercitu sit mediis aquis obrutus? Et quem nuper hostem tantopere formidabamus, disiectus per littora iacuerit, iacẽsq; sit a nobis spolijs exutus? Qui non hæc diuinæ prouidentiæ esse credit: dignus sane fuerit, qui mediis fluctibus cũ ipso hoste extingueretur. Perisset olim omnis gens si Senex ille humani generis reparator, non maiore fuisset fide q; vos hodie estis, q; multis ante annis

Hexametri carmi nis apparatus.

Marathũ fons.

Prodigiorũ cõmemoratio.

Noe.



annis q; Cataclysmus terrã operuisset, cœlesti voce monitus arcam sedulo fabricauit. Nec Habraamus vnicum filium aræ admouisset, si eius fides ex tam leuibus momentis q; vestra pepẽdisset. Pudeat nunc profecto illius manes, si sentiant progeniem suã libertatis oblitã, cuius causa solus ipse ex Mesopotamia i Cananeã terrã demigrauit: pudeat Israelem qui ne diutius socero seruiret, ad iratũ fratrẽ redire maluit. Quid per deum sit, non video q; pietatis diuinorum operum obliti, nulla libertatis dulcedine, nullo amœnissimæ terræ, quã maiores nostri tenuerunt, desiderio moti, oĩa præsenti commodo metiamini, cœlo & hominib⁹ ingrati. Abijcitis; prosternitis vos metipsos, deq; salute desperatis, velut seram, parũq; tẽpestiuam, ad hũc diẽ diuinã opẽ fueritis experti. Quin agite, & tantisper precor durate, quoad ex cœlo veniã, vestraq; impetrẽ desideria. Spero equidẽ certissimum illud cœli numẽ, qd' toties maiores nostri præsens experti sunt, quod me ab exilio in Aegyptũ pro cõmuni libertate reuocatũ vobis, ducẽ obtulit: quod his paucis diebus, terra, mariq; pẽsens, volẽsq; nostris est rebus opitulatũ, haud dubie nobis in tali discrimine affuturũ: nisi forte quia ingrati illi sumus, q; impijs repudiauit. Hæc ille. Simulq; in secretũ abijt. Vnde haud multo post reuersus iubet populũ bono ãio esse, cœlestem opem ex improuiso affuturam. Breuis inde mora fuit, quũ inclinante die, Coturnicũ vis ingens ex alto in ea loca delapsa est, velut lõgissimo volatu fessæ volucres tabernaculis incidẽtes sine maiore aliquo aucupij labore se passim capiendas prebuere. Leuauit id cibi genus non corpora solũ fame dejecta, sed vulgi eriã animũ in spem maximam erexit. Nemo erat qui non iam aperte intelligeret ea nõ sine pietate euenire. Lapsus deinde est sub lucem qd' Moses futurum prædixerat, ros q; dã cœlestis in coriandri speciem, gustu suauissimũ, oppleuit is omnẽ circa castra planitiem. Cuius rei nouitate attoniti aliquãdiu immoti intra tabernacula se Israelitæ tenuerunt, ãio reputãtes, qdnã rei id esset. Ex qua ambigentium disquisitione rei nomen est postea factũ, vt Hebraica voce mãna diceret. Eo postea cibo Iudei XL. fere annos vsi quibus in deserto fuerunt. Fuit roris illius natura (vt sacræ literæ memorãt) supra q; dici possit mirifica, ac sine dubio mystica: etsi tã hæc q; alia quæ tempestate illa in deserto diuinitus facta dicuntur, figura (vt inter omnes cõstare video) non caruerũt: & in his memorabile illud, q; media filice Aaronis baculo percussa, vberrimus inde aquæ fons manauerit. Iam vero Hebræorum fama, Arabum desertis vicina incolentium aures occuparat, multiq; reges multitudinẽ veriti, ne suis finibus pellerentur, cõsternati ad arma cõcurrũt (constans fama erat eam gentẽ ex Aegypto profectam nouas sibi sedes quærere). Plures itaq; consociatis viribus bellũ in Hebræos instruunt. Tenebant hi terram Arabicæ petræ, ppinquã a septẽtrione & occasu Syriæ insertã. Cui a fronte deserta prætenditur Arabia, a meridie altera q; felix nominatur. Estq; pars hæc longe memorabilis, & ad meridiẽ præcipue extensa. Cæterũ quo maioribus euagatur spatijs, & a nostro cœlo longius remotis, eo gentis ipsius mores atq; ritus tardius ad nostrorum notitiam peruenere. Plericq; Arabum Nomadę sunt, vsusq; camellorũ frequẽs, his pugnant, proculq; onera exportant, lacte & carnibus vescuntur: fluuius quem Nomadæ accolũt, ramenta habet auri, id non conflant artium inscitia. Debæ & ipsi pastores, colunt ijdem & agros alii qua ex parte, gens auri abundans, inter glebas tegere iacentes aureas pilas iuglandium magnitudine reperiunt, quib⁹ lapillis affabre interiectis, monilia conficiunt, haud iniucunda aspectu, ea collo & manibus inducunt: vendunt taurũ finitimis triplo æris precio, argenti duplo, cũ auri contempru, tũ eorũ desiderio, quę commercio parantur. Proximi his Sabæi Thure, Myrrha & Cinamomo ditiores, & in ora huius terræ Balsamũ nasci quidã prodiderunt. Habent & palmas odoratissimas, & Calamũ. Serpens inibi palmari lõgitudine, leialis fere eius morsus: in arborũ radicibus cubãt, odor inimius rerũq; fragrantia stuporem sensibus inducit, quem bituminis suffitu, & hirci barba leuant: pennes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorũ plericq; Agricolæ. Aromata alij legunt. In Aethiopiã ob negocia nauigant, nauigijs corio contectis. Cinamomum & Casiam lignęæ materię loco igni adhibẽt. Nec Gerrei his minus opulẽti, quorũ fere supellex ex auro est & argento. ex his & ebore domorũ limina, tecta, papieres, cõstruunt. Gladio, Arcu, Lancea & Funda in bello plurimũq; hipennibus vtuntur. Aelij Galli ductu longe latecq; sunt his terris Romanę arma euagata, Gentis ritus & mores hi sane memorãtur. Artes haud ab vno in alium trãsferuntur: sed in patrijs quisq; permanet institutis. Qui maximus est natu, is in totã gentẽ regnũ obtinet. Quæ possidentur vniuersæ sunt cognationi communia. Vna oĩbus vxor. Qui primus domũ subierit, posito ante ianuam scipione, cũ ea cõgreditur, cũ grãdiore natu' pnoctat: ita omnes omniũ sunt fratres. Coeunt cum matribus & sororibus pecudum ritu. Adulter capite plectitur. Alterius sanguinis congressus pro adulterio est. Domestici in vniuersum legitimi habentur. Hinc memorabile illud: etsi fœdum relatu, tamen haud indignum accidit. Regis filia eleganti erat forma, quindecimq; illi fratres: quorum singuli vnius amore misere deperibant, quum vnus post alium ad eã irrequieto accessu ventitarent: nec puella vna par esse tot robustissimorũ iuuenũ concubitibus, rem nouã cõmenta dicitur: baculos occulte comparat fraternis simillimos: inde quum eorum vnus ab se exierat, priusq; alius adesset virgã ante fores statuebat, ac paulo post alium, noua insuper arte adhibita, ne hũc statueret qui similis esset huic quem is gestaret cuius aduentum expectabat. Accidit tamen aliquãdo vt eorũ vnus cæteros fratres in foro cõspicatus ad eã cõtenderit. Qui domesticum insigne ante fores intuitus, fraudem inesse ratus, adulterumq; a sorore eo prętextu admissum, in forũ ad patrẽ deuolat, filiam in adulterii cõplexibus esse trepide nũciat, ait se rem ex eo compertam habere, q; quũ omnes in foro fratres essent, ororis tũ foribus baculus hęreret, tanq; fratrũ vnus ad eã esset ingressus. Occurrit eo pater irarũ plenus, scelus continuo vindicaturus. verum nemine apud filiã reperto, postea q; puellæ cõmentum audiuit, tãtũ abfuit, vt in filiã ob eam causam acerbius quicq; statuerit; vt laudata super ea re illius industria indolem sit in ea idẽtidẽ osculatus. Conuiuia ad hæc fere terdeni celebrant, & in his musicæ artis duo nõ imperiti, consanguinei fibi inuicem ministrant. Vrbes & oppida sine mœnibus, paccate inter se agũt, sesamino oleo vtũtur, beatissima alioqui rerũ vbertate, ouium greges cãdidi velleris, grandiori statura boues, equis omnino carẽt, quorũ desiderium adimit camellorũ copia. Aurũ, argẽtũ & plura aromatũ genera terræ peculiaria. Aes, ferrũ, vestis, purpura, cręs, costus, & ceteruma aliunde aduehũtur. Defunctorũ corpora stercore abiectiora, regiũ cadauer sterquilinijs sępe

Nota.

Ritus.

Perora tio.

Coturni cũ mira culum.

Manna. Mãnę natura.

Arabię fines.

Arabum diuitiæ.

Sepulturæ.

c ĩj liunt.

liunt. Nabatæi oim cõtinentissimi in quçrẽdis opi
bus, mira gentis industria, sed in tuẽdis multo ma
ior qui rẽ domesticã minuit publice mulctatur: cõ
tra honore afficit, qui patrimoniũ auxit. Horũ re
gia Petra oppidũ in eodem Arabiç tractu est, & Si
na mons, quo Moses sacrorũ causa iter intenderat.
Ex hac terra crediderim tum primum Hebræis bel
lum exortum. Iosephus Gobothe Petram vrbem
ipsam appellat. Perculerat Iudęorũ animos terribi
lis belli fama: quippe qui animo reputantes cç dis
paria vtrinç esse oia, se multitudinẽ habere in
cõptã, inermẽ, bellorũ expertẽ, oim rerũ indigam.
Contra hostes copijs, armis oicç bellico apparatu
abundare, in solo patrio pro ipsa patria pugnatu
ros. Aliud nempe esse fitim, inediam, æstum inerti
ocio tollerare, aliud incõserta telorũ multitudine
versari: vbi terrificæ voces, horrendi clamores, ge
mitus, suspiria, circunsonent aures timere se vehe
menter: ne lux illa qua acie cum hoste cõflixerint,
vltima Israelitis esset futura. Hoc populi metu ad
Mosem perlato, p magno habuit negocio, priusç
in pugnã iretur populum pro concione adhortari:
ad quẽ ita ille ꝓba fecisse dicit. Nisi exploratũ hab
berem Israelitæ viri: vos iampridem non ignora
re, omnibus q adhuc gessimus manifestũ interfuis
se numen, salutecç nostram deo optimo curæ esse,
longiõr apud vos hodie habẽda esset mihi oratio:
vt vestros animos, quos vano nunc audio metu tor
pescere, ad studiũ & cupiditatẽ pugnæ erigerẽ: sed
quum per tot labores & discrimina vos liberoscç
vestros, vxores, & alia que vobis charissima sunt,
manifesta dei prouidentia toties seruari cõrigerit:
non videò que noua desperatio tam repẽte vestrũ
animũ subire debuerit: vt vos ipsos ita abijciatis,
totiuscç gẽtis fortunam muliebriter comploreris,
tancç nostræ copiæ bello straræ, his medijs facerẽt
campis. Quin animũ tollitis, in mentẽcç reducitis,
quæ ad hũc diem perpessi sitis: quibus defuncti pe
riculis, nisi forte desperandum putatis cœli numẽ,
quod tot cladib? Aegyptum pro vestra salute per
cussit, rubrũ mare peruiũ fecit, potentissimũ hostẽ
vobis calcãdũ dedit, cœlesti rore i deserto pauit, du
ra silice aquam elicuit: idem illud molissimorũ ho
minũ incõptam & indigestam aciem nõ posse no
bis, vel nihil annitentibus, sternendam subijcere.
Pudet me viri Israelitæ pigetcç vestræ inconstan
tiæ & leuitatis: qui non nisi ex eo quod adsit, quod
cç presens sit, spem & metũ metiamini, diuinorũ
operũ vestrorũcç successuum obliti. Sed cauendũ
est ne dũ nimiũ humanis affectibus indulgeris, cœ
lestia negligitis: numen quod propitiũ ad hũc diẽ
habuimus, iratum demum experiamini. Cæterum
quod ad futuri belli rationem attinet: nihil adhuc
quũ omnia animo considero, in hoc hoste reperio,
quod tantopere formidari oporteat. Genus est id
hominũ molle, longa pace, longo ocio solutum,
nulla rei militaris peritia, nulla laborũ tolerantia:
nõ vires, non audacia, non consilium vllum. au
detis vos hmõi viros, ac nescio an veri? fœminas
dixerim, vobiscũ cõferre? q tot laboribꝰ tot pericu
lis assueti, fame, siti, æstu, omnibuscç malis pene
enecti, oim Aethiopiæ & Arabiæ permẽsi estis va
stitatẽ? Qui si ij esse vultis qui certe debetis, nõ mo
do non vereor, ne non fitis illis in acie pares: sed af
firmare etiam ausim futurũ: vt imbelles hostes ex
vmbra & ocio mulierũcç cõplexibus nuper egres
si, quum primum corpora ista retorrida i pcinctu
stare viderint, subito pauore fugam circunspecta
re incipiãt. Nec vos moueat cç melioribus sint illi
armis instructi, forti & inuicto animo op? est. Hic
hostẽ petit, hic in media acie intrepide versatur: hic
cuneos perfringit, fugat, prosternit: huic vni cedũt
oia, hũc victoria comitatur, sine armis pugnarunt
ab initio morrales pedibus, pugnis, dẽtibus contẽ
ti: cç ne vos q dẽ nudi in aciẽ, pceditis: arma mul
tisariã cõparata habem?, quæ nobis partim hostes
altis fluctibus obruti dederunt: partim vos ipsi p
ocitũ fabricati estis, addo æquitatẽ & iustitiã: quę p
fortissimis ducibus a nobis in acie stabũt: ercm cũ
neminem læserimus iniusto lacessimur bello, ob
lata est nobis non quesita pugnandi materia. Co
gimur, nisi vt oues vilissimæ cum coniugibus &
liberis iugulari volumus, armis iniuriam propul
sare: erit spero vel vna victoria alijs gẽtibus docu
mento, vt nulli hoim posthac nostris capitibus te
mere insultẽt: sed sine bello, sine iniuria, nos in eã
terrã quã cœleste oraculũ pmisit, pacate transmit
tant. Quod si propitiũ per cætera fuimus numẽ ex
perti: si numero, viribus: patientia labore, hostib?
meliores sumus, si plus virtus & audacia cç arma
in acie valere solent: si p æquitate pugnamus, pro
torius generis gloria & celebritate: si pro terra no
bis & posteris reposita: si p ocio & quiete, isi deniq
pro libertate & vita ipsa, qua nihil est homini cha
rius, ite alacres in pugnã, certamcç spem quisq se
cum ferat, Israelitas tam præsens in hoc certamine
quod instat numẽ habituros, cç vnç alias præsen
tissimũ habuerunt. Hac ille vsus oratiõe, seorsum
singularum tribuum principes hortatur, vt suorũ
animos cõfirment, iuuentutem erudiant, vt ordi
nes seruare, imperiũ audire discat. Inde Iesum Na
ue filium oim copiarum ducem cõstituit, virũ im
pigrum, manuç & lingua promptũ. Is quia iã ho
stes aduentare dicebãtur, præsidio circa liberos &
aliam imbellem multitudinẽ locato, reliquum co
piarum in aciem produxit. Moses iã grauis annis
ex eminenti loco, pugnæ spectator cõsistit. Feroci
ter aduersæ acies vtrinç cõflixere, fuitcç pugna diu
anceps neutro fortuna inclinante. Verũ vbi Mo
ses manũ ad cœlũ sustulit confestim Hebræi hostẽ
loco submouere cœperunt, mox vbi dextra senio
confecta acclinasset pulsi retro abiere, tum ille ite
rum sublato brachio visus est suis animũ & vires
adijcere, quo remittente confestim Israelitę pedem
retulere. Id quũ sępiꝰ fieri cõtigisset, Aaronẽ fratrẽ
& sororiũ, q illi aderãt, suas vtrinç vlnas iubet su
stinere, ne virium defectu suis toties bellatoribus la
borãdũ esset: tũ vero ãbabus manibus in cœlũ sub
latis successu nihil amplius variante, fusi fugaticç
sunt hostes. Multi in acie occidione occisi, sed mul
to plures in fuga ceciderunt, nisi noctis interuentu
Hebræus victoria a persequẽdo hoste abstinuisset.
Postero die Iesum copiarum ducem lectis ex hoste
spoljs, vt virũ fortẽ Moses pro cõcione laudauit,
laudata est simul vniuersa multitudo, q strenue &
constãter p cõmuni salute dimicasset. Fuitcç victo
ria illa eo lętior, qcç quẽadmodũ Iosephꝰ scribit in
tanta hostium strage Iudæorum nemo est desidera
tus. Hic Moses arã Deo optio erexit, locũcç insigni
uit victorię appellatione. Composito mox agmi
ne profectus ad Sinã montẽ puenit tertio mẽse ab
eo q ex Aegypto Hebręi exiere. Hũc eẽ ait Iosephꝰ
mõtẽ illũ, vbi circa rubrũ mare (vt eius verba se
quar) tot miracula fuerãt Mosi, quũ Raguelisoues
paceret, obuersata, in qbꝰ locis Raguelẽ illi occur
risse ait cum nepotibus, & Sephora filia quæ Mosi
nupserat, generũcç & exercitũ post mutuã gratula
tionem commeatu iuuisse. Quibus suspicari libet
Troglodyticen a Iosepho appellari non eã solum
terræ orã q Aethiopiæ finibus cõtinetur, sed hanc
quoç

Epilogꝰ cum peroratione

Iesus Nave vincit

Pria Iudęorũ victoria.

Arã Mosi statuit

Raguelis & Mosis congressus.



quoç littoralẽ Arabiæ partẽ, quæ Sinæ est monti
ppinquior. Quod ex veteribꝰ scio quosdã fecisse,
qui oẽm fere littolarẽ Erithræi maris tractum Tro
glodyticę assignant, vt alij quidã Erithręũ sinũ in
vniuersum robrũ dixere. Verũ enimuero vbicũcç
Moses est cũ socero cõgressus, huius cõsilio (quod
satis constat) grauissimã dicundi iuris prouinciã,
quã solus ad id tẽpus obiuerat, in alios transtulit.
Tribunis & decurionibꝰ in singulas Tribꝰ ad hoc
ipsum creatis. Vbi igitur ad Sinã sunt castra admo
ta, Moses solus montem cõscendit: e cœlo (vt ipse
inter suos prædicabat) postulaturus, quę ad ocium
& quietẽ gentis pertinerent. Vetus erat in digenarũ
opinio in eo monte numẽ habitare: fuerantcç ob id
locus veteri religione inaccessus. Auxit vulgi opi
nionẽ subita tẽpestas, quæ sub illius est ascensum
coorta. Nimbus cũ ingenti pręmo est mon
tis verticẽ cõplexus, inde imber procella mixtꝰ cre
bris fulminibus cœlo deiectis, hominum mentes
subito pauore defixit. Silentiũ & stupor oim ani
mos occuparat, stetitcç pplis sine voce aliquandiu
religione & metu perculsus. Inde vbi cœli fragor,
tẽpestasçq illa remisit, de salute ducis solliciti oẽs,
viuerent ne, an tẽpestate illa esset extinctus anxij re
quirebant. Erant illi his curis occupati, quum Mo
ses (iam enim toto cœlo disserenauerat) ad ima di
gressus lætum se hilaremcç solicitæ multitudini
ostendit. Hic circũfusum populi concionẽ affatus.
Habemus inquit propiriũ numẽ, vt antea habui
mus, viri Israelitæ, id tam præsens nuper mihi in
monte affuit, tam manifestũ, cç locorũ nusquã ali
bi: futurã nobis felicitatẽ annuit, futurũ nepotibus
successum, quæ omnia vt in posterũ rata esse velit,
oportet nos summa ope niti, ne cœlestiũ simus be
neficiorũ immemores. Quod satis rite fiet, si eorũ
quæ pro nostra salute Deus adhuc operatus est, gra
tam prestabimus memoriã. Cæterũ pietatis huius
vestræ nullum maius prestari potest argumentũ,
cç si pręcepta q ille mihi nuper obseruanda dedit,
sancte a vobis & religiose fuerint custodita. Nec
quia nunc me cõcionante cernitis, vos hois voce
non diuino moneri oraculo arbitremini. Ille sum
mus rerũ oim opifex, qui maiestate sua, ineffabi
li potestate primũ e terræ limo hominẽ susscitauit,
qui Noe cũ tota domo seruauit diluuio, Cananeã
Habraamo terrã indulsit, Israelem numerosa sti
pe insigniuit, qui tot nuper cladibus pcussit Aegy
ptum, vt in libertatẽ vindicaremur: mare peruium
fecit, vberrimos ex petra fontes elicuit, cœlesti ro
re nos aluit, per tam vastas solitudines incolumes
ad sacratissimũ hunc montem traduxit, ille idem
summus rex vester, pręcepta hæc, has leges per me
vobis promulgari imperat, quas perpetuo seruari
velit, æternumcç custodiri: ac ne quid horũ fidẽ ele
uet fas erit omnibus cœlestẽ audire vocẽ. Hæc ille,
arcç vna populum nouitate rei suspensum ad ora
culum traxit, vbi vox ex alto reddita ad oim aures
peruenisse dicitur, q eadẽ illa custodiri pręceperit,
quæ per Mosem seruum essent promulgata. Leges
duabus tabulis cõscriptas venerabundus accepit
populus, fueruntcç hæc capita. Vnũ deũ colito ve
rum & æternũ. Nullius animalis effigiẽ adorato.
Dei viui nomen haud frustra deierabis. Festos dies
pie & rite obserua. Parentes venerare. Hominẽ ne
occideris. Adulterium fuge. Furtum ne feceris. Nil
alienum concupieueris. Nec falsum dixeris testimo
nium. His legibus propositis Moses iterum mon
tem ascendit, vbi. XL. est dies commoratus. Fuit
illius mora ab initio suspecta: ac nõ multo postcç
ascenderat, vulgo requiri cœptus est. Inde desi-

Sina mons sacer.

Populi metus & solicitudo.

Mãdatorum dei persuasio.

Diuinarum legũ promulgatio.

Legum capita.

Vitulum adorant.

Sacrorũ apparat?

Taberna culi dedicatio.

Sacrificiorũ genera.

Sacrorũ ritus.

rium ingens absentis ducis animos incessit, qui cũ
nusquam appareret, varia de eo orta est suspitio.
Multi eum cœlo assumptum credere, alij feræ ali
cuius incursu laniatum. Sed in varia suspitione me
mo erat, qui non eum pro extincto haberet. Conti
nuo igitur (vt sunt hominum ingenia in lapsum
& stultitiam prona) vitulũ sibi aureum cõflat de
lira multitudo. Conflatũ in publico statuit, legecç
antiquata diuinos huic honores decernit, & iam
nouo sacrorum ritu circa id simulachrum opera
ta, sedulo Iudæi epulabatur, quum impia superśti
tione occupatis superuenit Moses. Docet is impie
eos fecisse, q diuina lege abrogata, vitulinã effigiẽ,
velut numen aliquod ineesset, publicitus consecra
sent. Sed pœnitẽtia & expiatione opus esse: vt alie
natum numen propitiaretur. Iubet itacç tabernacu
lum Deo optimo statui sacraricç: vbi preces & pia
vota illi exoluerentur. Quam vocem incredibilis
populi fauor est secutus. Accensi itacç studio certa
tim ad id opus munera congerunt: aurum, argen
tum, æs, purpuram, bissum, & alia huiusmodi ad
ornatũ pertinentia. Iosephus autor est ædificij lon
gitudinem centum cubitum fuisse: amplitudinem
dimidio minorem: imitatumcç id opus figuram
vniuersi, in qua ille explicanda est haud mediocri
ter occupatur. Fabricata est & arca, in qua lapideas
elauserunt tabulas, quibus incisæ erant leges. Sta
tuunt ad hæc in tabernaculo mensam cum phialis
aureis, candelabro & lucernis, ad numerum plane
tarum. Aureum thuribulum magni ponderis. Au
ream cratem. Coronas ex auro quatuor & viginti.
Disponitur circum preciosa vestis variacç supel
lex ad cerimoniarum cultum quæsita. In quo rerũ
apparatu est Moses sedulo naturæ opera imitatus,
Sacerdotiũ Aaroni datum purificatumcç est raber
naculum liquore ex myrrha, ireo, cinnamomo, &
calamo. Tabernaculi & eorum, quæ in eo mira
sunt arte constructa: duo præter cæteros clari ac
posteros opifices fuere, Beseleel & Ooliab. Estcç
opus ipsum septimo mense perfectum: & annus
quo Hebræi ex Aegypto egressi sunt per hæc rerũ
discrimina est circumactus. Nono deinde mense
dedicatum est tabernaculum. Immolauitcç Moses
in eius dedicatione taurum, arietem, & hœdum.
Inde cætera multitudo sacrificauit. Id vero cum
certarim fieret: essetcç ignis prægrandis accensus,
duo Aaronis filij subita correpti flamma prius ex
tincti sunt, quam subueniri potuerit. Eos pater &
duo superstites filij, Mosis iussu eximio funeris ap
paratu exulerunt. Populus vniuersus defunctos
lamentatus est. Cæterum quia satis constat, nul
lum genus hominum cerimoniarum studiosius,
magiscç religiosum fuisse vnquam cç tunc Israeli
tæ fuere, quæ fuerit apud illos sacrificandi ratio ab
initio instituta, operæprecium duxi breuiter expli
care. Et vt omnia quæ de his dici possunt, i arctum
conferam: duobus ab initio sacrorũ generibus Iu
dæi vsi sunt. Quorum vnum Holocaustum dixe
re: idcç primo res gentis perpetrabant: qui erat hue
boue, siue agno rem diuinam facturus, siue quid
aliud immolasset: annicula, masculacç esse opor
tebat animalia aris adhibenda: altaris oram facer
dos victimali cruore perfundebat: inde hostiam
membratim dissectam super aram concremabat.
Alterum genus plebeiũ: in quo maiora anniculis
offerebant: cruorecç super ará diffuso, renes, adeps,
omenta imponebantur flammis, pectora & crura
dextera sacerdotibus dabãtur: quæ supererãt intra
biduum qui rem diuinam fecissent, esitabant. Ino
pia si quis premebãtur, columbas offerre, aut turtu

res duas: quarū hæc in holocaustū abibat, illam sacerdotes sortiebantur. Qui imprudens deliquisset, huic anniculam agnam erat aut hœdus piaculum. Qui occulti sibi criminis fuisset conscius, ex prescripto legis cæso ariete expiari oportuit: horum carnibus vescebātur sacerdotes in templo. Tam publicis q̄ priuatis sacrificijs mūdissima farina adnici, in agno assarij mensura, in ariete duorū, in tauro triū. Adhiberi & oleum quod sacris infundebat. Agnus mane & vesperi publice immolari: sabbatis geminatæ hostiæ aris admouebant. Principio mensis duo boues cū septē anniculis agnis, ariete vno, & hœdo vno, piaculi noīe mactabant. Septimo ineunte mense, taurū, arietē, & septenas agnas immolabāt, & cum his hœdū piaculi causa. Adijciebant binos hœdos, horū vnus extra fines missus multitudinē expiabat, in suburbana alter delatus loco purissimo cū totis vellerib⁹ cremabatur. Pōtifex taurum in id sacrū, & in holocaustū arietē dabat. Atq; hic tum Iudæorū fuit sacrorū ritus. Scio fuisse & alia illis sacra statis cerimonijs ferijsve permixta, quale fuit. XV. mensis die, quē Macedones Hyperuerethæum dixerūt) & vertente autumno tabernacula figere. Holocaustoq; ferijs tenētibus stata quotannis reddere, myrrhę, salicis, palmarū, & mali persicis ramos, qui hæc facerent, gestantibus. Xantico mense: vnde principiū sumebat annus, sub pleniluniū diem Sole arietē transeunte: quia his diebus ex Aegypto egredi cōtigisset, mystico agno faciebant. Inde Azimorū feriæ: Luna itidem plena paucis interiectis diebus celebres erant genti. Tauri duo Aries vnus. Agni septē quotidie per eos dies holocausto cremabantur. Adijciebatur hircus vnus pro piaculi nomine. Secunda Azimorū primitiæ frugum cum olei assario dabantur, & frugum principijs, agnus in holocaustum. Erant & pentecostes stati dies. Asarthan illi id tempus vocitabant, id est quinquagesimā: fermentatos tum panes ex siccis alphitis offerebant. Agnas duas in holocaustū, vitulos duos, arietes totidem, duosq; pro piaculo hircos. Hæc Iosephus, & alia haud quidē pauca de veteri Iudæorū ritu in historia prodidit. Quod vero ad Mosis institutū attinet, vescendi sanguinis vsu in vniuersum populo interdixit. Lepra infectos, & quib⁹ genitale semen sponte flueret, ciuitate expulit, & in his mulieres septenis diebus quæ mēstruæ essent, octauo redirēt: totidē dies aberant, qui fune stam domū haberent. Sacerdos duabus agnis pro eo facit, qui fluuiū seminis per quietem sit passus. Ipse prius frigidā aquā ingreditur. Pari ratione expiatur, qui cū coniuge parū legitimis diebus cōcubuit. Puerpera. XL. dies tēplo arcebatur, si marē fuisset enixa, si fœminā. LXXX. Qui vxorē impudicā arbitrarēt, hordeaceę farinæ assariū offerebat, mox ea ad tēpli postes constituta, in sacerdotis verba iurare cogebatur, nihil læsam a se pudicitiā. Si falleret, femore dextro diffiūcto vteroq; putrefacto morerētur: si caste iuraret, decimo mēse puerū sine vteri noxa enitereť: tum sacerdos Dei in mēbrana nomē diluens phiala dat iuratæ mulieri bibendū. Adulterio, incesto, sodomiticæq; fœditati capitalem pœnā irrogauit. Vt sacerdos manco debilive corpore altaris ascensu prohiberetur, aleretur tamē sacris oblationib⁹. Vt terra septimo quoq; anno, siquando Cananeā Iudæi obtinuissent, aratri nesset immunis. Quæ tellus sua sponte ferret, quinquagesimo quoq; anno tribulibus esset & extraneis cōmunia. Hunc Hebræi annū Iobeleū dixere, qui & quinquagenarij dici potest. Idem Iobel Hebraice valet vt Eusebius scribit. Hoc annorū spacio videtur mihi Hebræi a protoplasto tēpora dimensi: vt Græci postea Olympiadib⁹, Romani lustris. Quin quagesimo igitur quoq; anno debitæ relaxabātur pecuniæ, & Mosis instituto libertate donabant seruitia: prędia q̄ vilius vænisserit antiquis possessorib⁹ redhibebantur. Et hæc per Mosem antiquit⁹ instituta: quæ vnum in locū cōtulisse, vt in rebus cęterarum gentiū fecim⁹, nihil a nostro (vt reor) instituto fuit alienū. His circa Sinā gestis lustrato exercitu, sexcenta et tria millia hominū reperta sunt, qui arma ferre possent, ac supra eum numerū sexcenti quinquaginta. Mota sunt inde castra, tabernaculūq; traduci cœptū, cuius ministerio duo & viginti hominū milia ex leuitica tribu sunt adhibita. Hi oīs alteri⁹ curę immunes, circa id vnū operari. Hincq; sacrorum ministris nomen inditum, vt Leuitæ dicti sint, quicunq; idem sacrorum munus iam inde obiuere. Ventū est inde trinis castris ad loca nullis fontibus irrigua, cultuq; asperiora. Hic Moses inuum populi tumultū incidit, exaudiri palā voces iter & laborē detractantiū. Multi etiā in ipsum ducem feroci⁹ inuecti, temere nimis ab eo factū crimi nari, cp̄ ex pacatissima terra populū in deserta mundi loca eduxisset, vt omnē Hebræorum stirpem indānatis natura locis siti & inedia cōficeret, recte sibi cōsulturos, si ducem ipsum cū sua stultitia e medio tollerent, ac qua proximū iter intenderetur, in Aegyptū longo agmine retro abirent. Sęuiebatq; per hæc multitudo, quū subitū incendiū castra corripuit. Et iam alia atq; alia corripies, eo violentus ignis euaserat, vt manifeste appareret humanis opibus haud ampli⁹ iri posse obuiā. Tum Moses, qui totus ex cœlesti auxilio pendebat, in preces versus placata numinis ira impetrasse creditur, vt clades illa finem aliqua maiore populi pernicie sit extincta. Sic quoq; non pauci periere, fremere nihilo secius insanū vulgus, cp̄ per inuia loca traherēt, in quib⁹ nihil preter cœli rorē vtile occurreret oculis. Cadebat Māna matutinis horis in coriādri speciē, coloris bdellij. Id mola mortariove cōtusum i tortiles panes subigebāt, triticei penes similes. Subijt inde nouū carnis desideriū, quo stulta multitudo inclæ mentius solito ducem insectari, nec in tanta solitudine spes erat vlla eius cupiditatis leuandæ. Exaudiebantur amarissimæ voces seditionis & tumultus indices, quum ingens coturnicum numerus ex improuiso in castra deuolutus immoderatam vulgi appetentiam sedauit. Moxq; flagitium pœna secuta est multis milibus hominum subita vi morbi intra paucos dies absumptis. Manſit loco nomen ab ea clade vt sepulchra dicerētur. Postremo motis ad Pharan castris locū solitudinis in Cananeæ terræ confinio consederunt. Hinc mosis iussu duodecim ex singulis tribubus, singuli ad explorandum Cananeorum statum sunt dimissi: qui ab Aegypti finibus vsq; ad Libanum montem, vrbibus & locis diligenter inspectis, dura & formidolosa oīa retulere. Additusq; est huic metui alliuscror, cp̄ qui ex ea exploratione redierant, affirmabāt obseruasse se circa Hebronē genus hominū immani statura, quanta gigantes fuisse crederentur. Quæ in populum temere vulgata, recentē Mosi conflarunt inuidiam. Maledictis & probris multis eum palam carpere. Iret bonus imperator, & pacatissimum populū ex pacatiore terra vanis pollicitationibus abductū, quem famæ, siti, æstu, omnibusq; malis, quę mortales in primis vitare solēt, in desertō confecisset. tum demum hoīm monstris lanian dum obiceret. Simulq; cauillabundi inter se quærere, esset ne hæc tellus illa beatissima, illud solum mellis

Sanguis Iudæi abstinent.

Iobeleus annus.

Numer⁹ Iudęorū.

Leuitæ.

Murmuratio.

Incēdiū castrēse.

Manna.

Coturni cum vis.

Moses ex plorato res mittit



mellis et lactis fluminib⁹ irriguū, suæ gēti debitū. Iret dux vanissimus, et iā agros pplo metari incipere ret. Heu labores suos, heu picula cōpere adita, heu miserā frustrationē. Perget ne vnus hic (inquiūt) res nēas perdiras fundit⁹ perderet? Parebit ne semp stultum vulgus vni⁹ stultitiæ? quin imus: citatoq; cursu Aegyptū qua breuissimū est iter, repetimus? Tutius sane multoq; cōducibili⁹, seruiturē in ocio seruire, cp̄ per tot labores & discrimina, vanā libertatis vmbrā, sub vanissimo duce sectari. Hæc illi fremere, nec res iam procul a vi aberat, quū Iosue Naue fili⁹, in mediū pgressus (erat viri hui⁹ auctoritas haud mediocris inter suos iā inde, ex quo ad petrā ei⁹ ductu prospere fuerat dimicatū), Quis furor est iquit viri Israelitę? Quæ vos rabies agitat? Quæ dira tumultua di cupiditas? q̄ nō ducis clarissimi præsentiam, nō merita amplissima respicitis. Vel si hæc sordescunt, nō saltē ipsum cœli numen veremini, quod in aduersis rebus toties propicium habuistis. Sed propriū multitudinis est (vt video) nihil intelligere, nihil ratiōe metiri, temere aut odit, aut fauet. Nā quod ad presentē motū attinet, vnde queso subita hæc insania vestros animos incessit? Vnde hic furor ortus, q̄ vos p æquā & iniqua precipitat? Misistis nos i cananeā terrā (ita em placuit vobis & Mosi, vt vn⁹ ex ijs essem, quib⁹ publicū id negociū injunxistis) LX. dierū spacio oēm hostilē lustrauim⁹ regionē: vrbes, agros, flumina, saltus, nemora, hoīm ritu⁹, mores, arma explorauim⁹. Reuersi inde fassi sum⁹ (nā nō erat cur visa augēdo minuēdove quicq̄ mētiremur) habere eos oppida munitissima, & ipm genus hoīm valde ferox, Cæterū nihil est nobis oraculo pmissum, quod nō terra ipsa nostris oculis representarit, & ne parū vere hęc dici arbitremini, accipite, ingt, ei⁹ terrę fruges, quas in argumentū felicitatis vobis attulim⁹ (erāt hæ vuæ cū palmite defectæ, fici, punica mala) agite nunc, & vanos rumores secuti, beatissimā regionem vt sterilē et desertā refugite, vestrū ducē, cœleste oraculū, vt vanū & mēdax contēnite, cp̄ fiqua in vobis pietas esset, siqua eorū q̄ facta fūt, aut gratia, aut fides, procidentes supinis manib⁹ deo seruatori gratias ageretis, q̄ turpi seruitio, quod nunc turpi⁹ (vt video) desideratis in libertatē assertos ad hæc loca perduxerit, vū felicissimā terrā, vīs olim maiorib⁹, inde vobis promissam, intueri possitis, quā paulopost adepti per ociū & felicissimā quietem, vos & posteri habituri sitis. Nec q̄ de indigenarū ferocia sunt a nostris temere relata vos pinde mouere debēt: inuictū enim habemus exercitum, iuuentutem robustissimam, ac iandudum vincere assuetā, et (quod maxime est optabile) propicium numen, cui⁹ prouidentia mundus regit, cui⁹ virtutē & potestatē terræ & oīa sequūtur. Vnde fauor ille steterit, stet & victoria necesse est. Vanæ sunt terrenæ opes, vana & irrita hoīm cōsilia, nisi fauor numinis dum illa mouent interfit, aut postea q̄ moueri cœpta sunt, presens adsit. Lenita p hæc multitudinis ira, continuo ex oraculo relatum est, fore vt ingrat⁹ ppl⁹ priusq; quadrageſimus ab eo quo Aegypti seruitutē fugerat circūactus esset annus, nunc fatali terra potiret. Quæ vox vbi primū ad aures vulgi est delata, mœror ingēs & stupor oīm animos defixit. Sed vt est humana cupiditas semper in vetitū prona, inuito duce conata est aliq̄ multitudo terræ sibi interdictæ fines trāscendere. Primicp Amalechitę sunt bello petiti, q̄ ad arcendā iniuriā egressi in ipsis finib⁹ hosti occurrunt. Hic cruento vtrinq; prelio cōmisso cū ingēti strage Israelitæ repulsi, turpi fuga in castra abierunt. Grauis inde se-

Iosue cōcio ad populum.

Chore Isauri filius.

Dathan et Abyrus.

Cœlestis vltio.

ditio pplm adorta est. Chore Isauri fili⁹ homo immodicus lingua, opibusq; (vt res tum gētis erant) inter suos precipue pollens, ob idq; valde popularis inter paucos primo ducē criminari adort⁹ est, cp̄ velut tyrānus beneficiū populi per speciē oraculi in Aaronē fratrē cōtulisset, cōstituisseretq; eū tabernaculi antistitē, velut noiatim ad id ministerijū cœlesti esset voce accersitus, vt familiarē numinis cōgressum meruit⁹, hoīm mēribus religione occupatis, suo nutu & arbitrio oia diuina & humana teneret. Nec parū illi visum, cp̄ perpetuū iter suos esset imperium adept⁹, nisi secundū ab eo honorē, quē vltro occupauerit, ac nescio an maiorē etiā in tractę collocasset, recte viros Israelitas facturos, si viri sint, eaq; libertate digni, p qua tot pericula adierint, si de honore vtriq; abrogādo pplm ad disquisitionē vocari iubeant, vt nō suo quisq; arbitrio, sed toti⁹ gentis suffragio, & diuinis & humanis rebus moderet. Accenderat ille multorū aīos huiusmodi criminationibus, vltroq; se illi adiunxerant Dathas et Abyrus, qui & ipsi egre ferebāt Aaronē sibi dignitate prelatū. His autorib⁹ Chore ac plerisq; cū eo assidua inter suos obtrectatione oēm pene multitudinē a Mose & fratre alienarunt. Repertisq; sunt ducēti & quinquāgita, q̄ cū Aarone auderent ad populū de dignitate certare. Facto itaq; populi in Mosem & fratrē impetu, multis vtrūq; probris proscindunt. Illi subita animorū mutatione perculsi, quū appareret infestā multitudinē nō Dathan solū & Abyrū, sed quēliber etiā eorū, qui honorē ambibāt Aaroni prelaturā, vix Moses obtinere potuit, cœlesti oraculo, quod falli non posset res tota permitteretur. Monet vt postridie adesset oēs, qui pōtificatū peteret, cū thuribulis rem diuinam in conspectu populi facturi, affuturus & Aaron in ordinem redactus, cum alijs thura adoliturus. Tum quē viderint manifesto aliquo interagē dum signo a numine probari, iuberent bona venia tabernaculo & cerimonijs presesse. Placuit oraculi iudicio vti, edictumq; est cm nibus vt frequētes postridie adessent. Vbi postera dies illuxit, populus in expectationem erectus in amplissimæ cōcionis modum ante tabernaculum constitit. Hic Moses supinis manib⁹ orasse dicitur, vt si vnquā in his populum fefellisset, quę ex oraculo deprompta prædicaret, ipse secretorum omnium cōscius, omnisq; humanę fraudis vltor Deus, se in conspectum populi cum tota domo cœlesti igne cremaret, maleq; disperderet. Sin rite essent piecq; omnia a se relata, illorum impietatem haud inultam sineret, qui se mendaci coarguere conarentur. Res hic mira traditur, & quæ nisi numen huiusmodi rebus interfuisse credatur, vix apud posteros sit fidem habitura. Qui factori sacra venerant, vt cum Aarone de pontificatu contenderent, vbi thura adoleri cœpta sunt, cœlesti flamma cooperti ad vnum perierunt. Dathan, Abyrus, & Chores cum tabernaculis & tota domo horrendo terræ hiatu viui absorpti sunt. Stetit diu populus miraculo rei, torpore & metu defixus. Inde totillustrium virorum tristi exitu, insigniq; documento obsequentior factus, non modo non fæuire, sed contumaciam suam & impietatem fateri. Cæterum qnanq; bona omniū venia Aaron pristina erat dignitate functurus, ad omnē inuidiam in posterū tollendā Moses. XII. ex singulis tribub⁹ singulos legit viros, autoritate inter suos et innocētia insignes. Totidē inde virgas certis characteribus inscriptas, vt cuius quæq; essent, fieret discrimen, tabernaculo iussit inferri. Erat in his & Aaronis

nomine

nomine baculus inſcriptus. Sic enim placuit uolũtatem numinis ſciſcitari. Accidit hic quoq; res non
Aaronis virga. parũ mira: vt virga quæ Aaronis ſchema habuit, germinans ramos cũ amigdalæ fructu nocte una tulerit: quæ res illi ſacerdotiũ perpetuo oĩm ſilentio i poſterũ ſtabiliuit. Caſtra ſunt inde eodẽ loco habita: dum Moſes Leuiticis ſacrorum miniſterio aſciſcis decimas, optimamq; Cananei ſoli partẽ, ſi quando terra ipſa quæſita eſſet, deſtinauit: annuas adhæc frugũ primitias, cũ his oblationibus, quę tẽplo inferrẽtur. Quibus ſuffragio decretis populus per deſerta agi denuo cœptus eſt.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE LIBER IIII.

IISERAT, dum hæc fierent Moſes i Idumeã terrã ad regẽ legatos, qui ab eo poſtularẽt: vt in Cananę intima per eius regni fines pacato exercitu liceret penetrare. Id legati nõ ſolũ negari ſibi: ſed bellũ etiã ſumma ope aduerſus totam gentem inſtrui ab
Mariæ interitus. Idumeis retulere. Tũ Moſes oraculo monit⁹, ne cũ Idumeo manũ cõſereret, in ſolitudines abiit. Nec ita multis inde diebus interiectis. Maria eius ſoror vita deceſſit, anno (vt Ioſephus ſcribit) quadrageſimo quã populus in deſertũ venerat. Cui eo libentius accedo, quo minus æquum ſit credere Moſem tentaſſe per Idumeos in Cananeã ducere, niſi ille annorum circuitus iam actus eſſet, quo fuerat Iſraelitis terra ipſa oraculo interdicta, vt nõ prius illius fines ingrederẽtur: cũ id tpis interuallũ inter curriſſet. Moſes ſororẽ defunctã magnifico (vt tũ res erãt) funeris apparatu extulit, ea ad Sinã montẽ ſita eſt. Purgato ide exercitu, quũ per vaſtas ſolitudines ducerẽtur: in nouũ ſitis diſcrimẽ incidit. Hic quoq; (vt in ſacris eſt libris proditũ) ſaxo Aaronis virga percuſſo, ſubita aquarũ ſcaturigo & lapidis vena effuſa eſt, ſitiq; p hęc ſedata ad petrã deinceps
Aaronis interit⁹. caſtra poſt varios errores ſunt relata. Quib⁹ i locis Aaron & ipſe vitã cũ morte cõmutauit: quũ tris ac triginta ſupra centũ eſſet nat⁹ annos. Moſes i Aaronis locũ Eleazarũ ei⁹ filiũ pontificẽ inſtituit. Inde ad Arnũ fluuiũ caſtra admota ſunt. Habet is ortum in Arabiæ montib⁹, mox p ſolitudines nõ nihil euagat⁹, Aſphaltidi ſtagno, cui & Iordanis, infunditur. Hinc ad Seonẽ Amorreorũ regẽ legatos mittit, q idẽ quod ab Idumeis antea poſtularent. Fuitq; hæc legatio nihilo priore illa felicior, Cæterũ quia fatale tẽpus aderat Cananeæ terrę potiũdæ oraculi monitu in Amorreũ ire pergit Moſes, q in armis eſſe ferebat, nec ꝓcul ab Arno metari caſtra. Magnis vtrinq; animis circa eſt flumẽ cõcurſſum, nec ab Amorreo diu imota ſtetit acies, quin haud multo poſtq; res geri cœpta eſt, ſolutis ordinibus
Terra Amorreorũ cædes. in fugã vertit. Cedit fugientiũ terga Iudæ⁹ victor: nec ferro ſolũ, ſed miſſilibus etiã telis. Cæterũ quũ pluresfunda vterentur, fugientẽ hoſtem lapidibus pene obruunt, maior in fuga cædes, cũ in acie edita eſt. Multi mortales in ripa fluminis oppreſſi, & in his vt victoria ſpecioſior eſſet, rex ictus cecidit. Caſtra oĩs opulentiæ plena ex hoſte capta ac direpta ſunt. Iſraelitæ victoriæ curſum ſecuti, oẽm Amorreorũ gentẽ domuere. Colebãt hi terrã trib⁹ flumĩnib⁹ clauſam. Arno qua meridiẽ ſpectat, Lebocho qua Boreã & Arcton, quod reliquum erat terrę ad occaſum Iordanis placide perfundit. Iudæi vno proſpero prælio audaciores facti, bellũ in Moabitas vertunt, Amorreorũ finitimos. Fama erat tenere eius gentis regnũ Ogem quendã ingenti ſtatura Oges. virum. Quæ res fecit vt id bellũ non nihil ab initio fuerit Iudæis formidoloſum, ſed neq; vllæ corporis vires, neq; opes regni fatali neceſſitati obſiſtere potuerunt. Arcano perpetuoq; numinis fauore fretus Moſes regẽ prælio victũ, ſuorumq; manu proſtratũ vidit, & cum rege hoſtiles copias paſſim cæde diſſectas. Moabitarũ opibus vna aduerſa pu Moabitę gna acciſis. XI. validæ eius gentis vrbes (alĳ. LX. a Iudæis ſuiſſe tradunt) nullam maiorẽ vim belli experte, vincunt. vltro in deditionẽ venere. Tranſtulit inde bellum Moſes in Madianos, atq; ad Hiericuntẽ metat⁹ eſt, Tum Balachus Sephoris filius finitimorum clade conſternatus, etſi oĩa ad bellũ ſtudio cõparauerat, humanis tamẽ opib⁹ diffiſus, ad Balaamũ Beoris filiũ Euphratis accolã mittit, virũ multa innocentia et pietate, & ob creditã ſanctitatẽ, inter ſuos longe venerabilẽ. Qui ad eũ accerſendũ venerãt, nunciant eſſe regi ipſius opera in deuouendis hoſtium copĳs vſum. Primo cert⁹ erat ſenex nolle ire, q; ne Vſum id fas duceret quenq; deuouere. Mox iterũ accerſitus est opus. ad Balachum inter multa prodigia, quæ illi obiter euenere, profect⁹ eſt. Hic tantũ abſuit, vt ad Iudęos deuouẽdos hortatione, aut minis a rege cõpelli potuerit, vt diuino plenus ſpiritu futuros gentis ſuę Balaami ceſſus, grandiaq; incrementa ſit clare vaticinatus. vaticinium. Sed venturos quandoq; ex Italia, qui Syrias opes verterent, quod ad Romanos ob ea q̃ poſtea ſecuta ſunt, haud dubie alluſit. Quũ eum inhonoratũ Balachus a ſe dimitteret, tum ille ad regẽ & populum conuerſus, audi inquit rex, audite viri Madianitæ. Cum inuicta gente vobis res eſt, & cui Deus haud dubie adſit: at ſi quis ſucceſſus vobis hoc bello cõtigerit (cerit em oĩno aliquis) eũ vobis veſtrarũ mulierũ pariet induſtria, q̃ hoſtes ab ritu patrio & religione ſuis abducent illecebris. Nec vana fuit diuinatio. Enimuero vbi in conſpectu caſtra fuerunt, oberrarentq; Madianæ puellæ ad id ipſum miſſæ, Madiani ante hoſtium munitiones, capti Iſraelitæ iuuenes tidũ illecebræ. illarũ forma in colloquiũ venere. Quas ea demũ cõditione, fide in id data & accepta, a ſuis abduxerunt, vt non tantũ patriũ viuendi ritũ, ſed gentile etiã ſacrum, quãdiu vna eſſent, procul abdicarent. Cõmotus rei indignitate Moſes populũ ad cõcionem vocari iubet. Tum oratiõe ſatis miti vſus, in neminẽ vnũ flagitĳ conſcĳ noĩatim eſt inuectus. Sed tantũ ſe mirari dixit eſſe quoſdã in Iudaicis caMoſis ſtris, quæ in Dei optimi maximi tutela forẽt, quos oratio. tam dira peregrini concubitus inceſſerit libido, vt nõ patriũ morẽ, ſed numẽ quod toties propitiũ habuiſſent, impie, vt ſic diceret, abnegarint. At cohibendæ ſunt inquit prauæ voluptates, quib⁹ nulla eſt capitalior peſtis hũano generi data, ratioq; his obĳcienda, frenãdi malarũ libidinũ ſtimuli: idẽri demq; videndũ, nedũ hi ꝓ legibus voluptatẽ, pro patrio ritu cꝛapulã, et ꝓ legitimo cõcubitu illicitũ, pro pietate impietatẽ ſequerent, iratũ cœli numen vniuerſi experiantur. Eorum q; culpa fiat, vt res noſtræ, quæ nunc ſatis lætę ſunt, retro fluere, & in peius abire incipiant. Moderatione opus eſt. Imponant illi ſi pudor eſt, ſi pietatis & religionis cura, libidini ſuæ frenũ. Abſtineant illegitimo earũ congreſſu, quas ſibi contra leges, contra patrium morem adiunxere. Abĳciant vetitos cibos, mẽſas interdictas, infandum concubitum, ne læſo numine populus luat, quod pauci deliquerũt. Satis feliciter peccat



peccat, cui citra pœnam relinquitur pœnitentię locus. Hæc ille. Nec ultra ſuccenſendum ratus, populari magis quam imperatoria eſt uſus oratione, ueritus nequa in caſtris noua ſeditio oriretur: ſi id flagitium pro maieſtate uindicare eſſet auſus. Plerique clari nominis uiri ſe ſceleri addixerãt, quos miti, & quaſi patria caſtigatione maluit ad officium reuocare, q̃ intempeſtiua animaduerſione in maius
Samariæ factãtia. aliquod facinus impellere. Verũ nec ſic quoq; defuit: qui in ducẽ ipſum contumaciter reclamaret. Non eſſe cur amplius Moſes pergeret, diuinarũ legum prętextu, quas ipſe ad libitũ finxiſſet, tyranni dem exercere. Nam quod ad Madianarũ ꝓgreſſum attineret, nõ ſolum non ſe negare id quod crimini detur, ſed paratũ etiã eſſe ſe tueri factũ: atq; oſtẽdere ſi opus ſit, probabili exẽplo id fieri, quãdo per uarios deorum cultus explorãdo ueritas q̃ in occulto eſſet, facile deprehẽderetur: nec credere ſe impie ali quid fieri, ſi procreãdæ ſobolis cauſa peregrini ſanguinis ſibi fœmina adiungeretur, quod & ipſe legumlator, qui tã acerbe in eũ morẽ inuect⁹ eſſet, & Habraamus totius gentis autor, maiorũq; plerique feciſſent. Hæc quum Samarias Simeonitarũ longe princeps, qui Madianã puellã nobili loco ortã domum abduxerat, nõ min⁹ impie, q̃ ferociter iactaſſet: appareretq; oĩa diuina & humana per hæc cõfuſum iri, ſi ſic fieret: etſi nemo erat q ob diuitias hominis domeſticũq; ſplẽdorẽ iuſtitiã aperte tueret: perſtrinxit tñ tacitus dolor circũfuſæ multitudinis animũ: timebaturq; in primis ira numinis. Cęterũ multo maior eſt animorũ motus ſecutus: poſteaq; Phineæ indoles. ille contẽptim ſeſe e cõſpectu populi ad puellæ tabernaculũ prorĳpit. Phinees Eleazari filĳ⁹ oĩm ỹn⁹ id flagitiũ ferre nõ potuit, quin ſtricto ferro ad Samariã ingreſſus eũ in Choranĳ Madianæ cõplexibus obtrũcat, mox iræ indulgẽs puellã quoq; trãfigit. Biblyaci libri, ꝓ Samaria et Choranio Zambrim & Cozbim habẽt. Perierũt et alĳ plerique eius ſceleris principes. Nec cęde ſolũ res expiata eſt, ſed ite terrim⁹ etiã morb⁹ i eos familias uulgat⁹. Ad. xiĳ. milia hoĩm, uel (ut alĳ ſcribunt) quinq; & uiginti paucis diebus interiere. Sub id rẽpus quo ultio hęc ſecura eſt. Moſes ex ſingulis tribubus, q̃ erant duo decim numero. X. milia lectorũ hominũ Phineæ ductu in Madianos miſit. Sacri libri. XII. milia tãtum miſſa demonſtrant. Sed quantacunq; fuit illa manus, ubi primũ in hoſtiũ cõſpectum uenit, Madianis haud pugnã detrectãtibus, cõfeſtim pugna conſerta eſt. Fuitq; id certamẽ iſraelitis tam proſperum q̃ cũ Amorreis fuerat & Moabitis. Vis mortalium ſupra modũ ingens cæſa dicitur. Auxit cladem illã Arachus, qui cũ quatuor aliĳs regib⁹ acie
Madianorum cædes. occubuit. Exercuit Iudæus victor crudeliter victoriam, oĩbus promiſcue, præter pueros & puellas, q malorũ dæmonũ cultũ nondũ per ætatẽ imbiberant, interfectis. Nec tam in eo eſt iræ indultũ, q̃ ꝓ Moſes ita edixerat. Victor exercitus in caſtra rediit opulenta prędа onuſtus, ſexcẽtis. LXXV. milibus ouiũ in prędã actis, bouũ duobus & LXX. aſinorum ſexaginta, puerorum puellarumq; duobus & XXX. Quingẽteſima prædę pars Eleazaro & ſacerdotibus eſt data, leuitis quinquageſima. Quod reliquũ fuit militibus ceſſit. Secundũ hęc Moſes omne Amorreũ ſolũ bello captũ ternis Hebraicæ gentis tribubus id petentib⁹ ea lege diuiſit: ut auxiliares copias ad reſidium belli mitterent, eſſentq; cæteris tribub⁹ auxilio: donec cum Cananeis eſſet debellatũ. Inde cũ ad Iordanẽ copias admouiſſet, Ioſue uiro impigro populi duce conſtituto, omnẽ multidinẽ ad cõcionem uocari iuſſit. Hic oĩa quæ

Moſis cõcio ad populum.

Moſis uaticinĳ.

Moſis leges populo latæ.

ad id rẽpus pro publica ſalute egiſſet, ad diuinã referẽs prouidentiã, populũ ad Sinaicas leges perpetuo ſeruãdas uehemẽti eſt oratione hortat⁹. Quod autẽ ad futuri belli rationẽ attineret, ne uana ulla perſuaſione, longoue commercio ab uero pietatis cultu auerterẽtur, quoſcunq; hoĩm iam inde armis ſubegiſſent, ad unũ interficiẽdos cẽſuit: idẽtidẽ tẽſtatus perſpicue ſe uidere: ut ſi, quod nollet, ab eo cultu qui rite pieq; eſſet gẽti traditus: aliquãdo populus oberraſſet: tum dirũ exitiũ omne Iſraeliticũ nomen extingueret, nullamq; in toto orbe terrã fore: quã Iudæi nõ eſſent turpi ſeruitio repleturi. Fugerent proinde alterius gentis cõtagia, fundamentaq; diuini & humani iuris, quę ad id tps cõſtituta eſſent, ſacte cuſtodirẽt. Quod reliquũ erat: habetis inquit oſuen uirũ fortiſſimũ ad res gerẽdas meis prę ceptis ibutũ. Huius ĩperio parere expedit uniuerſę gẽti: quũ ob ipſius eximiã i re bellica uirtutẽ, tum quia id numini cordi eſt: ut ex oraculo didici. Hoc duce terra toties uobis promiſſa potieminĳ; in ea urbs una loco auſpicatiſſimo, quẽ prophetæ uoce ſibi numeri optauerit colenda uobis eſt: ubi tẽplũ unum auguſtiſſimũ, ara una, hic ter quotannis ex oĩbus Iudeæ terrę finib⁹ religionis mutuiq; auſpiciũ cauſa, frequens habebitur conuentus: & hæc de cõmuni gentis ſtatu. Dein nullã ratus ciuitatẽ, ſine iuris & æquitatis cultu poſſe diutius cõſiſtere: ſuppoſitis legũ capita, duabus tabulis ad Sinã perlata, alias populo leges, ciuiliaq; inſtituta, ſuprema illa cõcione ſanxiſſe dicitur. Nec eos; adeo multa ſunt mihi hoc loco referenda: cũ nõ pauca alioqui fuerint. Cęterũ operę preciũ eſt, horũ meminiſſe, quũ propter uetuſtatẽ ipſam: quę plane arguit recentio res legũlatores multa ex hoc fonte habuiſſe: tum q; earũ legũ uim & pondus cõſideranti mihi ueriſſima eſſe uidẽtur, q̃ de ſublimi & præclara ipſi⁹ uiri eruditione uulgo eſt opinio recepta: fuiſſe eum nõ diuinarũ ſolũ, ſed humanarũ etiã rerum peritiſſimum. Pueri inquit ab initio leges diſcant, diſcipli nam em cõtinent optimã. Qui dei nomẽ blaſphemia leſerit, per diem ſuſpẽdito, inſepultumq; abiĳcito. Ex meretricia pecunia ſacrũ nullum facito. Septeni i ſiũgulis urbib⁹ principes ſunto: qui iuſtitia & prudẽtia cæteros antecellãt. Duo cũ his Leuitici miniſtri iudicanto. In re iudicãda ſi quid rectũ ſit parũ iudicibus liqueat: pontificis & ſenio rum arbitrio rem totam decernunto. unum teſtẽ ne recipito, ac ne duos quidem, niſi horum prius ſit ſpectata fides. Tres rite teſtimonium dicũto. Sed neq; mulier teſtis eſto, neq; mancipiũ, in hoc fortuna: leuitas in illa merito ſuſpecta eſt. Ex arboribus conſitis ante quartũ annum nihil attingito. Tunc ex frugibus decimas dato, propinqui & hoſpites nõ nihil percipiunto, quod reliquũ fuerit agricolatoris eſto. Semina munda non cõmixta terrę condito, neq; enim diſſimiliũ cõmunione gaudet natura. Viatorem ne frugibus arceris: quãtum uolet ex his legito, ſi lectas preſens uſus exigat. Si pudor obſtet, ultro accerſito. Quæ turpem quæſtum fecerit, alterive nupſerit, uxorẽ ne ducito. Puellam pro uirgine ductam, ſi corrupto ſit corpore reperta, flagitĳq; cõuicta, lapidibus obruunto, aut uiuam cremato. Si q̃s uirginẽ alteri deſponſam, nõ inuitã uiolauerit, utrũq; extremo ſupplicio efficies, ſi uis illata fuerit, iniuriæ autor pœnã luito. Quæ ſine liberis uidua relicta eſt, fratri defuncti cõiugis nubito: ex eoq; matrimonio i ſucceſſionẽ generis prolẽ tollito: ſi eã ducere nolit, apd̃ ſeniores cauſam dicito. Si cauſam ꝓbauerit, cui uolet illa, nubẽdi facultas eſto. Luctũ i trigeſimũ diẽ extẽdito: ſat eſt id tẽpus ſapienti

sapienti ad lachrymas. Filium si parentibus iniurius fuerit extra urbem suspendito. Hostem bello prostratũ ne finito insepultũ iacere. Si pignus ab inope creditor acceperit, ante noctẽ restituito. Qui non soluendo apud eum cui debet, seruiturem seruito. Si contribulem emeris, emptus sexto mox anno liber esto. Qui aurum aut argentum inuenerit, inuentum palam præconis uoce facito, aberrãs pecus magistro gregis reducito, uel quoad existat dominus custodito. Qui in iudicio litigatorem percusserit, talionis reus esto. Si domum relatus expirauerit, qui pecussit innoxius esto. Impensas & incõmoda propinquis rependito. Qui grauidam calce percusserit, si abortum fecerit pecunia mulctato: si mors secuta fuerit abortum, parricidij reus esto. Israelitarum nemo uenena conficito, neq; confecta aliũde emito. Qui uenenũ alicui nisi scuerit, sceleris cõuictus id bibito. Qui oculum per iniuriã eruerit, pari clade punietur. Si taur⁹ quẽq; pereme rit cornu, lapidibus obruito, eius carnes ne attingito. Depositum ut sacrum custodito. Filius nõ luet patris scelus, nec parẽtibus erit fraudi, siquid filius deliquerit. Et hæc domi. Militiæ uero illa. Bellũ priusquam intuleris res per legatos aut præcones reperito, si res non reddantur dum uoles, rite intuleris. Administrandi belli summa penes hunc erit, qui strenuitate & prudẽtia alios anteibit. Militem ex omni multitudine fortissimum legito. Si hostẽ obsidione presseris, frugiferas arbores ne lædito. Læsæ si uocem enim habeant conuicium fecerint populatori. Rebelles uictor ad unum interficito. Cæteros cum uiceris, tributarios aut uectigales facito. Neq; mulier belli tẽpore uirile attigerit instrumentum, neq; uir muliebre. His ille institutis domi foriscq; sub id tempus quo uita decessit populũ instruxit. Adiecit & futurum uaticinium hexametro carmine complexum. Adhibuit & precationẽ solennem pro eorum successu, qui rite leges & instituta sanctẽ custodirent. Contra diras imprecationes in præuaricatores. Postremo populũ sacramẽto adegit, ut diuinas & humanas leges, quæ semel latæ essent perpetuo obseruaret, nec siquis uiolare esset ausus, impune factum pateretur. Inde quum iam ad extremum uitæ uenisset, Abarim montem ascendit. Vbi dum Eleazarum & Iosuen alloquitur, nymbus repente eius corpus operuit, nec inde Moses ab ullo est in terris cõspectus amplius. Extinctum populus uniuersus triginta dies patrio instituto luxit. Perijt annorum centum & .xx. anno ab Aegypti egressu quadragesimo, qui trigesimus fuit supra septingentesimum ac ter millesimũ ab mundi origine. Et Mosis prophetæ summi exitus talis fuit, qui dum uagum per deserta populum traxit, Aegyptus unde Israelitas eduxerat, quũ ad id tempus Aeria dicta esset, ab regis nomine Aegyptus esse cœpta nominari. Fuit Aegyptus Beli filius, qui superiorẽ Aegypti partem regia potestate aliquãdiu tenuit. Phama est hunc quinquaginta masculæ stirpis liberos habuisse, quod in barbaro homine, quorum proprium fuit, siue procreationis, siue uoluptatis causa pluribus mulieribus misceri, haud fabulosum dixerim. Erat illi frater Danaus nomine cui par fuit natarũ numerus. Is a fratre quibus plus poterat natorũ fiducia, ex Aegypto pulsus in Peloponnesum est oneraria naui delatus, ubi Gelanore a suis per id tẽpus electo, facile est Argiuorũ regno potitus. Ac tum primũ ferunt onerariam nauim in Græcia conspectam. Aqua etiam in uisceribus terræ abstrusa, puteis ab eo alti⁹ effossis, deprehendi cœpta est. Cætera quæ de patrueliũ cõnubio

Domestica instituta.

Bellica instituta.

Mosis interitus.

ANNI MVNDI.

Aeria.

Danaus.

Aegypt⁹

deq; paricidio puellarũ sunt memoriq; prodita, qm fabulari sunt pigmento proxima, ne historiæ fidẽ abrogent, consulto prætereo. Pari uerecundia adiiciam, quæ de Dardano Iouis & Electræ filio ueteres rerum scriptores memorãt. Etenim quum post diluuium, quod Arcadiam inundauit, humiliora eius terræ loca in paludes et stagna abijssent, colles & ardua montium mortales illi tenuere qui diluuio superfuerant. Hinc procedente tẽpore, Dardanus & Iasius fratres profecti dicũtur, qui quum ab Athlãte materno auo regnum accepissent, locorũ sterilitate compulsi Arcadia Diamanti relicta, quẽ Dardanus ex Chryse Pallantis filia tulerat, ipsi cũ Ideo altero Dardani filio, & numerosa mortalitũ manu, domo digressi, Samon insulã Thraciæ propinquam, a Mercurij & Cyllenidos Nymphæ filio nuncupatam, tenuere. Hinc quoq; sterilitate locorum, pelagiq; asperitate pulsus, cum Iasio fratre qui fulmine in ea insula ictus perijt, ad Hellespontum descendit, optauitq; sibi sedes in ea terra, quæ postea Phrygia est dicta. Ideus Dardani filius cum parte copiarũ, Arcadũ more secut⁹, in mõtibus cõscedit. Qui ab eius noie iam inde Idei sunt noiati. His locis tẽplo deorũ matri extructo, Orgia, & Cereris initia instituit. Diodorus autor est a Dardano Cybele & Corybanto sacra deorũ matri in eã terram delata, imperrauit inde Dardanus a Teucro q tum illis forte locis imperitabat, soli areã, ubi sibi & suis oppidum exædificaret. Idq; a suo nomine Dardaniam dixit. Bacheaq; Theucri filia Chryse superducta, Erichthonium genuit, quem mortaliũ fere fortunatissimũ fuisse, is ex Callirroe Scamãdri filia Troen genuit, Tros Ilum, a quo Illiũ, ut Troas regio a Troe. Ilus Laomedontẽ inde procreat, qui fuit Priami pater. Huius regnũ Græci Agamẽnonis ductu funditus euertere. Sed hæc aliquot post ætates sunt Dardani aduentum in Phrygiam secuta. Fuit Dardano æqualis Lacedæmõ, Iouis & Taygetæ filius, qui urbem in Peloponneso condidit, quæ & ipsa conditoris sui est nomen adepta. Sunt qui illum Semele non Taygeta natum existimẽt. Enimuero his temporibus conuenire mihi uidentur, quæ de Mycenarum origine Strabo prodidit, fuisse urbem ipsam a Perseo conditam, qui in Gorgonas per hæc tẽpora profect⁹ dicitur. Id mulierũ genus in Libya fuisse traditur, & (ut Diodor⁹ scribit) haud multũ ab Amazonũ moribus abhorrẽs. Fuit ea gens (ut idem autor existimat) in extremis terræ finibus ad occidentem sita, instituto uitæ multum a cæteris mortalibus dissimili, primo tuendæ uirginitatis studio nõ nihil bellicis rebus exercitæ, post militiæ annos prolis gratia connubia celebrare. Principatũ inter se fœminas obtinere, publicaq; obire munera, uiros contra muliebria domesticaq; curare, prolem intra parietes alere. Fœminis mammas adurunt, ne rei bellicæ sint impedimento. Insulã, quã ea gens coluit, ad extremum ait occasum esse sitã, Hesperamq; nominari, eamq; in Tritonide palude esse, quæ proxima sit Oceano, & a flumine, quod se in eam exoneret, nomen fortitã. Sed parũ uere uidetur mihi hæc memoriæ prodidisse Dionysius, qui argonautica scripsit, et Diodorus eum secutus. Nam, ut alia omittã, hæc quæ de Tritone fluuio, & palude Tritonide illi scribũt omnino diuersa sunt ab ijs, quæ Herodotus tradidit in historijs. Is in Aphricæ ora circa Syrtes Tritonẽ ait amnem præterlabi, qui in paludẽ uastã tritonidẽ influat, ubi & Phlasir insula celebris, in ei⁹ breuia Iasonem tempestate delatum Orpheus & Apollonius scribunt. Adijcitur, quod a fabula nõ multum

Dardanus Iasius.

Machlyes.

Busiris.

Dardaniæ conditio.

Ilus.

Lacedæmoniscõ ditio.

Dionysius q & Bacchus.

Perseus.

Gorgones.

Bacchi plures.

De Tritonide diuersa opinio.

Erichthonius.

Triptolemus.

Ceres.



multum distet, Tritonis monitu nauim argo inde demũ reuulsam, nisi forte Regis id nomen fuit, aut indigenæ cuiusquã: ut quidã arbitrati sunt. Enimuero loca hæc, quod satis constat, nõ parũ ab Oceano distant. Cæterũ (quod ad bellica fœminarũ studia attinet) idem Herodotus autor est, Machlyes et Ausæs circa Tritonidẽ habitare, quorũ puellæ Mineruali sacro uelut in turmas diuisæ, fustibus sese & lapidibus incessant, fassę se patriũ morẽ seruare. Tum siquæ uulneribus occubuerint, eas negari uirgines fuisse: quę oĩm optima fortissimaq; iudicata, sit eam Græco armorũ apparatu, & crista corinthia in currũ sublatã, circa paludẽ multo suorũ fauore circũuehi. Calliphanes supra Nasamonas credidit Machlyes habitare, Androginasq; esse utriusq; videlicet naturæ, uicibusq; inter se coire. Quod uix scribere essem ausus, ne monstra rerum consectari uideremur, nisi Aristoteles autor grauissimus adiecisset, dextrã his mãmam uirilẽ esse, leuam muliebrẽ. Inciderunt in Dardani ætatẽ, cuius mentio nuper facta est, Busiridis hospitia. Tradunt quidã propter Nilum fluuiũ eũ tyrannidem exercuisse. Alij duos in Aegypto celebres Busirides fuisse memorant, uetustissimum unum, qui a Mena Aegyptiorũ regũ uetustissimo secundus ac quadragesimus in ea terra regnauerit. Iunioremq; alterum, qui post Menam quinquagesimus fuit. Is Solis urbẽ, quæ eadẽ est & Heliopolis, condidisse dicitur. Græci Thebas eã urbẽ dixere. Quod si uera sunt quæ ab illis traduntur, maiorẽ Busiridẽ Thebas cõdidisse æquũ sit credere. Quãdo ad Heliopolim quod satis constat, Iosippus & fratres, qui aliquot ætates hæc tẽpora præcesserũt, sedes habuisse dicãtur, aut iunior igitur Busiris fuit, qui crudelia exercuit hospitia, aut fateri oportet aliũ ab utroq; diuersum extitisse, qui in hæc tẽpora inciderit. Sed hæc oĩa uiciniora sunt poetarũ fabulis, q̃ ut in hi storiæ scænã tuto exire possint, non magis dico, q̃ ea quæ de Dionysio siue Baccho his tẽporibus interiecta traduntur. Hunc uini repertorem fuisse, totumq; circuisse orbem fama est. Idem ut fertur Nysam urbem in India condidit. Primusq; mortaliũ docuit uitem serere. Ob idq; oĩm gentiũ consensu diuinos sit honores adeptus. Qui a Græcis cultus est: ex Ioue fuit et Semele natus, nec illi æqualis quẽ Aegyptij multo priusq; coluere. Herodotus Bacchi nomen ex Aegypto Græcos accepisse existimat. Cæterũ fuit alter uetustior Iouis et Proserpinę filij (Sebasim quidã nominãt) is primus boues aratro iũxit, in cuius rei argumẽtũ, eius frontẽ cornib⁹ insigniuit uetustas. Semeles filius ambobus iunior, uitæq; multo mollioris, quippe qui in suis expeditionibus mulierum cœtus habuerit in comitatu, choris & saltationibus nõ minus celebri q̃ armis, orbẽ lustrauit. Huius indica expeditio est, unde triennio reuersus elephanto sedens triumphauit. Mox Hispania ab eo Libyaq; lustrata, quibus terris nõ obscura uetustissimæ illius expeditionis impressa ad posteros mansere uestigia. Sed hęc quoq; tam propinqua sunt fabulis, ut nihil ad historiæ fidẽ sit minus cõducibile, quã in hoc caliganti uetustatis recessu longius immorari. Verũ enimuero gliscẽte uita plures ea tempestate in terris extitere, qui ad mortaliũ usum alĳ alia cõmenti sunt. Erichthonius qui Athenis quart⁹ a Cecrope regnauit, iungẽdę quadrige modũ primus Græciæ monstrauit. Triptolemusq; longa naui in Eleusim atticæ delatus, locorũ accolis distribuit tritici semen. Ceres frumentũ sua spõte in agris ortũ uitæ accõmodauit, monstrauitq; mortalibus seruandi seminis rationẽ, terræq; iterũ cõdendi. Fuerat illa id iam antea ꝓmenta, quũ ipsius filia ab Orcho, Molossorũ rege, ex Sicilia rapta est. Qua iniuria adactũ frumẽta in unius inuidiã succẽdisse ferun. Inde uero ea reperta, Triptolomo semen uero retulisse, ut utilissimũ uitæ inuentũ in plures uulgaret. Aegyptij Cererẽ eandẽ esse arbitrantur quã ipsi Isidẽ uocãt, primũq; tritici usum sibi uẽdicant. Siculi, qm ipsa sit terra Cereri sacra, rei mortalib⁹ gratissime intũtum autumãt. Athenienses, qui exteris gẽtibus id munus acceptũ referebãt (ingenue em̃ fateri pęregre id ad se delatum) Siculis eo noie debere maluerunt q̃ Aegyptijs. Sunt qui et leges Cererẽ retulisse memorent, ut mortales æquitati assuescerẽt. Hanc Vesta soror imitata, ædificandarũ, ut uitã & ipsa aliquo modo excoleret, domuũ cõmenta est rationem, quod Diodor⁹ in historijs tradidit. Neptumnus Saturno & Rhea genitus, nauigatione reperta primus classem instituit, & ob id a patre rei maritimæ præfectus. Enimuero maris imperiũ ob id meritũ adeptus, id demũ cõsecutus est, ut uana posteritas huic uelut deo cuidã, in cuij⁹ turela mare esset, diuinos constituerit honores. Accessit huic merito domãdorũ equorũ ratio, quã eidẽ uni uita retulit acceptã, quo cõtigit, ut quęstrẽ Neptũnum Græci maritimumq; dixerint. Pluto, ne nõ & ipse hoiem aliquo modo iuuaret, funebrẽ apparatũ instituit, sepulchraq; & iusta mortuis censuit reddẽda. Quæ causa fuit, ut in his quæ sub terra sunt, imperiũ obtinere sit creditus. Scio fuisse qui id mortalibus persuasum crederent, q̃ in paterni regni diuisione fuerit ille occiduas sortit⁹ terras, quas Græci infernas dixere. Simili licentia prędicant Ioui cœlum sorte datum, quia oĩs terra quæ ad orientẽ Solem vergit ei cesserit. Sed nescio an honestius fieret, si talia silentio præteriremus. Verũ quia hæc & alia huiusmodi multa a fide alioqui abhorrentia, uideo ab illustribus rerũ scriptoribus recepta, haud sane intelligo, cur pro falsis temere a nobis repudientur, aut indigna credãtur: quę si qua possint, a fabulari schemate uindicentur. Etem sublata creditæ diuinitatis opinione, quã illis uolumus in primis adępram, nihil adhuc nostra illis historia tribuit, quod non facile euenire potuerit, nisi forte Cyrum regẽ a cane nutritum, & feram lupam urbis conditoribus ubera admouisse credere æquum sit, Iouem a parentibus expositum, capellæ uberibus adhibitum, circaq; uagientem puerũ Curetum strepitus & tympana exaudita, ne occulta alimenta quæ patri suspecta erant proderentur, pro mendacio repudientur. Quorũ quædã fidei propiora tãtum abest ut omnino non scribenda existimem, q̃ non nulla etiam quæ sunt haud dubie propinquiora fabulis, affirmare non ausim pro falsis ad poetas relegenda, qualia de giganteo sunt bello tradita, quod hominum genus Moses, Plinius & Plutarchus celebrant, vel q̃ orbem terrarum victor Iupiter lustrauerit, tyrannos sustulerit, uitam excoluerit, q̃ denicq; omnibus se gentibus admirabilem fecerit. Sunt hæc, quis non uideat, hominum opera. Age vero quid illius sibi volunt adulteria, stupra, incesta, aliaq; per omnia scriptorũ genera uulgata flagitia? sunt ne hæc diuinitatis argumenta an mortalitatis potius? hominisq; dissolutissimi? Quod si talia euenire potuerunt, immo quum omnino esse facta credantur, non uideo cur omni fabularum uelamine procul excusso, in historiæ seriem citra infamiam uenire non possint. Sed quoquo modo hæc habẽt, integrũ cuiq; erit, in alterutrã partẽ accipere, fidẽ em̃ meã talibus obstringã nunquã. Nũc

Mortalitatis argumenta in Ioue.

Iudaicarum rerum explicatio ſtilum ad ſe reuocat. Etenim Ioſue confeſtim poſt Moſis interitum in Hiericuntem miſſis, qui gentis ſtatum, locorumq; naturam diligenter explorarent, ipſe haud procul a Iordane fluuio caſtra fecit. Qui ad res hoſtium ex proximo cognoſcendas miſſi fuerant, in Raabæ Hiericuntiæ fœminæ pudicitia & fama parum integra, & (vt quidam tradunt) cauponariam exercentis, domum diuertere. Per diem inde quaſi varia negocia ſecuti, mœnia, portas vrbis, ſitum, arma, cæteraq; apud hoſtes per otium inſpexere. Manauit ſubito rumor in regiam domum veniſſe ignotæ gentis quoſdam, qui in vrbe parum negocioſe per diem verſati eſſent, nimirum illi ad Hiericuntiorum res cognoſcendas miſſi ſint. Nihil ad re futurum, ſi pro exploratoribus capti quæſtioni adhiberentur, torquerēturq; tandiu, quoad ſuſpectiſſimi acceſſus cauſa vi eſſet illis expreſſa. Miſſi ſunt itaq; ſub noctem a rege, qui exploratores ad ſe traherent. Quod cum trepide ad ſe iri Raaba ſenſiſſet, cernereq; quantum hoſpitibus periculum a rege immineret, ſub lini faſcib⁹, qui temere muro inhærebāt ſubito occulit. Tum velut eorum oīm quæ parabātur ignara, poſtea quam regij miniſtri ad ſe ingreſſi ſunt, atq; aduenas hoſtes qui per diem in hoſpitio fuerant, minaciter requiſiuere. Ignoti (inquit illa) hodie quidam huc diuerſati ſunt, qui negocium curaturi, vt ipſi mihi dicebāt, Hiericūtem venere, ſed quum iam propemodum adueſpe raſſeret, velut maturato opus fuerit, domo abie runt, credere ſe protinuo vrbe profectos. Res credita eſt. Miſſiq; ſunt cōtinuo expeditiſſimi iuuenes via quæ ad Iordanem ducit, qui illos in vrbem retraherent. Cæterum vano curſu ad altam noctem fatigati domum negocio infecto reuerſi ſunt. Raaba ſedato tumultu, hoſpites edocet in quanto ſint diſcrimine verſari, credere ſe iam omni eos periculo defunctos, tantū publica via abſtinerent, per deſerta ericulta loca abeūdū, noctuq; magis q̄ interdiu faciundū iter. Precari ad hæc illos idē idemq; obteſtari, vt nō hoſpitij ſolū, ſed meriti etiā ſui in eorū ſalute tuēda vellēt eſſe memores, vt ſiquādo victo res caſtra ad vrbē admouiſſent (quod ita futurum mens augurareturr) hoſpitalis beneficij ſibi gratiā repēderēt. Gratiā ſe illi præſtaturos pollicīti, per funem extra vrbē demiſſi (nam ita forte euenerat vt Raabæ domus publico eſſet muro cōtigua) occultis itineribus incolumes in caſtra abierunt. Perhos Ioſue certior factus in quo res Cananeorū ſtatu eſſent, q̄ omnia pacata, q̄ ſegne ocium, oīmq; rerum negligentia, paucis ſuos hortatus ad Iordanē caſtra promouit. Mirū eſt quod hic fieri contigit, admota fluuio fœderis archa, amnis qui ſua natura violētus minimiq; tranabilis fuit, vndis in muri ſpeciē ſuperiore parte ſtantib⁹, ſiccū ppō vadū prēbuiſſe dicit. Tum exercitu per ociū tranſmiſſo, mādat Ioſue ex ſingulis tribubus ſingulos, lapidē vnū eorū, q pedib⁹ medio vado obiacerent, extra alueū deferre. Ex eaq; materia, dux haud procul fluuiali ripa Deo optimo aram ꝓſtituit, quæ vadatio nis illius fuit ad poſteros monumentū. Illud etiā miraculo datum, q̄ vbi Cananeam terrā Iſraelitæ ingreſſi ſunt, manna haud amplius eſt illis e cœlo miſſum. Vbi igitur populus circa Iordanem conſtitit, omnē virilē ſtirpem in deſerto procreatam Ioſue, vt ſacra tradit hiſtoria, ad vnum citcuncidit pauciſq; diebus eodem loco ſtatiua habuit, dum multitudo cōualeſceret. Inde ex Iordane ad Hiericuntem populabundus exercitus eſt ductus. Hic cum plures dies caſtra habuiſſet, hoſtiſq; ſe muris

Raaba meretrix.

Iordanis conſtitit.

Manna deſijt.

Populus circunciditur.

tueretur, nec quanq; pugnādi copia fieret in aciem deſcenderet, numinis præſentia treus Ioſue mandat fœderis arcā mœnibus circunferri. Mirabile & hoc quoq; dictu, quicquid murorum procul eſt ab arca conſpectum, non bellicis tormentis, non opera aliqua adhibita, ſponte corruit, vrbſq; mœnib⁹ nudata modico certamine capta eſt. Sæuitū nihilo ſecius in omnem ſexum & ætatem. Præter argentum & aurum cætera præda corrupta eſt. Raaba obfidum hoſpitiū cum tota domo ſeruata cum Iſraelitis habitauit. Hiericus capta ab imis eſt fundamētis diruta, vt ne veſtigium quidem ædificiorum ſit vllum in ea relictum. Additæ imprecationes, ſi quis eodem poſtea loco ædificare eſſet auſus. Aurū omne & argentum oraculi monitu eſt ſacrario illatum. Achanus Charmi filius regiam chlamydem auro contextam, medio tumultu adeptus, in occulto habuit: quūm cæteri multa fide & religiōe oēm prædam in aperum retuliſſent. Bibliaci libri coccineum pallium trecentoſq; argenti ſiclos cū auri lamina prædæ detractos demonſtrant. Nec inde multis interiectis diebus, Ioſue triginta armatorum milia ad Adan vrbem recipiēdam miſit. Alij Hai pro Adan ſcripſere, triaq; hominum milia nec amplius ducis iuſſu in eam expeditionem profecta, quo fit, vt in tāta rerum variatione anceps ſæpe animus fluctuet, nec plane intelligat in vtram inclinet partem, præſertim in Barbaris vocibus explicandis, quas iuxta Græci Latiniq; citra omnē vſum habuere. Nos vero ne mediæ narrationis curſus ob eā cauſam ſæpius abrumpatur, quę duarum deinceps verior, aut plurium veriſſima viſa fuerit cōtenti erimus opinione. Siue igitur tam exiguæ, ſiue maiores fuerūt copiæ illæ quæ ad Adan tum miſſæ dicuntur, ſatis cōſtat turpi fuga, cædeq; inſigni Iſraelitas in caſtra reuerſos. Fregit ea clades ſupra modū gentis animos proſperis rebus aſſuetos. Saccum induunt, ſedentq; humi triſtitia & mœrore afflicti, flebiliter querētes eſſe ſe medio victoriæ curſu fauore numinis deſtitutos, negantq; eo alienato ſucceſſum vllum rerū ſperari debere amplius. Videndum eſſe ne publica aliqua priuatave offenſa populus cœleſtem iram experiretur. Erat Ioſue in tam ſubita populi conſternatione nō mediocriter ſolicitus. Qui etſi palam ſuorum caſtigabat querelas, animus tamen haud erat religione liber. Cœleſti igitur voce monitus, cognouit ſacrilegium eſſe in caſtris perpetratum, expiandumq; id ſcelus eſſe, nec ferendū, vt ex ſacris manubijs quicquam publica priuatave fraude furto prophanare tur. Tributim primo, mox domeſticatim diligēter & non ſine religione inquiſitum, poſtremo Achanus ſiue Acharus (vtrunq; em̄ ſcriptū reperio) ſceleris conuictus, extra caſtra dira execratione perductus, lapidibus eſt a populo cum liberis & tota domo obrutus. Tum vero dux religione liber ad Adan ire pergit: miſitq; intēpeſta nocte qui haud procul vrbe i inſidijs q̄ occultiſſime federēt, ac quū aduerſa parte ꝑpām ad pugnā egreſſum ſenſiſſent, tum repente qua proximū cuiq; eſſet vrbem præſidio nudatam inuaderent. Cōſedere illi (erant enim ad quinq; milia lectorum hominum) inter Adan & Bethauen: Ioſue vbi primum illuxit, cū robore copiarum ex edito loco in conſpectū hoſtium venit. Adanitæ recenti victoria feroces incompoſito agmine ex oppido decurrunt. Ceſſit hoſtibus incōſulto ruentibus Ioſue ſimulato metu, inde certamine iniecto omnes oppidanorum vires in ſe vertit. Nec ſtataria erat pugna, ſed vt procul ab vrbe Cananeum abduceret, nunc aperte Ioſue moliri fugā

Hiericuntis excidium.

Achari ſacrilegium.

Iudeorū clades.

Acharus lapidib⁹ obruit.

nunc



Adan capitur.

Gabaonitarum oratio.

Fœdus Gabaonitarū & Iudeorū.

Cananeorum exercitus.

nunc ferocius reſiſtere. Interim qui in inſidijs erāt, quiq; in hanc ipſam erant occaſionē erecti, clamore diuerſa parte ſublato celeri curſu ad vrbē deferūtur, vbi turbatis omnibus muliebri pauore, puerorumq; ploratu, ſine certamine portas irrumpunt. Interim exauditus ex vrbe clamor oppidanos præſenti certamine auertit. Quibus ſponte cedentibus inſtat dux ferociſſimus, fugientiumq; terga cædit. Iam & qui vrbem occuparāt, hoſtibus ad mœnia effuſo curſu tendentibus eſſe obijciunt. Sic amiſſa vrbe multis in medio cæſis, reliqui per agros cum metu & trepidatione diſpalati, quo quemq; præceps tulit curſus, in pacatum abiere. Cędes in vrbe ſub primā irruptionē ingens eſt edita, vt promiſcue oīs ſexus & ætatis ad duodecim milia cæſa dicant. Regē captum Ioſue in crucem extulit. Inde corpus ante vrbē abiectum ingenti lapidū cumulo texit, oīa vrbis ædificia, vt ad Hiericuntē, funditus delata. Duarū illuſtriū vrbiū excidiū, cædeſq; regū per oēm Paleſtinā terrā vulgatæ metū & terrorē ingētem vniuerſæ genti iniecere. Sed Gabaonitæ quo propiores erāt periculo, eo maiore metu adacti, tumultuoſe in medium conſultant, qua potiſſimū ratione ſe imminēti ſubtraherēt periculo. Nulla em̄ in armis ſpes erat. In preces itaq; verſi, mittunt qui ſuppliciter ab ipſo duce pacē poſtularent. Ars quoq; conſilio addita eſt, qui in caſtra miſſi ſunt, mucida panis fruſtra, & vinum in vtribus vapidum ſecum deferunt, calciamenta ad hæc obtrita inducūt pedibus, cæteraq; longioris viæ argumenta diligēter aſſimulāt. Vbi vero ad conſpectū eſt ducis ventum. Veſtra (inquit ergū vnus) virtus Iſraelitæ viri, veſtra inſignis fama effecit, vt iam inde ex quo Palæſtinæ terræ fines tranſcēdiſtis, etſi noſtra cauſa nihil cum Canan ea coniunctū haberet, eſſentq; noſtra iura oīno ab illis diuerſa, pro magno tamen negocio haberem⁹ perpetua pacis fœdera vobiſcū ſancire. Ad quod ipſum impetrandū, etiā quū longiſſime adhuc veſtra caſtra eſſe dicerētur, multorū dierum itinere huc publico cōſilio venimus, nihil veriti, quin ob cauſæ (vt dixim⁹) & fortunæ diuerſitatem, tum quia ad Cananeorū opes euertendas, res noſtræ eſſe poſſent vobis nō inutiles, haud grauate nos in veſtram fidē & amicitiam recipere tis. Nuncq; oramus ſuppliciter & obteſtamur, ne ſpem impetrandæ pacis, quam nobiſcū tulimus, irrita eſſe patiamini. Cum Cananeis viri Iſraelitæ vobis bellū eſt, nō cū ipſo humano genere, quanq; ſi ſic eſſet, nullum genus hoīm eſſe tam ferum credimus, nullum tam iuſtitię & humanitatis expers, a quo ſi nulla ſit iniuria effectum, nō facile pacem & veniam impetrari oporteat, malitę eū ſeruare, qui ſuam fidem imploret, quam inhumane & crudeliter perdere. Quod ipſum eo facilius a vobis viri Iſraelitæ impetrandum cenſemus, quo ob veræ pietatis cultū a cæde & fœuitia longe magis quam reliquæ gentes abhorretis. Quum Gabaonitæ in hunc modū verba feciſſent, Ioſue & alij inhumanaitem, populū, a quo nulla ipſi eſſent iniuria laceſſiti, quiq; cōſilia, & fortunas diſiunctas ab ea gē te haberet, cū qua bellū gererent, vltro pacem & amicitiam petentem non recipere, communi conſenſu fœdus cū legatis firmant iureiurādo vtrinq; interpoſito, non ſolum neutros alteris nociturōs, ſed ſiqua aliunde vis alteutris orta eſſet, ſocios ab omni iniuria defenſuros. Nouæ ſocietatis fama in omne Cananeum nomen diffuſa, vniuerſam in Gabaonitas gentem odijs armauit. Adony ſedechus Hieroſolymorum rex, in cuius fide Gabaonitæ fuerant, eam præ cæteris defectionem minime ferēdam ratus, cum his copijs, quas in præſentem vſum belli inſtruxerat, Gabaon tumultuoſe circunſedit. Aderant inſuper illi ex Hebrone Ohas, Pharas ex Hieromotho. Tabirus Eglonis, & Iaphias Lachius, reges. Erant cum his ad triginta armatorum milia, & in his duo milia curruum. Gabaonitæ cōfeſtim ad Iſraelitas ſocios mittunt, qui doceant in quanto diſcrimine, ni properent ſibi ſuppetias venire, res ſuæ ſitæ ſint. Maturato opus eſſe, ſi ſociorum ſaluti conſultum velint. Scire ſe nullam ſpem veniæ ab infeſtiſſimo hoſte ſperandam, ob ſeparata a reliqua gēte cōſilia, nec eas eſſe Gabaonitarū opes, q̄ tantā vim hoſtiū mœnibus hærentem diutius ferre poſſint. Celerarent auxilia, ne ſi ſegnius ſubueniretur, capta (quod nollēt) vrbe muratæ fidei Gabaonitæ ad vnū crudeliſſimo hoſti pœnas expenderent. Poſt legatorū poſtulata nemo erat, qui non æquum iudicaret laborantib⁹ ſocijs mature ſubueniendum. Cæterum ingenti numero hoſtium territi, ambigere primo, qua fiducia, quibus viribus, quo cōſilio, ad hoſtem longe potentiſſimum acceederent. Hæc vulgo iactare taciteq; metus confeſſione de induſtria rem trahere, quum Ioſue oraculo monitus dicitur, vt in hoſtem coſeſtim moueret, nec de euentu pugnæ ambigeret, omnia prouidentia fieri. In poteſtate numinis vitam hominum eſſe, & interitū nec Iſraelitis diuinā opem in tanto diſcrimine defuturam. Irent modo, ſpemq; ſecum clariſſimæ victoriæ ferrent, Nec quia hoſtium opes inuictæ putarentur, deſperandā ꝓpterea victoriā eſſe. Quādo nihil ſit in humanis rebus tam validū aut tam munitum, quod nō fatorū expugnet neceſſitas. His vocibus accenſus Ioſue, nihil moratus amplius, in hoſtem profectus eſt. Quinis deinceps caſtris, ad Gabaon cōſedit. Hic animis ſubito ad pugnā accenſis, ingenti eſt clamore concurſum. Nec hoſtiū numerus Iſraelitis ancipitē fecit victoriā. Quin ſub primū congreſſum terror ingens hoſtibus iniectus, eos preſenti certamine auertit. Secuta inde aperta trepidatio & fuga, qua innumeri mortales cæſi dicunt. Diſiectis incenſiſq; curribus, Iudæus victor fugientem hoſtē cū cæde & ſtrage longius inſequit. In ſacris libris proditū reperio, ſtetiſſe aliquādiu eo die Solē in cœlo, quoad Iſraelitę victoria defungeretur. Sed dū Ioſue hoſtiū terga premeret, vrgereq; fortunā ſemel inclinatā, ne Cananeus a pauore & metu reſipiſcens inſtaurare poſſet prelium, trepide illi nunciāt, quinq; reges, qui acie deceſſerāt, haud procul a Maceda vrbe, in altiorē ſpecum ſeſe illatebraſſe, miſit qui ſpelunce hoſtiū lapidibus obruerent, locumq; præſidio in ſuū aduentū obtinerēt. Nec ita multo poſt cæde fatigat⁹ ad regū latebram diuertit. Quib⁹ inde reuulſis ſuperbiſſimas eorū ceruices ſubiecit Iſraelitarū pedib⁹ calcādas. Moxſtipitib⁹ affixos morte ignominioſa affecit. Corpora in eum locū, quo fuerant fuga delati, abiecit, lapidibuſq; obrui iuſſit. Inde in caſtra reuerſus, Gabaonitas ad ſe vocatos grauiter increpuit, q̄ velut populus a Cananea gēte diuerſus, cū Iſraelitis fœdus percuſſiſſent. Iure potuiſſe ſe eorū exemplū ſecutū fraude agere, ac fœdus ipſum pro irrito habere quod cū Cananeo nullo ictum voluiſſet vinc̄. Sed bene vertere eis, q̄ Iudeorū peculiare ſit nunq; numē per quod ſemel iuraſſent, fallere. Manſuram itaq; illis ratā cū Hebræo populo amicitiā. Cęterū vt monumentū ei⁹ rei aliquod extaret, notaturū ſe in præſentia eos leui ignominia, quā æquo animo eſſent laturi, ſi ſecū reputarent, nulla minore animaduerſione potuiſſe publicā eorū fraudē vindi

Quinq; regū ſup plicium.

Gabaonitę igno miniano tantur.

cari. Irent & ſocialj fœdere ſecũ militaturi caſonũ lixarũq; miniſteria Iſraelitis exhiberent. Qui mos diu inde tenuit, vt ſoli Gabaonitæ, tam ad ſacrorũ vſum, q̃ ad militum deſideria, ligna & pabula in caſtra deportarent. Nec Ioſue poſt clariſſimam victoriã in ocio fuit, ſed ad hoſtium loca recipienda cõuerſus, Macedã vi cepit, inde Lebnam, rege vtro biq; cum populo cæſis. Inde Lachim corona cinxit, quo Hiras Gazeritarum rex cum valido exercitu occurrit. Hunc quoq; prælio victum Ioſue interfecit, vrbemq; vi captã fundit9 diruit. Inde Eglonẽ deleuit, cui Ebronis eſt excidium cõtinuatum. Pari clade Dabirem vrbem cum ſuo rege affecit. In montana deiceps loca cõuerſus, Aſerothum expugnat, in regem captum aut aliter q̃ in cæteros, qui in poteſtatem redacti fuerant, animaduertit. Mox proſpero victoriæ curſu, a Cade ad Gazam vſq; oẽm regionem cædibus & populatione impleuit. Ita omni fere Cananea terra domita, victor exercitus ad Galgalã, vnde primo fuerat a Gabaonitis accitus, eit cum lętitia reduct9. Nec ita multis interiectis die9, nouum iſraelitis ab eadẽ gẽte ortũ eſt bellum, Iabinus Aſoritarũ rex cum Ioabo Madianita & alijs quibuſdã Cananeæ tractum tenẽtib9, & ex ea quoq; parte, quæ ad meridiẽ vergit, qui circa Cenerothum, & in littorali ora imperitabãt, iunctis inter ſe armis bellũ in Iudæos reparat. In hunc hoſtilem apparatum Ioſue oraculo iuſſus intrepide profect9 eſt, cõſlixitq; ad Meronis aquas cũ inuicto alioqui exercitu. Fuitq; id quoq; prælium vt cæteræ Iſraelitis felix. Hoſtem fuſum fugatumq; ad Sidonem vſq;, cum multa cæde. Iſraelita victor perſecutus eſt. Atq; hoc demum bello, quod mirora Iopho ſilentio præteriſſum, Iſraelitæ defuncti oẽm hoſtilẽ terrã, præter pauca oppida, quæ partim natura, partim humano opere munita ſine lõga obſidione expugnari non poterant, ſuæ ditionis fecere. In ſacris libris vnus & triginta regum nominatim referuntur quos Ioſue bello ſuperauit, iam inde ex quo Iordanem ſiccovado traiecit. Sed non adeo ſumus rerum humanarũ ignari, vt magnos reges, & quales ſunt hodie in terris eos fuiſſe arbitremur, quippe q̃ late inter mortales imperẽt, qui hoc nomine noſtra tempeſtate pollent, quum tota Cananea terra, quæ eadẽ eſt & Palæſtina, vix legitimi ſit vnius regni capax, ſi cæterorũ regnorũ quę hodie ſunt, immẽſos fines animo cõſiderem9. Quamobrẽ æquius ſit credere, fuiſſe regulos eos, quorum ſinguli ſingulas haberent vrbes. Subit & alia reputatio animũ, quid ſit q̃ Hieroſolymorũ nomẽ per ea tẽpora in Cananea non ſit terra relatũ. In cuius vrbis origine referenda quia veriora ſunt, q̃ Ioſephus, & Bibliaci libri tradũt. Strabo autor alioqui grauiſſimus haud dubie eſt deceptus, ratus Moſen, quem falſo Aegyptiaci ſanguinis et Iſidis ſacerdotem dixit, vrbẽ ipſam cõdidiſſe, quũ ſatis conſtet, neq; Aegyptiacũ eum, neq; Iſiacũ ſacerdotem fuiſſe: & qui prius ex humanis deceſſerit, q̃ Palæſtinæ ſint terræ fines Iſraelitæ ingreſſi. Sed de loci conditione quanto verius potero, loco magis opportuno dicam. Ioſue igitur anno iam quinto Palæſtinæ expeditionis acto, cũ caſtra ad Sylonẽ feciſſet, populum ad concionẽ vocauit. Hic quũ in medio ſteriſſet, ita multitudinem dicitur affatus. Quã manifeſto numinis fauore patres veſtri, quinto & quadrageſimo ab hinc anno, vetuſtam ſeruitutem ex Aegypto fugerint, per quã aperta rerum miracula in deſertum venerint, nemo eſt veſtrum (reor) viri Iſraelitæ, qui non fando hęc, aut ex illis dum in humanis adhuc agerẽt, aut ex alijs, audiuerit. Quanq̃ ego, qui reb9 ipſis nõ interfui ſolũ, ſed in quibuſdã etiã pręfui, optimus ſum teſtis, quam dexter volenſq; Deus noſtris vbiq; votis aſſuerit. Longũ eſſet referre, quib9 tum cladib9 Aegyptum concuſſam vidimus, quũ inde Moſis ductu egreſſi ſumus, q̃ ſtupenda rerum mutatione rubri maris arenam, vt puluerem, calcauimus, infeſtiſſimum hoſtem cum omni exercitu obrutum vidim9, per littora diſiectum ſpoliauimus. Nec dicam manna cœlo demiſſum in panẽ, volucres in obſoniũ datas, aquam in potũ duro ſilice depromptam. Nota ſunt Moſis ducis clariſſimi cum familiari numine colloquia, nota prodigia, quib9 Dathas & Abiros cum domo vterq; ſua periere, cum quibus tot Senes vno tẽpore ob ſacerdotij ambitũ ſunt, p cõcione abſumpti. Quid clariſſimas victorias memorem, q̃ Moſis ductu circa Sinã primo, & mox trãs Iordanẽ noſtrę genti obtigere, q̃ pręſens vbiq; numen habuerim9? Sed, haud multũ opiniõe fallor, aut nunq̃ Deus noſtris rebus præſentior affuit, q̃ proximo hoc quinquẽnio, ex quo Iordanẽ trãſgreſſi ſum9: quo tẽpore oẽm Palæſtinã terrã iure belli noſtræ ditionis fecim9. Etem vt numeroſos opulẽ toſq; exercit9 ſilẽa, quos pene inermes & quaſi ſolo aſpectu fudim9, innumeras vrbes direptas & incenſas. Quãdo vnq̃ illi gentiũ tot reges proſterneret eſt datũ, vt vix totidẽ i terris ſuperſtites relictos æquũ ſit iudicare? Sed hæc eo tendũt, vt aſſertam libertatẽ, innoxios caſus, innoxia diſcrimina, tot proſpera bella, tot ſucceſſus, feraciſſimũ hoc amœniſſimumq; ſolũ, liberos, fortunas, & q̃quid rerũ nobis in vita eſt, id totũ diuinæ prouidentiæ acceptum referamus. Stultum ſane ſit credere, vel impium potius, populum veteri ſeruitio aſſuetum, imbellem, profugum, inopem, inermem, niſi præſens volẽſq; Deus affuiſſet, tot vrbes ſubigere potuiſſe, tot populos, tot reges, ſine vulneribus, ſine cæde, ſine cruore, niſi qui vni9 ſacrilegi culpa vno eſt loco ſuſus. Sed quo benignius indulgentiuſq; cœleſte numen adhuc nobiſcum egit, eo maiore ſimus execratione digni, niſi perpetuo cultu, religione, pietate efficere nitamur, vt veritatẽ hanc a maioribus per manus acceptam, legibuſq; & cerimonijs inſtructam, nõ ſolum inoffenſam teneamus, ſed auctam etiam poſteris, ſanctioremq; traditam velimus: quod ipſum facile futurum confido, ſi a vana & inepta cæterarum gentium ſuperſtitione pertinaciter abſtinuerimus. Si non plus apud vos mulieres illecebræ, intempeſtiuæ comeſſationes, ocioſa colloquia, auara cõmercia quam veritatis ſacramentum valebunt. Aliquid certe Moſis prophetæ ſummi cœleſtis mens vidit, q̃ moriẽs idẽtidem monuit, vt omnẽ Cananeorũ gentẽ tollere-mus. Nõ em̃ ita ille humanũ genus oderat, vt tam crudeliter in victos ſęuitũ voluiſſet, ſed pietati, vereq; religioni cautum voluit. Videbat ſenex ille fatidicus, velut ea, quæ oculis videntur, non ſine offenſa populum in his errorum tenebris verſaturum, quibus hæ gentes, quæ Cananeam tenebant terram, premebantur. Cæterum quãdo ita accidit, vt non omnino ſit gens hæc ſublata, ſed alij loco-rũ natura freti expugnari nequiuerint, alij per errorem ſint in amicitiam recepti, multi ad hæc pueri puellæq;, qui nondũ altius vanã ſuperſtitionẽ imbiberant, de induſtria ſeruati. Quanq̃ (vt eſt natura hominis ſemper in peius prona) haud dubium ſit, quin & ipſi vbi per ætatem adoleuerint, ſi ſint etiam parentum manibus, vel verius dæmonum præſtigijs per quietem monendi, ad vanos Deos, lapideaq; ſimulachra reſpicient. Vt enim ferarum catuli catuli e luſtris ſublati circumrentur licet, tacito tamẽ naturę inſtinctu modico momẽto ad feritatẽ recurrunt: ita hoĩes alieno ritu, & a patrio longe diuerſo inſtituti, in gentile vitiũ, velut materno vtero imbuti, aliquãdo irrũpant neceſſe eſt. Sed quo maius ex hoc futuro cõmercio nobis ac poſteris imminet erroris diſcrimẽ, eo ipenſi9 vos etiã atq; etiã monẽdos duxi, ne q̃d humanis tãti eſſe arbitremini, qd̃ veſtrũ animũ malorũ dæmonũ ſeruitio ſubijciat, cogatq; ab luce & veritate aberrare, quam maiores noſtri in cœlo, vnde quærẽda fuit, per innocentiæ cultum ab initio deprehẽdere, deprehẽſam pia religione colere perſeuerarũt: q̃ ſemel atq; iterũ a patribus in deſerto offenſa, nunc publica clade ſeſe vlta eſt, nunc ne vlciſceret multis precib9 ægre exorari potuit. Cæterum haud vos ignorare arbitror, q̃ diras imprecatiões huic Moſes iniunxerit, qui a lege diuinoq; inſtituto aliq̃n aberraſſet, q̃ dira exilia, q̃ inopiã, egeſtatẽ, ſeruitiũ, quod demũ excidiũ vniuerſæ genti futurũ prædixerit, ſi alienos deos, aut vos ipſi, aut poſteri q̃q; ſicuti eſſetis. Cõtra vero quales ſucceſſus, quantã felicitatẽ, quæ incremẽta, ſi in antiqua pietate nihil demũ fuerit offenſum. In quo virtutis officio an perpetuo manſuri ſitis, incertũ habeo. Vnum ſcio, ſiue q̃ a veriſſimo propheta ea quãdoq; futura audiui, ſeu quia De9 Optimus Maxim9 me vt illum, in hac parte, quæ ventura ſint, nõ ignorare voluit, noſtrã totiusq; poſteritatis, & ſalutẽ, & excidiũ, in hoc vno ſitam eſſe diſcrimine. Quod quum ita ſit, vtinã priuſquã vita egrediar, ad cui9 exitũ (vt video) peruenì, aliquod futuræ cõſtantiæ ſignũ in vobis perſpiciã: quo certam ſpem mecum perpetuæ meorum ſalutis ferre poſſim. Nam & naturæ & vobis (ni fallor) abũde ſatiſſeci. Quũ hæc ille ita peroraſſet, cõſeſtim ex tota cõcione redditus eſt clamor. Nihil vnq̃ populũ tam impiũ ſcel9 admiſſurũ. Ictũ eſſe ſemel cũ Deo fœdus, quod tam ſibi, q̃ poſteris inuiolatũ velint manere, cupiantq; ſe arctioribus adhuc vinculis, ſi maioribus poſſint, religioni aſtringi. Tum Ioſue id petẽte oẽs iterũ in ipſius verba iurarunt, nunq̃ per ſe aut per alium paſſuros quippiã ex religionis præſcripto mutari, fraude, aut ambitione. Si fallerent, tum oĩa mala illa, quæ Moſes pręuaricantib9 futura vaticinatus eſſet, ſuis ſuorumq; natorum, capitibus inciderent. Hoc recens fœdus literarum monumentis marmoreis tabulis inciſum, ſacrario inferẽdum Ioſue curauit. Inde ad populum cõuerſus. Iam tempus eſt, inquit, quãdo religioni ſatis cautum eſt, vt longiſſimæ militiæ, eiuſdẽq; pro ſperrimę præmia feratis. En dabo inquit viri Iſraelitæ vobis decem viros, ex ſingulis tribubus, quæ nõdum agrũ accepere, ſingulos, qui bona fide vobis agrum perpetuo poſſidendũ admetiãtur. Creati igitur ex omni multitudine, prudentia ſingulari & fide inſignes: hi ſeptem menſibus oẽm regionẽ bello quæſitam contemplari, quia ſoli natura nõ eadem vbiq; eſt (etenim circa Hieroſolymam & Hiericuntẽ montana fere eſt & ſterilis) haud equis finibus eam diuiſere. Vbi ſterile fuit ſolum fines latius propagati, in vbertate contracti. Inde ad Sylonem reuerſi, vbi Ioſue erat, eoq; præſidente ſingularum tribuũ nomina ſunt in ſortem conjecta. Iuditarum prima ſors excidit. Hi ſibi ſuperioris Idumeæ optarunt partem, quæ Hieroſolimã vſq; protenditur, latitudo in ea vſq; loca decurrere quibus olim Sodoma fuit, vrbes in ea Aſcalon & Gaza fuere. Simeonĩ Idumeam quæ ad Agyptum & dorſum Arabicum vergit obtinuere. Beniaminĩ terram a Iordane fluuio ad mare, in ea Hieroſoly-

Iudęi Cananeapotiuntur.

Reges priſci.

Strabonis error.

Ioſue oratio ad populum.

Cur Moſes Chananeos occidi iuſſerit.

Perora tio.

Recẽs Iudęorum iuſiuran-dum.

Decẽ tribus Caneam ſortiunt.



ma & Hieric9. Effraimitæ a Iordane ad Gazara ſortiti ſunt loca. Iſacharij qua Carmelus & Taburius montes. Zabuloni circa Carmelum et Geneſaram lacum oram mari cõtiguã. Aſſerini oẽm terrã quæ ad Sidonem verſa eſt. Partem vero quæ ad ortum vergit, & ad Damaſcum vrbẽ, & Galilęa ſuperiorem ad montẽ vſq; Libanum, & Iordanis ortũ Neptalimĩ habuere. Daretij cõuallium loca ad occidẽtem ſolem verſa, a Bethoro ad montes qua Iudææ tribus fuerat terrã ſortita, Manaſſei dimidiata tribu, nam reliqua gens tranſiordanem (Moſe adhuc in humanis agente) cum Gatinis & Rubenis agrũ acceperat. Quibus locis & Leuitis ſacro miniſterio addictis, decimæ fuerant decretæ. Nec mirum videri oportet, ſi plura gentium reperiantur nomina quã Iſraelis filij fuiſſent. Manaſſes enim et Effraim Ioſippo, qui fuit Iſraelis filius, p̃creati, vterq; ſuã condidit gentem, vnde Manaſſei ſunt & Effraimitæ. Et omnis Cananea regio per hunc modum Iudæorũ tribub9 diuiſa eſt. Nunc quando id nomen toties a Ioſepho, & in ſacris libris repetitum, parũ celebre apud Romanos & Græcos ſcriptores eſſe video, ne obſcura vox in dubium trahat lectorem de regionis ſitu pauca ſubijciam. Fuit olim Syria terrarum maxima, Syruſq; Apollinis filius ei nomen deciſſe creditur, in pluries diſtincta partes varie appellata eſt. Paleſtina, qua Arabiam cõtingit. Iudæa, Cæle, Phœnice, Damaſcena, & qua intus ad meridiem recedit Babylonia: eadem et Meſopotamia inter Tigrim & Euphratem: qua Taurum tranſcendit, Rophone: citra vero Comagene, & vltra Armeniam Adiabene, peculiariter Aſſyria olim dicta: & vbi Ciliciam attingit, Anthiochia: qui fines a Cilicia in Arabiam. ccccIxx. milia paſſuũ habuere: a Seleucia ad Zeugma iuxta Euphratem multo latius ſpatiantur. Cæterum Palæſtina, quæ eadẽ eſt quæ & Iudæa (vt quibuſdã placuiſſe video) inter Cælo ſiriã ſita eſt & Petream, ad occaſum Aegyptiaco alluitur pelago, perfunditur & Iordane fluuio ad orientem Solem. Hanc terrã Bibliaci libri & Ioſephus eos ſecutus, Cananeam appellant. Scio tamẽ quædam Phœnitiæ loca, quaſi indiſcretis tum finibus terra ipſa cũ Palæſtina ceneretur, Ioſue ductu ab Iſraelitis iure belli capta. Sed certi vericq; eius ſoli fines hi fuerunt quos diximus. Tenuerunt & tranſiordanẽ Iſraelitæ terram Moſis ductu quæſitam, quæ Palæſtinæ finibus excluditur. In Iudæa igitur Galilea eſt Cæloſyrię cõtigua. Galileæ Samaria iungitur, in cuius ora Aſcalon, mox Idumea ſequitur, in Caſium montẽ verſa. Sunt Idumei a Nabatęis orti, q̃ domeſtica ſeditione domo pulſi, legũ & ſacrorũ participes facti, cum Iudæis habitarunt. Enimuero multa de Syris in vniuerſum traduntur, ſed de Phœnicibus quædam relatu digniora. Fuit gens ipſa i magna olim gloria literarum inuentione. Horum Sidonij Syderalis ſcientiæ et Arithmeticæ inuẽtores traduntur, ijdem mortaliũ primi certam nauigandi rationem inuenere. Hinc quoq; primum (ſi Poſſidonius vera tradit) de Atomis eſt dogma ortum. Mochum, qui Troiana præceſſit tempora, vanæ perſuaſiõis autorem memorem. Horum vitraria conflatio natura materiam præbente caſu non conſilio reperta, Hic Tyrus olim ſeptingentos paſſus a littore dicta: ſcreta, mox magni Alexandri operibus continens facta: purpura & conchylio nobilis nullibi terrarum gratior apparatus, ob idq; & a Romanis Tyrij ipſi, & a regibus libertate donati. Vetus rei maritimæ ſtudiũ, tam illuſtres, quam multæ arguunt coloniẽ. Inde Carthago illa in Lybia Romani im-

Galilea.

Phœnicum vetuſtas.

Tyri nobilitas.

Vbi Balsamum. Hiericus,

perij æmula, inde Leptis, Vtica, & extra terrarū confinia Gadis. Diues Iudæa celebrisq; balsami prouētu, nascitur in Hiericūte regijs hortis. Est Hiericus cāpus vndiq; montibus leniter introrsum accliuis rheatrali specie septus frequēti olim cultu et palmetis abundās, est et bituminis ferax regio, qđ in Syrbone lacu nascitur. Plinius & Ptolemæus ab eius rei prouentu Asphaltitē vocāt, mira aquarū natura, quæ nullū recipiat corpus. In ea Tauri & Camelī fluitare traduntur. Quę de ritu & moribus Iudęorum relatu digna credidi, ꝓximo volumine abundę memorata sunt. Iosue in

Iosue in teritus,

ANNI MVNDI,

iure belli quæsita erat, locaris, quū iam annos decē supra centū natus esset, vita decessit, anno sui ducatus sexto & vigesimo, Hebraicæ libertatis assertæ sexagesimoseptimo, ab mundi exordio termilleſimus fuit annus ac septingentesimus septimusq; & quinquagesimꝰ, i Thāna vrbe Hierosolymis propinqua situs est. Eleazarus pōtifex & ipse sub id tē pus fatali necessitati cōcessit. Tāti ducis interit⁹ materiā Cananeorū quibusdā præbuit temere rebellā di. Cezechinorū rex Bezechus, homo ingenti spiritu, multaq; inter suos ferocia, Israelitarū fortunam cū ipso duce extinctā ratus sepultāq; iacere, cū valido exercitu domo profectus, Hebræorū finitimos subito bello adortus, gentis ocia ex improuiso turbat. Huius conatib⁹ Iudas occurrit, cui Iosue extincto, magno oim cōsensu fuerat imperiū demandatum. Is vt erat impiger, & ad omne facinus audax, cū subitaria tribuliū suorū manu, et Simeonię gentis appēdice, acie cū hoste cōgressus modico negocio superauit. Ad decē milia hostiū cæsa dicuntur, Bezecho qui viuus in hostiū potestatē venit, pedes & manus precidit. Ferūt regē corpore fœde mutilato prędicare solitū, id suppliciū se merito expēdisse, q̄ septuaginta olim reges a se bello victos pari clade affecisset. Hierosolymā deinde admota sunt castra, vrbēq; vi captā Hebræus victor incendit, actum demū Hierosolymæ ab Israelitis captæ. Tenuerūt tamē arcē Iebusei vsq; ad Dauidis victoriā. Ingens in vrbe cędes est edita, sęuitū sine discrimine in oēm sexum & ætatē. Ad Hebronē mox itum hinc quoq; paucis dieb⁹ expugnant, inde Abirū, Hormā, & in maritima ora Ascalonē, & Accarū. Iosephus Azorū cū Ascalone captū scribit. Gazan & Accarū capi nō potuisse. Idē autor est hostes immani statura per id tēpus ad Hebronē oppressos. Nec Hierosolymis ferrū adeo in oēs euagatū scribit, sed Beniaminiorū auaritia oppidanos tributarios factos. Quod exemplū cæterę tribus imitatæ, omni iure belli abstinēdo, sibi & posteris incēdit aluere. Promiscu⁹ gētis vsus velut cōtagiosa quędā lues sensim Israelitas infecit, vt nō lōgo interiecto tpe a veræ pietatis cultu alienati, merito iratū sint numen experti. Cœpit primo ociū & rerū oim securitas pristinā ferociā paulatim abolere, subierunt inde libido & auaritia, q̄ duo vitia haud multo post omne morū veterisq; disciplinę studiū euertere. Ex pijs impij, ex audacibus timidi, ex fortibus imbelles facti contēptui & ludibrio indigenis esse cœperunt. Discordia adhæc ingēti paucorū libidine orta, multarū cladium genti prębuit materiam. Etem Leuita quidā, Iuditæ gentis puellā sibi matrimonio deuinxerat. Hæc siue domestico dissidio, siue parentū desiderio a viro forte digressa, in Bethleem ad patrios lares sese cōtulit: inde haud multo post a viro repetita, q̄ ad altā diē a socero dimissus quū domū venire non potuisset. Gabaan diuertit, iam primis se tenebris intendētibus. Distabat ab Hierosolymis loc⁹ ad stad. L. Beniaminij oppidū tenebāt. Hic ille a tribuli quodā suo, qui tum forte Gabaæ habitabat, hospitaliter est cum vxore acceptus. Gabaanitæ adulescētes puellā sub noctē conspicati, allecti ei⁹ forma ad peregrinæ fœminæ stuprum aīm adjiciunt. Intępesta igit̄ nocte (neq; em hospitis, aut fortuna, aut ætas libidini obstitit) in senis domum impetum faciūt, minaciterq; puellā sibi dari superbe depoſcunt, aut in eius cubiculum admitti, negare ille se hospitalem fidem proditurū vehemēterq; hominū audaciam incusare. Verum vbi illi postes remoliri adorti sunt, in preces versus orare, ne hospitalia iura tam turpi flagitio violarent, habere se filiā domi virginē, eā libēti⁹ q̄m hospitem daturum. Reiecta conditione temerarij adulescentes domū irrūpunt, tū victa metu pertinacia inuitus inuitā ad suprum rapi passus est. Illa per reliquum noctis turpiter vexata est, dum plures in vna suam explere pergūt libidinem. Vbi dies illuxit, ægra & pudoris plena ad hospitem reducta in proximū cubiculum tanquā paululū quietura cōcessit. Sed quum ad multā diē immota iacuisset, Leuita nō tam alto somno q̄ mœrore & tristitia ꝓiectam iacere ratus, vt verbis cōsolaret (sciebat oēm ab ea culpam abesse) ad lectum accessit. Hic quum exanimē inuenisset, indignā cōiugis mortē aliquā diu lamentatus, defunctæ corpus iumento impositum: inde quum domū venisset, corpus multifariā partitus, singulis tribub⁹ frustū vnū publice detulit. Addidit & preces ne paterētur id flagitiū autoribus impune esse, fore vt nō multo post oia iura diuina & humana tollerentur, si muliebris pudicitia iuuenum libidinib⁹ cōcessura esset prędæ. Quod si eam iniuriā velint inultā esse, monere identidem, viderent, ne diuina deinceps ira ab vniuersa gente violatæ legis debitas exigeret pœnas. Mouit scelęris atrocitas vniuersam gentem, frequētesq; ad Sylonē (vbi tabernaculum erat) cōuenere, hic quisq; pro se infremere, esse in vltionem sceleris vniuersam tribū abolendā, vt vnius gentis excidiū documēto esset posteris, ne deinceps quisquā talia audeꝛent perpetrare. Nec autores deerant oia precipiti cōsilio agenda, nisi ex senioribus quidā cōsilio & autoritate principes obtinuissēt, vt legati publico noie mitterentur, qui sceleris autores ad suppliciū deposcerent. Verū tārum abfuit vt Gabaanitæ postulata fecerint, vt legati pene violati sint. Tum rei indignitate cōmotę trib⁹, quadraginta milia hoīm in Beniamnios armant, sacramētoq; omnes prius astricti sunt, fore, vt nusquā Israelitarū quisquam affinitatē cū ea tribu iūgeret. Bēiaminį nihil eorū quæ fierent, ignorabant, ipsi quoq; cōsternati animo ad arma decurrunt. Bis circa Gabaan paucis est diebus conflictum, totidemq; cum strage fugatæ sunt fœderatorum copiæ, quum quinq; tantum & viginti hominum milia Beniaminį in armis haberent, ceciderant duobus prælijs ad quadraginta fœderatorum milia. Tum vero partim ira acceptæ cladis, partim pudore accensi, ne sępius infeliciter dimicarent, artem viribus addunt. Missi silenti nocte, qui in insidijs circa vrbem occulte considerēt. Inde vbi primum illuxit reliquæ in procinctu copiæ, acie dimicaturæ constiterunt. Nec Beniaminį puplici prelio pręferoces pugnam detrectant. Fœderati ex cōposito manum cōserunt. Certamineq; vix bene iniecto, vt victi pedem referre incipiunt, quib⁹ sponte cedētibus instant Beniaminį, eo minus simulari fugā rati, quo sępius, qui terga verterant, victi essent: tum insidiarū locum temere prętereuectos, coorti repēte ex insidijs hostes, a tergo in uadūt. Iam vero & qui a fronte fugā simulauerāt, & ipsi

Gabaanitarum flagitium.

Leuitæ facinus.

Iudæorū discordia

Duplex fœderatorum clades.

Beniaminį cędūtur.



& ipsi ferociter in pugnam redeunt. Sustinent hic pauci aduersus tot milia prælium maiorq; q̄ pro dimicantium numero editur pugna, sed ancipiti metu multitudineq; Gabaonitæ degrauati, quum aliquādiu prelium traxissent, pręter sexcentos qui sibi per medios hostes viam fecere cæteri sunt ad vnum obtruncati. Gabaa ex templo capta est, incēsaq; ac diruta, neq; ætas vlli, neq; sexus profuit. Cędes passim in omnes euagata est, atq; eo cupidius, quo recentior dolor, nō vnius cladis circa mœnia acceptæ, victores stimulabat. Capta & alia Beniaminiorum oppida, nec vspiam ab ira & odio temperatum. Hunc exitum habuit immoderata paucorum libido quę in priuatam domum fuerat temere grassata. Sed quū nemo ex nobilissima nuper gente superesset, preter sexcentos, qui acie reuulsi in aspera montium abierant, misericordia (vt fit) ex terrima illa clade orta est. Tacitus dolor Israelitarum animos versabat. Nec defuerunt qui toti genti inuidiam facerent, temeritatemq; exprobrarēt: q̄ paucorum culpa, in nobilissimæ tribus sibiq; cognatę excidiū coniurassent. Pie & vtiliter facturos, si darent operā, vt qui superstites essent, studio reqsiti, ab exilio reuocarentur, reuocatiq; vxorē ex qua cunq; libitū essent tribu, sibi legerent. Nemo erat, qui cladē illam Beniaminis quoquo modo nō cuperet refarciri. Cæterū satis cōstabat ob iusiurādū, cui vltro se astrinxerant, fieri non posse: vt religiōe incolumi Israelitę cū ea gēte vlla iugerēt cōnubia.

Decretū.

Eo igit̄ est decursum, vt ad Sylonē vbi Hebręi celebri cōuētu quotānis mercatū agebāt, Bēiaminį ab exilio reuocati virgines raperent, quas fortuna eorum cuiq; obtulisset, nec ea vis raptoribus esset fraudi, per que fieret vt virginū parētes & necessarij, quia talis cōiugij nō ipsi, sed fortuna autor esset, religione soluerentur. Ita Beniaminiorum gēs pene ad interitū perducta, satis prospero cōsilio, sed euentu ꝓsperiore, est breui reparata. Sub id tps con uulso domestica discordia statu gentis, Hebraicæ opes ob mutua cōmercia nō solum Palæstinis minus formidabiles factæ, sed finitimis quoq; gētib⁹ contēptui esse cœperūt. Cursatus quidē Mesopotamia late regnum obtinebat, cui Hebræorum succesſus fuerāt ab initio suspecti, senescentē populi fortunam intuitus, vulgo pro militia & labore ociū genti & desidiā placere, remisisseq; pristinū illū gētis ardorē reiq; militaris studiū. Israelitas, qui trans Iordanem incolebant, subito bello adortus, multiplici clade affectos sibi vectigales fecit. Fuerunt q̄ res eius gētis in hoc statu octo circiter annos, donec Zenes Iuditarū vnus vir impiger, prospero ductu ita opes Assyriorū fregit, vt nō modo tributi igno miniam suis ademerit, sed Israelitarū etiam rerum exptę statū ita stabiliuerit, vt neq; domesticā vltā, neq; externam in multos annos perpessus sit iniuriā: erātq; Palęstinę terrę ocia eadē fere, q̄ & moriēs Iosue reliquerat. Sub cuius exitū Agenor & Phœnix ex Aegyptiacis Thebis ꝓfecti, in ora Syriæ cōsedisse dicuntur. Vbi circa Tyrū & Sydonē post ea sunt rerum potiti. Phœnix ipsi terræ nomen dedit. Hinc Græci scriptores memorant, Cadmum ab Agenore patre missum ad Europam quærendam in Bœotiam venisse, vbi Thebæ sint ab eo conditę, in argumentum (credo) antiquæ vrbis quæ in Aegypto fuit illi patria. Phœnices qui cum Cadmo in Græciam venerūt, Gephyreiq; mox nūcupati aliquandiu Bœotiam tenuere: inde procedente tēpore expulsi i Attică sedes trāstulerūt, Athenięsi busq; mixti sūt. Hi cū multas alias disciplinas Græciæ intulerunt, tum vero literas, quarū vsus nullus ad id tempus in ea terra fuerat. Iones qui tempestate illa vicini locorū accolæ erāt, prio a Phœnicibus mutuo commercio eas didicere, & in vtēdo plane confessi sunt, vocari eas Phœnices, quoniā a Phœnicibus essent in Græciam delatæ. Fuerunt in Ismenij Apollinis templo apud Bœotias Thebas Tripodes, quibus eiusmodi erant literæ incisæ, magna ex parte ijs quibus Iones vsi sunt similes. Quo apparet eos Græcorum primos ab ea gente id munus accepisse: essęq; inuentum ipsum nō Græcani cum, sed Barbarum. Verum siquis altius, quæ de literarum inuentione traduntur, animo consideret: verissimā videbūtur, q̄ Diodorus in historijs prodidit. Aethiopas mortaliū primos literas inuenisse, quas Aegyptij, qui eorū coloni dicuntur, haud inepta coniectura secundū illos in vsu habuisse videri possunt, mox ab ijs, qui ex Aegyptiacis Thebis in Syriæ oram migrauere in notiorē fuerint orbē delatę, hinc a Cadmo in Græciā, ad postremum ex Græcia ab Euādro in Italiā. Quod vero ad Europæ raptū attinet, Cretenses creduntur fuisse eius in iuriæ autores. Inter oēs constat in eam insulam primo Europen delatam. Scribunt quidam puellam cōtinuo ex Creta in Libyen deportatam, quę vetus opinio apud Græcorum quosdam adeo inualuit, vt hæc terræ portio, quæ hinc linea a Gaditano freto per internum mare, duosq; Bosphoros ad Tanaim perducta, septentrionali inde ocea no terminat, vñ fuerit nomē adepta, ambigere videantur, tanq; ab Europa, quæ in diuersas fuerit terras auecta, non quiuerit nomen indipisci. Qui eā in Cretam insulam venisse aiunt, hæc adijciunt. Fuisse primo a Ioue compressam, Asterio deinde conubio locatam, quibus Minos, Sarpedō, & Rhadamanthus procreati sint. Ephorus alterius multo vetustioris Rhadamāthi est autor, q̄ prim⁹ eā in insulā legibus ciuilibusq; institutis ad māsuetiores viuendi ritus perduxerit, huncq; deinceps Minoem imitatum, qui noue annos Iouis antrū frequēs coluit, legesq; per ociū meditatus velut ex oraculo de promptas insulanis proposuit. Constans fama est Lycurgū, qui postea Lacedęmonijs leges scripsit, a Thalete musico in Creta insula circa leges a Rhadamantho & Minoe latas edoctum. Sed quādo ad id venimus, vt de legibus priscoq; Cretensium viuendi ritu diceremus, haud alienum fuerit, in ipsi⁹ insulæ vetustate paululum immorari. Philistides eam primo Aeriam nuncupatam tradidit, mox & Curetim. Sunt qui a cœli temperie Macarō illi nomen fuisse existiment. Cretā a Creta Hesperidis filia Dosiades nominatā autor est: Anaximander a rege Curetum. Extenditur insula inter ortum & occasum, hinc ad Boreā Aegeo & Cretico, inde ad austrum Libyco alluitur pelago, nusq; latitudinem quinquaginta milium passuū excedens, maximeq; circa sui medium patet, qua parte mōs Ida omniū, qui in ea insula sunt, celeberrimꝰ. Celsissimo is vertice assurgit, Apolodorus longitudinem duum milium trecētumq; stadiorum tradidit, circuitū quinq; milium, & amplius. Artemidorus mille minus. Incultum genus hominum a principio habuit inde Rhadamanti (vt proximo est loco Ephori testimonio demonstratum) institutis ad mansuetiores vitæ ritus perductum. Secutus inde Minos qui æquitate & iustitia adhuc magis excoluit. Plato autor est Lacedæmonios & alias vetustissimas Græciæ ciuitates hinc sibi leges & instituta quæsiuisse. Optimum gentis statum euertit primo tyrannicus dnatus, mox & Cilicum latrocinia, multa inibi fabularū argumēta, vt que de Ioue, Minotauro

Varia Iudęorū fortuna trās Iordanē.

Pœnix. Cadmus

Vnde literæ in Græciam delatæ.

Literæ a quib⁹ in uentæ.

Europæ raptus.

Minos.

Aeria. Cretæ in sulę situs

& Theſeo traduntur, de quibus ꝙ breuiſſime potero, ſuo loco dicã. Fuit gens ab initio libertatis ſtudioſa, ea ſe poſſidere arbitrari, q̃ nõ eſſent Tyrãnorum libidinibus expoſita. Fuit & concordię perpetua cura, q̃ ſeditioni diuitiarũ & auaritiæ alumnæ inimica eſt. Modice proinde antiquitus frugaliterq; vitam agitare. Frequentabant pueri conuentus, quos greges nominabant. Adultæ ætatis viri publica inter ſe conuiuia celebrare, arma reipu. cauſa tractare, ab ineũte ætate laboribus corpora exercere, maris æſtus & frigora ꝓpeti, accliues ſemitas ſaltuſq; curſu ſuperare, in Gymnaſijs pugnas ciere, arcubus & ſagittis plurimũ vti, in armis ſaltationẽ, quã Pyrrhicẽ nominãt, vulgo celebrare. Sagulum & militarẽ calceum ſibi inducere, arma precioſiſſimũ munus credere, tãtũ adhęc rei maritimę ſtudiũ, vt in puerbium abierit, ſiquis q̃ noſſet ſe ſcire diſſimularet, Cretes diceretur, neſcit pelag⁹. Inter equales cõnubia cõciliari, ex omniq; iuuenũ cœtu virginibus ſibi ſponſos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, q̃ ad domeſticã admiſtrationẽ eſſent idoneę. Dotis magnitudo fuit, ſi frater aderat patrimonij dimidiũ. Pueri ex legibus literas & cãticenas & muſicę artis q̃dã modulamina diſcebãt, ad virorũ ſyſſitia perducti humi vilib⁹ recti amiculis ſedebant, illiſiq; pugnã cientibus miniſtrare, puerorũ validiſſimus maximeq; elatus ducebatur gregẽ, pro viribus ſinguli plurimos aggregabant æquales, ad venationes egredi, curſu exercebantur corpora, ſtatis diebus puerorũ cœtus ad Tybię & Lyrę cantũ inter ſe cõmitti vt i re bellica conſueuere. Hęc ſunt q̃ de vetuſto ritu gẽtis relatu digna, apud veteres rerum ſcriptores reperio. Quibus illud adijcio, Huius gentis fuiſſe (vt quidã memorant) lætos dies candido notare calculo, triſtes atro & moleſtos. etſi plures hunc morẽ ad Thraces referũt. Nunc ordine referenda ſunt, que non vno Græciæ loco per id tempus, quo hæc de Europa & Cadmo ſcripſimus, facta dicũtur. Eſtq; horũ maxime ęqualis Ephires cõditio circa Achaicũ Iſthmũ. Vrbis autor Siſyphus, quem Theſeum quia finiti mos accolas latrocinio iſeſtarer, ſuſtuliſſe fama eſt. Nec his recentiora, que de Thereo & Philomela Pãdionis filia ſunt memoriæ ꝓdita, quicquid eorum citra fabulare figmentum accidiſſe dicitur, in Phocide id actũ non in Thracia Thucydides affirmat. Sed ea in longo vetuſtatis receſſu poſita adeo poeticis ſunt fabulis implexa, vt nõ ſine hiſtoriæ eluatione tractari poſſint. Pari quidẽ cunctatione referenda, q̃ & de Libero patre Semeles filio, & omni Cadmi ꝓgenie in hęc tempora conſiciũtur. In quo gñe nõ deeſſem ſtilo, niſi futurum proſpicerem, in nulla inſtituti operis parte vberiorẽ obtrectare volentibus paratum iri materiã, q̃ ſi ea viderint a me recepta, q̃ poeticis ſint luſib⁹ inſigniter inuſta. Cõtra malignus interpres, qui idẽ erit & obtrectator, eadẽ hæc quę prelata fuerint, inſectaturus ſi ſilẽtio prętermiſſa ſint, haud dubie nobis calumniam intendat, velut eorũ que ab initio polliciti fuimus, parũ memores, aliqua in occulto iacere paſſi ſim⁹, quę incuria a nobis aut inſcitia pręterita videãtur. adeo in vtraq; parte fides laboratura eſt. Cæterum nos mediam viam ingreſſi, ea ſolũ, quę a ſummis rerũ ſcriptoribus video in hiſtorijs recepta, omni poetico velamento prius detracto, nuda in apertũ referãm, vt ea qualia ſint vtroq; verſum liceat hæc noſtra legentibus æſtimare. Et vt ad Cadmi progeniem redeã, Linus & Amphion, qui Bacchi tempora pręceſſerunt, ſuo vterq; fuit ſtudio ea tempeſtate clarus, naturæ rerum ille, hic muſicæ deditus: de mundo Linus & animãtium generatione deq; ſolis & lunę curſu nõ pauca ſcripſiſſe traditur, muſicẽ Amphiõ prim⁹ oſtẽdit, ſi Plini⁹ ver⁹ eſt autor: primus citharæ cãtũ adhibuit, etſi non deſunt qui id Lino referãt acceptũ. Dactyli Idæi & ipſi his tẽporib⁹ interiecti, ferrũ in Creta inſula inuenerũt, quã terrã primi omniũ tenuiſſe credunt. Quidam cẽtũ numero fuiſſe memorant, Ephor⁹ decẽ nec ampli⁹ a quo plane numero nomẽ fuerit illis inditũ. Eos ex Ida, quæ in Phrygia eſt cũ Mygdono profectos meminerũt quidã, in Europãq; tranſcendiſſe. Vbi diuinãdi periti cantũ, initiationes, & myſteria docuerint. Adijciũt his, ꝙ non in Creta ſed circa beretynthũ Phrygię ferri naturã illi demõſtrauerint ac pręter iã dicta ignis & æris vſum, quapropter vetuſtas vt deos quoſdã ſit illos venerata. Ferunt eorũ vnum Herculẽ noiatũ, qui olympicũ agonẽ inſtituerit, ſimilitudineq; nominis deinceps factum, vt Alcmenę filius ſit creditus eius rei autor. Sed dũ illi Cretam tenuerunt, per id tempus Pelops Tantali filius Argis regnũ tenuit, a quo quicquid ſoliſeſt intra Achaicũ Iſthmũ Ioniũq; pelag⁹ Creticum & Aegæũ Peloponeſus fuit nuncupata, quũ Pelaſgia prius diceretur. Quæ de Triptolemo & eius inuentione prodidit vetuſtas, in hęc quoq; tempora reiecit Philochorus.

Linus. Amphiõ

Idæi dactyli.

Ritus & motes Cretẽſiũ.

Cretenſes ſcit pelagus.

Syſſitia, cõuiuia.

Lapillis notantes dies.

Ephire q̃ & Corinthus conditur.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE LIBER V.



Aec Tum erãt apud alias gentes rerum primordia, hæc vitæ incremẽta, quũ Iſraelitæ iã diu armis deſueti, in fœdam ſeruitutẽ inciderunt. Eglon Moabitarũ rex deſidiam gentis ſpeculatus, haud quidem ferendum ratus, iners hominũ genus tã ocioſe in alieno ſolo regnare finitimos Hebræorũ accolas bello adortus, breui ſubegit. Nullũ animal magis eſt iniuriæ obnoxium, q̃ homo ignauiæ ac deſidię deditus. Victis tributum imperat, regiamq; in Hiericunte ſibi deſtinat. Tenuit plures annos ſeruitus illa. Nec iam vllus erat amplius antiquæ virtutis in tota gente reſpectus, iuxta arma libertatemq; aſpernari, nec pietatis cultus iam multis curę erat. Tulerunt igitur ignominioſam ſeruitutem duodeuiginti annos tam patiẽter, vt nihilo meliores antea bellatores fuiſſent, q̃ tũ ſerui fuere. Erantq; adhuc diutius ſeruitiũ laturi, niſi vnius opera res eſſet in antiquũ ſtatũ reſtituta. Erat Aiothus iuuenis impiger. Eglonis aulæ aſſuetus. Is inter Moabitas plurimum verſari ſolitus, longaq; conſuetudine iam regi notior factus, quoties libitum eſſet vt intimorũ vnus regium cubiculũ ingredi, eratq; maior huic fides apud regem, quo petulantius Iſraelitas inceſſere, vanitatemq; genti & inertiã vulgo exprobare. Solus itaq; ſolum in cubiculo adeptus, continuo occaſionẽ arripit diu expectatã per ſpeciẽ nocturnę viſiõis interpretãdę, quo nomine fuerat tũ forte ad regem accerſitus, proxime accedens ſedentem ferro tranſfigit. Cõpoſito inde vultu foras egreſſus, poſt ſe cubiculi fores occludit, velut quie regẽ iterũ deditum regem reliquiſſet. Ad ſuos inde populaſicit. res egreſſus, Eglonem edocet a ſe clandeſtine interemptum. Iam tempus adeſſe quo Iſraelitæ ſe, ſi vi bertatem ri ſint, facile in libertatẽ reſtituant. Hi veteris fortu recipiunt.

Aiothus

Iudæorũ ſeruitus.





næ admoniti, confeſtim arma induunt. Inde facto in regiã impetu regios ſarcellites incautos obtruncant. Pari audacia & milites adorti q nihil min⁹ cẽ defectionẽ vllam populi expectabant partim inermes adhuc, partĩ arma capiẽtes momẽto cõficiunt. Ad decẽ milia Moabitarũ cæſa, reliqui medio tumultu dilapſi, ad Iordanẽ cõſternato agmine conrendunt, vt amne ſuperato in paccatũ abirent. Sed hi quoq; in ripa fluminis prius ab hoſte infeſſa, ad vnũ oppiſi periere. Atq; ita vnius opera, qđ nemo ob ea quę iactare erat ſolit⁹ ſperaſſet, libertas eſt Iudæis reſtituta: q̃ adeo inde ſtabilita eſt, vt octoginta deinceps annos ſub iudicib⁹, quam adminiſtrationis formã nõ nihil antea delibauerant, totius gẽtis ſtatus pacatiſſim⁹ fuerit. Quo tpis interuallo facta dicũtur ea, quę de Orithyia Erictheĩ filia ad poſteros vetuſtas tradidit. Fuellã regiã a Borea Aſtrei filio, q̃ Thracibus imperauit, vi raptã, cuius compreſſu mox nati ſint Calais & Zetus, q adulta ætate cũ Iaſone in Colchidẽ nauigarũt. His rebus interiecta eſt mẽorabilis illa Phryxi & Helles ex Bœotia ꝓfectio. Nouercali odio amboĩ diſcrimẽ addu cti, non ariete aureũ vellus hñte (vt Heſiod⁹ & Pherecides Laginũ ſecuti ꝓdidere) ſed naui, in qua fuit id aĩal tutelę loco figuratũ, ad Helleſpõtũ prĩo delati. Hic Helle caſu quodã amiſſa, Phryxus in Colchidẽ ad Oetã regẽ profectus eſt. A quo agnitus q̃s eſſet, & qua cõpulſus neceſſitate domo profectus, Calciopes filię nuptias imperrauit. Palęphat⁹ ſcripſit Arietem Phryxi nutritiũ fuiſſe, cuius opera ſit ille nouercalibus inſidijs cum ſorore ſubtractus. Scio in hos annos reijci a quibuſdam quæ de Pandionis filiabus & Thereo, omni fabularũ nube excuſſa priore ſunt a me volumine relata. Satis conſtat non in Thracia ſed Phocide oĩa illa olim jeſſe facta, vbi Daulis Therei regia Delphis vicina fuerit. Vbi per ea tẽpora, quib⁹ illa facta dicuntur, prima omnium Phæmonoe Pythia oraculo præfuit. Hexametri carminis inuentum huic Græcia retulit acceptum. Sed Moſes ob ea, q̃ alio loco dixim⁹, a pleriſq; creditus eſt autor. Profunda fuit & alta Delphis ſpelunca, vnde fatidicus ille ſpũs virgini bus hauſtus, eas in furorẽ verſas multis futurorum implicabat ambagibus. Ephorus oraculi originẽ ad Phœbum retulit & Themidem, qui humani generis commodo cõſulturi, quũ ad manſuetiorem vitã morales prouocarent, moreſq; ex omni parte vellent caſtigatũ iri, factũ eſt, vt quibuſdam inibi cõſulentibus ipſe corã dederit reſponſum, quędã p edicta mãdans, aliqua omnino prohibens, pleroſq; ne admittens quidem. atq; in hunc maxime modũ inſtitutam religionẽ, procedente tẽpore augeri, illuſtriariq; contigiſſe. Sed tã hoc fabuloſum videri poteſt, q̃ illud quod idẽ autor ſubĩcit, Apollinem Delphos forte adeũte ad Panopeã Tityũ qui ibi tyrannidẽ exercebat, violentũ hoĩem, & in proximos accolas flagitioſum peremiſſe. mox & de Pythonis ſeuitia factus certior ab ijs, qui circa Parnaſſum incolebant, ſagittis ſit hoĩem cõfigere adort⁹. In quo cõficiendo qm̃ Hye Peã fuerit a ſpectantiũ multitudine idẽtidẽ ſubclamatum: mos inde manſerit, vt vox illa ſauentium, inter alia eius pugnæ argumenta ſit poſtea in Pythicis ſacris vſurpata. Apollinem id antrum ingreſſum fatidicam inde mentẽ hauſiſſe aiunt, ambigẽtes interim quod fuerit numen in eo ſpecu clauſum. Sed quo ſolicitius verum requirũt, eo longius fabulando a veritate recedunt. Verum aliquis ibi malus dęmon inhabitauit, qui futurorũ non omnino ignarus, humanũ genus huiuſmodi ambagibus ludificatus eſt. Illud vero ſatis conſtat, nullũ ab initio tẽplum fuiſſe circa oraculum, ſed ipſum dũtaxat antrum, vnde ſortes redderẽtur. Alcmeonidę Athenienſes in exiliũ acti, templũ ibi primũ cõdidiſſe dicuntur, loco ab Amphictyonibus, ſanctiſſimo Græciæ cõſilio, ad idipſum impetrato. Quod ad fatidici miraculum antri attinet, perſuaſum plerisq; habuerũt, eũ terræ hiarũ non in media ſolum Græcia ſed orbis etiam terrarũ eſſe vmbilicum. Eleuat tamẽ rei fidẽ Aquilarũ eo in loco congreſſus: quem in argumentũ rei fabuloſa commenta eſt vetuſtas. Sed quo Phœmonoe celebrata eſt tẽpore, Sycioĩ Acaia regnũ ſortitus eſt: vnde oppidum poſtea in ea terra celebre tenuit nomen quũ Mecona antea diceretur, & adhuc antiquius Egiodos. Vetuſta inibi regum ſedes, lõgaq; rerũ ſeries, quorũ Aegialeus vetuſtiſſimus traditur, qui Ninõ fuit regi æqualis. Id nõ oppido ſolũ, peninſulę etiã quæ Aegialea eſt ab initio nũcupata, nomẽ fuiſſe creditur. Succeſſit illi Eurõps, qui ex tribus terrarũ partibus vni nomẽ dediſſe videri poteſt, ſi vera ſunt q̃ Herodotus de Europa Agenoris filia tradidit. Sed dum Sycio in Achaia regnat, Tros vnde Troes regio eſt, per id tẽpus Dardaniã in Phrygia tenebat, ex hoc Ilus, Aſſaracus, & Ganimedes geniti, quorum natu maximus campeſtria Troadis ſortitus, vrbẽ de ſuo nomine Iliũ cõdidit. Fuit Laomedon huius filius: Laomedõtis Priam⁹, & Tithonus. Hic bellãdi ſtudio in Aethiopiã vſq; ꝓgreſſus, ex Ida Mẽnonẽ filiũ genuit, q̃ Troianis deinde tpibus ab Achille eſt circa Iliũ interfectus. Priamus in Troade regnauit, cuius opes Græci (vt ſuo poſtea loco memorabitur) diuitus euerterũt. Dardanij ſub Aſſaraco fuere. Is Capim genuit, Capis Anchiſen, ex Anchiſe Aeneas fuit, de cuius in Italiã acceſſu longior deinceps cõſtituetur ſermo. Ganimedẽ Troe genitum Tãtalus (vt Phanocles tradidit) ad ſtuprum rapuit. Tenuit is primo regnũ in ea Aſię parte, q̃ poſtea Paphlagonia dicta eſt, ex qua iniuria graue eſt bellũ inter reges ortũ. Fuerũt ſcio qui a Ioue id factũ exiſtimarent, eſtq; hęc fama vulgatior. Sed haud dubie fabuloſa q̃ de Aquilæ raptu traduntur. Id ꝓpius vero eſt, q̃ ſub eo ſigno ſiue terreſtre id fuerit, ſiue nauale, ſit puer per iniuriam abductus. In hæc quoq; tpa coincidũt, quę de Tityo & Latona, de Hippodamiæ & Pelopis certamiñe circa Achaicũ Iſthmũ ſunt memoriæ prodita. Euſebius quẽ in relatione rerũ, ob tẽpora, q̃ mihi digerit, potiſſimũ ſequor, Cyrenen ſcribit per hæc tẽpora fuiſſe in Libya conditam. Ea coditio, cõſtet modo temporum ratio, ſic habet. Batthus qui ab exili & balbutienti voce fuit nomen adeptus (vt Therei eius populares & Cyrenẽſes poſtea narrare ſoliti ſunt) delphico oraculo inſtructus cum duabus Thereorum biremibus in Aphricam, nauigauit. Eſt Thera inſula in Aegæo, olim Caliſta dicta. Primo igit Plateã Aphricæ adiacentẽ occupat Batthus: vbi quum parum feliciter ageret vitam biennio poſt eregione inſulæ locum amœniſſimis colibus, atq; ab vtraq; parte fluminibus irriguũ (Aziriſto fuit illi nomen) tenuit. Hinc quoq; accolarum ſuaſu in eum locum, vbi poſtea fuit Cyrene, eſt migratũ. Hic circa fontẽ, q̃ Apollinis eſſe fereba tur, Zoam oppidũ cõdidere. Quidam Batthũ punica voce regem ſignificari arbitrati ſunt, ob idq; eũ Batthum ab oraculo, ſub primum acceſſum appellatum, vt qui in Aphrica eſſet regnaturus. Cæterum ſub tertio deinceps Battho plurimi Græco rum in eam terram nauigarunt: vt cũ Cyreneis habitarent. His cõnexa eſt Belorophontis in Lyciam expeditio, quã totã veteres poetę impudentiſſimis

Orithyia Zetus. Calais. Phryxus Helle.

Origo Heroici carminis Oraculorũ origo.

Ganimedis rapt⁹.

Cyrenarum cõditio.

Belerophontis peditio.

rerum figmentis adumbrarunt: nã quod ad Pegasum attinet, Palephatus nauim eam tradidit fuisse, qua ille vectus est, non equũ Nauigia quum ex alto cernuntur, si forte contingat remis agi, ob celeritatem mobilesq; vtrinq; remorum ordines procul spectantibus alatorum præbent animalium speciem. Quidam in hos annos Nysæ conditionem

Nysa. Bacchus.

retrahunt, quam Baccho Semeles filio, qui per hęc fuit tempora, Eusebius ascribit. Nos quæ ex aliorum autoritate de Baccho & Nysa sentirem⁹, haud multum diuerso loco diximus. Nunc vnum adiiciam, fieri potuisse, vt Nysa, quæ in Aegypto est Arabiæ propinqua a Thebano illo, cuius mentio incidit, sit condita, quibus Diodorus locis ipsius Bacchi constituit nutrimenta, antro scilicet inter Plicenicem & Nilum medio, vbi & vitis vsum & vini ab eodem mortalibus monstratum memorant. Sed vetustior (vt aiunt) altera vrbs eodem nomine apud Indos cum monte, quem Mirõ vocãt. Vox hæc quia femur significat nihil dissidet ab ijs, quę poetæ de Thebano illo iuniore fabulãtur. Sed hæc in medio relinquimus. Dinarchus, quod ad Semeles filiũ attinet, cum in pugna occubuisse prodidit, eiusq; sepulchrum Delphis secus aureũ Apollinem monstrari solitum. Muliebri specie iccirco figurari placuisse Philochorus credidit, quia fœminarum cœtus sint eius militiam comitati. Et vt de tota Cadmi pgenie tam breuiter cũ vere dicam, ex

Cadmi pgenies.

Hermione genuit ille Semelẽ, quę casu fulminis subito abortu Bacchum dicitur enixa. Fuerũt Cadmo præter Semelen, Ino & Authonoe, & Agaue. Hęc Echioni nupsit, cui Pentheum peperit. Authonoe ex Aristheo Attheonẽ. Ino Melicertam & Learchum ex Athamãte, æque omnes tam coniugio cũ partu infelices. Quod ad virilem stirpem attinet, ex eodem Cadmo Polydorus procreat⁹ est. Hic vt Herodotus ait Labdacum genuit. Labdacus Laiũ, quo est Oedipus natus. Cætera quæ de ipso gentis autore, & tota stirpe memorantur, ita sunt poeticis figmentis intexta, vt fine historiæ rubore (qd' alio sum loco testatus) tractari non possint: haud min⁹ cũ ea quæ de Amphionis cantu sunt memoriæ prodita. Propius igitur vero est, potuisse eum sermonis suauitate agreste & ferum genus hominum ad

Amphionis cant⁹ qualis.

molliorem vitæ cultũ traducere, qua potissimum via ingressi creduntur cęteri mortalium, qui ab initio solitiagum genus hominum in vnũ eoegere.

Canere pro eloq.

Sed quod eloquentiæ fuit, idcirco musicæ datum crediderim, quia canere olim veteres eloqui dixerunt, idq; vsqueadeo verum est, vt Homerus vitæ castigatorem, quẽ Agamemnon ad Troiam profecturus vxori dedit, musicæ artificem vocet. Tam hæc igitur vetustatis gremio conuoluta iacent, cũ quæ de Spartis & Cadmo poetico sunt sermõe trãdita. Quem hoc demum tẽpore nec prius in Bœotia consedisse quidam memorant, q̃ si vera sint, recentiora sunt habenda q̃ cunq; de ei⁹ progenie proximo loco diximus. Quod vero in terrigenas ille viros inciderit. Palephatus circumiectarum regionum eos incolas fuisse arbitratus est, qui in Cadmum subito conspirassent, atq; iccirco e terra erupisse crediti, Spartiq; nominati. Et res aliarum gentium in hoc erant statu, quum Israelitæ mutuo Palestinorum cõmercio, ab eo pietatis cultu, quem a maioribus acceperant, pene alienati in calamitosum bellum incidere. Labinus Rex Assorj, Palestini & ipse generis, trecẽtis peditũ milibus, & decem equitũ ad bellũ paratis, vniuersam gentẽ iã dudum bello desuetam, haud maiore vllo negocio armis subegit: subactę tributũ imperat. Sũt qui tradant nõ regem sed regis legatum cui Sysaræ fuit nomẽ, id bellum Iudæis intulisse. Verũ cuiusc̃unq; ductu vis illata est, satis constat, decẽ circiter annos Israelitas bello victos, Palæstinis tributum pependisse. Sed tum quidem (ac sæpe alias) contigit vt Hebręi maiore aliqua clade pressi, ab luxuria & idolorum cultu ad pietatem resipexerint, & cœlo opem & auxilium implorantes, numineq; propitiato publicæ priuatęq; res eorũ meliore cœperit statu esse. Igno-

Iudęi ve ętigales fiunt.

miniosa igitur clade fessi quum precibus & fletu præsentium malorum finem exoptarent, factus est eis ad libertatem gradus. Erat tum forte in Hebręis Delbora mulier fatidica, Lapidothi vxor, qui tum iudex erat. Commorabaturq; illa plurimũ sub palma quadam inter Rẽmã & Bethelon. Consulebãt Israelitæ popularem suam vt futurorum præsciã, tum vero idẽtidem precari, vt cœlestẽ iram, si fieri posset, populo placaret. Interiecto deinde tempore, hæc vates ex oracuło retulit, Irat Barachus Neptalimius, decemq; lectorum hominum milia secum ad Taborum montem traheret, ibiq; loci opportunitate frętus Palæstinum hostem intrepide expectaret, fore, vt clarã inibi victoriam adeptus viam sibi & suis ad libertatem faceret. Detrectabat eam expeditionem Barachus suæ gentis opib⁹ diffisus, quæ multis cladibus alijs super alias vehemẽter afflictæ, haud tuto opponi videbantur Palæstinorum viribus, quæ iam supra modum inualuissent. Perstabat igitur in sententia, & cũ̃ variis vo-

Delborę oraculũ.

ce identidem moneretur, multiq; e popularibus circumfusi, vt timidum & inertẽ arguerent, non pri⁹ adduci potuit, vt delectum haberet, cũ Delbora se gerendis rebus iuturo futuram promiserit. Vbi itaq; ad Taborum ventum est, tumorq; Palæstinam terrã pertasit, Israelitas in armis esse, Sysaras cum numeroso exercitu eo pfectus est primis Iudęorũ motibus occursurus. Erant regię copię multo validiores, cũ a tã paucis sustineri possent, terrebatq; ea res Iudęos vehementer. Tum Delbora Barachũ hortata in pugnam ire iubet, habiturũ eum in acie propitium numen pollicetur. Fit prælium. Vtriq; acriter concurrunt, hi diuina, illi humana ope frẽti. Cæterum vix bene conserte fuerant manus, cũ subita procella tonitruis, & fragore cœli confestim orta, aduersa ora hostium diuerberat. Secuta grando ingẽs, tantaq; cœli intẽperies, vt Palæstini prę nimio corpore tela tenere nõ possent, quũ nullus pene sensus huius rei ad Iudęos peruenire, vel quia a tergo tempestas illa e cœlo delecta esset, vel (quod magis credo) cũ ita præsens numen voluit euenire. Estq; res eo facilius in prodigium versa, quo magis eius modi tempestas a locorũ natura abhorrebat. Cœlesti itaq; vi potius, cũ pugnantium virtute Palestinę sunt copię delętę. Multi in acie occubuerũt, sed plures omnino in fuga. Sysaras vbi res perditas vidit, in Aberis cuiusdam Cynei domũ est fuga delat⁹. Barach⁹ Taborũ occupat.

Tonitru mirabile.

Is vnus ex Cynea familia, quæ Hebraici erat sanguinis, ab vniuersa gente fortunas temporum nouitate dissociauerat suas, agebat interim pacate cum Palæstinis, nec procul inde habitabat, vbi pugna commissa est. Erat illi vxor Iahel noïe, q̃ fugiẽtẽ Sysarã conspicata Palæstinum hortatur ducem, vt remissa fuga ad se diuertat, futurum pollicetur vt apud se sine periculo lateret. Illi victorẽ hostem sibi a tergo instare ratus, labore & fuga fessus, in huius domum sese repente illatebrat, obtulit mulier lac bibere volenti, mox stragulis coopertum iubet bono animo esse, ac tuto quiescere, daturam se operã, vt Iudęos ludificato procul inde ablegaret. Sysaras nuper prælio egressus, cursuq; fatigatus, auidissimo

Iahelis fa cinus.



auidissimo insuper lactis haustu demulctus, haud multo post in quietẽ resoluitur, quẽ vbi Iahel dormientẽ sensit, ferreo clauo & malleo arreptis, vno vehementiore ictu iacentis tempora transfixit: hostemq; ita peremptum Baracho venienti ostendit. Hoc Iahelis facinus Barachus cũ vniuerso exercitu vehementer pbauit. Ipse vno prælio prospere defunctus, spei & animi plenus, vltro in Iabinum castra mouet. Qui audita suorũ cæde ingẽti studio & celeritate affectas opes reparat. Cum hoc quoq; Israelitæ sub primũ accessum conflixere. Fuitq; pugnæ huiꝰ euẽt⁹ tã, pspser Iudæis, cũ priore plio fuerat. Cõciditq; rex medio ardore pugnę cuius morte clarior victoria facta est. Sic vno regno duob⁹ prę-

Iabin⁹ p liol⁹ vincitur.

lijs euerso, res Hebræorũ in pristinũ sunt statũ restitutæ: præfuitq; Barachus summæ rerũ annos quadraginta. In quã tẽporũ intercapedinem Theseí & Herculis gesta aliqua ex parte inciderunt. Fuerunt illi & ætate æquales, & consanguinitatis vinculo inter se cõiunctissimi, ex duab⁹ patruelib⁹ (vt Plutarchus scribit) sororibus nati. Alcmena Hercules Lysicidæ filia: Theseus ex Aethra Pitthei, qui Pelopis & Hippodamiæ fuerunt. Sed Herculanorũ opẽ

Theseꝰ & Hercules

Herules plures dicti.

rũ æmulus Theseus, & ob id fortasse aliquãto minor natu. Satis constat plerosq; viros virtute & fortitudine insignes Herculis olim nomen tulisse, quod Cicero haud obscure demonstrat. Quare haud inepte suspicari videntur mihi illi, qui opera, quę vnius Thebani Herculis esse creduntur, plurẽ qui id nomen habuere, fuisse existiment. Quippe quę neq; ab vno Hercule neq; tempore vno gesta sint. Cæterum Graij sanguinis scriptores, genus hominum in suam laudem plus nimio prępensum, in vnũ illũ qui Corinthi (vt quidam tradunt) natus est. Thebis nutritus, omnẽ rerũ gestarũ gloriã cõtulerunt. Quo fit vt in paucis eorũ, quæ de illo sunt memoriæ prodita, scriptorib⁹ fides cõstare posse videatur. Enimuero qd' ad ipsius ortum attinet, inter plures cõuenire video, ex Danae Acrisij filia & Ioue Perseũ natũ, ex Perseo & Andromeda Cephei Electrionę, qui ex Euridice Pelopis Alcmenã procreauit. Alij ex Lisicide Pelopis (vt dixi) & Hippodamiæ filio genitam tradiderunt. Fuitq; Pelops Tantali filius, Tantalus Iouis, hocq; stirpis

De Herculis ortu.

ductu abneptis sit Iouis Alcmẽa necesse est, altero vero vno adẽpto gradu, pneptis, appareteq; ex eo, procul a vero abesse, quicquid de Iouis & Alcmenæ coitu vetustas fabulara est, tanẽ Iupiter, qui in hũanis egit, & quẽ, q̃a homo fuit fenescere oportuit, fataliq; demũ necessitati cessit, cũ abnepte coire potuerit, aut si pætatẽ (qd' haud credere fit) fieri potuisset, quãta in decrepito hoie fuit salacitas, vt ex Creta insula capularis senex Corinthũ nauigauerit, vt pneptis filiã vitiaret. Aequũ igitur credere est Amphitryõis eũ fuisse filiũ, aut certe ignobili adulterio natũ. Cui opinioni eo libentius accedo, q̃ infantẽ Herculẽ expositũ fuisse constat, locumq; vbi id fieri cõtigit Herculeum deinceps cãpum appellatũ. Nec ab illis dissentio, qui eius ortũ in Theleboici belli tempora reiciunt. Tenuerunt Theleboæ qui tum Thebanis bellũ gessere, Acarnaniæ oram, insulasq; illi proximas quæ & ipsæ sunt Theleboides dictæ. In hos Amphitryo Argis Electrionis cędę pulsus, cũ Thebis habitaret. Creõtis regis iussu exercitum duxit. Bellũ erat his cum Creonte conflatum, q̃ in Thebanum agrum hostiliter impetum fecissent, resq; ab eis repetirę, nec reditæ essent. Sunt qui tradant, Alcmenã ea conditione Amphitryoni connubio pactam, vt puellæ fratres a Thelebois interfectos vindicaret, sed quæ-

Amphitryo.

cũq; fuit suscepti belli causa, satis constat Amphitrionẽ præter Thebanos Locrensiũ auxilijs & Phocensium vsum cũ Thelebois acie dimicasse, Prærlaq; corũ rege in pugna occiso, ingentẽ ex his victoriã reportasse. Hæc propiora vero sunt, q̃ q̃ de duarum noctium continuatione, deq; verbibus, & tyrocinouercalium mõstro anguium traduntur. Nec illa multũ a fide abhorrent, q̃ de eo adolescente adhuc memorant, ducẽ se æqualibus exhibuisse ad Thebas seruitute liberandas. Pendebant Thebani ea tẽpestate Erigino Minyarum regi tributum. Id ille quum superbe nimis a Thebanis exigeret, autor suis popularib⁹ fuit Hercules, tributi haud ampli⁹ mittendi, vt & Regis Legati ob idipsum Thebas missi, contra ius gentium pulsati vrbe ejcerentur. Eriginus ad Creõtem Regem misit, qui ab eo scisci tarentur, publico ne consilio violati essent, an priuato, qui Thebas ad tributum exigendum a se missi essent. Quod si paucorũ ea iniuria fuisset, postulare vt autores rupti fœderis ad supplicium darentur. Creon Minyarum opes eximescens censebat Herculẽ, & qui eius culpę participes essent, Minyis dedi, satius ratus paucorũ supplicio, q̃ totius patriæ excidio id facinus expiari. Etiam de dedendo cœptum erat agi, quum ille iuuentutem ad capienda arma hortatus facile perpulit, vt se ducẽ secuti vno agmine irent, patriamq; a seruitute vindicarent. Nulla tum priuatim erant Thebanis arma, ne qd noui moliri posset ciuitas. Igitur in templa discurritur, vt inde sacrata arma reuellerent. Quibus tumultuose depromptis, iuuentus aliquanto tumultuosius ad bellum instruitur. Properauit Eriginus bellũ occupare, vt priusq; Thebanorum motus inualescerent, inchoatam defectionem opprimeret. Venientem Hercules cum valida manu iuuentum insessis locorum angustijs hostẽ ex improuiso aggressus, leui certamine superat, regemq; medio prælio obtruncat. Inde Minyarũ opibus vna aduersa pugna grauiter accisis victor Orchomenum Miniarum caput euertit. Huius victoriæ fama Græciã peruagata reddit nomẽ Herculis ex obscuro clarũ, ex ignobili celebre. Creon adulescentis prudẽtia, præmaturamq; virtutem complexus. Megaram ei filiam despõdit: Inde oraculo instructus Hercules, vt ad immortalitatẽ nominis, consequẽdam quæcunq; ab Euristheo proposita essent certamina, ea intrepide capesseret. Erat is Steneli fili⁹, Argisq; regnabat, vt Diodorus scribit. Alij autores sunt post Pelopem regnũ ex Argis Mycenas ab eo translatum, ibiq; Euristheum regnasse. Contempsit ab

Eriginꝰ et Minyę ab Herculę vincuntur.

Megara Herculi despondetur.

Euristheus.

initio ferocissimus iuuenis oraculi præceptum, indignum ratus, eũ qui viribus & fama longe alios anteiret, ignauissimi regum subijci imperio. Factum itaq; est vt in subitum inciderit furorem. A qua mentis perturbatione postea cũ respisceret est datum, aliquandiu publico cõgressu abstinuit. Mox vero in pristinam restitutus valetudinem, ira veritus numinis ad Euristheum vltro se contulit. Cuius secutus imperium leonem immani statura

Nemeęꝰ leo.

periit, quem inter Cleonem & Phliuntem Argiui Arcadiq; agri loca stabulari rumor erat. Hic specu quo bellua se ex venatione & pręda recipiebat, obicibus & mole obstructo multa indagine vita bundã feram eo vsq; est insecutus, donec cum ea congressus arctissimo strangulauit nexu. Scio ego hęc, & quia poetarũ sint libris inserta, multorum opinione a fide laborare, tũ q̃ pluribus sit persuasum: Nemeęum Leonem & aprum Erimanthium immanis efferatiq; animi fuisse viros: constat præterea in Europa nisi inter Nestũ & Acheloum

flumina

flumina leonem non generari, estq; rei huius autor Plinius, q si vulgo etiã nasceretur a fide tamen abhorret solo hominis cõgressu tale mõstrũ potuisse confici, nisi illud sequatur aliquis, cp id animal capite leuiter obducto, cuius pualido & imani corpore, sine vllo maiore conatu humi affligitur, que occulta vis naturæ casu postea deprehensa est, sæpiusq; Romæ publicis venationibus spectatum, vt ferarũ confectores pallio i aduersum leonẽ iniecto, belluã sine vi vlla vt ouẽ vnã mollissimã ad terrã deiecerint. Sed vtcũq; hæc se hãt, quæ de Nemeæo Leone, & Apro Erimanthio traduntur neq; pro veris affirmare in animo est, neq; pro falsis repudiare. Illud inter plures cõuenit. Herculẽ leonis exuuias (quod heroũ peculiare fuit) in cõfectę belluę argumentum gestare perseueraſſe. Quæ vero de Larnęa Hydra memorãt, non opinione solum, sed autoritate etiam pro vanis refelluntur, esse monstrant lacũ eũ Argiui Myceneiq; agri, qd' vsqueadeo verũ est, cp aliquãdo purgari contigerit, vt abierit res in prouerbium. etsi Plato vir summus eum sophistã fuisse opinatus sit. Nihil pręterea dubium est Centauros biformes falso creditos, quippe qui viri fuerint; Pelioq; Thessaliæ montis accolę, a quibus primum monstrata sit ratio ex equo dimicãdi, sed accidisse aiunt vt quum forte circa Peneũ amnem sedentes aquarentur, haberentq; potantes equi ora fluctibus immensa, eam procul spectantibus speciem prębuissent, quam in Centauris postea figurandis credula expressit vetustas. Fuit itaq; Hercules pugna illa memorabili aduersus eqtes nõ mõstra defunctus. Ferunt id bellum temere pro Pholo centauro in eam gentem conflatum. Accidit ali quando vt insueto vini haustu, seu (vt quidã perhibent) solo odore, Centauri in subitam temulentiam versi, tumultuose in Pholum, apud quẽ tum forte Hercules in hospitio erat, impetum fecerint. Ille indignum ratus hospitales sedes mẽsasq; quibus accubuerat, impune se presente violari, Pholi antrum infestius irrumpentes, primo foribus submouit, inde sagittis vsus, Daphnim, Argeũ, Amphionа, Hippotionem, Thereũ, & alios plerosq; fœda cæde, pstrauit. Pholus post pugnã quũ sagittas iacentium corporibus eximeret, vnaq; manib⁹ excidisset: fortuito casu ictus perijt. Nec Lernæ Hydriæ veneno (vt in fabulis est) sagittas Herculis fuisse illitas crediderim. Vetus Corinthiorũ mos fuit: vbi Hercules est natus, venena in hunc vsum conficere, Pholus quo habitauerat loco est sepult⁹: monticq; inter cæteros Hemoniæ illustres nomen ad posteros dedit. Quod Stiphalides aues æneæ tabulæ sonitu abegerit, purgauerit cq; aquarum diriuio Augei aulam sordibus oppletã, ingeniũ verius cq; roboris sunt opera. Nec illa multũ fidei sibi vendicant, quæ de Aeripide ceruа & cretẽsi tauro in fabulis traduntur. Neq; enim eiusmodi sunt vt possint in historiarũ scæna honeste collocari. His ille certaminibus functus Olympicũ Agonẽ instituit: vt dicitur. Id plures tradũt, cq; antiquior eodẽ nomine alius, qui vnus fuit ex Idęis dactylis, ludicri autor extiterit. Et si hoc quoq;, qd' de Alcmenæ filio memoratur, varie est vt video receptũ: cp Troianis temporibus certaminis huius sacri neq; corona fuerit vlla (vt quidam scribũt) neq; ludicrum. Quæ si vera sint: p falsis refelluntur que Plinius, Plutarchus, & Diodorus de ea re memorię prodiderunt: cp stadium inibi Thebanus Hercules præter Alpheũ sit demẽsus: oleaq; lõgo post tẽpore eo dẽ loco mõstrari solitã, vnde coronã sibi ille decerpserit: qppe q prim⁹ omniũ eo Agone victor extiterit: nõ qa certamine fuerit q fcq; ab eo superat⁹, sed cp nemo cũ illo sit cõgredi ausus. Qui iliacis tẽporibus olympiæ negãt sacrũ fuisse vllũ solẽne, Homeri testimonio vtuntur: cp nullam poeta eius rei mẽtionẽ fecerit, tantũ celerrimos equos ab Augea Eleorũ rege, quũ ad ludorũ pręmia missi essent abactos dixit: quod si de Olympiacis accipiat aliquis dictũ: haud dubie fateri oporteat, certamen illud & eius prędia troianũ bellũ prędessisse. Fuerunt q ad Pyseos, ppinquos accolas vetustæ rei originẽ referrẽt: ob id cq soli Pysenses troiane fuerit expeditionis immunes: quia Olympio Ioui sacri censerẽtur, cui id quinquennale constituũ esset Ludicrum. Vnde id annorũ spatiũ est Olympias Græcis dictũ. Fuiti tra Pyseorum fines Olympij Iouis templũ stadijs minus trecentis ab Elide: & ante tẽplũ lucus agresti vestitus olea, in quo stadiũ ludorũ causa, cõparatũ memorãt, id Alpheus amnis ex Arcadia decurrens prætersluit. Attinet Triphylia ad Pyseũ agrũ, vnde & Triphylicum Iouem dixerũt quidã. Tres olim gẽtes eã terræ portionem tenuere, vnde & nomen fuit solo inditũ, Epei primo, inde Minyæ, secuti, postremo Elei in eũ locum venisse dicunt. Est inibi & Olympia, incertum, locus ab Olympij Iouis templo insigni dictus, an Olympius ipse Iupiter a loco. Diodrus significare videtur a tutore, quo puer ille vsus esset, id cognomẽ inditũ. Fuit eodem tẽplo mẽorabile Iouis ex ebore & auro simalacrũ. Athenięsis Phydię opus, quod nemo vnq; potuit imitari: Homericum carmen pro typo artifici fuit. Sed quũ ex omi alioqui parte esset elegans, in symmetria erratum arbitrati sunt quidã. Mirũ adhæc, quod de Alpheo traditur, eum ex Triphylico litore subter mare in Sicilia fluere: hicq; ad Arethusam Syracusanum fontẽ iterũ caput tollere, in' mareq; dilabi priore nomine amisso. Fuitq; Pindar⁹ in ea opinione, & ex nostris Maro Pindarũ (vt credo) secutus. Cęterũ ne poetis omnino abrogetur fides: Timeus fuit eius rei autor, eo vt arbitror, argumento adductus: cp fama esset, poculũ Olympiæ in alpheũ casu quodã deiectũ, i Arethusa extitisse. Obseruatũ pręterea Olympiacis sacris, ob celebrẽ Gręcię in eũ locũ, cõuentũ, fordibus in amnẽ delabentibus, ipsum circa Syracusas fontẽ turbidũ fluere solitũ. Sed satis constat Alpheũ ipsum in pelagus euolui, nec vllũ esse circa mare terræ hiatũ, quo absorptus subterme are possit: neq; eo impetu pelag⁹ ingreditur, vt porabiles aquas in Siciliam per tantã maris vastitatẽ secũ ferre possit, qd' vix de Rhodano, per Lemanũ lacũ ruente, verius cq; labente, persuasum video. Apparet itaq; fabulosum id totũ esse, quod de Alpheo vetustas credidit: vel ex eo maxime, cp Strabo autor grauissimus negat vllum circa mare esse specũ, p quẽ demissus amnis, tã miraculosos moliret cursus. Illud in Alpheo memoratu dignũ, cp eius aquæ albas tollere cręduntur maculas & impetigines: vnde & nomen amni datum videri potest. Sequuntur cætera Herculis gesta, sed adhuc cunctantius ob fabulæ propinquitatẽ referẽda: quid em̃ min⁹ credibile dici potest, cq certati, eũ esse a superis omni armorũ genere instructũ, nisi qs oia q ad vitę vsum, quęcq; humanis sint actibus accõmodata ad eos, qui talia inuenere, censeat referenda. Quod pro Ioue circa Pallenẽ steterit gigan teo bello, pterea q alio sunt a nobis loco de gigantibus tradita, fuerunt qui interpretarentur id genus hominũ inter auxiliares copias Titanibus aduersus Iouẽ affuisse, qui pro eeriore statura viri, a Crętensibus sagittarijs gbus est eo bello Iupiter vsus, ad vnum propemodum sint sagittis confixi. Nec caucasi

Leonis capite obtecti fragilitas.

Hydra Lernæa. Centaurorũ fabulosa figuratio.

Pholus

Stiphalides aues.

Taurus Cretẽsis

Diuersæ de olympico agone opiniones.



caucasi montis iuga maiori caligine obducta crediderim, quã quæ de Promethei vinculis inibi ab Hercule abruptis, decq; aquila sagittis ab eodẽ deiecta, Diodorus & alij prodidere, nisi intentionẽ, hominis curã, perpetuãq; cœlestia inuestigãdi solicitudinẽ ab eo leuatã interpretari oporteat. Cõstans fama est, fuisse Herculem astrorum scientiæ haud imperitũ, quo argumento apparet, quæ plurimos heroũ fuere, ad eũ qui Alcmenæ fuit, vana persuasione referri. Vix crediderim fieri potuisse, vt is q monstra rerũ oibus fit terris insectat⁹, astrorũ scientiæ tam ociose vacare potuerit, vt maior aliquis inde profectus fit secutus. Satis constat Atlantem a quo Hercules eam disciplinam adeptus dicitur, Perseo equalẽ fuisse: aut aliquãto natu maiorẽ. Perseus Alcmenæ fuit proauus, quo colligit neq; ætate, neq; locorũ commercio contingere potuisse, vt Hercules fuerit ab eo institutus, nec multo plus cõstabunt tẽpora, si ad eũ Atlantẽ, qui in Italia regnauit id referas. neq; ad Maiæ patrẽ, qui Arcadiæ fuit incola, ea institutio referri potest, qui multum diuersa fuit ætate. Veriora igitur videnť mihi secuti, qui Herculem a Lino edoctũ credidere. Est præter ea Tyrida locus circa Bistoniũ Thraciæ stagnum Diomedis stabulo infamis, vbi vet⁹ opinio tenet illum diro equarũ laniatu hospites cõficere solitũ. Id quoq; monstrum Tyranni nece ab Hercule expiatum fama est. Secundũ hæc quæ adhuc memoramus, cum Iasone ille in Colchi dem nauigaturus Hylæ ministerio priuat⁹, in Mysia desedit. Cæterum haud prius de ipsius rebus est hic dicẽdum, quam eius vetustissimę nauigationis, quæ res dein ceps ab Hercule gestas nonnihil præcessisse videť, causam & rationem explicauero. Scio ego fuisse, q traderent, Iasonem æmulatione rerum a Perseo gestarum accensum diu animo agitasse, qua potissimum via pclare alicui⁹ rei fama suum nomen illustraret, materiamq; illi ab domestico odio inter ipsos lares ortam. Erat ei Pelias patruus, cui alta iuuenis indoles ab initio fuerat suspecta. Atq; ob id solicitus aio quærere, quo eum famæ decorisq; parandi prætextu procul domo posset ablegare, vnde huic qui periculo obiiciendus erat aliquod nomen si nõ re, specie saltẽ qrereť. Datus erat a patre Chirone institutẽd⁹ Iason, eaq; lege Peliæ fratri Iolchi imperio Aeson cesserat, vt tanti sper penes illũ summa rei esset, quoad maturus regio filius in patriam reuerteret. Sed libido imperandi, qui vnus in homine plurimum dominatur affectus, quicq; humana & diuina fæpe vertit iura, simul & deorũ sortes, q bus monit⁹ erat, cauendũ esse, velut regni vitęq; certissimũ exitiũ, eũ q altero ad se pede nudo veniret, quali postea habitu Iason domum reuersus Peliæ occurrit, qui ad Enipeum amnem, quũ torrentior solito flueret, vadando luctatus alterũ impetu fluminis calceum amiserat, senem ad insidiandum iuueni impellebant. Fuerunt qui crederent eũ veritum ne Aeson filij præsentia frętus a se regnũ repeteret, quo se metu vt maturius & sine inuida leuarer, Iasoni satis per se ad laudẽ incitato, vt in Colchidẽ nauigaret autorem extitisse, quum dicerer cõpertum se habere vim auri ingentem, in ea terra obseruari, quod Thebanus Phryxus eo se cum naui detulisset. Fuisse eum Athamãtis filium, qui Crethei, quo Aeson pater esset genitus, fuit frater. Facturum itaq; eum rem non solum memorabilẽ, sed cui ob æquitatẽ vna dij essent hoĕsq; fauturi, si aurũ qd' non modo gentis, sed familiæ quo cp olim fuisset, ex terra procul repostа ignotoq; hominũ genere reposceret. Paraturũ se nauim noua

Ab quo Hercules edoctus.

Atlantis æuum.

Cur Argo nauis dicta.

Triphylia.

De Diomedis cę de.

Iouis fictę mulactũ.

De Alpheo & Arethusa.

Iasonis in colchidem nauigatio.

Pelias.

Chirõ Iasonem instituit.

De Rhodano.

De Alphei virtute.

Causa nauigationis Iasonis.

Gigãtei belli ratio.

Argonautæ.

Vbi nauis Argo arbitrati sunt.

cõstructa ab req; loco nomẽ factũ, pdidere qdã.

Alij a fonti ũ ppinquitate credere maluerũt.

Pindarus ad Demetriadẽ vrbẽ Pagasis finitimã Argo nauim cõpactã scripsit.

Ea longarum nauium prima traditur mare ingressa, atq; a celeritate nomen depra.

Sic veterum scriptorum quidam & in his Diodor⁹ memi nere.

Apollonius ab Argo, qui eam fabricatus est, credidit nominatam.

Pherecides ab Argo Phryxi & Calciopes filio.

Sed quæcunq; fuit nominis causa (nam ea omnino ambigue traditur) magnus ob noui operis famã (vt talium ignara erat vetustas) in tota Græcia factus est animorum motus, vulgataq; nauigationis fama, multi viri fortes laudis cupiditate accensi, alij Peliæ, cuius opes tum amplæ in Thessalia erant, gratificaturi, vltro se Iasoni comites obtulerunt. Sed quatuor & quadraginta ex omni flore hominum recepti, quorum clarissimi Hercules, Telamon, Orpheus, & Peleus, Achiles filius illustriorem fecit. Fuerint ne Heroes ipsi Minyæ appellati, an alij circa Iolchon minus illustres viri, ex quibus sit remigium expletum, nyæ nomerito dubitari possit. Apollonius Minyas credidit primores illos Græciæ viros q naui sacra sunt in Colchidem vecti, ab eo cp circa Iolchum habitarent; essentq; ex nobilissimo filiarum Minyi sanguine procreati. Sed cum idem autor, tum Orpheus Heroas ipsos remigio admotos haud dubie demõstrant, quo argumento facile potest intelligi qua magnitudine fuerit Argo, quæ tam paucos cœpisset remiges: nisi aliquis multo plures his mixtos fuisse existimaret, qui remigium expleuerint. Cæterum non nisi illustrissimum quenq; carmine celebratum. Herculi omnium consensu summa rei ab initio permissa est. Quidam autores sunt imperiũ ab eo repudiatum Iasonem obtinuisse. Ex Aphete (locus est haud procul a Pagasis) Minyæ solu erũt: mox Athõ mõtẽ & Samothraciã prętenuerũt, graui tempestate iactati, Sigæum Troiæ promontoriũ tenuere. Miror Diodorũ, quẽ in hac parte sequimur, nullã de Mynijs in Lemnũ appulsu mentionẽ fecisse. Orpheus, Appolloni⁹, & quicunq; Argonautica scripsere, Iasonẽ apud Hypsipylẽ in hospitio fuisse tradunt. Fuit hæc Thoantis filia, quam fama est cũ popularibus sui sexus ob suspitionẽ pellicatus in viros conjurasse, atq; nocte vna mares oẽs præter Thoantẽ, quẽ cæde seruatũ medio tumultu procul Lẽno filia ablegauit, occidione occisos. Lẽnij viri incõptis nauigijs vsi Thraciã ingressi multã inde prædã & cũ ea vim fœminarũ ingentẽ abduxere: Quas cũ vulgo provxoribus habituri dicerent, occupasse tq; temere is rumor Lẽniadũ fœminarũ aures, viros in insulã reuersos excompositio nocte vna obtrũcarunt. Erat igitur tũ Lemnos inmuliebri imperio, Hypsipyleq; late in ea regnabat quum nauis Argo est illuc appulsa. Fama est paras se primo eas vim in ignotos hospites, mox vero, siue metu, siue procreationis cupiditate, pisso impetu ad naues scisciratum mississe, qui mortalium essent & qd secuti Lemnũ petissent. His respõsum, Iasonẽ Aesonis filiũ venisse, cuius patru⁹ Pelias in Thessalia apud Iolchũ regnaret, esseq; eũ eo Grai sanguinis lectissimos iuuenes, qui in Colchidem

Vnde dicti Argonautæ

Lemniadũ facin⁹

rendētes, cursu tēpestate excussi, ea loca tenuissent. Tum vero Hypsipyle aliæq; Lenniades cognito qui viri essent, & quid secuti illuc nauim appulissent, Argonautas cū ipso duce hospitaliter inuitatos, in vrbē inducūt. Fueruntq; Minyæ in hospitio plures dies. Estq; (qd' satis cōstat) Hypsipyle grauida ab Iasone relicta. Ex quo duos postea sit vno ptu filios enixa: Euneū & Thoantē, qui postea ad Thebas cū Argiuis militasse tradunt. Verū siue Lē no profectus, siue tempestate (vt dixi) iactatus Sigæum (quid inter oēs cōuenit) tenuit Iason. Nouę hic fabularū tenebræ obtendunt, q̄ historiā a libero cursu rerū pplexitate remorent. Ferūt Hesionē Laomedōte genitā sub id tēpus marinæ beluæ ad periuri expiationē expositā. Herculis interuētu seruatam: cui quū inuictos equos, quos pro ea pactus fuerat, Laomedō abnegasset, ita accedisse aiunt, vt Iliū sit ab Hercule expugnatū. Ceterū posthabitis, quę de puellę expositione obscura memoria ad posteros manarunt, quę in vtrā partē accipienda sint, poetæ viderint, veriora omnino mihi videnť, quę de Ilio capto & Laomedontis mortæ plures tradiderunt, q̄q̄ in his quoq; neq; belli cā neq; rō satis liquere pōt in tam longo vetustatis recessu. Sunt q̄ prohibitū hospitio Herculē dicant regi inopinatū bellū intulisse, alij abnegatæ mercedis ira cōmotū: Laomedontē & Ilienses bello psequēdos censuisse. Plerię predæ cupiditate, nobilissimorūq; equorū fama in Phrygiā eū nauigasse existimant. Sedvt hæc ī obscuro sunt, ita & Hesione inde abducta, q̄ Thelamoni cessit, & q̄ Ilienses inter deos Herculē non fuerint venerati, certissima rei quoquo modo gestæ argumenta videri possunt. Cæterū qñ in re tā perplexa haud oīno absurdū sit opinione vti, multo veriora mihi videnť secuti illi, qui in aliud tēpus eā Herculis expeditionē reiciunt, qui suo nō alieno ductu ad Iliū nauigauerit. Oportuit em Hesionē in Pontū abducta, q̄ī inter eundū Troia fuisset capta, qd' nemo eorū prodidit q Argonautica scripserunt, nec ab Hercule in Mysia relicto videri potest Iliū euersum. Qd' si ita accidisset, nō video quo merito Thelamon Hesionē sortiri potuerit, quē constat in Colchidē venisse. Nec oīno his accedo, q aureo vellere capto Pōticū mare, Bosphorū, & proponticē Argonautas remensos, Herculis ductu, subita vt Iliū adortos scribūt, quum multo plures prodiderint Oetæ & Colchorū metu, ne ad Bosphori fauces cū suis opprimeret, Iasonē nauigatione lōge diuersa in Thessaliā reuersuz. Sed q̄ de Minyarū reditu & Ilio capto Diodor⁹ alię memineruntq; suo erunt loco explicanda. Nunc cætera nauigatio exequenda est, quā illi, quorū nuper mētionē feci, ita fere digerūt: vt dicant Argo ex Sigeo digressam iterū fœda tempestate iactatā, cæterisq; in manifesto discrimine disperantibus, Orpheum voto Samothracię⁹ diis nūcupato remediū aduersus sæuientē procellā demonstrasse. Adiciunt miraculo, qd' nisi constaret id natura fieri, pro mendacio repudiassem, quū Minyæ medio periculo tenerentur, duplex lumē Castoris & Pollucis capitib⁹ effulsisse, nec ita multo post pelagus sęuire desijsse, & ob eā rē credita iuuenū diuinitate subitos eius modi ignes in mari Castoreos appellatos. Geminæ sunt velut fulgurū effigies, quę alias nocturnis militum vigilijs in pilorū culspidibus federe, alias per antennas cæteraseq; nauiū partes vagæ, vocali quodā sono vagari solitæ. Graues quum solitariæ venere, mergentesq; nauigia: Geminæ & tunc q̄dē & sup alias saluares, pspericę cursus nūciæ, suoq; aduētu dirā illā & minacē, quā eodē argumēto Helenā dixere, fugare credunť. Res miraculi loco accepta, fecit vt Castor & Pollux religiose a nautis colerent, portuq; soluturi Samothracibus dijs (quos ego malos alioqui dæmones interpretor), p̄ soluē tiū salute sacra facerent. Ad Phineū dein ventū, de quo propiora vero sunt, q̄ Diodorus scribit q̄ę Orpheus & Apollonius, Is duos ait filios Phineo fuisse ex Cleopana Orithiæ & Boreæ filia, cui adhuc viuenti Phineus Ideā Dardano Scytharū rege ortā superduxit vxorē. Adolescentes matris suasu vim nouercæ intulerūt, ob idq; a patre atroci supplicio dānati, ita forte accidit vt sub id tēpus, quo Minyæ eo nauim appullerūt, ambo pœnas expensuri, in ipso littore destituti ad suppliciū starēt. Verterūt illi rei atrocitate nouoq; hospitū in se oculos, eorū fidē flebiliter implorātes, simul Phinei cōtumeliā in Cleopanā matrē, & odiū in filios miserabili cōploratione memorātes. Orare itaq;, vt velut p̄sentes dij, præpeti appulsu, se indigno supplicio liberarēt. Occurrit interim Phineus, vetatq; hospites q̄ppiā mouere, nullū vnq; patrē de liberis suppliciū sumpsisse dictitās, nisi filiorū scelus patriā charitatē superasset. Hic Minyæ q̄q̄ opē adolescētibus imploratā præstitā voluissent, præsentiā tamen regis veriti, ne præterea hospitale littus temere violarēt, nihil vltra tendere sunt ausi. Abstinebant itaq; alij, quum Zethis & Calais Boreæ filij, qui cū Minyis erant, audito Cleopanæ sororis nomine, & q̄ miserabilis esset illius apud Phineū fortuna, q̄ natorum supplicio multo adhuc esset miserior futura, oīs humani iuris, propriæq; salutis immemores, in littus desiliunt, vinculaq; adolescentibus vi adimunt. Tū certamine ex ea re tumultuoso orto, Phineus barbarorūq; plurimi circa illū subita vi occubuere. Regia deinceps capta: Hercules autor fuit, vt Idea ad patrē columis remitteret, vt in illius potestate esset intēpestiuas filiæ nuptias vindicare, quæ Cleopanæ & filijs tā calamitosæ fuissent. Ferunt Ideā a patre haud multo post occisam quo apparet eo inuito Phineo puellā nupsisse, in Cleopanæ contēptū. Scio ego nō deesse, q̄ scribāt, filios a Phineo excęcatos, ipsumq; a Boreā in filię, & nepotū vltionē priuatū luminibus fuisse, Herculemq; priusq; ad Phineū Minyæ venerint in Mysia relictū. Iuuenes periculo seruati regno Cleopanæ matri permisso, cū Argonautis in Colchidē nauigarunt. Diodorus tm̄ hæc secut⁹ quæ de Phineo scribunt, omissis q̄ de Hylæ casu, & pugna Amyci, Cyaneisq; scopulis curę fuit alijs tradere, nauim Argo in Tauricā regionē appulsam autor est. Cæterū si vera alij secuti sunt: Hylas Herculis minister circa Argantoniū Bithyniæ (imminet is mōs Prusiadi) aquatū egressus, ignoto perijt casu. Hūc dū Hercules sollicita inuestigatione requirit, seruscę nimis se ad nauē recipit, Iason Minyæq; longioris moræ tædio digressū procul inde abeunt. Ipse diu terras puagatus, quū in sui admirationē locorū accolas vertisset, inter alia vetusta erroris illius monumēta constituisse ferť, vt quotannis locorū indigenæ, per syluas, & mōtes vagi lymphatico cursu Hylā clamitarent. Qui sacrorū ritus siue tū ab Herculę fuit institut⁹ (nā id quoq; ambigue tradiť) siue Cius qui fuit ex Herculis comitibus vnus, id solēne inuenit, quippe qui ex Colchide reuersus vrbē de suo nomine, quę Prusias est deinceps dicta, condidisse dicit, Prusiensibus (qd' satis constat) multas post ętates sacra incorrupta manserunt. Diodorus ait Herculē in Pontū cū Iasone nauigasse: q̄ si verē est autor, miror quid fuerit, q̄ nō multo post Hylæ casum Pollux potius q̄ Hercules cæstibus aduersus

Argo ad Sigeū appellitur.

Ilium ab Hercule expugnatur.

Castorei ignes.

Phineus.

Zethis & Calais.

Ideæ mors.

Hylæ casus.

Argo. Hercules ab Argo nautis relictus.



aduersus Amycū Bebryciorū regē, ex prouocatiōe dimicarit. Sed hæc oīa varie relata tutius in medio relinquūtur. Nec de scopulorū cōcursu, quos Cyaneos vocant, Orpheus & alij multo probabiliora tradiderūt. Cæterū locorū natura p̄buit illis fabulā di materiā. Sunt gemini scopuli ad exitū pontici maris, passus mille & quingentos ab Europa, qua tuordecim ab ostio. Quidam Cyaneas dixere insulas, Alij Symplegades. Quas idcirco poetæ inter se cōcurrere solitas fabulati sunt, q̄ paruo inter se discretæ interuallo; ex aduerso intrantibus geminæ cernant: paulū inde deflexa acie coeuntiū speciē p̄beant. Bithynię deinde orā mox & Paphlagonię, qua dexterū ei littus erat, præteruecti, per Phasidis ostiū in Colchidis intima peruenere. Hic quia maiora imminent historiæ discrimina poetarū mendacijs, q̄ ipsi a prodigiosa aurei velleris custodia Argonautis impēdisse fabulenť, sedulo danda no bis opera est, vt fides, sine qua stare nō possit historia, inde incolumis cū Minyis eruat. Iacet terra ipsa (vt pauca in vniuersum de regione & gentis vetustate dicā) Caucasi iugis obnoxia, qua ad Rhipheos ille obliquatę mōtes, estq; ea parte Colchis Sarmatię affinis. Ab ortu solis Iberia ei cōtermina est. Cappadocia ad meridiē cū pte maioris Armeniæ. Alluit occiduā orā Euxinū mare, qua Phasim in Armenia ortū Hippo & Cyano fluminibus haud mediocriter auctum excipit. Estq; is nauigabilis, magnōrūq; nauigiorū patiēs, octo & .XXX. milia passum a mari, inde minorib⁹ enauigat⁹ lembis centū viginti est pontib⁹ peruius. Fuit & vrbs eiusdē nominis quo fluuius totius gentis Emporiū lacu mari, Phasidę ipso circunflua: Littora & flumīnis ostia amœnissima, regio frugib⁹, & oībus quæ ad naualē fabricā attinent, opportuna, multarū rerū ferax, sed mellis in primis, verū amari gust⁹. Magnus inibi lini prouētus canabis, cære, & picis. Lanificiū vulgo exercent, quo sane argumento vtūtur hi, qui eā gentē ab Aegyptijs oriūdā existimāt. Herodotus Colchos Aegyptiorū colonos esse crędidit & a Sostrate, qui primus oīm (vt ipse scribit) externis gentibus arma intulit, in ea terra relictos Trogus Vexorē nō Sostratē nominauit. Hi præter q̄ q̄ capillo & colore atro sunt Aegyptijs perq̄ similes, verenda circuncidūt, qd' propriū esse Aegyptiorū idem autor arbitrat⁹ est, vnde eū morē Phœnices & Palæstini Syri acceperint. Sed quēadmodū in eo Græci scriptores decepti sint, alio est loco significatū. Plura ad hæc Phryxeæ prius mox & Iasoniæ in Colchidē expeditionis extiterunt monumenta, quæ veteri p̄suasioni eorū, quæ de his sunt memoriæ p̄dita, haud dubie astipulanť, arguūtq; vtriusq; aduentū Colchorū genti admirationi fuisse. Durauit ad posteros Leucotheæ tēplū in ea terra cū oraculo, in quo aries nō mactabat, q̄ a Longioris cōditū vetus fuit fama. Dioscurias p̄terea & Eniochi gens a Telchio & Amphito Castoris aurigis esse creduнť. Castor ex Argonautis vnus fuit. Sed rerū ab his gestarū ratio anceps. At nos q̄ verissime poterimus, omni poetico velamento rebus de tractō, q̄ post Iasonis accessum secuta sunt, ordine explicabim⁹. Fama est Persen & Oetā fratres vno tēpore hunc in Ponto, in Taurica illū regnasse, immitti vtrūq; truci q̄ ingenio. Hecate ex Perse orta est, feuitia & feritate paterna nihilo inferior, quæ quū virgo adhuc esset, sagittis quos libitū. fuisset, transfigere sit solita. Sed maius adhuc illi studiū in venenis conficiundis. Aconiti inuentū ad eā referūt quidā, vim naturāq; veneni in hospitibus experiri consuetā. Mox patrē his artibus aggressa, vi ta spoliauit, cuius morte regnū adepta Tauricæ erexit templū Dianæ, ad cuius arā, vt hospites siue terra, siue mari adessent crudeliter mactarent. Iſtituit, futurū rata, vt suū per hæc nomē in plures gētes fama diffunderet. Nupsit hęc deinceps Oetę patruo, cui Circen, Medeā, & Egialeū enixa est. Circe maternis artibus imbuta, & ipsa hærbarū venenaq; tractauit, addidit etiā per se aliqua. Nupsit virgo Sarmatharū regi, eoq; veneficijs sublato, regno potita est, quo quū aliquandiu male esset vsa, crudeli terq; nimis tractaret subiectas gentes, regno pulsa modico mulierū comitatu desertā in Oceano insulam tenuisse dicit. Sed maior omnino fama est in Italiā eā venisse, consedisseq; in Latij promontorio. Tum vero in insula fuit, ab eoq; incolatu Circeiorū nomē adepta. Medea domesticas artes & ipsa haud quidē aspernata, medicis hærbarū viribus, magicoq; carminū ambagib⁹ operā dedit. Sed ingenio multo mitiore q̄ mater aut soror, quarū vtraq; feritate truculentiaq; fuit insigni. Medea quū arte multa, tum gratia qua plurimū apud patrē valebat, hospites eripiebat cædi destinatos. Descisserit ne suasu longave cōiugis cōsuetudine, an sua sponte Oeta, ad eam immanitatem, vt hospites immolaret, an potius oraculo monitus p̄suasum habuit, sibi exitium ab externis gentibus imminere, sitq; per hæc conatus fatalē discutere necessitatē, pro certo ponere non ausim. Multiplex inde fama secuta est. Nam quæ de Ariete aureo tradita sunt in fabulis, haud dubie pro vanis refellunť. Fuerunt qui traderent Thebani pædagogū Phryxi Arietē vocatū, qui cū puero in Colchidē delatus ab Oeta patrio ritu fuerit Dianæ immolatus, pelliscę cadaueri detracta in templo de more suspensa. Adiciunt Phryxū Gābro Scytharū regi dono datū. Cui ille flore ætatis, vel indole potius conciliatus postremo sit hęres relictus. Oeta interim oraculo doctus, fore, vt quādo Arietis, qui aræ fuerat admotus, ex sacro spolium luco eximeret audacissimi hospitis manu tum demū mortē occumberet, eo monitu exterritus pellē auro illitam, vt diligentius asseruaretur templo intulit. Sacerdotes custode scę loco adhibuit, qui pervigili statione fatales exuuias, ab omni vi fraudeq; tuerentur, Alij arietē pecus sub Phryxi in Colchidē aductū Oetā mactasse credidерunt, ac tū pellem quā hostię detraxerat, quia sibi fatalē cognouisset, inaurari, custodiriq; imperasse, tēplo multisariam munito, ad exteras gentes procul inde metu arcendas, rumores dissipari passim hospites ab rege in Colchide mactari. Cæterū siue verus fuit ille sacrorū ritus, siue ad terrorē factus, satis cōstat viros fortissimos ex Taurica regione accitos, custodiæq; adhibitos, q quū truci essent ingenio, vimq; & robur præ nimia ferocia spirarent, igniuomi tauri a poetis decantent. Pari rōne & de dracone fabula vulgata est. Veriora aūt secuti custodē templi eo fuisse nomine autumāt. Magnū itaq; certamē erat Iasoni, & alijs propositū, quicquid illud fuit, qd' ex Saturnio erato erat luco auferendū, siue fatalis fuit pellis, siue vis auri ingens (vt alij suspicanť). Id medea regis filia Iasoni per amorē cōciliata sua opera discussit. Ego Calciopē, q̄ Phryxo nupserat (vt dicit) Medeā ad id facinus cōpulisse crediderim, q̄ ob affinitatē generis voluerit in manifesto discrimine Iasoni consulere. Qd' & Apollonius, q̄ Argonautica scripsit, significare videť. Medea igit inscio patre Mynias, ad tēplū, qd' Marti fuit sacrū, occultē p̄duxit, vbi vellus custodiebat aureū. Distabat loc⁹ a Sybari Colchor⁹ regia stad. LXX. Ibi regia puella custodib⁹ Taurica lingua appellatis, tēpli fores



Cyanei scopuli.

Colchis situs.

Colchi vnde oriundi.

Eniochi.

Perses & Oetas.

Tauri igniuomi.

mãdat sibi reseruari Quibus subito patefactis, improuiso Minyarũ incursu, custodes incauti opprimunt, quippe q̃ nihil minus q̃ insidias ab regis filia metuebant. Plures itaq; vi subita obtruncant, perpauci medio tumultu dilapsi, ad vrbẽ trepido cursu cõtendũt. Regi nunciãt ꝓditũ a filia præsidiũ tẽpli. Aureũ vellus a Minyis direptũ. Iason interea iã voti cõpos cũ Medea & socijs ad nauẽ fere ceperat apparebatq; regẽ ad vltionẽ cõtinuo occursurũ, futurũq;, nisi illico inde soluerent, vt cũ ferocissimo genere hoim de vita dimicare cogerentur. Hæc sorte cõsilia agitantibus, celerius q̃ oim fuerat expectatio, Oeta vltionis cupidus, cũ tumultu & fremitu affuit, cõtractoq; statim ꝑlio, cũ ijs quos sorte circa litus temere errantes inuenerat, Iphitũ Euristhei fratrẽ obtrũcat. Ibi Iasone & alijs in regẽ, & qui circa illũ pugnã ciebãt, irruentibus, atrox fit ꝑliũ. Oeta & Meleagro in pugna ictus concidit, ad cuius casum Colchos ingens metus & trepidatio inuasit, mox alijs sup alios cadentib⁹ fit fuga. Nec Minyis victoria fuit incruenta, Iasone & alijs quibusdã ex Argonautarũ primoribus grauiter vulneratis. Nauis illico post ꝑliũ ex insesto littore solura est. Mirũ quãtopere hic quoq; diuersi abeant scriptores. Sunt porro, q̃ Oetã interfectũ negent, alij ne pugnatũ quidẽ cũ eo tradunt. Sed Absyrtũ filiũ ad Minyas ꝑsequẽdos missum. Quidã ad hæc graui tepefactate orta parũ defuisse aiunt, quin naufragiũ fieret, coactosq; nouo periculo Minyas, nouis se votis obligasse, inde Thraciũ Bosphorũ ingressos per Hellespotũ in Troadẽ venisse, vbi Iphiclo, & Thelamone ab Hercule ad Laomedotẽ missis, q̃ debitã ob Hesionẽ antea liberatã a patre mercedẽ exigerẽt, q̃ nõ mõ nõ reddita est, sed cõtra etiã ius gentiũ legati custoditi sunt, motaq; cõsilia a rege & Ilienſibus de Hercule & Minyis subita vi opprimendis. In hæc patris & cæterorũ consilia Priamus, q̃ iã adolescere cœperat, supra ætatẽ grauiter est inuectus, identidẽ patrẽ admonens, standũ esse fœderibus, seruandaq; fidẽ hospitibus, quorũ interuentu nõ modo soror sua Hesione sed patria quoq; a terrimo esset monstro seruata: Deũ hoimq; fidẽ restatus, rẽ eos nefariã, oiq; detestatione dignã parare, qui vt impune id flagitiũ ferrent, maiori sceleri ac pene inaudito obligarent. Hunc ingt pater, quẽ fide data & accepta, hospitalib⁹ mẽsis, & laribus domesticis, semel admouisti, quẽ magnorũ ꝑmiorũ spe oneratũ in remotiores terras dimisisti, q̃ nisi periclitanti filiæ opẽ tulisset, dimidia hodie sobole careres, de huius exitio tã pfide inire potes cõsiliũ? Fac rogo ita fieri posse, q̃ Deus id scelus a regia domo auertat) vt Herculẽ & socios perdas in sidus exceptos, audebis ne tu illius sanguine hoc littus violare, q̃ nisi tuorũ tẽporũ nouitate affuisset, suauissimæ erat filiæ cruore imbuendum? Sed faciãt nihil de te meritũ, quo exẽplo tuos hospites tã crudeliter necabiss? Scytharũ, Thraciq; non nostræ gentis hæc perfidia est. Ergo Laomedon a Dardano prognatus, q̃ cũ in has terras venisset, a Teucro nõ modo nõ iniuria affect⁹ est vlla, sed solo ad vrbẽ cõdendã impetrato, in generũ quoq; est ascitus, diuini humaniq; iuris cõceptor, hospitali sanguine Iliũ regiã coinquinabit, vt tã sit Iliũ post hac apud oẽs gẽtes infame, q̃ Diomedis fuit regia, aut Lycaonis domus? Q. si nõ merita, si non opes hoim respicis, deos ipsos saltẽ vereare, q̃bus hospitalia iura curæ sunt, qui huiusmodi scelera in terris ptim ipsi vlti sunt, ptim mortalib⁹ vlciscenda relinquere, inulta certe voluere nunq̃. Q. si ignorare m⁹, q̃s sit hic, cui insidiæ parant, q̃ inuict⁹, q̃ felix, quãtus scelerũ vindex, quot mõstra, quot pestes e terra sustulerit. Pholi domum ab iniuria seruauit, Diomedis crudelissimi hospitis euertit. Quare idẽ tidẽ moneo pater, simul & hortor, ne fidem semel hospiti datã turpiter labi patiaris, qua prodita nihil sit hoi in vita reliquum, cur fortis, aut iustus dici possit amplius. Video ad hæc quid periculi tibi tuæq; instet vrbi ab Hercule & Minyis, si abnegare pgas, q̃ iure reperunt. Quin mitte rogo cõtinuo cũ legatis ꝑmia ad littus, q̃ primo Herculi, & alijs de legatis in custodia habitis satisfaciant, ipsosq; (vt par est) hospitaliter appellent. Hæc pater ꝑstare potes, & debes, nisi fatalis aliqua necessitas te cũ tota domo patriaq; ad excidiũ trahit, q̃ te nõ quid fieri oporteat, sed q̃tũ etiã periculi sit oculis admotũ, ne perspicere qdẽ patiat. Hæc ille prudenter ac supra ætatẽ monere, hortariq;. Verũ perstare senex in sentẽtia, atq; hinc fato, inde auaritia distrahentibus, vim & arma circunspicere. Tũ Priamus, incertũ, officio an periculi metu, duos oculte gladios custodiæ intulit. Inde Iphiclo & Thelamoni, submotis arbitris, patris & Ilienſiũ cõsiliũ aperit. Monet vt incautos custodes adorti obtrũcent, inde continuo cursu se ad socios recipiant, docentq; Herculẽ & alios, quãtũ nisi caueant, periculi ab Ilienſib⁹ imineat. His ambo instructi, custodib⁹ cæsis se ex vrbe ripiunt, vixq; ad littus venerant, Laomedõtis in se iniuriã memorãtes, & qd ab eo & Ilienſib⁹ pararet, quũ rex tumultuose affuit. Minyæ arreptis armis venientẽ infesto agmine excipiunt, pugnatumq; hic pro viribus vtrinq;, ac multo atrocius, q̃ pro numero dimicantiũ. Laomedõ ab Hercule per cussus cõcidit, cadentẽ regẽ Iliẽses intuiti terga vertunt. Instant Minyæ mixtoq; agmine victores vicinq; portis incidunt, vnaq; irrũpentes vrbe Argo nautæ potiunt. Sæuitũ in eos est, q̃ cõsiliorũ regis fuerãt cõsci. Priamo, & q̃ pacis autor reddẽdiq; ꝑ mũ fuerat, & a legatis iniuriã arcuisset, vrbs & Regnũ restituit. Scio fuisse, q̃ traderẽt Herculẽ non cũ Minyis, sed suo potius ductu & auspicijs septẽ ad id bellũ nauib⁹ instructis, in Phrygiã nauigasse. Id q̃ eo mihi verius videt, q̃ parũ integra fide traditũ existimo, tãta hoim paucitatẽ intra hostiũ Mœnia inclusam ex iniquo loco pugnãtẽ, clarissimã Phrygiæ vrbem in potestatẽ redigere potuisse. Veriora igitur secuti videt, qui ĩ aliud tẽpus eã expeditionẽ reiecũt: hi autores sunt, Iliũ vi captũ esse, & excisum ab Hercule, Priamũq; admodũ puerũ magno precio redẽptũ. Huic opinioni vt libentius accedã Apolloni⁹ & Orpheus faciunt, q̃ negãt Argonautas p Hellespontũ in Græciã reuersos, qppe q̃ ponti maris angustijs ab Oeta insessis insidias veriti, cõfestim ab ostio Phasidis ad dexterã flexerint cursum: inde nauim Argo ꝑ Cimmeriũ Bosphorum Meotim ingressam, mox ꝑ Tanaim aduerso flumine ad eius fotes subuectã, asportataq; deinceps aliquãdiu, humeris ad Oceanũ penetrasse, longisq; erroribus ꝑ Gaditanũ fretũ in ĩternũ mare reuersam. Adijciũt Minyas ad Latinorũ orã appulisse, fuisseq; Medeã in hospitio nõ nihil apud Circẽ. Mox ex Circeis præter Sirenũ ꝓmontoriũ & reliquã Italiæ orã ꝑtectos Cercyrã tenuisse, vbi a Phæacũ rege appellati sint, ad quẽ aliquãto antea venerãt ex Colchide legati, Medeæ fugã vestigantes, ibiq; ne Medeã restituere cogerent, ferunt in naui Iasonẽ cũ ea adhuc intacta coiuisse, q̃ĩta rex Phæacius ferebat decreturus, vt si Medea nõdũ virũ passa esset, patri redderet. Ex Cercyra inde Argonautæ profecti in Lybiã tẽpestate sunt delati, vbi importuoso mari deprehensi, discrimẽ maximũ adiere. Edocti tũ a Tritone quodã, qui in ea terra per id tẽpus regnabat, pelagi naturã, syrtium difficultate superata in Græciã sunt reuersi. Et hæc Orpheus qui vnus ex Argonautis fuit, cui Timæus adeo est assensus, vt argumẽta etiã quædam nauigationis illius haud obscura, ad posteros manfisse dicat. Et q̃ accolæ Oceani pluribus locis Castorem & Pollucem prodijs postea venerati sunt, pluraq; circa mare oppida a Dioscuris & Alijs Argonautarũ fuerint nomẽ fortita, & in interno pelago circa Ethaliam insulã Argous fuit portus, & in ipsa Hetruriæ ora Thelamõ promõtorium. Cæterum multo veriora mihi secuti videt, q̃ ab Phasidis ostio, recta Ponticũ traiecisse aiunt, nec dextrum latus aut læuum, ne in hostium insidias incideret, nauim argo tenuisse, sed Histrum ingressam, inde ex Histro Sabũ, ex Sabo Nauportum, cui ex ea postea re nomen manserit. Oritur id flumen inter Alpes & Hemonã Diligẽtiores humeris transuectam alpibus tradiderunt. Satis constat si Plinium sequi libeat, haud procul Tergeste in Adriam descendisse. Argumento huic rei oppidũ Tomi circa Histri ostium, vbi fama est Absyrtũ a sorore discerptũ. Strabo Nauportũ oppidũ non flumen esse existimat, Tauriscorũq; colonjam, fluuiumq; illi propinquum Corcorã nominari. Hunc Sabo in sinuari scribit, Sabum Drabo, Drabum Noaro: hunc Calapi accepto vehemẽter augeri. Labitur Calapis ex albio monte, percq; Capides lapsus Danubio infunditur. Nec de Absyrti cæde simplex fama est. Sunt qui circa Delmatiam id accidisse significent in insularum argumento ducti, quæ ipsi terræ adiacent ab Absyrto nomina tæ: adeo varie omnia de Argonautarum reditu ve teres rerum scriptores tradidere. Verum qui Hellespontum remensum credidere, in Samothraciam argo appulsam memorant: ibiq; Mynias se votis soluisse, durassecq; multis post etatib⁹ Phialas, quas illi discriminosa nauigatione seruati, dedicassent. Ex Samothracia, quia rumor iam antea totã Græciã peruaserat, Iasonem & qui cum eo in Colchidẽ nauigauerant pernisse, eaq; occasione fœtus Pelias, Aesonam & Alcimenẽ, quibus natus erat Iason, ad necem compulerat: Promacho insuper interfecto vt in virili stirpe cum fratre extincta sibi regnũ stabiliret. Minyæ casu ne an consilio, parũ comperiũ habeo, noctu Thessalicũ littus tenuere. Ad Hermium nõ procul ab Iolcho in terram Iason egressus, confestim per eos q̃ illuc primo occurrerant, de domestica clade cognouit, qualis Pelias in parentes, qualis in fratrẽ extitisset. Hic Minyis non solũ suam Iasoni operã in vlciscendo suorũ nece pollicentibus, sed ad vltionẽ etiã vltro impellentibus, dubitatio incidit, vtrum incautum Peliam adoriremur, an exercitu ad id prius cõparato, eũ aperto bello peterent. Apparebat id consiliũ ꝑceps & nimis audax, si pauci admodũ numero rem tantam aggrederent. Satis liquere oibus, si primo regẽ conatu opprimere nequiuissent, q̃cunq; vrbẽ remere ingressi essent, hostium mœnibus, regioq; ꝓsidio inclusi ad vnũ truci darent. Cæterũ Medea eam sibi prouinciã depoposcit, futurũ pollicita, vt suis artibus Peliã adorta breui spoliaret vita. Tum piæ vltionis cura mulieri delegata, Myniæ pro magno negocio habuerunt, vt suus appulsus tandiu in occulto esset, quoad ex vrbe nunciaret, quẽ exitũ Medeæ consiliũ habuisset. Illa vero fanatica anũ mentita, vrbẽ primo, inde regiam ingressa, quũ multis ferũ ambagibus nouaq; suspitione Peliã & filias implesset, eo perpulit puellas, vt oblata spe patris in viridiorẽ ætatẽ restitituẽdi senẽ ferro cõfecerint, inde quasi Lunæ sacrũ factura ex eminentissima regiæ domus parte facibus accensis, confecti negocij signũ excõposito dat Minyis. Q. si vera sunt hæc q̃ de Medea a Diodoro traduntur, specularis significatio nõ est ad Sinonẽ, qui fuit vn⁹ ex Græcis, q̃ ad troiam militarunt referenda, vt plini⁹ credidit, sed ad Medeã quæ Troianum bellũ præcessit. Nec Iason & socij in tanta opportunitate cessarunt, sed ex improuiso in vrbe, & circa regiã conspecti, populum in subitũ metum & stuporẽ vertunt. Regis filiæ fletu pauoreq; occupatæ, & ob paternã cædẽ suis manibus patratã iã de morte sibi consciscẽda cogitãtes, ab Iasone benigne appellatæ, edoctæq; abesse inde culpã vn⁹ de voluntas ab fuisset, ægre impetratũ est vt viuerẽt. Satis superq; conuulsam dicere tot cladibus miserã domũ. Nihil esse cur a se vis vlla metui deberet, q̃n certo sciret nullã in se, aut suos ab ea ætate aut sexu iniuriã ꝑfectã. Peliã ab initio suæ vitæ insidiatũ dicere, Peliã sibi parẽtes & fratrẽ ademisse, Peliã fuisse se in ipso littore obtrũcatorũ, si temere appulisset. Satis igit visum vnius iustissimo exitio paternũ regnũ, q̃ multorũ cæde recuperare. Qd vero ad ipsas virgines attineret, adnisurũ se summa ope, vt patrueles sorores intelligant, sibi nõ minori curæ esse, ac patri fuissent, nec ciuiũ cuiq; suoꝝ cædẽ fraudi futurã, q̃n satis ploratũ haberet eã iniuriã Peliæ, nec alterius fuisse. Regia ciuibusq; ꝑ hæc confirmatis, haud multo post ad Isthmũ nauigauit. Vbi naui Neptũno cõsecrata, apud Creontẽ Corinthiorũ regẽ (Erat em Iasonis nomẽ tota Græcia ingens) hospitaliter in uitatus desedit, dãnata (credo) Iolchi regia, tot domesticis cladibus polluta. Inde fama est, qd Corinthij quoq; postea affirmare soliti sunt, eũ. X. annos cũ Medea vixisse, genuisseq; interim ex ea Thessalũ, Alcimenũ, & Thisandrũ, quo tẽpore Medea ob elegantẽ formã prudentiãq; singularẽ, in magno apud maritũ honore fuerit. Inde ætatis floreiã prope modũ exacto, Iason Glaucæ Creontis filiæ amore captus, virginẽ sibi in cõiugẽ a patre petijt. Nec Creon tanti viri affinitatẽ aspnatus est, quẽ ob cõciliatã virtutis famã, nõ tm hospitio, sed oĩ vinculo necessitudinis sibi iungere ab initio habuit. Tũ multa ille arte Medeã adortus, ad volũtariũ diuortiũ conat impellere, Creõtis affinitatẽ dictitãs, neq; nouæ iugis cupidiate, neq; ꝑsentis matrimonij tædio a se petitã, q̃n nulla vnq; pristinæ cõiugis se capere posset fatieras, cuivitã & oĩa deberet, sed vt liberos quos ex ea procreasset p speciẽ nouæ affinitatis in regis aulã educeret. His Medea nõ mõ nõ assensa est, sed sua in maritũ bñficia cõmemorãs, nũc ingratũ, nũc pfidũ appellare: Deos promissi cõnubij testes vltores inuocãs. Miscere deinceps ꝑcib⁹ lachrymas, idẽtidẽ rogitãs, ne se eo connubio priuaret, cui⁹ cã deos patrios, domesticũ larem, parẽtes, sororẽ, oĩa iura diuina & hũana ꝓdidisset: tot maria, tot ignotas gẽtes, tot pricula adire nõ dubitasset, ad qd ꝓmerẽdũ ne Absyrti q̃dẽ fratris cæde abstinuisset, Peliã sustulisset, cui pulchrã fœcũdãq; virilis stirpis sobolẽ enixa esset, inhumane eũ facturũ, si ꝑ tot meritis se iectã, inopẽ, & extorrẽ esse pateret. Mouebãt Iasonen nõ parũ mulieres lachrymæ. Mouebat & beneficiorũ memoria. Verum recens amor multo plus valuit, quã ius & æquitas, qui vbi semel animũ occupauit, quid rectũ, quid æquũ esset haud ꝑspicere sinebat. Regiã igitur affinitatẽ per hæc secut⁹, autor fuit vt Medeę exilium indiceretur. Celebrat interim infaustas nuptias, pristinæ cõiugis & natorũ quos ex ea tulerat oblitus. Multiplex hic fama oritur. Sunt qui eã die





Oeta interficitur.

Priami verba ad patrem.

Laomedontis cædes.

Iliũ capitur.

Minyarũ nauigatio.

Varia de reditu Minyarũ opinio.

Absyrti cædes.

Absyrtides insulæ

Medeæ hospitio excipit a Circe.

Medeæ facinus.

Argonautarũ discrimẽ

Pelias interficitur

Iasonis clemẽtia in Peliæ filias.

Iason Corinthum sedet.

Medeæ verba ad Iasonẽ.

vno à Creonte impetrato, dũ se ad profectionẽ expediret, noctu regiã domũ medicamentis quibusdã incendisse, Regẽq; ipsum cũ filia subito incẽdio cõsumptũ. Alij coronã Glaucæ dono missam affirmant q̃ Naphta fuerit delibuta, qui liquor flãmã vel ꝓcul visam ad se rapiat, puellãq; aris admotã, vt more sacrificaret, iprouiso igni deflagrasse. Alij muneribus quibusdam a Medeæ filijs regiæ illatis Creontẽ filiãq; periisse ꝓdiderũt. Sed quoquo mõ illa pellicem vlta est, vbi Iasonẽ præter opinionẽ seruatũ cognouit, cũ paucis occulta fuga Corintho excessit, Alcimeno & Thisandro prius obtrũcatis. Thessalus media fratrũ cæde dilapsus, ægre seruatus est. Ipsa cum Thebas venisset: Herculis fidem aduersus mariti ingratitudinẽ imploravit. Iason merito in eam calamitatem incidisse a Corinthijs iudicat? est, qui plus æquo dolori indulgens, haud multis interiectis diebus sibi mortem conscíuit. Thessalus per ætatẽ adultus in Iolcho regnauit, a quo Thessaliã noãtam autores quidã prodidere, etsi de nois rõne nõ vna(qd̃ supra est significatũ) fuit veterum scriptorum opinio. Medea haud multo post q̃ Thebas venit, Herculem ab insania curauit, fuisseq; eo merito apud Thebanos per Herculẽ satis tuta, nisi ille Euristhei imperio continuo in nouã expeditionẽ exire adactus esset, cuius ꝑsidio destituta Athenas se contulit. Hic ab Aegeo(vt q̃dam memorant) grauida facta Medum peperit. In de Theseo(de quo loco haud multũ hinc diuerso dicam) Athenas veniente, venefici (vt fertur) ab eo accusata, inde proficisci coacta est, Aegeicq; præsidio adiuta in Phœnicẽ primo nauigauit. Inde in superioris Syriæ oram ꝓfecta, regias iterũ nuptias sortita est, regis nomẽ nullũ(qd̃ sciã) ad posteros tradit. Ex nouo cõnubio Medũ enixa est, a quo sit postea Media nuncupata. Et hæc q̃ verissime potui de Minyarũ in Pontũ expeditiõe, & Iasonis exitu, qui memorabilis illius fuit nauigationis autor.

Nunc q̃ de Hercule adhuc restant, vt verius potero paucis explicabo, neq; em̃ noia quæq; sunt a me in illo cõsectãda, quũ ꝓterq; q̃ fabulosa pleraq; de eo ꝓdita sunt memoriæ, tot & tanta in hũc vnũ Herculẽ Græci scriptores cõgerũt, vt si singula dicẽda sint, serus nimis ad reliquas Rapsodiq; huius partes explicandas detur stilo reditus. Ponã igit & q̃ relatu digna videbunt, q̃q; aut vera erunt, aut vero lõge simillima. Diodor?, & q̃ gesta Herculis ordine digerunt, q̃ ille in Amazonas gessit, Ponticæ expeditioni subiũciunt. Rẽ longe quidẽ vetustã, & q̃ rei storiã ab historica fide multũ abhorrear. Etem fabula dister. hoc fabula ab historia distat, q̃ quę falsa sunt, quæ q̃ mẽdacio ꝓxima, ꝓ fabulosis vulgo repediant: historia siue vetus sit, siue recẽs, fidẽ sibi cõstare vult, cui duo illa(q̃ dixi) maxime repugnant. Etem quis fuit vnq̃ tam temerarij assensus, vt ciuitatẽ vllam fœminas dũtaxat habentẽ aut cõstituì potuisse credat, aut quoquomodo cõstitutã diutius cõsistere, quæ aliena inuaserit, ac bellãdo lõge lateq; sit multis gentib? dominata? Emuero perinde est id dicere, ac si quis credi velit fuisse olim mulieres viros, cõtra viros mulieres. Sed vetustatis cõsensus, multaq; & magna rei ipsius argumẽta faciunt, vt pro vero ponere nihil sim veritus. Cõstat itaq; gentem ipsam a Scythis oriundã. Per id em̃ tps(vt Trogus scribit) quo magna pars Asiæ Scythis tributũ pependit, cuius postea reddẽdi Ninus assyriorũ rex fi nẽ fecit, Plinos & Scolpythus regij iuuenes ꝓ opti mantiũ factiones domo pulsi, ad Thermodoonta fluuiũ in Cappadociæ ora, cũ ingenti popularium manu confedere. Hi deinceps rapto viuere assueti, post aliquot annos in finitimorũ insidias lapsi, cũ toto periere. Nec ea clades superstitũ mulierũ animos (q̃ vix gens alia tam constans fuisset) mœrore & luctu occupauit, sed recentẽ orbitatẽ exilio additã cernẽtes, ira accensę arma capiunt, secq; suos q̃ fines valide aduersus oẽm hostilẽ iniuriã tuentẽ, mox vltro bella inferendo, non solum sui contemptũ adimũt, sed metũ etiã & terrorẽ oẽm in ꝓpinquos accolas vertunt. Nec cõnubijs interim curavlla subibat, quin rẽ ipsam velut seruitiũ quoddã auersatæ, quicq; virorũ clades illa sibi reliquũ fecerat cõi consilio obtruncãr. Cuius nefariæ cædis argumentoꝫ Scythis æorpara, id est viricidę postea nominatæ sunt, nã æor illi virũ dicũt, pata obtrũcare. Suo igit ductu finitimos vltæ, pace parta, ne tota gens interiret (apparebat em̃ si ꝓcreare desijssent, haud vltra hois ætatẽ gen? ipm duraturũ) nouã ꝓpagandæ sobolis viã cõmentæ, lectissimos iuuenes ex finitimis gẽtib? accitos noctu loco ad id cõ stituto adibãt, cosq; sæpius repetitos ad cõgressum inuitabãt, quoad vterũ se ferre sensissent. Tũ viri lẽ stirpẽ, si qua orta esset, aut interficere, aut ꝓcul ab legare: Puellas ab ingressionẽ generis alere, eas ab ineũte ætate sagittis, cursu, equorũ agitatione exercere. Cæterũ quo arma cõmodius tractarẽt, dextrã sibi mammã inurere, vñ Græca voce nomẽ genti datũ videri põt. Incredibile q̃dẽ dictu, q̃ lõge lateq; illarũ sint fines postea ꝓpagati. Illustres Ioniæ vrbes Ephesus & Smyrna ab his cõditæ creduntur. Trogus autor est, magnã Europæ partẽ Amazoni cis armis domitã, ꝓterea & Asiæ nihilo minorẽ ꝓcupatam. Sed vulgatior fama est, quæ Amazonis cum regnũ Asiæ finibus circunscribit, idq; magna ex parte a Marthesia & Lampedone fororib?, q̃ in totã gentẽ imperium habuere, bello q̃sitũ. Marthesia subito barbarorũ incursu interfectã aiunt, quũ parte copiarũ Themiscyram cum sorore remissa, ipsa Asiæ oram ꝑsidio obtineret. Orithyia ex illa genita regno successit. Cui præter cæteras rei bellicæ virtutes, eximia seruatæ in omne ævum virginitatis admiratio fuit. Per hæc illa tantum fame sibi suisq; popularibus peperit, vt Herculi qui bis sena Euristheo debebat stipendia, pro magno sit negocio editũ, vt ad Orithyiã Amazonũ reginã armis spoliandã nauigaret. Is cum delecta Græciæ iuuentute, nouẽq; longis nauibus, per Hellespontum & Bosphorũ Thracium in pontũ egressus, ad Thermodoõtis ostiũ applicuit. Copijs ide ad Themiscyram Cappadociæ vrbem admotis (totius hæc gentis fuit caput) ex prouocatione Hercules (vt fertur) cum nobilissimis Amazonũ dimicauit, Aellaq;, Aesteria, Parthoe, Euribia, & illustres aliæ pleręq; ab eo singulari certamine superatę dicunt. Quarum quædam eodem, quo congressæ fuerant loco, mortem occubuerũt, aliæ sunt in captiuitatẽ abductæ. Menalippe cuius tum erat imperiũ, suam casu perculsa acie excessit. Reginæ fuga animaduersa Græci confestim cæteram multitudinẽ quæ in procinctu stabat clamore inuadunt, modicoq; labore disiectam, ferro conficiunt. Atq; in huuc maxime modum Herculis ductu Amazonũ gentem Diodorus delerã arbitrat. Nec multum hæc sunt diuersa ab ijs q̃ Trog? de ea expeditiõe tradidit, nisi ꝙ hic quatuor tum sorores fuisse ait, quarum duæ Orithyia & Antiopę regnum administrarent, atq; ita accidisse, vt Orithyia tum procul domo cum parte copiarum abesset, quum eo Hercules classe appulit. Antiopenq; cum tumultuaria manu illi occurrisse, ibiq; leui certamine Amazonib? victis, magnaq; cæde edita Menalippen & Hippolytem in fuga captas. Hippolytem a Theseo in Aticã abductam, ex qua Hippolytus est illi postea genitus. Menalipen Hercules Antiopæ sorori restituit, pro q̃ ea remissa reginæ arma præmiũ accepit. Herodotus autor est, plurimas Amaxonũ a Græcis abductas, quæ quum medio mari vehrentur atq; vna duntaxat naui, victoribus insidiatas incautos ad vnũ iugulasse, mox sine remigio & velificatione vlla, ad Meotidis prærupta delatas, equarũ armẽta remere pascẽtia diripuisse. Hisq; sedẽtes patrio more Scytharũ fines incursare ausas. Cum his ꝓximi Schytarũ accolæ ꝑlio cõgressi, postea q̃ ex earũ cadueribus mulieres nõ viros esse cognouere, dant adolescentib? negociũ, vt cũ ea gẽte bellũ gererẽt, hi vt iussi fuerant illarũ carpsit vestigia, arcẽtq; hostem a præda mox castra, castris cõferunt. Hic colloquio a paucis orto, haud multo post adolescẽtibus nubunt, accũ his traiecto Tanai triũ dierũ itinere a Meotide consederũt: atq; hi Sarmaticæ gentis autores crediti. Cæterũ Orithyia vbi de ijs q̃ domi acciderãt, certior facta est, frustra ingt Asiam & Põtũ armis vicimus, si vetus regia parũ nobis tuta est a Græcoꝝ latrocinio. Q̃m igit res domi plus nimio accisæ erant, ad Sigillũ Scytharũ regẽ mittit, q̃ ad illũ ita verba facerẽt. Vt Amazones dicerent q̃ Scythia oriundę essent, viris finitimarũ gentiũ iniuria cæsis, ꝓcul domo regionecq; multifariã infesta depꝛlensas, ꝓpria virtute, q̃a aliena spoliatæ essent, oẽm ꝓflati in se bellivim primo arcuisse. Inde quũ insperato rerũ successũ paulatim ad rẽ bellicã aios sustulissent, magis gẽtis eius, vñ ortæ essent, q̃ aut sui sexus, aut præsentis fortunæ memores, vltro finitimos inuadere cœpisse: forisq; bellando breui adeptas, vt nõ solũ propinquos locorũ accolas armis victos sibi parere coegissent, sed remotiores etiã populos vnũ post alij domitos, muliebri virtuti subegissent, eumq; successum feciisse, vt multis fuerit gentibus persuasum, Scythicas fœminas bellica virtute nihilo cæterarũ gentium viris esse inferiores. Postremo magna Asiæ parte domita quum in Pontũ arma promouissent, inopinato bello ingentem esse domi cladem acceptam, vbi quemadmodum sibi diceretur, multæ ex eius populis illustres fœminæ fuissent ab hostibus aut interfectæ aut in captiuitatẽ abductæ, redemptam q̃ propꝛijs armis ab Antiope Menalippen vnam ex ꝓrijs, Hippolytem in partẽ prædæ Theseo Atheniẽsiũ duci datã, in Atticã q̃ naui abductã. Esse itaq; sibi in aio tã insignẽ cõtumeliã vlcisci, inferreq; Athenienſibus bellũ. Orare proinde, quando res suæ domi multo graui? accisæ essent, q̃ vt ad spem vllam bellici conatus tam cito erigi possent, ne Amazonas coguatum genus pateretur prostratas & inultas iacere, sed auxiliaribus copijs suas opes iuuaret. Nam præterq; q̃ Scythico nomini ea nota inusta videri posset, atq; ob id maiori studio vindicanda, sperare se oino futurum, quãdo ignauissimũ sit genus hoim, & qui tantum latrocinari non bellare nouerint (sic & Colchorũ regiã ab illis nuper conuulsam) vtringens præda ex opulenta terra, nec ad id tẽpus bello tacta, quæreret: & qd̃ oim maxime optabile sit fieri vltionis prætextu, aditũ Scythicis ad Europã inuandendam, qua bellandi materia nulla aut pulchrior, aut vtilior offerri potuisset. Nec quæri oportere quatenus sit terra ipsa bello exagitanda, timidus & iners merito haberi possit, q̃ maiorẽ q̃ acceperit (adsit modo occasio) non hosti rependit iniuriam. Motus rex iusta Orithyiæ ira, sed magis adhuc domestica gloria, Peazagorã filiũ cum ingenti equitatu ad eam in Põtũ misit. Cæterũ vbi in Attica ventũ est (nã in re tam vetusta difficile est minima quæq; confectari) sedi tione (vt dicit) in castris orta, priusq; vlla cõmissa sit pugna, Scytharũ secessiõe destitutæ Amazones ꝑlio vincunt, victis aũt id modo fuit ꝑsidio, q̃ in Peazagoræ castra patuit effugium, atq; ita fine maiore vlla gestæ rei fama, sese in Pontũ receperunt. Orithyiæ Penthesilea successit, q̃ Iliacis postea rebus interfuit. Hercules Amazonibus victis in Hiberiã ad Chrysaorũ debellandũ profectus est, non mõstrosa hois (vt est in fabulis) forma motus, quę vtiq; nulla fuit: sed diuitiarũ fama regnicq; opulentia. Tres erãt illi filij viribus corporis animiq; feroci a pares, quorũ cuiq; suus erat exercit?. Vñ tricipi tis monstri fabula orta videri põt. Sunt qui Chrysaoro duos fuisse fratres memorãt, quibus cũ aiorũ cõcordia regnarit vt tres vno corpore aiæ habitare crederent, aut vna potius in tribus corporibus. Gerionẽ hunc poetæ cæteriq; scriptores vocãt In quẽ multiplici ꝑsidio septũ moturus Hercules, in Creta ĩsula habuit delectũ. Fuerũt Cretẽses omi ætate sagittandi peritissimi. Extabant ꝓterea in id genus hoim Herculis merita pleraq;. Fama tenet, purgatã ab eo insulã oibus noxijs feris, etsi grauissimos autores habeo, ipsius terræ naturã neq; vrsos, neq; lupos, neq; serpentẽ vllã alere. Constat ad hæc Cretenses ipsos Herculi præcipuos honores iã inde ab initio & priusq; Alcmenæ filius fuisset, reddere solitos, vt iure suspicet aliquis, ab Aegyptijs eos id nomẽ(qd̃ Herodot? existimat) accepisse. Ex Creta Hercules in Libyã traiecit. Sic em̃ Græci eã terrã dixere, que intra Athlãticũ mare, & Nili fluenta iacet, Libyco, Numidico Balearicoq; mari ad septentrionẽ obuersa, a meridie Aethiopiæ vastitatib? obsepta est. Romani scriptores nũc Aphricã, nũc Græcos secuti, Libyã vocãt. Ptolemæ? & q̃ eũ secuti sunt icognita Aethiopũ terra, ad Austrũ fi niuere. Sed oceano eã quoq; orã ambiri ĩdubitatis Plinius demõstrat argumẽtis, & iã nostra memoria quantacũq; illa est ignoti antea maris vastitas, quæ ab Athlantico & Idactico mari ad Barbaricũ sinuum, qui orientali præiacet Aethiopiæ, longe lateq; per Austrum discurrit, satis prospero successu magna est ex parte ab Hispanis enauigata. Manifesta demonstratione eorum quæ Plinus, C. Cæsare, Augusti filio res ĩ Arabia gerẽte, accidisse autor est, vt fragmẽta nauiũ, ex Hispanienſibus naufragijs in Erithræo fuerint pelago agnita. Nec pro vanis repudiãda, q̃ nepos Cornelius de eodẽ oceani tractu memoriæ ꝓdidit. Eudoxũ sua ætate quẽdã quũ Lathyrũ Aegypti regẽ fugeret, ex Arabico sinu Gadis vsq;, per exteriorem Aphricæ orã Oceano deuectum. Et Cœlius Antipater visum a se prodidit, qui ex Hispania in Aethiopiam commercij causa nauigasset. Hãno Carthaginensis punicis rebus florentibus ad extremam Libyæ oram explorandam publice missus, a Gadibus ad fines vsq; Arabiæ longissimã nauigationem literarũ monumentis prodidit. Q. si hæc vera sunt, quæ illi memoriæ prodiderunt, ab omni parte pterq; circa Arabicum dorsum Aphrica mari alluitur, nam nõ defuerunt, qui ad hæc vsq; loca eius terræ fines ꝓmouerint, Aegyptũ torã illi ascribentes. Ea Arabicæ telluris intercapedo, q̃ Arabicũ mare ab Aegyptiaco, quod internũ est, disterminat, tã angusta patet, vt Clopatra extremis suis rebus traducta per Isthmum classe ad remotiora Aethiopiæ fugam si bi expedire animo agitauerit. Scio ego fuisse qui Aegyptum Aphricæ adimerent Canobico Nili ostio excludentes, tanquã Aegyptus quarta q̃dam tio.

Medea incendit creontis regiam.

Medea fi lios obtruncat.

Hercules a Medea curatur.

Hercules

Quid hi storia ab fabula di

Amazonũ origo

Viricidę.

Quę pro creãdi rõ in Amazonibus

Sarmatarũ origo.

Postulata Amazonũ ad Sigillũ regem.

Herculis pugnã ĩ Amazones.

Amazones ĩ Attica vincuntur.

Cur Gerionestri ceps.

Chrysaoros Herbules in Creta de lectũ hãbet.

Libya.

Lybyes ambit?.

Aegypt? quarta terrę pos

Qui primi aphricā tenuerunt.

sit terrarū portio, sed cæterarū cōparatione minima. Aphrica sideris iniuria magna est ex parte iculta. Cæterū qua septētrionē versus, ad mare obuersa iacet frequētissima. Terrā ipsā Getuli & Libyes asperi incultiq; ab initio habuere. Sed Aetiopes ad hucvetustiores necnō & Aegyptij, si vera sūt, q̄ ipi de se prædicant Sed notiora hi loca, & ad occasum & boreā pertinentia tenuerunt, ferinæ carnes herbæq; veluti pecoribus vulgo cibus fuit, neq; moribus, neq; lege, neq; imperiovllo ab initiovsi, vagi temereq; palantes nullas certas sedes habuere, vbi nox oppresserat, ibi corpora quieti dabant. Postvero Herculis in ea loca accessum, plurimi ex eius comitatu loca mari ꝓxima tenuere: incertū, locorum opportunitate capti, an ab Hercule in eā terram velut vacuā cultorib⁹ inducti. Siquidē Græcorū pro priū & vetus fuit, Corinthiorūq; in primis quorū

Hercules vbi mortuus.

ciuis fuit Hercules, colonijs in plures terras mitten dis, suū genus ꝓpagare. Aphri Herculē in Hispania perisse prædicare soliti sunt, Mœdosq; Armenios & Persas, q̄ ex illius exercitu fuerunt (cōstitit em̄ multiplici hoim colluuione) nauib⁹ in Libyā transfretasse, Persas, ꝓpinquiores Oceano sedes sibi optasse, inuersisq; nauiū carinis ab initio pro tu gurijs vsos, quā postea figurā imitata sint Numidarum mapalia. Emuero sic accidit, vt sedibus sæpe mutatis, dū alia atq; alia ad vitæ vsum explorāt mutantq; loca, sese ab fortuita illa euagatione Nu

Vñ Numidæ.

midas dixerunt. Hæc Crispus in Iugurtha. Plinius Pharusios in ea terra, Persas Herculis comites fuisse interꝓtat: ꝓcedente deinde tpe Persę, q̄ se Numidas ab initio dixere, vicinitate locorū paulatim eū Getulis mixti, longo cōmercio in vnū pene coaluerūt. Sed cū eius gētis res breui i Aphrica creuissent, Numidæ ob multitudinem a parentibus digressi, Aphricæ orā haud procul inde, vbi postea Carthago fuit, q̄ Numidia ab ipsis dicta est, tenuerūt. Mœdi & Armenij ꝓtigua Libycis loca a principio sor

Vñ Mauri.

titi, ab ipsis locorū indigenis sunt Mauri ꝓ Mœdis corrupta voce noīati. Sed siue hæc vera sunt, q̄ illi memorāt, siue Cretenses tm̄ fuere, vt Diodorus credidit, q̄ Herculē in Hispaniā secuti sunt haud a vero abhorret, ex eius comitatu quosdā in Aphrica subsedisse. Secuti deinde Phœnices, q̄ exoneranda multitudinis gratia, vel ꝓpagandæ potius gentis cupiditate, alijs atq; alijs locis illustreis aliquor in Aphricæ ora cōdiderāt vrbes, Hipponē, Adrumetū, Leptim, & ipsam Romani imperij æmulā, Carthaginē. Mirū est, qd̄ & veterū scriptorū q̄dā memorant, circa Emporicū sinū trecētas olim Tyrio rum vrbes cultas, quas Nigrites & Pharusij euertissent. Nulla post Indiam terra (si vera sunt, que Plinius & Herodotus scribunt) tam monstrosas

Monstra Aphricæ Blemiæ. Aegipanes.

ferth hominum figuras q̄ Libya, gentesq; humani ritus expertes, & in his Blemias, quibus capita abesse traduntur, oculi pectoribus affixi. Sunt & Himātopodes, qui serpendo gressum moliuntur. Aegypanes & Satyri, quali vulgo fingunt̄ specie.

Satyri. Garamātes. Troglodytæ. Athlātes

Garamantes matrimoniorū exortes passim cū fœminis agunt. Gāphasantes nudi, p̄diorūq; oīno expertes, nullis externorū aggregant̄. Troglodytæ, qui specus (qd̄ ipsum testat nomē) in domicilliorū vsum sibi excauāt, serpentiū carnibus victitantes, stridor genti verius q̄ vox. Athlantes degeneres humani ritꝰ, vtpore q̄bus nulla sit inter se nomiū appellatio, occidente solē dira imp̄catione, vt ipsis agrisq; exitialē intuent̄. Sunt qui tradāt eū ma nevenerari, vt mitiorē habeāt: vesperi, q̄a id nō imperrauerint, execrari. Colitur terra Aphrica inequaliter, ad meridiē plurimū ob nimios æstus deserta,

cōtra, qua Europā spectat frequētior illi cultus. Eximia & propemodū portentosa agrorū feracitas, vtpote q̄ locis q̄busdā centesimo fœnore reddant

Aphricæ Maurita niæq; vberras.

cultorib⁹ messem. Mirū est qd̄ de Mauritaniæ quo q; vbertate apud quosdā reperio, excepta dūtaxat parte illa, q̄ desertis contigua est. Vites in ea, quas duorū cōplexus hoim capere nō possit, vuarū race mos cubitales, Staphylini, Hippomarathri, & Car duorū scapos duodenū cubitorū, enormi crassitudine. Calami indicis similes, quorū nodi octo capiāt modiolos. Asparagos adhæc videri haud minus notabili magnitudine. Hæc ab hesperijs Aethiopibus Bogū regē dono vxori mississe, Iphicrates ꝓdidit. Arbores circa Atlātē ꝓceritate insigni, enodi nitore, folio cupressi. Sed oīm nobilissima

Citrus.

Citrus Romanis delitijs inserta. Alit Aphrica elephantos, & Dracones, qui ipsis belluis infidiant̄, suoq; cōplexu enecāt, Leones, Bubalos, Pardales, Capreas, & Simias quibusdā locis supramodū frequētes. Possidonius ex Gadibus Italiā forte repetens, in orā Libyæ vi ventorū delatus est, hic densa sylua, q̄ ꝓxima fuit littori, incredibilē earū multitudinē vidisse se ait, quarū aliæ arboribus insidebant, q̄dā humi incubarent, catulos ptim cōplexu, parti ad vbera admotos lepide foueres, harū aliæ caluæ, aliæ hernioſæ, quo in sueto spectaculo velut ludibrio naturæ quodā sit ille cū ijs, q̄ forte aderāt mirifice oblectar⁹. Sūt & Camelopardales, Rhizes tauris similes. Herodot⁹ & cornutos asinos ibi nasci autor est, & dracones insup, Hienas, Histrices, agresteis Arietes, Thoas ex hiena & lupo genitas, Pātheras, Ciconias, Pigardos, Strutios, & ꝓter multa serpētiū gña Ceraſtas, & Aspidē, cui pesti Igneu monē minimū animal opposuit natura. Addidit idē autor & vrsos. Quo magis mirum sit Plinium negare id animal in ea terra gigni, quum Romano rū q̄dā, & in his illustres poetæ Herodoto haud dubiæ astipulent̄. Maiore quidē venia dignus Maro, fabulat̄ em̄ vt poeta. facit is Aeneā in Aphrica ceruos venantē, quū neq; ceruū terra ipsa, neq; lupū gignat, etsi de lupo quoq; indubitū autores trahūt. Plutarch⁹ autor est. C. Graccū ad ĩstaurādā Cartha

Cerui & Lupi. Anthei certamē.

ginem in Libyam missum, metasq; subito eius bellue incursu turbatas, & ob id omen ex ea re factū. Nunc ad Herculem redeo, qui siue Anthei famam, siue itinerum cōpendia secutus (neq; em̄ id tradit) in eam terram quod satis constat venit, in Mauri sisq; athletā oīm ea tēpestate fortissimū vlnarū cōplexu, vt dicitur, medio mortalium consessu moribūdum solo explicuit. Scio vulgo persuasum fabulosa esse, q̄ de Anthei magnitudine sunt memoriæ ꝓdita. Verū nisi Gabini⁹ & Plurarch⁹ Gabinium secutus oīno fabulati sunt, haud est fides poetis abrogāda. Hi virū portētosa magnitudine fuisse trādūt. Cuius ossa in Mauritania sunt refossa Sertorij iussu, ad vetustā opinionē eleuādā indigenarū vul

Vbi Antheus sistitur.

go predicatiū pregrādē molē, que circa Tingē oppidū visebatur. Anthei esse conditorū. Præterigitur Romani ducis opinionē & oīm qui spectaculo interfuere, immania ex ipso sunt loco ossa deprōpta, eodēq; imperāte sepulchrū heroi ĩstauratū. Pudet sane magnitudinē quā illi tradiderūt referre, nē fabulas cōsectari videamur. Vrbē cuius proxime mētionē feci, ab Antheo cōditā. Plutarchus Tingenam vocat. Apud Tingenitas vetus fuit fama, post Anthei interitū, Tingenā eius cōiugē ab Hercule cōpressam, atq; ex eo cōgressu Syphacē genitū qui ipsis deinceps locis late regnū adeptus, vrbem de matris nomine Tingenā cōdidit. Ex Syphace Diodorū procreatū, qui cū Oliuanis & Myceneis

Tigena. Syphax.

ab Hercule



ab Hercule relictis magnā Libiæ partē subegit. Lixum Plinius Anthei regiā fuisse credidit, ibiq; memoratissimū certamē illud heroicū fieri contigisse,

Hesperidū horti.

nec inde procul insulā monstrari, vbi Hesperidū hortos fuisse memorāt. Eam æstuario quodā flexuoso q; maris meatu ambiri, manifesto ficti inibi Drachonis aureū nem⁹ custodietis argumēto. Sed hic Herculis tantū arā extitisse aiunt, paucosq; olea stros, quo apparet nō poma (vt est i fabulis) ibi aurea fuisse, sed oues potius ptiosi velleris, q̄ eiusdem sint apud Graios vocis, cuius & mala, quæ falso in de ab Hercule sublata dicunt. Sed in re tā vetusta, poeticisq; fabulis iuolata, pro certo alterū ponere insanientis est potius q̄ scribētis. Diodorus autor est. Antheo athletico certamine supato, Herculem in Aegyptū transijsse, ibiq; Busiridē in hospites sę

Busiridis mors

uientē ab eo interfectū. Subit nūc animū reputatio ab ijs, quæ Diodorus scribit, omnino diuersa. Busiridē (modo veri sint autores quos sequimur) aliquot ætates Grāj Herculis gesta prēcessisse. Sed qa nōvnū in ea terra Busiridē regnasse, pditū est haud temere fidē Diodoro in hac parte abrogarim. Cæterū quoquomodo res gesta est multa & perspicua Graiæ huius expeditionis vestigia ad posteros in Libya extiterunt. Ipse vbi ad Oceanum venit, ab

Colūnæ Herculis

vtroq; ibi latere in extrema terrarū ora colūnas rerū a se gestarū metas statuisse fertur. Vetus fuit ac quodāmodo Heroicū colūnas & trophea, aut q̄d aliud, quod quæsite esset victoriæ monumētū, posteris spectanda relinquere. Fuerunt qui eas columnas vltra Gadis insulā fuisse arbitrati sint. Alij Gaditani freti angustias Herculeas esse metas autumant. Nonnulli, Calpen & Abylen, promontoria quorum Calpe Hispaniæ est, contra Abyle modico interluente freto ex Mauritania respondet. Id Atlantis partem esse scripsere quidam. Non defuerunt qui duas opinarentur esse insulas, ipsis promontorijs propinquas, earumq; alteram Iunonis dictam, seu (vt Artemidorus credidit) Iunonis tēplum. Alij errabūdos his locis scopulos Herculis columnas appellatos, Pindari fortasse testimonio adducti, qui eas Gaderitas portas nominauit, ad q̄ vsq; loca Hercules peruenerit. Dicearchus, Eratosthenes, & Polybi⁹ ad Euripi angustias metas statuere. Apollinis oraculum ad Herculis columnas Tyrijs respondit coloniam mittendam, quum Gadis insula demonstraretur. Fuerūt qui dicerent eas debere Herculis metas existimari quæ in Gaditani Herculis Phano fuisse dicuntur octonum cubitū altitudine, quibus magnificentissimi templi sumptus inscriptus esset. Nautæq; vota Herculi redde re, nouisq; se obligare consueruntur.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

## ENNEADIS PRIMAE LIBER VI.



IBYA In hūc modū peragrata, laborōrūq; suorū metis extremo terrarū orbe cōsti turis, victor Hercules in Hispaniā traiecit Chrysaurū oppugnatur⁹. Eum dixi ab alijs Gerionē appellari. Fuitq; expeditio illa mul to breuior, q̄ ab initio futura putabat̄. Emuero regijs ducib⁹ interfectis, qui ijdē fuerūt q̄ & filij quos singulari certamine vnū post aliū Hercules ꝓstrauit, haud difficilis secura est victoria. Scio ego fuisse q̄ traderent

Gerionis vincitur.

(qd̄ nō multū diuerso est a nobis loco dictū) duos Chrysauro fuisse fratres, q̄ pcordi animo cū illo regnū administrarint. Nec q̄ boues in primis ex ea victoria expetitas memorant, oīno ratione caret. Satis (vt video) inter oēs cōstat, eā esse Tartesiaci agri feracitatē, pabulisq; lætitiā, vt nisi abstinentia interpellata fuerit sagina, nimia pinguedine rumpant pecora. Verū siue aliud fuerit, siue hoc ipsum q̄ regis armēta tāti habitata sint, vt ancipiti bello ex ipso mūdi cōfinio experi debuissent, inter oēs cōuenit, Herculē prælio se grādē huiusmodi gñis prædā inde abegisse. Nā ꝓterq; q̄ in Hispania earū boū progeniē, quas Hercules regi, apud quē in hospitio fuit, dono dedisset, post multas ætates, ob insignē formā miraculo fuisse aiunt, raptę a Caco boues fidē rei faciunt. Fuit Romæ circa forū boarium ara, ad quā vnā ex receptis bobus immolasse dicit̄.

Boues Gerioni adempte

Ara.

Eius itineris vestigia, & in Pyreneis iugis, & in Narbonensi Gallia in multos annos durauere. Cę terū in Alpibus iuga quædā iā inde Graiorū nomē tenuere. Q̄q; parū alioqui inter autores consteret, qua parte ille in Italiā transcenderit. Miror Liuiū fabulosa existimare, q̄ de Alpibus ab Hercule superatis, ꝓdita ab alijs essent, quū ipse initio operis apud euandrū, q̄ circa Tyberim palatiū cū Arcadibus tenebat, Herculē in hospitio fuisse sit autor, nisi forte Gereonis boues cū ipso duce, & victore exercitu, nauibus in Italiā aduectas existimet. Qd̄ idcirco minus credibile est, qa in Pyreneo saltu, & in Alpibus nihil obscura, vt dixi, expeditionis illius manserint vestigia. Lepontij ad hæc & Euganei circa Alpes ex Herculis comitibus fuisse credunt̄. Verū q̄busdā ille itinerib⁹ in Latiū venit (nam eo venisse inter oēs vt video cōstat) Cacū circa Tybe

Hercularim in proximos accolas latrocinari solitū, qa parcas ex hiberico armēto boues abegisset, sub Aduētino interfecit. Sed veriora Dionysius secutus, præpotentē eū inter regionis accolas, ac velut latronū ducē fuisse existimat, q̄ munitioribus locis, quib⁹ se tenebat, frætus, finitimos accolas assidue infesta ret: ac tū quoq; Herculē propinquo loco castra habentē intuitus, armentaq; in pabulū missa, subito incursu p̄dā inde abegit, ob eāq; iniuriā ab Hercule munitiore arce, incluſum, vicq; expugnatū, perijsse. Capta deiceps castella & arces, q̄ sub illo fuerūt, Epiosq; & Pheneos, Arcades, alioq; pleroq; ex ipsius exercitu ad locorū p̄sidiū relictos. Fuit id Herculi peculiare, vt ex captis vrbibus detractos hoīes inautoraret, indeq; bi lōgiori militię assueti strenue stipendia fecissent, in q̄ sitas bello vrbes ac terras, velut in colonias ductos, alienis opibus emeritos donaret. Post Caci interitū victor Hercules in colloquiū cū Euādro venit. Cognitusq; q̄s esset, ab eo est in hospitiū adduct⁹. Tū Carmētæ matris fœminę fatidicæ recitato carmine, multo adhuc venerabiliorē illū apud suos reddidit, ipse ad arā q̄ postea maxima dicta est, opimā mactauit bouē, sacrosq; rōne duab⁹ graijs familijs tradita, Potitijs & Pinarijs, quorū noia ab ipso ministerio factavideri possūt. Diodor⁹ Pinariū & Potitiū viros inter eos q̄ sub Euādro erāt illustreis fuisse ait, a qb⁹ Hercules p̄cipuo fuerit honore affectus, atq; ob id vtrūq; sacris adhibitū. Scio fuisse ex vetustis rerū scriptorib⁹, q̄ ex Hercule & Lauinia Euandri filia crederēt Pallantem genitum. Ferunt & Latinū, q̄ Ab originibus imperauit, ortū ex eodē Hercule & Hyperboride puella: quam a patre, ob sidem acceptam intactā q̄ ad id tempus, quo in Italiam venit, seruatam, tum demū in Latio cōpressam, pregnantē reddidisset, & quum iam vterū ferre cœpisset, Fauno cui Latinus successit, matrimonio locarit. Per Latinū inde

Ara maxima. Potitij & Pinarij. Latinus & Pallas Herculis filij.

Hercules

Hercules secus orã inferi maris in Campaniã transijt. Nã in ea quoq; parte Italiæ expeditionis illius memorabilis vestigia q̃dã extiterũt. In Phlegræis campis qui intra Cumas iacent & Neapolim, genꝰ hoim ferox nactus. Hos vel quia proceriore essent statura q̃; cæteri mortales, maioreq; corporis mole (vt Timæus credidit) vel ob scelera & graues iniurias, quibus finitimos accolas premerẽt, gygantes vetustas appellauit. Hi quũ ad eius accessum, phibendũ prælio instructi occurrissent, vna pugna, cæterũ p difficili, ad vnũ, ppemodũ deleti sunt. A vetustissima Vesuij montis conflagratione, nec ab Aethnea multũ dissimili, cãpos quibus pugnatũ est, Phlegræos nõiatos autores sunt q̃dã. Extiterũt veteris incendij vestigia multa & indubitata, mõs inde est amœnissime cultus, pꝛeter cacumẽ, in quo sterilis erat planities, & cineres in pꝛospectu habẽs. Cauernosa interim antra saxisq; velut incẽdio exesis. Color ad id talis, vt haud dubie appareret vertice mõtis, vt Aethnã olim arsisse, mox deficiente materia restinctũ. Cæterũ Titi principatu (cuꝰ fuit is Vespasianus vt pater cognominatꝰ) subito incendio idem iugũ cũ tetra finitimorũ clade in ignem abijt. Sunt qui Neruæ principatu id accidisse memorent, & in his Cesariensis Eusebius. Post Phlegreã pugnã, Hercules inter Misenũ & Puteolos agerẽ mille passuum pelago oppositum, in Aduernũ restagnãti, qua Hibericas p se egit boues. Id opus Octauius Cæsar multas post etates fluctibus pene exesum instaurauit. XX. milibus seruorũ manumissis, remo destinatis, operi hiberno tpe admotis. Sunt qui Agrippæ eã instaurationẽ ascribãt. Obiectu molis tutius est iã inde, cõmodiusq; Lucrinꝰ enauigatus. Hunc Auerni stagnũ excipit modico ostio. Est id vndiq; arduo supercilio septũ quinq; stadiorũ ambitu. Huius aquã, etsi alioqui perspicuã, cæruleã tñ efficit vadi profunditas. Cõmodissimus sit portus, nisi Lucrinus qui ostio ptendit cõmodius id præstet. At hæc loca Vlyssem nauigasse plericq; existimant magicis sacris operaturũ, vbi defunctorũ vaticinia, inferosq; euocari solitos fama est, idq; eousq; vetustas credidit, vt ex pximo fõte, qui fluuialib⁹ scatens aquis in mare decurrit, tancq; stygia pœnalicq; vnda vulgo abstinerent. Crediti Cimmerij. sunt a quibusdã Cimmerij his locis subteraneos specus habitasse, cõmerciaq; inter eos profundissimis cauernis inter se perujs fuisse, aduenas oraculorũ causa eo appulsos loco abditissimo excipere solitos, victumq; genti ex metallorũ effossione, merce decq; diuinationũ quæsitũ. Propriũq; ad hęc ipsius gentis, occulta latrocinia exercere, neq; solẽ vnquã aspicere, noctu extra telluris hiatus egredi. Hęc Homerus & Ephorus vicino his loco natus prodidit, etsi scriptorũ admodũ pauci his assentiunt. Iam vero illud oino fabulosum, qd̃ in Regino agro Herculi Cãpania & Lucanis digresso accidisse memorant circa Alecẽ fluuiũ, q Reginũ a Locrensi agrũ disterminat. Ferunt illũ via fessum, ac somno dedi tũ, cicadis obstrepuisse quietẽ interpellãribus atq; ob id factũ vt iã inde toto tractu id insectũ volucre ppetuo obmutuerit. Sed locorũ situs in causa esse creditꝰ, q; altera parte fluminis q̃ ad Reginũ agrum attinet, mutæ sint cicadæ, aduersa, quæ Locrensiũ, canoræ, qm̃ latus hoc sit apricũ, illud vmbrosum & rosidũ, ob idq; madidis cicadarũ alijs, nulla earũ motu vox stridula sequatur. Ex extrema Italiæ ora Hercules in Siciliã transfretauit. Omnicq; ora a Peloro ad Erycen peragrata, a Veneris & Butæ filio, qui tum in his regnabat locis nomẽ monti inditũ autores sunt quidã. Ab hoc Eryce ad pugnã Hercules cõditione, puocatus, vt victus Hibericũ armẽtũ regi relinqueret, victor regno victi hospitis potiretur, cæstibus ferocẽ alioqui iuuenẽ, crudoq; certamini assuetũ prostrauit. Sunt qui palæstra eũ superatũ tradant. Hercules libera regione accolis cõcessa, ad Aethnã processit: hic quũ ea accepisset, quę de Proserpinæ raptu locorũ indigenæ prædicabãt, rem ibi diuinam fecisse traditur. Per mediterranea inde loca boues præ se agens Sicanos, qui hostiliter illi obuiã processere, eorũ ducibus cæsis fudit, fugauitq;. Fuerunt Sicani Hispanũ genus hoim, q quũ Latiũ tenerent, inde a Liguribus pulsi, in Siciliã trajecerũt, insulamq; humano cultui aptã sortiti Sicaniã a suo nõie dixerũt, quũ prius Trinacria, a triquetra figura, inde Trinacris dicta esset. Exit in fusla in tris velut angulos, sed promontoria verius dicuntur. Horũ vnũ, quod septẽtrionẽ spectat, Peloꝛũ vocant, Pachinũ alterũ ad brumalẽ ortũ obuersum, Tertiũ Lilybæũ austro obnoxiũ. Post Sicanos Siculi terrã tenuerunt, a q̃bus est Sicilia nũcupata. Fuerunt hi quoq; Italiæ incolæ (vt Dionysius existimat) qui quũ ab Oenotris primo, mox Aboriginibus & Pelasgis, ex Latio & ea Italiæ parte, quæ postea magna est Græcia dicta, pellerẽtur, cũ cõiugibus & liberis, ratibus ad tẽpus cõstructis in Siciliã transfretarũt. Nec me præterit fuisse qui Sicanos Siculi regis ductu ex Hispania, pfectos crediderint, atq; eo ducẽ (qd̃ & Maro significare videtur) in Latio consedisse, mox inde Oenotrorum & Aboriginũ iniuria pulsos, insulã de qua nũc habetur sermo, occupasse, eãq; a regis nõie Sycilia, a se vero Sicaniã nominasse. Fuit tũ insula magna ex parte inculta, quũ in eã Siculi venerunt. Ab his tota orta, quæ ad occidentẽ solẽ vergit frequentari primũ cœpta est. Ellanicus Lesbius bis classe ex Italia ĩ eã insulã migratũ tradidit, primo ab Elymis, qui ex Oenotrorũ gente fuerint profecti, mox ab Ausonibus lapides fugientib⁹, & a Siculo rege cuius ductu in insulã venerant, & ipsi, & terra quã tenuerunt, sint postea nomen adepti. Philistus octoginta annos ante Troianũ bellũ scripsit eo tranfretatũ, sed neq; a Siculis Ausonibus ue, aut Elymis, sed a Ligurũ gente, cuius dux Siculus fuerit, Itali filius, pulsosq; Ligures memorant patrio solo ab Vmbris, vel (vt Thucydides ait) ab Oscis. Idẽ autor est plurib⁹ annis id fieri cõtigisse post Troianũ bellũ. Ex qua scriptorũ variatione parũ liquet, vnde sit nomẽ insulæ datũ. Sed vt ea res in obscuro est, ita ex ijs q̃ illi scribũt, perspicue intelligi potest, Sicanos diuersam a Siculis gentẽ fuisse, vt Italiæ hi fuerint cultores, Hispaniæ illi. Excoluerũt inde insulam lingua, moribus, ædificijs Græci Dores, qui pcedente tpe eã magna ex parte tenuerũt. Phalaris Astipalensis primꝰ in Siculos tyrannidẽ exercuit. Secuti lõgo tpis interuallo duo Dionysij, & mox Pyrrhus rex. Q. cũ is breui tpe sit rerũ in ea insula potitꝰ, quã quũ relinqueret, aperte inter suos testatus dẽ, nõ ignorare se qualẽ Romanis & Carthaginiensibus relinqueret palæstram. Quod haud multo post tempore est exitu probatum, vt duo potentissimi populi plures annos de ipsius insulæ possessione, pene ad internicionem inter se certarint, multis interim cladibus citro, vltroq; illatis & acceptis, donec insula magna ex parte Romanis cesserit. Reliquum quod ad Syracusarum regnum attinebat, Hiero sub id tempus tenuit, homo populi Romani amicissimus. Nouissimus omnium Hieronymus, Hieronis nepos, Siracusano est regno potitus. Is in Leontinis paucorum coniuratione oppressus. Tota inde insula Syracusis captis

Phlegræi campi.

Vesuij incendiũ

Lucrinꝰ.

Auernus

Cimmerij.

Eryx ab Hercule superat.

Sicani ab Hercule vincuntur.

Siciliæ forma.

Varia de Sicanis & Siculis opinio.

Varij Siciliæ status.

medio



medio secundi belli punici ardore sub Romani imperij vmbra quieuit. Quanta vetus Syracusanorũ fuerit potentia, vel ex eo põt intelligi, cꝰ cum Carthaginensibus multa secunda prælia fecere, nonnunq; etiã de insulæ possessione vario inter vtrosq; sit euentu bellatũ. Immensus adhæc Atheniensium exercitus circa Syracusas deletus est. Vbertas insulæ nihilo Italica inferior frumento aũt, croco, & melle præstantior. Emuero populi Romani horreũ Sicilia est olim dicta. Pecora, pelles, lanæ, aliæq; diuitiæ affatim, vt Italiæ, cui agnata fuit olim, cæterum terræmotu auulsa (vt vetus est opinio) Tyrrheno hinc pelago, inde Ionio admissis, insula facta est. Ad ortum Ionio siculoq; alluitur pelago. Ab Austro & Hiberno occasu Libyco. Reliqua sui parte Tyrrheno. Circuitũ Possidonius quatuor miliũ stadiorũ, & quadrigenũ, pdidit. Ex Romanis scriptoribus Agrippa aliquãto minore ambitu opinatus est. Montiũ in ea eminentissimꝰ (vt Polybius scribit) Aethna, de cuius ignifera natura vulgo nota sunt, q̃ a veteribꝰ sunt memoriæ pdita, euomere illius vertice flammarũ globos, & quod oĩm maxime mirũ sit materia indeficiente, q̃ tot sæculis parincẽdio fuerit. Niualis alioqui cæteris ora hibernis mensibus, egestusque niuibus & pruinis obtegitur cinis. Variat loci facies, nunc in imum igni collabente, nunc fissa emicante flãma. Igniti interdũ fluunt riui nunc flammæ fumo & caligine obductæ, nonnunq; ardentis eructat lapides. Reperti sunt qui explorandæ rei causa summũ iugũ conscendere sint ausi, hiq; velut parentẽ inibi aream stadiorũ circiter XX. ambitu se vidisse testati sunt, cineroso quodã in muri speciẽ super cilio inclusam, media planitie nebulosum videri tumultũ. Nec defuerunt, qui crateris labrũ transgressi, per ipsam aream paululũ processerint, cæterũ altioris cineris feruore trepide retro flexerint ve stigia. Scio famã tenuisse Agrigentinũ Empedoclẽ miraculi causam exploraturũ his locis perijsse, altero ex ferreis calceis, quos in monumentum sibi induxerat, haud longius a crateris supercilio reperto. Nec minora ipsius insulæ aquarũ cũ igniũ miracula, qualia circa Pelorũ visuntur, nunc in abruptũ barathrũ abeunte freto, nunc cum impetu & collisorum fructuũ fragore supina facie resiliente mari, quæ violenta alternatio materiã præbuit veteribꝰ poetis, ea quæ de Scylla & Charybdi sunt in fabulis tradita, ementiendi. Ex his terris, percq; has maris angustias Hercules in Italiam reuersus, Laciniũ a quo postea promõtorio Crotoni propinquo inditũ est nomẽ, interfecit, causa cædis inde orta est, q̃ ille ex hibericis bobus aliquot furto abegisset. Nec ita multo post Hercules in Græciã abijt. Subijciunt his, qui res ab eo gestas scripsere. Cerberum ex inferis abductũ, Theseũq; reuocatũ ad superos. Postremo hesperidum poma ad Euristheum delata, quorũ vt verius potuit in rebus Libycis mentio facta est. Vnum qd̃ ad eam attinet expeditionẽ hoc demũ loco retulisse, nihil est ab historia alienũ. Herculem ob filias Athlanti restitutas, astrorũ scientiã ab eo premiũ tulisse, cui rei quoniã intentius deinceps operam dedisset, Cœlum humeris sustinuisse a poetis tradit. Nunc quando ita cõtigit, vt nuper de Theseo mentionẽ fecerimus, ne multũ præpostere, quæ de eo sunt memoriæ pdita, dicãt. Herculis operibus, quorũ fuit ille æmulus eo pene ordine, quo facta videri possunt, ipsius gesta interijciam. Fuerunt hi inter se pene æquales, vt ex duabus patruelibus nati. Mater Herculis Alcmena ex Lysicide orta est, Ethra ex Pitheo, q̃ Theseum peperit. Pitheũ, & Lysicidẽ Pelops & Hippodamia genuere. Fama est Aegeũ qui ab Erictheo adoptatus Athenien siũ princeps fuit, quũ forte Delphis ab oraculo reuertereꝰ, apud Pitheum, qui magnã Trœzeniorum vrbẽ incolebat, in hospitio fuisse, ab eoq; impulsum, vt cũ Ethra filia coiret, quo cõfilio incertũ. Satis constat contra oraculi iussa Aegeum cũ Ethra coiuisse, quo monitꝰ fuerat, ne priꝰ cũ aliqua cõgrederetur, q̃ Athenas venisset. Cæterũ Ethra grauida ex eo facta, profecturꝰ inde Aegeus ensem & Calceos sub cauo lapide reliquit, puellæ q; mandasse fertur, vt si virilis stirpis infans nascerꝰ, vbi per ætatẽ adoleuisset, Athenas ad se cum paternis exuuijs mitteret, atq; ita factũ, vt puer ex ea natus, ob eiusmodi depositionẽ Theseus sit nomen sortitus. Is iam ætate adultus gestorũ Herculis fama accensus, quia per id tẽpus, quo ille apud Omphalen in Syria fuit, multa velut monstra hominũ in terra Græcia inualuerant, etsi viridi adhuc ætate, eã tamẽ mortaliũ iniuriã vindicare est adortus. Corynetã itaq; hoiem ferũ latrocinioq; in obuios grassantẽ, cui ab vsu clauæ fuerat nomẽ indi tum, circa Epidaurũ sibi obuiũ primo congressu Theseus obtruncat. Huius inde exuuijs instructus Sinidẽ (fuerat is quoq; multis pnicios us) ad Isthmum peremit: ex cuius filia postmodũ compressa Menalippũ tulit. Plutarchus autor est: Crõmioniã suem Phæa nomine monstrũ haud contẽptibile, ab eo occisam de qua sit integrum cuiq; credere vt volet. Ego ijs libentius accedo, qui Phæam capita lem fuisse fœminã, interpretat longeq; intẽperatẽ, q̃ circa Crõmionẽ habitauerit: sitq; a vita & moribus Scrofæ cognomẽ adepta. Hoc quoq; hois mõstro peropportune sublato Scyronẽ in Megarensi agro ex eminẽti petra precipitẽ dedit: a cuius casu Scyroniã sunt deinceps saxa nũcupata. Propꝰ est hoc vero: cũ, quod aiũt, ví mortales coactos sibi pedes abluere inopinato calcis ictu in subiectũ mare deturbare solitũ. Megarenses multũ diuq; huic fame obstitisse dicunt, Scyronem neq; latronẽ fuisse memorãtes: neq; cuiq; iniuriũ, sed iustitiæ & æquitatis amantissimũ: cuius filia Endeis Aeaco nupserit: ex qua Thelamon & Peleus sint postea geniti. Negabant præterea hunc ipsum a Theseo, quũ primũ Athenas profectus est, peremptũ: sed quũ ille Eleusim a Megarensibus recepit: quibus locis Cercyonẽ Arcadem palæstra superauerit: ac superatũ extinxerit. Mox in Hermiona vltra Eleusinẽ Procustẽ eodẽ genere mortis iustulit: quo ipse plurimos affecerat. Sed m hæc q̃ diximꝰ: ad Cæphisum amnẽ, pgressus, a Pyralidarũ gente expiatus, Athenas est ingressꝰ, vbi quũ publica oĩa & priuata gratuiter turbata offendisset, Medeã sub primũ accessũ domo atq; vrbe expulit: cuiꝰ fraude nõdũ agnitꝰ pene perijt. Persuaserat illa Aegeo, quẽ mulieribꝰ illecebris totũ sibi deuinxerat: vt nouũ hospitẽ, tanquã ab eo capitales insidiæ imminerent, veneno tolleret. Eratq; iam exitiali mensæ admotus Theseus: quũ paterno cultro per speciẽ ministerij exerto Aegeꝰ iã grãdis natu sensit filiũ adesse: quo agnito confestim Aegei iussu venenũ est e mensa sublatum: filiũq; senex cõplexus cõcione aduocata eũ in ciuiũ conspectũ dedit. Medea Theseũ pertimescẽs Aegei opera & auxilio in Syriam nauigauit. Id simillius vero est, cũ quod alio loco diximus: ante Thesei aduentum eam Athenis excessisse: pertimuisse quum ad id tempus nihil tale de eo merita esset: cur illius accessum plus æquo formidare debuisset. Theseus patri successor constitutus, inuitus in ciuilem discordiam incidit. Erat tum Athenis Pallantidarum

Phlegræi campi.

Vesuij incendiũ

Aethnæ natura.

Empedoclis fatũ.

Scylla & Charybdis, Laciniꝰ lapis.

Vnde Astrologiam sit Hercules adeptus.

Aegeꝰ cũ Ethra coit.

Theseus vñ Prima Theseigesta.

Corynetes.

Sinis.

Phæa.

Scyron. Scyronia saxa.

Pelei mater.

Procustes.

Theseus Athenas venit.

tidarũ familia illustris, quæ ab initio ægre tulerat ad Aegeũ, quẽ Erictheus sibi adoptauerat: rei Atticæ summã deuolutã. Cæterũ fururm rati: vt post illius obitum: quoniam sine liberis esset (nulla em̃ ad id tẽpus de Theseo fama erat) ciuium principatus ad se spõte deuolueret: sine aliquo maiore metu eũ passi fuerãt ad id temp⁹ regnare. Verũ vbi spe successionis, quandiu aluerant, sensere se priuatum iri, ad res nouas consurgunt, Theseoq; vnde maior metus imminebat, capitales instruunt insidias. Tum vero eorũ q̃ parabant indicio ad Theseum delato, subito concursu hostium consilia dissiuit, fractisq; Pallantidarũ opibus, materiã nact⁹ populo gratificandi ad Marathoniũ Taurũ opprimendũ, q̃ Tetrapolitanis magna ĩtulerat detrimẽta, est profectus. Eum captũ perq; medias Athenas ante oculos ciuiũ traductũ, Delphico Apollini immolauit. Vix ego ausus essem hæc, q̃ de Tauro traduntur pro veris referre, nisi Plutarchus scriptor alioqui grauissimus expeditionis huius eẽt autor. Nec enim apparet q̃ tanta in Taurũ feritas cadere potuerit, vt finitimis esset populis plus æquo formidabilis, adeo vt propius sit vero credere, virum aliquem eo fuisse nomine, q̃ circa Marathonẽ vicinos accolas infestaret. Sed hæc lectorib⁹ ex suo cuiq; ingenio relinquo æstimãda. Certior fama est a multo vero propior, sub id tẽpus, quo hæc sunt ad Marathonẽ gesta, legatos ex Creta insula a Minoe venisse ad tributum ab Athenien sibus exigendũ. fuit Minos (vt Diodorus scribit) Iouis nepos, primi Minoi filius, qui ex Europa & Ioue vt Rhadamanthus & Sarpedon procreatus est, atq; ab Asterio Cretensium rege, cui Europa postea matrimonio cessit, cũ fratribus adoptatus, in regnũ successionem ascitus. Is rerum deinceps potitus, Itonem Lictij filiam vxorem duxit: ex qua mox Licastus est illi ortus. Inde Corybanti filia Ida nomine in conjugem ducta, secundũ Minoem procreauit, q̃ Græcorũ primus, structa classe, maris est imperio potitus. Is Pasiphaen vxorẽ habuit: ex quo Deucalionẽ, Crateũ, Androgeũ, & Ariadnen tulit. Nec mihi excidit, quid de Europa alij scripserint: & in his Herodotus, cuius est opinio alio a nobis loco relata. Sed quibuscunq; primus ille Minos est parentib⁹ natus, inualuit opinio Androgeũ eius nepotẽ dolo in Attica extinctũ: quapropter Minos iunior q̃ Androgeũ genuit, Athenienses graui bello petierit. Hi magnas primo clades experti, quales scilicet res bellicæ ijs afferre solent, qui ostium sunt iniuriæ obnoxij: sed multo adhuc maiores ira numinis perpessi. Iam em̃ agrorũ sterilitas & grauis pestilentia Atticã terrã vastauerat. Oraculo moniti Athenienses placandũ Minoem esse, caduceatoribus in Cretam missis, ab eo pacẽ his cõditionibus impetrarunt: vt nono quoq; anno tributi noĩe septem pueros indigenas, totidemq; virgines in Cretam mitterent. Euripides & cæteri poetæ pueros in insulam delatos a Minotauro laniari solitos scribunt. Plutarchus id a Cretensibus negari prodidit, fuisse affirmãtib⁹ Labyrinthũ carere, qui nihil aliud habuerit incommodi, quã q; in eo inclusi, ob multas loci ambages effugere non possent. Nec Creta solũ id ædificij habuit (vt Herodotus, & apud nos Plinius scribunt) sed & in Aegypto tale fuit opus apud Heracleopolim, quod olim vetustissimũ diceretur, quibusdam opus ipsum ad Petesucum regem siue Tithoem referentib⁹: alijs in quibus est Herodotus pluriũ regum nõ vnius id opus esse arbitrãtibus: quorũ nouissimus Psamnieticus aliqd sit circa illud operatus. Demoteles regiam Mothe rudis fuisse tradidit, Lycias Meridis sepulchrum, plures id in honorẽ Solis extructum credidere. Ex Aegyptiaco illo Dædalus exemplar sumpsisse videri potest, qui Labyrinthum hunc, de quo loquimur, in Creta fabricat⁹ est: sed (vt Plini⁹ tradidit) centesimam duntaxat illius partem imitat⁹. Tota fere loci ratio itinerũ ambages occursusq; ac recursus habuit, nõ vt in pauimẽtis, puerorũ ve ludicris campestribus videm⁹, breuiq; lacinia milia aliquot passuum interdum habente ob multiplices recursus: sed crebris foribus inditis ad fallendos occursus, redeũdũq; in errores eosdẽ. Fuit & in Lẽno insula tertius Labyrinthus. Olim tamen, recentissim⁹ fuit in Italia a Porsena rege Ethruriæ iuxta Clusiũ Constructus: in cuius apparatu explicando Plini⁹ Varronẽ secut⁹, longius immoratur. Ex illorũ verbis satis intelligi potest, fuisse id opus ex quadrato lapide, singula latera pedũ lata tricenũ, alta quinquagenũ: inq; basi quadrata intus Labyrinthum inextricabilẽ, quo si quis sine lini glomere adiret, exitũ inuenire nõ posset. Supra pyramides quinq;, in singulis angulis singulas, atq; in medio vnam centenum pedum ac quinquagenũ, ita fastigiatas, vt in summo orbis æneus esset, & pegasus vnus impositus: ex quibus catenis excepta pendẽrẽt tinnabula, q̃ vento agitata peracutos sonitus cierẽt. Super ipsum orbem quatuor alias pyramides fuisse impositas, centenum pedum singulas, & in his pyramidẽ adhuc aliã, cuius celsitudinẽ, vt rem parum credibilẽ, Marcus Varro referre non sit ausus. Et huiusmodi in fanæ operum structuræ regũ fuere: quorum vita in ostentatione sita est. Cæterum aliorum alia, Cretense autem illud eius ne Minois fuerit, qui Iouis fuit filius, an alteri⁹ ex quo Androgeus est natus, haud pro certo posuerim. Inclinat tñ animus, vt iunioris fuisse credam, quo tpe Dædalus multa celebritate claruit. Is igitur in Androgei filij memoriã Gymnicũ instituit certamẽ, puerosq; ab Athenien sibus acceptos præmia victoribus proposuit, qui tantisper dum ludi spectarent, in Labyrintho asseruari cõsueuerũt. Vicerat priore Agone vir impiger quidam (Tauro illi nomẽ fuisse ajunt) qui ob militaria decora, multa apud Minoem gratia polleret. Rumor erat ob formę præstantiam Pasiphaen illius consuetudine teneri. Multa in Atticos pueros, quos primo agone præmij loco fuerat adeptus, per dedecus & contumeliam, perpetrasse dicitur. Aristoteles in Bottiæis rebus explicãdis autor est, pueros ex Attica in Cretã missos, qa inter seruitia haberent: factũ esse, vt quum Cretenses vetustioris voti damnati hominum primitias Delphos mitterent, Athenienses Cretensium filijs per mixtos vna inde emigrasse, primoq; Iapigiam in Italia renuisse: mox hinc profectos in Thraciã consedisse: Bottiæosq; nuncupatos, argumentoq; rei ita gestæ fuisse, q̃ virgines Atticæ sacro quodã ppetrato canere solitæ essent, eamus Athenas. Nec Hesiodus Minoem, si tam sæuus extitisset, regno dignissimum iudicasset: nec Homerus Iouis discipulum fecisset, necq; necessarium. Quibus testimonijs apparet, fabulosa esse quæ de puerorum lania tu cæteri poetæ prodiderunt. Quum igit tertij tributi instaret tempus, venissentq; (vt diximus) ad hoc ipsum legati Athenas: tum aliquãto maior in Aegæum inuidia a ciuib⁹ orta est. Exaudiri voces querentiũ indignantiũq; nefariũ videri Aegeum, qui malor̃ olim origo fuisset, Athenis regnare: nec ipsum solũ, sed & peregrinũ hoĩem in successionẽ regni inductũ, se vero liberis, quibus nihil soleat esse mortalibus charius, per cõtẽptũ & ignominiã priuari, q̃ dictu infanda Athenienses minime fuissent laturi, si suæ originis, si Cecropis, si aliorum fortissimorum regum, qui in ea vrbe ante illũ regnassent, memores aliquo modo essent. Huiusmodi querelę ad Aegeum delatę Theseũ perpulerunt, vt extra sortẽ se Minoi dãdũ obtulerit. Fuit ea animi elatio cæteris admirationi, extollereq; vno ore oẽs illi⁹ fortitudinẽ, popularęq; ingeniũ. Contra Aegeus orare filiũ, obtestariq; ne vltro se periculo offerret, satis habituros ciues, si ei⁹ nomẽi sortẽ dejectũ viderit: filiũq; Aegæi, q̃ ciuitatis sit princeps ĩ ordinẽ redactũ. Pateret suũ nomẽi sortẽ venire, vt si pereũdũ fuerit, oẽm orbitatis suę inuidiã in fortunã reijceret. Neq; patria maiestas neq; pces, lachrymę ve vllę iuuenẽ flectere potuerũt, quin publicæ charitati, potius q̃ priuate satisfactũ vellet. Alij ita q̃ cũ eo sorte dati sunt. Hellanicus Minoẽ solitum scripsit p se quos vellet diligere. Theseũq; nomina tim sibi dari postulasse. Tũ Theseus priusq; nauim conscenderet, patrẽ hortatus dicit, ne vitã & salutẽ suã pro deplorata habere, quin certã spem aleret, futurũ: vt aut ingenio, aut vi corporis oẽm periculi magnitudinẽ exuperaret, demeretq; eã sibi suisq; ciuibus insignẽ cõtumeliã. His ille cõfirmat⁹, & in spem aliquam futuri successus erectus quũ in luct⁹ & mœroris argumẽtũ nigra vela nautis ab initio dedisset, quib⁹ in Cretã cũ filio nauigarẽt, subiecit & album, quo si fortuna aliqua meliore vsus esset Theseus, in Atticam renauigarẽt. Simonides poeta id puniceũ fuisse tradidit. Theseus, & ij qui cum eo sorte dati sunt, tacita quadã ciuitatis spe fore vt vnius virtute nõ solũ qui cũ eo irẽt, sed qui insulã iam antea missi fuerãt, parẽtibus incolumes restituerentur, nauim conscendunt. Armasyadas Phereclus fuit eius nauis rector (vt Simonides memorię prodidit) Athenien sibus nondũ mare tractantibus. Philochorus Nausitheũ quendã Salaminiũ dixit. Fama est Theseum Delphis prius sacrificasse, ibiq; oraculo edoctũ Veneris auxilio oia, pspere euẽturа, ea circa littus ppitiata in altum abijt. Hic satis vulgata sunt, quę de Labyrintho & Minotauri cæde veteres poetę fabulant. Philochorus multo veriora secut⁹ Taurũ, pdidit virũ fuisse valido corpore, mul taq; ferocia, & in certaminib⁹ vincere assuetũ, qui quũ morũ insolẽtia, tũ credito cũ, Pasiphae adulterio, multa apud regẽ insulanos q̃ flagrabat inuidia. Neq; in eo q̃ instabat, Agone erat qui cum Tauro cõgredi auderet: desiderabatur idcirco aliqs qui hoĩem in medio stantẽ, insolenterq; nimis parẽ sibi dari querẽtem ex victoriæ possessione deturbaret. Petenti itaq; Theseo id certamen, facile est cõcessum, vt in stadiũ descenderet. Ad nouũ hũc peregrini hoĩs congressum magnus animorum motus est secutus. Fauere plurimi huic, quę nuper oderãt, & quę pręmiũ certaminis propositũ viderant eundẽ hunc ex inuidioso homine pręmiũ ferre maluissent. Atq; ita sane accidit, vt Tauro certamine superato, facile sit ex alijs victoria secuta. Hic Ariadna, quæ patrio more intererat spectaculo, Theseũ stanti cõspicata, virtute simul, formaq; corpis capta, rõ tũ hoĩem tacitis plustrat oculis, optatq; vni nubere. Et iam tota in vnũ versa erat regia puella, quũ Minos tali victoria gauisus, vt maiore adhuc ignominia Taurũ notaret, vltro obsides Theseo restituit, tributumq; Athenien sibus in perpetuũ remisit. Clidemus Dædali ex Creta effugiũ nauigationis causam Theseo in insulã prębuisse scripsit: quę Minos secutus quũ in Sicilia diuertisset, ibi sit morbo cõsumptus. Quidã Dedalũ nõ Athenas, sed in Siciliã naui delatum prodiderunt. Alij in Italiam, atq; in



Phlegræis campis circa Cumas cõsedisse. Sed qui Athenas veniss̃e aiunt, ita rem digerunt, vt dicant a Deucalione Minois filio Dædelũ ad supplicium minaci denunciatione requisitum, qui si non dederetur fore vt pueros qui in Creta essent, pater interficeret, ac tum Theseũ ab Athenien sibus impetrasse, vt classe cũ occultissime instructa liceret sibi, Dędali dedendi prętextu, in Cretã nauigare, atq; vbi eo ventum sit, Theseum Gnosum repente adortũ tumultuario prelio ante Labyrinthi fores cõtracto Deucalionẽ interfecisse, Ariadnãq; domestica clade cõsternatam, fœdere cum Theseo inito, pueros vltro restituisse, remissoq; in perpetuũ tributo, cũ Athenien sibus amicitiã & fœdus iunxisse. Nec de ipsius postea casu certa aliqua memoriæ prodita crediderunt. Ego haud grauate illorũ opinioni accedo, qui Ariadnã Thesei amore captam, ex insula cum eo nauigasse affirmant: nec Dędalum eius cõsilij fuisse expertem, quẽ q̃m Athenien sis esset, suorũ populariũ rebus innixius fauisse credere par est nec pter hanc vnã vlla maior alia proditur causa, ab his quos sequor: cur Minos cui ille fuerat gratissimus, ad supplicium hoĩem p tã longa maria requisierit. Sunt tũ qui ob adulteriũ Pasiphae cõciliatũ regi inuisum fuisse autumẽt: sed siue hæc siue illa (quod magis credo) causa fuit cõstans fama est Dædalũ primo in Sicilia nauigasse, nauigio furtim illi a regina dato, actum Minoẽ eũ persecutũ adj Corcalum regẽ delatũ, a quo hospitaliter acceptus, in Dædali gratiã, qui ob excellẽs ingeniũ in magna apud regẽ & Siculos erat admiratione, thermarum sit vapore necatus. Corpus inde Cretensibus reddi tum subitę mortis prętextus fuit, q̃ dũ forte lauare tur, impudenter in feruidã aquã lapsus, reperire exanimatus esset. Multa Dędali monumẽta circa Corcali regnũ & reliquam Siciliam ad posteros mãsere: quib⁹ haud dubium faciunt, nihil fabulosum esse, quod de illius in eã insulam accessu quidã tradidere. Sed vt cũq; hæc se habent, Ariadna Theseũ secura ab eo (vt plures tradant) in Naxo insula relicta est, quũ Aeglẽ quãdã amare cœpisset, vt Hesiodi carmen demonstrat. Hunc (ait ille) insan⁹ amor domuit Panopheidos Aeglę. Ex eius enim poesi id carmen Pisistratum sumpsisse credidit Megarensis Nereus. Qui eam in Naxo relictã scribũt, nupsisse aiunt Ariadnam Onaro qui sacerdos fuit Bacchi: vnde videri possunt poetæ fabulandi materiam sumpsisse, q̃ eam a Baccho raptã cœloq; illatã prodidere. Naxi scriptores duas fuisse Ariadnas tradidisse dicũtur: quarum hęc Baccho Naxio nupserit, vñ Staphylus sit ortus. Theseo altera iunior, cuius sepulchrũ in eadẽ insula viseret, vbi a Theseo relicta esset, cui honores annui redderent, luctu & mœrore pleni: contra maiori illi q̃ Baccho iuncta est, sacra per luxũ & lętitiã fierẽt, manifesto argumẽto eorũ, q̃ de duab⁹ Ariadnis Naxi, p suasum habuissent. Ion Chius ex Ariadna & Theseo Oenopionẽ & Staphilũ genitos opinatus est: quo apparet, Ariadnam Thesei cõnubio non temere excessisse. Peon Amathusius & ipse, ppria quędã & omnino ab alijs diuersã de Ariadnes exitu lrarũ monumentis tradidit, Theseũ vi tẽpestatis ĩ Cyprũ insulã delatũ, ibiq; Ariadnã grauidã, & aduersa valitudine & maritima iactatiõe affectã, ab eo relictã: q̃ haud multo post Thesei digressum, soluta partu vita decesserit. Fuisse apud Amathusios locũ in q̃ Ariadnes sepulchrũ mõstraret. Sed quoq; mõ illa perijt, si q̃dẽ tãta scriptorũ varietate nihil temere ausim p certo ponere: inter plures tñ (vt video) cõstat: Theseũ & q̃ cũ eo Cretã, pfecti sunt, incolumeis Athe



Pallanti dæ Athenis ejciũ tur.

Taurus, Marathonius.

Duo Minoes.

Minos Atticam bello petit.

Quid Labyrinth⁹ in Creta.

Quot Labyrinthi & vbi.

Cluſini Labyrinthi deſcriptio.

Minois ſecundi geſtum.

Taurus.

Taurus Cretẽſis.

Taurus a Theſeo pſternit.

Dædali fuga.

Bottiæi.

Dædali Siciliã ac ceſſus.

Oenopio, & Staphylus.

Ariadne mors.

nas venisse: sed nimia (vt fit lætitia occupatos Aegei mādata nō obiuisse, qcū ex alto eisdē velis qb⁹ inde soluerant terrā cursum tenuissent, amissi ducis speciē pbuere, atq; ira accidisse, vt senex de filij salute solicitus, pcul nigra conspicatus vela, actū de eius vita arbitrar⁹, ex eminēti specula, in subiectos pelagi fluctus sese precipitē dederit. Sūq; nomē ab eiusmodi casu mari deinceps datū existiment. Sed veriora mihi tradere videnť, q scopulū esse aiūt circa Tenū & Chium, cuius forma procul nauigātib⁹ caprinā præ se ferat speciē: vñ circūiecto sit pelago nomē datū. Domesticus Thesei luctus effecit, quominus publica lętitia sentiret: multis tñ gratulationibus magnaq; virtutis admiratione ab oībus est ciuibus acceptus. Primū igitur q̄ magnificentissime potuit, patrē funerauit. Apollini dein munera quæ in Cretam nauigaturus vouerat, Delphos misit. Multa p̄terea victoriæ illius argumenta per ludos & solēnia q̄dā sacrorū sunt diu postea Athenis representata. Nauis qua ille est in Cretā delatus eadēq; incolumis Athenas rediit, quę triginta remorū fuisse traditur, ad Demetrij vsq; Phalerei, tpa, vt gestę rei monumento, esset, publice dicit asseruata: noua corruptis partibus materia artificū cura & studio assidue subiecta. Theseus ciuitatis administratiōe post reditū recepta, egregiū est p se opus adortus. Quū ad id tps Atticę terrę indigenę vicati agerēt, domibus temere dispositis, essetq; illis nō modo nō rei publicę, sed ne ciuitatis quidē forma vlla quā ipsi locorū accolę p̄ter regē nossent, vnius tā tū imperio parere assueti, cætera quibus mortales inter se cōciliari solent, vulgo aspernati, hanc incōditam turbā vt vnis mœnib⁹ aliquādo inclusam, moribus cæterisq; ciuilibus disciplinis cōmodius instrueret, qd animo agitaret Theseus vicanorum primoribus aperit, nec tm̄ quæ inde cōmoda expectā da essent demonstrat, sed pollicetur etiā fore, vt quū oēs vnū in locū cōuenissent: tū regia ptāte depositā sese in ordinē redigeret redactusq; ciuilis iuris & æquitatis suis ciuibus fieret autor. Perpulit ea res Atticæ terræ principes, vt ex vetustis sedibus Athenas demigrarēt. huc ignobilis multitudo ex vicis agrestes lares certatim transferūt, multi libertatis nomē secuti, alij spe nouę fortunæ impulsi, q dā etiam metu, ne, si in agris esse perseuerarent, inuiti aliquādo cogerent vrbē incolere, atq; ita vt peregrini in ciuitate iam instituta fordescerent. Confirmatus interim Theseus Delphico oraculo, vnde carmen allatū significabat fore, vt ea q̄nq; ciuitas late rerū potiretur. Vt igitur ciuiū animi citius coalescerent, cōe oibus pryraneū senatuq; constituit, adhæc Mineruæ solenne sacrū adiecit: & vnū velut statū diē in memoriā ciuitatis vnū in locum traducte. Hæc Mœtitia i. aduentitia: illud Panathenæū dixere. Et hæc prima fuit liberæ ciuitatis forma, quā Theseus in Attica cōstituit. Idq; Athenarū vrbis imperio quondam clarę, sed doctrinarum studijs præ oibus, quę vnq; in terris fuerunt, maxime memorabilis origo traditur, quū nomē illi & arx ad id tēpus contigisset. Est & nummorū vsus ab eodē inductus, quos bouis figura percussit. Dubiū fuerit ne id argumētū tauri ad Marathonē domiti, an ad Cretensis athletę nomen, quem Gymnico certamine vicit, voluerit alludsum: an quia id animal sit agrorum cultui in primis vtile. Ciuitate in hunc modū constituta, exemplum (vt creditur) Herculis secutus qui Olympici Agonis autor fuit, sacrum Neptumno circa Corinthiachū Isthmum certamen instituit. Isthmia a loco nominauit. Quibus in locis haud multum antea idē colūnā statuerat, q̄ Ionię q̄ eadē fuit & Attica, & Peloponesi fuit confinium. Plutarchus in Melicertæ honorē eum Agonem institutum arbitratur, quum illud noctu ageretur, initiationisq; potius q̄ spectaculi speciē haberet, proprius vero esse opinatur, quod alij in Scyronis memoriā institutū credidere, a quo Theseus ob arctissimū consanguinitatis vinculū fuerit cæde expiatus. Fuit Scyron (vt illi meminerūt) Eniochæ sororis Ethrę filius. Nō desunt, qui Simonis memoriæ id datum existiment. Adeo in re vetustissima facile variāt scriptores. His in Attica gestis, Theseū in Pōtū cū Hercule ad Amazonas debellandas Diodorus & Trogus nauigasse tradunt. Atq; Antiopā, vel (vt Clidemo & alijs placet) Hippolytē premij loco ei datā. Pherecides, Hellanicus, & Herodot⁹ post Herculē ad Themiscyrā Theseū nauigasse ferunt, captiuāq; inde Amazonē abduxisse. Quæ eo mihi vero propiora videntur, q̄ ex Herculis comitatu nemo alius est forte Amazonē adeptus. Et q̄ Amazones ipsæ haud multo inde tē pore interiecto Athenienſibus nominatim bellū intulere. Bion dolo credidit Amazonem a Theseo sublatam, quam cū mulieribus ad se missam, vt naium conscenderet, sit hortatus. Quod cum puella imprudens fecisset, sublatis inde armamentis, cum ea in altum nauigasset. Cæterum (vt cūq; res gesta est) Amazones (qd inter plures cōuenit) per Cimmerium Bosphorum, qui est ad ostiū Meotidis in pontū defluentis, in Europā transgressæ, Scytharū opibus suas prius firmasse tradūtur: mox per Thraciam tumultuose in Atticæ terrę fines descendisse. Hellanicus multa & varia circa Athenas eius expeditionis argumenta ad posteros mansisse tradidit. Theseus igitur (erat enim Hercules per id tempus Libycis rebus occupatus, vt Diodorus significare videtur) suis frætus viribus in Amazonas prospere pugnauit. Fuit res vna magno adiumento ad victoriā, q̄ ille seditione in castris orta, aliquāto antea (vt alio est loco significatū) fuerant ab Scytharū auxilijs destitutæ. Nec Athenienſibus incruenta victoria obtigit. Antiope, siue Hippolyte potius ea fuit, fortiter pro Theseo & Athenienſibus dimicans, prælio occubuit. Alij Antiopā ob linguę cōmercium cum Amazonibus finiēdi belli autorem extitisse aiunt: eiusq; arbitrio pacē cū gente cōposita, locūq; secus thesei phanum ab icti fœderis ratione Orchomoſij iam inde nomē tenuisse: & alterū Amazonium dictū Clidemus tradidit, q̄ sinistrū ibi Amazonū cornu medio certamine inclinasset. Amazones post Atticū bellū sese in Scythiam recepērūt. Hę ne igitur fuerint, an illę potius q̄ ad Thermodontē captę, Graijs victoribus in naui insidiatæ sunt, secp; in libertatem asseruerūt: a quibus Sarmatarum gens (vt est supra significatū) cōdita est, haud q dē affirmare ausim. Qd ad earū aūt in Atticā terrā accessum attinet, p̄ter alia circa Athenas rei gestę monumenta, quę multas post ętates perdurant, in Megarēsi agro, Thessalia, & Chersonesо Thracia, qua illę aut quū bellū intulere, aut paccatis rebus abeūtes passim metatæ sunt altissima q̄dā sue memorię impressere vestigia. Qui Theseida scripsit, Antiopę consilio credidit bellū Theseo ob Phędrā superductā ab Amazonibus illatū. Sed maior constatiorq; est fama eorū quę de ipsius belli ratione supra memorauim⁹. Plures ad hæc autores sunt, qui Hippolytum ex Antiope natum affirment. Pindarus Demophoontem credidit, Amazoneq; defuncta Phædram puero nouercam super ductam infelicissimo vtriusq; euentu. Enimuero nib⁹ Attę quæ de illorū miserabili casu sunt literarū monumentis edita, cōuenit historiarū scriptoribus cum Tragicis. Fuit Phædra non Minois filia, sed neptis ex Deucalione orta, qui vnus ex Minois filijs fuisse traditur, quę post Atticā ciuitatē a Theseo cōditam (vt quidā scribūt) nupsit. Ego ob ea quę supra scripsimus aliquātо prius crediderim superductā. Ex qua Athamas & Demophoō sunt p̄creati: Hippolytum Theseus, quē ex Amazone tulerat, Trœzenem miserat nutriendū: qui quū adolescere cœpit ad mysteria in Atticam p̄fectus, vbi primū in conspectum venit, cœptus est perdite a Phædra adamari. Inde cum Theseo ad Pitheum in Trœzenem profecta, Hippolyti concubitū petiit: a quo præter opinionē repulsa, irarū plena cū Theseo Athenas reuertitur: hic multa de priuigni audacia & temeritate questa, se incesti ab eo interpellatā quū Trœzene esset, absentē falso criminatur. Atrocitate criminis consternatus Theseus, per internunciū Hippolyto significari iubet, resciuisse patrē, quas loci opportunitatē nactus, nouercæ insidias tetēdisset. Vehebat tū forte curru Hippolytus, q mulieris artē, sceluscp; agnoscēs fractā apud patrem ab ea fidē ratus, doloris magnitudine turbatus, quū iam min⁹ sibi ac minus constaret habenęq; manibus excidissent, equis subito casu cōsternatis, distractus interiit. Hippolyti morte Athenas nūciata, Phędra & ipsa sibi mortē consciuit. Fuerūt ex veteribus rerū scriptoribus, qui secundū hanc duplicem cladem Theseum Athenis eiectū crederent. Quod idcirco pro falso refellitur: quia Theseus ab Hercule vinculis liberatus Athenas venit: actū demū in eā exilii cladē incidit. Plutarchus autor est, scripsisse quosdā cū Iasone i Colchidē eū nauigasse, & Meleagro assuisse in Calydonio apro cōficiendo: ob idq; vetus prouerbiū inoluisse, vt non sine Theseo diceretur, quum præclarū aliquod facinus virtute hominū cōfectū intelligi vellent, plericp; etiam eū alterum Herculem appellarent. Argiui quoq; ab eo adiuti dicuntur in recipiēdis eorū corporibus, qui ad Thebas sub Adrasto perierūt. Pyrithous ad hęc qui in Lapithis regnabat, Thesei fama & celebrita te impulsus experiri statuit, an is tātus esset, quātū totius Græciæ ad se rumor detulisset. Igitur Thesei boues, quę in Marathonis saltu custodiebantur, p latrocinij speciē abegit. Quæ res trepide Athenas nunciata Theseū continuo ad iniuriam vlciscēdā Marathonē excitit: nec Pyrithous eius declinauit occursum. Hi cambo se vterq; alterū sub primum cōgressum intuiti, formęq; deinde præstātia & magnitudinē animi mirati, post mutuā appellationē dextrā iungunt, amicitiamq; inter se firmant, Pyrithoo cognitione & iudiciū de bobus per iniuriam abactis ipsi Theseo permittente, cui ille non solū rei æstimationē oēm remisit, sed ad amicitiā tū primum initā perpetuo colendā est hortatus: qua iure iurando sancita Pyrithous Theseum in Lapithas multa comitate pertraxit. Hic hospitalibus mensis cum Cētauris adhibitus, factū est, vt illi in multo vini prouecti, Deidamiā Pyrithoi coniugē aliasq; Lapitharū mulieres petulātius attrectare sint ausi, conatiq; ad stuprū rapere. Id flagitiū Lapithis iniquo animo ferētibus, cōfestim media regia tumultuarium certamen oritur. Pulsi sunt itaq; iniuriæ autores præcipua Thesei opera ac cum multa cędę dissecti. Nec ita multo post a Lapithis bello petiti, propriis sunt finibus eiecti. Herodotus conflato cū Cētauris bello auxilio Theseum superuenisse scribit: actum primum Herculem ab eo visum, fuissecp congressum ipsum vtriq; honori & voluptati, Maior omnino fama est Theseum ab eo vinculis liberatum. Quæ autem causa eum in id discrimen adduxerit, hęc traditur. Quod Theseus post amicitiam cum Pyrithoo initā quum iam quinquagenari⁹ esset, Helenā (vt Hellanic⁹ prodidit) ex Sparta vno duntaxat Pyrithoo adiutus ad stuprum rapuit. Quidam ab Ida & Lynceo raptā crediderūt: sed apud eū depositā. Plutarchus Spartā ambos venisse scribit: Ibiq; Helenā chorū quę Orthiā vocāt in Dianæ templo exercentem intuitos, vi raptā in Peloponesum asportasse: pactosq; inter se esse, vt vter eā sortiretur, is esset alteri auxilio ad nouā coniugem rapto comparandā, Theseus puellam sortitus, quia nondū viro matura esset, apud Ethrā matrem occulte Aphidnis reliquit: peregre inde cum Pyrithoo in Molossos profectus Aidonei regis filiā rapere conati sunt: cui pater Proserpinæ nomē dederat, ab eo (credo) q̄ mater Cereris fuisset nomē sortita. Is vbi Pyrithoum vt raptorem adesse sensit, cani quem immani statura horrendoq; aspectu in regia allebat, laniandum obiecit: (ferunt & illi Cerberi nomen fuisse) Theseum custodiri iussit tāndiu, dum de eo aliud statueretur. In hoc erat ille discrimine, Athenis interim Mneste⁹ Ornei filius, nepos q; Erichthei popularī administrationi infensus ciuitatis ocia noua seditione turbare est adort⁹. Sed maiores aliquanto bellorum motus a Tyndaridis Helenæ fratribus instare. Hic atticos fines pacate ingressi ab Athenieſibus primo petunt, vt sororem a Theseo raptam sibi restitueretur, ipsum iniuriæ autorē si vera sibi dicerent, iā meritas suorum scelerum luisse pœnas. His responsum est, neq; puellā Athenis esse, neq; Athenienſium quempiam scire quo terrarū fuerit abducta. Tū illi ad iram & vltionem versi, quum ingētem vrbi terrorē inieciſſent, Academus qui vnus omnium eā Aphidnis apud Ethram latere non ignorabat, ne ciuitas maius aliquod adiret discrimē rē ad Castorē & Pollucem defert: quapropter & viuo illi honores ab Tyndaridis sunt habiti: & longe deinceps tempore quoties Lacedæmoniį Atticos fines hostiliter inuasere, ab Academia, ob vnius memoriam, omne ius belli abstinuerunt. Erat is locus haud procul Athenis, quem Dicearchus ab Academo, q sub Tyndaridis militauit, nominatum existimauit. Castor & Pollux Aphidnas bello adorti oppidū vi capiunt diripiūtq;, sororemq; receptam cum Ethra Theseimatre hostiliter abducta Spartam remittunt. Athenienses subito terrore belli perculsi Mnestei suasu Tyndaridas intra mœnia accipiunt, Theseum vt prædonem nefarium hostē judicant. Castor & Pollux mysterijs initiati, vt Hercules a Pilio, sicpi ab Aphidno quodā adoptati, tam clemēter & pacate omnia circa Athenas gessere, vt diuinos sint honores ab Athenienſib⁹ adepti, dictiq; Anaces, vel q̄ græci belli cessationem Anochā dicūt, aut a cura ciuitatis ab omni iniuria seruatæ. Sunt qui ab astrorum ascensu id illis nomen datum arbitrati sint. Fuerāt hæc Tyndaridę in Attica adepti, atq; iā abū de vlti erant domesticam iniuriam, quū Theseus Herculis interuētu liberatur. Is eorum inscius, quę Theseo & Pyrithoo accidissent, quum forte apud Aidoneum in hospitio esset, incidissetq; interim de illis sermo, decp; eorum latrocinio, Pyrithoūq; a se occisum Aidoneus prædicaret, Theseum victū adhuc esse, audito viri fortis suiq; necessarij casu indoluit vehementer Hercules: petiitq; ab Aidoneo, vt meritū hoīs suppliciū sibi remitteret. Id rex quū haud grauate præstitisset, solutus est vinculis Theseus, & ab Hercule in patriam restitutus. Qui seruatoris sui haud immemor omnia tēpla quæ suo no-





Aegei interitus. Aegeum mare.

Theseus ciuitatē instituit.

Athenæ cōstituūtur.

Nūmus percussus a Theseo.

Isthmia et iudi.

Scyron.

Altera amazonici belli opinio.

Cur bellum ab Amazonę illatū.

Phædra Hippolytum criminatur.

Hippolyti & Phædræ interitus.

Nō sine Theseo puerbiū

Congressus Thesei & Pyrithoi.

Lapitharū bellū.

Congressus. Herculis & Thesei.

Helenæ raptus.

Pyrithoi interitus. Thesei carcer.

Castor. Pollux.

Anaces.

Academus.

Academia.

Thesei liberatio.

minę fuerāt iā antea Athenis cōstructa prę ter pauca Herculi (vt Philochorus scribit) cōsecrauit. Cura deinceps publicam per amicos recipere adortus, Mnesteo & alijs aduersæ factionis cōtra adnitentibus vrbe excedere coactus est, liberis in Chalchidē ad Elpenorē Calchodoōtis filiū prę missis, ipse ad Lycomedē Scyriorū regē diuertit: cuius infidijs vita priuatus est, ex ingenti (vt dicitur) rupe præcipitatus: aut quia tāti viri prę sentiam ferre nō potuit, aut certe vt Mnesteo & alijs aduersæ factiōis viris, quibus ille formidini viuens erat, gratificaretur. Sunt qui per errorē, dū forte in secreto deambularet, inopinato lapsu ꝓcipitatū dicant, eoq; casu eximatū. Ethæc de Theseo q̄ verissime potui. Hercules qui illi vincula exemerat, quū iam per ea quę diximus, immortale esset nomen consecutus, Delphico oraculo monitus, vt in Lidiā colonos mitteret, omnes liberos quos ex Thespiadibus tulerat, cum Iolao in Coloniā transcripsit. Quod Athenis quinquaginta fuerint Thespio filię, quas ille haud ex vnius mulieris concubitu habuerit, Diodorus est autor. Cæterum quæ de his ille & earū cōceptu prodidit, non multum a fabulis distare merito creduntur. Nec eo inficias Heraclidarum gentem diu (vt alio dsinceps loco dicetur) in Lydia regnum tenuisse: sed tā nūerosam ꝓgeniē, q̄nquagita nāq; ab eo tradunt i Coloniā missi: neq; ipe, ꝓ certo posuerint neq; temere asserta facile fidē ueniāt. Multa ad hęc de Iolai erroribꝰ sunt mēorię prodita, nauigasse eū in Sardiniā autores sunt: qdā eiusq; insulę partē quā tenuit, cultu & moribꝰ illius opera excultā, vt bę de suo nomine his locis condita, ad quam ędificijs exornādā Dędalū ex Sicilia fuerit ab eo accersitum. Nec ita longo interiecto tempore ex Sardinia in Siciliā Iolaus transijt: vbi ob Herculis memoriam hospitaliter a Sicanis est acceptus. Multiq; interim ex eiꝰ comitatu locorū amœnitate pelleti cū Sicanis habitare maluerunt, q̄ cum eo in Greciam reuerti. Hercules (vt de eius rebus dicere pgā) quū Megara dimissa Iolen Eurithi Oechaliæ regis filiā sibi vxorē poposcisset: quia parer de ea re consulturū se oraculum dixerat, non moram illam, sed repulsam iterꝑatus, Eurithi boues ex Oechaliæ finibus abegit. Ad quas Iphiclus repetendas a patre Tirynthē missus, ex eminēti turre est Herculis iussu ꝓcipitatus. Ob eā cędem in grauissimum incidisse morbū creditur. Et q̄ꝫ de more expiatus, quū nihilominus langueret, oraculo (vt tūc erant mortalium animi vana superstitione impliciti) monitus dicitur, fore vt non prius clade illa defungerē, q̄ iusto venditus foret precio, eaq; pecunia Iphicli liberis pro paterna cæde repensa esset. Oraculi ꝑcepto vsus Hercules, vt pristinam reciperet valitudinem, sese venalem prębuit: seruiuitq; diu ignotus Omphale virgini, Iardanes eorū reginæ qui Mœonij oli mox Lydij sunt nūcupati filiæ. Sed dū seruitutē seruiuit, Latrōes Cecropas noīatos Lydię finibꝰ ifestos parti sunt parti. Omphale victos ad supplicium tradidit. Oppressit & Syleum, qui mortales ꝑegre exceptos seruili opere iuuitos adigebat. Itonas inde oppressit, & ipsos latrocinio infames, eorū vrbe funditus euersa. His præclare gestis tum demum agnitus confestim libertate donatus est: Omphaleq; ex eo facta grauida Lamonem filium peperit, quum ipse seruus aliquanto antea ex seruа Cleolaū exeuisset. Post hæc ex asia in Peloponesum reuersus, Augeā ob mercedē purgatæ aulæ nō redditam magis bello perculit, q̄ afflixit. Vna nāq; & ea perleui pugna cū Elienſibus cōmissa, infecta re ad Olenū diuertit. Cuius Hippolyte filiā Anaxio nuptam, quum forte publico conuiuio ab Eurithione Cētauro raperetur, raptore fœde interfecto, puellam prę senti iniuria vindicauit. Hinc Tirynthū reuersus, ab Euristeo in crimen deuocatus, tāq; ipsius capiti immineret, iussus vrbe discedere, cum Alcmena matre, & Ioalo in Pheneū Arcadiæ concessit. Nec ita mīto post quū resciuisset ex Elide pōpā in Isthmū Neptumeno mitti: cuꝰ Eurithus Augea dux esset, eum apud Cleonē sine vllo maiore certamine oppressit. Quo sublato Elienses bello repetiti sunt: qui breui post Augea in pugna amisso pacem petiere. Hercules regnum Phileo Augeæ regis a se perempti filio habendum permisit. Fuerat is pulsus a patre, q̄ arbiter ab eo & Hercule factus, prę mium illi reddēdum censuisset. Secundum hæc quæ sunt in Elide gesta, Hercules Hippocoonta ex Sparta deiecit, ob Lycimini Pheneorū regis hospitis sui necem, ab Hippocoontis filio perempti. Du rum ancepsq; fuit illi cum Hippocoonte & liberis prælium, quibus vna cum patre cadentibus, Tyndarum Cattoris & Pollucis patrē captæ vrbi Hercules regem imposuit, quū priuatus antea fuisset. Nec ea victoria fuit Herculi incruēta, plerisq; viris insignibus, Herculiq; necessitate coniunctis in pugna amissis, ipse in Arcadiam ex Laconia reuersus, apud Aleum regem hospitaliter diuersatus, Augē eius filiam vitiatā pręgnantem reliquit. Quæ post Herculis digressum vtero prodita, nautis a patre, vt eam alto mari mergerent, tradita est. Sed tantis per dum ad mare ducitur doloribus repente obortis, quū per speciem curandi corporis paululū via diuertisset, puerum enixa inter folia dēsaq; virgulta occulit. Inde ad mare perducta præter spem seruata est. Ii quibus perdendę fluctibus filię negociū Aleus dederat, regiæ puellæ fortunam miserati eā perdere non sustinuerūt: sed Caribus inde solutis bus in alias procul terras asportandam tradunt. Pastores interim quū in ea forte loca, quibꝰ infans nuper erat editus, armēta in pascua cōpulissent, puerū conspicati, ad tabula deferūt. Fama est ceruā iacenti illi vbera præbuisse. Ipse inter pastores educatus Telephus est dictus. Quæ vox nihil sane est ab argumento fabulæ diuersa. Is autē adultus cum Delphos ad oraculū venisset, de matre consulturus, in mysiā nauigare est iussus. Ad Theutrantem itaq; ꝓfectus, qui per id tēpus in ea terra regnabat, Augēq; Thelephi matrem a Caribus dono acceptā in regia habebat, certis indicijs a matre agnitus in summo honore fuit apud Theutrātem. Ducta deinceps Argiope eiꝰ filia in coniugē, successor est regni ab eo ascitus. Hercules post spartanū bellū quinquennio in Pheneo Arcadiæ fuit. Inde ex Arcadia pluribus sequentibus in Aetoliā secessit: vbi quū neq; legitima sibi ꝑles esset: neq; vxor vlla, Deianiram Oenei filiā sibi matrimonio deuixit. Fuerat Oenei regia haud multo antea domesticis cladibus cōcussa. Etenim Meleager Oenei filiꝰ, penes quē omnis fuit Calidonij apri perempti gloria, occisæ ferę exuuias Atalantæ puellæ Arcadicæ, in cuius amorē iuueniliter inciderat, donō obtulit. Erat puella Schinei filia: Cōuenerant ad id monstrū conficiendum multi viri illustres, & in his duo Meleagri auunculi Testij filij. Hi iniquo animo ferētes tantæ rei laudē peregrinæ fœminæ temere delatā, puellā in Arcadiā abeūtē insidijs excipiūt, exceptæ munus adimunt: eaq; iniuria Meleager cōmotus auūculos ob trūcat. Althea duorū fratrū morte iritata, diris execrationibꝰ deuouet natū: fuitq; eius mortis autor. Sūt qui farali stipite illum cōsumptum tradūt: sed (quoquo modo cōsumptꝰ est) Althea, vbi sue in filium

Thesei mors.

Thespij soboles.

Errores Iolai.

Iphicli cædes.

Vēditur Hercules Quę i Lydia Hercules gesserit.

Eurithi cædes.

Hercules Tyndarū regem cōstituit.

Tlepolemus.

Casus Auges puellæ.

Nessi cædes.

Telephi casus.

Deianira

Hercules Dryopas superat. Dorienſium & Lapithaꝝ bellū.

Althea sese suspendit.



lium scuitiæ pœnitere cœpit, doloris ꝑtiēs laqueo collū implicuit. Sub id igit tēps & his cladibꝰ Oenei regia est cōuulsa, Hippotꝰ Oleniꝰ Peribiā filiā capitali supplicio dānatā. Calidone necādā miserat. Oeneꝰ Althea extincta, puellā sibi cōnubio deuinxit: ex qua mox illi Tydeus est natꝰ. Nec me p̄terit fuisse, q in īras miserit, Tydeū quū rescisset ea q̄ de Meleagro & Althea circa Calidonē euenere, domestica clade cōsternatū patrios lares, patriāq; deseruisse, delatūq; fuga ad Adrastū Argiuorū regē, cuiꝰ filiā inde vxorē duxerit. Sed quacūq; ille est matre natus, ac quocūq; tēpore, noua affinitate adductus cum Polynice ad Thebas militauit. Hercules in Oenī gratiam Acheloa amne plurifariam diducto Calidonium agrum sagaci corriuatione feracissimum reddidit. Quo hominis commento apparet, quę sitā Grēcis materiā, ea quę de Hercule & Archeloo, eiusq; cornu prodita sunt, fabulandi. Sed ꝓpiꝰ vero est credere, eo merito Deianirā Herculi cōnubio locatam, q̄ impetratæ affinitatis hostimentū id fuisse. Nec paccatus tantum iuuit ille Aetoliorū opes: sed Thesprotis quoq; eius terrę accolis (cepirotica ea gens est) bello illato Ephirā vrbē ademit, Phileumq; occidit regē, cuius filia compressa, mox Tlepolemus est illi natus. Nec ita longo interiecto tēpore ex Calidone cum Deianira & Hilo ex ea nato profectus Hercules, quum forte ad Euenum fluuium venisset, Nessum Centaurū circa ripā fluminis versantem offendit. Erat is solitus vadandi fluminis imperitos timidosq; trāicere: sed quum Centaurum dico, hominem equo sedentē intelligi volo, nō mōstrum. Nessus puellæ quam vehebat suprādæ cupidus, equi celeritate frętus, Deianiræ in vlteriorem ripam deuectæ, vim afferre conatus est. Hercules quia cominus congredi fluminis interuētu ꝓhibebatur Nessum procul sagitta cōfixit. Qui vbi vim grassantis in se veneni sentire cœpit: Herculem in Eueni traiectu occupato Deianiræ paucis persuadet amatorium virus suo cruori inesse. Fore vt si eo sanguine, quo Herculis sagitta esset illita, mariti interior inungeretur tunica, si quādo eā maritus induisset nullam amplius esset puellā p̄ter eā q̄ dedisset, amatur. Credidit Deianira, & amans & fœmina nil mali suspicans. Cōparat itaq; illa fraudis inscia mōstratam opem priusq; arbiter adesset. Hercules Deianira recepta apud Ceicum Trachiæ in hospitio fuit. Philantum inde Dryopum regē, quia Apollinis templum violasset, cum Melienſibus adortus interfecit, Dryopibusq; extra patrios fines eiectis, eorum agrum Melienſibus habendū dedit. Interfecti regis filia post victoriam ab Hercule compressa Antilochū illi enixa est & ex Deianira post Hilum, Gleneam & Diopitem habuit. Dryopes suis finibus pulsi, pars eorum in Eubœa Carystum condidere: reliqui Eurisei opibus adiuti, qui Herculis multo prius factus erat hostis, Asinen, Hermionem, & Sionem in Peloponeso sibi vrbes posuerunt. Orto deinde bello inter Dorienſes & Lapithas, qui circa Olympum sedes habuerunt: Dorienſibus se socium Hercules conditione obtulit, vt tertiam Doridis partē ab eis acciperet. Cum Arcadibꝰ igitur, quos ille diu circa se habuit, ad illud bellum profectus, Corono Lapitharum rege interfecto ipsam gentem bello victam ex ea terra de qua per id tempus ambigebatur, migrare coegit. Hoc itaq; bello defunctus, Cyonum ex prouocatione ad Trachinam peremit. Vnde profectꝰ Ormenium regem, quia Astidamię filiæ sibi olim nuptias denegasset, subito bello aggressus, pugna victum vita spoliauit, puellaq; Astidamia potitus ex ea Crisippum genuit. His demum gestis in Euriti filios ob Ioles nuptias sibi olim denegatas, in Oechaliam duxit exercitum. Atq; his bello subactis puellam inde captiuā abduxit. Quum ergo in Cineum montem veniſſet facturus ibi sacra, Lycā ad vxorem Deianiram in Thracinam mittit, vt inde vestem, qua in sacris vti consueuerat, sibi in præsentem vsum afferret. Deianira per Lycam de Ioles pellicatu certior facta, iniquo tulit aio vllam sibi fœminam ab Hercule in amore præferri. Vt virū igitur in se totū verteret tunicam cōcrero Nessi sanguine in hunc vsum asseruato, illinit. Eam rerum omniū ignarus Lycas in Cineum detulit. Vix eam Hercules induerat, quum veneno cōtractꝰ in tolerandis cœpit doloribus torqueri. Perdurare tū tanti mali inscius. Serpere interim ad ima corporis pestifera vis veneni, virusq; tabificum in penitiem grassari. Tum ille dolore victus Lycā primo interficit pestiferi muneris autorē ratꝰ. Inde dimisso exercitu in Thracinam deferri voluit. Vū quum Delphos de causa morbi & exitu scisciturū misisset Deianira eorum sibi consciа que facta erant, veritane oraculo prodita vitæ simul, famæq; periculum adiret, mortē suspēdio præoccupauit. Oraculū qd̄ a Pythia est relatum, iussit Herculem cū omni bellico apparatu in Oetā montē deferri. Mōs is est ab ortu solis in occasum porrectus a Thermopylis in Ambraciū vsq; sinum rectilineo tractu, a Parnasso ad Pindū mōtanā scindens regionē, ad Thermopylas vergēs, qua parte in præcipuā assurgit altitudinē. In summo igitur iugo pyra oraculi iussu constructa est. Huic Hercules viuēs sentiensq; ipositꝰ, quū iā oēm spem vitę abiecisset, facē admoueri iussit. Cæteris triste ministerium detrectantibus Philoctetes q. sagittas ab eo & arcū dono acceperat, pyræ ignem admouit. Et Hercules q per ea quæ diximus immortale est nomen adēptus, in hunc modū periit. Tradunt quidā anno. XXX. vitæ eū extinctū. Alij quibus libētius accedo, anno quinquagesimo. Cui vita defuncto Menetius Actoris filius tauro, capro, & ariete cæsis primus annua in Opunto instituit sacra. Mox Athenienses inter deos retulerunt: secutes inde cæteræ Græciæ aliarūq; gentiū consensus. Inciderunt nouissima Herculis tempora in id decēniū qd̄ ab eo anno sumpsit principiū, q quater millesimus fuit ab orbe condito. Quū in Assyria rex esset Lautenes vigesimusſextus a Nino in Aegypto Thuoris, Mycenis Euristeus, apud Sycionios Pelasgus, Priamus in Phrygia. Sanson vt quidam volūt Herculi æqualis fuit: de quo priusq; dicam, retro aliquāto Iudaicæ est historiæ series repetenda. Barachus Iabini regno euerso, plures annos præfuit: fuitq; interim Palæstinę status pacatissimus. Verum cum eius mortē fortuna mutata est. Madianitæ cum Amalechitis & Arabibus finitimis, fœdere inter se initio, subito bello Israelitas adorti, prælio superant. Multi mortaliū in ipsa pugna cęsi multi etiam capti, & in vincula cōiecti. Inde Iudeæ fines victor hostis ingressus, septē ferme annos circunagendo ad singula loca exercitum, ferro & igni vniuersam fere terram miserabiliter vastauit. Israelitæ planitie locisq; bello infestis ab initio relictis, in arduos montes & saltꝰ deuios cū imbelli turba concesserūt, locorūq; natura frœti ex rorē vitam agitare. Premebantur interim relicto agrorū cultu rei frumētarię oīmq; rerū inopia. Tū ad preces & vota cōuersi, veniā e cœlo implorāt. Nec irrite preces fuerūt. Diuina nāq; puidētia, Gedeō Effraimita Ioasi filius, iuuenis ad id tēps haud multū inter suos populares celebris, diuino (vt ipe

Iole.

Lycas.

Lycas ab Her. occiditur.

Deianirę interitus.

Oetę mōtis situs.

Hercules interitus

ANNI MVNDI.

Gedeon.

aiebat) inſtructus oraculo, repēte publicæ aſſertor libertatis extitit. Fuerat is cūctātior ab initio ad credendum, cum infirmæ adhuc ætati parum fidens, tum ꝙ procul a ſuis abeſſet tribulibus. Sed quum voces numinis iuſſaq; inter æquales celebraret, eorum hortatione & impulſu profeſſus eſt ſe ducem repetendæ ab hoſte libertatis. Nec longa fuit in re mora. X. miſſia armatorum illi præſto affuere, quibus copijs iuuenis frætus, ad Iordanem fluuiū contendit, caſtriſq; in ripa comunitis occaſionem quæ rere hoſtilium caſtrorū opportune inuadendi, quæ haud procul inde erant. Cæterū reputans ꝙ tenues adeſſent vires ad rem tantā aggrediendā, minus q̄ dem ac minus præſentibus opibus fidere. Cernere ad hæc in ſuis haud dubia timoris, tacitæq; pœnitētiæ ſigna. Enimuero quum res ad dimicationē ſpectaret, nec ipſe meliore ſpē ꝙ cæteri eſſet, placuit vno duntaxat comite ad hoſtium caſtra proxime ſpeculatum accedere. Hic quum omnia circa hoſtē neglecta inueniſſet, cuſtodiaq; deſtituta, plurimiq; vino & epulis ſepulti temere iacerēt, paucis adhuc ſera conuiuia trahentibus, ad vocem ex proximo tabernaculo redditam aurem adiecit, vt omnia certius exploraret. Hic ex quieſcentibus vnus commilitoni forte narrabat, vidiſſe ſe i ſomnis hordeaceū panem per vniuerſa caſtra cum tabernaculorū ſtrage prouolutum, impactumq; ijs locis quibus reges tenderent, oīa ſubita ruina diſieciſſe. Tum qui audierat, videri ſibi inquit per eam figuram regij exercitus excidium ſignificari. Panem hordeo cōfectū rem deſpectiſſimam eſſe, vt Iſraelitæ inter mortales contemptiſſimi, vereri proinde ſe, ne aliqua inexpectata clades ab ea gēre quę i proximo ſit regijs caſtris immineret. Eiuſmodi rempeſtiua nō minus ꝙ vera interpretatione, Gedeon cōfirmat ad ſuos celeriter redit. Ibi ea quæ per ſe exploraſſet, primo exponit: inde paucis copias hortatus, arma capere iubet ſed vt multiplex terror hoſtib⁹ incuteretur, neq; vno loco neq; armis ſolum, ſed & facib⁹ & clamore horrendo impetūm in hoſtium tabernacula fieri iubet. Multi igitur dextra faces quatientes, ſiniſtra cornua & lituos pro tubis inflantes, caſtra vno tempore pluriſariam inuadūt, hoſtem ſomno grauatum ſtrepitu & clamore excutiunt, Inde cum oīa collucerent flammis, terribiles ſonitus, horrēdæq; voces aures circumſonarēt, veluti in furorē verſi, arreptis temere armis in ſe ruūt. Pauci oīno Iudæorum armis conſumpti, plurimi præterea hoſtium quia ex colluuione multarum gentium conſtabat exercitus: neq; lingua, neq; ſignis multum inter ſe noti, mutuis vulneribus occubuere. Tum diſiectis perditiſq; hoſtium rebus, victor Gedeon exultanſq; iubet ſuos diſpalatū militem ferro excipere, quo contigit, vt ex copioſiſſimo nuper exercitu pauci ſuperfuerint. Ioſephus & Bibliaci libri tradunt ad CXX. hominū milia nocte vna interfecta: Zebinum & Zarmum reges captos, prædam adhæc ingentem auri & argenti, preciosęq; veſtis partā. Eſt & ingens inuidia Gedeoni conflata a ſuis Tribulihus: ꝙ re nō prius ſecum cōicata, tam arduū aggreſſus eſſet facinus graui ſe ingnominia affecturum crede re, ꝙ indigni ab eo iudicati eſſent: quibuſcū publicam libertatem tuēdam cenſuiſſet, & iam res haud procul a ſeditione aberat: verum edocti diuino id non humano conſilio factum, quieuere. Gedeon Iſraelitis in priſtinum rerum ſtatum reſtitutis, ſeſe in ordinem redigere conatus eſt. Cæterum iuſſus exercitū cum imperio obtinere, quadraginta deinceps annos rerū ſummā feliciter adminiſtrauit. Eo defuncto Abimalechus eius filius ſeptuaginta fratribus crudeliter interfectis (tot enim numero fuiſſe traduntur) vno Ioatha excepto, qui ſceleri fuga ſeruatus eſt, ſummum locum vi non ſuffragio (vt pater olim) populi ve conſenſu occupat. Peruaſit ſceleris huius fama vniuerſam Iudæam, oēsq; Abimalechū infanda cæde polutū populariter odiſſe, diriſq; execrationibus abſentem inſectari. Mira in illum odia exarſere: nemo iñ coram ſcelus exprobrare, expectare itaq; taciti diuinam vltionē. Nec ita longo interiecto tempore, Sichemitæ eius principatum perpeſi, vrbe ac tribu eijciūt. Hos ille haud multo poſt agreſti operi intentos adortus, portas vrbis nequa pateret effugium primo occupat: qui in agris erant ad vnum pene ferro trucidat: nec minor in vrbe cædes edita: in omnem ſexum & ætatē Abimalechi iuſſu eſt ſæuitum. Siche excidio dedita eſt: verum vt ad poſteros vindictę huius memoria maneret, in ea area, qua vrbs ſteterat: ſalem ſpargi pro tritico imperauit. Sichemitarum perfugæ, medio tumultu ex agris in proximum ſe tēplum, velut in Aſylum quoddam cum liberis & vxoribus profugerant. Erat is locus ſatis natura munit⁹, cingereq; tumultuario parabāt opere a Siche profugi: quum Abimalechus munientibus ſuperuenit, ingentiq; lignorum ſtrue circunſeſſos, fumo & flāmarum æſtu, crudelem in modum necauit. Sic Sichemitarum gens cum ipſa vrbe Abimalechi ſęuitia extincta eſt. Habuit iam inde ille Iſraelitas vnius excidio vrbis perculſos multo ad iniuriam opportuniores, donec Thebeorum turrim oppugnans, ſaxo ſuperne ictus concidit. Ferunt accepto vulnere quum moribundus humi iaceret militem rogaſſe: vt quod reliquū vitæ ſuperesſet, ferro hauriret, ne hō fortiſſimus muliebri manu necatus diceret. Abimalecho Thola patruelis frater omniū conſenſu ſucceſſit, qui tris & viginti annos iudicia rio nomine, quo cæteri, Iudaicę rei præfuit. Quo ſane tempore nihil in Palęſtina terra dignum memoria geſtum reperio. In demortui locū Iairus Galaadites, homo inter ſuos iuſtitia inſigni, oīm ſuffragio eſt ſubrogatus. Fuerunt huic virilis ſtirpis liberi triginta: q̄ res illum multo venerabiliorem reddidit hominibus ſuę gentis. Huius quoq; adminiſtratio pacatiſſima fuit, atq; vno anno breuior ꝙ Tholę fuerat. Sub id tempus, quo Iairus vita deceſſit, Iſraelitarum plericq; longo ocio affluentia ꝙ rerum omniū a ſingularis vericq; Dei cultu alienati: Syriacos Sydonioſq; deos complexi, merito in ſe cœleſte numen irritarunt. Ortumq; eſt bellū genti trans Iordanem ab Ammonitarum rege Philiſtęis in ſocietatem belli aſſumptis, omnes Iudæi, qui trās Iordanem ſedes habuere, breui hoſtibus in prędam ceſſere. Tenuitq; ſeruitus illa annos duodeuigiti: quoad Ieptes hō impiger, & ipe Galaadites, multis pcib⁹ fatigatius, Iſraelitis ſe libertatis recuperandę ducem & autorem prebuit. Iam pręterq; ꝙ diu pars non parua gentis ſeruitio premebatur, ne citeriores quidem accolę meliore ſpe eſſe ob aſſiduas hoſtium incurſiones. Cōparatis igitur ad bellū copijs placuit priuſq; arma moueretur, legatos ad Ammonitas & Philiſtęos mitti, qui res ſub belli denunciatione repererent, ꝙ nulla lacеſſiti iniuria Iudęis, qui trans Iordanem accolunt, bellum intuliſſēt: ſubitaq; vi belli oppreſſos iā plures annos indigna ſeruitute premerent, nec pſenti iniuria cōtēti iā & cis Iordanem armis hoſtes ſuæ gentis infeſtare cœpiſſent. Ab hoſte nō modo nō pacati q̄dē q̄ eſt reſponſum: ſed additū etiā Iſraelitas inique facere, q ex ea terra, quā eorū maiores p iniuriā occupaſſent, non ad id tempus exceſſiſſent. Scire ſe ex finitimis

Somniū

Gedeōis ſtratagema.

Gedeōis inclyta victoria.

Abimalechi crudelitas in ſuos.



finitimis gentib⁹ pleraſq; in hoc ipſum ꝙ ſpiraſſe: vt ſi bona venia id impetrare nequeāt, vi et armis Iſraelitas cogāt alienis finibus facеſſere. Hęc quū domū legati retuliſſent nec ſpes vlla liberandæ gētis niſi in armis ſita eſſet, ſacris rite operat⁹ Ieptes i hoſtes mouit: quos vbi primū in conſpectu habuit facta dimicandi copia ferociter conflixit. Nec dubia fuit victoria. Multi hoſtiū in pugna occubuere, ſed alii quanto plures in fuga, quos Iudæ⁹ victor ad Ammonitā vſq; cū cæde perſecutus eſt. Ammonitarū inde fines ingreſſus Ieptes, aliquot eius gentis vrbes vi captas diruit: terram igni & ferro populatus eſt. Ita rebus pulchre geſtis pacatoq; totius gentis ſtatu: quū domū ſe reciperet, in luctuoſam incidit calamitatē. Vouerat is ad bellum ꝓfecturus, ſi res proſpere fluxiſſent, ſe quicquid domū reuerſo primum occurriſſet, Deo immolaturū. Cęterū ita accidit, vt filia, quā vnice diligebat, in patris cōplexū & oſcula oīm prima ſeſe gratulabundā effuderit, quā ne numen falleret ſuā filięq; lachrymabilē fortem lamentatus ad aram pro hoſtia immolauit. Incidit haud multo poſt Ieptes in grauiſſimā ſeditionem. Effraimitæ tribules eius ꝙ ad bellū non fuiſſent vocati, in eum hoſtiliter impetū fecere, grauē contumeliā queſti: ꝙ & nobiliſſimæ ſimul victoriæ eſſent laude excluſi, ſimulq; opulentiore prędа fraudati: ob quā iram, ſeu inuidiā potius, ciuilis eſt bello aliquādiu inter eos laboratū. Multa Ieptes ſe purgando ab initio dixit, fecitq;: ſed poſtquā neq; precibus, neq; obteſtatione inuidiā vitare potuit, ſenſitq; nefariū certamen inſtare, ad pugnā proceſſit. Hic velut duę ciuiles acies, maioribⁿ pene odijs q̄ viribus cōgreſſæ atrociſſimū cōmiſcre prelium. Ioſephus autor eſt Effraimitas victos ad duo & quadraginta hominū milia vna acſe amiſiſſe: quorum opibus fractis ſtabilitus eſt Ieptę principat⁹. Is ſex deinceps annos iudiciarium exercuit poteſtatem. Huic defuncto Abſanis Iudita omnium conſenſu eſt ſubiectus. Apud alios Abeſſanus ꝓ Abſanis traditur, Cui LX. promiſcuæ prolis liberi fuiſſe traduntur. Euſebius Heſebonem Ieptæ ſubijcit. Heſeboni Labdonē, quē negat in iudicū numerū ab alijs relatū. Nos ſacros libros & Ioſephū ſecuti, Abeſſani iudicationē cum Ieptana iunximus. Fuit itaq; Abeſſanus in ea poteſtate annos ſeptem, quo ſane tēpore nihil in Iudæa relatu dignū fieri contigit. Abialon Zabulonius eam poſtmodū dignitatem eſt adeptus, quā obſcura rerum memoria decē annos adminiſtrauit. Secut⁹ Abdon Effraimita & ipſe naiorū ſobole valde inſignis. XL. virilis ſtirpis liberi huic: & ex his nepotes. XXX. numero, iudiciaria ipſius adminiſtratio octo habuit annos. Philiſtæi inde Iudæos armis victos. XL. annos tributarios habuere. Eius tributi poſtmodū pendēdi finem. Sanſon vir fortiſſimus fecit. De quo adhuc tantiſper dicere ſupерſedebo, dum pauca de Hercu lis progenie, & quæ poſt illius mortē ſunt in Gręcia geſta, his ſubijciuntur. Siquidem Heraclidæ paterno rogo digreſſi ſe ad Ceicum in Trachinā contulerunt: quanquā Hilus ex his, & alij maiores natu, haud ignari quantū ſibi vndiq; inuidiæ immineret ob ea quæ pater geſſerat, in tutū cōcеſſere. Tenebat per id tempus Euriſteus, quē ob paternas inimicitias infeſtiſſimū ſibi fore arbitrabantur, Mycenarū regnum. Is parum ſibi tutū ſuiſq; rebus, ratus ꝙ tam numeroſa Herculis progenies patri ſuperſtes eſſet, quippe quæ ſi ꝙ ætatē adoleuiſſet, reditura eſſet omnia ſibi infeſtiora, ſtatuit, dum per ætatem iniuriæ opportunā haberet, Gręcię finib⁹ expellere. In Trachinā ad Ceicum mittit, qui niſi

Ieptes hoſtes ſuperat.

Ieptes filiam immolat.

Ciuile bellū iter Iudæos.

Abſanis.

Euriſtei duritia.

Heraclidæ Trachinā deſerunt.

Abimalechi.

Iair⁹.

Thola.

Heraclides & Arcades & quicūq; ex comitatu Herculis illic eſſent, cōfeſtim enceret, ei bellum indicerent. Veriti Heraclidæ niſi loco facеſſerent, ne ad ſupplicium dederentur. Trachina digreſſi multas Gręciæ vibes adiere, & in primis eas, in quibus ſcirent beneficiū paternum aliquo modo collocatū ſuppliciter rogare, vt ſe intra mœnia acciperent, ſuo præſidio, ſi quādoq; & ipſi a patre ſuo viro fortiſſimo adiuti eſſent, ab Euriſtei iniuria pregerent. Verūenimuero fauore cū fortuna mutato, vndiq; excluſos ſoli omnium Athenienſes ingenita humanitate intra fines acceperunt. Tricyrintho vrbe, q̄ Terrapolis poſtmodū dicta eſt, ad inhabitandum cōceſſa. Hac neceſſitate Heraclidæ adacti Aſylum primi omnium conſtituiſſe dicuntur. Nec iram in Athenienſes ſuam diu celauit Euriſteus, ſed haud multo poſtquam Heraclidæ ab his fuerant accepti Atticam hoſtiliter ingreſſus, oīa tumultus & pauoris impleuit. Heraclidæ, ꝓprio periculo cōmoti: cæterū apparebat Athenienſibus ſua cauſa bellū ab Euriſteo ortū: Iolao duce cum Atticis præſidijs ad Marathonem (vt Strabo ſignificare videtur) illi occurrunt. Hic commiſſa pugna Iolaus Euriſteum prælio ſuperatum circa Cariam peremit. Perierūt ea dimicatione & Euriſtei filij. Heraclidę vno ſecū dо prelio defuncti, Peloponneſum inuadere ſtatuūt. His circa Iſthmū Atreus, qui Euriſteo ſublato Mycenarū regnum occuparat, cum valido exercitu occurrit. Hæſerunt his locis bellici vtrorumq; conatus ob terrarum anguſtias: vbi ex prouocatione Atreus & Iolaus de ſumma rei certaſſe traduntur, pacti inter ſe: vt ſi Atreus pugnæ ſuccubuiſſet Mycenarum regno Heraclidis cæderet, ſi Iolaum vinci contigiſſet, Tricyrinthum motis ex Iſthmo caſtris pro victis abirent. Qualis fuerit pugnæ illi⁹ exitus: in quos ſequimur non tradunt. Lycimnius, quod ſatis conſtat, cum filijs Herculis ſub id tēpus Argis conſediſſ, & qui Tricyrinthi ab initio belli ſubfederant, haud multis interiectis annis in Peloponneſum tranſiere. Alcmenam & ipſam Thebas demum reuerſam ferunt, cui repēte ex hoīm oculis ſublatæ diuini ſint honores a Thebanis decreti. Fama eſt Tlepolemum Heraclidarum vnum ob Lycimini cędem Argis exceſſiſſe, nauigq; in Rhodū delatū, tenebāt ea tēpeſtate inſulā Græci, a Triopa to Phorbātis filio in colonia ducti, quam cōmuni incolarū cōſilio in tris ille diuiſerat partes, trib⁹ in ſingulis ſua vrbibus conditis, Lyndo, Ialyſo, & Camiro. Alij a filijs Cidippes & cercaphi, qui ex Thelechinibus vnus fuit, eas vrbes conditas prodiderunt, Thelechinumq; noībus appellaras. Tori deinde inſulæ Tlepolemus imperauit, militauitq; poſtremo cum Agamemnone ad Troiam. Nunc ad Palęſtinas res Sanſonemq; redeundū. De huius conceptu mira ſunt, quæ in ſacris libris prodita reperio. Ex Manue Danitano tribuli is genitus, qui ſimul cum coniuge oraculo inſtructus, fore, vt virum fortiſſimum procrearent, vetiti ſunt capillum puero recidere, ſed vt fatalem alere, ab omniq; offenſa cuſtodire, nec potum puero præter aquam darе: futurum, vt adulta ętate vnus omnium afflictis Iſraelitarum rebus ferret auxilium. Natus igitur puer. Parentes Sanſonē dixere. Significat id nomē fortem & robuſtum. Procedēte deinde tēpore quū iam magna ex parte adoleuiſſet. Tamnā Philiſtęorum vrbē ad ſolēne ſacrum profectus, virginē eleganti forma intuitus, confeſtim ad ei⁹ nuptias animum adiecit. Quas quum ægre a parentibus impetraret, ꝙ puella Iſraelitici non eſſet ſanguinis, ita accidit, vt quū dilectæ a ſe virginis ſępe lares inui-

Heraclidæ Euriſteum perimunt.

Argos ceſſit Heraclidis.

Tlepolemus.

Sanſonis ortus.

Sanſon leonem enecat,

ſeret:in ferociſſimi leonis occurſum inciderit, quẽ nõ modo non declinauit, ſed vltro beluã adorꝝ, arctiſſimo brachiorũ ſtrãgulauit nexu. Cuiꝰ victoriæ cõpos factus peremptã a ſe beluã ex publico in ſubiecta pertraxit ſyluã. Paucis deinceps diebus eo reuerſus, vt proiectã inuiſeret ferã, parum ſibi ipſi credẽs tam violẽtum animal ab vno cõfici potuiſſe, hic rem mirã aiunt eius oculis oblatã, frequens apum examen in rabidi leonis faucibus fauos fabricare occœpiſſe. Celauit ille interim parentes de ijs, quæ inter eundum acciderãt, veritus (credo) ne periculo rei cõmoti ſe aut precibus, aut imperio, a puella ſæpius viſenda auerterẽt. Cæterum quod de apibus & earum mellificatione contigit, obſcuræ quæſtionis materiã illi in poſterum præbuit. Poſtremo impetratis puellæ nuptijs, qm̃ viri robur apud multos celebre erat: vt igitur medio nuptiarum apparatu ſuis ille frætus viribus in ſe facinus aliquod ederet inopinatũ, aſſectationis prætextu triginta lectiſſimos Sanſoni iuuenes publice Phi-

Sãſonis quæſtio,

liſtæi dedere, qui nunquã ab eius latere abſcederẽt. His inter epularũ ioculariã ambiguã Sanſon ꝓpoſuit q̃ſtionẽ, vt diceret, quonã mõ euenire poſſet, vt res q̃ voraciſſima eſſet violenta prꝫterea & immitis, ſuauiſſimum ore pareret cibum: ad ea haud dubie alludens, quę in leone a ſe perẽpto euenerãt, ſingulis ſe ſindonas & quædã non ſperneñda munera daturum pollicetur, ſi vnus oĩm ſeprẽ dierũ ſpatio quæſtionis inuolucrum explicaſſet. Ancipiti duraq; interpretatione ſoliciti Philiſtæi iuuenes magis ingenij laudẽ, q̃ prẽmium ſecuti, quum plura animo meditati nullam rei explicandæ rationẽ iniuiſſent, ex ea iuuentute quidam veteres puellæ proci: cum ipſius vxore occulte agunt, vt mediꝰ plexibus noctu quid rei id eſſet a marito eliceret. Id illa quum poſt multas preces & puellares illecebras viro expreſſiſſet, rem ad procos defert. Mox ſe primo die frequenti conuiuio quæſtio ſoluta eſt.

Amariſſima Sanſonis verba.

Ad eã vocem Sanſon turbatus exclamaſſe fertur, nihil fœmina fallacius. Alij dixiſſe ferũt, niſi mea araſſetis vitula, fuiſſet gryphus is vobis inſolubilis, Quare ſoluta cõſponſoribus fide, iratus cõiugi in patriã ad ſuos abijt. Nec puella multo poſt proꝓrũ vni connubio ceſſit. Paucis inde diebus poſt nouas nuptias Sanſon reuerſus, quũ prioris ſponſæ cõgreſſu prohiberetur, vehemẽter indoluit. Et quanquã patre alterã ei filiam deferente, irarum tamen plenus Tãna exceſſit, ſocero & Tanneis ſoceri cauſa infenſus. Bibliaci libri & Ioſephus tradũt.

Segetum incendiũ

Vulpes facibus ad caudã ligatis in maturas Tanneorum ſegetes ab eo immiſſas, quarum vaga ancipitiq; fuga Philiſtæorum ager vno tẽpore totus deflagrarit, Philiſtęi verſã autores cladis ira, puellam quæ Sanſoni fuerat matrimonio locata cum parẽtibus cõbuſſere. Inde quia multi ab eo in agris obiter oppreſſi dicebãtur, infeſto exercitu Iudææ fines inuadunt. Conceſſerat interim Sanſon ad locum quem Ethan nominabãt. Erat ibi prꝫrupti ſaxi ſpecus, quem ille ineolebat. Iudææ inopinato bello territi legatos in caſtra mittunt poſtulatum, quod rei id eſſet, ꝙ nulla a ſe iniuria affecti Philiſtæi ſuos hoſtiliter fines popularentur. Scire ſe tributum ad id tẽpus ſine fraude ipſi genti reddi-

Sãſon ad pœnã de poſcitur.

tum, paratoſq; Iudææ eſſe eorum imparata facere. Orare proinde ne in ſe fœuierint, quos ad obſequium tam promptos q̃ ad iniuriam opportunos haberent. Reſponſum his eſt, nõ eſſe cur Iudææ pacem a Philiſtæis ſperarẽt vllam, niſi Sanſon, qui totam gentem fœdiſſima clade affeciſſet, ad ſupplicium dederetur. Quod vnum ſi prꝫſtaretur pacate ſe eorum finibus exceſſuros. Stulte Iuditas facturos, ſi q̃ priuato cõſilio flagitioſe cõmiſſa eſſent publico malent exidio, quam autoris ſanguine expiari. Irent & quod facturi eſſent, cito facerent. Nam quod ad ſe attineret decretum eſſe, ſi in autore culpæ nequeant, in vniuerſa gente iniuriam vindicare. Periculo rei moti Iſraelitæ, tria armatorum milia ad Sanſonem capiendum dedendumq; miſere. Qui ad id miſſi fuerant, vbi ad ſpecum venere, nihil Sanſon recuſaſſe fertur, quo minus ſe vinctum dederent, modo Iſraelitarum qui aderant omnem a ſe iniuriam abſtinerent. Fideq; in id ipſum accepta reuinctis poſt terga manibus in hoſtium caſtra perducitur. Vbi vero in conſpectu ſtetit, abruptis repente vinculis, & ad vim conuerſus, aſini maxilla temere arrepta, quæ forte in proximo iacebat, ad mille hoſtium cæteris metu & trepidatione diſiectis interfecit. Ipſe turbatos hoſtes inſecutus, ingenti ſiti oborta, quum eam diu toleraſſet, in preces verſus miraculo factum memorant, vt ex maxilla, qua in pugna fuerat vſus, potui ſuauiſſima manarit aqua in cuius rei argumentum ferũt ipſi loco ab re, quæ miraculo ibi facta eſt, nomen poſtea inditum. Ioſephus hunc ipſum locum credidit maxillam nominatum. Sanſon ſecundum hæc quæ diximus, ignoto habitu Gazam vrbem profectus, meretricium amorem ſecutus eſt. Verum ſiue id fuerit, ſiue quod magis credo, quodq; ſimilius vero eſt: vt per ſe res hoſtium exploraret: quod poſtea plerique ſummi duces fecere, meritorio loco quum diuerſaretur, ab hoſtibus eſt agnitus. Gazei portis ſub noctẽ clauſis, præſidia circa illas ſine tumultu diſponunt, ne inuiſus hoſtis intra mœnia deprehenſus, beneficio noctis elaberetur. Occaſionem igitur expectare: vt quieti & ſomno deditum ob truncarent. Sanſon haud ignarus eorum quæ parabantur, priuſquam maior vllus motus in vrbe oriretur, ſilentio ad portas tendit, eaſq; cardinibus auulſas, atq; humero impoſitas in iugum montis detulit, qui Hebroni imminet, atq; in clariſſimi trophei modum ſublimi loco ſtatuit. His illẽ geſtis, ferocia animi, viribuſq; confiſus, neq; patrijs legibus, neq; inſtitutis tenere potuit amplius quin peregrinos ritus & mores amplexus breui exitura inuerit. Enimuero Dalidis meretricis conſuetudinem ſecutus Gazam frequens adhibat, non ſine vitæ periculo. Cæterũ ex his quæ poſtmodum euenere intelligi poteſt (quod & ſacri libri habẽt) nefario eum amore ab initio allectum, in diſcrimen illud nuper memoratum incidiſſe, quum Gazæ agnitus eſt. Philiſtæorum principes, vbi exploratã habuerunt hoſtis cum Dalide conſuetudinem, quia aperta vi aggredi nõ audebãt, cum Dalide occulte agunt, multis pollicitationibꝰ onerantes, vt quoquo modo poſſit eum ſuorũ populariũ iniuriæ redderet opportunũ. Puella ſpe munerum impulſa, cupidaq; ſuis gratificari ciuibꝰ, in fraudem verſa multis illecebris inter cõplexus & oſcula cubantẽ adorta, Sanſonis brachia, pectus, ceruicẽ preter ſolitũ mirari: inuictũ robur extollere, ſciſcitariq; ſimul, an inſuperabile illud eſſet, aut ſi ſuperari poſſit, quæ tanta vis inueniri queat, cui ipſe victꝰ ſuccũberet. Tum ille, ſi ſeptenis (inquit) vitibus fuero reuinctꝰ, fiam ſane ſuperabilis. Credidit puella, remq; ad principes ſecreto detulit. Iuſſa itaq; eſt quaſi per luſum id experiri, paucis ſecretiore parte domus occluſis: q ſi res procederet, amicæ vinculis impeditũ inuaderẽt, vinctumq; in publicum traherẽt. Vitigineis ergo (vt Ioſephus ſcribit) nodis ſomno preſſum puella adorta eſt. In ſacris

Sanſon Dalidã ludit.

Sanſon maxilla aſini pugnat.

Dalida Sanſoni capillos adimit.

Sanſon portas Gazę vel lit.

Sanſon voluptate vincit.

Herculis & Sanſonis comparatio.



cris libris neruos eos ſeptenos fuiſſe proditur. Sed quibuſcunq; ille nexibus reuinctus eſt, Dalidis clamore experrectus, abruptis repente vinculis, ſeſe in pedes ſtatuit. Tum puella ludenti ſimilis, experiri (inquit) volui an roganti mihi vera dixiſſes. Sed maiore (vt video) vi opus eſt, ſi quis vires iſtas domitas velit. Tu vero quid me tui amantiſſimam de huiuſmodi re cęlas? Quin age rogo, & ſi me amas, teq; a me amari nõ ignoras, dic quid ſit iſtud, quapropter inuictus habearis. Iterum precibus fatigatus Sanſon mendacio haud multũ diſſimili ludit amicam. Recentibus (inquit) funibus opus fuit: vt immobilis viriumq; impos iacerem. Hoc ipſum quoq; inſidiatrix fruſtra experta eſt. Ac tum muliebriter queſta ſe ab eo iterum illuſam, querelis, & ficta lamentatione ægrum amore animum inceſſit. Tertio ludificatus eſt eam Sanſon ſeptem capitis capillos licio necti oportere dictitans, clauoq; terræ affixo religari: vt validũ inuictumq; alioqui corpus ſiſteretur. Hic Dalida iam tertio irriſa velut huic a quo toties deciperet, ludibrio eſſet, in ſpeciem ægritudinis componit ſeſe. Mœſto itaq; ac minus familiari vultu ſe illi de induſtria offerre. Tum iuuenis ille, & amoris impatiens, puellæ intemperiem haud vltra ferre valuit. Docetq; ſe materno vtero conſecratum, inoſſenſaſq; vires in capillis eſſe, ſuiſſecq; ob eam rem parentes oraculo monitos, ne nouacula ferrum ve aliud tondendi cauſa paterentur ſuo capiti admoueri, augeri cum ipſis crinibus vires ipſas, quæ niſi cum illis adimi non poſſent. Fecit res ipſa fidem puellæ, occaſionem q; adepta quieſcentis caput nouacula abraſit. Ita ille Philiſteis proditus lumini bus priuatur, reuinctiſq; poſt terga manibꝰ per inſeſtum populum ad ludibrium traducitur. Mox paulo capillo fructificante quum ſolẽni die Philiſtei publice epularẽtur, iuſſus eſt Sãſon in tricliniũ adduci, vt ludibrio eſſet ciuitati. Id ſecũ ille ægre ferens cuſtodẽ corporis rogat, vt orbitatis ſuæ miſertus, ſe feſſum ſtando aliquo acclinaret, vbi paulũ quieſceret. Duæ erant omnino columnæ, quibus totũ erat conclaue illud, ſiue (vt quidã volũt) templum impoſitum. His ille admotus ſubito ita omnia concuſſit, vt inopinata ruina tria hominũ milia ſecum obruerit. Iſq; Sanſonis viri fortiſſimi exitꝰ fuit, quum annos viginti inter Iſraelitas principatum tenuiſſet. Cæterum cunctantius hęc de eo ſcripſiſſem, niſi grauiſſimos (vt dixi) autores haberem. Etenim ſi cætera illius geſta talia ſunt: vt non ita facile ſibi fidem inueniant, quæ de fatali coma traduntur, fabulis propinqua viderentur, niſi (vt credere par eſt) his numen interfuiſſe crediderit aliquis. Merito igitur hæc vt alia ad Dei Optimi Maximi prouidẽtiam referuntur. Cætera pleraq; ſunt: vt cum ijs quę Hercules geſſit merito conferri poſſint. Vterq; fere a leonis interitu ſuam eſt gloriam auſpicatus: vterq; inuictus aduerſus plures reſtitit, tam hic q̃ ille mulieris opera periit: vnius fraude, alterius ſtultitia: vterq; vltro mortẽ oppetijt. Sanſon orbitatis, Hercules doloris impatiẽs, & quod plus omnino miretur poſteritas: ęquales vt Hieronymus affirmat inter ſe fuerunt. Euſebius Sanſonem aliquanto iuniorem credidit. Sed vtcunq; res habet: Thebanum bellum, quod inter Etheoclem eſt geſtum & Polynicem: in hæc tempora haud dubie incidit. Cæterum quia voluminis huius magnitudo ſui menſuram expleuit, ex eo quod huic proxime ſubijcitur, memorabilis rei explicatio auſpicatius ſumet exordium.

# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE LIBER VII.

ANNI MVNDI.

EVIT Annus ille quo Sanſon vita deceſſit, tertius ab orbe condito ac quadrageſimus ſupra quater milleſimum, ſi recte tempora digerit Euſebius, ab Herculis interitu tertius ac trigeſimus. Tanteo in Aſſyria, qui vigeſimuſeptimus a Nino fuit, regnãte Pelaſgo apud Sicyonios, in Aegypto Ammeneme, Mycenis Agamẽnone, vt Euſebi? ſcribit, ſed Thieſte et Atreo potius crediderim, qui annos quinq; & ſexaginta regnaſſe dicunt. Etem ſi tam pauci anni, inter Herculis & Sanſonis interitũ fuere, cuius rei ipſe autor eſt, quo pacto fieri potuit: vt Agamẽnon: cuius ductu ad Troiam militarũt filij eorũ, q Thebano bello interfuerunt, ſub Sãſonis exitũ regnũ Mycenis tenerẽt, præſertim cꝫ Hercules, q ęqualis ei? fuit, aut certe nõ multo natu maior, non modo nõ Iliacis, ſed ne Thebanis quidẽ reb? interfuit? Cæterũ qñ in Thebani belli mẽtionẽ ſtilus ſua ſponte recidit, de eo iã hinc pergã dicere. Quæ ſane explicatio vt facilior ſit cognitu, aliquãto alti? eſt belli cauſa repetẽda. Operæprecium eſt audire quib? cladib?, aliꝭ ſup alias, oĩs Cadmi ſit ꝓgenies vſq; ad Etheoclem & Polynicẽ miſerabiliter afflicta, ſed q̃ i Cadmi filiab? et nepotib? euenere, alio ſunt a nobis loco memorata. Laius, q ei? ꝓnepos fuit, ſi Herodotus verus eſt autor, Iocaſtã Creontis filiã duxit vxorem, ex qua quũ nullã diu prolẽ habuiſſet, oraculũ adijt cõſulturus, an filios eſſet habiturus. Ferunt reſpõſum tuliſſe expedire ei ſine liberis eſſe: fore, vt ſi vnq; filiũ tolleret, ineuitabili fato ab eo obtruncaretur. Hoc Laius reſponſo inſtructꝰ, virilis ſtirpis infantẽ ex Iocaſta nõ multo poſt editũ, traiectis feris pedibꝰ in ſolitudines abijci iuſſit. Credo puerũ traiectione pedũ ab eo inſignitũ, ne in eo vel mini ſtri fraude ſeruato decipẽretur. Apparet ab ea clade Oedipodis illi nomẽ poſtea datũ. Miniſtri q puerũ a parte perdẽdum acceperãt, Polybæ ſeruilis fortunæ mulieri furto alendũ tradiderunt. Hæc Diodorus. Papiniꝰ, ſi qs i hac parte poetis relinquit locꝰ, a Polybo eũ nõ Polyba nutritũ ſignificare videt. Procedẽte deide tẽpore Laius Delphos ad oraculũ iturus, in Phocide Oedipodi iam adulto, occurrit. Tum neuter alteri notꝰ viarum anguſtias vno tpe occupãt. Hic Laius iuber iuuenẽ ſibi via cedere, vehebat eñ currus, ille cõtumaciter inſtans negat ſe id facturũ orta ob hæc inter eos rixa, Oedipus ſeniem obtruncat. Quæ ſecundũ Laĩ interitũ de Sphynge vulgo tradunt, fabuloſa mihi ex omni pte videnꝰ Monſtrum id fuiſſe aiunt, quod Thebani agri anguſtias obtinens, ambiguã peregre tranſeuntibus quæſtionẽ proponere ſit ſolitum, niſi aliquis malit credere hoĩem eum fuiſſe, cuius pernicioſo ingenio multi ad id tempus periclitati eſſent. Oedipus qm̃ ænigma ab Sphinge ꝓpoſitum vnus omniũ ſoluiſſet, diraq; illa infeſtatione Thebanum purgaſſet agrum, Iocaſtæ dicitur cõnubium adeptus. Scio ego Aethiopiã Sphyngem animal fuſco pilo mãmiſq; in pectore geminis alere: ꝓxime ad hoĩs effigiem accedẽs. Sunt qui tradant proprium huiꝰ eſſe, ſi hominẽ prꝫuiderit ſolo obtutu necare: cõtra ſi viſu prꝫuenta ſit, extingui. Sed quoquo modo

Laius.

Thebanum bellum.

Cadmꝰ.

Oedipus exponit.

Oedipus patrẽ obtruncat.

Sphynx.

Iocaſta Oedipo filio nubit.

Oedipus

Oedipus matris est nuptias sortitus (nam in re tam vetusta & fabulosa quod affirmem nihil habeo) plures ex ea liberos procreauit, virilis stirpis Etheoclem & Polynicem, Antigonam alterius sexus & Ismynem. Mares vbi per ætatem adoleuerunt, patri autores fuerunt vt ob domesticum dedecus se se domi contineret. Sunt qui scribant Oedopodē ipsum, vbi de paterna cæde & matris concubitu per Tiresiam resciuit, consternatum animo esse luminibus priuasse, in abditissima sæde partes sese ipsum iniecisse. Patre e medio sublato, iuuenes inter se comparant, vt alternis annis imperarent, primaq; regni sors Etheocli, qui maior erat natu, obtigit. Is regni anno circumacto, quum suas opes interim firmasset, sceptrum repetenti fratri non restituit. Polynices regni sorte fraudatus ad Adrastum Argiuorum regem confugit, ad quem per id quoq; tempus & Tydeus venit patria profugus. His duobus hospitio acceptis certo oraculi monitu Adrastus filias hospitibus despondit, Argiam Polynici, Tydeo Deiphylem, probare illi a principio amborum indolem, miseriaq; fortunā, quod vterq; regio fastigio eiectus, ad alienas opes confugisset. Adrastus ambobus bene sperare iussis, fore pollicetur, vt toris regni viribus connixus vtrunq; suum restitueret in regnum, Polynicisq; simul causam amplexus, priusquā arma moueretur, Tydeum Thebas ad res ab Etheocle repetēdas ire iubet. Quæ non modo non reddita sunt, sed cōtra ius gentiū Tydeo vis intētata est. Quinquaginta ex omni iuuentute lecti ab Etheocle missi sunt, qui illum ad Adrastum redeuntem insidijs excipe-
rent, exceptū obtruncarent. Verū Tydeus vt inuicto fuit animo in hostes conuersus, non solū fortiter restitit, sed ijs qui secum primo congressi sunt, prostratis, cæteros in fugam actos turpiter disiecit. Sunt qui ad vnū interfectos dicant, præter paucos qui cladis ignominiæq; acceptæ nuncij domū abierunt. Tydeus Argos reuersus quid Thebis sit actū exponit, docetq; simul Etheoclē nō modo res non reddere, sed sibi ad eas repetēdas misso hostiliter in fidiatū: hæc ait simulq; recentissima ostendit cędis vestigia, qua ægre nuper fuerat reuulsus. His Adrastus cōmotus, quæ ad bellū necessaria videri possunt, sedulo cōparat, adiungitq; sibi belli socios, Capaneū, Hippomedontē, et Parthenopeū iuuenē impigrū, Atalantę filiū. Censere multi et Amphiraum vatē esse ad id bellū ducendū. Ab eo ignispicij ratio primū tractata dicitur. Is futurorū peritus, quū ita euenturū pspiceret, vt si ad Thebas profi
ciscereтur, eo bello caderet, funestā sibi militiā vitabundus e medio excessit, tantisper in Etheoclem iretur, ab Eriphyle cōiuge aureo torque corrupta prodit⁹, in publicū protract⁹ est ad bellū exire coactus. Fama est Amphiaraū mādasse Alcmeoni filio, vt post suū interitū Eriphylē, quæ sui esset exitij causa, matrē interficeret. Diodorus autor est, torquem a Polynice illi datū, vt belli societatē viro persuaderet, eamq; in disceptatione quadā inter Amphiaraū & Adrastū cuius ipsa erat soror, prius orta, amborū cōsensu arbitriū adeptā, secundū mariti causam iudicasse. Cæterū adiecisse ita iudiciū ratum videri, si is socius adiutorq; belli foret, quod tum in Etheoclē moueretur, ac per ea Amphiaraū ab vxore proditū illi? cędē filio imperasse. Quātæ tū copiæ Adrasto fuerint, autores quos sequimur nō tradunt. Fama est quum duces sitibundū circa Nemeem syluā traherēt exercitū, atq; exijs quidā explorandæ aquatiōis causa nō nihil agmine aberrassent, in Ipsipylē Thoātis filiā Lemno ob patrē muliebri cōiuratiōe seruatū regno a suis eiectā, & apud Lycurgū Nemeorū regē tum forte famulātē incidisse. Erat cū ea regi? puer, cui illa data erat, aut nutrix, aut custos. Cæterū dum Ipsipyle ducibus gratificatura ad fontem cōtendit, Archemorus (nā id nomen regio puero fuit) hærbido loco relictus subito serpētis incursu perit. Adduxit ea res nutricem in apertum apud regē discrimen. Sed ducum interuentu precibusq; et autoritate lenita est Lycurgi ira, ob eximios q; & nouos honores ab toto exercitu filij sepulchro redditos, magna ex parte remissit dolor. Mānsit id ludicrum ad posteros, Nemeiq; ludi appellati. Qui deinde sub Thebis fuerint bellorū conatus, in tam obscura rerū memoria haud quisquam facile dixerit. Illud inter plures cōuenit, duces ipsos, qui septem numero fuerūt, præter Argiuorum multitudinem, quæ fuit propemodū immensa, alios alio casu absumptam. Adrasto dunta xat seruato, qui fugiēti similis Argos reuersus est. Capaneū murorum fastigia tenentē hostiū impulsu inde cū scalis deturbatū, ac vi multa lapidū superne obrutum, Amphiarai hiatu terrę absorptū, Polynicē cū Etheocle singulari certamine cōgressum, mutuis confectū vulneribus occubuisse. Iam ad fabulā redeundū sit, si quæ de illorū rogo poerę tradiderūt sequamur. Adrastus suorū corpora sepe lire conatus, ab hostibus prohibitus est, victoq; similis in Argiuos fines trepide se recepit. Sunt qui scribant, ab Atheniēsibus eum adiutū, cæsorū corpora recepisse. Alij ab Atheniēsibus ipsis eā absentibus Argiuis operā perhumane nauatā memorāt. Nec res Thebana deiceps meliore statu fuit, ab eorum filijs, qui presenti bello perierunt maiore alio quanto armorū apparatu post aliquot annos repetita. Sunt qui post Ilium euersum ad Thebas iterū bellatum scribāt, fuissęq; illati belli prętextū Argiuis, q? Thebani cū cæteris Græcis ad Troiam non militassent. Sed quocunq; Thebani tēpore in recētiorē illā cladē inciderunt, Alcmeonis Amphiarai filij ductu id bellū Thebanis illatū plures meminerunt. Hi, quod satis cōstat, ingenti prelio victi, quū neq; vires, neq; vllū ad se tuendū cōsilium haberent ampli?, Tiresię vatis, a quo captandorū ex auibu? auspiciorū ratio (vt ferū) inuēta est, oraculū secuti, vrbē filētio noctis destituere. Thebani populariter vrbe egressi in eā Bœotiæ partē cōcessere, q̄ Thilphosea dicta est. Thebæ captæ hostiliterq; direptę. Fama tenet Daphnem Tiresiæ filiam captā, Delphos a victorib? missam, quæ a patre prius instituta, mox Delphico cōmercio prudentior facta, in summā diuinādi peritiam euaserit. Tiresias qui cum suis ciuibus in Thilphoseū agrum sub ipsum vrbis excidiū abierat, haud breui interiecto tēpore vita decessit. Eum Thebani ob creditā ingenij diuinitatē, magnifico (vt tum res erant) funere extulerunt. Mox sumptis aduersus Doriēses armis, prælio victos suis sedibus eijciunt. Nec ita longo tpis interuallo eorū pars Athenas cōcessit. Qui in Dorida seu Dorita haud multo post reuersi, in ea esse terra perseuerarunt. Nonnulli in Grineo habitarunt Quidā etiam in Eubœa. Per hos casus iactati sunt Thebani post q̄ ab Epigonis proprijs sunt sedib? eiecti. Quæ igitur circa Ilium gesta sunt, quæq; his aut æqualia fuerūt, aut certe nō multo antiquiora, maiore omnino fama sunt memoriæ prodita, sed fabulis nihilominus inserta. De his igitur quo breuius dixero, eo fortasse veri?. Nam si quis poetarū scripta

Adrast⁹ rex.

Tydeus plures vnus ster nit.

Ignispicium.

Ipsipyle Thoātis filia.

Nemei ludi.

Adrasti fuga.

Thebani bello re petūtur.

Tiresiæ vatis exitus.

Troianū bellum.



scripta temere secutus, longiorem de ea re sermonem instituat, etiam inuitus in aperta rerum mendacia incidat necesse est, qua labe nulla historię maior accidere potest. Omni igitur lōgiore sermone de huiusmodi rebus omisso, breuitas illa veritatis amica, qua in Thebanis rebus explicandis vsi sumus hic quoq; est nobis tenenda. Paridis igitur iudicio, quod vetustatis rerumq; naturalium peritissimi, longe aliter q̄ vulgus interpretatur ad Scænicos artifices & poetas relegato, causam capiendæ Helenæ: vnde tempestas illa bellorum Asiæ orta est, inueteratam grassandi in alienas fœminas licentiam Paridi extitisse crediderim. Nec multum a vero diuersa est coniectura illa, veterem iniuriā Hesiones Priami sororis, ex Ilio in Greciam abductæ, recētioris postea rapinæ Troianis materiam prębuisse. Sed armis honestius: vt postea Græci secerunt, ea res vindicanda fuit. Enixaq; Hesione fuerat iam antea ex Thelamone Teucrū, qui Troiano bello interfuit. Quæ sororis fortuna potuit veterem Priami iram lenire. Sed vetus exemplum videtur ille mihi secutus. Enimuero phœnices nulla lacessiti iniuria Io Inachi filiam ex Græcia asportarunt: mox Cretēses Europam ex Phœnice. Græci inde ex Colchide Medeam. Cæterum quia huiusmodi rapinę alijs impune cessissent, inde Paris audacior factus, Helenę tum mulierum pulcherrimæ fama impulsus, velut aliud secutus negociū, in Peloponnesum nauigauit. Fama est Alexandrū qui idem fuit & Paris i hospitio apud Menelaum fuisse, cuius matrimonio locata erat Helena, atq; in eadem domo vnum passa puerperium, ob inclytū Priami nomen, & quia tempestate illa nihil hospitali iure fuit mortalib? sanctius, Menelaus, quum adhuc Paris apud se esset, peregre domo profecturus, regij hospitis curam demandat vxori. Atq; ita ea absente siue inuita, siue quod vulgus tenet, hospitis facie mulier capta, ex Sparte in Cranaam insulam cū Paride nauigauit. Vbi cum eo primū cōgressa, ipsi postea loco nomen dedit, vt insula sit iam inde Helenea appellata. Iacet hæc ante Bœotiæ littus circa Sunium promontorium. Sed de Helenæ raptu multiplex est fama. Atq; poetica illa exclusa, cuius Homerus est autor, quæ tota fabularū inuolucro tegitur. Herodotus, Dion Prusiensis, & Dares Phrygius, multo æquiore animo audiendi sunt: horum Herodotus, qui est eius opinionis autor, quæ proxime memorata est, negat Helenam ad Troiam peruenisse, sed Paridem cum Aegeum nauigaret, vi tempestatis cursu excussum in Aegyptiacum ait pelagus cū Helena deiectū, nihilq; flatibus interea remittentibus, ostium Nili quod Canopicū vocant, subisse. Fuit tum ibi ad Taricheas Herculi Phanū, quē locum seruili conditione viri ingressi, nulla abstrahi vi poterāt. Huc quū ex Paridis comitatu seruitia quędam profugissent, Hercu lis simulacro assidentes, violati hospitij, nefariæq; rapinæ, Paridem apud Barbaros sacerdotes crimi nantur, tenebat per id tempus Aegypti regnū Proteus, cuius prefectus Thonis indignitate rei cōmotus, subito Memphim misit, qui Alexandri appulsum, & quæ illi exprobrarentur regi nunciarent, applicuisse nuper hominē Phrygū sanguinis, cū Graia muliere, quā ex Peloponneso iniuria asportatam seruī insimularēt. Imperat Proteus hominē eum quisquis sit cōprehensum ad se duci, virū flagitiosum, extremoq; supplicio dignum arbitrat⁹, qui nihil hospitales Deos reueritus, alieno fuisset thoro insidiatus. Tonis Alexandrum cum Helena & ijs, q̄ illa secū domo extulerat, haud multo post Memphim sub custodia misit, hic rex sciscitatus ecquis homo esset, & vnde cū nauibus profect⁹, audita patria & Priami nomine pergit velut totius rei ignarus querere ecquænā ea esset mulier, quam secum veheret. Hic tū rubātem Paridem, ac minus constanter ad ea quæ de Helena quærebātur respōdentē, grauissimis Proteus verbis increpuit. Deos hominesq; testatus nisi hospitalia iura obstarent, nullam neq; patriæ, neq; parentis rationem se fuisse habiturum, quo minus meritum de eo sumeret supplicium, vt atrocissima vnius pœna documento esset mortalibus, ne latrocinio illicitos sibi quę rerent amores. Cęterum nolle ipsius quem merito odisset exemplū imitari, permissurum se hospitij causa, vt incolumis inde classem abduceret. Iret, & aliena coniuge, & rebus quas illa secū extulit apud se relictis, cōfestim tota Aegypto excederet. Quod nisi continuo faceret, tam ducem ipsum se q̄ comites pro hostibus habiturū. Atq; ita ait euenisse, vt quandiu ad Troiam bellatum est, Helena fuerit apud Proteum. Hæc Herodotus ex Aegyptiorum prędicatione, de Helenæ in eam terrā appulsu. Homerus quoq; Helenam posteaquam in Græciā reuersa prędicantē induxit Nepenthe illud quod Telemacho propinabat, a Thonis coniuge dono acceptum, quando terra Aegyptus plurima eiusmodi mixta, partim bona, partim mala ferret medicamenta. Idem autor Alexandrum Sidonem venisse ait, quæ ab Aegypto non multum distat, celebratq; Sidoniarum opus puellarum, quas ille lata sulcans maria Ilium aduexisset. Sed his multum diuersa sunt quę Dion scribit. Iis Ilienſibus persuadere conatus est, ne Ilium quidem a Græcis excisum, nec Helenam Menelao vnquam nupsisse, sed Paridi, quam quū multi ex terra Grecia prouocarentur, & cum his Menelaus Agamemnonis frater, cum quo Clytæmnestra Helenæ soror nupta erat, indignita te rei, q̄ peregrinus homo Græciæ primorib? præ latus in matrimonio esset, Atridarū impulsu Græci Priamo bellum intulerint. Eoq; fidem huic opinioni fieri, q̄ Castor & Pollux fratres Helenæ, qui eius connubij autores fuissent, ad Troiam non mitauerint. Ita igitur Dion rem dirigit, vt Helenæ connubiū a Grecis per legatos dicat repetitū, qua nō reddita, quoniā legitime Paridi nupsisset, ex tota fere Græcia bellum sit Phrygiæ illatū. Primoq; ad Troiam appulsu Prothesilaum, qui omniū primus in littus euadere conatus esset, ab hostibus interfectum: mox Graios littore depulsos in Cherronesum retro nauigasse, atq; ita ex proximo, latrocinantium more potius q̄ bellantiū, maritima quæque Troianorum oppida populatos, postremo Iliacū littus ab his noctu repetitū, actum priusquā ex vrbe occurri potuisset, vallū nauibus obiectū. Multos inde (vt ille ait) bellorum casus vtriq; sunt experti. Sed Græcorū res multo deterior, qui post multa pericula & labores terra & aquis exhaustos nihil prēter littus fossa & vallo munitū, in Phrygia tenerēt. Est ad hæc in summa rerū oīm difficultate, seditione nōnunquā laboratū, vt ægre Nestoris Vlyssisq; autoritas vulgus a nauibus reuocarit, quū populariter in Græciā abeundū censerēt. Acre deinceps prelium est (vt Dion ait) secutū. Græciq; ad naues cum multa sunt strage ab Hectore cōpulsi, multo maiorē cladē accepturi, nisi rem pene afflictā Achilles suo marte restituisset. Is Phryges trās Simoenta persecutus, & cū Hectore cōgressus graui ictu concidit. Cuius corpus quominus eo hostis potiretur, ægre duo Aiaces tenuerūt. Adeo Dion ab Homero omnia diuersa, pdidit fabulosa haud

Paridis iudiciū.

Io. Europa. Medea.

Helena cū Paride nauigat.

Paridis et Helenæ discrimē in Aegypto.

Helena Menelao non nupsit vt q̄dam ferunt.

Prothesilaus interficitur.

Hector Achillē interficit.

haud vno loco esse testatus, quæ ille de singulari Paridis & Menelai pugna fuit carmine cõplexus, de Aiacis & Hectoris prælio, Diomedis & Aeneę, & in vniuersum quæcunq; de Patroclo cecinit, Achille igitur extincto, nocte quæ proxime secuta est, Græci fortissimi ducis interitu, magnaq; suorũ cæde perculsi, in Cherronesum retro abierunt, eorum castris Troes potiti, magnam inibi prædam diripiunt. Tabernacula incendunt, vallũ diruunt. Erãtq; Ilienſiũ res in hoc successu, quũ Amazones exponto, & ex Aetiopia Memnon suppetias Priamo venerunt: & Græci Pyrrho ex Scyro insula accersito, & Philoctete ex lemno suas opes firmãt. Instauratoq; exercitu Ilium ex Cherroneſo repetunt. Tum maiores (vt Dion ait) conflictus secuti, Antilochusq; & Aiax ab Hectore in pugna interfecti. Paris a Philoctete sagitta ictus, & Penthesilea a Neoptolemo telo transfixa mortẽ occubuerunt, Atq; ita opibus vtrinq; fœda clade accisis, quũ multo maior hominum & rerum iactura esset a Græcis facta q̃ a Phrygibus, fœdus vtrinq; ictũ, vt Græci pro ea pecunia quã Priamus sibi dari postulabat, ob bellũ iniuria a Græcis illatũ, Mineruę Iliacæ opus memorabile relinquerent. Vnde summa est poetis materia, vt Troiam equo captã memoriæ prodiderint. Eã moles hoc habuit. Achiui Mineruæ Iliadi sacrum. Plinius, arietem bellicam machinã Troianum equum fuisse existimat, cui? inuentor fuit Epeus. In fœdere est diserte positũ, vt Græci Priami genere Phrygiã obtinente nunquã bello Asiam repeterent, neq; Troiani Peloponnesum aut Boœtiã, aut Cretẽ, aut Ithacã Phthiãve, aut Eubœam inuaderent. Fœdereq; in has cõditiones icto, Græci ob rem male gestã, seditiõe primo agitati, diuersi domũ cõcesserunt. Cæterũ alij alios casus experti, oẽs fere ad vnum sunt periclitati. Tẽ pestate quidã absumpti. Nonnulli & Agamẽnon domestica fraude perierunt. Plures domo per contemptum exclusi, exilio solum verterunt, & in his Diomedes & Menelaus, qui quum in Aegytũ nauigasset, oĩa memorare sit solitus eius gentis sacerdotibus, quæ Græci ad Troiam perpessi essent, eadem ab illis per manus ad posteros tradita. Ex quibus hæc Prusiensis Dion se didicisse testatus est. Priamus (vt idem autor scribit) feliciter cõsenuit, Helenaq; post Paridis interitũ Deiphobo nupsit. Nec multo post, quum iam Hector regnum a patre accepisset, nec Aeneas quieturus videretur; nisi in partem regni receptus, q̃ magnis Priami Pollicitationibus fortiter Troiam defendisset, autor illi fuit, vt sua pecunia & classe auctus quo vellet Coloniã deportaret. Sic Helenus & multi hoc ipsum secuti, alij alio nauigarunt. Et hæc Dion multo longiore q̃ nos fecimus sermone executus: vt qui sit in Homeri mendacijs refutandis vehementer occupatus. Verum neq; huius, neq; alterius cuiusq̃ fides maioris apud me erit vnquam momenti, q̃ Phrygij Daretis: cuius historiam non tantum probauit Nepos Cornelius, sed Crispo etiam Sallustio in Romana historia plurimorũ iudicio haud dubie principi, cognoscendam tradidit. Is Helenam scribit Menelai connubio vi abductam a Paride, quem Priamus parer ad hoc ipsum in Græciã misisset, vt quando Hesione per legatos repetita a Thelamone non redderetur, aliquo Græcos incõmodo afficeret: eratq; tum forte Menelaus in Pylum ad Nestorem profectus. Erat & Helena viro absente in Citheris insula, quæ paridis videndi cupida in eius conspectum venit, ibi vtercq; alterius forma capti templum Apollinis & Dianæ subierunt sacrorum causa, vnde nocte quæ proxime secuta est eam in nauim receptam Paris auexit. Sunt & aliquot cum ea mulieres ex ipsius comitatu ad naues abductæ. Spoliatoq; Apollinis templo in Phrygiam prospera nauigatione est reuersus. Coniurat tota Græcia ob eam iniuriam in priamum & filios. Septuaginta circiter viri illustres Agamẽnonis ductu, cui ab initio delatum fuit imperium, cum mille & amplius nauibus ad Troiam ex Aulide profecti sunt. Vbi naues Tenedum tenuere. Diomedes & Vlysses Ilium ad res repetendas ire sunt iussi. Interea Achilles Misiam populatus est, & Teutras qui in ea terra regnum obtinebat prælio victus, grauiterq; saucius Achillis manu occubuisset, nisi eum Thelephus, qui cum Achille erat, clypeo protexisset. Fuerat Teutras ab Hercule Telephi patre in regno constitutus, quo contigit, vt a Teutrate non modo sit hospitio acceptus, sed ad regni etiam successionem admissus. Nec mihi excidit quid supra de Telepho scripserim, quid ve ab alijs de eius vulnere fuerit memorię proditum, sed Daretis hæc sunt. Sub idem fere tẽpus quo Achilles ex Mesia cum præda Tenedũ reuersus est, Diomedes & Vlisses ex Ilio nunciant Helenam non reddi. Et iam Græci erant in insula transmissuri, quum Palamedes ex Eubœa superuenit cum triginta nauibus, docuitq; multo tutius Græcis futurum, si noctu Troianum littus occuparent. Cæterum siue noctu siue interdiu classis eo appulsa est, acri prælio sunt Græci ab Ilienſibus in littore excepti. Occubuitq; in ipso congressu Protesilaus, qui omniũ ferocissime in aduersum hostem irruperat. Mox cruenta cædes secuta est, multisq; vtrinq; amissis, ptracta est in plures horas anceps dimicatio. Ad postremũ impressione ab Achille facta, Troiani multa cum cæde in vrbem compelluntur. Actum demum Græci in terram egressi, per ocium naues & castra muniunt. Postridie Hector in pugnam egressus, Patroclum interficit: iacentiq; exuuias detrahit, inde Merionem haud multo post ad terram deiectum, quum spoliare esset adortus: a Mnesteo graue vulnus in femore accepit. Sed non adeo est plaga vna retardatus, quin ad naues vsq; Grẽcos egit, intulisseq; ignem nauibus, nisi Aiax Telamonius collato pede illi impetum fregisset. Ibi duo fortissimi ducesinter seagniti. Erat Aiax ex Hesione Priami sorore natus, vt plures dicunt, nam non desunt, qui (vt alio loco demonstraui) Teucrum velint, donarunteq; se inuicem militaribus donis, diremptoq; prælio induciæ initæ sunt, vt qui in acie occubuerant, per ocium sepelirentur. Interim non nihil inter Græcos est seditione laboratum. Censebat Palamedes esse imperium Agamemnoni abrogandũ, sibiq; tribuendum, quandoquidem multa com metus esset ad præsentis belli vsum, modum egrediendi in hosticum, castrorum munitiones, tesseram militarem, circuitionem vigiliarum, & cum his instruendi exercitus rationem. Estq; per hæc bi duo cessatum, nisi forte rectius biennium pro bi duo legatur apud Daretem. Agamemnon (quod satis constat) exeuntibus inducijs, cum Achille, Diomede, & Meuelao, suos in aciẽ eduxit. Contra Hector & Aeneas ex aduerso aciem instruunt. Cõ fligitur totis viribus, caduntq; vtrinq; multi viri fortes. Sed multo acrius est sequẽti die pugnatum quo prælio Paris Menelai femur transfixit sagitta. Oppressusq; esset in vestigio Alexander hostibus pene circumuẽtus, nisi obiectus clypei Aenas illũ protexisset, sed nox accensum diremit prælium, animisq; per hæc ad pugnam irritatis, octoginta circiter dies assidue est acie dimicatum, innumeriq; interim viri ab vtraq; parte occubuerunt. Pacti sunt inde in tris annos inducias. Triennio circumacto opibus vtrinq; auctis, Hector & Troilus primi suos in pugnam educunt. Occurrunt his Agamemnon, Diomedes, & Menelaus. Huius diei pugnæ, quæ tam his q̃ illis cruenta fuit, adeo animi incaluerunt dimicandi studio, vt triginta deinceps dies fit hinc inde in aciem descensum. Sed quum aliquato plures ex Troianis cecidissent, sex mensium induciæ sunt Iliẽsibus datæ. Vario post hæc marte est sæpius conflictum. Hector interim vir fortissimus cum Achille congressus, eius femur cõ sauciat, ipse contra ab Achille letaliter percussus occubuit. Eoq; cadente Troiani in fugam versi cum fœdissima suorum strage in vrbem compelluntur. Duobus inde mensibus eos induciæ tenuerunt. Quo tempore Priamus magnifice Hectorem funerauit, ludosq; in eius memoriam ad sepulchrum instituit. In castris iterum mota inter Græcos seditione, abrogatum est Agamemnoni imperium, summa rei multitudinis suffragio in Palamedẽ collata, nec eam mutationem imperij Achilles probauit. Post inducias vtrinq; est in aciem descensum, primoq; conflictu Sarpedon Lycius Tlepolemum Rhodium & Tereum Admeti filium obtruncat. Secuti inde multi varijq; conatus. Circumacto interim anno ab Hectoris interitu, quum Hecube & filiæ inferias ad eius tumulum ferrent, quem illi extra vrbem Priamus extruxerat, Achilles, qui tum forte mœnibus obequitabat, Polyxenam intuitus, continuo eius forma captus, oculus & animum in virgine defixit. Fuit Polyxena (si vera Phrygius Dares prodidit) candido colore, procera statura, & longo teretiq; collo, oculis venustis, forma adeo eleganti, vt omnes quæ ea ætate fuerunt, longe anteiret puellas. Achilles amoris impatiẽs feruum Phrygij sanguinis ad Hecubem mittit, qui virginem sibi in vxorem deposceret, ita fore pollicitus, vt ipse Thessalicq; continuo secessionem facerent. Nec dubium quin se abeunte confestim Troia obsidione solueretur. Defert Hecubę rem ad Priamum, qui factum ita probaturus videbatur, si post affinitatem vniuersus exercitus abiret, alioqui non videri sibi causam filię cuiquã iungendæ integro adhuc bello. Res citro vltroq; per internuncios iactata, Achillem ab omni armorum studio auerterat. Is iam antea Palamedis imperium pertæsus, soluendi belli autor erat. Palamedes ad pugnam egressus Deiphobum obtruncat, mox & Sarpedontem, quem ira in suos grassantem Paris intuitus sagitta transfixit, eoq; vulnere degrauatum, Troiani facto agmine telis obruunt. Palamede cadente Græci in fugam vertuntur. Fit cædes teterrima, aguntq; dispalatum hostẽ Troiani ad naues, His flammas iniiciũt. Aiax quia Achilles prælio abstinebat, vnus classem tutatus est. Post Palamedis interitum Agamemnoni iterum summa rei permittitur. Is Achillem qui totus Polyxenæ nuptijs imminebat, & ob eam rem pugna pertinaciter abstinebat: per Vlyssem, Diomedem, & Nestorem obtestatur, ne Græcorum res in aperto discrimine destituat. Multis agit precibus vt Palamede iam e medio sublato, sua velit causa pugnam capessere. Sed neq; Agamemnonis precibus, neq; trium virorum illustrium præsentia ferox iuuenis flecti potuit, vt ad arma respiceret. Tũ vero grauissimi fuere conflictus, duobusq; certaminibus Troili præcipua enituit virtus, qui Diomede & Agamemnone vulneratis, Græcorũ phalanges iterum ad naues compulit. Cessatum inde ab armis per aliquot induciarũ dies. Quo tẽpore Achilles precibus exoratus, alieno ductu suos in aciem misit, cõsertoq; vtrinq; prælio, Troilus Myrmidones præ se agit ad naues cum strage multa. Interceserunt his belli feriæ, quibus exeuntibus, quũ Troilus supramodum in Græcos sæuiret, Achillẽ rei indignitate motũ, in prælium traxit: medioq; certamine sauciat. Cæterum dum Achilles curatur Graiorũ acies sæpius funditur, impellitur, præceps ad littus agitur. Postremo Troilum curru media pugna excussum, ab achiuisq; circunuentũ, Achilles iam a vulnere validior factꝰ, interimit. Quem iacentem spoliare adortus, a Mennone vulneratur. Hecuba in recentem luctum ob Troili mortẽ deuoluta. Achillem qui temere ad arma recurrerat, spe connubij in Timbræi Apollinis phanũ ad colloquium traxit, vbi Paride alijsq; opportune ad insidias dispositis, Aeaciden incautũ & cum eo Antilochum, qui comes illi venerat, suis trucidandos obiecit. Post Achillis cædẽ, Neoptolemus filiꝰ ex Scyro est accersitus. Ad cuiꝰ accessum paterna sunt arma iuueni data, quæ vltro Aiaci delata pertinaciter recusauerat. Instauratur itaq; bellum, pugnaq; rursus placet, primoq; congressu Penthesilea Amazonum ductrix Pyrrhum vulnerat, mox ipsa ab eodem saucia concidit. Ad Amazonis casum metus ingens Troianos incessit, fœdaq; fuga secuta est. Tum demum fractis Iliẽsium opibus, Aeneas Antenor & Polydamas Priamo petendæ pacis autores fiunt, quibus multa cum ignominia reiectis, Rex etsi iam grandis natu, cum Amphimacho bellum instaurat. Interim Aeneas & Antenor pacti cũ Agamemnone & Graijs suã incolumitatẽ, per eam portã, quæ equinã habuit effigiem, siue caput duntaxat illud fuit: hostẽ noctu in vrbẽ induxere. Pyrrhus in regiam ab Antenore ductus Priamum obtrũcat. Polixena apud Aeneam nõnihil latuit: qua reperta parum abfuit, quin illi publica sit fides violata. Iussusq; est confestim vrbe excedere. Puella Pyrrhi iussu ad Achillis est sepulchrum iugulata. Heleno & Cassandræ, qui semper pacis reddendæq; Helenæ autores fuerant, cõsensu omnium libertas restituta est. Est & his, qui cũ Andromacha perditis rebus in Traciam Chersonesum concesserant. Et hæc Dares, quæ omnia eo sum verbosius secutus, quo vero mihi propiora visa sunt ijs, quæ cæteri rerũ scriptores de bello ad Troiã gesto, propemodũ fabulati sunt. Quod vero ad Ilij excidiũ attinet, præter Græcos, quorũ optimi quiq; id pro confesso tradunt, Liuius, & q̃ in Romana historia celebre fuit nomen adepti, haud dubie fatentur, Ilio a Græcis exciso, Aeneam in Italiã venisse. De cuius digressu ex Troia, memorabilicq; in Latium appulsu, mox paulo dicã q̃ verissime potero. Fuit hic annus, quo Ilium est a Græcis Agamemnonis ductu excisum, quater millesimus ab orbe condito ac circiter duodetrigesimus (Neq; enim ad vium reseco tẽpora) a Nino rege qui Assyriorũ regnum cõdidit sextus & octingentesimus. Ab Habraami ortu quartus & vigesimus supra octingentesimũ: a Mosis natiuitate trecẽtesimusoctauꝰ: præcessit primã Olympiadẽ annos sex & quadringentos. Tenebat tum regnũ in Assyria Tauranes, qui sextus & vigesimus rex fuit a Nino. Apud Sycionios Poliphides. In Aegypto Thuoris. Apud Hebræos Labdon. Athenis Mnesteus, etsi hunc ad Troiã periisse a quibusdã fit proditũ, Alij in Melo mortẽ obiuisse aiunt, quum ex Troia reuerteretur,

Amazones Priamo subeniunt.

Machina Troiani equi.

Infelix Græcorũ exitus.

Menelaꝰ in Aegyptum delatus.

Aeneæ nauigatio.

Dares Phrygiꝰ.

Verus Helenæ raptus.

Inducię trium annorum.

Hectoris casus.

Teutras.

Teutras. Telephꝰ.

Achillis vulnus.

Troili casus.

Achilles & Antilochus interficiũt.

Palamedis consilium.

Penthesilea interficitur.

Polyxena ab Achille amatur.

Proditur Iliũ Græcis.

Patrocli & Merionis cędes.

Deiphobus Sarpedõ Palamedes occũbũt.

Seditio inter Græcos.

Aiax.

Pugna acris.

ANNI MVNDI.

Tẽporũ supputatio.

cui Demophoon succeſſit. Regnatumq; erat Athenis ad id tẽpus, a Cerope ad Troiæ excidiũ annos tercentum ſeptuaginta quinq;. In Latio Latinus rex Fauni filius, vel (vt diligẽtiores ſcribunt) Herculis, per id tempus regnum obtinebat. Troia igitur capta qui in Ilio fuerant, magna ex parte nocturna ſunt cæde conſumpti, plurimi tamen mortales ſilentio noctis vrbe dilapſi, in pacatum abierunt, qui variis deinceps erroribus certas ſibi ſedes queſiuere. Horum Aeneas & Antenor maxime inſignes, cum ob nobilitatem generis præcipuamq; animi virtutẽ, qua Troia incolumi inter ſuos principes fuere, tum q; ambo clariſſimarum vrbium authores extiterunt. De his duplex eſt fama a Græcis ſcriptoribus celebrata. Aiunt ex his quidã Achiuos capto Ilio, omne ius belli ab his duobus abſtinuiſſe: & quia Græcos hoſpitio excepiſſent, qui ad repetendam Helenam eo venerant, & q; illius redeundæ ſoli omnium ab initio autores extitiſſent. Alij quorum opinionem ſupra retuli, ob id ſeruatos meminerũt, q; Ilium Graijs, didiſſent. Mneuſerates Xanthius Aeneæ cauſam prodẽdæ Thoiæ fuiſſe tradidit, q; ab Alexãdro ſolenni ſacro fuerit eiectus, atq; ob id Ilio tradito Achiuorũ vnũ fieri contigiſſe. Dionyſius capto inquit Ilio ſiue equo (vt Homerus autor eſt) ſiue Antenoridarũ, deditione, quo apparet neutrũ proditionis infamia caruiſſe. Verũ quoquo modo Troia capta eſt, Dionyſi? autor grauiſſimus (niſi quis malit poetas audire) partẽ cluiũ & auxiliariũ nõ paruã noctu i ſomnis ait oppreſſam, Aeneã cũ Ilienſiũ manu, & ijs, qui ex Dardano & Ophrynio aderant, hoſtibus adhuc inferiora vrbis tenentibus, in arcẽ cõfugiſſe, in ea ſacra erant & pecuniarũ vis ingens. Inde Aeneas multitudine freꝰus hoſtes arcẽ ſubeuntes primo repulit. Inde vbi vrbe ex omni parte capta diutius ſe locũ tueri non poſſe vidit, ad ſacra & congeſtã Gazam in tutũ aſportandã animũ applicat, oẽm itaq; imbellẽ multitudinẽ & cætera, quæ ad fugã impedimento eſſe poterãt, parte arcis ab hoſtib⁹ auerſa, ſilentio ad Idam præmittit, & cũ his ex robore iuuẽtutis plurimos, qui abeuntibus ſubſidio forent, ipſe cum lectiſſima virorũ manu hoſtẽ interim circa arcem nocturno prælio fatigat. Cæterũ Neoptolemo cũ ſuis vi murũ arcis ſubeũte, ceteriſq; Graiorum principibus ſumma ope in ſummum euadere nitentibus, Aeneas & qui cũ eo erant, priuſquã molimina arcis ab hoſtibus refrigerentur, via quæ maxime ab eorum ſenſu fuit auerſa, & ad montes propinqua, digreſſi ſuos ad montes cõſecuti ſunt, Dionyſius autor eſt Anchiſam cum Creuſa & libertis ab Aenea curru in tutum trãſlatos, verum vbi poſt ea Creuſa extincta fit, aut quo caſu, neq; ille neq; eorũ quos ſequimur tradidit quiſquam. Nec poetis temere accedo, qui negant eã fuiſſe coniugis fugæ comitẽ. Dum igitur Græci ſunt prædæ intenti, affatim eſt tẽporis Aeneæ datũ ad munitiſſima Idæ loca occupanda, ſuperuenerunt illuc nec multo poſt ex Dardano profugi: qui incenſæ vrbis flãmã per noctẽ cõſpicati, rati quod erat, vrbẽ a Græcis captã: relicto oppido, trepida fuga ad mõtes delati, in ſuorum popularium agmen inciderunt. Ex Ophrynio quoq; et aliis circuniectis vrbibus pari conſternatione multi mortales exacti, ſeſe Aeneæ adiunxerunt. Fuit ab initio perſuaſum ijs, qui eum ipſo duce erant, fore vt Græcis domum abeũtibus Ilium incolerẽt: ſed multũ illi ſunt ſpe ſua decepti, regiam nanq; vrbem Achiui aliaq; illi propinqua loca hoſtiliter populati, ad eos quoq; expugnãdos qui montana Inſederant loca, animum adiiciunt.

Aeneas. Antenor

Aeneæ diſceſſus ex Ilio.

Aeneæ conſiliũ.

Verum nõ ignari q; iniquiora oĩa ſibi reſiduo bello futura eſſent, q; non vltima deſperatio ſolum quæ ad omnia extrema audenda impellit humanos animos, ſed aſperitas quoq; motum domãda eſſet, caduceatorẽ mittunt, qui Aeneã & cũ eo oẽm extorrem multitudinẽ hortaretur, ne nouo ſeſe implicatent bello, ne Troianũ nomẽ ad internitionẽ deductũ irent, quin patria & rebus amiſſis propriæ ſaluti cõſulerent, amplexarentur occaſionẽ impetrandæ pacis, quam ſi bellandi pertinacia præterm itterent, fore, vt non multo poſt neglectam fruſtra deſiderarent. Secundum hæc Aeneam cũ Achiuis in colloquium veniſſe aiunt, & in has conditiones pacis deſcenſum, vt ipſe cum extorri multitudine & rebus, quas ſecum Ilio capto extuliſſet, Troiano agro excederet, Achiui tutam illi nauigationem per omnes Graiorũ terras exhiberent. Atq; fide in hæc data & accepta Phrygia profecturus Aeneas, Aſcanium (vt quidam autores ſunt) natorum maximum cum profugorum parte, qui Phryges omnes fuere, i Daſclitem agrum, vbi lacus eſt Aſcanius, ipſis locorum accolis id petentibus miſit. Fuiſſe ibi Aſcanius dicitur donec Scamandrus Hectoris filius, & fratres ab Neoptolemo dimiſſi, vel (vt alij tradũt) Heleni ſubſidio auitum regnũ recuperarunt, cum hiſq; ſumma ope adiutis Aſcanium Ilium repetiſſe. Et hæc quidem de eo ſunt tradita. Aeneas cum cæteris filijs (nam quod Sophocles facit, illum portis exeuntem, humeriſq; patrem habentem, poeticum eſt figmentum) claſſe ad tempus inſtructa primum in Thraciam breui traiectu venit. Inde ſecundum Cherroneſum, quæ Pallene dicta eſt, Troiani præteruecti a Cruſis barbaris hoſpitio accepti, in ea terra hyemarunt, ſtatueruntq; ibi templum Veneris. Inde ex Pallene profecti in Delum ſunt delati, ex Delo in Cythera, quæ Peloponneſo adiacent, ex Cytheris in Zacynthum, hinc in Ambracio ſinu ſtationem habuere, vbi Ambrax Dexameni filius nepos Herculis per id tempus regnum obtinebat. Anchiſes Ambraciæ oram claſſe præterientus Butroti portum tenuit, Aeneas cum robuſtiſſimis iuuenum bidui itinere Dodonem ad oraculum peruenisſe fertur, atq; his locis Helenus ab eo repertus, apud quem dux ipſe & comites in hoſpitio fuerũt, conſulto de ſedibus oraculo, ſacratiſq; deo muneribus, quæ multas poſt ætates durauere, claſſem aſſecuti Ionio emenſo eam Italiæ oram primo tenuerunt, quæ olim magna eſt Græcia appellata. Fama eſt claſſis gubernatore vſum Aeneam Patrone quodam Thurio, multoſq; ex Epiro nauigationis illius vltro ſe comites illi adiunxiſſe, quorum pleriq; Italia conſpecta domum ſint reuerſi. Patro cum Aenea eſſe perſeuerauit, qui poſtea habitaſſe fertur in Aloncio Siciliæ. Troianorum qui ex Aeneæ comitatu fuerunt, quidam Iapigias arces tenuerunt, alij Atheneum, qui primus in Italia Aeneę loc⁹ occurrit, Plures vero cũ ipſo duce Auſonij maris orã emenſi, ad Siculũ vſq; fretũ peruenere. Hic dubiũ cõſilio an vi Pelagi, curſu excuſſi eam Siciliæ partẽ præteruecti ſunt, quæ Drepana nominat. Quibus terris in eos inciderũt, qui cum Helymo & Aegeſto aliquãto prius ex Troade profecti, circa Craniſum fluuiũ poſuerãt ſibi ſedes, cõceſſo a Sicanis agro in Aegeſti gratiã, qui i ea inſula forte quadã fuerat a puero educatus. Maternum huius auum genere & opibus præpotẽtem Laomedon ob diſſidium quoddã cum omni virili ſtirpe occiderat, filias necare parum decorũ duxit, ſed q; id fœdũ arbitrari, tam reb⁹ ſuis formidoloſum credere

Quæ acciderint poſt captũ Iliũ.

Aeneæ pactio cũ Achiuis.

Cherroneſus.

Errores Aeneæ.

Patro.

Helenus.

Vnde Aegeſt⁹ oriundus.



dere puellas ipſas ſorum popularium cuiquã nubere. Negociatoribus igitur Ilio profecturis dat procul inde aſportandas. Vehebantur forte naui vna exteriores virgines, & adoleſcens quidã Phrygij ſanguinis. Is vnius amore captus eam poſt ſuũ in Siciliam appulſum duxit vxorem, ex qua Aegeſtum tulit, qui parentibus vita functis Priami tempore reditum in patriam impetrauit. Mox vero capto Ilio, iterum in Siciliam cum Helymo nauigauit, atq; aliquanto prius, q; eo ſit Aeneas claſſe delatus, ſedes (vt dixi) ſibi et ſuis in ea terra fixerat. Hæc Dionyſius cui nihil grauate accedo. Diuerſa ſunt omnino meo q; iudicio fabuloſa, quæ de eo latinorum quidam ſecuti ſunt. Aegeſto igitur et Helymo Aeneas occurrens, poſt mutuam gratulationem hoſpitaliter appellatus, non nihil eiſdem eſt terris immoratus, fuitq; interim ambobus autor, vt vrbes duas vterq; ſibi vnam conderent. Earum vna Aegeſta eſt dicta, Helyma altera, vtraq; a conditoris nomine nomen adepta, qui populi, vt aliquanto citius coaleſcerẽt ex ea multitudine quã ſecum nauibus vehebat Aeneas, in vtranq; vrbẽ colonos aſcripſit. Mox ex Sicilia Tyrrhenum nauigans primum Italiæ portũ tenuit, qui ab ipſius gubernatore ibi extincto Palinurus eſt dictus, ſimili caſu eſt & Leucoſia nuncupata a muliere Troiana Aeneæ perneceſſaria. Miſenus in Opicis a viro in eodem comitatu perilluſtri ibi defuncto nomen eſt adeptus. Poſtremo in agrum Laurentem Troiani egreſſi, quatuor a mari ſtadia vallum muniunt, Locus eſt Troia dicta, & hæc de Aeneæ in Italiam aduentu q; veriſſime potui: haud ignarus q; ab his diuerſa de eo poeticis ſint figmentis vulgata. Sed diligentiſſimi rerum ſcriptores pro veriſimis videntur hæc ſecuti. Extiterunt pleriſq; locis certiſſima nauigationis illius argumẽta, vrbes, domaria templis affixa. Sed in tanto vetuſtatis receſſu non potuerunt non aliquid variare ſcriptores partim veri ignoratiõe, partim vt & ipſi noua aliqua afferre viderentur, per quæ eorum in inquirendo commendaretur induſtria. Neq; enim deſuerunt, qui memoriæ proderent, non Aeneam Anchiſæ filium, ſed alium quẽdam ab eo diuerſum in Italiã veniſſe. Alij Aſcanium Aeneæ filium. Quidam Aeneam ipſum veniſſe aiũt, ſed locatis in Latio copijs in Phrygiam remeaſſe, ab eoq; regnũ per manus Aſcanio traditum. Decepti fortaſſe Homerico carmine, quo a Neptũno prædicitur futurum, vt Aeneas & poſteri inter Troianos regnaturi eſſent, imperitabit ait Teucris Aeneia virtus, & nati natorum & qui naſcẽtur ab illis. Quaſi vero non idẽ in Latio alibi ve procul ab Ilio euenire potuerit, vbi Troianorum conuentus aliquis futurus eſſet, vt ille inter ſuos vel in ignota terra regnum obtineret. Pari pene coniectura alij eum in Italiam veniſſe inficiati ſunt, q; pluribus locis eius nomine ſepulchra procul Italia oſtenderentur: ignari credo vnum olim fuiſſe locum quo Heroum corpora ſe pelirentur. Cæterum peruetuſtum videtur eiuſmodi monumenta ijs conſtrui conſueſſe, a quibus populi, qui id præſtarent, quoquo modo fuiſſent beneficio affecti. Quod in Aenea euenisſe, haud dubie apparet, qui & in Phrygia Aſcaniũ filium Daſcilenſibus ducem reliquit, in Pallena vrbem cõdidit ſui nominis, in Arcadia filiam matrimonio locauit, cõdendarum in Sicilia vrbium autor ſuis hoſpitibus fuit. Horum vero nihil in Latio apud Numicum fuit, vbi ſitus eſſe dicitur, quo intelligi poteſt, quum non vno loco oſtenderetur eius viri ſepulchrum, id veriſſimum omnium credi oporte

Aduẽtus Aeneę in Siciliam.

Aeneę ſepulchrũ.

Palinurus. Miſen⁹.

Troia Italiæ.

Troiani mẽſas comedunt.

Harpyię.

Scrophæ auguriũ.

Oſtentũ Scrophę.

Latij fines.

Latij incolæ.

re, quod ſupra id flumẽ fuit olim. Eſt & alia nõ minor coniectura, quia vltra Latij fines nulla Aeneæ monumẽto ſint relicta. Quod Phryges in laurentẽ agrũ delati, haud vlterius ſint euagati oraculo aſciti, quod futurũ monſtrarat, vt ibi ſtabiles mansuraſq; ſedes haberent, vbi fame adacti menſas abſumere cogerentur, quod non multo poſt ipſum appulſum contigiſſe memorãt, vt paniceos orbes carnibus ſubiectos ex diſcumbentibus quidam panis inopia conſumpſerint, atq; tunc ab vno atq; altero exclamatum defunctos eſſe ſe iam fatali errore, quãdo eiuſmodi menſas a veſcentibus cõſumi contigiſſet, eamq; vocem fauore & aſſenſu a circuſtantibus exceptam. Sunt qui ex Aeneæ filijs vnũ oraculi mentionem intuliſſe dicant. Nec illud ſatis conſtat, vbi id reſponſum Troiani acceperint. Sunt qui Dodoneum fuiſſe arbitrentur, alij in Erithris Idæ tugurio, quod Sibylla incolebat puella fatidica atq; inde indigena, iuſſos aiunt Troas profugos ad occidentem Solem nauigare, donec in eũ ventum eſſe locum, quo menſas panis defectu conſumere adigerentur. Id vbi accidiſſet, ſcirent iam adeſſe tempus finiendi erroris, ſecq; fatalem terram attigiſſe. Haud mihi excidit, q; d poeta de Harpyiarum oraculo ad id pertinente fuerit carmine complexus. Sed nos poetas (vt non vno ſum loco teſtatus) non ſequimur. Fama eſt prodigioſum Scrophæ occurſum augurium Troianis feciſſe, ex eo condẽdæ vrbis ſit locus illis demonſtratus, eam prægnantem fuiſſe aiunt altaribuſq; admotam ſacrificantium manibus excuſſam, inde quatuor & viginti ſtadia procul a mari paruo tumulo conſediſſe, loco natura ſane horrido ac perdifficili. Aeneas oraculi memor, cum paucis, qui forte aderãt, Scropham eminus eſt ſecutus, ne veſtigio inſtans fatali via auerteret. Tum vero naturam loci contemplatus, quum nihil in eo perſpiceret, quod ad ſui cultum inuitaret, cõſilij anceps angebatur, nec in animum inducere poterat, tam importunas ſedes fato demonſtrari. Eratq; iamdudum in re vna deliberanda occupatus, deberet ne illic eſſe, an longius adhuc iret, quum ex proximo luco vox ſine autore reddita eſt, quæ Troianos illic iubebat permanere. Pergerẽt modo ædificare, cætera fatis permitterent. Alij autores ſunt deorum penatium effigiem hic Aeneæ per quietem obuerſatam, quibus iuſſus ſit locũ cõmunire, ſed quæcunq; oraculi ſpecies ea fuit, conſtans fama eſt, Scropham poſtridie cũ numeroſo fœtu quẽ noctu enixa fuerat repertã, fidẽ oraculo feciſſe. Tranſlatis igitur in cũ locũ caſtris Troes rapta vndiq; ad ædificandũ materia, tumulũ muniunt. Hic priuſquã ea quę deinceps ſecuta ſunt, exequar, pauca de Latij vetuſtate ſunt a nobis hoc loco explicanda. Id ſoli ſpaciũ vereres Latiũm ab initio dixere, quod intra Tyberinã ripam & Circeios a mari ad montes modicis finib⁹ includebatur. Quo fortaſſe argumẽto adducti quidam Latium ob id nuncupatum arbitrati ſunt, q; inter montes lateret. Vulgatior opinio eſt ab eo, q; Saturnus regno pulſus in ea terra latuiſſet, nomẽ ipſi terræ datũ. Hanc ſoli intercapedinẽ Siculi Barbari locorũ indigenæ (vt quidam ſcribunt) ab initio tenuerunt. Alij Siculos Ligurũ gentem fuiſſe arbitrati ſunt, quos Aborigenes Oenotrorum progenies vetuſtis ſedib⁹ expulerũt. Hi terrã deinceps ipſam vſq; ad Troianorum aduentũ tenuerunt. Quãquã aliæ quædã gentes alijs caſib⁹ huc delatę ab Aborigenibus ipſis in partem ſoli fuerint receptę. Pelaſgi primo, mox Arcades, inde Epij, & Pheneatæ, qui Herculis comites fuere. Propagati inde fines

& ad Lirim fluuium promoti. Quo cõtigit vt alij ab alijs tradantur Latij incolæ. Plinius (quod miror) poſt Aborigenes, Pelaſgos, Arcades, Siculos, inter Latij incolas retulit, quũ omnium vetuſtiſſimi hi fuerint, ſi vera Græci ſcriptores in hac parte tradunt. Idem auctor circa vetus confinium Aruncos et Rutulos Siculis ſubiecit, vltra Circeios, Volſcos, Oſcos, & Auſones. Nec illud omnino conuenit, quo primum tempore veteres regionis accolę Latini cœpti dici ſint. Ab Latino albanorum rege nomen genti datum autores ſunt quidam, ſed multo plures a Lauiniæ patre, qui Troianos hoſpitio excepit. Orpheus id nomen vetuſtius eſſe haud dubie demonſtrat, qui in Argonauticis ad Latinorũ fines nauim Argo delatam eſt carmine teſtatus, quo apparet ab ipſa terra nomen genti non a regibus datum. Fuit ille ex Argonautis vnus, quorum filij poſtea ad Troiam militarunt. Præterquam igitur q terra ipſa nobiliſſimis eſt fluminib⁹ irrigua præſertim Liri Tyberiq, quib⁹ ad ſeptentrionẽ & meridiem terminatur, omnium frugum præſtantia præcipuaq vbertate nulli eſt terrarum poſt habenda, fortiſſimarũ etiam gentium oĩmq virtutũ genitrix manifeſto po. Ro. Argumento, qui tantũ omni genere virtutis cæteris gẽtib⁹ præſtiterit, quãtum imperij magnitudine. Antiquiſſima hominũ memoria Ianus Saturnuſq in ea terra regnũ tenuere: His Picus ſucceſſit, Pico Faunus, Fauno Latin⁹, in cuius tempora Troianorũ incidit appulſus. Hi igitur rerum omnium inopia adacti, quum nõ ea ſolum quæ ad vrbem muniendam attinebant ex agris aſportarent, ſed prædã etiam ex proximo agerent, Latinus rex cum Aboriginibus ab vindicandam armis iniuriã eximprouiſo affuit. Quidã ſeribunt bello quod illi cum Rutilis erat, omiſſo, oẽm vim armorum in aduenas ab ipſo rege ſubito conuerſam. Verum ſiue domo, ſiue ex hoſtico mouerit, fama eſt, Latinum prælio victum pro non paruo negocio habuiſſe, Aenẽa pace primo, mox affinitate ſibi adiũgere. Eſt & alter ſermo nõ nihil ab eo diuerſus. Quum diuerſæ acies in conſpectu ſtarent. Latinum regem gentis fiducia & armorũ ſpecie nihil ab ea, qua Græci vterentur, diſſimili percuſſum pugna abſtinuiſſe. Enimuero temerarium cenſebat prius in diſcrimen pugnæ deſcendere, q exploratum haberet, cum quibus mortalium res ſibi futura eſſet. Credere præterea non nihil ad victoriam pertinere, ſi a tumultu & trepidatione exercitum reficeret, priuſquam in prælium iretur. Interim vero cum paucis primorum in medium proceſſus, aduenarum ducem ad colloquium vocat. Ibiq Latinus edoct⁹, quiſnam vir eſſet Aeneas & vnde profectus quidve querẽs in ea loca exiuiſſet, multũ nobilitate generis, fortunaq gẽtis, ſed plus omnino ipſius ducis indole animoq tam bello q̃ paci cõparato cõmotus, ad pacem cum eo iungendam animum adiecit. Apud quoſdam reperio aciẽ vtrinq immotã per diem ſtetiſſe, inde noctis interuentu caſtra eodem loco a Latino cõmunita, conſilio in pugnam poſtridie reuertendi. Sed per quietẽ fuiſſe genio loci monitũ bello abſtinendũ, expedire ipſi regi & Aboriginibus, aduenarũ Ducẽ compellare, hoſpitio & omni neceſſitudine ſibi adiungere. Eaq nocturna ſpecie Latinum mutato conſilio, vbi prima lucẽ procinctu ſtetere acies, Aeneã amicis verbis compellaſſe, fideq data et accepta in hoſpitium adducto, apud penates deos, vt domeſticum fœdus publico adiungeretur Lauiniam filiam deſpondiſſe. Ea affinitas certã Troianis ſpem fecit erroris finiendi. Studio itaq oppidũ cõdunt, id Aeneas ab vxoris nomine Lauinium vocat. Ex nouo ꝓnubio breui infans virilis eſt ſtirpis ortus, puerocq a parentibus Aſcanij nomen datum. Nec ita multo poſt Aborigenes & Troiani a Turno Rutulorum rege, cui Lauiniæ connubium ante Aeneæ aduentum pactũ fuerat, bello ſunt petiti. Fere bat ille iniquo animo aduenã hominẽ ſibi in affinitate prælatum. Vtriuſq gentis ocia ſubito bello perturbat. Vincuntur primo congreſſu Rutuli, ſed ea victoria ob Latinum acie amiſſum parum fuit Aboriginibus læta. Turnus domeſticis opib⁹ vno aduerſo prælio fractis, ad Mezentium Hetruſcorum regem confugit: is iam ab initio nouæ vrbis origine offenſus, & q rem Troianam plus nimio auctam videbat q̃ ſibi & cæteris accolis tutũ crederetur, nihil grauate cum Rutulis Socia iunxit arma. Huiuſmodi belli terrore perculſus Aeneas, vt Aboriginũ ſtudia ad maiora rerum pericula ſibi cõſiliaret, arctiuſq inter ſe vtriuſq gẽtis animi coaleſcerẽt, tam homines ſui generis, q̃ veteres Latij accolas vno iubet nomine Latinos vocari. Quę res fecit vt Aborigenes iam inde neq fide in regem, neq charitate fuerint Troianis inferiores. Aeneas cum per hęc res ſuas firmiores reddidiſſet, etſi Hetruſcorum tum opes florentiſſimæ erant ac tam validæ, vt a ſupero ad inferum mare longe late q pollerent, duarum tamen gentium concordia frætus, ſuos in aciem ducit. Hãc quoq pugnã proſpere Latini depugnarunt. Sed victoria nihilo quã antea lætior ob Aeneæ interitum. Incertum humana vi an caſu præceps actus, in Numico amne perijſſe credit. Ibi certe ſitus eſt, eumq indigetẽ louẽ proximi accolæ dixerunt. Auitum paternumq regno puero Aſcanio recenti patris memoria, matriſq prudentia: & inter ſuos autoritate, ad pubẽrem vſq ætatem manſit incolume. Nam Hetruſcorum opes adeo vna aduerſa pugna conciderãt, vt per ſe vix inſtare poſſent, non modo alienas laceſſere. Interim Aſcanius, dubium hic, an alter maior Creuſa matre natus. Albam condidit. Sed ſiue qui in Latio natus eſt, ſiue ille, qui paternæ fugæ fuit comes, autor extitit, inter oẽs conſtat, affluente Lauinij multitudine Aſcanij ductu coloniã poſt aliquot annos in Albanum mõtem ductã, vrbẽq inibi longo montis dorſo valide munitã, Albãq longam nominatã ab albæ ſuis augurio, ſituq in longũ porrecto. Hęc ferme Liuius Romanarũ rerũ autor grauiſſim⁹. Dionyſius diuerſam ab eo famã ſecutus fœdus ait inter Troianos & Latinos, poſtq in colloquium ab ducibus ventum eſt, his cõditionibus ictum, vt agrum Troiani a Latino rege acciperent. XXX. ſtadia circunquaq ab eo loco, quem munire cœperãt, ipſi regẽ aduerſus Rutulos, cũ quibus tum bellũ erat, enixe iuuarent, nec tantum in præſentia, ſed ſiquod etiã Latinis ortũ aliũde poſt ea bellũ eſſet, cũ auxiliarib⁹ copijs vt ſocij adeſſent. In hæcq obſidib⁹ vtrinq datis aliquãdiu in Rutulos proſpere bellatũ, lateq agro hoſtium populato, cũ ſuis copijs ad nouẽ ſeſe vrbẽ Aeneam recepiſſe, eãq iam magna ex parte cõfectã, Aeneas in Latini gratiã ab eius filiæ nomine vrbem Lauiniũ appellauit. Etſi ex Græcis ſcriptoribus quidã, a Selonij Deliorum regis filia id nomen vrbi datũ arbitrati ſint, & ipſa Lauinia dicta, quia fatidica eſſet a patre precib⁹ impetrata cũ Troianis in Italiã nauigarit. Sed quæ de vrbis noĩe Romani ſcriptores tradunt ꝓpiora mihi vero videtur, vt Lauiniũ ſit dictũ ab Latini filia, quæ vrbe iam ꝓpemodũ abſoluta Aeneæ matrimonio ceſſit. Regiam affinitatẽ priuatæ ſunt neceſſitudines ſecutæ, mutua connubia leges & ſacra

Latini.

Laus populi Romani.

Reges Latij.

Cõgreſſ⁹ Aeneę & Latini.

Iungitur Latinus Aeneæ.

Locatur Lauinia Aeneæ.

Latini in teritus.

Latinorũ nomen.

Aeneę in teritus.

Albæ cõditio.

Vnde Lauinium.



Aborigines & Troiani Latini di cuntur.

& ſacra vtrinq gentis conſociata, & vt omnia in vnũ coaleſcerent, vna appellatione Latini omnes nominati. Cõflauit interim noua affinitas, Aeneæ & ſocero inuidiã. Turnuſq iuuenis ferociſſimus (erat is Amatæ quæ regi nupta erat conſobrinus frater) feſtinatũ filiæ connubium, generiq ignobilitatem parentibus exprobrando, conuiciũ facere, quiritareq; ira accẽſus (nam ignorum ſibi hominẽ prælatũ indigne ferebat) nouarũ rerum occaſionẽ, vt nouo Latinũ bello implicaret, vt Aeneam, quẽ infenſe oderat, Latij finib⁹ expelleret. Nec belli cauſa diu eſt deſiderata, Rutulis qui per id tempus arege defecerant, nouum Ducem quærẽtibus, Amata Lauiniæ mater, quæ ab initio Aeneæ nuptias fuerat auerſata, Turnum ad res nouas, quod ſua ſponte ille facturus erat, impellit: a Latino igitur ad Rutulos defecit. Nec tam vnius viri iactura regis animum affecit, q̃ q copiarum partẽ haud contẽnendam ille ſecũ traxerat. Repetũtur nihilominus acri bello Rutuli ab Latino et Aenea, breuiq Turno cadente ingenti prælio vincunt. Nec Latinis incruenta fuit victoria. Quippe qui & ipſi regẽ amiſerunt. Fuitq annus ille, quo hoc euentu cũ Rutulis eſt pugnatum, quartus ab eo quo Troiani in Latium venerãt. Triẽnio deinde poſtea bellum eſt a Rutulis reparatum, Mezentio et Hetruſcis in ſocios aſcitis. Tum haud procul a Lauinio acri prælio cõmiſſo, fortunaq adhuc neutro inclinante, acies noctis interuentu dirimuntur, fuitq pugna diei huius extremum Aeneæ humanorũ operum. Incertum quo caſu fuerit abſumptus. Nulli mortalium in terris eſt viſus amplius. Multis perſuaſum fuit proximo fluuio ſubmerſum, vbi poſtea illi templum eſt cõditum cum huiuſmodi inſcriptione. Patri diuo terreſtri, qui fluuij Numici vndas gubernat. Fuerunt qui crederent templum ipſum aliquanto antea ab Aenea in patris Anchiſæ memoriã conſtitutum. qui per annum antequã hæc gererentur vita in Latio deceſſerat. Subijcit Dionyſius poſt Aeneæ interitum Euryleon ei⁹ filiũ, qui Aſcanius mutato nomine ſit dictus, ſeptimo ferme anno ab Ilij excidio Latinorum regnũ accepiſſe: affluentibuſq Hetruſco copijs intra Lauinij mœnia aliquandiu poſt patris interitũ obſidionẽ tuliſſe. Inde pacis conditionibus fruſtra tẽtatis, cum præter multa toleratu indigna, quæ a ſuperbiſſimo hoſte imperarentur vinum quoq, quãtuncũq Latinus ager ferret tributi noĩe poſceret, autorẽ ſuis Aſcanium fuiſſe, vt oĩa prius extrema experiri vellẽt, q̃ pacẽ tam ignominioſis cõditionib⁹ acciperent. Irent ſecũ in hoſtẽ, eſſentq ſimul memores, fortes & generoſos viros, aut honeſte viuere oportere, aut honeſte mortem occũbere. Statuiſſe ſe experiri an Rutuli, qui toties patris ſui ductu fuſi fugatiq eſſent, quicq imbelli Hetruſcorũ multitudine fræti, tũc tam ſuperbe Latino nomini inſultarent, fortiores eſſent in bello, aut felicíores facti, an cum ipſo Duce Latinorum fortuna mutata eſſet, ac cũ his illum noctu hoſtium caſtra repente inuaſiſſe, Lauſoq Mezentij filio cũ ſtationarijs cæſo, prius vallum irrupiſſe, q̃ ad eos, qui in planitie tẽdebãt, perueniſſet tumultus. Mox flamma conſpecta, terribilicq clamore ad aures delato, nocturna fuga, ſine ſignis, ſine imperio, diſſicetas hoſtium copias, multos quidẽ primo tumultu oppreſſos, plures in fuga cæſos, alios locorum ignaros in anfractus, & abruptas crepidines præcipitatos. Tum vero Mezentius, qui cum parte copiarum ex nocturna illa trepidatione ſe in editiorem locũ receperat, audito filij interitu, exercitucq magna ex parte amiſſo, caduceatorem Lauinium

Latinorũ victoria in Hetruſcos.

ad petendam pacem mittit, quæ Aſcanio autore, identidem inter ſuos prædicãte parce vtẽdum eſſe fortuna, Mezentio & Hetruſcis data eſt. In Latio iã inde omnia pacata fuiſſe tradunt, trigeſimoq deinceps anno Albam ab Aſcanio conditam, eo conſilio & eũctu, quo a Liuio & alijs res prodita memoriæ eſt. Hæcq de Aeneæ in Italiam aduentu, & rebus ab eo geſtis duplici fama feruntur. Antenor & ipſe pari clade, patria pulſus Illyrici lateris oram præteruectus in Euganeis conſedit, atq ea gente cum ſuis ſedibus pulſa Patauiũ condidit. Fuerunt eius comites Heneti ex Paphlagonia profecti, vnde poſtea regio ingens quæ inter Adriam iacet & alpes, nomen eſt adepta, nihilo minoribus auſpicijs q̃ Troiani qui cum Aenea venerant in Italiam delati. Inde Romani oriundi, hinc Veneti, vterq populus ad ſplendorẽ & gloriam natus. Felix ille magnitudine imperij & rerum geſtarum gloria. Hic diuturnitate impetrandi, & iuris æquatione. Sed populi vtriuſq origo, ſuo tam hæc, q̃ illa loco explicabitur. Græcorũ quoq quorundã poſt Ilium euerſum haud obſcura fuerunt exila. Diomedis in Italiã acceſſum inſulæ ipſi terræ adiacẽtes ab eoq nominatæ haud dubie demonſtrant, & in Apulia Arpi ab eo conditi traduntur. Maiora adhuc, pluraq errorum Vlyſſis teſtimonia, ſed illa ſupra q̃ tuto tractari poſſint, fabulari ſunt hiſtoriæ coniuncta, vt quæ de Scylla & Sirenibus traduntur, quarum has meretricium feciſſe quæſtum, illam hoſpites ſpoliare ſolitam Palæphatus eſt interpretatus. Petilia in Brutijs Philoctetę traditur, & Idomenei Cretẽſis loca quædã in Salentinis. Fuit & Cypria Salamis Teucri opus, & circa Nili oſtiũ Canobũ Menalai illuc ſiue caſu, ſiue conſilio appulſi certũ apud poſteros extitit argumẽtum. Cæterum ſub id tempus quo Aeneas Troia profugus venit in Latium, iudiciariæ rei ſumma primariumq facerdotium erat penes Helium in Palæſtina, vt Ioſephus ſcribit. Erat is ex Aaronis familia. Manſerat ſacerdotium aliquandiu in Eleazari ſtirpe, quã dignitatem maior Helius multo hoc vetuſtior, penes quem tunc erat ſacrorum ſumma, ab Ithamaro Aaronis filio prognatus, primus familiæ dignitatem recuperauit. Is per manus ſacerdotium Phineæ tradidit, Phinees Helio, Helius Abiezero, Abiezerus Bozio, Bozius Ozio, Ozius minori Helio. Huic duo filij erant Ofinius & Phinees viri effrenata libidine auaritiaq; inexplebili. Quippe qui nec matronarum ſacra adeuntium pudicitiam tutam eſſe cuiquam ſinerent, nec donariorum quicquam tam ſanctum eſſe, quod ſacrilegæ manus non prophanarent. Conuerterant populi oculos in ſe duorum fratrum ſcelera: Sed patris autoritas, ſummaq potestas obſtabat, nec erat qui tantæ inuidiæ auderet ſe vindicem offerre. Tacitus igitur tantorum ſcelerum exitum, diuinamq vltionem expectabat populus. Quæ quo tardior eſſet, eo atrociorem futuram arbitrari. Prædixitq id futurum Samuel fatidici ſpiritus adoleſcens aliquanto antea. Fuit is Helcanæ Leuitici generis & Annæ filius, qui quum materno voto apud tabernaculum ſub Helio commoraretur, miraq in adoleſcente probitas, vitęq auſteritas eſſet, nonnunquam per quietem ſe vocari arbitratus, ad pontificem occurrerat, quaſi ad miniſterium ali quod accerſeretur. Id quum ſæpius accidiſſet, iuſſus eſt ab Helio ſciſcitari, quis is eſſet qui ſe toties vocaret, iam pontificis animus ob ea, quæ toties acciderant, haud liber omnino erat religione, tum demum cœleſtem eam vocem eſſe compertum

Albæ cõditio.

Patauiũ. Veneti. Romanorũ & Venetorum origo.

Græcorũ errores.

Diomedis & Vlyſſis.

Sacerdotium Iudæorũ.

Filiorũ Helij flagitia.

Samuel ꝓpheta.

& ad Lirim fluuium promoti. Quo cõtigit vt alij ab alijs tradantur Latij incolæ. Plinius (quod miror) post Aborigenes, Pelasgos, Arcades, Siculos, inter Latij incolas retulit, quũ omnium vetustissimi hi fuerint, si vera Græci scriptores in hac parte tradunt. Idem autor circa vetus confinium Aruncos et Rutulos Siculis subiecit, vltra Circeios, Volscos, Oscos, & Ausones. Nec illud omnino conuenit, quo primum tempore veteres regionis accolę Latini cœpti dici sint. Ab Latino albanorum rege nomen genti datum autores sunt quidam, sed multo plures a Lauiniæ patre, qui Troianos hospitio excepit. Orpheus id nomen vetustius esse haud dubie demonstrat, qui in Argonauticis ad Latinorũ fines nauim Argo delatam est carmine testatus, quo apparet ab ipsa terra nomen genti non a regibus datum. Fuit ille ex Argonautis vnus, quorum filij postea ad Troiam militarunt. Præterquam igitur q terra ipsa nobilissimis est fluminib⁹ irrigua præsertim Liri Tyberiq, quib⁹ ad septentrionẽ & meridiem terminatur, omnium frugum præstantia præcipuaq vbertate nulli est terrarum post habenda, fortissimarũ etiam gentium oĩmq virtutũ genitrix manifesto po. Ro. Argumento, qui tantũ omni genere virtutis cæteris gẽtib⁹ præstitit, quãtum imperij magnitudine. Antiquissima hominũ memoria Ianus Saturnusq in ea terra regnũ tenere: His Picus successit, Pico Faunus, Fauno Latin⁹, in cuius tempora Troianorũ incidit appulsus. Hi igitur rerum omnium inopia adacti, quum nõ ea solum quæ ad vrbem muniendam attinebant ex agris asportarent, sed prædã etiam ex proximo agerent, Latinus rex cum Aboriginibus ab vindicandam armis iniuriã ex improuiso affuit. Quidã scribunt bello quod illi cum Rutilis erat, omisso, oẽm vim armorum in aduenas ab ipso rege subito conuersam. Verum siue domo, siue ex hostico moueret, fama est, Latinum prælio victum pro non paruo negocio habuisse, Aeneã pace primo, mox affinitate sibi adiũgere. Est & alter sermo nõ nihil ab eo diuersus. Quum diuersæ acies in conspectu starent. Latinum regem gentis fiducia & armorũ specie nihil ab ea, qua Græci vterentur, dissimili perculsum pugna abstinuisse. Enimuero temerarium censebat prius in discrimen pugnæ descendere, q exploratum haberet, cum quibus mortalium res sibi futura esset. Credere præterea non nihil ad victoriam pertinere, si a tumultu & trepidatione exercitum reficeret, priusquam in prælium iretur. Interim vero cum paucis primorum in medium progressus, aduenarum ducem ad colloquium vocat. Ibiq Latinus edoct⁹, quisnam vir esset Aeneas & vnde profectus quidve querẽs in ea loca exiuisset, multũ nobilitate generis, fortunaq gẽtis, sed plus omnino ipsius ducis indole animoq tam bello q paci cõparato cõmotus, ad pacem cum eo iungendam animum adiecit. Apud quosdam reperio aciẽ vtrinq immotã per diem stetisse, inde noctis interuentu castra eodem loco a Latino cõmunita, consilio in pugnam postridie reuertendi. Sed per quietẽ fuisse genio loci monitũ bello abstinendũ, expedire ipsi regi & Aboriginibus, aduenarũ Ducẽ compellare, hospitio & omni necessitudine sibi adiungere. Eaq nocturna specie Latinum mutato consilio, vbi prima lucẽ procinctu sterere acies, Aeneã amicis verbis compellasse, fideq data et accepta in hospitium adducto, apud penates deos, vt domesticum fœdus publico adiungeretur Lauiniam filiam despondisse. Ea affinitas certã Troianis spem fecit erroris finiendi. Studio itaq oppidũ cõdunt, id Aeneas ab vxoris nomine Lauinium vocat. Ex nouo ꝓnubio breui infans virilis est stirpis ortus, pueroq a parentibus Ascanij nomen datum. Nec ita multo post Aborigenes & Troiani a Turno Rutulorum rege, cui Lauiniæ connubium ante Aeneæ aduentum pactũ fuerat, bello sunt petiti. Ferebat ille iniquo animo aduenã hominẽ sibi in affinitate prælatum. Vtriusq gentis ocia subito bello perturbat. Vincuntur primo congressu Rutuli, sed ea victoria ob Latinum acie amissum parum fuit Aboriginibus læta. Turnus domesticis opib⁹ vno aduerso prælio fractis, ad Mezentium Hetruscorum regem confugit: is iam ab initio nouæ vrbis origine offensus, & ꝓ rem Troianam plus nimio auctam videbat q sibi & cæteris accolis tutũ crederetur, nihil grauate cum Rutulis Socia iunxit arma. Huiusmodi belli terrore perculsus Aeneas, vt Aboriginũ studia ad maiora rerum pericula sibi cõsiliaret, arctiusq inter se vtriusq gẽtis animi coalescerẽt, tam homines sui generis, q veteres Latij accolas vno iubet nomine Latinos vocari. Quę res fecit vt Aborigenes iam inde neq fide in regem, neq charitate fuerint Troianis inferiores. Aeneas cum per hęc res suas firmiores reddidisset, etsi Hetruscorum tum opes florentissimæ erant ac tam validæ, vt a supero ad inferum mare longe late pollerent, duarum tamen gentium concordia fretus, suos in aciem ducit. Hãc quoq pugnã prospere Latini depugnarunt. Sed victoria nihilo quã antea lætior ob Aeneæ interitum. Incertum humana vi an casu præceps actus, in Numico amne perisse creditur. Ibi certe situs est, eumq indigetẽ Iouẽ proximi accolæ dixerunt. Auitum paternumq regno puero Ascanio recenti patris memoria, matrisq prudentia: & inter suos autoritate, ad puberem vsq ætatem mansit incolume. Nam Hetruscorum opes adeo vna aduersa pugna conciderãt, vt per se vix instare possent, non modo alienas lacessere. Interim Ascanius, dubium hic, an alter maior Creusa matre natus. Albam condidit. Sed siue qui in Latio natus est, siue ille, qui paternæ fugæ fuit comes, autor extitit, inter oẽs constat, affluente Lauinij multitudine Ascanij ductu colonia post aliquot annos in Albanum mõtem ductã, vrbẽq inibi longo montis dorso valide munitã, Albãq longam nominatã ab albæ suis augurio, situq in longũ porrecto. Hęc ferme Liuius Romanarũ rerũ autor grauissim⁹. Dionysius diuersam ab eo famã secutus fœdus ait inter Troianos & Latinos, postq in colloquium ab ducibus ventum est, his cõditionibus ictum, vt agrum Troiani a Latino rege acciperent. XXX. stadia circunquaq ab eo loco, quem munire cœperãt, ipsi regẽ aduersus Rutulos, cũ quibus tum bellũ erat, enixe iuuarent, nec tantum in præsentia, sed siquod etiã Latinis ortũ aliũde post ea bellũ esset, cũ auxiliarib⁹ copijs vt socij adessent. In hæc q obstrictib⁹ vtrinq datis aliquãdiu in Rutulos ꝓspere bellatũ, lateq agro hostium populato, cũ suis copijs ad nouẽ sese vrbẽ Aeneam recepisse, eãq iam magna ex parte cõfectã, Aeneas in Latini gratiã ab eius filiæ nomine vrbem Lauiniũ appellauit. Etsi ex Græcis scriptoribus quidã, a Selonij Deliorum regis filia id nomen vrbi datũ arbitrati sint, & ipsa Lauinia dicta, quia fatidica esset a patre precib⁹ impetrata cũ Troianis in Italiã nauigarit. Sed quæ de vrbis noĩe Romani scriptores tradunt ꝓpiora mihi vero videtur, vt Lauiniũ sit dictũ ab Latini filia, quæ vrbe iam ꝓpemodũ absoluta Aeneæ matrimonio cessit. Regiam affinitatẽ priuatæ sunt necessitudines secutæ, mutua connubia leges & sacra

Latini.

Latini in teritus.

Latinorũ nomen.

Laus populi Romani.

Reges Latij.

Cõgress⁹ Aeneę & Latini.

Aeneę in teritus.

Albæ cõditio.

Iungitur Latinus Aeneæ.

Locatur Lauinia Aeneæ.

Vnde Lauinium.



Aborigines & Troiani Latini dicuntur.

& sacra vtrinq gentis consociata, & vt omnia in vnũ coalescerent, vna appellatione Latini omnes nominati. Cõflauit interim noua affinitas, Aeneæ & socero inuidiã. Turnusq iuuenis ferocissimus (erat is Amatæ quæ regi nupta erat consobrinus frater) festinatũ filiæ connubium, generiq ignobilitatem parentibus exprobrando, conuiciũ facere, quiritareq; ira accẽsus (nam ignotum sibi hominẽ prælatũ indigne ferebat) nouarũ rerum occasionẽ, vt nouo Latinũ bello implicaret, vt Aeneam, quẽ infense oderat, Latij finib⁹ expelleret. Nec belli causa diu est desiderata, Rutulis qui per id tempus a rege defecerant, nouum Ducem quærẽtibus, Amata Lauiniæ mater, quæ ab initio Aeneæ nuptias fuerat auersata, Turnum ad res nouas, quod sua sponte ille facturus erat, impellit: a Latino igitur ad Rutulos defecit. Nec tam vnius viri iactata regis animum affecit, q ꝓ copiarum partẽ haud contemnendam ille secũ traxerat. Repetũtur nihilominus acri bello Rutuli ab Latino et Aenea, breuiq Turno cadente ingenti prælio vincunt. Nec Latinis incruenta fuit victoria. Quippe qui & ipsi regẽ amiserunt. Fuitq annus ille, quo hoc euentu cũ Rutulis est pugnatum, quartus ab eo quo Troiani in Latium venerãt. Triẽnio deinde postea bellum est a Rutulis reparatum, Mezentio et Hetruscis in socios ascitis. Tum haud procul a Lauinio acri prælio cõmisso, fortunaq adhuc neutro inclinante, acies noctis interuentu dirimuntur, fuitq pugna diei huius extremum Aeneæ humanorũ operum. Incertum quo casu fuerit absumptus. Nulli mortalium in terris est visus amplius. Multis persuasum fuit proximo fluuio submersum, vbi postea illi templum est cõditum cum huiusmodi inscriptione. Patri diuo terrestri, qui fluuij Numici vndas gubernat. Fuerunt qui crederent templum ipsum aliquanto antea ab Aenea in patris Anchisæ memoriã constitutum.

Aeneę interitus.

Ascani⁹ Eurycleõ.

qui per annum antequã hæc gererentur vita in Latio decesserat. Subijcit Dionysius post Aeneæ interitum Eurycleon ei⁹ filiũ, qui Ascanius mutato nomine fit dictus, septimo ferme anno ab Ilij excidio Latinorum regnũ accepisse: affluentibusq Hetrusco copijs intra Lauinij mœnia aliquandiu post patris interitũ obsidione tenuisse. Inde pacis conditionibus frustra tẽtatis, cum præter multa toleratu indigna, quæ a superbissimo hoste imperarentur, vinum quoq, quã tuncũq Latinus ager ferret tributi nõie posceret, autorẽ suis Ascanium fuisse, vt oĩa prius extrema experiri vellẽt, q pacẽ tam ignominiosis cõditionib⁹ acciperent. Irent secũ in hostẽ, essentq simul memores, fortes & generosos viros, aut honeste viuere oportere, aut honeste mortem occũbere. Statuisse se experiri an Rutuli, qui toties patris sui ductu fusi fugatiq essent, quicq imbelli Hetruscorũ multitudine freti, tũc tam superbe Latino nomini insultarent, fortiores essent in bello, aut felicíores facti, an cum ipso Duce Latinorum fortuna mutata esset, accũ his illum noctu hostiũ castra repente inuasisse, Lausoq Mezentij filio cũ stationarijs cæso, prius vallum irrupisse, q ad eos, qui in planitie tẽdebãt, peruenisset tumultus. Mox flamma conspecta, terribilicq clamore ad aures delato, nocturna fuga, sine signis, sine imperio, dissectas hostium copias, multos quidẽ primo tumultu oppressos, plures in fuga cæsos, alios locorum ignaros in anfractus, & abruptas crepidines præcipitatos. Tum vero Mezentius, qui cum parte copiarum ex nocturna illa trepidatione se in editiorem locũ receperat, audito filij interitu, exercitu q magna ex parte amisso, caduceatorem Lauinium ad petendam pacem mittit, quæ Ascanio autore, identidem inter suos prædicãre parce vtendum esse fortuna, Mezentio & Hetruscis data est. In Latio iã inde omnia pacata fuisse tradunt, triginta q deinceps anno Albam ab Ascanio conditam, eo consilio & eucẽtu, quo a Liuio & alijs res prodita memoriæ est. Hæc q de Aeneæ in Italiam aduentu, & rebus ab eo gestis duplici fama feruntur. Antenor & ipse pari clade, patria pulsus Illyrici lateris oram præteruectus in Euganeis consedit, atq ea gente cum suis sedibus pulsa Patauiũ condidit. Fuerunt eius comites Heneti ex Paphlagonia profecti, vnde postea regio ingens quæ inter Adriam iacet & alpes, nomen est adepta, nihilo minorib⁹ auspicijs q Troiani qui cum Aenea venerant in Italiam delati. Inde Romani oriundi, hinc Veneti, vterq populus ad splendorẽ & gloriam natus. Felix ille magnitudine imperij & rerum gestarum gloria. Hic diuturnitate impetrandi, & iuris æquatione. Sed populi vtriusq origo, suo tam hæc, q illa loco explicabitur. Græcorũ quoq quorundã post Ilium euersum haud obscura fuerunt exilia. Diomedis in Italiã accessum insulæ ipsi terræ adiacẽtes ab eoq nominatæ haud dubie domonstrant, & in Apulia Arpi ab eo conditi traduntur. Maiora adhuc, plusq errorum Vlyssis testimonia, sed illa supra q tuto tractari possint, fabulari sunt historiæ coniuncta, vt quæ de Scylla & Sirenibus traduntur, quarum has meretricium feciss quæstum, illam hospites spoliare solitam Palæphatus est interpretatus. Petilia in Brutijs Philoctetę traditur, & Idomenei Cretẽsis loca quædã in Salentinis. Fuit & Cypria Salamis Teucri opus, & circa Nili ostiũ Canobũ Menalai illuc siue casu, siue consilio appulsi certũ apud posteros extitit argumẽtum. Cæterum sub id tempus quo Aeneas Troia profugus venit in Latium, iudiciariæ rei summa primarium q sacerdotium erat penes Helium in Palæstina, vt Iosephus scribit. Erat is ex Aaronis familia. Manserat sacerdotium aliquandiu in Eleazari stirpe, quã dignitatem maior Helius multo hoc vetustior, penes quem tunc erat sacrorum summa, ab Ithamaro Aaronis filio prognatus, primus familæ dignitatem recuperauit. Is per manus sacerdotium Phineæ tradidit, Phinees Helio, Helius Abiezero, Abiezerus Bozio, Bozius Ozio, Ozius minori Helio. Huic duo filij erant Ofinius & Phinees viri effrenata libidine auaritiaq inexplebili. Quippe qui neq matronarum sacra adeuntium pudicitiam tutam esse cuiquam finerent, neq donariorum quicquam tam sanctum esse, quod sacrilegae manus non prophanarent. Conuerterant populi oculos in se duorum fratrum scelera: Sed patris autoritas, summaq potestas obstabat, nec erat qui tantæ iniuidiæ auderet se vindicem offerre. Tacitus igitur tantorum scelerum exitum, diuinamq vltionem expectabat populus. Quæ quo tardior esset, eo atrociorem futuram arbitrari. Prædixitq id futurum Samuel fatidici spiritus adolescens aliquanto antea. Fuit is Helcanæ Leuitici generis & Annæ filius, qui quum materno voto apud tabernaculum sub Helio commoraretur, miraq in adolescente probitas, viteq austeritas esset, nonnunquam per quietem se vocari arbitratus, ad pontificem occurrerat, quasi ad ministerium ali quod accerseretur. Id quum sepius accidisset, iussus est ab Helio scisciari, quis is esset qui se toties vocaret, iam pontificis animus ob ea, quæ toties acciderant, haud liber omnino erat religione, tum demum cœlestem eam vocem esse compertum

Albæ cõditio.

Antenor

Patauiũ. Veneti. Romanorũ & Venetorum origo.

Græcorũ errores.

Diomedis & Vlyssis.

Sacerdotium Iudæorũ.

Filiorũ Helij flagitia.

Samuel ꝓpheta.

est. Eodemq; nocturno responso iussus est. Samuel Helio nunciare, ingentem Hebræo nomini ob scelera, quæ circa tabernaculum patrarētur, cladem instare. Cunctantius ille hæc ad pontificem detulit. Sed quia diuina se voce moneri arbitrabatur, detulit tamē. Nec ea res senem in filios minus indulgentē reddidit, aut iuuenum perdita ingenia in melius mutauit. Bellum interim a Philistæis ortum gentis ocia perturbat. Israelitæ & ipsi arma cō

Vincunt Iudæi a Philistæis.

parant. Ad Aphecum primo est dimicatum, cecideruntq; ea acie ad tria Hebræorum milia, cæteri in castra trepida sunt fuga compulsi. Nec ita multis interiectis diebus de summa rerum dimicaturi

Arca fœderis belo amitti tur,

arcam fœderis ex Sylone in castra deferunt, remedium in extremis rebus a maioribus quæsitū. Sed omnis religio aduerso numine inutilis et vana est. Triginta milibus Iudæorum vna acie interfectis, arca capta est inter hostilia spolia. Iosephus Palæstinos vocat, quos sacri libri Philistæos. Ego non video quid minus apte dici possit, cū Iudæos qui in Palæstina erāt, a Palæstinis victos dicere, nisi ipsos terræ indigenas, qui ab initio extirpari non potuerunt, ille Palæstinos vocet. Fama aduersæ pugnæ ad Sylonem perlata non minorem attulit luctum q̄ si eo ipso prælio omne Iudaicum nomen, interiisset. Augebat atrocitatem cladis sacri fœderis iactura, Vulgo prædicare veniſſe tēpus, quo vetusto pietatis pignore numinis q; fauore ad hostes transla tos, oīs Israelis progenies cum ipso nomine extingueretur. Hic luctus animos occuparat, passimq; lamētationes & planctus exaudiri. Helius haud oraculi ignarus, vbi multo maiorem cladem vidit ac ceptam, cū ipse animo concipere potuisset, florentissimas copias vno prælio deletas, duos filios occi

Helius sacerdos sollicitus moritur.

dione occisos, hostes arca fœderis potitos, quū nihil iam superesset, cur lōgior vita proferri deberet amplius, voluntate numini solio excussus mortē obiit, quum octauum vitæ ac nonagesimum annū ageret, præfuisset q; summę rerum annos circiter quadraginta. Iunioris Phinees vxor & ipsa eo die filiū enixa perijt. Infantem Icabothum, quę vox apud eam gentē ingloriū significat, ab infelicissimo illius pugnæ euentu nominarunt. Philistæi ar

Miraculū in arca fœderi.

cam in Azotum vrbem delatam quum in speciē Trophei, in Dagonis templo (hūc enim vt Deum tota gens venerabatur) statuissent, miraculo euenisse aiūt vt postridie Dagonis statua sub arca qua si supplex reperta sit. Quę in pristinam basim restituta, iterum sequenti die eodem sit loco inuenta, quod quum tertio sæpius q; euenisset, stupor maximus, tacitus q; suæ vanitatis pudor omnium animos defixit. Perstare tamē cū gentis odio, tum vana patriæ superstitionis persuasione rem diuinam

Philistæi plagis percutiūtur.

ludibrio habere. Etenim nullū animal est ipso homine pertinacius. Grauissima igitur vis morbi ciuitatē adorta est. Primū soluta aluo, dysenterico cruciatu humana corpora torquebantur. Inde ventris profluuio exinanita miserabili rabe officiebantur. Deuastabāt ad id passim mures Azotenū agrū, qd' malū nō min⁹ graue arboribus q; segetibus q; accesserat, cū humanis corporib⁹ lues illa domestica. Quū igit̄ neq; modū neq; finē malorū vllū inuenirent, ad duplicem cladē auertendā, Ascalonitis significant captiuam arcam se ad eos, si velint, translaturos, vt & ipsi eximiæ victoriæ, cui⁹ participes fuissent, tropheū monumentum q; clarissimū penes se haberēt. Nec ea grauate Ascalonitę susceperūt. Sed neq; his res meli⁹ vertit, cū Azotenis. Iactati Ascalonitæ multis cladibus ad vicinos transmisere. Sic fœderis arca per hostium ciuitates nusquam melio

re euentu eorum, qui haberent aliquandiu in certa sede translata est: postremo metus & religio gentis animos incessit, consiliaq; mota sunt arcæ Israelitis restituendæ, fremere ciuitatum principes, impiumq; arbitrati, simulq; calamitosum vniuersæ genti & exitiale, q̄ multas iam clades publicas & priuatas experti, in re sacra per iniuriam retinenda perseuerarēt. Posse homini ab homine resisti, Deo non posse, in cuius potestate sint omnia. Magno hæc assensu audiri. Et iam vulgo ablegādam eam fremere, sed qua ratione id fieret, parum ijs, qui ade

Impia Philistæi hominis concio.

rant, liquere poterat. Tum impie quidam oratio nem exorsus, suorum metum vt vanum arguere, multitudinemq; castigare, qui hebraicæ vanitatis instrumentum, quod hoim manus fabrefecerint, ipsaq; vetustas magna ex parte cōsumpserit, cœlestium cuiquā ita cordi esse crederent, vt innoxios populos, qui eam prelio captā haberēt, multiplici clade duxerit perdēdos. Quod si qs deorū, vel vni cus ille, quę gens ipsa sibi ab initio effinxit, eius sacrarij curā habuisset, potuisset rē ipsam vel media acie ab omni iniuria vindicare, nec pati sacrificulam gentē prælio superari, vt esset q; pro sacrario ipso dimicarēt. Sed si circa eā stratæ essent deletæq; hostiū copiæ, si ipsa vexata primo, mox omni præsidio destituta, suorū cruore ꝓphanata, prophanis manibus disiecta, si cū cætera præda a victore exercitu vrbibus illata, contēptimq; in publico destituta. Quid est quod aliqs dubitaret, tā ludibrio rem ipsam esse superis, q̄ gens, quæ vanitatis instrumē tum illud cōmenta esset, cæteris esset mortalibus? Sed hic, inquit aliquis, quid grauissimæ huiusmodi clades alia super aliā sibi volunt, quæ tot populos his paucis mensibus cū hominū frugūq; perni cie sunt peruagatę? Ego, si nunquā antea huiusmodi mala Palæstinā terrā attigissent, aut pro cōperto haberemus arca Iudæis reddita perpetuo cessura, censerē pro miraculo rem habendā, essemq; autor publici sceleris expiandi, oīaq; adhibenda, quibus tot populi religione soluerentur. Sed si clades istæ publicæ, & agrestes stratæ quodāmodo sunt, & cū tēpestatibus recurrentes, maioresq; pestilētiæ morbiq; domi foriſq; Philistæas vrbes sæpius vastarunt, si humana omnia ita sunt his casib⁹ obnoxia vt facilius timeri q̄ declinari possint. Quid naturæ opera, & quæ nulli ignota sunt, in prodigium & miracula vertitis? Verūenimuero tantū abest, vt arcam ipsam aliquo modo reddendā censeam, q̄ si vera sint etiā quæ isti aniliter fingūt, prius hęc nobis incōmoda perferenda putē, cū hostibus ea ratio ne gratificādū. Sed si vana res est, & nulli cœlestiū curæ, quia nulla sit superum ira ex eo extimescenda, reddendam nullo modo dixerim. Si frugi & sacra, quia hostibus vtilis esse possit, multominus censeo restituēdam. Et vt oēs intelligāt, nos infandam gentem hostiliter odisse, eorum numē penes nos vel iratum esse malim, cū propitiandum illis restituere. Res in hunc modū varie iactata est. Neq; erat cui placeret quicquam fieri, quod inuisæ gentis famæ rebus ve expediret. Erantq; interea animi hominū nihilo liberiores, ob ea quæ contra metū religiōis fuerāt disputata. Tenuit igitur cōsultatio illa plures dies. Postremo eo decursum est, vt expiationibus quibusdam numen placarent, quinq; vrbium aurea similachra constarent, Azoti, Ascalonis, Gazæ, Gethi, & Acharonis, hæ em̄ præcipuæ tunc erant Philistæorum vrbes, totidem q; annos & mures aureos. Hisq; super arcam pro ipsarum ciuitatum incolumitate locatis, sacrariū in currum extollunt, huic boues iungunt nuperrime enixas, vt

philisteorū donaria ad placandum numen.

fœtuum



fœturum desiderio celerius ex publico abirēt. Thensam in quadriuio statuunt, vt quaqua versum impetus cœpisset, integrum esset abire, quę si in Israelitarum fines abiissent, tum aperte iudicarent certum esse numen, atq; id ipsum polens, cui hebraica sacra curæ essent, secq; ob id sacrilegiū meritas expendisse pœnas crederēt, sin diuersæ ab illis abiissent,

Vaccarū ductu Arca fœderis restituitur.

pro cōperto habituri vanā esse totius gētis persuasionē, vanū metū, qui multorū animos incessisset nec pestis quæ nobilitas vrbes ad id tempus populata esset ex arcę occupatiōe ira ve numinis esset. illata, sed aeris intēperie corruptoq; cœli tractu orta. His in hūc modū comparatis Philistęorū principes totius rei euentū expectātes, haud procul inde silentio constitere. Mirum hic accidisse aiunt, quod diuina prouidentia factum nemo nisi impius inficiabitur: Boues a nullo actę, certo impetu in proximum Iuditarum vicū cū longissime a fœtib⁹ auersæ, concesserunt. Bethsamo fuit loco nomen. Erat tum anni æstas, passimq; Israelitæ maturas segetes dametebant. Hi procul boues a nullo actas intuiti, propius accedunt cognoscendi studio quid rei esset. Mox fœderis arcā intuiti, miraculo defixi aliquandiu silentium tenuere. Insperato inde gaudio nimiaq; lętitia obortis lachrymis, venerabūdi curum quasi cælo demissum excipiunt, Fama recepte arcę confestim per omnes ludeæ fines euagat. Beth samitani hic, vbi sacrarium receperant, boues ipsas Deo immolant, multaq; hilaritate epulantur. Palæstinorum munera velut prophana supra saxum eo dem statuūt loco. Ipsi quia temere arcam attrectassent, quia non essent ministerio initiati, graui sunt

Arca locatur in Cariathiarim.

pestilentia vexati, donec sacrarium in Cariathiarim vrbem deportandum curarunt. Vbi in Leuitæ domo. XX. deinceps annos est religiose asseruatum. Tādiu inde fuit apd' Cariathiaritas quū Philistæi septem mēses habuissent. Erant igitur Israelitę, vt siquando alias, ob eas clades quas adierant, diuinis rebus vehementer addicti. Nullus enim populus fuit vnq̄, aut in secūdis contumacior, aut in aduersis obsequentior. Addiuuabatq; hunc animorum affectū Samuelis innocens vita, futurorūq; diuina

Oratio Samuelis ad suos.

tio. Qui tempus veniſſe ratus, quo populum nō solum ad religionem, sed ad libertatem etiam repetēdam hortaretur, concione aduocata in hunc modum est suos affatus. Si cum arca fœderis viri Israelitæ pax reddita nobis esset & libertas, superuacuū fuisset me hodie ex hoc loco verba facere, qñ neq; religionis admonēdi eratis: quippe quæ multo (vt vi deo) maiori vobis curæ est hoc tēpore cū aliqñ antea fuerit, neq; pacis & otij, si pace & otio, qd' libero esset hoie dignū, frui liceret. Sed quum neutrū adsit, in diesq; Philistęum hostem grauiorem magiscq; nostræ libertati infestum experiamur, nō video quid minus nos deceat, cū in hoc p̄petuo luctu, mulierbriq; lamentatione diutius versari. Satis supq; lachrymis indulsimus, & tum maxime, quum vno die omne fere nostrę iuuētutis robur ad Aphecum vna acie amisimus. Quum victor hostis, nō solum spolia, sed certissimum quoq; religionis pignus ipsumq; (vt sic dicam) numen, in quo totī gentis nostrę spes omnis ab initio fuit sita, secū extulit. Tum quia nihil reliquū erat, in quo spei q̄cq; repositum esset (apparebat enim domesticum & familiare numen, cuius fauore semper stetimus, a nobis alienatum) nemo vos lamentari vetuit. Licuit tum omnibus libere fuum dolorē effundere. Nūc omnia dei benignitate mutata. Primo ira numinis primores Philistæorum ciuitates ob manifestum sacrilegium domi foriſq; multiplici sunt clade vastatæ. Agris dire populatis, pernicioſissimus mor

Locus ab hostiū calamitate.

bus ingentem in vrbibus fecit vastitatem. Omnis militaris ætas consumpta est. Siqui adhuc supersunt, ægra corpora trahentes pro defunctis habendi sunt. Et has dudum pœnas exegit numen a sacri legio hoste, quod ne non semper sui esset populi memor, Philistęis inuitis apprimeq; dolentibus, ad nos sponte rediit, vt per ipsius præsentiā intelligeremus, mitigatam esse cœlestem in nos iram. Satis pœnarum duabus cladibus expensum, defunctos esse iam Hebræos publico periculo, exaudi tas populi preces, omnia in melius mutata, oportereq; ob id in meliori spe esse, nec diffidere, quin reducto numine omnia sint prospere euentura. Atq; quum ita sit, nolo vos viri Israelitæ tam inepte delirare, vt expectandum putetis cœlesti voce (si maioribus nostris, vt fuit illorum pietas, quā docq; accidisse proditum est) ad arma & vltionem excitemur, aut bumi iacentes manu attollamur. Non ea viuitur hodie pietate, vt tam familiare numen sperare possimus. Satis prospera omnia despondet, quando nobiscum mauult esse. Nullus Deo propitio nisi sua culpa diu inultus iacuit. Ite igitur, & si viri estis, si digni qui Mosis & aliorum qui pro libertate tot pericula adierunt, vera progenies credi possitis, si demum ñ, quibus Deus optimus presens propitiusq; adesse velit, libertatem qua nihil hominī videri debet pulchrius, quā olim amissam maiores nostri tāta indole recuperarunt, ab superbissimo hoste repetite. Nam quod ad victoriam attinet, nihil reor facilius euenturum, cū vt eos vincamus, quos numinis fauor afflictos, multiplici q; clade prostatos ac per hoc pene victos, & vltioni obnoxios obtulit. Haud dubium est quin hostis sua natura imbellis, multiplici clade fractus, & ob ea que eu enerūt, animo perculsus, quum primum in conspectu steterit, vinci possit. Quanquā spero futurum, vt ne præsentiam quidem nostram laturus sit. Ite inquam, ac siquid aliquando ponderis, aut fidei, in ijs quę diceremus, fuistis experti, certam vobis proponite victoriam, de qua vos ambigere minime oporter, vel quia meo ductu, qui vos nulla adhuc diuinatione fefelli, res gerenda est, vel quod omnino plus est, quia propitium, vt siquando alias, maximeq; amicum habemus cœleste numē. Mouit Samuelis oratio multitudinem. Sed nihil eque ac viri autoritas ob creditam sanctitatem fatidicam naturam ad arma perpulit. Frequentes igitur in Masphaton vrbem conuenere. Natura situs dedit loco nomen. Idem Hebræa vox sonat, quod deorsum spectans. Hic Samuel, ieiunio suis indicto, statuit hostē expectare. Nam Philistęi auditō Israelitarum tumultu, rati quod erat, gentem ad defectionem spectare, ad primos ipsorum mot⁹ oppri mendos cōfestim affuere, qui cū ad Masphaton castra feciſſent, minaciſſimeq; arma intenderēt perculsi Israelitę Samuelem intuēri, mœsti ab eo scisciteantur, quid opus sit facto: circunsederi inermes ab armato hoste, nemini non liquere cladem omnino ingentem esse adeundam, nec in aciē temere descendendum, nisi quis nuda suorum corpora, irato hosti ferrum q; tenenti obijcienda duxerit, qd' paulomin⁹ stultum sit, cū fuit prius tumultuari cœpisse, cū omnia essent ad bellum comparata. Metus igitur & desperatio in ore omnium eminebat. Samuel circuire multitudinem, hortariq; singulos, vt bono essent animo, fore, vt sine suorum noxa pau lopost Philistęorum copias cernerent in subiectis campis prostratas, per quæ satis apparebat nullam eum in humanis rebus spem repositam habere, sed cœleste auxiliū ꝓcepisse aīo. Inter spem igit & metū soliciti tātæ rei exitū Israelitæ expectabāt, quum

Masphaton.

Hebræorum que relæ.

Philistæis in procinctu stantibus, lacessentibusq; cum conuicio hostem, murosq; verbis inuasuros se, nisi in æquum descenderent ministantibus, terra primo horrende mota est, in patentemq; hiatum sub sedit. Fœda inde tonitrua fulguraq; Philistæorum animos & ora perstringunt. Secuta inde procella ingens cum ventorum turbine, quæ tanta vi afflauit aciem, vt huc & illud rotati milites, atq; in præceps acti, sine imperio, sine ordinibus attoniti exutiq; armis, necq; prælio, necq; fugæ compotes passim dissiderentur. Tum vero Samuel: ite inquit, iam Philistæum cædi obnoxium habetis. Dabunt ipsi hostes arma, cumulatam illi acceptæ ad Aphecum cladis vicem rependite. Non tulerunt Israelitarum eruptionem Philistæi sua sponte turbati. Sed passim diffugientes suis armis, que temere abiecerant, cum multa strage aguntur. Ad Coreum vsq; cædes protracta est. Hic fugiendi Philistæis, Hebræisq; sequendi fuit finis. Saxũq; Samuel ibi statuit, vt in posterum extaret victoriæ illius monumentum aliquot. Secutus deinceps hostium vestigia multis insuper cladibus Philistæos affecit. Quorum opibus supra modum accisis, omnẽ terram a Gethanis finibus bello Iudæis ademptã, que ad Accaronem vsq; lõge lateq; patebat, victor recepit. Philistæi post cladem ad Masphaton acceptam diu nihil mouere sunt ausi. Veteribus igitur cultoribus in recepros nuper agros reductis, restitutaq; vniuersa gẽte in libertatem, fecit Samuel omnibus potestatem in sua cuiq; ciuitate, vel in peculiari foro, de quibus controuersia esset, inuicem disceptandi. Quorum si qua essent, quæ per alios cõponi non possent, ipse quotannis per totius gentis conuentus de his semel iudicabat. Quæ iudicandi ratio, cẽdiu per ætatem licuit, ab eo seruata est. Inde sertio confectus Ioheli & Abiæ filijs id munus iniunxit, partitaq; puincia, quo leuior vtriq; sua esset iurisdictio, mandat vt in Bethleem vnus, alter Bersabeę iudiciariam exerceret potestatem. Sed hi diuersam a patre viam ingressi non solum iudicia venditabant, sed suam quoq; libidinem ab aliena pudicitia parum custodiebant. Ea distractus iniuria populus, haud iuuenes aperte criminari, ne patris aures offenderet, viri summa pietate & innocentia Cæterum in eo silentio nemo erat, qui nõ nouam optaret regiminis formam. Conferentibus igitur inter se consilia Hebræorum principibus, eo est decursum, vt creandi regis mentio inferretur, penes quem esset pacis & armorũ potestas. Quod vt alias quanto auspicatius fieret, cẽsent Samuelem ei⁹ rei non solum autorem faciendum, sed postulandũ etiam ab eo, vt ipse qui cæteros prudẽtia & sanctitate anteiret, vnum ex omni Israelitarum numero legeret, cui vniuersa gens domi, militiq; pareret. Ad Ramatham igitur vrbem, vbi ille erat, principes totius gentis frequentes conuenere. Quibus auditis miratus dicitur senex, que tam subita regis habendi cupiditas populorum animos incessisset. Scire se primo aspectu rem speciosam regnum videri, persuasumq; multis fuisse, nihil melius in humanis esse viri vniꝰ qui optimus esset imperio, atq; ob id ipsum fortasse mortales ab initio regiũ nomen, vt optimum, vrbibus induxisse. Fœdissimus tamen eius rei euentus, multisq; pernicios⁹ humanas gentes sui erroris admonuit, cq; non modo non tutum sit hominibus regem habere, sed vehemẽter etiam calamitosum, quum nihil aliud sit velle fortunis & capite periclitari, cq; omniũ que in vita sunt, vnius arbitrio & potestati permittere. Vidérent ne dum libertas tanta indolea maioribus

Miracula fos tempestas.

Iudæorũ successus.

Samuelis filij a patre degenerãt.

Prima mentio creãdi regis.

Samuelis sentẽtia de regno.

quæsita, pro qua Israelitæ toties dimicassent, ipsiq; haud multis ante annis diuina magis quã humana opera Philistæis receptam haberẽt, sordescere cœpisset, in perpetuam seruitutem inciderent. Et quia ea consultatio maior omnino esset. cq; vt hois ingenio tam facilie expediri posset: quippe cum futurorum nulla certa sit mortalibus scientia, recte facturos, tantisper nouæ regis creationem differri paterẽtur, doneca se aliquo modo, que de ea re esset numinis volũtas exploraret. Concessum est id illi haud grauate. Tum ferunt intẽpesta nocte Seni de summa rei solicito manifestũ numen astitisse, ordinecq; pdixisse cuncta publica & priuata mala, quæ Israelitæ sub regib⁹ essent aditurꝰ atq; cum his iussus ea populo proponere. Qui si sententia deijci nõ posset, tum regem genti eum institueret, quem non temere sibi, sed cœli prouidẽtia oblatum arbitrarer. Hec ex oraculo in publicum relata, quum haud aliter multitudinis studium inflammassent ad regem petendum, cq; si prospera omnia nunciarentur, constituto ad id quod petebatur die. Saluum Cissi filiũ Beniaminitam tribulem, qui a patre ad asinos, qui forte grege aberrarãt, pquirẽdos missus, ad ipsum Senem diuinationis fama diuerterat, primum Samuel Israelitarum regem inunxit.

Saul⁹ primus Iudęorum rex.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS PRIMAE LIBER VIII.

EBRAEORVM REgnũ his qb⁹ dixim⁹, auspicijs ẽpi Palæstina ortũ: Sed vt est rerũ humanarum vicissitudo quędam, ita cõtigit, vt sub id tempus, quo regnũ hoc, de quo loquor est in Syria constitutũ, aut certe nõ multo prius, in ea parte, Europe, q̃ Apie primo, mox Pelasgia, nouissime Peloponesus est dicta. Syciorum regnum esse desijt, quum annos duos & sexaginta, supra octingentos esset illic regnatum. Zeuxippus sextus ac vigesimus ab Egialeo, qui id regnum condidit, oĩm postremus ibi est rerum potitus, & in Italia Ascanius Albæ cõditor Syluio Eneæ posthumo fratri moriens Albanũ regnum tradidit. Quũ Iulus, quem ad id temp⁹ procrearat, pupillari adhuc eẽt ætate. Fama est prægnãtem Lauiniam post Eneę interitum, quum totius rei summa ad Ascanium deuoluta esset, veritã ne quid apud priuignum sibi nouercale nomen officeret ab Tyrrheũ se regij pecoris magistrũ, quẽ patri fidissimum nouerat, contulisse, ab eoq; & tempore partus, & post ipsum puerperium in occulto habitam. Atq; ita accidisse, vt puer in syluis editus Syluij sit nomen sortitus. Eam quum Aborigines tumultuose requirerent, maiorq; in dies inuidia Ascanio ex publico illo indigenarũ desiderio oriretur, nec res procul a defectiõe esset: Tyrrheus maturum iam tempus adesse ratus, Lauiniæ in publicum producendæ, rem omnem fecit palam suis popularibus, sicq; iam inde vsq; ad Albæ conditionem concordi animo Lauinia & Ascanius vna regnum tenuerunt. Fuisse illa dicitur apud priuignũ materna veneratione. Dionysius autor est nihil ab Ascanio de regno ĩ morte cõstitutũ, eoq; defuncto ambigi cœptũ, vter, Iul⁹ ei⁹ fili⁹, an Sylui⁹ regnũ capesseret. Popul⁹ dicit altercationẽ de ea re ortã suo arbitratu

Sycioniũ regnũ destruitur.

Ascani⁹. Syuius.

Lauinia.

Tyrrhe⁹.



arbitratu finiuisse, vt penes Syluiũ, qui præter splẽdorem patris auita maternaq; memoria plurimum fauoris conciliabat, regij fastigij nomen & maiestas foret. Idem fauor adeo ad posteros valuit, vt cęteri reges, qui longa deinceps serie Albæ regnarunt, Syluij cognomen tulerint. Iulo & ipsi sacrorũ potestas est quędam tributa, qua Iulia gens iam inde vsq; ad stirpis interitum functa est. Scio ex Romanis scriptoribus nonnullos persuasum habuisse puerum qui ex Lauinia & Aenea sit primo loco natus, Ascanij nomẽ tulisse, ex eoq; dubitatum sit, is ne Albam condiderit, qui in Latio est natus, an alius maior ex Creusa genitus, qui paterne fuit fugæ comes. Ego, etsi in re tam vetusta nihil temere affirmare ausim, ipsa tamen nominis ratio efficit, vt propiora vero credam, quę Dionysius de ea re prodidit, nisi aliquis in alterius Ascanij memoriã, quem in Phrygia a patre relictum autores sunt quidam, nomen id puero inditum existimet. Est enim alioqui vox ipsa Phrygia. Sed plures omnino tradunt Ascanium paterni exilij comitem in Italiã venisse. At quocũq; ille natus est loco, ac quacũq; matre, omnibus conuenire video, rem Albanam ab Ascanio, qui annos duodequadraginta regnauerat, per man⁹ Syluio traditam, a quo Syluij deinceps reges sint nominati. Per hæc tempora Lacedæmone regnari cœptũ Eusebius demonstrat, primũq; Euristeũ fuisse, qui regium sit ibi nomen adeptus. Nec de eo potest intelligi, cui duodecim stipẽdia exoluit Hercules, quoniã si recte idẽ autor colligit: Herculis interitum Lacedæmonij regni principium circiter nonaginta præcessit annos. Hæc primo regni dignitas suffragio ne populi, an vi & opibus fueritab initio quæsita, parum compertum habeo. Verum enimuero videntur mihi Lacedæmonij præter cæteras gentes legitimam quandam regni formam, eamq; ipsam paruũ ciuibus formido Iosam a principio instituisse. Quod quũ ex alijs tũ ex eo maxime colligitur, cp in funebri regũ laudatiõe semp nouissimũ vt oĩm optimũ publicit⁹ (vt Herodotus scribit) laudarũt, & cp q̃ recẽtissime creati essent, ciues quicũq; publice priuatimve deberẽt aliquid, alieno leuabant ære. Lege pręterea qui rex esset primus in expeditionẽ exibat, omniũ vltim⁹ domũ reuertebatur. Quibus haud dubie demõstratur, nullũ in terris populũ liberiora iura sub regib⁹ tenuisse vnq̃, cui futuro leges scripserit. Sed de Laconico ciuitatis ritu plura sunt alio a nobis loco explicanda. Primum Pelopõnesiacũ bellũ in hæc tempora idem autor cõsicit. Sed cur ab ea gente fuerit illud Athenienſibus illatũ, obscure nimis Trogus posuit, veteres tãtũ scribit offensas inter vtrãq; gentem intercessisse, sed quales illæ fuerint, haud disserte ponuntur. In quo illud non ab re fuerit demonstrasse: Trogum scribere a Dorienſibus Atticæ terræ bellum illatũ, quos eosdem esse qui & Pelopõnẽses interpretatur. Quę nominis variatio ne quempiã legentibus pariat errorẽ, breuiter est a nobis enarranda. Satis constat fuisse olim, quicũq; intra Isthmum habitarunt, Aeoles nominatos: mox vero intra extraq; pręter Athenienſes cum Megarẽsibus, & ipsos Parnasi accolas Dorienſes: cæteras Pelopõnenſo circũiectas gentes in Aeloici nominis appellationem abijsse. Mox vero Dores Heraclidas in Pelopõnẽsum secuti, in ea terra esse perseuerarũt. Contigit q̃ ex perpetuo eius gentis cũ Aeolibus incolatu, vt duæ gentes procedente tẽpore in vnã coaluerint. Id rei argumento est, cp pręter Arcades, quibus rara cũ cæteris Peloponnẽsibus fuere cõmercia, quicũq; ĩtra Isthmũ postea habitarũt,

Syluij reges.

Iulia gẽs

Primus Lacedæmoniorũ rex.

Aeoles q fuerint.

Dores.

indifferẽter, sunt vtraq; lingua vsi: atq; ob eã rẽ nũc Aeoles nũc Dorienſes dicti. Cõtra in Ionica, q̃ eadẽ fuit & Attica, euenit. Nã quũ ab initio Iones Attici vocarenť, ob colonias inde in Asiã missas, accidit, vt q̃ in antiquis sedibus mãsere, attice loq̃ sint dicti, cæteri in colonias trãscripti Ionice. Nec eo in ficias (nã in re tã vetusta q̃s p certo audeat tale aliquid affirmare:) fieri potuisse, quod ab belli ipsius rationẽ attinet, vt Dorienſes cũ Pelopõnẽsib⁹ aduersus Athenas militarint. Quo fit factũ vt a rerũ scriptorib⁹ mõ gẽs hęc, modo illa bellũ titulisse dicat. Sed q̃cũq; belli illi⁹ pretextus fuit, ac cuiuscũq; ductu arma sunt Atheniẽsib⁹ illata, illud inter oẽs cõuenit, monitos oraculo Dorienſes fuisse, potiturosꝰ eos victoria, si Atheniẽsiũ regẽ nõ interficerẽt. Erat tũ rex Athenis Codr⁹. Is quũ forte inuestigasset quale hostes oraculũ Delphis accepissent, sciretq; futurũ, vt hostis eo bello vori compos fieret, nisi ipse mortẽ occũberet: patriã, cui prima post deũ humanę gẽtes debẽt officia, sua morte tuendã arbitratus, militari habitu amict⁹, ne si nobilẽ se obtulisset, viuus in potestatẽ ab hoste redigeret, sarmentis seruilẽ in modũ honustus hostiũ castra ingreditur. Ibi gregatio a milite, quem in remorantiũ turba moto de industria iura iurgio vulnerauit, ferro est confossus. Regis cęde patefacta Dorienſes sine plio Athenas obsidione leuarũt. Sic Atheniẽses periculoso sunt bello volũtario regis interitu seruati. Is nouissim⁹ a Cecrope Athenis regnauit, habuitq; id regnum a primo exordio ad exitũ annos quadringentos atq; supra hos septẽ & octoginta, si recte tẽpora Eusebij colligit. Plerisq; Homeri ortũ in id tempus incidisse autumãt, de quo tam varia a veteribus traduntť, vt cui potissimum accedas, haud facile decerni possit. Crates añ Heraclidarũ descẽsũ Homerũ genitũ tradidit, qui fuit anno quarto circiter & septuagesimo post Iliũ excidiũ. Herato sthenes cẽtesimo anno post captum Iliũ. Philocorus cẽtesimo atq; octogesimo. Apollodorus Athenienſis quadragesimo supra centesimũ. Alij circa primam Olympiadẽ, quã quadringentesimo ferme anno post Troie excidiũ celebratã authores sunt quidã: Sassius in primo annalium annos. C. & LX. posti q̃ ad troiam est bellatũ. Cornelius Nepos totidẽ annos ante Romã conditam. Miror & illud in dubiũ trahi a quibusdã, fuerit ne is eadem qua & Hesiodus tẽpestate, an diuersa ab eo tẽpore vixerit. Ego, vt vtrũ hic an ille maior natu fuerit, affirmare non ausim, ita p certo posuerim ambos eadem tempestate genitos, si Plutarchus verus est author, qui eos ex duob⁹ fratrib⁹ procreatos tradidit. Nec q̃ patria illi fuerit, satis (vt videor) constitit, Smyrnei, Rhodij, Salaminij, Argiui, Chij, Colophonij, & Athenienſes, varia illũ cõtentione sibi vẽdicare pseuerarũt. Sed quocũq; fuit loco natus, quacumq; ætate, omniũ (quod satis conuenit) poetarum fuit eminẽtissimus, cunctarumq; eloquentiæ partium origo. Crediderunt quidã magni ingenij esse illius virtutes, quoniam nulli imitabiles essent intellectu & ratione sequi. Vellem tã felix ingeniũ in veritatis lucem nõ in tenebras illorum tẽporum incidisse, quam si ex Aristeo illo Procõnesio, quo præceptore vsus dicitur, aut alio haurire quoquomodo potuisset, nemo mortalium eã vtilius tractasset, Amazones & Cimmerij p hæc tempora varijs incursibus Asiam infestasse traduntur. Nec quatenus illorum motus processerint eius rei authores expediunt. In hoc erant res aliarum est gentium statu, quum in Iudæa Saulus regium est nomen adeptus. Qui iam inde, ex quo inunct⁹ est (ea enim velut initiatio regię dignitatis fuit ab

Homeri ortus dubius.

Homeri laudes.

Saulus rex.

Samuele

Samuele oraculi iussu instituta) optare nō destitit dari sibi occasionem regij nominis inter Hebræos ob nouitatem adhuc contemptibilis, præclaro aliquo facinore illustrandi. Quæ haud multo postq̄ rex fuerat declaratus, tā iusta q̄ necessaria illi oblata est. Naas Hammonitarū rex Israelitas, qui trans Iordanem accolebant, subito bello adortus, non

Naas rex

solum victos suo imperio subegit, sed vt subactis omnē rebellandi materiam in perpetuum adimeret, tam bello captos q̄ in fidem receptos, dextro oculo priuauit, vt ea corporis clade affecti, minus vtiles deinceps bello redderentur, quoniam scutū commode amplius tractare non possent. Gerendatū rerū serie tractus Naas patri terrore belli in Gala

Oculoꝝ priuatio.

dinos Iabitas mouit, qui finitimorū clade exterriti septē dierū inducias his cōditionibus impetrarūt, vt de summa rei consulere liceret, peterentq; a suis auxilia. Quæ si impetrata forent, non daretur sibi fraudi, si adhuc in armis esse mallent, sin minus, de ditionem facerent, q̄q̄ amarissima, ab hoste condi tione proposita, vt quoquo modo recepti essent, altero lumine priuarentur. Iabitarū legati ad Saulū regem missi, vbi ad conspectum eius venerunt, reuersus ille ex rustico (vt dicitur) opere. cū forte domū se recipiebat, quo apparet q̄ humilis ab initio fuerit in ea gente regia maiestas, q̄q̄ apud Romanos clarissimi quoq; imperatores fuerint ab aratro

Verba legatorum ad Saulū regem.

accersiti. Perfusi lachrymis legati suppliciter postulant, vt afflictæ Iabitarum fortunæ mature opem ferat, salutem nobilissimæ ciuitatis in paucorū die rū discrimen deiectā esse, aut corpora crudelissimo hosti mutilanda tradi oportere, aut caput ferro obijciendum, quorū vtrū miserius foret, nondum ijs, qui ea passuri essent, satis liqueret. Orare proinde ne patereretur cognatam gentem ab immanissimo hoste veluti pecora laniari, iam satis superq̄ malorū exhaustum, multos Hebraici sanguinis populos, preterq̄ q̄ alterius oculi clade eorū viri deformati essent, miserabili seruiture pressos iacere. Videndū ne si consanguineæ gentis cura nulla sit, atroci incendio, quo alij cōflagrassent, ipsi paulo post correpti arderent. Si inualescenti malo segni? iretur obuiam, fore, vt Iordanem fluuium hostis transgressus, citeriores terras, & quæ pacatissimæ sibi viderentur, ferro & igni popularetur. Maturato opus esse, ne propi? pestis illa serperet. Magna esse in cæteris rebus temporum momenta, sed in bellis maxima. Hæc illi. Saulus partim fortuna gētis motus partim periculo, quod cæteris Iudæorum gentibus ab Hammonitis īminere putabatur, si illorū opes nimiū creuissent, Iabitas bono iubet esse aio, irent, vrbemq; in suum aduentum tueri pergerent, fore, vt intra triduum cernerent omnem metum & terrorē in hostē conuersum. Relinquerent sibi modo ducem, quem per viarū compēdia copiæ sequerentur. Cætera mature se curaturum. Cū his illi dimissi sunt. Ipse aratorijs bobus, quos tum forte habuit, suffraginū neruos succidit, proposito edicto fore vt quicunq; sibi ad Iordanem eo die non præsto adessent eadem a se qua boues illi clade afficerentur. Pœnæ metu ex vrbe & agris militari ætate

Atrox Sauli edictum.

excita ad CCC. &. XXX. milia armatorum circa regem vno die cōuenere. Amne sub noctem superato pleno gradu est ad hostem maturatū. Postero die sub solis ortum, quum iam Hammonitarum castra in prospectu essent, Saulus ita copias partit? est: vt Hammonitas (fuerunt hi Arabes) vno tempore tribus adoriretur locis. Hostes, etsi in re subita nihil tamen consternati & ipsi quoq; in aciem procedūt. Fit prælium, quo Israelitarum res ab inicio animis & multitudine fuit superior. Haud igit magno certamine vincuntur Hammonitæ, ingēs cædes in acie edita, sed in fuga aliquāto maior. Saulus non contentus acie vicisse, nec q̄ interfecto rege hostes apertam fugam fecissent, confestim in eam gentem præsenti clade perculsam, victorem exercitum ducit. Hic Ammonitarū rebus ferro & igni accisis, Israelita arma longe latecq; per hostium cum præda & populatione circūegit Saulus, quibus prospere gestis honestum præda exercitū domū reduxit. Maior certe & ipse factus, magisq; conspicuus q̄ antea fuerat. Secundū hanc victoriā conuentu in Galgalā vniuersæ genti indicto, Saulus iterum est a Smuele Iudæorum rex inunctus.

Saul? iterum inūgitur.

Enimuero multis vana visa fuerat prior ea declaratio, fuissentq; fortasse post victoriam & illi ad supplicium requisiti, qui regem ludibrio habuerant, nisi Saulus nondum stabilito regno seditionem metuisset. Secunda hæc cerimonia regium nomen non solum firmius reddidit, sed insignius quoq; augustiusq; Saulo futurisq; regibus fecit. Nam mos es, Iosue & alij, qui ad id tempus exercitum ductauerant, non reges, sed duces fuere. Saulus tribus militibus militum ex omni iuuenture lectis, duo milia penes se præfidij loco habuit, tertiam partem cū filio Ionatha misit in Gabaam, vt suis popularibus præsidio esset. Philistæi qui vrbem ipsam cum Iudæis incolebant, arma illis ademerant. Qui cum rege erant, haud procul Galgalis sibi castra fecerant, quod vbi Philistæis est nunciatū copias studio contrahunt, Miror tantam armorū procellam aduersus exiguam armatorum manum exciri contigisse. Iosephus autor est. CCC. peditū milia & sexaginta equitum in Philistæis castris fuisse, & cum his curruū triginta milia. Sed credibile est id bellū quod maturius erant illaturi hostes iam antea instrui cœpisse, aut certe (nam in similibus libera est coniectura) ob regem nuper Israelitis creatum de summa rei apparebat certamen futurum, atq; ob id accidisse, vt tantum virium vna in vnum contulerit, quantum ad id tempus nunq̄ alias fecisset. Nec Saulus in tanto rerum motu desedit. Quin & ipse ad ornandum bellum conuersus vndiq; auxilia cōtrahit. Sed Philistæi, qui prio res belli partes occuparant, omnium opinione celerius tumultuose circa vrbem magnam confederant. Quibus copijs inspectis tanto sunt terrore perculsi, qui erant circa regem vt eorum plerique altiores specus metu subierint, alij trans Iordanem occulta fuga sese proripuerint. Hunc suorum metum quum Saulus maiorem esse cerneret, q̄ pro autoritate fisti posset, mittit qui celeri cursu Samueli nunciarent, in quo discrimine Israelitica res esset. Actum dicerent non modo de regno, sed de totius gentis statu, nisi diuino res semel inclinata præsidio fisteretur. Oratus itaq; primo quoq; tempore suis adesset, quando omnis amoliendi belli spes esset in ipsius aduentu sibi & alijs reposita. Quantum igitur per gratem locorumq; distantiam liceret maturaret laborantibus subuenire. Nā quod ad ipsi? accessum attineret persuasum sibi & omnibus esse, cum Samuele præsens propitium q̄ Hebræis cœli numen affuturum. Nec de sua constantia & fide dubitaret, constitutum habere se, aut vi & armis Israeliticum nomen in suo statu retinere, aut si id minus præstari contingat, citius mortem occumbere q̄ turpiter seruire. Samuel trepidissimis excitus nūcijs, regem suorum verbis hortatur, vt hosti in aduentum suum resisteret. adnixurum se, vt, supra ætatis vires intra pau-

Samuela Saulo accercitur.

cos



cos dies adesset, vnaq; de summa rei in castris ambo consultarent, pararet modo hostias, quas in aciē descensuri immolarent. Comparat studio Saulus, quæ ad sacrificium pertinebant. Sed quū omnium spe tardius Samuel veniret, hostias aræ admouit, sacroq; vix bene perpetrato allatum est Samuelem adesse, a quo ille obuiā progressus increpitus dicit, q̄ se nō expectato, rem diuinam facere maturasset, nec cū cuperet satisfacere, ac multa excusaret rex senem flectere potuit amplius, quomin? (vt erat turbatus) recta qua venerat retro abierit. Saulus cōsilij anceps cum filio & sexcentis, his q; magna ex parte inermibus in Galgala se recepit. Philistæi vbi p̄fidio hostem decessisse audiuere, tripertito Hebræorum fines ingressi omnia terroris & populationis complēt. Et iam pars vna hostiū ante regis oculos

Samuelis ira.

libere vagabatur, is cū filio Ionatha & Achia qui sacerdos erat, ex editiore loco agrorū populationē non sine dolore & lachrymis spectare. Ionathas regis filius doloris impatiens, vno duntaxat comite speculatorio amictus habitu, hostium castra noctu ingreditur, quæ munitissimo erant loco sita, & ob id fortasse nullo maiore præsidio stationeve nocturna retēta, eam occasionem ferox iuuenis nact?, hostes passim somno & quieti deditos ferro adoritur: tetram cædem tacite in iacentes grassatus, per multam noctem perpetrauit, quoad moriētium gemitus tumultum excitauit. Tum vero creditum castra ab hoste teneri, simulq; p̄ceps fuga exorta est. Ruebant impediti tenebris per æqua & iniqua cū pernicie multa Philistæi. Quorum trepidatione Saulus per exploratores cognita, simul ac filium

Ionathæ facinus.

abesse sensit, ratus (quod certe erat) illum hostium castra ingressum, capi arma iubet, subitoq; incursu fugam & terrorem nouo clamore auget. Passim igitur dispalati vsq; ad lucem cæsi sunt Philistæi. Nec posteaq̄ lux affuit, ab his est persequendis cessatum. Rex veritus ne Philistæus a vano illo nocturno terrore aliquomodo respiraret, diris execrationibus eorum capita deuouit, qui a persequēdo hoste desisterent, aut q̄diu lux teneret, cibum vllum caperent. Quod patris edictum Ionathas per inscitiam trāgressus est: quippe qui in examen apum vago cursu delatus, mellis fauū cupide hausit. Saulus postridie Deo aram constituit, ad quam victimas pro victoria immolaret. Primumq; Achibotus sacerdos iussus est numen explorare, an feliciter euenire veller, q̄ ad hostium castra diripienda rex duceret in animo haberet victorem exercitum. Negare ille responsum vllū dari, quod nunq̄ nisi irato numine fere eueniret. Erant suspensi animi omniū. Cæterum vulgo suspicari ex militibus aliquē contra hesternam execrationem aliquid temere commississe. Vna cuncti in eum inquirendum censere, ac de fonte supplicium sumendum. Saul? vt fœuo crudoq; erat ingenio ne filio quidem suo parsurus videbatur, si filius se piaculo astrinxisset. Operepretium est audire, quanta tū eius gentis fuerit religio atq; erga cœli numen obsequiū. Dicitur, Ionathas spōte fassus, se paternæ execrationis inscium fauo mellis inediam leuasse. Sed q̄q̄ inquit rei ignoratio satis excusari posset, paratum esse se nihilominus vitam pro populi incolumitate effundere. Satis se in vita habere q̄ patrem virum fortissimum, & regem & bis hostium victorem videris, & q̄ hesterno die suo ductu feliciter gesta res essent, persuasum habere se, tum maxime expedire homini e vita migrare, quum per virtutem ea sit adeptus, quibus non tam honesta mors, que semper speciosa est, q̄ hominum inudia metuenda esset. Nec Saul?

Indoles Ionathæ.

q̄q̄ filium cerneret alta indole præditum: minus propterea fœuire, cæterū vt res omnibus documento esset, ne regiū imperiū religionem ve in posterū negligerent, Ionatham aræ admotum patet, p̄ hostia iugulari imperat. Tum vero multitudo, que locū corona cinxera (nā ad. X. hoīm milia in castra cōfluxerant, posteaq̄ ad Galgala Saulus venerat) sublato clamore haud laturos se vociferant, eum per quem grauī bello liberati essent, quādo per inscitiam deliquisse cōstaret, vita periclitari. Scire se mortalium delicta, consilio nō euētu æstimari solere, iploraturos se polliciti pro ea culpa siqua sit a numine veniam, vel si impetrari nō possit pœnas pro eo, qui sit de communi salute meritus, libenter expēsuros. Tale fuit tū in vnū Ionathā totius exercitus studiū. Piacularib? hostijs aræ adhibitis, vbi rite litatū est, Saulus castris hostium direptis victo rē exercitum domū reduxit. Iosephus autor est eo bello ad. LX. hostiū milia occidione occisa. Subegit inde Saulus Hāmonitas Moabitasq; gentes (vt tū hominū res erant) opulentissimas: vicit & Idumeos eorūq; reges tributarios fecit. Et iā Israelitarū res longe latecq; pollebant, quū Samuel iterū cum rege cōgressus docet. superesse adhuc integrū Israelitis bellū, quod nefas sit non totis viribus exequi. Nullā gentē Mosi in Palestinā venieti infestiorem fuisse q̄ Amalechitas, q Iudæos suis finibus non solum arcuissent; sed opportunitatē nacti, affecissent etiā teterrima clade. Ob eamq; rē Moſen posteros ad vltionem astrinxisse, mandassecq;, omnē gentis memoriā, siqā vlciscendi occasio data esset, abolēdā. Cæterū nunq̄ videri maiorē a Deo optimo occasionem genti datam q̄ tunc, quum Israelitarum opes eo auctæ essent, vt nulla tam valida gens foret, quæ par illi futura crederetur. Impie proinde eum facturum, nisi tā insignem iniuriā ab vna gente maioribus illatā, cuius vltio diuina magis volūtate q̄ humano consilio, in sua tempora dilata videri posset, pio iustoq; bello persequeretur. Nec verendum esse, ne non omnia prospere cessura essent, que non minus pie q̄ iuste gerenda sint. Et qd' ad victoriam attineret, siqua sibi futurorum prouidētia eēt q̄ tota expietate penderet, haud dubitare se quin presens numen volensq; gerendis rebus esset affuturum. Hæc Samuelis denūciatio bellicosum natura regem facile perpulit, vt in Amalechitas continuo mouerit. Copijs igitur instructis per occulta ab initio loca duxit, vt incautum hostem ad ortus commodius opprimeret. Multi mortales improuiso accessu per agros vagi, ac nihil minus q̄ bellum expectantes capti cæsiq; sunt. Inde hostium ager ferro & igni vastatus, nouissime vrbes, & castella operibus & cuniculis captæ, excisæq; sunt: Neq; sexus neq; ætas vllum in cæde fecit discrimen, omnes ad vnum præter Agagum regem interfecti. Ab huius cæde ob eximiam corporis pulchritudinem Saulus ferrum abstinuit. Samuel captum pecus perdēdum cum ipsis viris cēsebat. Cæterum rex siue prædæ cupiditate captus, siue vt mi litibus gratificaretur, quadrupedum vim ingentem domum abduxit. Nulla vnq̄ lætior victoria Hebræis contigisset, (nam a Canobico Nili ostio vsq; ad erithræum signum perpetuo victoriæ cursu omnia Saulus armis subegerat) nisi dira quedam mandatorum obliuio ipsius animum cepisset. Qui quoniam Amalechitarum regem seruasset, quum tota alioqui gens perdenda esset, captiuumq; gentis pecus auertisset, propheræ prædicatione cognouit, quia parum rite numinis mandata seruasset, fore, vt ipse non multo post regia

dignitate

Exercit? charitas ī Ionathā.

Samuel Contra Amalechitas.

Amalechitæ bello petuntur.

Saulus oraculo corripit.

dignitate priuaretur. Miror Ioſephum tradidiſſe a Canobico oſtio ad Erithræũ mare omnia Saulis ductu a Iudeis ſubacta, quum Canobicum oſtium omnium Nili oſtiorum ſit vltimum Libyam verſus. Quod ſi ſic res quoq; geſta eſſet, nõ Arabes ſolũ ſed Aegyptios quoq; q ad mare ſunt Amalechitas appellatos accipi oporteret. Etſi tẽpeſtate illa, pars quæ nunc Aegypti maritima eſt, magna ex parte (qd' alio eſt loco memoratũ) ſub aquis fuit. Multo itaq; vero propius illud, vt ad Peluſiacum oſtium, quod Arabiæ omnium propinquiſſimum eſt, inſignis alioqui victoria, nec vlterius proceſſerit, præſertim quum in Amalechitas ſit bellatũ nõ in Aegyptios. Saulus cœleſtib⁹ minis exterrit⁹ primo factũ excuſare conatus eſt, inde ab Samuele cõtendit, vt non prius a ſe abſcedat, q; id ſceleus ſciret expiatum. Id quum ille facturum negaſſet, ſciebat enim litari nõ poſſe, iam retro abire cœperat, quũ precibus primo, inde vi ſenẽ Saulus remorari adortus, reluctantis palliũ temere diſcerpſit. Tum ille in regem conuerſus: Sic tua inquit non multo poſt lacerabitur dignitas. Cæterum quo grauiora ille denunciabat, eo maioribus rex precibus contendebat, ne ſe conſilij incertum, malorumq; expectatione confuſum deſtitueret, Rogare obteſtaríq; vt ſineret ſe exorari, imitareturq; in eo cœleſtis numinis, cui gratiſſimus eſſet, naturam, ne pœnitentiam auerſaretur. Fateri ſe peccaſſe, ſed facti vehementer pœnitere. Nullũ ſe expiationis genus non aris adhibiturum, vt venia impetraretur. Hæc ſeni pudorem impoſuerunt vlterius tẽdendi, vnaq; cum rege Galgalam conceſſit. Vbi prophetæ iuſſu Agagus rex occiſus eſt. Inde peracto ſacro, quum diuerſi abiiſſent, Saulus Gabaam reuerſus eſt. Prophetain Ramatham vrbem, qui haud multis interiectis diebus oraculo monitus in Bethleem venit: Dauidem q; Ieſſe ortum regem inunxit. Fuit Ieſſes Obedis filius ex Booſſo & Ruthe geniti, quo apparet innocentiam, & pietatem in humanis, non opes & nobilitatem a ſuperis probari. Iuſtitiam amat cœli numen, perpetuiſq; auget incrementis: Quæ quo humiliore ſuſcitatur loco, eo ſublimiore collocatur. Ignobili auo natus diadema geſſit, non malis artibus, ſed cœli prouidentia queſitum. Nec ipſe tãtũ regio inſigni potit⁹ eſt, ſed filio deinceps, &. XX. ab eo procreatis longa ſerie geſtandũ tradidit. Et qd' ad diuinã attinet prouidentiam, paſcebat tum oues Dauid foris, quum Samuel ad Ieſſem venit, eius fratres, qui tum patri aderant ſacrificio admoti ſunt, vnuſq; poſt alium a prophetа repudiati. Cæteris itaq; reiectis Dauid in vrbem accerſitur, quem Samuel confeſtim regia cerimonia inũxit. Fertur Dauid flauo colore fuiſſe neq; ingrato aſpectu, pſalterij & hymnorum peritiſſim⁹: qua Saulus fama impulſus, quoniam iam inde, ex quo iram numinis incurrerat, malorum dæmonum incurſu exterrebatur, edoctus hymnicis cantilenis poſſe terrores illos leuari, adoleſcentem ad ſe vocari iuſſit, omnium adhuc, quæ acta fuerant, ignarus. Miror nullam inſidiarum ſuſpitionẽ icidiſſe, q; neq; pater regis imperium expauerit. Sed quacũq; ſpe ille fretus, nihil (quod ſatis cõſtat) Dauid cũctatus ad regem pfectus eſt, cuius indolem animiq; promptitudinem Saulus miratus, militia inauctoratũ, multis militaribus donis inſigniuit. Subſedit inde Dauid apud regem, quod per nuncios vt bona venia adoleſcentem penes ſe habere liceret, a patre ĩpetrauit. Nec multo poſt Philiſtæi rebellarunt, ingentiq; armorum apparatu Iſraelitarum fines inuaſerunt. Nec rex multũ in mora fuit, ſed impigre primis hoſtiũ motib⁹ cum valido exercitu occurrit. Fecerant illi caſtra inter Sochonem & Azecham, Iſraelitæ iugum montis occupant, hoſtium capitibus imminens. Philiſtęi ſitus iniquita te animaduerſa caſtra in tutiorẽ locũ haud procul inde trasferunt. Dirimebat bina caſtra tumulus q dam, hunc Philiſtæi generis vir quidam immani ſtatura (Goliadi fuit illi nomen) inſigni armorum habitu, cum pluribus occupat. Ioſephus niſi parũ integre id in eo legitur, autor eſt, ſeptenum pedum Philiſtæum quadrãte minus fuiſſe: quę proceritas ne noſtra quidem tempeſtate fit in aliquo conſpicua. Veriora itaq; mihi videtur, quę in Bibliacis libris traduntur, ſenũ cubitorũ & palmi fuiſſe eius ſtaturam, quę denos quadrante minus habuerit pedes, quum aliquanto proceriore Oreſtes fuerit, ſi vera ſunt q Herodotus de eo memoriæ prodidit. Sed quæcunq; fuit hominis magnitudo (fuit enim oĩno eximia) loricam quinũ miliũ ſiclorũ induit. Ferrum, qd' fuit haſtæ prefixum, Siclos appendiſſe traditur ſexcentos, id eſt drachmas mille & ducentas. Conſpicuo igitur ille loco conſtitutus, horrẽde inclamat. Iſraelitarum fortiſſimum ſibi occurrere poſtulat. Parum prudenter Philiſtæos Iudęoſq; facturos, ſi cum duorum pĺio periculo defungi poſſint, de ſumma rerum totis viribus, nõ ſine alteri⁹ partis pernicie malint dimicare. Paratum eſſe ſe ea cõditione in pugnam deſcendere, vt ſi victus ſit ce dant perpetuo Philiſtęi Iſraelitis de regno. Sin contra qui ſecum cõgreſſus eſſet vinci contigiſſet, ſerui tutis iugum (vt ſiqñ alias) Iudęi acciperẽt. Tenuit ea prouocatio plures dies, non ſine Hebręorum rubore, qui tacita confeſſione ſe eo genere pugnæ victos fateri. Dauid interim tribus fratribus circa regem commorantibus ex militiæ vacatione dabat apud patrem rei pecuariæ operam. Quum igit bellum vna prouocatiõe ſtaret, ita forte accidit, vt iuſſu patris ille cibarie fratrib⁹ i caſtra tulerit. Qui quũ inter ſuos ibi verſaretur, ecce interim Goliad ex ſolita ſtatione conſpectus Iſraelitarum fortiſſimum de more prouocat. Ad cuius vocem quum mœſtum ſilentium teneretur, Dauid eam gentis contumeliam haud ferendam ratus, apud fratres primo faſſus eſt, cepiſſe ſe impetum aduerſus monſtrum illud hominis dimicãdi: qua voce a ſuis grauiter increpita: cæterum quum nihil familiari illa predicatione præter ſtultitiæ & temeritatis notam lucrificaret, palam inter æquales iactare auſus eſt, quid animo agitaret. Quæ audax profeſſio ad regem delata, etſi ætas, quæ adhuc infirma erat, nihil de ſe arduum ſperari ſinebat, adoleſcentem tamen ad ſe Saulus accerſit. Erat enim (vt dixi) iam antea ei notus. Hic laudata ab eo indole, quum videretur rex nolle tanti diſcriminis certamen infirmæ adhuc ętati permittere, multa Dauid de diuina prouidentia prius locutus, quę quo libitum eſſet, ſuo victoriam nutu inclinaret, periculoſa dein certamina quæ pene puer cum violentiſſimis beſtijs obiuiſſet, ordine explicat. Leonem inquit Rex inclyte adhuc pene puer, quia agnum ex illius ore eripuiſſem, in me ſęuientem cauda arreptum humi primo afflixi: inde multa vi compreſſum ac debilitatum extinxi. Pari periculo vrſum ineuitabili occurſu, haud minore animo q; Leonem proſtrauí. In quibus monſtris conficiendis, haud ambigo, niſi cœli numen propitium habuiſſem, tam arduis certaminibus me imparem futurum fuiſſe. Cæterum tam beſtia eſt hic, qui nos prouocat, q; illæ quas ego domui, fuere. In quo præter effigiẽ nihil cerno, quod hominis dici poſſit. Pietatis expers, vericq; numinis

Agagus rex occiditur.

Dauid in ungitur rex.

Goliadis magnitudo.

Goliadis prouocatio.

Dauid pugnam ſibi depoſcit.



nis contemptor. Ad quem perdendum non ſolum me ratio hortatur, q; nolim hanc detrectatæ pugnę notam noſtræ genti perpetuo inuſtam, ſed etiam religionis vltio, quę iamdudum animo ſuſclamat, tollendam eſſe impiam ex terris belluam: que ne cœlum quidem, cui conuicium facit, mereat intueri, Miratus rex adoleſcentis ferociam, ſimulq; præmaturam in eo oſculatus prudentiam, omnia ad diuinam prouidentiam referens, facit illi dimicandi poteſtatem. Dauid repudiatis armis, quæ rex ad certamen exeunti obtulit, funda & ſparo inſtructus, in hoſtem vadit. Conuerterat id certamẽ duorum exercituũ in ſe oculos. Qui quo minus æquis inter ſe viribus congreſſuri videbantur, eo minus bona ſpe Iſraelitæ erant. Diſpar inde animorum affectus. Exultabãt lætitia Philiſtæi, certamq; recuperandi regni vulgo ſpem fouebant. Ibat Goliad in pugnam magna mole corporis robur ſpirans, armis inſigniter inſtructus, tam certaminum cupidus quam peritus. Contra tyrunculus & infirmo adhuc corpore rei bellicæ ignarus, & quod præter cætera Iudæos exanimabat, inermis, nihil in pugnam niſi ferociam ferens, vt temeritas veriſus appelari poſſet quam audacia. Et iam ambo in conſpectu erant, Goliad venientem hoſtem intuitus, velut ad canis abigeatum fuſte duntaxat inſtructũ horrende intonat. Nec Dauid immane corpus clamoremue exhorruit, ſed futuræ dimicationi intentus ſubita fundæ excuſſione lapidem in aduerſum hoſtem immittit, qui in mediam frontem violenter incidens Goliadis caput ad cerebrum vſq; aperuit. Ad quem ictum, quum ille magno corporis & armorum fragore concidiſſet, ingens lætitia exmetu, qui nuper omnium animos defixerat, Iſraelitidis caſtris oritur. Contra trepidatio ingens Philiſtæos cœpit, qui pactorum immemores fine Imperio, ſine ſignis effuſa fuga paſſim diffugiunt. In hoſtem ſua ſponte turbatum Saulus ſuos ex ſuperiore loco demittit. Quem apertis campis Hebræus victor aſſecutus, cum fœda ſtrage ad Aſcalonis vſq; mœnia præcipitem egit. XXX. Philiſtæorũ milia eo die cæſa traduntur, ac pene totidem vulnerata. Dauid Goliadis caput haſtæ affixum in trophei ſpeciem ante ſacram aram ſtatuit. Inde rex inter puellares cantus innumeraſq; acclamationes, ob nouam victoriam eſt domum reuerſus. Sed quum multo maiore omnium ſtudio fauoreq; & in primis mulierum Dauid acciperetur: conuerteretq; ille in ſe, quacunq; iret, ob Goliadem ſingulari pugna proſtratum, multitudinis oculos, tacita primo inuidia ſubijt regis animum. Adoleſcentis deinde vigorem prematuramq; virtutem ſecum reputans quæ parare ſolent gradum mortalibus ad faſtigium dignitatis, eius ſucceſſus cœpit ſuſpectos habere. Verum quia aut perdendus erat, aut ſpeciem militiæ longe ablegandus, tutius conſilium honeſtiuſq; viſum, eum ad reſiduum belli conficiendum mittere, eaq; potiſſimum illi loca deſtinare, in quibus haud dubie caſurus putaretur. Interim vero factus certior, filiam illius amore deperire, vehementerq; adoleſcentis connubium ſibi optare, puellæ nuptias Dauidi ea conditione defert, ſi ducenta Philiſtæorum capita ante regium ſolium ſtatuiſſet. Ita demum futurum credere, vt regiæ puellæ potiundæ ſtudio, dum auide nimis & ob id incaute in cædem flueret, ſubita aliqua vi mortem obcumberet. Neque Dauid eſt conditionem & imperium aſpernatus, quin ab bellũ profectus paucis diebus cum iſs, qui dati fuerant (ſunt qui eum millenarium tradant a rege conſti-

Dauid Goliadẽ ſternit.

Saulus. Dauidi inuidet.

tum) Philiſtæum ad pugnam progreſſum fœde trucidauit. Vnoq; prælio proſpere defunctus, relatis hoſtium capitibus, Micholis regiæ puellæ connubio eſt potitus. Nec noua affinitas ſocerum genero, nec victoria benemerito duci regem pacatiorem reddidit. Sed vitæ regnoq; timens Saulus in diem occulta perdendi adoleſcentis agitare conſilia. Sed fatum mutari non potuit, ſiquidem Saulus diu animo fluctuatus, poſtremo eo decurrit, vt per petrandæ cædis miniſterium Ionathæ filio delegaret. Qui cum noua neceſſitudine, tum virtutum ſtudio, quibus iuuenis iuuenem mirabatur, magnum nefas ratus, hunc qui de publica Hebræorũ ſalute ſemel atq; iterum optime meritus eſſet, quẽ pater ob egregiam virtutem ſibi generum aſciuiſſet, neci tradere, quod a patre de Dauide mandatũ haberet cum eo communicat, hortaturq;, vt capitales inſidias, quæ in poſterum diem pararentur, occulte declinet, daturum ſe interim operam vt patris cubiculum per ſpeciem ſalutationis ingreſſus experiatur, an illius animum a conſilio cædis reuocare poſſit. Atq; cum his ab eo digreſſus poſteaq; ad regem venit, in hunc modum eſt ille patrem affatus. Scio pater te non ignorare haud alio delicti genere maiores noſtros, & quandiu in deſerto fuerunt, & poſtquam Palæſtina terra potiti ſunt, in euidentiorem iram numinis incurriſſe, grauioreſq; expendiſſe pœnas, quam quum cœleſtis beneficij immemores publice aut priuatim ingrati extitiſſent. Quo apparet nihil eo vitio eſſe apud Deũ optimum deteſtabilius, qui velut præſentia nouit omnia, quiq; æqua lance hominum opera expendit: expenſa iuſte vindicat. Nec immerito, extinguit enim ingratitudo non ſolum iuſtitię fontem, ſed omnem etiam humanæ vitæ ſocietatem. Verum quo fœdius id maioreq; eſt vltione dignum, eo longius abs te pater, omniq; regia domo abeſſe oportere arbitror, qui quantum felicitate & fortuna cæteris mortalibus antecellis, tantum æquitate præſtare debes, & innocentia. Nec quæ dicam eo tendunt, vt tuæ ſim voluntati obuiam iturus. Natorum eſt patris imperium audire, ſed vt audire ita etiam conſiderare qualia ſint, quæ a patre fieri ſibi ſperentur. Scio ego vel a prudentioribus viris ea interdum iniri conſilia, vel quum ira aliiſue animi affectus plus æquo mentẽ agitat, quæ ſi ad exitum perducantur, in autoris haud dubie caput cum pernicie redundent: etenim haud vnus eſt humanæ mentis affectus, quibus perturbata ratione nequeant homines quid rectum ſit, quidue vtile intelligere. Verumenimuero hæc tam multa, eo tendunt, vt iterum ac ſæpius pater tecum conſideres, quale fuerit tuum heſternum illud de cæde generi tui imperium, quo nullum (pietas mea in te pater facit, vt aperte quæ ſentio dicam) eſſe poteſt iniquius, nullum a tua dignitate magis alienum, ſi quod ſuſpicari fas eſt, felicitas adoleſcentis altaq; indoles tibi tuoq; regno ſuſpecta eſt. Etenim tãtum abeſt, vt illum hoc nomine periclitari oporteat, vt ob hæc eadem illius ſalus tibi & alijs multo commendatior eſſe debeat. Quamquam quid attinet hominis aut virtutem aut felicitatem commendare, que duo niſi tibi opportune affuiſſent, non regno tantum, ſed vita quoq; iam antea periclitatus eſſes. Huius hymnici cantus te a dæmonum incurſu ſeruarunt. Hic mentem ſimili cauſa concuſſam miſereq; æſtuantem in priſtinum ſtatum reſtituit, ſuaq; ſede collocauit. Age nunc quæ Conuerſi ille non tibi ſolum ſed Iſraelitis omnibus ade. ſio. mit ignominiam, quam turpe ſeruitutis iugum.

(erat enim iã oculis admotum) sua virtute discussit. Insultabat capitibus nostris inimanis hostis, multaq; probra in te, & in vniuersam gentem iacere, exprobrare alta voce nobis ignauiam, cladem & interitum minitari. Quis ergo vnus omnium cõmuni contumeliæ sese opposuit? Dauid. Quis audaci congressu immanem prostrauit hostẽ? Dauid. Quis Philistæum tibi trucidandum dedit? Dauid. Quis demum ad tuum solium ducenta hostiũ capita cõstituit? Dauid. Et in hunc qui te diro morbo seruauit, hostem sustulit, Philistæum prostrauit, tuum regnum stabiliuit, qui ob eximiam indolem gener est tibi nuper ascitus, sequire potes paterę de huius cæde & interitu cogitare? Flexerunt mãlos dæmones huius cantus, te, quem a morte seruarunt, flectere non poterunt? Strauit hic inuictum hostem, vt ipse a suis sterneretur? Peperit Hebraico nomini ocium & quietem, vt ipse inter suos tutus esse non posset? Duxit filiam in vxorem tuam: vt vel ut hostia aris admoueretur, genialem thorũ suo imbueret cruore? Me miserum, quæ ingratitudo hæc? Quæ perfidia? Quod scelus? Quare te per omnia iura, quæ natos parentibus obstringunt, oro pater, atq; obtestor, ne regiam domum tam infanda cæde polluas, ne te progeniemq; tuam inexpiabili stigirio adstringas. Magnum scelus, magna vltio sequatur necesse est. Quæ quo tardior est eo esse solet grauior. Nec te moueat quæso, q; ille ob egregiam indolem sit hominibus charissimus, q; successus ipsi maiores sunt, quã ab homine eius ætatis merito expectari possint. Nulli hæc magis quam mihi suspecta esse debẽt, qui a successionis spe nõ procul absum, tibi regni sedes stabilita est, quę ne non tibi incolumis sit semper futura, non est cur dubites. Meum est id prospicere, meum cauere, ne tanta spe paterno regno deiciar: Sed satis mihi persuasum est, in diuina poreſtate esse regnorum iura, illius prouidentia hæc mortalibus dari, eiusdem potestate adimi. Quod si numini cordi est, vt hic quem suspectum tibi video, regner, nulla humana consilia tanti sint, vt fatum inhibere possint. Quare mitte quæso huiusmodi consternationem: Noli in scelus prorumpere, teq; & tuos inexpiabili cæde contaminare. Quin, vt ab initio feci, iuuenem complexus, omnib⁹ modis orna, beneficentia & charitate foue, vt filium tuere. Ad quod ipsum te non mediocriter hortantur filiæ preces & lachrymæ, quæ si tantum periculi sciret sponso, cuius cupidissima est, imminere, in luctu esset & lamentatione, hicq; nunc mecum ante tuos pedes obuoluta, cum fletu & eiulatu faceret, supplicitercq; oraret, ne se dulcissimo connubio priuares, dimidiumq; vitæ adimeres, aut si omnino eum perdere placeret, in se quoq; pari atrocitate sæuires dulciorem fore sibi mortem cum illo cõiunctam, quam vitam suauissimo matrimonio fraudatam. Nec illa solum a te pater id precibus contendit, verum tuum regnum, tua dignitas, salus, liberi, omnis fortuna regia tibi hominis salutem commendat, te monet, orat, obtestatur, vt hunc non modo incolumen per te esse sinas: sed patria etiam charitate foueas, ornes, extollas, tibiq; omnibus necessitudinibus & officijs adiungere pergas. Quod si feceris, pro eo despondere ausim tuam salutem & dignitatem secundum eos, quos genuisti, libentius defensurum esse neminem. Hæc Ionathæ verba adeo regem mouisse dicuntur, vt continuo priore consilio repudiato, iureiurando affirmauerit, omnia per se genero tuta deinceps futura. Datum ad id se operam, vt breui ille cognosceret æque ac filium a se amari. Per Ionathã igitur Dauid socero reconciliatus, haud multis interiectis diebus aduersus Philistæos cum nouo exercitu mittitur. Constans fama erat eam gentem in armis esse, fuitq; expeditio illa haud minus prospera quam prior fuerat. Victis hostibus Dauid in ingenti erat celebritate, recrudescere ob hoc ipsum regis odium & inuidia in generum: qui duo affectus iamdudum male dissimulati, præcipitem agebant senis animum. Accidit interim vt recenti dæmonum incursu exagitatus, subito sit ad eum Dauid accersitus. Qui ante regem constitutus, dum circa æstum mentis, diramq; exagitationem cantu operatur, parum abfuit, quin lancea quam tum Rex manu tenebat, sit Iuuenis transfixus. Concidisset haud dubie ad subitum ictum, nisi ille in hoc ipsum non minus intentus, quam in eam operam quæ interim præstabatur, contorsam in se hastam agilitate corporis declinasset. Tum vero periculi magnitudine perculsus, ex regia se occulte ad vxorem proripuit, cuius opa (nam missi erant qui eius limina insiderẽt, ne noctu dilabi posset) auersa ædium parte, per fenestram dimissus ad Samuelem profectus est. Ad quem de regis perfidia & inexpiabili in se odio quæstus, iussus est bono animo esse. Scire se ipsius vitam Deo curæ esse. Cæterum ne in Rhamata ambo rege opprimerentur: hinc profecti in Gelboam contendunt. Nec multo post Saulus eo misit, qui Dauidem ad se traherent. Hi qui ad id missi fuerant, vbi ad Samuelis conspectum venere, diuino afflati spiritu, mandatorum regis oblíti, prophetícæ meditationi vacarunt, apud Samuelem desidentes. Mera hæc miracula sunt, sed quia Bibliacis libris, & a Iosepho in historijs relata reperio, impie facerem, si pro vanis silentio præterirem. Ferunt & qui secundo loco missi sunt quicq; deinceps tertio, eorum quæ iniuncta a rege essent, oblitos diuinationi incubuisse. Tum Saulus irarum plenus, eo cũ numeroso comitatu ex improuiso occurrit: vbi post Samuelem inspectum phanatico furore correptus, abiectis vestibus nudus toto est die cantum meditatus. Dauid interim ratus nihilo in se re. gem pacatiorem futurum, consilio cum Ionatha prius communicato, ne per speciem conuiuij cum socero congredi cogeretur, in arctioremq; locum coniectus magis esset iniuriæ obnoxius, secretum extra vrbem Ionathæ non ignotum petit, tantisper ibi commoraturus, quoad per eum exploratũ haberet, quo Rex in se demum esset animo. Postridie igitur inito conuiuio vbi Saulus generum abesse sensit, cur Dauid non adesset percunctatur. Tũ Ionathas (cita enim inter eos conuenerat) a Tribulibus inquit suis ad solenne sacrum vocatus, meo permissu hinc profectus est. Tum rex absentem execratus, Ionatham intempestiui commeat⁹ autorẽ conuicio aggreditur: nunc spurcissimæ fœminæ filium, nunc patris proditorem appellans, inde ira ardens pauca subijcere volentem, transfixisset hasta, nisi amicorum qui aderant subita consternatione perculsum protexissent. Triplinio itaq; egressus vno duntaxat comite, lenta deambulatione, quasi corpus exerceret, ad Dauidis latebram progressus, famulo paululum post se relicto, cum eo in colloquium venit, omnia quæ in conuiuio acciderant, explicat atq; simul edocet, quantum illi a rege instaret periculi, hortatur vt fugæ sibi salutem quærat. Nam quod ad se attineret, negat spem reliquam vllam esse paterni animi amplius leniendi, quum iam aperte apud eum in suspitionem venisset. Cum lachrymis igitur vterq; ab altero digressi, Ionathas

Repetitio cũ disiuncto.

Antitheton.

Sententia.

Perorațio.

Nota de Philistęis victoria.

Saulus. Dauidi insidiat.

Saul⁹ nugam pacationem futurum, consilio cum Ionatha dus salit.

Sauli ira in Ionatham.



Dauid in exiliũ agitur.

Dauid p stulto habetur.

Ferox Sauli denũciatio in Dauidem.

si, Ionathas in vrbem rediit, Dauid ad Abimalechum sacerdotem celeri est cursu delatus. Fuit ab Abimalecho illius accessus primo suspectus, q; sine vllo comitatu tam longum esset iter ingressus: Dauid quasi ita facto opus esset, occultum regis negocium assimulat, sed quũ arma sibi popoſcisset, nec apud Abimalechum vlla essent, eius monitu Goliadis lanceam, quam post victoriam Nobeæ, vbi ille sacerdotium administrabat, Dauid solenni more dedicarat, ex sacro sustulit: pariq; festinatione ab eo digressus, Philistæorum fines transcendit. Agnitus inde in Gethavrbe ad regemq; perduct⁹, nisi se furere simulasset, haud dubie regis iussu ad supplicium perductus esset. Inde igitur pro stulto & amente impune dimissus, in Iuditarum terram reuersus, speluncam, quæ haud multum ab Odolla oppido aberat, aliquandiu inhabitauit, eo fratres de eius statu per occultum nuncium certiores facti cum quadringentis necessariorum venere. Qua hominum manu fretus Dauid in Moabitanos transijt, ab regeq; eius gentis impetrauit: vt se & suos tandiu præsidio & ope tuendos susciperet, quoad tempestas illa, qua indigne premeretur, remitteret. Nec diu in Moabitis deinceps fuit: qn Gadis prophetæ voce Iudæam repetere iussus, pre fidiaria suorum cohorte septus, quacunq; iter faceret, vertebat in se ora hominum. Effectiq; ipsa rei nouitas, vt res subito ad regem sit delata. Apparuit primo nouarum rerum studio eum armis instructum, Iudææ vrbes circuire. Rex metu simul & ira percitus, pro militum concione pronunciauit, compertum habere se filium Iessæ nequissimum seruum ad hostes desciuisse, nouandarumq; rerum studio nonnullos ad arma conuocasse, & iam latronum more per occulta regni loca, non sine populorum motu, euagari. Mirari se qua fiducia ille fretus in se hostilia moliretur. Cæterum quando qua vi Ionathæ filio, qui cum illo senserit, occurri oporteat priuata esset consultatio, quo alij in se animo essent, id se periclitaturum esse præfatus, an tam perditus sit aliquis & ingratus, qui suorum in vniuersam gentem meritorum immemor, illum mallet quam se regnare. Etenim inquit, Dauidis conatus eo haud dubie tendũt, vt aperto latrocinio, si fraude, nõ possit, regnũ occupet. Quare & orare vos & obtestari cogor, ne me regem de Hebraico nomine optime meritum, qui Israeliticam gentem longo seruitio pressam, in antiquam libertatem, non tantum restitui, sed feci etiam, vt alijs quoq; gentibus imperaret, quicq; plures pene victorias ex hoste reportaui, quam annos regnauerim, ab temerario adolescente, & alijs perpaucis latrunculis cogitari sceleris socijs, minifesto latrocinio vexari patiamini. Nec vereor inquit, quin temerarij illi mot⁹ brevi discutiantur, modo vos qui adestis, in fide & officio esse velitis, nec regium nomen impune ab aliquo læsum iri arbitremini. Ite igitur inquit, & si quem nefarij illius consilij conscium nacti eritis, confestim ad me nomen delatum velitis. Semper quidem hostis formidolosus, sed tum maxime, quum domesticus est & familiaris. Quum ad ea ex tota concione nulla vox esset reddita, Docheus natione Syrus (regios is mulos agebat) se in Nobea vrbe Dauidem solum vidisse professus est: in Abimalechi domo diuersantem, armisq; ab eo instructum, haud multo post vrbe excessisse. Enimuero furere tum Rex, multaq; Abimalecho minari: quẽ haud multo post a se accersitum, quãquam omnẽ presens inuidiam sustineret, quum diceret rerum omniũ ignoratione accidisse, q; ille hospitio apud se fuisset, Dauidem vt ductorem & generum regis non vt hostem a se acceptum, arma præterea quæ ipse dedicasset, ex sacrario nec iubente se, nec quia fieri non poterat, aduersum tendente, ab eodem refixa: apparebat, si ex æquo certarum esset, nihil. Abimalecho ex ea re mali accidere debuisse. Verum enimuero rege nihilo secius sæuiente: Abimalechus est ad supplicium ductus. Nec ob eam noxã in eum duntaxat est sæuitum, sed treceni cum eo extremo sunt supplicio affecti. Nobeam ad hæc vrbem pari sæuitia incendit, ciuibus omnis ætatis & sexus ferro deditis. Sed in nulla re fuit clades illa memorabilior, quam q; in quinq& octoginta (vt Bibliaci libri demonstrant) sapientia & diuinatione illustres Abimalechi causa est animaduersum. Abiatharus eius filius vnus ex tanta cæde seruatus ad Dauidem confugit. Qui quum ex eo cognouisset, quæ circa Nobeam crudeliter Saulus egisset, in Abimalechi casum & vrbis excidium familiariter lachrymas dedit. Abiatharum deinde hortatur, vt secum esse velit. Nec ita multo post trepide affertur Ceitas Hebræos a Philistæis vexari, eorumq; agrum magna ex parte ferro & igni fœdatum. Tum Dauid oraculo monitus, vt cum ea manu quam circa se habuit in Philistęos contenderet, inopinato accessu hostem oppressit. Fuit aliquandiu Ceilæ Dauid, eratq; interim ille Ceilitis mirifice charus vt is cuius essent interuentu præsenti metu seruati. Ea res certam spem regi fecit hominis in suam potestatem redigendi, Ceilamq; cum subitario exercitu profectus, incautum oppressisset, Nisi Dauid de eius aduentu factus certior aliquanto prius vrbe cum suis excessisset, incertum metu ne intra mœnia deprehensus, fame aut alia vi ab rege fatigaretur, an ne Ceilitas nũper a se bello seruatos nouo implicaret piculo. Ceila digressus Dauid Zyphim se contulit, vbi cum Ionatha secreto in colloquium venit. Ibi ambo inter se fœdus sanxerunt, vt vterq; pro alterius salute, quoad viuerent, non minus q; pro sua laborarẽt. Nec multo post quam hic fuit Dauid, Zyphei Nobeanorum excidio territi secreto regi nunciant, Dauidẽ intra suos fines versari, paratos esse se, si copias admoueret, infestis locorum angustijs eum cum tota cohorte circunuentum illi tradere. Laudati a Saulo Zyphei iussitq; præsentis in se fidei & studij gratiam vel cumulatissimam expectare, ipse paucis diebus se affuturum pollicetur. Et ne qua mora rei impedimento esset, quominus caperetur, expeditissimos milites præmittit, qui Zypheorum ductu omnia prius explorarent, hostemq; adepti aut caperent, aut si minus id possent circunuentum, quoad ipse cum maioribus copijs adesset, distinerent, Dauid suspicatus (quod erat) peti se Zypheorum insidijs relictis locorum angustijs, quas insederat, in petrã transijt. Est is locus in Maonis deserto, Saulus fugientem insecutus eo prope ventum erat, vt hostẽ legitima obsidione clausum teneret, quum trepide affertur, Philistæos Iudæorum fines ingressos late agrum ferro & igni vastare. His Saulus nuncijs excitus confestim copias ex petrã adduxit, Dauid obsidione solutus Engaddinas insedit fauces, tenebatq; se tuto loco, quum Rex pulsis hostibus cum tribus armatorum milibus Engaddum petijt vt Dauidem opprimeret. Tendebatq; huc Rex pleno gradu, quum curandi corporis desiderio speluncam viæ proximam subijt. Hic in apertum vitæ discrimen incidit, nam quum maior omnino in

Abimalechus a Saulo interficit. Saulus Nobeã incendit. Lxxxv. vatum cædes.

Ionathæ & Dauidis fœd⁹.

Saulus Dauidẽ obsidet.

ea pateret receſſus, quam fronte promitteretur, in abditiſſimam eius partem Dauid audito regis acceſſu cum tota ſe cohorte dimiſerat. Ex opaco itaq; regem in ſpeluncæ parte ſolum conſpicatus, monituſq; a ſuis, vt hominem infenſiſſimum ſubito incurſu obtruncaret, negauit ſe id facturum quoniã nefas eſſet inunctum regem, & ob id ſacroſanctũ interficere. Satis habuit infeliſſimo regi oſtẽdere, potuiſſe ſe p occaſionẽ ipſius cædem perpetrare, ſi ita libitum eſſet. Veſtis laciniam deſecuit, inde abeunte regem ex ſpelunce ore reuocatum admoniſſe ſe fertur, facta nuper & vitæ & mortis eius ſibi teſtatem, cæterum incolumen maluiſſe ſe eum dimittere, quam vita priuare, haud obſcuro argumẽto ſuæ in regem obſeruantiæ. Atq; eiuſmodi beneficio Saulus in præſens mitigatus, ſine alio conatu inde deceſſit, data & accepta fide, vt nullæ vnquã iam inde inſidiæ a rege Dauidi tenderentur, nec Dauid, ſi ad regnum aliquãdo peruenĩſſet, vnquã ob paternas inimicitias regis progeniem vltione vlla inſectaretur. Hæc Bibliaci libri habent. Hæc & Ioſephus, qui illos ſecutus eſt. Ego vt libere dicã quod ſentio, haud plane intelligo qua ratione id accidere potuerit, vt Rex incommitatus in profundã ſpelunicam ſeſe demiſerit, vel ſi ſolus eo peruenit, quo tam leui veſtigio ad eum Dauid obrepſit, vt in opaco & ſilenti loco veniens præſentiri nequiuerit, aut ſi falli rex potuit, quo modo ſibi veſtem recidi non animaduerterit, aut preſentis oportunitatis admonitus, cur Dauidem, & qui cum eo erant, vno loco incluſos non oppreſſit: vel ſi beneficio ſeruandum duxit, cur extorrem diutius vagari eſt paſſus, bello q; non multo poſt reperiuit. Ego vt dixi quemadmodum hæc facta ſint haud plane perſpicio, niſi aliquis pie credat vt ipſum cœli numẽ, in cuius poteſtate reges & eorum regna ab initio fuerunt, ſua prouidentia ita euenire voluerit, vt p hæc variorum caſuum ludibria Dauidis iuuenta exerceretur. Sub id tempus, quo hæc geſta ſunt: Samuel propheta vita deceſſit, quem Iudæi patrio more diu circa ſepulchrum lamentari ſunt. Ramathæ, vbi plurimum vitæ egit, ſitus eſt. Præfuit populo annos duodecim ſolus, poſteaquam Saulus inunctus eſt, duodeuiginti Dauid poſt regis diſceſſum Maſphanorum montium fauces cum ſuis inſedit. Nec multo interiecto tempore Abigailem fœminam pudicitia & prudentia ſingulari Nabali Maonitæ viro inter ſuos populares ditiſſimo priuus nuptam, duxit vxorem. Edixerat Dauid ſuis vt nequis in Nabalis greges & armenta, quæ in proximo ſaltu paſcebantur, lactis aut carnis deſiderio graſſaretur, quanquam pari moderatione & in alios vterentur. Cæterum temporis interuallo miſit ad Nabalẽ, qui iure humanitatis neſcio quid ad vitæ vſum ab eo precario peterent. Nabal homo duro & agreſti ingenio non ſolum non poſtulata fecit, ſed in Dauidis quoq; fortunam cauillatus, an ex fugitiui hominis comitatu eſſent illi, qui ad ſe veniſſent, quæſiuit: qua Dauid contumelia irritatus, poſtridie ad illius ſtabula cum CCC. profectus affeciſſet haud dubie res Nabalis inſigni aliqua clade, niſi vxor verita (quod erat) eam verborum intemperiem haud viro gratuitam fore, Dauidi venientí cum multis muneribus occurriſſet, & ad pedes obuoluta ſuppliciter vltionem deprecata eſſet, multum diuq; obteſtata, ne pergeret porro ire, iuſtamq; iram in ſtultum hominem cum miſeræ coniugis luctu & mœrore diffundere, iam ex ipſa appellatione nominis apparere, qua homo eſſet amentia, ſi ad ſtabula peruenĩret, cum temulento viro multaq; (quod dicere pudeat) crapula ſepulto, rem ei futuram prædicere, quin remitteret potius eam ſibi offenſam, quæ vel ob id ipſum omnium infeliciſſima iudicanda eſſet fœmina, q; tali eſſet viro coniuncta. Et ſi ſe dignam putaret, a qua munera accipienda eſſent, identidem orare, ne ea quæ ipſa ſecum attuliſſet repudiaret. In quibus non rem, quæ ſane ſit tenuis inſpiceret, ſed dantis animum, qui munera quamuis modica ſatis apud gratos homines valeat commendare. Addit & lachrymas, quæ vel in paruis affectibus præſto mulieribus adſunt. Quibus Dauid motus acceptis muneribus pacatus retro abiit, mulieris prudentiam immodice miratus, & q; de ſalute viri tam ſolicita eſſet pudiciſſimam haud inepte iudicans. Quare non multis inde interiectis diebus, quum Nabal vita deceſſiſſet, pro magno habuit negocio eam ſibi matrimonio adiungere. Micholem quæ illi prius nupſerat, Saulus poſt aperras diſcordias alterius connubio locauerat. Sub idem nuptiarum tempus Dauid regijs eſt armis repetitus. Quæ crebra animi mutatio haud dubie demonſtrat inconſtanti regem ingenio fuiſſe, & in omnes nimios affectus præcipiti. Et iam regia caſtra in proximo erãt, quum Dauid noctu ſpeculatorio habitu, vno duntaxat comite, hoſtium vallum latenter tranſgreſſus ad regium tabernaculum peruenit. Hic cuſtodi bus ſommo preſſis regis lanceam & vrceum aquę, qui forte quieſcentis capiti erat admotus tabernaculo exuliit, vt per ea Saulus non ignoraret, ſe iterum Dauidis beneficio ſeruatũ. Imminebat mons Saulinis caſtris, cuius iugum Dauid hoſtium munitiones egreſſus per noctem occupat. Indeq; alta voce caſtrorum præfectum nomine inclamans ſomno excitauit. Tum roganti illi quiſnam homi num eſſet, qui ſilenti nocte ſe nominatim appellaſſet, Dauid ego ſum inquit, qui ad regis taberna culum omnibus circa dormientibus nuper penetrauí, potuiſſemq;, ſi ita libitum eſſet, regem obtrũcare, ſed eum ſeruare malui. Habeo inquit ſpolia quæ tabernaculo extuli, lanceam regis, & potoriũ vrceum. Quæ ſiquando a me repetita fuerint, libẽter reſtituam. Atq; cum his digreſſus ad ſuos, dum adhuc nox teneret, reuerſus eſt. Tumultuatum ob hæc confeſtim eſt in regijs caſtris, magnitudine periculi pculſi, hoſtes ſtationarijs militibus obſtrepunt, ſuppliciumq; & necem denunciant, quoniã quantum in eis eſſet ea nox regi omnium vltima fuiſſet. Cæterum rex non tam militaris culpæ quã hoſtilis clæmentię memor, ſine cuiuſquam ſuppliciо inter ſuos faſſus eſt ſe iterũ Dauidis beneficio viuere. Nimis inquit ingratus ſim, ac propemodũ impius, ſi in priſtino mihi odio perſeuerandum putem. Omnia per me peccata iam inde erunt huic, cui vel fortuna vel diuina potius prouidentia toties mei ſit capitis poteſtas facta. Hæcq; locutus vaſa iubet colligi retroq; vnde venerat, cum omnibus copijs abiit. Dauid quum regis animum toties mutandum ſciret, tutius ſibi fore ratus in pacatum cõcedere, cum ſexcentis, quos tum forte circa ſe habuit, ad Achum Gethæ regem conceſſit. A quo Siceleчhum vicum inhabitandum dono accepit. Eũ locum confirmato deinceps regno Dauid incredibili ſtudio celebrare perſeuerauit. Fuerat iam ibi menſes quatuor, quum nouum interim bellum a Philiſtæis in Hebræos comparari auditum eſt, ſtudioq; vndiq; auxiliares copiæ accerſebantur. Iam & Achus qui in partib? erat arma ad bellum comparabat.

Dauidis pietas in Saulum.

Samuelis interitus.

Abigalis prudẽtia.

Dauid Abigailem vxorem.

Dauid Saulo iterũ petit.

Philiſtęi in Hebros bellũ compa rant.



Ad qd' vt aliquanto inſtructior accederet, nihil a præſenti expeditione alienum duxit Dauidicam cohortem cum ipſo duce ſecum ad bellum trahere. Nec Dauid id Acho grauare preſtitit, cui ob recens in ſe beneficiũ nihil denegatum volebat. Erat enim ſuorum temporũ nouitate, non ſolum in fidem ab eo acceptus, ſed in partem etiam agri cum ſuis receptus. Raro alias tantis opibus Philiſtæi bellum in Iudæos compararunt. Saulus & ipſe audito hoſtium apparatu, quam diligentiſſime potuit, ſuas mature partes firmauit. Erantq; iam in propinquo hoſtes: quorum copias ex eminentiore ſpecula contemplatus, quum præter ſpem multo maiores illi viſæ eſſent, quam vt tuto cum his in aciæ congredi poſſet, incertus vtrum de ſumma rerum prælio decerneret, an bellum potius trahendum ſibi eſſet, humani conſilij anceps ad diuinam opem confugit, iubetq; ſacerdotes numinis volũtatem ſciſcitari, quibus nec gantibus vllum e cœlo fauorem adeſſe, maiore adhuc metu perculſus Saulus vehementer ſuſpicari cœpit, ne parum proſpere ida ſe motũ eſſet bellum, atq; ob eam rem clades Hebræis aliqua ingens eo eſſet loco adeunda. His ille terroribus agitatus in Endorem vrbem proximã, cum duobus comitibus ignoto habitu ad anũ quandam ſe contulit. Conſtans fama erat eam magicis carminibus animas ad colloquium excire, & ex his, quæ futura eſſent, cognoſcere. Aegre ab ea impetrari potuit, vt ob regis edictum artis experientiam daret vllam. Verum iureiurando oĩa ꝑfirmata in occulto futura (haud emgnara erat cui nouanda eſſet opera) iuſſaq; ſi fieri poſſet vt Samuelis animam eliceret, faſſa eſt ſe ignorare quis Samuel fuiſſet. Cæterum vix bene motum erat carmen, quum imago quædam verenda, & quæ (vt ipſa prædicabat) quã dam habuit diuinitatis ſpeciem, ex improuiſo affuit. Tum ne rogatus quidem ſe Samuelem eſſe faſſus eſt, qui imperio numinis eo occurrere iuſſus eſſet, vt regi nunciet fore vt poſtridie ipſe cum liberis acie victus caderet, domeſticũ q; regnum cum vita finiendum. Tali oraculo perculſus Saulus concidit, diuq; ſine voce ſemianimis iacuit. Inde comitum precibus & anus hortatione alleuatus, quum partim dolore, partim ieiunio quod per diem toleraret pedibus conſiſtere non poſſet, dicitur anus vitulum vnum, quem domi ſaginauerat, occidiſſe, vt dinis tanto hoſpite epulis cœnam inſtrueret. Iam em haud latebat amplius anũ, quis eſſet his, qui ad ſe ignoto habitu conſulturus venerat. Fuit illud conſtantiæ exemplum in muliere rarum, & ob id fortaſſe multum memorabile, q; etſi certo ſciebat regi & liberis exitium imminere, non tam mutatæ fortunæ, quam regiæ perſonæ, quæ adhucin eo erat, habuit rationem. Sed quanta fuit ea humanitas & fides tanta vel maior in rege ipſo animi fortitudo & conſtantia. Haud em video quis regum vnquam eo animo fuerit, vt in ea caſtra redire eſſet auſus, vel potius in eam aciem deſcendere, in qua ſe & liberos caſuros oraculo compertũ haberet. Sed maluit fortiſſimus Rex cum tota ſtirpe interire, quam florentiſſimas copias hoſti trucidandas relinquere. Cæterum dum Saulus de belli exitu primo eſt ſolicitus, mox in Endorem contẽdit. Dauidica cohors in Philiſtæis caſtris conſpecta in ſuſpitionem venit, monituſq; Achus parum ex dignitate gentis patrioq; inſtituto fieri, q; penes ſe Iudæos auxiliares haberet, qui etſi tranſfugæ eſſent, haud propterea ob inueteratum gentis odium Philiſtæis vellent quicquã domi militię ve proſpere euenire, quippe qui ſi occaſio detur, parati ſint potius Philiſtæorũ fortunam euertere, quam preſidio vllo incolumen retinere. Quæ quum non minus fortaſſe vere quam inuidioſe dicerentur, mutato conſilio Achus Dauidem quaſi ad præſidium regni retroire iubet, ſatis dictitans habere ſe q; ad naуandam foris operam ſibi præſto affuiſſet. Cæterum tantiſper dum ille domo abfuit: Amalechitæ Gethei agri fines ingreſſi in Sicelechum vicum impetũ fecere, direptiſq; & incenſis domibus omnem imbellem turbam hoſtiliter in deaſportarunt, & cum his duas dauidis conuges: Achinoen quam ante regis filiam vxorẽ duxerat ex vrbe Ehiſare, & Abigailem, quę Nabalis fuerat. Tam improuiſo malo confuſus Dauid, & quid maiori a dhuc dolori erat, cum ob acceptam cladem ſe in magna apud ſuos inuidia eſſe intelligeret, conſilij inops Abiatharũ ſacerdotem iubet numinis voluntatem ſciſcitari, inſtandum ne eſſet hoſtibus, an alio commigrandum: ex oraculo relatum eſt carpenda protinus eſſe Amalechitarum veſtigia. Tum correptis armis irarum pleni in abeuntem hoſtem eueſtigio tendunt, alius alium hortatur, vt adderẽt gradum: nec pati id latrocinium diutius eſſe hoſtibus inultum. Et iam prępiti cur ſu ad Boſorem torrentem venerant. Hic quidã ægre trahens membra repertus eſt, rogatuſque quiſnam hominum eſſet quoue caſu ſic eger in vaſta ſolitudine erraret, ab Amalechitis reſpõdit, qui nuper Getheum agrum incurſarunt, q; in ſubitum languorem incidi, his ſum locis relictus: agmen enim aſſequi non potui, iam tertium diem cibi inopia morboq; confectus. Placuit hominem non ſolum ſeruare ſed cibo etiã reficere, vt locorum ignari ducem ad perſequẽdos hoſtes haberent. Repetito deinde curſu Amalechitas aſſecuti, quos prioris diei crapula oneratos, & nihil minus interea, quam hoſtem expectantes adorti, præter quadringentos, qui camelorum celeritate in pacatum incolumes abierunt, ad vnum reliquos obtruncant, a prima diei hora ad veſperam cædes diſtracta eſt. Captiui cum omni præda recepti. Negare milites, qui hoſtes ſecuti fuerant, eorum rationem in diuidenda præda eſſe habendam, qui in caſtris remanſiſſent. Contra tendere illi, qui ferme. CC. erant, nec paſſuri videbantur, quando velut præſidio in caſtris fuiſſent ſe pręda fraudatũ iri. Et iam res nõ procul a; ſeditiõe aberat, quum Dauid pronunciauit prædam ex æquo diuidendam, quoniam qui caſtra obtinuiſſent & ipſi militare obiuiſſent munus. Manſitq; ĩa inde mos ille in gente, vt quicquid eſſet expeditionie quæſitum, æqua forte cum ſtationarijs militibus diuideretur. Sub id tempus, quo Dauit recepta pręda eſt Sicelechum reuerſus (ſunt qui eodem die dicant) Saulus ad Gelboẽ mõtẽ a Philiſtæis victus cum Ionatha Aminadabo & Melchio filijs mortem occubuit incredibili conſtantia dicitur adnixus: vt fatalem neceſſitatem virtute ſuperaret, nulla ſummi ducis ſtrenuiq; militis opera prætermiſſa in reparanda

Saul? fagã conſulit anum

Samuelis vmbra Saulo interitum vaticinatur.

Mulieris cõſtantia

Dauidica cohors a Philiſtęis dimittitur.

Duarum Dauidis vxorũ captiuitas.

Dauid Amalechitas inſectatur.

Lex militaris.

Amalechitarũ cædes.

Gelboe mons.

Saul? cũ filijs interficit.

acie prælioq; siqua omissum esset, fortiter instaurando. Cæterum hostium multitudine superante, qua cruentissimum fuit prælium multis vulneribus prius acceptis pugnam ferociter ciens occubuit. Cogitasse dicitur de morte sibi cõscisscenda, veritus ne viuus in hostium potestatem veniret. Verum quia impium ei visum est vitam violenter abrumpere, aut certe q; animo ad inferendum sibi vim defuerit, ab Amalechita quodam, ignaro quis esset, interficitur. Cæsæ sunt cum eo omnes Hebræorum copiæ, præter paucos, qui teterrimam cædem fuga euaserunt. Fama aduersæ pugnæ effecit, vt quicunq; trans Iordanem incolebant, mœnibus vrbium diffisi, cum coniugibus & liberis in deserta mõtium trepide concesserint. Philistæi præsenti victoria elati cadaueribus insultantes Regis & natorum corpora spolijs exuta Bethsanæ in eminentissima murorum parte patibulo suspendunt. Ea vrbs Scytopolis postea dicta est. Arma quæ Saulus tulerat, Astrothi publice sunt in templo consecrata. Iabeni iniquo animo ferentes Israelitarum regem cum liberis insepultũ pendere, noctis silentio Bethsanæ mœnibus in-
Saulus & filijvbi sepulti. sinuati, corpora inde furto sublata laben detulerunt, quæ more patrio cum fletu & lamentatione loco Galaaditanæ terræ optimo, quem segetem vocatum tradunt, septem dierum ieiunio ciuibus omnis ætatis & sexus indicto funerarunt. Regnauit Saulus annos circiter. XX. Periit biennio quam Samuel vita defunctus est omnia quæ ille euentura prædixerat, miserabili exitu expertus. Aduersæ pugnæ nuncius non fama solum est ad Dauidem perlatus, sed regiæ exuuiæ sunt ipsius oculis admotæ. Quibus visis ille in luctum & mœrorem versus vestes sibi p̃ nimio dolore lacerauit. Sed nullius æquæ ac Ionathæ est interitu affectus, quem sibi amicissimum suorum temporum nouitate fuerat
Dauid Sauli deplorat interitum in omnibus expertus. Regis memoriam tanta pietate est prosecutus, vt Amalechitam qui gloriabatur se regem sua manu interfecisse, coram confodi iusserit. Edidit epicedion & Ionathæ laudes, omnia carmine complexa. Hac ille fuit in hostem pietate. Inde de summa rei solicitus haud diutius in Philistæis commoratus oraculi iussu cum vxoribus & tota cohorte in Hebronem transijt. Vbi a Iudæorum tribu rex consalutatus miro omnium consensu regni administrationem recepit. Abner interim homo impiger, & qui post regem primas sibi partes in regnis castris vendicare erat solitus, cum parte copiarum Iordanem transgressus autor extitit, vt
Hisbosethus rex appellat cæteræ Israelitarum tribus Hisbosethum extincti regis filium superstitem regem salutarint. Ad hos motus comprimẽdos, priusquam Abneris opes inualescerent, Ioabus Seruia Dauidis sorore natus cum exercitu haud contemptibili est missus. Qui cum Abnere circa Gabaam prælio cõgressus, multa cæde superauit. Ferũt in Dauidico exercitu fuisse Asahelem Ioabi fratrem, virum tanta pedum celeritate vt pernicissimos equos cursu fatigaret. Hic corporis agilitate suorum agmen prægressus, fugientium terga acrius infestare. Pugnabat forte vltimo loco Abner omnemq; hostium impetũ, vt sedatiore gradu sui in tutum abirent, fortiter sustine-
Asahel ĩterficitur bar, sæpiusq; Asahelem ferocius inuectum monuit, vt pareius instaret, videretq; ne parum sibi tuta esset iuuenilis illa celeritas aduersus hastam validius intortam. Quæ quum contemptim ille audiret, iuuenilitercq; insultaret Abner incautum transfixit. Videre milites cadentẽ, subitoq; viri casu perculsi ab hostium insectatione quieuere. Sed neq; stratus ille Ioabum fratrem a cursu remoratus est, quin siqui constiterant, eos repetito cursu hostium terga iuberet secum ferire, nec prius destitit quam noctis interuentu eo loco vbi fuerat deprehensus, coactus fit castra communire. Id spatium Abneri datũ Iordanis per ocium vadandi, pacatecq; in castra ad Hisbosethum cum his, qui aderant, abeundi
Hebræo rũ regnũ scindit. Per hæc Hebræorum opes velut in duas factiones scissæ, diu inter se intestino bello, alternisq; cladibus conflixere: Iordanisq; velut arbiter cõfiniumq; duorum regnorum factus. Nec ita lõgo interiecto tempore, Abner a rege alienatus pro magno habuit negocio Dauidis animum sibi vel magna aliqua mercede conciliare. Causa mutati studij hæc tradit, q; Hisbosethus multo iniquiore animo quam hominis merita postularent, Abnerem consuetudine Resphæ paAbner ab Hisbosetho alienat. ternæ olim pellicis teneri patiebatur, parumq; familiariter ob eam rem hominem accipere solebat. Nec ille dolorem suum tacitum tulit, minatus fore, vt breui Hisbosethus maiora sui regni momenta in Abnere, quam in seipso fuisse intelligeret. Per fidelissimos igitur nuncios a Dauide petit ne quæ ad id tempus pro Hisbosetho gessisset, sibi in futurum fraudi essent, paratum esse se non sine magno regni emolumẽto ad eum transire, modo in eo futurus esset mi
Hisbosethi cędes. litiæ honore, quo se Saulus prior, mox Hisbosethus dignati essent. Datarum se operam, vt omnes trans Iordanẽ populi breui a rege alienarentur. Nec de militum studio dubitari oportere, quippe quid multo cupidius se quam Hisbosethum audirent. In hæc fide data & accepta primo autor extitit, vt Michol regis soror reposcenti Dauidi, quoniam bellica mercede puellę nuptias sibi ille quæsiuisset, a viro cui tum locata esset abduceretur, priorique restitueretur viro. Quod haud grauate Hisbosethus fecit. Etsi autores, quos sequimur, non dicunt, apparet tamen Abnerem per eas nuptias Dauidi populorum animos conciliare voluisse, quia proximũ ab hærede videretur regiæ filiæ connubio potiri, ob paternam memoriam, quæ omnibus æque grata esset. His gestis Abner occulta habuit consilia cum primoribus ciuitatum, vt regnum huic, qui a propheta rex inunctus esset, restitueretur. Impie a se & alijs fieri, qui aduerso numine regnum puero stabilire conarẽtur: Di-
Abneris consilia ĩ Hisbosethum. uinæ voluntati cedendum esse, cui neq; humana consilia, atq; opes vllæ tuto obsisterent. Hæc concionabundus ille, non in vrbibus solum, sed in castris quoq; tempestiue disserendo, ciuitatum studia militaremq; fauorem a rege alienauit. Etiam omnia ad defectionem spectabãt, quum ipse, vt in ea quę promitterentur, coram fidem daret & acciperet, ignoto habitu Hebronem ad Dauidẽ venit. Vbi omnibus inter se cõpositis multisq; pollicitationibus a rege oneratus, retro abibat. Tũ Ioabus veritus, ne ille sibi militiæ præfecturã eriperet, apud Dauidẽ, postquã inde digressus est, virũ insimulare est adortus, haud fidẽ illi temere habendã esse dictitãs. Nulla inquit Abneris cõsilia esse possunt, q̃ nõ eadem



eadem sint tibi Dauid pernicioſa. Vide proinde, ne tam subita animi mutatio certum aliqd̃ tibi tuoq; regno pariat excidium. Hæc ille. Sed nec regem latuit, quo criminatio illa tenderet. Nullum enim vitium minus obscure lædit q̃ inuidia. Quum igitur appareret ea verba parũ fidem fecisse, Ioabus a Dauide egressus celerrimos iuuenes mittit, qui Abnerẽ iussu regis ex itinere reuocarent. Iam. XX. stadia ab vrbe erat ille emensus, quãdo est ad Dauidem redire iussus. Abner nihil mali suspicans retro statim flexit iter, eum venientem circa portam vrbis Ioa
Abner a Ioabo interficit. bus excipit, per speciemq; colloquij in secretũ abductũ cum Abysao fratre incautum obtruncat, manifestaq; cædis reus frater næ mortis vltionem sceleri prætendit. Sed occupari semel honoris ambitio malaq; cupido ad id flagitiũ hominẽ impulit. Abneris cædem adeo rex iniquo animo tulit, vt publice testatus sit, neq; se patratæ cædis consciũ fuisse, neq; illius autores impune a se id scelus laturos. Quos ad pœnam cum tota domo requisiuisset, nisi illorum potentiam, quæ plus æquo apud milites valebat, fuisset veritus. Quod potuit igitur quam magnificẽtissimo funeris aparatu corpus extulit. Et Abner vir fortissimus hoc quidem modo oppressus est. Hisbosethus, quem ob mutuas cum illo offensas varie hominis mortẽ tulisse crediderim, potius quam maorẽ (vt quidã scribunt) inde dolorem ceperit, domesticis & ipse insidijs haud multo post exceptus periit. Recchabus & Banas Rẽmonis filij rati eam cædem mire Dauidi placituram: meridiantem regem adorti sine vllo maiore tumultu domi interficere. Persuasũ ab initio habuere, ei⁹ cædis autores nullius muneris genus gratius. Dauidi futurũ, quam illius caput, qui nisi sublat⁹ esset, apparebat Israelitarũ regnũ nullo mõ illi stabilitũ iri. Verũ longe aliter euenit. Nã Dauid per
Pia Dauidis oratio. necessarij hoĩs capite inspecto, qd̃ percussores ad eũ detulerant, autores cædis multis est execrationibus insectatus, q̃ se tã ambitioso ingenio iudicassent, vt regnãdi cupiditate tm̃ scelus pbare potuisset, pſertim cũ ipsi & cæteri mortales doleres ex eo intelligere potuissent, q̃ nisi apud se essent vel hostiũ interfectores, q̃ postea q; Saulus media acie obtruncatus esset; quẽ semp̃ infestum habuisset, qui eius ad se caput detulisset; ga se regẽ peremisse gloriaret, suo fuerit iussu interfect⁹. Q; si immitissimi regis mortẽ tã cupide esset vltus, qualẽ se esse oporteret in eo vlciscendo, a quo nunq; verbo aut facto fuisset læsus, cui⁹ amantissimã sororẽ haberet vxorẽq; Irent igit̃ meritas q̃, q̃ regiũ corpus violassent, luerent pœnas, essentq; cæteris mortalibus documento ne regio sanguine se temere inquinarent. Dixit Dauid, amboq; ad suppliciũ duci imperauit. Regiũ caput Abneris sepulchro iusto funere est illatũ. Hisbosethi cædes per Iudeã vulgata ex oĩbus Israelitarũ tribub⁹ principes in Hebronẽ cõuenere, magnoq; oĩm consensũ regnũ est Dauidi cõfirmatũ: mox cætera multitudo affuit. Iosephus autor est ad. CCC. duoq; deuiginti armatorũ milia circa regẽ recẽsa fuisse, qui eius imperata facturi sponte in vnũ eon uenerãt. Triduũ per festas epulas mutuaq; conuiuia exactũ. Inde tantã vim hoĩm Dauid intuit⁹, vt ab aliq; egregio facinore regnũ auspicaret, Hierosolymã vrbẽ (vt tũ res hoĩm erãt) opulẽtissimã, tã grauiq; inopinato q̃ bello adort⁹,

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.
ENNEADIS PRIMAE
LIBER IX.

CLARISSIMA Hierosolymæ cõditio dubia.



Vrbiũ oriẽtis Hierosolyma q̃s habuerit cõditores, parũ vt video cõstat, iter eos quos sequimur. Strabo, quẽi Venetis reb⁹ placuit imitari, Mosen & gẽtis ducẽ & vrbis cõditorẽ credidit. Cæterũ neq; ille, qui fuerit Moses oĩno nouit, neq; si is fuisset quẽ ipse ait, ad eũ Hierosolymorũ origo esset referenda, si suæ gentis vetustatẽ Iosephus nõ ignorauit. Nã neq; Aegyptius fuit Moses, vt Strabo est opinatus, neq; Isidis sacerdos: sed Palæstina terra oriundus vnde & cæteri Israelitæ, licet in Aegypto ortus, duxq; Iudaicæ gẽtis quiv t eã longo seruitio eximeret, per rubrũ mare & Arabiæ deserta ad Iordanẽ vsq; fluuiũ traduxit. Sed fluuio nõdũ superato, qd̃ alterius ductu postea fieri cõtigit: Moses vita defunct⁹ est. Quibus haud dubie demonstrat, nullã in Palæstina vrbẽ a Mose cõdi potuisse, in quã ipse nũquã venerit, ac ne eo quidẽ viuo iure belli fuerit Iudæorũ facta. Nec (vt video) ad ipsius successores vrbis ædificatio referri potest, si vera sunt, quæ Iosephus scribit. Is autor est, qd̃ & diuinæ tradunt literæ, Palæstinos, qui & Cananei dicuntur, id oppidũ tenuisse per id tempus quo eis Iordanẽ ea gens vetustis est sedibus a Iudæis pulsa. Quæ nõ prius in Iudæorũ potestatẽ venerit, q̃ Dauidis regis ductu q̃ntodecimo anno ac quingẽtissimo ab ipso Israelitarũ in eam terrã ingressu expugnari contigit. Solymã vrbẽ appellatã ab initio idẽ autor credidit. Postea vero q̃ Dauid arcẽ cum vrbe iunxit, ac circũquaq; cõmuniuit, Hierosolyma dici cœpta est, q̃ Hieron Hebræi munitionẽ vocent. Scio fuisse qui ad Solymos ex Lycia profectos loci originẽ referant. Verum quicunq; fuerint primi conditores (nam rei fama, quantũ ex eis quos vidimus colligo, in obscuro est) satis constat petroso loco minimeq; iuidioso id oppidũ esse situ, affatimq; intra mœnia irriguo, arido foris & siticuloso. Ac quęcunq; ab initio fuit formã, eã Dauid oppugnare adort⁹, imas eius partes præter oĩm opinionẽ primo impetu cœpit. Tenebant tunc vrbẽ ipsam Iebusæi Palæstini, qui maiore oppidi parte amissa in arcẽ sese fugere, Erat illa ab vrbe modico interuallo discreta, situq; & opere valide munita. Huius expugnatio quũ perdifficilis videret, ad milites concitãdos, edictũ, proposuit Dauid, vt qui oĩm prim⁹ arcis munitiones transcendisset, is militiæ pfecturã adipisceret. Quo pmio accensi ai, tanto ardore in aduersum motũ est itũ, vt q̃q; vndiq; vitæ pericula oculis obuersarent, multiq; interim superne icti caderent, momẽto tm̃ temporis arx sit capta. Saraias Ioabi filius primus omnium murorum fastigiũ ascẽdit, ob eãq; rem præfecture præmium tulit. Vrbem Dauid adeptus regiã sedẽ constituit, quũ annos circiter septem Hebroni regnasset. Nec ita multo post Hyram⁹ Ty-

Hierosolyma capitur.

riorum rex eius societatem per legatos petijt. Qua inita grandē illi ex cedro materiam Hiero solymam ad ędificandum misit, & cum eo opifices lectissimos, quibus Dauid vsus sibi regiā construxit, inde ad muniendum vrbem conuersus vniuersam mœnib⁹ cinxit, perpetuisq; munitionibus cum arce coniunxit. Nec iam obscura erant Dauidici regni incrementa. Quæ cum omnino maiora essent quam vt vicinis accolis tuta crederentur, multæ circuniectæ gentes ad Israelitarum opes euertendas, quas in dies magis aduersus se crescere arbitrabantur, communi consilio bellum instruunt. In quo ornādo tāta celeritate omnia acta sunt, vt pene prius illi in regię vrbis conspectu metati sint, quam mouisse crederentur. Dauid oraculi iussu cum his copijs, quas tum forte circa se habuit, in Gigantea valle (id nomen fuit loco vbi propinquo) hostem adortus, fusum fugatumq; castris exuit. Sed maior omnino fuga fuit quam cædes. Nec multo post copijs triplo maioribus eodem loco hostes castra faciunt. Fuitq; his reparatū bellum nihilo prosperius. Insedit Dauid oraculo monitus syluam, quæ secundum hostium castra fuit, nec prius in eos consurgere est iussus, quam subito ventorum afflatu arbores concussæ essent. Id ille oraculum secutus, vbi repente sylua ventorum impulsu inhorruit, cum ingēti clamore in Palæstinos coortus, haud maiore quam antea labore castris exutos ad Gazatheam vsq; quæ in confinio fuit, multa cæde dissipatos persecutus est. Duo secunda prælia omnes circumgentes & regna Dauidi pacatiora reddiderunt. Ipse interea haud religionis oblitus vniuersum pro concione populum ita alloquitur, vt diceret: Nihil sibi mirum videri, q̄ Saulus vir alioqui fortissimus cum sua progenie vno fuisset prælio extinctus, quippe qui iam inde ex quo rerum in Iudæa potitus esset, vēl religionis contemptū, vel negligentia potius passus esset pignus antiquæ pietatis, certissimumq; argumentum numinis cum suis maioribus familiariter versari, arcā fœderis, humili & sordido loco, sine cultu, sine veneratione, neglectā iacere. Persuasum sibi esse quicquid rerū Israelitæ ad id tempus domi foriscq; adepti essent, id Dei Maximi voluntate & fauore quæsitum, ac quandiū illi in officio pietatis permansissent, omnia ipsi genti prospera fuisse. Contra vero nunquam grauioribus esse casibus afflictos, quam quum sacrorum cultum veramq; pietatē contempsissent. Statuisse idcirco vrbem, quam regni caput regiamq; sedem fieri placuisset: nō armis solum, sed numinis præsidio communire, quando satis certum haberet frustra humanis opibus custodiri ciuitatem, cui non numinis præsentia præsideret. Cæterum haud videre se quid presentius induci possit, quam arcam quæ testis esset fœderis a suis maioribus in deserto initi. Irent igitur & quod sibi posteriscq; bene verteret, ex Cariathiarim vrbe sacrarium se cum Hierosolymam deportaret. Fuerat arca iā inde, ex quo miraculo eam Iudæi receperant, apud Aminadabum vrum multa pietate. Inde per leuitas & sacerdotes ad hoc ipsum ex tota Iudæa accersitos, religiose sublata est: septem Choris in hunc vsum constitutis cum cantu & precibus ordine præeuntib⁹. Rex circa currum quo sacrarium vehebatur frequens aderat, solēne ad Citharam tripudium cum plausu agens, adeo religioni intentus, vt ab Michole sit vxore ei postea exprobratum, quod parum decore inter sacerdotes & famulos qui circa aderant, verenda corporis nudasset, dum solenni saltationi nimium studeret. Cui respondens ille nihil turpe dixit euenire potuisse, in his quæ ad rē diuinam attinerent. Nec credere se non semper honeste fieri, quæ pietati & religioni darentur, per quam ipsius patri & Israelitis omnib⁹ fuisset dignitate prælatus. Idcirco cantaturum se, atq; eadem de causa, quoties opus sit, libenter saltaturum. Nec quia, aut vxori, aut famulis, ea ridicula videantur, propterea se minus pietatis munia obiturum. Arcam Dauid extra vrbem primo locari iussit tacita quadam religione inductus, q̄ inter vehendum Ozas homo haud ignobilis, dum forte circa currū nimis frequēs versaretur, arcamq; contigisset, repente exanimatus esset, Veritus ob hoc, ne si ea vrbi temere inferretur, aliquam ipse numinis iram incurreret, quando prophanæ dexteræ ministerium nullum pateretur. Procedente deinde tempore, quū ea res Obidæ ruri vitam agenti, apud quē deposita est, feliciter cessisset, eam in vrbem inducere cogitauit. Quæ vt sanctius asseruaretur, consilium cœpit templi Deo Optimo construendi. Quod vt opere & donarijs esset quam opulentissimum, totis regni viribus materiam comparabat. Cæterum consilio destitit oraculo monitus, futurum id opus, vt pium ita numini gratum, haud tamen placere ab eo constitutum iri, quia humana se cæde ob bella quę ad id tempus obiuerat, polluisset: rectius magis q̄ pie filium, qui post eum regnaturus esset, id templum extructurū dedicaturumq;. Accepit id oraculum Dauid per Nathan, qui cum Gatha & Asapha prophetica diuinatione claris tē pestate illa illustratus est. Construendi igitur templi cura deposita, ne ocio & desidia militaris ætas corrumperetur, edoctus ad hæc verbis Nathæ, oportere, pximos Iudææ accolas armis subigi, vt successoribus pacatius regnum traderetur, vltro Dauid Philistæis bellum intulit. Quib⁹ victis in Moabitas transijt. Hi ausi acie dimicare duabus exercitus partibus vno prælio amissis pacem suppliciter petiere. Inde Sophenem ingressus (sic enim appellatur pars Syriæ Mesopotamię obuersa) Adrazarum regem ingenti prælio superauit. Ferunt ea pugna ad quinq; & viginti hostium milia occidione occisa. Nec ita multo post Adadus Damascenorū Rex audita aduersa Adrazari pugna, cum valido exercitu ad eum profectus ad reparandum bellum perpulit. Tum vero iunctis copijs sec⁹ Euphratem nihilo meliore euentu quam antea cū Israelitis congressi, viginti milibus hoim amissis acie excessere. Apud quosdam reperio haud vno prælio cū Adado debellatū, sed vario euentu sæpius fuisse dimicatū. Verū nouissimo prælio quod ad Euphratem sit cōmissum, Damascenorū opes acciſas, Quibus valide profligatis Dauid castra Damascū admouit. Atq; oībus, q̄ ea parte Syriā incolūt, tributū iperat. Aurea Adadi arma, arcumq; & pharetrā victor Dauid ī Hierosolymā reuersus Deo Optimo dedicat. Repetitus inde bello est Adrazarus, Bachiaq; & Machonea vrbes ex eo captæ, vtrobiq; ingens præda quæsita, & in ea argenti & auri immēsum pōdus, æris quoq; vis tāta vt argēti precium auriq; superarit, satis cōstat ex ea materia vas

Dauid ab vxore carpitur.

Dauidis pium reſpōſum.

Dauid hostes fugat.

Dauidis cōcio ad populū.

Dauid p hibet tēplum cō dere.

Hebraicæ victoriæ cursus.

Vasa ærea ante templū dedicata.

Arca Hierosolymas deportatur.



uea illud insigne cōflatum, quod mare fuit a capacitate (vt arbitror) appellatum, pulcherrimosq; cantharos quos ante templum (vt suo explicabiē loco) Salomon dedicauit. Thous Emathenorum rex Adrazari clade territus filium Adaram ad Dauidem cum amplissimis muneribus misit. Is clarissimam regi victoriam primo patris nomine gratulatus rogauit, vt dona quæ secum ab illo attulisset regiæ supellectilis instrumenta benigne acciperet. Erant ea vasa aurea & in his argentea & aerea quædam antiqui operis. Summa deinceps eorum quæ postulaturus veneraſ, hæc fuit, vt Thoum regem Dauid sibi in socium & amicum asciſceret. Et munera accepta sunt, & Amatheni cum rege in societatem recepti. Atq; hæc Dauid vna felici expeditione gessit. Nec minus prospere in Idumea per Abysaim Ioabi fratrem, interea aut certe non multo post res gesta est, duodeuiginti milibus hostium in prælio cæsis. Bibliaci libri in Salinarum valle cædem hanc Dauidis ductu editam significare videntur. Finitimis igitur regibus ac populis circumiectis, partim bello domitis partim in fœdus & amicitiam receptis, ad res domi componendas conuersus Abiatharum Abimalechi filium sacerdotum principem creauit: Rerum gestarum commentarios scribendos Iosaphato Achiludis filio dedit: Sacrorum scribam constituit Saraiam: Militiæ præfectum Ioabum, etsi alio Saraiam loco præfectum constitutum significare videntur ij, quos sequimur, quia primus muros hostium transcendisset, filios circa se præsidio esse voluit: eratq; Dauid in his maxime occupatus, quum iudicio comperit Ionathę filium esse in Lodabaro vrbe: in quē locum sub id tempus quo auus & pater vna acie victi occubuerūt, fuerat, a nutrice delatus, excususq; media illa trepidatione e mulierculæ manibus crus fregisset, clauduscq; ob eam cladem esset factus Meritorum Ionathæ patris in se haud immemor Dauid puerum ad se accersitum patria charitate complectitur, omnia, quæ patris auiq; antea fuissent, libere possidere permittit. Adiecit & dignationem præsenti liberalitati amplissimam, vt regio is conuiuio perpetuo accumberet. In hoc Iudaicæ res erant statu, quum Ammonitarum iniuria iusto in se bello Israelitas armauit. Eius gentis rex per id tempus vita decesserat, regno adulescenti filio per manus tradito. Ad hunc legatos Dauid misit, qui dicerent, Israelitarum regem dolenter amici regis interitum audiuisse. Sed quia eum hominem natū non ignoraret: non tam illius casum sibi dolendū censere, quam viri amicissimi memoriam pietate & officio colendam. Quod suum studium ne filio parum perspectum esset, pro magno negocio habuisse se mittere qui cum illo veterem pacem nouo fœdere renouarent, adulescentēq; vt in paterno studio perstaret hortarentur. Quæ res non magis ad totius gentis ocium & quietem, quam ad regni incolumitatem pertineret. Ad ea quæ legati dixerant, imprudens adulescens nihil respondit. Cæterum instructus ab ijs, quos secretiori consilio admouerat, sub legatorum persona suarum rerum exploratores ad se missos inclamat, vt quum per ocium omnia cognouerint, facilior ipsorum regi in Ammonitas fieret accessus. Iure igitur se pro hostibus eos habere posse, sed cum ignominia tantū dimissurum. Hæc ille, barbaq; dimidium singulis tonderi iussit, vestibusq; dimidiatis seminudos ad Dauidem remisit. Mox iure gentium violato, quia apparebat Iudaica arma, nisi regis morte principū

Gratitudinis exēplum in Dauide.

Ammonitæ Dauidis legatos violant.

ve ea expiaretur iniuria, haud multo post motum iri, undiq; Ammonitæ partim fœdere, partim stipendio matura contrahunt auxilia. Nam & ad Syrum Mesopotamiæ regem mille talenta missa fuisse constat, vt cum viginti milibus armatorum auxilium ferret. Missum & ad Maccheorum regem stipendium, & ad Bistoum duces fortissimos, qui & ipsi in partes belli venirent. Ioabus in Ammonitas a Dauide est missus. Tendebant auxiliares copiæ remotius ab vrbe in loco cui Curio fuit nomē Ammonitæ ante portas vrbis castra fecerant, Israelitæ in medio considere. Et iam omnia ad pugnā spectabant, Ioabus Abisaem fratrem cum parte copiarum Ammonitis in vrbem versis obiecit, ipse in stipendiarios regis mouit: ea parte, qua plus virium steterit, acrius est cōcursum, fuitq; pugna diu anceps neutra acie pulsa. Demum eo, vnde ius stetit, victoria inclinauit. Fusi sunt fugatiq; reges, ac multa cum strage disiectę eorū copiæ. Ammonitę & qui ipsi minus obstinatis animis in acie steterāt, ob paratum effugium conspecta suorum fuga, præcipiti cursu vrbem repetunt. Ioabus duplici prælio victor, hostibusq; intra mœnia compulsis, parta gloria contentus, victor exercitum in Iudæam reduxit. Nec multo post Ammonitæ bellum reparant, Assyriorum rege Adadezero mercede conducto, qui LXXX. milibus peditum & equitibus mille frætus, cum Ammonitis castra contulit. Dauid haud ignarus eorum, quæ apud hostes fierent: ipse quoq; copias ad bellum contrahit. Et quia cū validiore exercitu, ac prope inuicto res futura erat, bello interesse voluit. Eius igitur ductu & auspicijs trans Iordanē, vbi hostis obuius fuit, magno prælio vtramq; gentem superauit. XL. milia peditum & quingenti equites ex hostibus desiderati sunt & quod præclarum apud omnes gentes fem⁹ per fuit, vt Dux duci media acie occurreret, Sobachum Assyrij exercitus secundum regem longe celeberrimum Dauid letali vulnere prostrauit. Tum demum magnæ accessiones factæ sunt Israelitarum rebus vna insigni victoria. Nam vbi in Mesopotamiam allatum est Adadezerum ingenti prælio victum, dimidio copiarum vel vna acie amisso, multi qui trans Euphraten incolebant, in Dauidis fidem concessere, munera amplissima dono regi transmiserunt. Et iam hyems appetebat, cum victor exercitus in hyberna est dimissus. Rex ipse Hierosolymam concessit. Sub initium veris iussu regis Ioabus in Ammonitas est profectus, vniuersam gentem debellaturus. Interim Dauid vir alioqui inclyta iustitia in fœdum libidinis crimen incidit, atq; hoc ipsum eo fœdius habitum, quo innocentior fuerat ad id tempus ipsius vita maiorq; inter suos autoritas. Mala libido non adulterij tantum perpetrādi, sed & parricidij fuit illi causa, quo aperte intelligi potest nullam capitaliorem pestem voluptare homini a natura datum. Quæ mortalium mentem non solum suo statu moueat, diuersumq; a ratione trahat, sed ad fœdiora etiam quam ipsa in se habeat sępe impellat scelera. Inambulabat forte rex solus in regiæ domus cœnaculo, die in vesperum inclinante: quum in mulierem excellēti forma se incaute lauantē cōiecit, oculos Bersabeæ fuit illi nomen. Cuius pulchritudine captꝰ, accersitā ad se cupidęq; cōpressam pgnantē haud multo post reddidit. Verita illa, ne adulterij conuicta (nā maritus per id tēpus cum Ioabo militabat) patria lege puniretur: ex quo vterum se gestare sensit, regem rogare non destitit, vt famæ suæ vitæq; periculo

Ammonitæ rebellant.

Dauid Ammonitis & Assyrijs victis dū cē Assyriū prosternit.

Bersabea Vrię.

periculo iret obuiam. Rex & ipse id crimen celari cupiebat. Vriam cum quo Bersabea nupta erat ex castris ad se venire iubet, eum a Ioabo dimissum postquam in vrbem venit rex familiari vultu accepit, ac cœne parte donatum domum abire iubet, sore vt prostridie cognosceret, ad quid esset ex castris accersitus. Interim quia certo sciret amantissimæ coniugis eum desiderio teneri, iret & hylarem optataq; cum ea noctem ageret. Vrias militaris disciplinæ memor, siue patrati adulterij suspitione ductus, inter stationarios milites pernoctauit,

Vriæ militare exẽplum.

Quod factum postea quam rex compertũ habuit, ab eo secubitus causam requirit. Sic natura comparatum est vt qui taciti alicuius culpæ sunt sibi conscij, omnia in peius interpretentur. Respondisse dicitur haud strenui militis esse, cæteris circa signa excubantibus in mulieris complexibus iacere. Rex diuersum ab eo, quod gerebatur, negocium assimulans postero die ait se illum ad Ducem remissũrum. Interim dat operam vt super cœnam Vriam largiore potu inuitatum, vbi iam plane vino incaluisset, in vxoris complexus a se dimitteret. Sed ille nihilo secius quam priore nocte ante regiã ianuã in statione perseuerauit. Huius constantia fuerit ne regi suspecta, haud facile dixerim, satis constat per literas Ioabo mãdatum, vt Vriam per tumultariæ pugnæ speciem hostibus perdendum obiiceret. Quæ ille iussa executus hominem manu promptũ ferociq; ingenio cum paucis in hostem immisit.

Vriæ interitus.

Quibus post certamen sub vrbis mœnibus iniectum ducis iussu ex improuiso subductis Vrias hostibus circunuentus mortem occubuit. Nec multi deinceps dies interesserunt inter Vriæ casum & festinatas Bersabeæ & regis nuptias. Quæ post maternos menses apud illum enixa est filium. Tum Nathan, cui commercio numinis præcipua inerat auctoritas, ad regem ingressus huiusmodi loquendi schemate vsus dicitur. Priuatus homo

Bersabea Dauidi iungitur.

nuper grauis est inquit rex a diuite quodam iniuria affectus. Plurimi sunt huic ouium & caprarum greges, sunt & boum armenta. Pauper vxorem & liberos multa inopia sustinens ouiculam habuit vnã, familiæ delitias. Factum est vt quum vterq; alteri in proximo habitaret, paratusq; hospiti lautiorem cænam diues esset, ne quid ex suis septis eximeretur, pauperis agnam furto occidi iusserit, ex eaq; cõ

Nathan Dauidi supplicium vaticinat.

uiuium struxit. Flagitium ingens Dauid exclamat insignicq; animaduersione dignum, primum inquit omnium, inopi quadruplum deberi censeo, diuitem deinde extremo supplicio afficiendum. Tum propheta in regem sedato vultu conuersus: recte inquit iudicas, atq; ista ratione tu quoq; rex inclyte isto maioricq; si majus vllum inueniri potest, dignus es supplicio. Nec tibi persuadeas Bersabeæ adulterium & viri parricidium cœleste numẽ latere. Ira inquit numinis, quam in te merito concitasti, iamdudum essi domestici dedecoris ignarus plecteris: alienam vxorem concupisti, concupitæ congressu flagitijs potitus es. Iam & natorum vnus tibi capitales molitur insidias, tuumq; cubile nefaria libidine polluet, eoq; tendit, vt te sublato regnum occupet. Tali oraculo perculsus Dauid in grandem luctum & mœrorem incidit. Iam aperte scelus fateri suum, lachrymisq; & miserabili comploratione veniam precari. Agere porro ille facti pœnitentiam, quum prophetæ responso factus est certior, mitigatam precibus iram numinis. Fore vt capitalibus insidijs petitus, grauiterq; vexatus, neq; vita priuaretur, neq; regno. His, ille confirmatus, spem subita consternatione abiectã recepit. Nec ita multo post infans ex Bersabeę illegitimo concubitu natus, quod futurum Nathan prædixerat, extinctus est. Priore sobole fato sublata Bersabea iterum grauida facta puerum peperit, quem Dauid prophetæ monitu Salomonem appellauit. Ioabus dum rex domi huiusmodi iactatur oraculis: Ammonitis longa obsidione omni umque rerum inopia fractis haud procul aberat, quin Rabathenses inedia & siti confecti portas patefacerent. Id quum Ioabum non lateret, regi significauit, victoriam in manibus esse, honorificũ regio nomini futurum, si clarissimæ vrbis excidio interesset, vnde egregia victoriæ laus illi quærenda sit. Probauit Ioabi in se studium Dauid, Rabathamq; continuo adequitauit. Sub cuius accessum vrbs dedita hostiliter direpta est. Præda ibi opulẽta parta, & in ea Ammonitarum regum corona talenti pondo gemmarum varietate distincta. Ea Dauid corona perpetuo iam inde vsus est. Cæteræ Ammonitarum vrbes vi captæ pari sunt clade affectæ. Florebatq; per hæc Dauidis regnum, quũ ipse fauore numinis destitutus in acerbissimos luctus incidit, regia domo tragicis sceleribus conuulsa. Erant regi vno tempore filij quam plurimi. Amnon ex Achione matre natus: Eliab ex Abigaile, ex Machaa Toliani regis filia, Absalon: Adonias quem Agita peperit, Habital quem Sephatia: Ietras quem Aega: qui fere illi omnes nati sunt priusquam regno potitus esset. Mox ex vxoribus & concubinis Amnam procreauit, Ellunebam, Nathan, Salomonẽ, Iebarum, Heliebum, Falamnã, Phimnam, & Heliaphum. Ethos quidem omnes virilis stirpis. Sustulit & liberos alterius sexus, quarum Thamare ex eadem qua Absalon matre edita pulcherrima fuit facie. Virginis huius constuprandæ Ammonem mala libido cœpit. Erat is omnium filiorum natu maximus, qui vt commodius puella potiretur: simulata ægritudine velut graui morbo victus decubit. Impetrato deinceps a patre puellæ ministerio, solitudinem in cubiculo nactus virgini vim intulit. Puella in colluctatione multũ diuq; vexata, quum lamentabunda se domum recipere t, in Absalonem fratrem incidit. Hic illa fletus causam requirenti, quæ ab Ammone fratre passa esset multis cum lachrymis exposuit. Verat Absalon sororem amplius vocem emittere, domesticũ dedecus silentio tegendum dictitans, ne id flagitiũ invulgi fabulam abiret. Ipse dolore ad tempus dissimulato biennio post in Bassore vrbe Ammoni percussores subornat, qui illum incautum frequenti conuiuio multis vulneribus confoderunt. Eam cædem Absalon idcirco procul domo perpetrandã censuit, ne patris oculos domestico parricidio fœdaret, contulitque se Absalon Gessur ad maternum auum virum opibus florentem. Sed haud longo interiecto tempore Ioabo annitente permissũ patris Hierosolymam reddijt. Nec Dauid illum continuo reuersum videre sustinuit, veritus (vt credere par est) ne ad primum congressum Ammonis memoria subiret animum, dolorque recrudesceret: aut certe rem ipsam alijs documento esse voluit, ne se domestica cæde temere polluerent. Erat interim illę nihilo minore inter suos veneratione aut gratia, quam pulchritudo corporis ei conciliabat. Nam procera fuit Absalon statura, forma eleganti & ad promerendam gratiam naturæ beneficio comparata. Mira sunt q̃ Iosephus de eius cæsarie in historijs pdidit, tantam

Salomonis ortus

Ammonitarum excidiũ.

Dauidis corona

Dauidis ꝓmiscua soboles.

Ammõ. Absalonis consilio interficitur.



dit, tantam illius magnitudinem fuisse vt ducẽtis siclis appenderet, qui quinas vt idẽ scribit cõficiãt libras. Omnium igitur spe tardius ad patrem admissus per internuncios & coram ab Ioabo Absalon poscebat, vt sibi ad patrẽ aditum impetraret. Quam operam quum parũ gnauiter ille præstitisset, Ioabi agrum Absalon maturis iam messibus incendit. Qua Ioabus iniuria commotus ad Absalonem egressus, ab eo cum multa querela quęsisse dicitur, qua sua culpa in segetes agrosq; suos hostiliter grassatus esset. Cui ita occursum ferũt, voluisse se eum iniuria ad colloquium trahere, quem precibus non potuisset. Cæterum vterq; ab altero digressi Ioabus vbi ad regem venit enixe dedit operam, vt cum filio in gratiam rediret, Absalon in integrum restitutus ad patris regnum occupandum animum adiecit. Primo militaris exercitationis

Absalõ patris regnũ ambit.

prętextu in equis & curribus comparandis, multũ studij adhibuit, inde occulto patris decreta infamare, criminari & iudicia apud litigatores, vt iniqua, & per gratiam prolata, iniuste ab eo factum dictitans, q; fortunas ciuium viris parum prudentibus credidisset. Si in suo arbitrio sit regnum iudicia & instituta in melius mutaturum. His ille vocibus multorum in se oculos tanquam in vnicum malorum omnium refugium verterat, & iam numerus ingens mortalium eum haud dubie, si libera fuissent suffragia, regnare voluisset. Quæ studia malis artibus comparata, postquam satis ad rem audendam esse arbitrat⁹ est, Regem adijt, habere se in animo inquit, si ipsius permissu liceat, in Hebronem proficisci, vt sacra, quæ pro sui restitutione vouisset, iampridem damnatus voti exolueret. Dauid omnium quæ parabantur ignarus, haud grauate fecit illi eundi potestatẽ. Multi ex omni Iudæa mor-

Absalõ rex creat.

tales eo confluxerunt, accersiti ad id sacrum, an officij causa sua ipsi sponte venerint, parum compertũ habeo. In hoc hominum conuentu mentione noui regis creãdi a paucis, qui nefarij eius consilij participes fuere, excomposito orta, leui momento impulsa multitudo Absalonẽ regnare iussit. Dauid audita filij defectione, reputans animo non solum regnum tam audaci incœpto, sed vitam quoq; suã a filio per scelus & flagitium peti, sapientis esse viratus & tẽpori & necessitati parere, Hierosolymis nudis calcibus egressus per Oliuetum montẽ sexcẽtis fidelissimis stipatus, quorum opera iam inde ex quo regnare cœperat libens fuerat vsus, aliaq; ciuium multitudine exilio deuota, ad Iordanem fluuium iter intenderat. Et iam ad Choram locum vẽtum erat, vbi multis conuiciantium probris proscindi cœptus est, & a Semeio quodam lapidibus petitus. Fuerat huic Saulus rex perneccssarius, a residuo itaq; odio illius multo acerbius quam cæteri fecissent, est is in Dauidem inuectus: iniũ sanguinarium hominem, nunc scelerum autorem appellat. Fuissent, ex his qui regis latera stipabant, vlri Semeianam illam verborum intemperiẽ, nisi Dauid ab omni iniuria abstinuisset, affirmans temporum esse rationem in primis habendam. Absalon

Absalõ Hierosolymã occupat.

vbi Hierosolymam venit, Achitophelis suasu (quo homine in occupando regno fuerat in primis vsus) vt omnem reconciliationis spem cum patre suspensis populorum animis adimeret, ad decem eius concubinas ingressus, paternum lectũ detestabili concubitu polluit. Inde consultari cœptum de Dauide opprimendo, Achitophele petente, vt sibi. X. milia armatorum darentur, fore, vt his copijs vsus, paucis diebus aut senem in vrbem captum adduceret, aut si capiendi non daretur occasio, ꝙ in aciem noler descenderet ad mortem ali quo modo compelleret. Hærebat regi Chusius, quẽ magnis pollicitationib⁹ oneratũ Dauid Hierosolymis reliquerat, vt simulata defectiõe, p eũ, quæ ibi agerentur, cognosceret. Hunc ab initio professum se libenter ibi futurum vbi cœli numẽ, regni columen, caputq; esse voluisset, tempestiua satisfactione complexus Absalon secretioribus consilijs admouit. Rogatus itaq; & ipse sententiã, quia magnum putabat Dauidi periculum immi-

Architophelis & Chusij consilia sibi contraria.

nere, si prius quam suas alicubi opes firmasset, inopinato hostium accessu fuisset præuentus: Achitophelis sententiam vt subitam & præcipitem refutauit, testatus maiorem esse in Dauide rei militaris peritiam, quam vt a tam paucis superari posset. Quin ex toto regno potius inuictum armaret exercitum, quem ipse in callidum hostem duceret. Fore, vt vbicunq; eũ deprehendisset, corona & vallo clauderet, atq; ita multis difficultatibus circunceſsum, aut deditum caperet, aut fame & siti confectũ ad mortem compelleret. Probauit Absalon id consilium. Ille vero per Sadochum & Abiatharum sacerdotes, qui filios promptissimos iuuenes occulte circa vrbem ad hoc ipsum paratos habuerunt, mãdari id Dauidi nunciandum. Parum abfuit, quin illi ab regis equitibus, ad eos procul vrbe conspectos retrahendum missis, fuerint intercepti. Agre-

Achitophelis in felix exitus.

stis mulierculæ opera, quæ in puteum ambos demisit, dum equites cursu præteruehuntur seruati sunt. Mox repetito cursu ad Dauidem mandata perferunt, quem in citeriore adhuc ripa amnis sedentem adepti, omnia quæ a parentibus occulte per ancillam acceperant, ordine exponunt. Ea vbi nunciata sunt. Dauid haud amplius cunctandum ratus, trans Iordanem vado superat. Achitophel indigne ferens Chusium sibi apud regem in sententia prælatum, ratusq; ad hæc futurum, vt Dauid Absalonis desidia omni periculo defunctus, haud

Dauidis copiæ.

multo post regnum recuperaret, ac tũ omnes qui Absalonis cœptis ab initio fauissent, extrema omnia pati cogerentur, iumento sedens Gilonem se tus. contulit, hiccq; eorum metu; quæ sibi impendere arbitrabat, laqueo vitam finiuit. Absalon copijs ex omni cis Iordanem Iudęa contractis, in patrem hostiliter mouit. Dauid & ipse fluuio superato in Galaaditas delatus a Bergileo, Sypha, Machiro, & alijs eius gentis longe principibus commeatu & armis adiutus, venientem hostem nihil expauit, quin tripertito illum aggredi adortus, partem copiarum vnam Ioabo dedit, alteram Abisai eius fratri, quæ reliqua fuit Etheo Gethensi viro Impigro data. Ipse ne hosti occurreret, duces & omnes, qui præsidij causa illi apparebant, monendo hortandoq; vt pugna absti neret, ægre obtinuerunt, tutius fore affirmantes, quocunq; euentu dimicaretur, eum in turo esse. Nam si (quod euenire nolent) parum prospere conflixissent, incolumi rege apparebat facile bellũ posse instaurari. Qui si fuisset extinctus, nulla reliqua spes extorribus melioris fortunæ esset amplius. Præfecerat copijs Absalon Amasam Ioabi consobrinum. Hic Saruia erat natus, ille Abigea duabus Dauidis sororibus. Iosephus autor est Dauidem ducibus ad pugnam exeuntibus solicite præcepisse, vt Absaloni in prælio parcerent, darentq; operam, quantum in ipsis esset, vt is extra periculum haberetur, haud

Paternæ pietatis exemplũ in Dauide.

obscuro patriæ pietatis in filios argumento, quo intelligi potest nunquam tam grauiter a liberis delinqui, quin ad flectẽdos parentũ animos, non in illis locũ paterna relinquat pietas. Ioabus ita suos ad prælium

ad prælium instruxit, vt syluam a tergo haberent: ob id (credere par est) ne insignis suorum paucitas nimis fieret conspicua, addereturq; ob id hostibus animus ad se & suos circunueniendum, aut certe ad insidias is locus est commodior visus. Nec absalon cunctantius in Ioabū aciem explicuit, raro alias inter Hebræos tanto animorum ardore est dimicatum. Regnum victoriæ præmium in medio erat: his amissum recuperare volentibus, nitentib⁹ illis ne semel occupatū amitteret. Horrere ad hæc multi præsentis belli exitum, incerti quatenus victor exercere statuisset victoriam: ita inter spem & metum aliquandiu dimicatū. Cæterum militaris rei peritia longusq; bellādi vsus Ioabo gradū ad victoriam fecit, Absaloni acie pulsi in proximas syluas effusa fuga compulsi sunt, cōpulsosvrgēt regij duces, passimq; cū multa cæde dispalatos agūt: multi in fuga capti, sed multo plures cæsi, ad. XX. milia hoim desiderata dicuntur. Absalon vbi res perditas vidit, regiam mulam ascendens fugam molitus est. Hic diuina potius prouidentia quam casu accidisse crediderim, vt per compendia syluarum fugiens, comantibus capillis auræ impulsu huc & illuc temere dissectis, ramoq; paulo eminentiore tenacius afflictis, quadrupede suo impetu lōgius euecta, tenaci comarū nodo sublimis pependerit. Eum ex arbore luctantē gregarius miles intuitus, inopinatū hostis casum Ioabo nunciat, ad quem perimendū quum is, qui nunciarat, neq; precio neq; imperio compelli posset (sciebat em̄ longe aliter a patre mandatū) dux eo progressus iacu-
lo suspensum transfigit. Isq; fuit Absaloni exitus: qui dum patrē regio solio deturbatū ad interitum persequitur: tam infeliciter perijt, quam impie tale fuerat facinus adortus. Moabini milites, quos suo cursu dux ad locum cædis traxerat, in subiectā foueam Absalonis corpus demisere, tanra vi lapidū superiniecta, vt iusti tumuli ea coaceruatio prębuerit speciem. Chusius Absalonis interitum nuncia-
uit patri, quū de victoria nōnihil antea resciuisset: quo nūcio pculsus adeo dolēter se humi afflixit, vt nullo grauiore casu potuerit amplius, nūc pugnis sibi tundens pectora: nunc capillum sibi & barbā vellens, extincti nomen flebiliter inuocat. Deformata certe erat tam speciosæ victoriæ celebritas, nisi Ioabus occurrisset identidem eum admonens, videret ne hostem lugendo eos qui in fide manserant ex amicis hostes faceret, cupere milites operā a se fortiter nauatam a rege, pro cuius regno & vita dimicassent, publice probari, non hostium interitum lugeri. Quibus si vincere contigisset: nemo inquit eorum, qui pro te hodie, Dauid, steterūt superuicturus fuisset. Quin illud potius subeat animum, aut te cum tota domo, cum amicis & necessarijs omnibus cadere potuisse: aut Absalonem, qui victor hæc oia per scelus fuit crudeliter pditurus. Ambo stare nullo modo potuissetis. Quod si illum in tam nefario inceepto tibi superstitē optabas, satius fuisset bello & auxilijs reiectis teipsum inermē crudelissimo hosti cum omnibus tuis trucidandum obijcere. Hæc ille non tempestiue magis quam vere locutus, a luctu & dolore facile reuocauit. In publicumq; progressus Dauid victorē exercitum ad se venientem, multis laudibus, multaq; congratulatione excepit. Absalonis morte inter suos vulgata, qui pugnæ superfuerunt metu cōsternati, in vrbes quisq; suas diuersi abierunt. Nec multo post proposito regis edicto, q̄ ea res nulli eorum, qui absalonis partes secuti essent, foret fraudi, concessa insuper Amasæ militiæ prefectura, per omnium tribuum legatos Dauid in regnum restitutus est. Pons Iordani est impositus, quō veniēti illi læta multitudo se obuiam effudit. Hic Semeius qui probro & maledictis Dauidem ab initio incesserat, ad eius pedes prouolutus veniam impetrauit. Occurrit & Memphibus squalore coopert⁹ apud regem falso insimulatus, q̄ res nouas moliturus. Hierosolymam Dauide electo concessisset, verum posteaquam regem docuit fuisse se in sordibus & luctu, quandiu de regno inter patrē esset & filium disceptatum, dimidium bonorum quæ Dauid Sibæ, a quo falso fuerat ille defectionis insimulatus, habenda dederat, restitui velle se pronunciauit. Ad quam vocem Memphibus, & hoc tibi inquit rex acceptum refero: Sibas totum habeat. Satenim superq; mecum præclare actum arbitror, q̄ te patrem & regem in pristinam video dignitatē restitutum. Per faustas itaq; voces & fauores populi rex Galgala ingressus in nouam incidit seditionem, reliquis tribubus Iuditas incusantib⁹, q̄ ambitiose nimis ad Iordanem vsq; regi obuiam processissent, illius fauorem & gratiam in aliorum inuidiam occupaturi. Aduersus hæc passim sibi obiecta Iuditæ ita occurrere, nihil cuiquam mirum videri oportere: si in regem tribulē suum præ cæteris officiosi videri voluissent. Quod officium si præ termissum a se esset, merito accusandi sint, ponere se in non mediocri gloria, q̄ hominem sui corporis late regnantem viderent. Hæc magis vere quā tempestiue in vulgus iactata ingentem irarum æstum exciuere. Nactusque hanc seditionis causam Sibas quidam Bochari filius Beniaminæ tribus: Ergo inquit Iuditarum Dauid radix est non Israelitarum, prouidendum est inquit ne alij sine rege sint. Vix hæc illi exciderant, quum signo repēte dato cæteris sine imperio abeuntibus Dauid cū hominibus suæ tribus Hierosolymam processit, solicitudinis & curarum plenus. Necmultis inde diebus interiectis, priusquam nouæ defectionis vires inualescerent: Amasam ad nouum exercitum contrahendum mittit, & quum id quoq; serū videretur, Ioabum cum his copijs, quæ ad manus erant, ad nouos defectionis motus opprimendos præmittit. Processerat Amasas ad Lucabaonem vi cum quadraginta stadia ab vrbe: vbi Ioabus eum ad se venientem ferro incautum traiecit. Nemini dubium fuit id Ioabum facinus perpetrasse, q̄ veritus esset ne militum præfectura a se in illum Dauidis iussu transferretur. Fuit recens hoc Ioabo parricidium multo maiori inuidiæ, quam olim fuerat, quum pari æmulatione Abnerem oppressit: nam in illo fraternæ mortis vltio prætensa est, qd' in ppinqui & necessarij hominis cæde euenire nō potuit. Nec Ioabus secundum eam cædem Lucabaoni desedit, sed confestim in Sibam defectionis autorem cum omnibus copijs profectus, in Abelmacham vrbem metu compulit: compulsum vallo & militum corona cingit. Ceperat mtes ingēs Abelmachitas, postquam arcta primi obsidione cœperunt. Nec in manifesto ciuitatis discrimine liquebat: quid potissimum fieri oporteret, vt se præsenti periculo subtraherent. Hominem publicæ fidei creditum sua sponte proditum nolebant, nec a Ioabo adhuc fuerat ad suppliciū requisitus. Tum mulier integra fama, indoleq; minime vulgari, muro alte-
riam ad salutem inuenit, e muro hæc Ioabum ad colloquium elicuit: quem in proximo stantem ita dicitur affata. Persuasum omnibus, arbitror Ioabe vir fortissime, Reges & duces idcirco ab initio Isrāelitas habere voluisse, vt publicę saluti, toriusq; gentis

Dauid in regnū restituitur.

Noua seditio cōtra Dauidem.

Mulieris suasu Sibas interficitur.

Ioabus Amasā iterimit.

Mulier e muro alloquitur Ioabum.



gentis incolumitati consulerent, omnemq; ex terrarum gentium iniuriam a suis propulsarent, non vt in suas tribus populosq; nihil mali meritos ad libitum sęuirent. At nunc (vt video) ad id venim⁹ vt si Deo placet, nulla nostra publica priuata ve culpa pro hostibus habeamur, etenim qua per deū veteri aut recenti noxa nos Abelmachitę meriti sumus, vt ita hostiliter a vobis oppugnemurę quid misera hęc ciuitas aduersus religionem commisitę vt non solū in bonorū omnium, sed in vitę quoq; discrimē veniremus? Liceat saltem dicere, quo nostro facto: quando ab omni culpa longe absumus, hoc triste excidium nobis impendeat, vt (quod in malis aliquod solamen sit) non desit in quem tāti mali inuidiam conferre possimus. Ad ea Ioabus Sibeiana inquit ceruix totius ciuitatis luet exitium, cum ei⁹ morte omni periculo Abelmachitę defungemini. Illius vitam petimus: ille nefarię huius defectionis autor ad pœnas deposcitur. Sit vnus cęteris documento nihil regū maiestate læsa esse vspiā priuato homini tutum. Apparuit vno homine sublato, atq; eo pene omnibus ad id tempus ignoto periculum quod oculis erat omnium admotū propulsatum iri: Tum illa Ioabum rogat, tantisper ab oppugnāda vrbe absisteret, quo ad referri ad populum de ea re posset. Habere se, q̄ comperto, si ciues edocti sint, in quo vertatur totius rei discrimē, consestim suis rebus cōsulturos, Tantū illa precata est, simul q̄ e muris in publicū aduolat, Vbi circunfusam multitudinem docuit, Vnam oib⁹ ad salutem patere viam, si fugitiuum hominem vnum dederent, quem ob ea quę in regem molitur diceretus, si procul esset, studio ad supplicium requiri oporteret. Credere se nullū caput magis execrabile iustiusq; morti deuouēdum, q̄ huius qui potestatem numinis prouidētia, propheręq; ministerio sacratam, non magis temere q̄ impie incessere esset ausus. Irent: et si crederent impijs omnia infesta esse diuina & humana, deuotum morti caput inermes tenenti arma dederent. Stultum videri ac nefarium, si dum alterius noxam tyeare, te periculo obijcias. His impulsa multitudo Sibam cōtinuo obtruncat. Caput ei⁹ e muris in hostium conspectum est proiectū. Quo viso Ioabus confestim iubet milites vasa colligere solutaq; obsidione Hierosolymā ad regem reuersus est. Israelitarum regno iterum Dauidi stabilito dira fames ludęam inuasit. Sicca torridaq; anni intemperies omnifariam fruges consumpserat, res in religionem versa, regem impulit, vt sacerdotes & prophetas iusserit aduertere, ne ira numinis ea prouenirent. Responsum ab his est, iniuriam, quā Saulus rex Gabaonitis contra maiorum fœdus intulisset, luendam esse, nec eam cœli inclemētiam prius remissuram, q̄ nefarium scel⁹ publice vindicarę. Gabaonitis ad se accersitis sciscita⁹ rex est: quid facto opus esset, vt sibi ob iniuriam, quam ipsis Saulus res intulisset, satisfactum putarent, tum illi, si ex eius progenie qui cladis illius autor fuisset, septena sibi corpora dederētur. Dauidis igitur iussu septem ex ea familia dediti sunt, quos illi in vltionem cladis ab autore gentis acceptę crudeliter necarūt. Nec ita multo post Philisthęi, qui neq; bellum neq; pacē ferre poterant, subito rebellātes regia in se arma exciuerunt. Ceterum modico negocio victos, Dauid persequendi cupidus longius in hostes euectus vitę discrimen adijt. Achimon vel (vt Bibliaci libri habent) Iesbidenobus homo immani statura prę-
grandem vibrans hastam, in regem fecit impetum Fecisseq; se voti compotem, nisi veniētem Abysais Ioabi frater intrepide excepisset, exceptum pro

Septē ex Sauli familia a Gabaōitis necantur.

Immanis statura, Philisthęi.

spero magis q̄ cauto congressu telo confecisset. Dauidis periculo Israelitę commoti decretum tulerūt ne qui rex esset, ad bellum exiret amplius. Philisthęi acie fusi & in Gazam vrbem compulsi, de reparando bello noua consilia agitabant. Sed tam prospere q̄ sępe alias Israelitis in eam gentem haud multo post bellatū reperio, Sobochiq; eo bello est virtus in primis illustrata, ob plerosq; immani magnitudine viros ab eo in acie confectos. Eiusmodi homines ab enormi proceritate corporis ex Gigātum genere sunt vulgo creditī. Parem laudem proximo bello, quod haud longo interiecto tempore est cum ea gente gestum: Ephan regis pernecessari⁹ est consecutus. Sammaę Ionathas filius ob prosperam pugnam in Philisthęum, sex cubitorum magnitudine, senos manibus articulos, totidemq; pedib⁹ habentem, & ipse in pręcipua fuit deinceps apud regem populares q̄ suos gloria. Dauid omnibus circa gentibus pacatis religionis studia complexus, hymnos trimetros edidit, & cum his pentametros versus plurimos, qui sabbatis festisq; diebus sacris solennibus canerentur. verba carminibus comple-
xa diserte quędam in sacris libris leguntur. Adiecit his Decachordem Citharam & Nabla. xn. vocum. Cymbala ad hęc ærea grandia quidem & lata. Placuit ad hæc omnem Israelitarum gentem censeri. Ioabo & scribis negocio dato. Nouem mēsiū spatio res acta est, ac pręter Beniaminam tribum & Leuiticam quas numerari non contigit, in cętero corpore vndecies cētum milia virorum, qui arma ferre poterant, censa dicuntur. Quem numerum vt parum credibilem cunctantius posuissem, nisi Iosephum autorem cum sacris libris haberem, cętera rum quia in agendo censu Mosis institutum fuerat prętermissum, q̄ nō viritim Deo siclum obtulisset populus, expiandum id propheta proclamat, magnaq; clade populi luędum: quę vel fame publica, vel hostium victoria, aut certe pestilentia esset ad-
eunda. Dauid pestilentiam ne ipse extra periculi aleam foret, optasse dicitur. Quo factum sit vt paucissimis diei vnius horis septuaginta hominū milia consumpta dicantur. Qua suorum pernicie Dauid costernatus saccum induit, ieiunium agēs multis lachrymis humi sedens veniam est a Deo precatus. Eaq; demū impetrata iussus est oraculo in area Ornę Iebusei altare constituere, ibiq; victimas immolare. verus opinio tenet hic loci Isaachum olim ab Abraamo patre diuine arę pro hostia admotū. Saiomō eodem loco post ea templum erexit, quod vt magnificentissimo erigeretur apparatu, decem milia talenta auri, centum argenti sepositi, Dauid habuisse dicitur: ferri pręterea, æris & vasorum ad ornatum templi immēsum pondus, octoginta hominum milia lapidicinę admota, & ad materiam omnifariam apportandam multitudo nihilo minor. Id opus secūdum religionem Dauid Salomoni filio, quem sibi successorem, non solum humano iudicio, sed oraculo etiam destinarat, in primis demandasse dicitur. Effęq; ille prius rex q̄ pater vita decederet declaratus. Etenim Dauid iam senio defectus, ac tam morti propinquus vt medicorum monitu ad effœtum viribus corpus calfaciendum virgunculę complexu noctu foueretur, comperisseq; Adoniam filium quarto loco natū, celebriris conuiuij specie, cum plerisq; consilia de occupando regno agitasse, cuius conspirationis ne Ioabus quidē esset expers. Nathanis prophetę verbis monitus, vt filio prospiceret, quem numinis prouidentia scirer regnaturum, impensissimis ad hęc Bersabeę matris precibus cum fletu mixtis perpul-

Rex nesit in prelio.

Gigātes.

Philistę mōstros?

Psalmi.

Dauid.

Musica i strumēta

Iudæorū numer⁹.

Piaculū.

Pestilentia ppli.

Ara.

Appara tus futuri templi.

Solomō rex creat.

sus, Salomonem regia sedentem mula, stationarijsq; militibus septum ad fontem extra vrbem per Nathanem ductum ex improuiso regem inungi iussit: inde per vrbem circunuectum regem populo salutandum dedit. Qua subita declaratione perturbatus Adonias, & qui cum eo erant ab incœpto desiterunt. Dauid populo ad concionem vocato, quum vis mortalium ingens adesset, tribus & viginti milibus hominum a trigesimo ad quinquagesimum annum construendi templi curam delegauit, iudicum & scribarũ sex milia constituit, par huic numerus additus eorũ, qui psalmos & hymnos canerent. Ex Mosis inde progenie lecti, qui sacris thesauris præessent. Ex leuitarum numero sacerdotes, & sacrorum ministri. Est & exercitus in duodecim partes diuisus, quarum singulæ tribus quatuor & viginti armatorum milia habuere. Singulis partibus sui centuriones, suiq; tribuni ascripti. Statuit Dauid & alia quædam circa vrbis totiusq; Iudaicęq; rei statum. Quibus ex sententia cõfectis, principes tribuum, iudices, scribas & omnes qui in exercitu ductabant ordinem, ad concionem vocat. Vbi ita verba fecisse dicitur. Quæ nostra sint in religione augenda regnoq; administrando consilia, nefas duxi vos ignorare Israelitæ viri, quos haud indignos iudicaui, vt vtriq; rei administrandæ a me potissimum præficeremini, Cæterũ, quod ad diuina attinet, merito aliquis mirabitur, quid sit, cp in amplissimo extruendi templi apparatu tam diu fuerim occupatus, eximij tamen operis huius vel saltem incoati laudem mecum ferre noluerim. Desinat sane id mirari quisquis sciuerit nõ meam magis cp numinis voluntatem principijs obstitisse: parabam ego iam antea magnificentissimi templi fundamenta iacere, quum prophetæ vocesum monitus, velle cœli numen sibi in terris augustum templum ædificari, sed rei autorem displicere. Quippe qui ob bella multa & varia, quæ iuuenis gessisset, impuris esset manibus tam pium opus inchoaturus. Filius successor regni, qui nulla esset cæde pollutus multo melius poneret, quicp in perpetuo ocio paceq; vbiq; parta esset in Iudęa regnaturus. Cessi ergo diuinę voluntati. Verum quanquam parum ea laus ad me pertineret, visus sum mihi tamen pie facere, cp omnia ad clarissimum opus cõficiendum studio & diligentia comparaui. Et ne omnino parum actum arbitremini, haud vos ignorare volo decem milia auri talenta, decies amplius argenti præter aliam omnifariam rerum materiam, a nobis hoc nomine sepositam. Voluntate igitur & studio opus est, vt quę nos desit inuimus vos, quibus id permissum est, ad exitũ perducatis. Sed de templo hactenus, haud vereor, ne non semper pietas potí cp defidia sit vobis curæ futura. Reliquum de quo ad vos verba facturus veni, ipsa est noui regis declaratio. Enimuero licet plures sint nobis virilis stirpis liberi, mirabitur aliquis, quid sit: quod Salomon mihi præ cæteris tantum fuerit opum successor constitutus, quum & alij fortasse nihilominus digni essent, in quib⁹ præclare id decus tuto cp locari potuisset. Sed vos tam hoc cp ipsam templi ædificationem diuinę voluntati ascribite. Ille summus opifex rerum omnium, qui mira sapientia humana disponit, oraculi voce hunc mihi heredem nominatim dedit & successorem. Cui non parere tam vanum, irritumq; sit, cp impiũ. Sic Iudas natorum Israelis erit, nõ maximo natu, in maxima tamẽ fuit gloria, omniumq; princeps habitus: sic ego fratribus voluntate numinis prælatus. Nec tamen aut illi apud fratres, aut mihi dignitas illa inuidię fuit, pari pietate cum huius fratres, tum vos alios Israelitæ viri, nouo regi diuina voluntate ad fastidium regiæ dignitatis perducto parere oportebit. Neq; in eo ętatem aut merita aut vires, sed Dei optimi prouidentiã intuemini. Nihil enim non rite fit, quod Deo fit auspice. Fallunt̃ sępe hominum iudicia, diuina falli non possunt. Quicquid ille voluit euenire, id optimum, perpetuum; manserumq; sit necesse est. Superest igitur, ne vana vlla persuasione, regni ve cupiditate, pacem hanc diuina ope nostraq; industria vniuersę genti quęsitam, turbari patiamini. Quin ille bene imperando, vos iustis imperijs parendo date operam, vt Israelitę res tantum sanctitate & religione in hoc ocio augeantur, quantum bellica virtute gloria & opibus, meo aliorumq; ductu ad hũc idem creuere. Quum hęc ille magno omniũ assensu peroraſſet, cõmentarium cum figuratione templi, omnemq; ędificij rationem Salomoni tradidit, identidẽ eum hortatus, vt oĩb⁹ ad opus cõparatis, magnitudinẽ rei diligẽtia & industria æquaret. Hoc regis studium, alterũ priuatę pietatis est secutum. Multi sua sponte multa ad id opus munera obtulere. Auri tria milia talenta, ferriq; & æris multo plura: stateres. X. milia, preciosi ad hęc lapides in eundũ vsum oblati. Laudata est a rege priuata suorum munificentia, omniaq; eius iussu diligenter conscripta & asseruata. Iussus ibi vniuersus cœtus ob ea quę ad id tempus suo ductu feliciter euenerãt humi prostratus vocem ad cœlum tollere, Deoq; Optimo maxio supplitergratulari. Postridie milites vitulos ĩmolauit: mille arietes, mille agnos: estq; populus eo die hilare epulatus. Salomon iterum inunctus, solioq; paterno collocat⁹, pro rege cœpit omnia administrare. Dauid ipse iam grandis natu, haud multo post cp hęc gesta sunt, ex humanis decessit. Pietatis & iustitię cultu filio identidem commendato mandasse traditur, vt ex Ioabo, quũ posset, ob duplex parricidium pœnas exigeret: quod scelus iccirco se rege impune tulisset, quia ob nimias opes, quas ille prospera sibi militia firmauerat, tuto ad supplicium reposcere nequiuisset. Miretur ali quis quod & Semeĩ, a quo verbis nouitate suorũ temporum fuerat lacessitus, vltionem quoq; delegasset, cui circa Iordanem suppliciter satisfacienti ignouisset. Cęterum videri potest presagium pot⁹ id fuisse eorum, quę euentura erant. Perijt anno vitę septuagesimo, quum interim annos quadraginta regnum tenuisset, quorum septem in Hebrone regnauit, reliquum tempus Hierosolymis egit. Salomon filius defuncti⁹ magnificentissimo extulit funere. Fuit hic annus quo Dauid vita decessit, quartus & sexagesimus supra centesimũ ac quater millesimum ab orbe condito: præcessit idem humanę salutis exordium annos mille & triginta quinq; quo plane tempore regnauit Eupales in Assyria q trigesimus fuit a Nino, Codrus Athenis, cui Medon filiꝰ succedit. Agis & Archistratꝰ eius successor Lacedęmone, & in Latio Latinꝰ Syuiꝰ, quartus ab Ascanio, qui Albam condidit. In Phlegręis quoq; Italię campis, per id tempus a Cumeis & Chalcidẽsibus ex Eubœa profectis, Hippoclis & Megasthenis ductu Cumę littorali loco conditę. Fama est duces ipsos inter se pactos, vt gens altera vrbi nomen daret, alterius Colonia diceretur, atq; ita euenisse aiunt, vtq; Cumeis sit locus nomen fortitust Chalcidensium credita sit Colonia. Dauidici quoq; regni tempore Iones ex Attica in Asiam migrasse traduntur Androchi ductu, qui fuit Codri filiꝰ: ex terra Attica profecti Ephesum (vt Pherecides prodidit)

Constitutio sacrorum & ciuilium ordinum.

Dauidis oratio ad suos.

Oraculo.

Dauid monitus Salomonem fuc cessorem cõstituit.

Peroratio.

Priuata munera ad vsum templi.

Dauidis exitus.

ANNI MVNDI.

Cumæ.

Ephesus. prodidit condiderunt: ibiq; Ionum regia ab initio constituta. Quidam Ephesum multo antiquiorem credidere, vt instauratio illa fuerit non conditio. Cæterum necq; vrbs vna in ea ora ab Ionibus condita est: necq; vnius ductu ad ea loca, aut semel ex Græcia demigratum. Nam & Miletos Neleigenere Pilij opus creditur. Fama est Nestorem Messennium & ex pijs multos cum Melantho Codri patre Athenas concessisse, toramq; hanc gentẽ cum Ionibus in Coloniam missam. Cydrelus eiusdem Codri filiꝰ verum nothus Miĩtem in eadem terra condidit. Andropompus Lebedum Andremon Pilius Colophonem. Epytus Nelei filiꝰ Priene. Teum Nauchus idem Codri nothus, quãquã Athamas prius loco originẽ dedisset: quapropter Anacreon loci indigena eam Athamantida nuncupauit. Erythras Gnopus ex Bœotia. Phoceã Atheniẽses Philogenis ductu. Clazomenas Paralus, Chium Egertius, Samum Tymbrion, ac deinde Patrocles, hæcq; fuerunt Ionum in Asia ciuitates, quo contigit, vt & terra ipsa sit postea Ionica dicta, cuius extrema ora ob peninsulas multifariam occursantes mille & DCC. ambitu stadiorum patet, cum recta linea, quę ab Epheso Smyrnã dicrit. CCC. sit & XX. stadiorum nec amplius, & alibi minor adhuc tractus, ab vno Caricorum monte Possidio sumente terra initium, in Phoceãq; & Hermionicę orę terminũ decurrẽte. In hoc breui terrę ambitu philosophię incunabula & ortus extitere. Inde sublimia hominũ ingenia, cœlum & omnia naturę opera scrutari ausa, quorum memoria suo cuiusq; loco est nobis reponẽda. Iam vero & Carthago Romani imperij æmula, per hæc tempora in Libya est a Tyrijs condita, si recte tempora digerit Eusebius. De huius vrbis origine ob loci claritudinem altius aliquanto est nobis historia repetenda. Tyrij (vt Trogus credidit) a Phœnicibus oriundi, antiquis sedibus terrarum motu cõcussis, patrio solo profecti, primo Assyrium stagnũ, mox & littus mari proximum tenuerunt, condita ibi vrbe, quam a piscium vbertate Sidonem dixere. Sidon piscis Phœnicum lingua est. Post multos deinceps annos ab Ascalonitarum rege Sidonij expugnati, nauibus Tyrum appulsi, nouam ibi vrbem sub id tempus quo Troia a Grecis est capta condidere. Varia deinde fortuna ciuitas iactata est. Diu Tyrij Persicis armis vexati, suam tamẽ libertatem tenuere. Et si bellorũ magnitudine opibus exhausti, pacate tamen agere, ociaq; fouere haud pœnitẽda, eratq; ingens ipsa, ob ea quæ gesserat, fama inter finitimos nihil obscura, quum inopinata seruorum comspiratio ciuitatem oppressit. Cuncti liberæ fortunæ viri ad vnum cum virili stirpe periere: serui oppido potiti, vxores & filias eorũ quos perdiderant, sibi matrimonio iungunt. Duo ex omni ciuium numero, senex cum filio admodum puero, ob mite clæmensq; imperium, serui opera occulte seruati sunt. Hos ille quum ab nouæ ciuitatis oculis sepositisset, ita accidit, vt quum primum consilia de creando rege moueri cœpta sunt, is qui mitis fuit in dominos, ad Stratonem (id seni nomẽ fuit) totam rem detulerit: Comparatũ erat inter seruos, vt qui eorum postridie nascentem solem primus conspicatus esset, tanq; superis gratissimus rex consalutaretur. Monet, hominem de se meritum Straton: instruitq; vt quum cæteri in ortum oculos intendissent, ipse contrario statu murorũ fastigia quę aliquanto prius ab sole feriuntur prospiceret, id senis consilium secut⁹ ille, primum solis radium repente a tergo demonstrauit, cæteris in admiratio

Ionicarũ vrbiũ cõditores.

Vbi philosophię incunabula.

Carthago conditur.

Sidon.

Serui Tyrios opprimunt.

Senis cõsilium.



nem versis ac sciscitantibus, cuius hominis id esset cõmentũ: nam seruile vt crederent, nõ poterant in animum inducere, coactus autorem prodere, de hero a se seruato confessus est. Tũ vero apparuit quãtum libera ingenia seruilibus præstarent prudẽtia. Vita itaq; Stratoni & filio concessa, quadam deorum prouidentia sibi senem seruatum rati, regẽ cõstituunt. Post cuius exitum filius regnauit. A quo longo deinceps ordine est posteris regnum traditũ Id nefarium seruorum scelus multis mortalib⁹ exẽplo fuit, vt domesticas cauerent insidias. Alexãder Macedo, qui Tyrum longa obsidione cepit, non tam præsentem temporis iacturam, cp nefariæ cædis memoriam pertæsus, velut antiquę Tyriorum iniurię vltor, quicumq; bello superfuere crucibus, quod seruile fuit supplicij, ad vnum affixit, Stratonis tantum progenie seruata, cui genti eiusdem iussu summa est regni, vt antea pmissa. Insulanos vt innoxios attribuit, vt seruili stirpe sublata noua ciuitas ex ingenuis cõderetur. Cærerum ante seruilem conspirationem ꝓximo loco relatam, quũ Tyrij opibus & multitudine abundarent, missa in Libyam iuuentute Vticam condiderunt. Eodem tempore aut certe non multo post Pigmalion a patre regnum per magnus accepit. Fuit huic soror Elisa, q̃ Sichæo auunculo (erat is homo prædiues atq; Herculis sacerdos) virgo nupsit. Fuit id sacerdotiũ secũdus a rege honos, Sichæus qui haud ignar⁹ erat solere diuitias esse exitio habentibus apud tyrannos, quicquid auri habuit, quicquid argenti, humi condidit. Id factum incertis rumoribus iactabatur etsi incertis multorũ tamen in ore erat fabula. Erat Fama impulsus Pigmalion spe potiundi auri oĩs humani iuris oblitus Sichæum auunculum insidijs exceptum obtruncat. Dido (nam & hoc illi postea nomen fuit) dolore male dissimulato, fratrem primo auersata aperte oderat: mox vbi se quoq; inter domesticas insidias destitutam nihilo tutiorem fore cernebat, pacatiore vultu fratrem appellat, ac velut in dies magis viri memoria obsoleſceret dolorem cautius supprimit, occultamq; interim molitur fugam. Quæ vt tutior sibi contingeret, fratrẽ noua arte aggreditur. Consiliũ ait cepisse se in fratris regiam migrandi, vt relictis Sichæi penatibus vbi illius imagines & alia viri monumenta sępius occurrerent, defuncti memoria animo facilius excideret. Audijt ille sororis verba non inuitus, cõfisus aurum quod Sichæus antea possedisset, cum ea ad se venturum. Elisa ministros migrationis a fratre missos in naues cum ipsis opibus imponit prouectaq; in altum compellit eos grandiora quędã velut pecuniæ inuolucra in mare deĩcere. Tum plorans ipsa virum cp flebili voce inuocans precatur, vt suas opes debitas haberet inferias, q̃ exitu causa extitissent. Tum vero ad ministros conuersa: Scio (inquit) mihi a fratre insidias vitæq; periculũ imminere, vos videte an extrema omnia pati velitis, qui Sichæi opes, quarum causa nefarium ille commisit parricidiũ, tyranni auaritiæ subtraxitis. Supplicij metu per hæc iniecto fugæ comites eos sibi Elisa adiunxit. Affuerãt eadẽ nocte illi ex nobilissimo ordine cp plurimi, q̃ regis sæuitiã auersati de fuga iam antea cum ea consilia cõtulerãt. Primo igit cursu in Cyprum delati, vbi Iouis sacerdos oraculi monitu cum vxore & liberis sese Elisę comitem obtulit. Ea vero cõditione, vt sibi & posteris sacerdotij honos perpetuus maneret. Sacerdotis postulatio pro haud dubio omine est ab Elisa & alijs acceptata: inde ex insula in altum abituri, octoginta indigenas puellas, quæ patrio more quæstum cor-

Tyri regnum ingenuis restitutum. Alexãdri vltio in Tyriorũ seruos.

Vtica cõditur.

Elisa.

Sicheus a Pigmalione interficitur.

Elisę cõsiliũ callidissimũ.

Elisæ fuga.

pore faciebãr circa littus, vt coripi iussit: quib⁹ celeriter in nauẽ impositis præcipit cõtinuo pedẽ fieri. Credibile est voluisse eam, siquãdo vrbem cõdere cœpisset, vt procreãdę soboli paratũ haberet semiariũ. Et vet⁹ & Cypricũ fuit virgines, priusq; nuberẽt, prostituit: vt quæstu corporis dotalẽ sibi quę rerẽt pecuniã, Pygmalion subito belli apparatu forore persecuturus maternis precib⁹ deorũq; minis victus incepto destitit. Canere ad hęc vates haud impune eũ laturũ si vrbis, quę oĩbus terris celebris futura esset, originẽ conaretur interpellare. Dido ex Cypro Libycũ littus tenuit. Vbi mercatu, cõmercio quũ locorũ accolas ad se alliceret, facile impetrauit vt rãtũ soli sibi & suis mercaretur, quãtũ corio posset bouis in orbẽ cõplecti. Cæterũ eo renuentibus in partes dissecto, maiorẽ omnino areã est cõplexa q̃ ab initio poscere visa esset. Loco ipsi postea ab re Byrsę fuit nomen. Confluere deinde eo maior indies accolarũ turba, dũ plures lucri studio venalia hospitib⁹ deferũt. Vticenses & ipsi audito Tyriæ classis appulsu legatos cũ muneribus mittũt, qui, p̃sperũ cõsanguineę genti gratularent accessum, qcq; ad noua mœnia ins locis, quibus primũ cõsedissent statuenda hortarentur. Iam & Aphros ipsos aduenas detinẽdi cupido ceperat. Miro igitur omniũ cõsensu (etenim instar erat vrbis effectũ:) Carthago cõditur, annuo vectigali indigenis pro vrbis area constituto: Hic terra iaciendis fundamentis primũ aperta bubulum caput dicitur repertũ. Quod auspicium quum omnino displicuisset (est enim id animal etsi operosum perpetuo tamen seruitio subiectum) haud multum inde diuerso loco terrã molientibus equi caput dicitur oblatum. Quo apparuit bellicæ rei studijs celebrem vrbem futuram. Hic tum velut auspicatiorem locum nacti, ædificare incipiunt: breuiq; mortalium frequentia adeo ciuitas creuit, vt neq; Elisam neq; comites præsentis fortunæ pœniteret. Florebant assiduis successibus Tyriæ opes, quum Iarbas Maurusiorum rex Pœnorum principibus ad se accersitis Elisam sub belli denunciatione, nisi nuptiæ impetrarentur, sibi vxorem deposcit. Legari id reginæ nunciare veriti (sciebant enim eam ab omni connubio abhorrere) punico cũ ea ingenio egere, vt dicerent poscere Iarbam, qui se & Aphros manu seruiores moresq; perduceret, sed neminem inueniri, qui ad Barbaros ferarum ritu viuentes transmitti velit. Tum ab regina castigati, qui pro salute patrię, cui omnia deberentur, asperiorem vitæ cultum, Barbarorumq; commercium laturos se negarẽt: Abs te igitur, illi inquiunt, hoc patriæ præstandum est Dido, tu nominatim ab Iarba non serua, sed cõiunx deposceris, cui nisi satisfactum sit, haud dubium est quin breui te tuamq; vrbem graui bello videas afflictã. His illa difficultatibus circumuenta Sichæi nomẽ inuocat cũ lachrymis, iturumq; se professa est, quo sua nouęq; vrbis fata traherent. Spatio deinde ad nuptias cõparandas sumpto, constituraq; in parte vrbis pyra, velut Sichæi manes in nouo cõnubio exoraturа, daturaq; ob id illi inferias, eodẽ loco hostias cædit. Inde gladium dextra tenens pyrã cõscẽdit, populũq; intuita ituram se ad virum, vt fuerat ab initio pollicita, dixit. Hæcq; palã locuta se gladio trãsfixit. Quã diu Carthago incolumis mãsit, pdea culta est. Hęc Trogus. Cęterũ non desunt, qui a Carchedone vrbem ipsam conditam existimant. Apianus alexandrinus Elisæ comitem Carchedonem fuisse tradidit. Trogus præterea Carthaginis originem multo recẽtiorem arbitrari videtur. Quppe quę annos septuaginta nec amplius vrbis Romæ originem præcesserit. Sed siue in hæc tẽpora siue in illa q̃ Eusebius posuit, cõditio ipsa cõferenda est satis constat vrbẽ nobilissimam huismodi initia habuisse. Nunc ad res Palæstinas reuertit stilus, quas Salomon post patris interitum, a iusta vltione administrare exorsus, Adoniã primo qui viuo adhuc patre de occupãdo regno cogitauerat, interfecit, Baiana regij præsidij pfecto in eum immisso. Inde & Ioabũ duplicis parricidij reũ ad arã quo se contulerat obtrũcari iussit, Abiatharo sacerdoti, qui cum Adonia cõspirarat, ob vetus (credo) meritum veniam dedit. Is in Absalonia defectione in Dauidicis partibus fuerat, verũ ne recẽs noxa inulta esset sacerdotio priuatum perpetuo exilio relegauit, Sadocho in eius locũ subrogato. Semeium ea conditione Hierosolymis esse iussit, vt torrentẽ Cedron non trãscenderet. Qui triennio post quum Gethũ iniussu regis proficisci ausus esset, capitali est supplicio affectus. Plus alioqui fuit Salomõ clementiæq; haud vulgaris. Ab his igitur actionibus ad religionem conuersus, vrbe præsidio cõmunita in Hebronẽ, pfectus mille oues ad arã, quæ ibi fuit, immolat: nocte deinceps, quę proxime secuta est, pquietẽ præsentia numinis moneri sibi visus est, vt a se peteret, quæ in humanis maxime optanda arbitraretur. Ferũt rectã mentem, sanũq; in decernendo iudiciũ a Deo precatũ. Quod nõ modo se impetrare sibi visus sit, sed affluentissimas etiã opes insuper promissas, perpetuũq; humanarũ rerũ successum. Quibus ille somno excussus manifesta sapientiæ præsagio numẽ in primis veneratus. Hierosolymã reuersus paucis diebus adeptæ nup sapiẽtiæ populo experientiã dedit. Venisse ad eũ dicunt mulieres duæ pari ignobilitate, sed prolis felicitate disparі. Nã quũ in eodẽ domicilio agerẽt, esset q; vtraq; eodẽ tpe marẽ enixa, ita forte accidit, vt altera altius somno degrauata, hærentẽ vberibus filiũ somnolento extinxerit incubitu. Metu igitur supplicij, an alendi cupiditate incertũ, alteri qđ satis cõstat, quã in proximo cubantẽ dormire senserat, furto filiũ adimit, extinctũ quiescẽtis lateri Leniter acclinat. Vbi vero dies illuxit, deprehẽsa fraude vociferari hæc, filiũq; sibi furto sublatũ arguere. Cõstãter illa factũ negare, ac vna cõuicii illi facere, q̃ impudẽs fœmina puero negligenter necato aliena, clade vellet orbitatẽ, in quã sua socordia incidisset, euitare. Mutuo igitur se cõuicio incessentes magnaq; vociferatiõe ad regis tribunal cõstituẽ: postea q̃ vtraq; satis cõstãter causam dixit, esset q; ob id iudiciũ conlectura anceps, stabat circunfusa multitudo in præsentis iudicij euẽtũ suspẽsis animis erecta. Tũ rex ex speculatoribus vni mãdat, vt puerũ in duas dissecet partes, vtraq; dimidium habitura. Visum est hoc iudiciũ rũ primũ præceps & temerariũ, elicuitq; tacitũ risum populo: verũ reclamãte illa cui infans fuerat subtractus, malle se viuũ puerũ alteri addici, q̃ sibi dimidiatũ reddi: nec̃ interim quæ puerũ furto subtraxerat matri, decretũ nutu aut voce detrectaret, cẽsuit rex huic infantẽ restitui, quã manifesto charitatis argumento matrẽ iudicauit, q̃ infantẽ viuere maluisset, q̃ in alterius iuidiã pereptũ iri. Vertit id iudiciũ populũ in stupore, magnaq; ex eo sapiẽtię fama regi cõciliata est. Nec res iudiciaria tã tũ cœlestẽ illi⁹ mentẽ ostẽdere, sed oẽs philosophię partes ab eodẽ copiose pertractatæ. Enimuero gentilia cãtica quinq; milibus carminũ est cõplexus. Similitudines quas græco verbo parabolas vocant, miro sententiarũ pondere cõscripsit. Disseruit ad hęc de hærbis, plãtis, arboribus, de volucribus, piscib⁹, & animãtibus, quæ terrã incolunt. Nihil pene fuit in toto

Salomonis vltio

Salomonis somnium.

Salomonis opes.

Batus. Templi ædificatio.

Duarum mulierũ lis.

ANNI MVNDI.

Salomonis iudicium.

Salomonis monumẽta.

Cyprie virgines.

Dido in Libiã defertur.

Byrsa.

Ostẽtum Pœnis oblatũ. Carthago cõdit.

Iarbas rex.

Elisæ inueritus.



in toto opere naturę, de quo non diserte & accurate, quũ opus esset disputaret. Cõmentus est & ratio nẽ vagorũ dęmonũ carminibus quibusdam cogendorũ. Iosephus autor est vidisse se Eleazarũ quẽdã Hebraicę gentis hominẽ, ad eius scientię experientiã dandã Vespasiano & filijs præsentibus frequẽtiq; militũ corona, corpora quędã dęmonib⁹ ifessa, immundis spiritib⁹ eiectis liberasse. Subijcit, quia res maior visa est, q̃ vt temere credi posset, & curatiõis rationem. Admotus est (inquit) narib⁹ eius, q̃ malo genio vexebatur, annulus inclusam habens sub gemma radicem ab ipso rege in hunc vsum demõstratã. Cui⁹ odore offensus ille cõfestim inde exclusus est. Adhibuit pręterea carmen ne infestũ nuper corpus ab eo repeteretur, quę res vt notior videtib⁹ foret, calicẽ aquæ appositum ab erumpente spiritu Eleazar⁹ subuerti iussit. Quod quũ ille p̃cepta fecisset, secuta sit incredibilis admiratio, fidesq; arti maior habita. Nullus vnq̃ in Iudęa tã longe lateq; q̃ is imperauit. Ab Euphrate in Syriũ mare & Egyptiũ promoti sunt regni fines. Quę res facit, vt magis credibilia videant, quę ad ei⁹ equorũ & currũ numero sunt memorię pdita, habuisse eũ, nisi fortẽ numero sit erratũ, bñ quum equorum præsepia quadraginta milia, expeditorũ ad pugnã. XII. milia. Eo vsq; ad id tempus Hebraici regni opes creuerant. Erant circa Hierosolymã oĩa pacata: lateq; (vt dixi) Palæstina res pollebat: quũ Salomon mãdatorum patris haud immemor, tẽplũ ab illo destinatũ fundare constituit. Ad quod opus celerius expediendũ, lignorũ materiã in Libano monte mature cędendã curauit. Nec tam operarij deerãt, q̃ lignariæ fabricæ periti, qui ne lõgius quærendi essent, Hyras Sidoniorum rex per literas a Salomone requisitus optimos artifices præstitit. Cui q̃diu opus tenuit, ex Iudęa quotãnis choros tritici. XX. milia dono misit Salomon, totidẽq; Batorũ olei. Erat ea mensura duum & septuaginta sextariorum capax. XXX. hominũ milia cupressis cedrisq; cædendis affabrecq; dolãdis sunt a rege in Libanum destinata, ita multitudine diuisa, vt per vices operarẽtur, vt quarto quoq; mẽse in orbẽ ad opus reuocarentur. Erat & alius maior numerus lapicidarũ octoginta milię: nec multo pauciores his, excisos exactosq; lapides & aliam omnifariam materiã cõtrahebant. Templum ipsum quarto ex quo Salomõ anno regnare cœpit est inchoatũ. Fuit is ab eo quo populus ex Aegypto egressus est, quinquentesimus secundus, a diluuio quadringentesimus supra millesimum, a mundi creatione centesimus secundus, ac ter millesimus. Latitudo tẽpli vicenũ cubitũ fuisse traditur: sexagenum longitudo: altitudo fornicę distincta centenũ ac vicenum. Inferioris structurę materia ex candenti saxo. Vestibuli lõgitudo pari mẽsura cum fastigio templi. Amplitudo denum cubitorum. Cellæ vicene huic moli circuiectæ peruio inter se vsu, & in his aliæ superimpositæ. Tectorũ fere materia ex cedro, Cedrinæ trabes, cedrina concameratio, auroq; illita: parietes interiori parte eadẽ materia & auro texit. Perstringere fulgor vndiq; occurrẽs intuẽtiũ oculos. Est cedrus (quãdo de ea sæpius vno loco est dicẽdũ) arbor Phœniciæ familiaris, sed quæ minor dicitur. Est & altera maior, q̃ & ipsa in duo distinguitur genera: quæ floret inselix est, fructifera nunq̃ se vestit floribus. Durum & acutũ foliũ, & fructus myrti magnitudine. Ex ipsa arbore resina fluit laudatissima: iesq; materiæ eternitas, atq; ea de causa Deorum simulacra inde facti tari solita. Cedrinus fuit Apollo ille Sosian⁹ ex Seleucia adduct⁹. Est & alia tẽpli diuisio secuta, vt sanctior locus a reliquo tẽpli corpore muro distingueretur. Ibi ianuę ex cedro varie sculptæ & vela prætẽsa purpura, cocco, byssо mollissima, florũ variatione intexta. Duo cherubicæ formę alati genij intus ex puro auro, quinũ cubitũ altitudo, alis ita occursantibus, vt quũ vterq; ab altero aliquot cubita distarẽt, pene cõtigui viderent, earũq; obiectu aram fœderis obtegerent. Pauimẽtũ petalis aureis instratũ: Ianuæ vicenũ cubitum altitudine, & ipsæ auro coruscantes: & vt rẽ totã in arctũ cõferã, nihil intus fuit, nihil extra, qđ nõ puro auro fulgeret. Statuit & colũnas duas æneas ante vestibulũ duodenum, epistylia fusilia in q; liliorũ speciem figurata, Hyras Tyrius Iudæo tamẽ patre ortus cõflauit. Fudit & vas æneũ tantę magnitudinis, vt ab re sit ma nominatũ. Diametri lõgitudo denũ cubitorũ, latus fusile digitorũ quatuor, op⁹ hemisphęrij speciẽ imitatũ, denis explicabat coronis: circũstabant craterẽ vituli. XII. quatuor diuersas mundi plagas terni singulas prospectãtes, eo statu a cratere auersi, vt in extremis clunibus tota moles recumberet. Fuit æneum illud trium milium Batorum capax. Quæ Bati fuerit mẽsura, loco haud multũ diuerso est significatũ. Additi & cãthari. X. pari ope & materia, quorũ bases quatuor erãt colũnis impositæ, animalia varie figurata, pro basibus fuere. Deni ad hęc cãthari singuli quadragenis tenebãtur choris, quaternũ cubitũ altitudine, quinos dextera templi parte ad meridiẽ suis statuere basib⁹: læuũ lat⁹ qđ septentrionẽ spectat, totidẽ habuit cãtharos, paribus inter se sparijs digestos. Nec species in his solũ quęsita est, sed vsus quoq;, vt sacerdotibus tẽplum subituris lauacrũ exhiberent, cãthari aquã ad abluẽda hostiarũ interanea funderẽt. Fuit & altare æreũ denũ pedũ altitudine: longitudine duplo maiore. Multũ ad hęc mẽsarũ, & in his vna aurea, phialæ, & paterę aureę. X. milia. Argẽteę quadruplo maiore numero. Cãdelabra decẽ milia, & turibulorum vis ingens, atq; hęc ex auro argẽtove fabrefacta, atq; vno rẽpore dedicata. Sacerdotũ stolę ex byssо textę & zonę purpureę incredibili numero: leuitę stolę, tubę, & nabla ad hymnorũ cãtũ ex electro tã copiosę relata, vt numerũ differre ponere fit ruborі. Circa tẽplũ in prophano aula cũ multiplici porticu cõstructa, qua popul⁹ cõsisteret, quũ sacrorũ causa frequẽtissimus adesset. Septẽ annorũ spatio spe oĩm celerius est opus ad exitũ pductũ. Eodẽ arca fœderis continuo est illata, atq; inter duos genios (vt abũde est supra demõstratũ) locata. Ferũt miraculo datũ, q̃ nebula leuiter effusa prospectum oĩm, q̃ in tẽplo erãt, subito prripuerit, vt vix in pximo stãtes alius aliũ intuerent. Multi persuasum habuerũt cœli numẽ prsens volẽsq; solẽni dedicationi affuisse. Salomon ante soliũ stãs in hunc modũ prefatus dicitur. Tuũ est (inquit) cœlũ supreme Deus: tua est terra, aqua, aer, ignis, & oĩa q̃ cœli circumflexu teguntur: scimus equidem, libentercq; fateмur, vniuersum hoc tuę maiestatis esse domicilium: quę etsi tãta sit: quę necq; his, necq; vllis capiatur finiribus: hoc tamen templũ breuioribus spatijs circũscriptum: quod tuo nomine erigendum curaui, tibi pie pureq; perpetuũ dedico, vbi tuus popul⁹, ministri tui, preces tibi & vota persoluãt, tuumq; numen rite propitient. Tu pater & rex omnium maxime prsens quę so adsis, volensq; pium hoc mun⁹ rite secundes, qui etsi vbiq; sis, hunc tamen orationis locum sępius inuisas oro, atq; prsentius inhabites, velisq; curam hanc & cultum religionis tuo populo interrupti manere, regni opes, & iura au-

i iij geri.

Cherubici genij.

Vas maxe dictũ.

Cãthari decem.

Altare.

Mensæ.

Phialæ.

Paterę.

Candelabra.

Turibula.

Stolæ.

Zonę.

Tubę.

Nabla.

Tẽpli dedicatio.

Tẽplifor ma & apparatus.

Cedrus.

geri. Et ſi preſenti pietate aliquid meremur, da nũc cunctis pater clementiſſime da poſteris mentem, vt pie tibi riteq; ſeruire cupiãt. Scio ego, nec fallor tam diu tuũ numen noſtris rebus affuturum, q̃ pietas hæc gentis vetuſq; religionis ritus publica priuataq; cura manſerit immotus. Quũ ille hæc dixiſſet, proſtratus in faciem numen veneratus eſt: inde in pedes erectus plures hoſtias multa veneratione obtulit. Tum quoq; multorũ oculis mira ſpecies circa arã eſt oblata. Flãma cœlo leuiter delapſa totum lambenti ſimilis pererrauit holocauſtum, quo viſu populus cõmotus, præſens numẽ adeſſe ratus, in terrã adorãs procubuit. Peracto deinde ſacro epulata eſt vniuerſa gens circa tẽplum, celebra taq; ibi loci quatuordecim dies Schœnophegia, q̃ ſtata gentis ſacra in eos forte dies inciderãt. Secundum templi dedicationem erexit Salomon ſibi & ſuis regiam, ſumptu & apparatu incredibili, quam candenti ſaxo ab imis partibus eductam triplici intus materia cedro, argento, & auro excoluit. Id opus tredecim annorum ſpatio abſoluit. In hoc quoq; opere conficiundo vehementer Hyræ regis eſt liberalitate adiutus: nec cedro tantum, ſed auro quoq; & argento ad hoc ipſum Hieroſolymam miſſo. Qua amici regis munificentia Salomon prouocatus, præter largam tritici, olei, & vini annonam, quam Sidoniis ex ſuo regno medio temporis ſpatio tranſmiſit, viginti Galileæ terræ vrbes Hyræ dono obtulit Tyro finitimas. Quibus ob ſterilẽ ſitum repudiatis ab re poſtea terræ ipſi nomẽ datum, vt Gabalon ſit dicta: quod ſit Phœnicum lingua diſplicere. Autores fuerunt mutuæ huius amicitiæ Menander in Sidoniorũ vetuſtate, & Dion in hiſtoriis. Addidit Salomon & turres Hieroſolymorũ mœnibus per interualla. Condidit & vrbes aliquot præclaras. Aſotũ, Magedonẽ, & Zazarũ: a Pharaone poſtea Aegyptiorũ rege, cuius filiã vxorẽ duxit, in Paleſtinæ finibus exciſam, quã dotis nomine receptã, ob bellorũ opportunitatẽ reſtituit, vãlideq; cõmuniuit. Pharaones Ioſephus idcirco dictos arbitratur, quia vox hæc apud Aegyptios regẽ ſignificet: idq; in cauſa fuiſſe exiſtimat, q̃ Herodot⁹ Aegyptiacæ vetuſtatis ſcriptor diligentiſſimus, poſt Menẽ, qui Memphim cõdidit, trecentos triginta reges in Aegypto longa ſerie regnaſſe dixerit, propriis interim nominib⁹ ſuppreſſis, velut abſurdũ ratus vnum nomen perpetuo referre. Cæterum Nicaulẽ nomen poſt tam lõgum interuallum ab eo reperitũ: quoniã mulier virilis appellationis vocẽ indipiſci nequiuerit: Pharaonis autem appellationem in eo qui Salomonis fuit ſocer, deſiſſe idem opinat⁹ eſt. Nos quã de origine nominis ſententiã haberemus, alio teſtati ſumus loco: ſed coniectura fuit illa, nõ ratio. Statuit Salomon & alias vrbes magis locorum amœnitatem, q̃ vſum ſecutus: & in his vnã in ſuperioris Syriæ ſolitudinibus loco puteis & fontibus irriguo, ipſi Thadamurũ dixit, Græci ſcriptores poſtea Palmyrã nominarunt. Secundũ hęc Salomon Cananeos Libani montis incolas, qui ad id tẽpus nõ paruerant, bello adortus ad Amathũ vſq; vrbem armis domuit, ſubactoſq; ſeruitio adegit, vt ex ea gẽte nec aliunde longo tempore mancipia ſint in Iudæa accerſita. Nouiſſime in Erithræi ſinus ora locũ quẽ Gaberũ dixere haud procul ab Hellena vrbe, quę Beronice eſt poſtea dicta claſſem cõſtruxit, naualis fabricæ opificibus ex Tyro accerſitis. Cõparãdarũ nauiũ cauſa illi fuit, vt ad indicũ mare penetrarent negociatores a ſe cũ ſuis diſpenſatoribus ad coemendas gemmas & aurum miſſi. CCCC. & amplius auri talẽta prima nauigatione, q̃ quatuor fuit annorũ, in Iudæã ſunt relata. Hiuſmodi nauigationis cõmercio Salomonis fama ad Sabã Aethiopiæ reginã fœminã ſtudijs ſapientiæ deditã delata, incenſa mulier videndi regis cupiditate, cuius laudes conſtanti oĩm prædicatione celebrarent, cũ ampliſſimis muneribus magnoq; comitatu Hieroſolymã venit. Excepit venientem Salomon, regali apparatu. Inde plures dies mutuo congreſſu multas & varias quęſtiones ſciſcitãdi gratia regi proponere perſeuerauit. Sed quales illę fuerint autores quos ſequimur, nõ tradunt. Satis conſtat ad omnia ſapiẽtiſſime occurſum, ſtupentẽq; reginã Salomonis fortunam laudaſſe, q̃ nõ ſolũ ad eorũ faſtigiũ, q̃ cæteri mortales miretur, peruenieſſet: ſed eã quoq; ſapiẽtiã, cui⁹ne hominis q̃dẽ mens ſit capax eſſet vnus omniũ cõſecutus. obtulit inde Saba auri & aromatũ vim ingentẽ regi, & cũ his immenſi pretij gẽmas. Ioſeph⁹ autor eſt pleroſq; veterũ perſuaſum habuiſſe Balſami arboris ſurculũ ab eadẽ regina tũ primũ in Syriã delatũ: quod pro falſo refellitur, ſi Plinius verus eſt autor vni oĩm terrarũ Iudęæ Balſamũ cõceſſum. Vrbẽ deinceps regina per ociũ contemplata eſt: preçipueq; templũ, attentiſſimũq; ſacrorũ cultum demirata. Abeuntẽ Salomõ muneribus & amplis munerib⁹ ornatã dimiſit. Niſi libri & Ioſephus hæc traderent, vix mihi perſuaderi potuiſſet, vt Sabã ex Aethiopia potius q̃ ex Arabia profectam exiſtimarẽ, quũ ob id q̃ ex Erithræo ſinu in Indiã nauigãtibus felicis Arabiæ latus potiſſimũ eremigatur, tum q̃ reginæ nomen in ea videri poteſt terra quæſitum: in qua Saba vrbs eſt & Sabæi populi. Ex indico igitur commercio præter aurum, elephanti, ſimię, paui in Syriam ſunt delati: & quod omniũ chariſſimũ regi fuit pineum lignum diuerſa omnino facie ab eo quod noſtrũ gignit cœlum, nitore inſigni, cãdidoq; colore, ex qua materia Citharæ ſunt, & nabla ad ſacrorũ vſum fabrefacta. Eadem nauigatio i cauſa fuit, vt breui Salomon ſit auri ditiſſimus factus. Quo quũ iã abũde potiretur, ducẽtas aureas haſtas &. CCC. ex eadem materia ſcuta confecit. Quibus eam regię domus partem exornauit, quã ſyluã Libani a materię apparatu nominarat. Multi quidem reges fama & ſplendore nominis eius impulſi immẽſa per legatos munera Hieroſolymã miſere. Quo factũ, vt diuitijs ſupra modum affluentibus (vt eſt humana mẽs in proſperis minus ſui compos q̃ in aduerſis) primo religionis negligentia illi orta eſt, mox & cõtemptus, quem peregrinarum cõiugum, concubinarumq; aſſidua cõſuetudo peperit. Fama eſt magnorum regum illuſtriumq; virorum filias. DCC. numero ſibi matrimonio iunxiſſe: nec propterea minore libidine in pellicatu hęſit. CCC. in tã celebri connubio illi concubinę fuiſſe traditur, atq; ita muliebres illecebrę eius animũ ab ea pietate, quã a patre hęreditariam acceperat, alienarũt, vt ne exrernos quidem deos, dum nimis iis quarum amore tenebatur indulgeret, colere recuſauerit. His ille fauore numinis deſtitutus, per propherã fact⁹ eſt certior fore, vt breui perpetuus ille felicitatis curſus interpollaretur, turbatoq; gentis ſtatu reliquum vitę in cura & ſolicitudine tranſigeret, filioq; vbi ipſe vita deceſſiſſet imperium maiore ex parte abrogaret. His vocibus ille admonitus conſciuſq; ſibi eorum quę contra leges & religionem egiſſet (nam in, eo quoq; haud mediocriter fuerat gentile inſtitutum offenſum, q̃ peregrinarum gentium ſectatus eſſet nuptias)

Holocauſtum Salomonis

Regia Salomonis

Hyra rex

Pharaonesquare

Thadamurus. Palmyra

Indicum commercium.

Saba regina.

Salomonis diuitiæ.

Salomonis puari catio.



nuptias) vehementer exterritus, haud multo poſt nouis ſolicitari cœpit defectionibus. Adatus primi motus autor fuit. Erat is regia ſtirpe natus, & ex Idumea profugus, quum Ioabus eam terram Dauidis auſpicijs deuaſtauit. Is in Aegyptum ad Pharaonem delatus promptitudine animi, cæteriſq; virtutibus illi inſinuatus, nobiliſſimã fœminam duxerat vxorem, cuius ſoror Pharaoni nupſerat. Is Dauidis & Ioabi morte nunciata, nouandarum rerum cupidus, commeatum a rege petijt. Sed diu non impetrauit. Nouiſſime dimiſſus quum in Paleſtinam veniſſet, omniaq; regijs præſidijs ſibi ad res nouas obſepta cerneret, præſenti conſilio deſtitutus, in Syriam tranſijt. Hic cum Rhaa quodam Adrazari, qui in Sophene regnabat, fugitiuo iunctus, latronumq; manu ſeptus, Syriæ fines hoſtiliter ingreſſus, breui eius terræ regnum annis obtinuit. Vnde per occaſionem Iudææ fines irrumpẽs Salomoni adhuc in humanis agenti, haud modicam regni partem infeſtam reddidit. Sed maior omnino motus a domeſtica defectione ortus Hieroboas res nouas moliretur. Roboas Nabathi filius prophetæ oraculo frætus plures tribus ſolicitare eſt auſus, ad regnum Salomoni abrogandũ. Is a patre puer relictus, ob egregiam indolem indulgenter apud Salomonem primo habitus, mox murorũ ſtructuræ eſt præfectus. In quo munere obeundo, quum haud modicam induſtriæ experientiã edidiſſet (qualis enim quiſq; ſit, magnarum rerum adminiſtratio demonſtrat) Salomon virtutem in homine complexus, præfecturam ampliſſimam in tribum vnam ei decreuerat, cui ad capeſſendum honorem egreſſo Achias propheta ex Sylone venienti occurrit, eumq; poſt mutuam ſalutationem ex publico in ſecretum abductum, huiuſmodi ſchemate in ſpem regni maximam erexit. Sciditille ſibi pallium in duodecim partes, inde data Hieroboæ optione, vt ex eo numero decem quas vellet eligeret, futurum denunciat: quia Salomon grauiter deliquiſſet, vt breui eius regnum non aliter quam pallium illud pluriſariam ſcinderetur: quarum duæ duntaxat eius filio relinquerentur ob eximiam Dauidis pietatem. Cæterum imperium ei numinis prouidentia ceſſurum. His ferox iuuenis frætus, quum primum ad exercitum venit, res nouas haud obſcure moliri cœpit: conatus eo multitudinem impellere, vt imperio Salomoni abrrogato in ſe rei ſummã tranſferrent. Sed fatale tempus nondum aderat. Noua hæc conſilia ad regem delata, ingentem ei curam iniecerunt autoris tentatæ defectionis opprimendi. Hieroboas haud ignarus ſe in Iudæa tutum eſſe non poſſe amplius, in Aegyptum ad Seſachum regem tranſfugit: nec longo deinde tempore interiecto Salomon vita deceſſit, quum iam nonagenarius eſſet, quadrageſimo ſui regni anno. Potiti rerum ſunt cum eo Laoſtenes in Aſſyria, apud Lacedæmonios Labotes, in Latio Alba Syluĩ Aeneæ filius, qui ſexto ab Aſcanio loco regnauit: Agias Corinthi, & Athenis Agatus, Sadocho, Achia, & Salomite in Iudæa prophetica diuinatione claris. Sunt qui Homerum & Heſiodum in hæc tempora conferant. Thraces quoq; tempeſtate longe lateq; internum mare (vt fæpe alias) per id tempus tenuerunt.

Adatus Salomõ defectionib⁹ ſolicitatur.

Achiæ oraculũ.

Salomonis interitus.

Temporum ſupputatio.

FINIS ENNEADIS PRIMAE.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE

### PRAEFATIO.

VLTVM diuq; in vmbra veruſtatis pignoros & ambiguos receſſus verſatę indagati, q̃ (Bibliacis libris diũtaxat exceptis quib⁹ ob res ſacras quas illi cõtinẽt, vulgo aſtipulanſ humanæ gẽtes) tam perplexo ſinuoſoq; fabularũ latebat iuolucro, vt ad eã indipiſcendã, nõ ſolerti ſolũ indagine opus ab initio fuerit, ſed audaci etiã conatu, vt ex poetarum ſcenis demũ reuulſa, i hiſtoriarũ luce, mediaq; cauea, omni habitu & pſona detracta tuto locarẽt. Quod dum enixe facio, accidit mihi quod & illi, q̃ atra tẽpeſtate ignoto mari deprehẽſus, vbi neq; fiderib⁹ vti poteſt, neq; terræ vſpiã occurrunt, ne q̃d locorũ ignoratiõe offendat, oĩs circa ſe fluctus conto & funiculis ſcrutatur. Sic ipſe dum tenaciſſimo poetarũ cõplexu hiſtoriã aſſerturſ (etem omni verborũ ornatu illis remiſſo, nudã ab eis veritatẽ repoſcebã, qualẽ eos ab initio occupaſſe iudicare par ſit) qm̃ neq; dux mihi vllus, neq; veteris hiſtorię autor aliquis, cui⁹ præſidio aduocationeve freſtus, cũ illis audaci⁹ manũ cõſererẽ, ppria vi nixus, eo vſq; rem ſemel motã ſtudio & cõſtantia peregi: vt præter pauciſſima, q̃ hiſtorię fama icolumi tractari nõ potuerũt, cętera velut poſtliminio recepta in priſtinũ ſint a me ſtatũ reſtituta, ita vt omni fabularũ caligine excuſſa, tuto ac ſine rubore ordinẽ recipiant. Quæ vero deinceps ſcripturꝰ ſum, eo quidẽ magis ſimili moleſtia carebũt, q̃ ea ipſa ab grauiſſimis rerũ ſcriptoribꝰ ſunt fere memoriæ pdita: quorũ veſtigijs inſiſtẽs multo rectiꝰ, pleniuſq; exequar inſtitutũ hũc laborẽ. Addo his tẽporũ rationẽ, quã magis pſpicuã, & ob id relatu faciliorem reddet mihi noua apud Græcos Olympiadũ inſtitutio, q̃ incidet (ni fallor) in primã ſecũdę huiꝰ Enneadis partẽ. Sequẽtur haud lõgo iteruallo Romanorũ geſta a pluribꝰ tã vere q̃ copioſe tractata, q̃ ſua magnitudine rebꝰ aliarũ gentiũ perpetuo quodã nexu cohęrẽtia, nullo maiore ſunt negocio in ordinẽ redigẽda, quibus ego velut nouis frætus auxilijs, tãto alacriꝰ ea q̃ ſequunſ aggrediar, quãto pręteriti incõmodi nõ immemor, ſecundũ hunc operis laborẽ cunctãtius adhiſſem, ſi quæ deinceps ſcribenda ſunt, nihilo ijs quæ ſcripſimus eſſent relatu faciliora. Cæterũ tandiſſem dum res cæterarũ gentium pandere ſe vltro incipient, nihil erit ab inſtituto opere alienum in Hebraicis commorari.

### EIVSDEM ENNEADIS SECVNDAE LIBER I.

POST Salomonis regis interitum conuentus eſt vniuerſæ genti ad Sycimin vrbem indict⁹, vbi populus libero ſuffragio diceret, quem vellet in duodecim trib⁹ regnum obtinere. Nec dubium erat quin Roboam qui eo venerat, ob auitam recentemq; patris memoriam, multo libentius q̃ nouum aliquem hominem dicturæ eſſent regem. Cæterum nõ idoneo tempore ſe in ſuorum poſtulata

Conuentus Iſraelitarum.

durum & difficilem prebuit. Petitum publico erat nomine vt aliquid de seruitio, quod sub eius patre populus pergraue tulerat, Roboas remitteret: daretq; operam vt facili, moderataq; administratiõe esset omnibus quã charissimus, oportere eos quibus legitime regnarent amari a suis, non metui. Nullum regnorum præsidium firmius esse populorũ charitate & beneuolentia. Nemo erat qui nõ hæc vt postulata fuerant Roboam concessurũ arbitraret, qui etsi ne rata quidẽ habiturus esset, quæ ab initio promitteret, ad consiliandã tamen benignitatis & clementiæ famam, nihil cuiquã hominũ, nedum vniuersæ genti eo tempore negatum vellet. Vere longe aliter euenit, nam quum triduum petisset ad deliberandum quid se populo præstare oporteret,

Roboæ consultatio.

confestim vox illa parum popularis auertit hoĩm studia a præsenti rerum statu. Ipse senioribus consilio adhibitis domestice cõsultare cœpit, an quod tam impudenter multitudo peteret, operæpreciũ esset id concedi. Nemo fuit ex maioribus natu, qui nõ sensuerit, ad studium & fauorẽ populi in noua administratione cõsiliandũ, vltro oĩa multitudini deferenda, ferocius iuniores & regis æquales qui secundũ illos cõsilio fuerant admoti, identidẽ clamare, vociferariq; lasciuire ocio & regum indulgentia populũ, iret & se Salomonis filiũ ostẽderet. Da uidis neporẽ, quorum hic regnũ ille religionẽ vniuersæ gẽri stabilisset, qui Israelitarũ opes nomẽq; regiũ longe lateq; virtute bellica & sapientia insigni illustrassent. Denunciandũ stultæ & temerariq; multitudini nõ rem cũ puero ei futurã, cui tam insolenter velut leges præscribere ausa esset: sed cum fortissimo rege, & qui in regia fortuna natus, non ignoraret, quibus artibus esset multitudo cõpescẽda, et quod ad inuictũ animũ cõstantiamq; suã attineret, velle eos nõ ignorare, plus vni suo digito roboris inesse, cã parernis lũbis lateribusq; fuisset, nõ esse proinde cura se intelligẽtiorẽ, q̃ sub illo experti essent, expectarẽt administratiõnẽ, quin satis superq; habituros, si i futuro rege nõ aliquid acerbi offenderint. Quapropter Salomõis regimẽ, a cui memoria tãtopere abhorrerẽt, quod vt immite & graue ambitiose insectarẽtur, ad vnũ sint desideraturi. Ferox iuuenis, quum quod optimũ erat, maximeq; tẽpori accõmodatũ repudiasset ppẽm triduo

Pessimũ iuuenũ consiliũ.

post, in hanc vnã expectationẽ erectũ, tam tristi denunciatione ita affecit vt tẽperare animi nequiuerint, quin a magna parte cõcionis sit reclamatũ, nihil sibi futurũ amplius cũ Dauidis progenie, habere ipse aras, quas pater posuisset, non deruturũ qui inter Israelitas legitime veller imperare. Tentauit Roboas sæuientẽ multitudinẽ per Adorã quendã, cuius opera in tributis exigendis pręcipue vtebat, ad officiũ & concordiã reuocare: quod non modo nõ obtinuit, sed Adoras lenibus verbis populi irã castigare adortus, cõfestim sit lapidibus obrutus. Cuius casu territus Roboas in currũ trepide sublatus, irrequieto cursu Hierosolymã petijt, vbi Benaminij tantũ & Iuditæ eum regẽ dixere, cæterę tribus magno oĩm cõsensu Hieroboæ qui sub Salomonis exitũ fauore pincipũ fuerat ex Aegypto reuocatus, regnũ detulere: atq; ita factũ vt duo iam inde in Iudæa reges fuerint, atq; ex vna quæ fuerat sint velut duæ Israelitarũ gẽtes factæ. Quæ gentis diuisio incidit in quatermillesimũ ac ducentesimũ quintũ mundanæ originis annũ. Roboas delectu ex duabus suis tribub⁹ accuratissime habito, ad centum octoginta milia hominũ instruxit ad bellum vi regnũ ex Hieroboa repeturus. Fuisserq; id bellum haud dubie cruentũ (nihilo enim minoribus

Stolidũ Roboæ responsũ

Israelitarũ regnũ scinditur.

ANNI MVNDI.

erat odijs q̃ viribus gerendum) cæterũ oraculo Roboas per Rameum prophetã monitus abstinendũ bello esse, eam populi defectionẽ ad diuinã prouidentiã referri oportere, necq; ei necq; hoĩm cuiquam cui licere diuinæ voluntati repugnare, his ille destinato bello abstinuit. Hieroboas qui Sycimensi cõuentu rex fuerat creatus, quum forte Schœnophagia statũ gentis sacrũ instarent, veritus ne populus religionis causã Hierosolymã frequẽs adiret, ibiq; plurimũ dierũ cõmercio a se alienaretur, duo vitulina specie simulachra ex auro conflauit. Horum vnum Bethele loco celebri, circa Danem, alterum publice dedicauit, multitudineq; ad cõcionem vocata, ita de pietate & religione disseruit. Scio vos nõ ignorare viri Israelitæ, Deũ cuius prouidentia oĩa reguntur, vbiq; recte propitiari, nullũq; in terris esse locum in quo non ille adsit pie operãtibus, solennes preces & vota exaudiat, quod quũ ita sit, nõ est cur vestrũ quisquã Schœnophagiorũ causã quorũ sacrũ instat, Hierosolymã proficisci velit. Homines tẽplum illud statuerunt, nõ cœlites. Hominis voce dicari contigit, en & homo ipse (quod dicere mihi licet) non minus forasse pius quã ille fuit, nec minus innocens, nequid hoc nomine ab hominibus nostri regni desidereẽ, pro vno, quod Hierosolymis est, duo velut tẽpla vobis cõstitui, aurea vituli effigie vtrubiq; dedicata, ad quas velut aras quasdã Deo Optimo sacra populus persoluat. Adiciam sacrorũ ministros Leuitas & sacerdotes, ne quid ad cultũ religionis vobis desit. Hic illi vitulũ Deo mactabũt, & arietẽ vnũ, quod Aaron pontificũ primus fecisse dicitur, atq; ita vobis post hac tam incolumis q̃ antea manebit sacrorũ ritus. Cæteris totius gentis cõmodis, eius quẽ inter vos legitime regnare voluistis, industria & diligentia deseruiet. His verbis Hieroboas simul & autoritate qua pollebat, traxit stultã multitudinẽ in sententiã, hinc misere genti sensim a vera religione auersæ, oĩm malorum quæ postea secuta sunt, caput & origo extitit. Instantibus igitur Schœnophagijs Hieroboas Bethelem vrbem cõcessit, vbi ara ante vitulũ dedicata, ipse ponti fex ad id creatus cũ sacerdotibus sacra inchaoturus astitit, erãtq; iam hostię altari admotæ, quum Iadan propheta quasi numinis caduceator affuit. Is regẽ coram affatus, primo sacra inhibet prophano ritu inchoari, quibus nisi absistat, fore obnunciat, vt ex Dauitico genere aliquis sacerdotes ad aras ipsas quandoq; crudeliter obtruncet, impiorumq; ossa super ipsum impium cõburat. Quam oraculi speciẽ ne vanã arbitrarenẽ adijcit fore, vt mox ara illa sponte sua in duas scinderetur partes, vt quicquid esset illi congestũ fœde humi diffunderetur, nec oraculo fides defuit, quin repente miraculũ est oculis oblatum, ara in partes duas abrupta, omnemq; sacrorum apparatũ velut Deo ingratũ discussit. Secuta & alia admiratio. Regis dexterã quam in prophetam violenter intenderat subito languore obtorpuit, tabescereq; cœpit, quũ Iadan precibus regis fatigatus, pristinã illi valetudinẽ ab numine impetrauit: mox comiter inuitatus, ab regis & aliorũ conuiuio velut pphanũ abhorrẽs pertinacissime abstinuit. Et iã Hierosolymã versus vnde venerat iter intẽderat, quum homo quidã grandis natu, qui & ipse ob creditam diuinationẽ in summa erat apud regẽ veneratione. Tenebat se is in priuato, cæterũ nunciantibus filijs quæ sub Iadanis aduentu facta essent miracula, & quã festinato Iadan vrbe excessisset, cõfestim mandat sibi asinum clitella insterni, in quem subla-

Iadanis prophetę denũciatio.

hieroboam tabescit.

tus pleno gradu in abeuntem ire pergit, eũq; nec

procul



procul vrbe assecutus, sub ilice arbore quiescentẽ inuenit: hic quũ vterq; alterũ salutasset, mirari se dixit Bethelcius senex, q̃ homo ppheta ad prophetã nõ diuertisset, cæterũ oraculi iussu properasse se eũ ab instituto itinere reuocare, vt hospitali mẽsæ admoueret. Credidit Iadan, atq; vna in vrbẽ reuersus Bethelej hospitis domicilium subijt, hic hospitali mẽsæ admotus, senis fraudẽ cõtinuo sensisse dicit, subitoq; numinis afflatu fore prædicens vt paulo post, qm quæ agere iussus esset, parũ rite peregisset, inter eundum a leone laniaretur. Haud dubie apparet ad eleuandã Iadanis fidẽ Bethelesum senẽ in vrbẽ eũ retraxisse, vt si a se decipi cõtigisset, assertæ diuinationis apud regẽ coargueret. Cæterũ ita numini placuisse credere par est, vt Hieroboas rex & alij præsenti metu leuati suæ impietatis aliquãdo meritas luerẽt pœnas, discerptũ a leone Iadanẽ Bethelej hospitis filij iussu patris sepeliuerũt: ipse senex ad eũ metũ discutiendũ, qui regẽ & alios ob ea quæ acciderãt incesserat (ficta em diuinatione magna ex parte prauã religionẽ induxerat) regẽ adijt. Ad quẽ multa de Iadanis fide cauillatus, & a se eũ deceptũ, & inde a belua laceratũ denũciat, nec prodigij loco duci oportere, q̃ aut ara in duas partes scissa esset, aut ipsi⁹ dextra debilitata, lassitudinẽ eã fuisse ex nimia victimarũ atractatione, Arã rudi adhuc materia nimiũ rerum onus ferre nequiuisse. His ille regis animũ etsi religione & metu iãdudũ occupatũ, pronum tamen ad superstitionẽ, facile perpulit, vt nihil de nouo ritu amplius mutaret.

Iadan pphęta a leone laniatur.

Hieroboæ contumacia.

Cõditio plurimarũ vrbiũ.

Roboas interim omni (vt dixi) recuperandi regni actione deposita, vt suarum partiũ opes firmiores redderet, plures cõdidit intra suos fines vrbes, Bethelem, Icam, Tecos, Bechsurã, Sochum, Odollã, Nipam, Meresam, Zipham, Adorã. Iachim vero Zetherã, Hellũ, Nebronemq; instaurauit. Multiq; mortales interim antiquæ pietatis desiderio, ab Hieroboa Hierosolymã perfugerunt. Quo factũ, vt triẽnio quo Roboas moderati⁹ regnauit, supra modũ res eius regni creuerint. Sed præsens rerum successus, & effrenata libido, ipsum quoq; vt patrẽ a vera pietate & iustitia diuersum abripuerũt. Deuinxit is sibi duodeuiginti fœminas matrimonio, & i his Machã, Absolone genitã, ex qua illi Abias natus est, nec tam vario cõnubio contẽtus, pellicibus est triginta vsus, quo factũ vt virilis stirpis filios octo & viginti extulerit, filias sexaginta. Sed

Hierobo as Abiæ bellum infert.

sic fere cõparatũ est vbiq;, vt quales sunt principũ mores, tales sint & eorũ q̃ ab illis regũtur, Roboæ vita malis libidinib⁹ profligata, mox cũ eo cætera multitudo in omne nephas & scelus abijt, necq; pietas, necq; rectũ cuiquã curę esse amplius, libidine & luxuria lasciuire: sed quo impudẽtius in omne flagitiũ ruebat ciuitas, eo celeri⁹ secuta est vltio. Sesachus Aegyptiorũ rex cũ. LX. milibus equitũ, peditum quadringẽtis, currib⁹ ad bellũ instructis mille & ampli⁹, Roboæ regnũ ingressus, primo occursu vrbes Hierosolymæ circũiectas vi cepit, regiæ inde vrbi copias admouit. Tum rex & alij fauore numinis destituti, quũ aliquãdiu obsidionẽ tulissent, demũ fracti animo, omniq; spe futuri successus abiecta, certis ditionib⁹ hostẽ intra muros accipiũt.

Roboæ vita infelix.

Abię oratio ad ho stes.

Diripit tẽplũ & regia ab ęgyptijs.

Tum Sesachus fœdera aspernatus, oĩbus sacris thesauris templum spoliat, regiæq; domui clypeos & hastas aureas adimit. Miror Iosephum hunc dixisse, quẽ Herodotus Sesostrẽ appellat, quũ ille, si recte tẽpora ab ijs quos sequimur digerũtur, aliquot ætates Roboæ regnũ præcessisset, verum quisquis Sesachus fuit, ac quocunq; tẽpore, nam id pro certo haud ponere ausim: Roboas vt faciẽ cladis illi⁹ domesticę resarciret, pro aureis hastis & clypeis pari numero ære facta reposuit. Vixit inde plures annos homo oĩbus ingrat⁹. Perijt annos nat⁹ octo & quinquaginta quũ septẽdecim regnasset, multoq; maiore parte tẽporis iniurijs & infamiæ obnoxi⁹. Potiti sunt rerum cũ eo Therspippus Athenis, in Achaia Primas quartus Corinthiorũ rex, in Latio Athis Syluius qui septimus Albæ ab Ascanio regnauit, Lacedæmone Beristhus, Pirinthiades in Assyria q trigesimus secũdus rex fuit a Nino. Incidit Israelitici regni diuisio, quæ a Roboæ temeritate, vt supra est a nobis demonstratũ, pfecta est, nisi quis hãc quoq; vt cętera ad diuinã referat prouidẽtiam, in eũ annũ qui supra quatermillesimũ quintus fuit ab orbe condito, ac ducentesimus. Abias Roboæ successit, hunc paterni regni opibus Aegyptiaco bello fractis, & ætate nondũ studijs bellicis satis matura, sibi iniuriæ opportunũ ratus Hieroboas, haud multo postquã pater vita decessit, terribili bellorũ apparatu est adortus, sue impietatis furiæ hominẽ agebãt in omne scelus præcipitẽ: quip pe qui præter Iadanis minacissimũ responsum per Achiã quoq; propherã, ad quẽ vxorẽ ignoto habitu de salute filij grauiter ęgrotãtis Silonẽ scisitatũ miserat, responsum inde erat, fore, qm a veri Dei cultu deflexisset: vt grauissima vltio omnem eius progeniẽ sequeretur. His terrificis prophetarum dictis non modo ille non aliquid ex præsenti impietate remisit, sed tam graui etiam q̃ nephario bello Iudaicum nomen implicuit. Si licet rerum scriptoribus in his quæ dicuntur suam aliquando coniecturam interponere, videtur mihi Hieroboas non tam religionis aut gentis odio (vt Iosephus existimat) arma induisse, q̃ vt Abia paterna sede depulso, diuisum nuper regnum iterũ si victoria secuta esset in vnum coalesceret: sed quancunq; ille insederendi belli habuit causam, ad Amorreorũ montẽ cũ octoginta milibus hominũ tumultuose cõscendit. Nec Abias qui super ætatẽ sapere creditus est, in retã trepida desedit, quin delectu accuratissime ex duobus tribubus habito cum. LX. millibus bellatorum illi obuiam progressus, haud procul ab hoste castra fecit, & iam acies pugnandi studio in procinctu stabant, quum Abias ex edito quodam loco manu & voce silentium dum pauca loquerẽtur ab hoste petijt. Quod vbi illi datũ est, sic inter vtranq; aciẽ stans locut⁹ dicitur. Nemo est, inquit, vestrum viri Israelitæ, qui non aliquando audiuerit regnũ in omne Hebraicũ nomẽ Dauidi nostræ familiæ autori a Deo per prophetã concessum, nec ipsi solum, sed ijs quoq; qui ab illo procreati essent in multas ætates incolume mensurũ, nec in animũ inducere possum, vos alieno furore ab antiqua religione ita alienatos, vt nõ adhuc persuasum habeatis, nihil magis incassum mortales laborare, cã diuinæ obsistere voluntati, quæ quo melius vobis cã cæteris gẽtib⁹ nota est, eo magis magisq; miror, ecquænã obliuio, ne amentia dicã: vos viri Israelitæ q religioni & iustitię semper cõsultũ voluistis, eo die cepit quo Roboæ Salomonis filio, Dauidis nepoti regnũ abrogastis: nec video cur pauca verba q̃ nõ tam naturæ virio, cã ferocioris ætatis, vel quorundã potius æqualiũ stulta persuasione excederant, maioris apud vos momẽti esse debuissent, cã aut patris eius, aut aui in vniuersam gentẽ meritum. Sed fuerit esto iprouidi viri intẽpestiua actio oĩm malorũ causã, nihil Dauidis factitas, nihil Salomonis sapientia sit apud vos merita: dicite quæ so quæ dira mentis caligo, quæ rerum omniũ oblivio animos subijt, vt impium regem secuti pro religione

ANNI MVNDI.

ligione superstitionē, pro pietate impium cultum, pro vero & singulari Deo, in cuius tutela maiores nostri semper fuere, dæmones sequereminiʾ. O infelicem diem, o Sycimin execrabilem, tuq; crudelis Hieroboa, qui in tenebras inextricabiles decē nobilissimas tribus conieciſti, quas tanta indole in libertatem assertas Moses ad verum religionis cultū traduxit. Sed quid ego Israelitæ viri, magis vestrā q̄ omniū fortunā queror? Aut quem potius q̄ te accusem impie Hieroboa? qui non cōtentus, Israelis progeniem a vero cultu alienasse, vitulos pro Deo colendos posuisse, vanos lucos, vanasq; aras dæmonibus consecrasse, augustissimum Dei templum, aram pientissimam oraculo erectam, rite dedicatam, Arcam fœderis, ministros leuitas nefario bello peristi, eo (quis ignorat?) cōsilio: vt q̄quid veri cultʾ veræq; pietatis in terris supersit, id prius ciuili cruore prophanatum penitus extinguas? Sed scelerum furiæ Hieroboam agunt Israelitæ viri, vos quæso pietatē respicite, vos dirum nefas inhibite, nec quia plures numero adestis, in eo spem victoriæ reponite, quasi nunquā fando auditum sit quoties maiores nostri præsidio numinis adiuti, pauci inermes ingentissimos profligarunt exercitus, hinc pietas inde iustitia nostrā munitū aciem, his ducibus conflicturi sumus, harū ductu dimicaturi, vos in quæ numina ituri sitis dum licet aduertite, in omni re tarda pœnitētia est, sed in bello tardissima. Videbatur Abias huiusmodi verbis motum omnino aliquē apud hostes facturus, quū constet sunt qui ab Hieroboa missi fuerāt, vt Abiā a suis exclusum interciperent, quæ res ab Abianis præuisa confestim ijs materiā præbuit cū hoste cōcurrendi. Primoq; sacerdotibʾ tubis canētibus pugnam capessunt, mota inde cętera acies, nec diu ancipiti est euentu dimicatū. Hieroboæ copiæ metu solutæ fugaq; dissectæ ingentē Abiæ victoriā reliquere. Quinquaginta Hieroboanorū milia eo die desiderata dicūtur. Abias haud præsenti victoria cōtentus, in hosticū transijt, ibi plures vrbes vi captas diripuit, & in his Betuliā, quam cū circūiecta regione præsidio retinuit. Hieroboæ rebʾ vno prelio, sed eo calamitosissimo fractis, Abias Samariā iam inde suis habuit armis obnoxiā, eiʾ vita omni no breuis, triennio quo regnare cœpit ex humanis decessit, octo & triginta filijs promiscue prolis superstitibus relictis. Qua coniectura adducor Abiā haud tam iuuenē fuisse q̄ Iosephus scribit, quum a patre regnum accepit. Asas quem ille ex Macha genuit, in regnum successit. Cuius altero regni anno Hieroboas perijt. Nadab eius filius diræ superstitionis ritum cōplex, tam impie q̄ pater res Samariæ administrauit. Nec felicius q̄ ille Palęstinis bellum intulit. Premebat ille Gebethum vrbem graui obsidione, quum Baasæ hospitis fraude altero sui regni anno perijt. Baasa quidē rerū potitʾ oēm Hieroboæ progeniē (quod ille in humanis adhuc agens ex oraculo futurum cognouerat) crudeliter extinxit. Melior alterius regni sors fuit, cuius opes Asæ ductu, & auspitijs, domi pietate, foris rebus prospere gestis maiorem in modū augeri contigit, æque ille religionis, belliq; laudis studiosus, qui etsi nihil ex ipso sacrorum ritu veteriq; cerimonia eximi prætermittive pateretur, quæ tamen ad rem bellicam attinebant, pari studio successuq; administrauit. Iosephus autor est habuisse illum in armis bellatorū quingenta. L. milia, quorū pars maxima scuto vterentur, cætera multitudo partim hastati, partim sagittarij. His Asas viribus fræus ad Morisam Iuditarū vrbē cū Zara Aethiopiæ rege, qui cum. CC. milibus peditum, decē equitū: vel vt diuinæ literæ habent, cū decies centū millibus bellatorum: &. CCC. currib⁹ Palæstinę fines ingressus, ad ea vsq; loca victor penetrauerat, intrepide confixit: causam ilati ab Aethiopibus belli nullā autores, quos sequimur, tradunt. Tantum memorāt Aethiopem ingenti prælio victum in Geratidem regionem vsq; ab victore Asa victricibus copijs cū multa cæde actum: ingens præda parta, argenti et auri vis maxima in hostium castris reperta, capti ad hæc cameli quāplurimi, exercitus cum opulēta præda domum reductus, ad cultū religionis Azariæ monitu aliquanto etiam intentus reuocatus. Baasa qui neq; Hieroboa, neq; Hieroboæ filio im pietate & sæuitia inferior fuit, nec Gimonis prædi catione melior factus, Ramatham vrbē. XL. stad. ab Hierosolymis cepit, captamq; ad destinatū hostem bello lacessendum valido præsidio firmauit. Nec Asas hos Baasæ motus claudis spectabat oculis (haud enim dubium erat quorsum ea vis tenderet) misit confestim legatos cum magno auri & argenti pōdere ad Benadadum Damascenum regē, qui antiquo fœdere cum eo renouato ad Baasæ fines bello incessendos hortarentur, quod ille cū nihil grauate fecisset, trepidissimis nuncijs Baasas reuocat⁹ (afferebatur enim Damascenis armis regni fines vastari, et iam vrbes in his nonnullas capras, & incensas esse) Ramathina munitione abstinuit. Eo igitur digresso, Asas loci opportunitatem haud aspernatus inchoatum ab hoste opus ad exitum perduxit, Gabaa & Masipha haud procul inde cōstitutis. Quieuit iam inde Baasas, sed nihilo tutior in ocio fuit. Creon domesticis insidijs exceptū obtruncat. Helan filius est illi surrogatus. Hunc eo biennio quo regnare cœperat Zamarias equitū præfectus, quum apud dispensatorem suum cœnaret, paucis in eum equitibus immissis, improuiso oppressit: ac nequid ad occupandum regnū sibi moræ fieret: post regis cædem omnes ex Baasæ domo ad vnum sustulit, quod futurum Gimon ꝓphera Baasę multo antea fuerat vaticinatus. Helanis cæde ad exercitū perlato, ingens militū animos indignatio cepit, Amaricq; duce sibi constituto vlciscēdi sceleris studio, confestim motis castris in Zamariam regiæ cædis autorem tendunt. Erat tum ille Thersæ: qua sub primum copiarum accessum vio lenter capta, Zamarias ne viuus in militum potestatē veniret, seipsum cū regia domo cōcremauit, quū septē duntaxat dies regiū nomen obtinuisset. Hic seditione inter milites orta, quum alij Themanem, alij Amarin regnare vellent, Themane militari seditione interfecto, Amaris est rex consalutat⁹: qui duodecim deinceps annos rerū est Samarię potitus. Fuit is nihilo in populū mitior q̄ cæteri fuissent, sed pietati & religioni multo infestior. Ababus ei filiʾ successit, qui paterna secutʾ vestigia superbiæ odiū pietatis, oibus probris se regiūq; nomē contaminauit. Diuerso ab his rerū cursu omnia interim Heirorolymis florere, quietior rerum status, & ob Asæ mā suetissimā administrationē pietatisq; cultum multo felicior. Sed dum hæc in Iudæa fiunt, in Latio Capys octauus ab Ascanio Albæ regnū tenuit. Sunt (quod miror) qui Capuæ, quæ super Vulturnū amnē sita est, hunc autorē arbitrarentur quum multo plures eum qui fuit Aenæ comes autument. Liuius & Strabo a campestribus locis quibus sita est, vrbem appellatam significare videntur: Vulturnumq; ab initio dictam. Hetruscorū id oppidum non Albanorum alteriusve gētis fuisse. Alicarnaseus Dionysius, in ijs quæ varie sunt de vrbis

Perora-tio.

Abiæ victoria.

Abiæ mors.

hieroboę mors.

Baasa.

Asæ potentia.

Asa Aethiopem prelio superat.

Irriti Baasę conatʾ

Baasæ cædes.

Samaritanorum seditio.

Amaris rex.

Ababus.

Capys Capuæ cōditor.



vrbis origine prodita: vulgatū fuisse ait sermonē, Aeneæ filios post eius interitū inter se Latinorū regnum partitos, Ascaniumq; Albam & alia quædā oppida cōdidisse: Romū vero Capuā quā a proaui noie sic appellauerit, & alterā ab eo cōditam quam Anchisten ab auo: tertiā a patre Aeneam vrbē, quē postea locū Ianiculū dixerint: nouissime Romam ipsam a se denominasse. Cæterū trāquillus (quod ad Capuæ nomē attinet) autor est: paucos ante mē ses q̄ dictator Cæsar sit in curia interfectus, tabulā æneam veteri monumento circa Capuam repertā in quo dicebatur Capys eius vrbis conditor sepultus: literis & verbis Græcis ita conscriptā, quando ossa Capys detecta essent, fore, vt ab Iulo ꝓgnatʾ manu consanguineorum necaretur. Quæ si vera sunt qui nomen ipsum a cāpestri loco factum existimant: in manifesto fuisse errore videri possunt. Capys igitur Albanum regnum Capeto tradidit, quo sane tēpore Lacedæmone rex erat Agesilaus. Fuit & alius eodē nomine aliquod post ætates longe illustrior, cuiʾ gesta suo a nobis loco postea reddenda sunt. Phorbas per id quoq; tempus Athenis est rerum potitus, Corinthi Bacis, in Assyria Orphateus tertius a Nino & trigesimus, in Aegypto Nesphercheres. In Iudæa Asas altero et quadragesimo sui regni anno vita decessit, Iosaphat ex eo natus regnum a patre per manus accepit, quum haud multū antea Achabus Samariæ regnare cœpisset. Is Iezabelem Ionabalis Tyriorū regis filiā duxit vxorem, cuius suasu eo insaniæ processit, vt super vitulorum cultum, quem a maioribus acceperat, alienos etiam deos complexus, passus sit intra sui regni fines lucos illis & aras cum sacerdotibus constitui, & in is Baalis templum quem Sidonij peculiariter colebant. Ad hunc igitur Helias ex Tresbite Galaaditidis terræ oppido venit, a quo est monitus, fore, vt ob præsentem impietatem, sideris ardore longaq; cœli intemperie, toto eius regno fruges cum omnibus animantibus absumerentur. Quibus ille minis quum nihil ab impio instituto absisteret, prophera Sareptā vrbem haud procul a Sidone contendit: vt quam longissime ab Achabi scelere abesset. Hic cibo a vidua muliere refectus eius filiū haud multo post morbo extinctū ad vitā reuocauit. Mox in grauissima cœli intemperie Helias a rege requisitus, repertusq; in Carmelo mōte, Achabo & multis mortalibus videntibus ad coarguendam alieni ritus stultitiam Dei maximi aræ admoram sine igni in holocausti speciem totā cœlesti flamma ad tempus delapsa concremauit. Populus rei miraculo perculsus sacerdotes quos alienis Dijs Achabus & vxor sacrarant, trucidauit. Tū vero impiæ Iezabelis iræ in Heliam exarsere, cuiʾ imperio ad supplicium requisitʾ, sese ille e medio proripuit, Berſabeamq; petijt (in Iuditarum finibus ea vrbs sita fuit) inde per deuia & ignotos saltus ad Sinam montē solus pertendit, inibi quum aliquandiu profundā speluncam incoluisset, cœlesti voce iussus est in Samariā redire. Ibiq; Hieum Mansi filium futurū regem inūgeret, & Heliseum Abeli indigenam sibi prophetā subrogaret. Ferūt in eum arātem pallio ab Helia iniecto, confestim exignaro & agresti diuino spiritu afflatū. Ipse vero posteaquā numinis imperiū peregit, haud multum deinceps in humanis versatus, Heliseo videntē in cœlū est assumptʾ. Sed priusquā hæc in eo euenirent cū Achabo rege iterū congressum significare videtur Iosephus, a quo monitus sit futurū, vt ipse cum tota progenie nō multo post graues esset pœnas expensurus, ob Nabothi cędē, quē Iezabel vxor sub falso crimine populo necandū obiecisset vt eius prædijs potiretur. Tali oraculo Achabus consternatus saccum induit, humiq; miserabili modo afflictus venia precari, qui cū aliquādiu in hoc luctu & mœrore fuisset, iterū propherę voce est iussus bene sperare, nec ignorare meritam cędis vltionem ad posteros, non ad se peruenturā. His ille leuatʾ, haud multo interiecto tēpore, difficili est bello ab Adado Syriæ & Damasci rege petitʾ. Causā illati belli nō reperio, tantū Iosephus scribit legatos ex Syria ad Achabū venisse, vxorē & omnē regiā supellectilē sibi dari postulātes, polliciti fore vt si ea impetrata forent, cōfestim ex Samariæ finibus Adadus excederet. Premebaʒ iam dudū Achabus grauī obsidione: vt se igit et suos præsenti bello leuaret, respondit se imperata facturū. Postridie vero quū ijdē legati affuissent, peterentq; fieri sibi potestatē secreta oia perscrutandi, vt ex fide repræsentarentur oia quæ dedita essent, cōmotus impudentioribʾ postulatis Achabus, eos ex vrbe eiecit, populū ad concionē vocauit: hic q̄ insolens hostis per legatos dari perijsset, exposuit, et q̄ ipse, p suoꝝ incolumitate dare ab initio non abnuisset. Cæterū redijsse ad se eosdē legatos, qui ad hoc missi essent, vt totā regiam ad libitum compilarent, quoniam si ita Deus velit, statutum habeat Syrus Samariæ regem, quē improuisi belli terroribus obnoxium sibi fecerit, non vxoribus modo, regiaq; gaza multare: sed nudum etiā statuere. At ne nō omnia me pro vestra salute velle arbitremini, vitā propriā nedū opes (modo sentiā vos ita velle) parat⁹ sum pro meorū incolumitate effundere. Ibo ego ac (si ita vobis cordi est) non regiā solū illi patefaciā, sed nudus in castra egressus crudelissimo hosti iugulū aperiendū dabo: scio & fateor nihil magis regē decere, quā suo sanguine (si sanguine opus sit) populum seruare. Sed vos hic corā quod in hac re mihi sit agendū dicite, quæso: nam quod ad me attinet nulla est fortuna tam miserabilis, nulla tam tristis & horrida, quam pro meorū salute non sim vltro libens sciʒ subituras. Cōmotus tam populari oratione superbisq; hostium postulatis populus, omnia prius sibi ferenda exclamat, quā conditiones pacis tam ignominiosæ acciperet, dergeret modo rex vrbem tueri, cōfidere se futurū: vt vel Deus, vel mortales ipsi aliquē calamitoso bello exitū inuenirēt. Conuersis igitur ab omni pacis studio ad arma, superuenit propheta victoriā per iuuenes principum portendi demonstrant. Achabus etsi minacissima hostium denunciatione admonebatur, ne temere pergeret vim pati velle, quū tam numeroso cingeretur exercitu, vt si singuli terræ glebulam mœnibus admoueant, momento tēporis videat murorū fastigia aduersis aggeribʾ æquari, prophetæ tamen vocibus suorumq; cōsensu fretus, centū & triginta ex omni iuuētute lectos, ex propinquo iuber quæ in hostiū castris fierent diligenter explorare, qui speculati missi fuerant, stationarios militēs vino & crapula prostratos eximprouiso opprimunt, cæteroscq; cū cæde & tumultu in castra prosequuntur: fecit improuisa res, vt fœda fit fuga confestim inter hostes orta, quod quum Achabus in omnem occasionem intentus animaduertisset, copias quas in hunc vsum circa portas instructas habuit, continuo in Syrū sua sponte turbatū, cum clamore & crepitu immittit. Auxit ea res vanum hostium terrorem, fugaq; semel inclinata, haud amplius sisti potuit. Syri castris exuti per æqua & iniqua cū multa strage aguntur. Adadus equi pernicitate seruatus est. Iosephus autor est duos & triginta

Capys vaticinium.

Achabʾ rex. Iezabel.

Baal. Helias.

Viduæ filius.

Heliæ fuga.

Heliæ exitus.

Achabi concio.

Adadus Samariā depopulatur.

Adadus profligat.

Adadus bellū reparat.

triginta cum eo principes ad id bellū veniſſe, quibus iuſſis bellū reparare, ſub vernū tēpus aliquāto maiore rerum apparatu Adadus Samarię fines ingreſſus, ad Aphecantē ī aperta planitie caſtra fecit. Achabus & ipſe pene inuictum habens exercitū in æquū deſcēdit, meratuſq; haud procul ab eo caſtra, etſi viribꝰ erat inferior, memoria tamē ꝓximi belli, ī ſpē q̄ maxima eſſe alicuiꝰ futuri ſucceſſus. Fuit vtrinq; aliquot dies ſilentiū. Septima demum luce Syrus oēs copias in aciem educit, nec Achabus pugnam detrectauit: nā tum quoq; ꝓpheticæ hortatione fretꝰ, nihil de victoria dubitauit. Magnis vtrinq; animis eſt concurſum, pugnaq; diu anceps fuit, demum Syri multa vi pulſi, atq; ī fugā acti, ad centum milia hominū & amplius amiſere. Ingens vis hoīm q̄ media ſtrage reuulſa, ſeſe trepide in Apheciam iniecerat, haud multo poſt murorū ruina eſt oppreſſa. Adadus fide prius accepta, ad Achabum victorem venit, a quo ſuppliciter ad pedes proſtrato, adorari ſe Samaritanus rex non eſt paſſus. Cæterum in currum prius ſublatum honorifice appellauit, multiſq; muneribꝰ donatum incolumē domū remiſit, qua beneficentia Syrus prouocatus, oīa loca quæ ſui maiores Iſraelitis bello abſtulerant, ſe Achabo redditurū eſt pollicitus, & cum his Damaſcum vrbem clariſſimā. Atq; hunc exitum habuit bellum, quod Syri Iſraelitis bis magno apparatu maioreq; tumultu intēderāt. Fuit ea victoria Achabo minus læta, ob ea quę ex oraculo acceperat. Micheas ꝓpheta. Micheas ad eū propheta venit, haud dubie affirmans, futurum, vt ab hoſte infeſtiſſimo, quem ipſe ſua ſtultitia ſeruaſſet, aliquādo interficeretur. Ea voce vehementer turbatus Achabus Micheam cuſtodiri iuſſit, ſimulq; in Samariā futurorū ſolicitꝰ, cum victore exercitu reuerſus eſt. Et is tunc erat circa Samariam rerum ſtatus. Ioſaphatus interim, & qui ſub eo erant pietate & ocio florebant, deſtinauerat ille præter cætera iuſtitiæ documenta, quæ a principio ſui regni poſuerat, ſacerdotes ex Hieroſolymis circa vrbes quæ ſuo parebant imperio: vt patrias populo leges prædicarēt, ad earumq; cultum hortarentur, quo pio inſtituto mire iuſtitia & equitas toto regno creuerat. Huius rei fama moti reges & circumiectæ gentes, vltro Ioſaphati amicitiam per legatos poſcere, multaq; & magna vndiq; illi congerebantur munera, ſed neq; ſolers diuinorum cura, ſtudiumq; a reliqua adminiſtratione regium auertit animum. Nullus vnquam Hebræorum regum, tot hominum milia habuit in armis. Ioſephus auctor eſt, nouies centum milia bellatorum ſub eius ſignis militaſſe, ſunt qui duodecies & amplius ſcribant. Hunc felicitatis curſum vnum duntaxat factum deformauit. Ioras eius filius Gotholiam Achabi filiam vxorem ſibi deſponſerat, eaq; affinitate fretus Achabus ex Ioſaphato petīt: vt ſocia ſecum arma aduerſus Adadū Syriæ regem iungeret, habere ſe in animo Ramothum vrbem in Galaaditide terra ſitam, quam maiores ſui tenuiſſent, nec ſibi reſtitutam, ex Adado armis repetere, id Ioſaphatus nihil grauate præſtitit, pulchrum ſibi & honorificum ratus, hominem ſuæ gentis, no uaq; affinitate ſibi nuper deuinctum, aduerſus externas gētes armis iuuare. Collatis itaq; caſtris, placuit priuſq; in aciem deſcēderetur (nam & Adadus cum quammaximis potuit copijs obuiam proceſſerat) numinis voluntatem ſciſcitari. Habebat Achabus propheratum penes ſe numeroſum cœtū, quibus in medium accerſitis, cum omnes victoriam portendi affirmarent, nihil eorum prædictioni Ioſaphatus credere, haud quidem ignarus, ob. Syri iterū prelio vincunt. Ioſaphati copiæ & opes. Ioſaphati filiam vxorem ſibi deſponſerat affinitate fretus Achabus ex Ioſaphato petīt liatur.

prauum ſacrorum ritum, vanum eſſe omne illorum vaticinium, ab Achabo itaq; ſciſcitatur, an præter illos, quos circa ſe frequentes haberet, eſſet aliquis cui ob exploratam diuinationem maior fides haberi poſſit. Tum Micheas Achabi iuſſu e cuſtodia eductus, de euentu pugnæ dicere iuſſus eſt. Is omnia ad priorem diuinationem referens, iterū cecinit Achabum a Syro interfici oportere, eoq; bello haud dubie caſurum ac futurum vt canes, quemadmodum Helias antea ceciniſſet, eius ſanguinem lamberent: tum Sedechias prophetarum vnus (is magna erat apud Achabum exiſtimatione) ad Micheæ diuinationem eleuandam, & vt rē gem præſenti metu leuaret. Nemo eſt inquit rex, qui non perſpicue intelligat, ſi rem attendat, vana eſſe omnia quæ Micheas de tuo exitu confinxit, aitille te præſenti bello interiturum, qui ſi verus ſit vates, iam falſa fuerit Heliæ prædicatio: fore, vt tuum cruorem canes in Naboth eo agro lingerent, vt iuſtiſſimi olim viri linxiſſent, quem vxor tua occidendum populo tradidit: q̄ ſi hic cadendum ſit, irrita ſunt quæ de te propheta ſummus euentura vaticinatus eſt, verum vtri maior habenda ſit fides, nemini dubium eſt. Sed egometipſe experiar, ſi iuſſeris, quæ huic habenda ſit fides. Conſtans fama eſt Hieroboæ dexteram, quæ vim prophetæ intulit, ſubito contabuiſſe: pulſabo inquit Micheam, ac ſi noxa inde vlla ſecuta fuerit, ſatis tibi & aliꝭ erit exploratum, fidem eius dictis nullo modo defuturam. Hæc ille, ſimulq; regis permiſſu Micheam palma percuſſit. Cæterum quum id impune feciſſet, metu Achabus liberatus, in aciem copiam eduxit, eius pugnæ exitus declarauit numinis prouidentia contigiſſe, vt nulla ex ea iniuria vltio ſecuta ſit, ne ſi aliter euenīſſet fatali exitio mora fieret. Erant regum animi, etſi præſenti metu leuati, haud tamen omnino liberi religione. Quare ita inter ſe comparāt, vt Ioſaphatus ſtola cæteriſq; regijs inſignibus in acie ſtaret, Achabus gregarij militis habitu pugnam cieret. Dicitur Adadus ſuis præcepiſſe, vt tota acie Achabum ad interitum requirerent, homo omnium ingratiſſimus, qui tanto ſtudio mortem hominis optauerit, a quo tertio ante anno vitam dono acceperat. Potuerunt ſcio ego, præter Ramoti cauſam, media temporis intercapedine nouæ inter eos offenſæ exiſtere, etſi autores quibus curæ fuit hæc prodere non dicant, quid in cauſa fuerit quod vterq; alterum tam infenſe oderit, vt hic regnum, ille vitam alterius petierit. Cōmiſſo igitur prælio, fatalis neceſſitas Achabum in eum locum pertraxit, vbi ſagitta ab hoſte immiſſa letiferum accepit vulnus. Traxit tamen aliquandiu pugnam, verum inclinante die, quum aſſiduo fluuio ſanguinis conſiſtere amplius non poſſet, aliquanto prius q̄ animam efflaret, pugna exceſſit, dein prælio ī noctem extracto, vbi primū Achabi caſus rumoribus vulgatus eſt, Iſraelitæ fuga delapſi in pacatū conceſſerunt. Regium corpus Samariæ eſt ſepulchro datū, mortui cruorē (quod multo antea Helias viderat) circa Iſaram Samarię fontem, vbi Achabi currus eſt abſterſus, lampſerunt canes. Continebatur Iſara Nabothei agri finibus. Ioſaphatus ex acie reuulſus Hieroſolymam ſe trepide recepit, nec longo inde interiecto tempore, ab Hammonitis, qui Moabitas & Arabum auxilia ſuis viribus adiunxerant, bello eſt petitus. Tres ita gentes Ioſaphati regnum hoſtiliter adortæ, & ad Aſphaltidem vſq; lacum tumultuoſe progreſſæ, Gaddum lacui adiectum obſidione cingunt. Diſtat ab Hieroſolymis locus ſtadijs trecentis Micheas. Sedechię facinus. Achabi caſus.





centis, præcipua ibi palma, opobal famiq; vt Ioſephus ait, prouectus. Huiuſmodi bellorū minis Ioſaphatus territus, ad diuinā opem homo ſacrificulus cōfugit, cuius iuſſu ſupplicatum eſt promiſcue ab omni ſexu, & ætate. Heliſei deinde voce factus certior, victoriā de hoſte ſine prælio adeſſe, cōſcripto exercitu in Thecuæ deſertis conſedit, inde priuſq; ad hoſtes veniretur, dira libido illorū animos cœpit in ſe hoſtiliter ſeuiēdi, tātaq; cædes ſecuta, vt ex numeroſiſſimo nuper exercitu, q̄ppauciſſimi ſuperfuerint. Incidit in tetrā illā ſtragem Ioſaphatꝰ, collectiſq; per triduū ſpolijs, hoſtiūq; caſtris direptis, Deo Optimo Maximo ob victoriā clariſſimā ſine vlla ſuorum clade quæſitā gratulatus eſt, manſit iam inde loco nomen vt laudum actionis ſit vallis nūcupata. Fuit inde rerum ſtatus circa Hieroſolymam pacatiſſimus, binaq; Iſraelitarum regna ob regum amicitiā, pacate inter ſe agentium, opibus & ocio floruerunt. Medio itaq; tēpore Ochozias Achabi filius qui nihilo patre erga religionē melior fuit, quum Moabitæ ſubita defectione annuū tributū abnegaſſent (Ioſephus tributi ſummā explicat, trecentaq; ouiū milia ait intonſa dari ſolita) medio belli apparatu graui ſcalarum lapſu debilitatus, quum modica ſpe vitam traheret, Acharonem miſit, qui ex vano quodam eius gentis oraculo ſciſcitarentur, an ex eo eſſet languore conualiturus, ijs qui miſſi fuerāt Helias factus eſt obuius, monuitq; impie facere Ochoziam, qui alienam ſuperſtitionem ſecutus, dæmonum ſectaretur præſtigias, irentq; & regi nunciarent futurū, vt non multo poſt vitam cum morte ꝓmutaret. Hic cōmotus Ochozias, petijt quis eſſet is, a quo reſponſum ad ſe tuliſſent, neſcire ſe nomen illi confeſti ſunt, cæterum hirſutum corpus, ſcorteaq; præcinctum. Senſit tum Ochozias Heliam adeſſe, miſitq; ad eū tribunū cum paucis, qui ſi venire ad ſe recuſaſſet, vel inuitū traherent. Repertus eſt prophera ſedens in monte, ſuperbeq; & minaciter iuſſus ad regis conſpectū properare, miraculo accidiſſe aiunt, vt cœleſti flāma ſit tribunus & qui cū eo erant continuo abſumptus, atq; ſimilē cladem expertos qui ſecundo deinceps loco a rege venerāt. Poſtremo mitius appellatꝰ in vrbē venit, hic Ochoziā corā inſtruit quæ de ipſiꝰ interitu cognouerat: actum demū vt quidā tradūt Helias in humaniſeſſe deſiit, nec quo caſu ex hominū oculis fuerit ſublatus, ſatis cōſtat. Similis quædam opinio tenuit de Enochis exitu, qui antiquior fuit diluuio mille & amplius annis. Nec Ochoſias multū deinceps ſuperfuit, in cuius locum Ioras frater regimen ſuſcepit. Is bellū in Moabitas ob gentis defectionē ornare adortus, ad Ioſaphatū miſit, qui eū rogarent, vt ſocia ſecū arma in Moabitas iungeret. Reſpōſum eſt, fore vt nō ſolū Ioſaphatus cū ſuis auxilijs præſto adeſſet, ſed Damaſcenū etiā regē in belli ſocietatē traheret. Cum his igitur copijs, quas in armis habuit, Ioras Hieroſolymā venit, quo Damaſcenus Rex cū ſuo exercitu nō multo antea fuerat accerſitus, hinc tres reges cū tribus regijs exercitibus in hoſtē profecti, & vt ſuus eſſet occultior acceſſus, per deſerta iter intendūt, quibꝰ ſane locis eſt nō nihil ſiti laboratū. Cæterū Heliſei precibus (dederat is Helię dū in humanis fuit operā) nullū maius aquatiōis incōmodum adijt exercitus. Moabitæ quia conſtās erat fama, tres reges cum ſuis copijs appropinquare, præmittunt cōſeſtim qui montiū anguſtias inſideret, frāgerētq; hoſtiū conatus in ipſis regni finibꝰ. Sed dū hi faceſſunt imperata, cruentes forte aquas proximo torrente intuiti, deletas hoſtiū copias inteſti Ioſaphati in Hāmonitas miraculoſa victoria. Tres Reges ī Moabitas tēdunt. Moabitarum clades. Moabitarum rex filiū pro hoſtia mactat. Heliſeus Syros in Samariā ꝓtrahit. Caput aſini. lxxx. nummis vęnit.

na ſeditiōe rati, qualē ipſi caſum haud multo priꝰ fuerāt in Iudæa experti, id regi nunciandū curant, ſimulq; ab eo petūt, vt liceret ſibi ad hoſtiū ſpolia legēda ꝓtendere. Quā temere nonciata res eſt, tam ſtulte & a rege & ab aliꝭ credita, ꝓmiſſumq; oībus vt in prædā diſcurrerent, tum præſidio locorumq; opportunitate relicta, incōpoſito agmine ad hoſtē tendunt, anheloq; curſu in Iſraelitarū caſtra incidētes, velut in inſidias prolapſi impetū primo inhibent, inde metu perculſi fugam capeſſunt. Modico itaq; negocio fuſi ſunt, paſſimq; palantiū terga cæſa. Moabitanos deinde ſines tripertito reges ingreſſi, vniverſam regionē ferro & igni populant, plures ad hæc vrbes vi captæ direptæq; ſunt, & incenſæ, quędā etiā ab imo excīſę. Ad regiā vrbē poſtremo copię admotæ, quæ longa obſidione fatigata, quū haud procul ab eo eſſet vt vi caperet, tentauit Moabitanus rex cum quingentis fortibus viris per hoſtium ſtationes erūpere. Cæterū vi hoſtiū in vrbē cōpulſus deſperatione actus filiū maximū natu, qui ad regni ſucceſſionē a lebatur, in faſtigio muri rum vnde ab hoſte conſpici poſſet, pro hoſtia mactauit. Id ſpectaculū intuiti reges miſeratione commoti, admonitiq; inſuper vnius nuper potentiſſimi regis exemplo, q̄ incerta ſit oīs humanarū rerū conditio, confeſtim obſidionem ſoluunt. Credibile eſt Ioſaphatum & alios animaduerſa hoſtis deſperatione, ſatius duxiſſe mitioribus conditionibꝰ pace illi reddita bellū cōponere, q̄ labore & periculo hoſtē ad mortē ꝓpellere, ſed quoquo modo pax illi reddita eſt. Moabitanus hoſtis, q̄ ſatis conſtat, haud multo poſtq̄ filiū interemit leuatus eſt obſidione. Victores exercitus diuerſi in ſuum quiſq; regnum abierūt, nec ita diu poſtea Ioſaphatꝰ vita deceſſit, quum iam ſexagenarius eſſet, ſextuſq; a Dauide Hieroſolymis annos quinq; & .XX. regnū tenuiſſet, ipſi regiæ ſtirpis autori magnitudine animi, geſtarumq; rerū gloria & pietate perq̄ ſimilis. Ioras natorū maximus per manus ab eo regnū accepit pacatiſſimū, florebātq; oīa in tota Iudęa ocio & opulētia, quū Samaritanæ res ſua ſpōte turbare cœperūt gentis ſtatū. Ioras Achabi filius, qui poſt patris interitū Samariæ tenuit regnū, venatū exiturus ab Heliſeo monitꝰ dicīt, vt capitales caueret inſidias q̄ a Syro hoſte imminerent. Audijt ille domiq; ſe tenuit. Adadus rex q̄ in animo habebat illū excipere inſidijs, vbi propoſitæ cædis cōſilium adirritū cecidiſſe vidit, in paucos familiares quos eiꝰ cōſilij particīpes fecerat ſæuire violētus rex, & iam queſtioni eos admouerat, quū ex domeſticis vnus frementę admonuit, videret ne Heliſeus prophera homo futurorū non ignarus, & qui rebus Ioræ vehementer ſtuderet, regē impendētis periculi admonuiſſet. Fecerūt ea verba apud Adadū fidem, conti nuoq; ira in vnū deflexa, mittit qui Heliſeum Dothai agentē captū ad ſe perducerent. Equites qui ad id miſſi ſunt caligine illorū oculis offuſa, propheta in Samariā ad Ioram pertraxit, obiciſſetq; eos rex ſuis trucidādos, niſi Heliſeus inhibuiſſet, ſatis habere ſe dictitans q̄ Syri ſe in tutela numinis eſſe nō ignorarent. Hoſpitaliter itaq; ſuaſu eius habiti ad Adadum incolumes remiſſi ſunt. At neq; Achabi antea beneficiū, neq; tunc Ioræ hoſpitalitas Syrū pacatiorē reddere potuerūt, ſed tam ingēti armorū apparatu q̄ nunquā antea Samariā adortus, Ioram intra mœnia cōpulſum graui cœpit obſidione fatigare, q̄ præter ſpem oīm longius diſtracta, tantā rerum omniū in vrbe caritatē & inopiam peperit, vt proditum ſit memoriæ, caput aſini octogintā nummis argenteis vænīſſe. Ioras in ſumma rerū

omnium difficultate nihil adhuc fractus animo, cæterum veritus ne fame ciues adacti, occulta cum hoste fererẽt colloquia, ipse circa muros solicite stationes obibat, cũ mulier quædã, pculintuita Ilehi voce appellat, rogatq; suppliciter vt sui miserea tur. Credidit primo Ioras multis alioqui curis distractus aliquid a se peti, quo longa inedia soluere tur, ob idq; mulierculæ occurrẽs nihil esse in se testatur quod cuiquã opitulari posset. Appellat interim illa nihilo secius regis fidem. Tum dicendi potestate facta, conuenerat inquit rex mihi cum vicina, vt Mulieres quũ iam longa fames omne dirum nefas suaderet, fame filiũ filiũ vtraq; suum sorte interficeremus, vt quod huos comedunt. ius affligẽte vitæ adhuc superest, nefario diroq; cũ meliore non liceat traheremus cibo. Occidi ego prior vnicũ quẽ habui filiũ, partitaq; sum ex æquo eum illa corpus, nunc eo consumpto abnegat perfida mulier se mecum tale aliquid pepigisse. Quare te per hæc mala quæ patior oro & obtestor, vt pro imperio & potestate eam cõpellas ad hæc quæ mihi ex pacto debẽtur rite persoluenda. Perculsus Ioras rei Atrocitate vestẽ sibi conscidit præ nimio dolore, inde ira accensus mittit qui Heliseum obtruncarent, quippe qui securus nimis extrema suorum mala intueretur, nec in tam longa obsidione cõsilio precibusve, regem aut ciuitatẽ iuuisset. Præsensit Heliseus, vt futurorum gnarus, percussoris aduentum, monet itaq; discipulos quos circa se habuit, vt in ipso vestibulo domus regiũ speculatorẽ paululũ remorentur, certo scire se regẽ ad se confestim venturum, vt cædẽ inhiberet, estq; verborum fides continuo secuta. Tum Ioras multũ est coram eo questus, q; res suas in tanto rerũ discrimine constituras, nullo fauore numinis subleuasset. Tũ Heliseus bono inquit sis animo, cras quod minime Heliseivaticinium. reris adeo rerum oĩm leuabitur annona, vt duobus stet siclis hordei satum. Hic ex regijs amicis vnus, erit id certe inquit, si tritico & hordeo pluerit. Erũt hęc vt dixi, Heliseus ait, sed ea copia nihil ad te. Sequente igitur nocte, tacita perturbatio primũ hostium castra inuasit, inde cum tubarũ clangor horrendusq; armorũ fragor porro redditus multũ animos perculisset, consternati hostes ad regem cõcurrunt, nunciant vim hostium ingentẽ adesse, nimirum ex Aegypto aliunde ve noua Ioræ adfint auxilia, quibus frætus impetum in castra sit facturus, Ioras ob fidẽ eleuatur, hæc illi, simulq; vbi terrificus clamor tubarumq; concentus appropinquare visus est, adeo regem & alios turbauit, vt Syri nocturna occasione vsi, relictis castris oĩm rerum opulentia refertis, trepide in pacatũ trans Iordanem concesserint. Inciderũt leprosi quidã in castra nuper deserta, qui ex gentis instituto vrbe excluſi, quum nemo ante portas stantes in tam arcta iuuaret annona in castra trãsire cõstituerant, vt cibũ inde mendicarẽt: hi cognita hostium fuga, omnia enim silentij & solitudinis plena occurrũt oculis, ad vrbẽ recurrũt, custodibusq; præcipiũt, vt cõtinuo regi nuncíet, deserta esse hostium stariua. Nulla ab initio regi apparuit causa, cur Syrus tam celeri desperatione obsidionẽ soluere debuisset, credere itaq; vulgo, Syrorũ ea artẽ esse, vt si temere ad prædam ex vrbe discurreretur, oppidũ subita vi caperẽt. Placuit igitur nihil inexplorato agere, missi sunt expeditissimi equites, iussiq; ad Iordanẽ vsq; fluuium adequitare, postea vero q; hi tuta omnia renunciarũt, discursum est in castra ad prædam diripiendã. Iumentorũ & currũ numerus ingens captus, multum præterea auri & argenti precioso q; vestes, cęterum nihil æque fuit oĩbus gratum ac frumenti copia, quæ supra modũ ingens in castris reperta est. Ea res in causa fuit, vt eodem die quo hęc gesta sunt, duo hordei sata vno Satũ mẽsuręgẽ. ficlo vænierint. Habuit satum mensuræ genus, vt Iosephus scribit, modium vnum Italicũ & dimidium eius. Cũ cætera igitur prophetæ verbis respondissent, hesternus ille cauillator, qui temere fuerat in prophetã inuectus, cũ ante portã a rege constitutus esset, vt multitudinẽ sedatione gradu in castra emitteret, ne cõserto præcipitiq; agmine minus validi (vt solet) deliderentur, plurium simul irruentium vi pressus, violenterq; iactat⁹ efflauit animã. Adadus vbi in Damascũ venit, nocturnę fugæ vanięq; pauoris cõscius, in languorẽ maximũ incidit, peperitq; languor (vt assolet) morbũ, quo ille implicitus Azahelem ex aulicis quendã ad Heliseum misit cũ muneribus amplissimis, vt senẽ de valitudinis exitu cõsuleret. Prophęta perituri regẽ dixit, Heliseus Adadũ moritur⁹ nunciat. ac cum his in lachrymas prorupit. Miratus Azahel propheta flentẽ causam requisiuit, tum Heliseus, dubiũ impulsu numinis an vt diuinatione experientiã daret aliquã, suiq; admirationis hostem in suos pacatiores haberet, cerno inquit te futurũ Syriæ regem, miserabilẽq; cladem nostræ genti allaturũ. His Azahel instruct⁹, homo qui iam antea immo dicos alebat spiritus, vbi domũ venit regem mor Azahel Adadũ iterimit. bo affectum laqueo extinxit, regnumq; absq; vllo maiore certamine occupat. Erat Azahel vir impiger opibusq; & gratia secundũ regem longe inter Syros potentissimus, autor itaq; fuit plurium tem plorum suis vrbibus Damascięq; in primis erigendorũ, & cũ his vnũ quod Adadus instituerat, quapropter vtriq; diuini sunt postea honores decreti, & ambo pro dijs habiti. Samaritanæ interim res aliquãdiu in ocio fuere, Ioras qui Hierosolymis re Ioræ præuaricatio gnabat (ernuero duo eodẽ nocte, vterq; suo regno in Iudæa rerũ tẽpestate illa potiri sunt) Athalię cõiugis cõsuetudine (fuerat hęc Achabi filia, sed plus oĩno materna superstitiõe q; Iudaico ritu imbuta) tantũ a paterna pietate diuersus abijt, vt a domesticiorũ cæde regnũ auspicat⁹, impiũ alienigenãq; cultum p eo quẽ a maioribus acceperat, sit secutus: & quod maioris oĩno fuit amentiæ, populũ ad malorum dæmonũ cultũ vi cõpulit, quib⁹ demũ malis coinquinat⁹, in varias incidit clades. Idumei ab eo primũ defecere, rege interfecto qui i fide ipsi⁹ erat, secuta & aliarũ gẽtium defectio, nouissime Arabes Arabes Palæstinã adorti omnẽ campestrẽ regionem ferro Palæstinã popu lantur. & igni populati sunt, domo insuper direpta, vxores & liberi preter Ochoziam natu minimũ qui fuga seruat⁹ est, subito hostium incursu periere. Ipse vẽtris profluuio diu cõflictatus (quæ oĩa ex Heliæ epistola antea cognouerat) anno ex quo regnare cœperat octauo infeliciter cõsumptus est. Eum ex Ioræ interitus. tinctũ, neq; regio funere extulit populus, neq; maiorum sepulchro inferri est passus. Ochozias pater ni regni gubernaculũ accepit, quo Hierosolymis imperãte Capetus in latio albanũ regnũ obtinuit, Tyberini interitus. & mox post eũ Tyberin⁹, qui in Albulæ fluminis traiectu summersus nomen aquis ad posteros dedit. Diony si⁹ autor est prælio circa amnẽ cõmisso, regẽ in flumen precipitatũ periisse, nomenq; aquis dedisse. In Aegypto spinaces imperabat, Ophraatanos in Assyria: Athenis Mezades, Archelaus Lacedæmone, Corinthi Agesilaus. In altera Iudææ parte Ioras Achabi filius iã arce regnabat. Is post Adadi interitũ hostili metu solutus, ad Ramothũ vbi pater lęali vulnere acie saucius excesserat. Syris adimendũ animũ adiecit. Ingenti itaq; exercitu Iorasvulneratur. cõparato magnis opibus vrbem expugnare conatus, dum forte circa muros incaute versatur, sagitta ex vrbe



ex vrbe petitus, graue vulnus accepit, ad quod curandũ in Iezraelẽ vrbẽ, proximã decessit, Hieo Namsi filio viro impigro cũ imperio i castris relicto. Erat Hieus obsidioni cæteris q; rebus ita intentus, tã strenue tẽpestiue q; imperatorium obibat munus, vt a nullo regis presentia desideraretur. Sed dum Ioras diligẽter curatur, Heliseus vnũ ex discipulis Ramothum in castra misit, qui Hieum futurũ regẽ inunageret. Erãt tum forte circa Hieum plerique ex principibus castrorũ, siue officij causa, siue ad aliquid de summa rei cõsultandũ vocati, quũ Helisei nũcius ingressus secretũ ab eo petijt, atq; in proximũ cõcla Hieusrex inungit. ue abductũ, Hiei caput oleo perfudit, restatus se ab Heliseo missum, vt eum Samariæ regẽ inungeret: fore, vt regnum sine vllo maiore motu obtineret, atq; ex Heliæ prædicatiõe oĩm Achabi extingueret progeniẽ, in prophetarũ vltionẽ, quos Achab⁹ impie obtruncasset. Hæc ille cũ dixisset, confestim retro abijt. Hieus vbi se consilio reddidit, rogatus ab ijs qui proxime steterant, qua fiducia homo ille in cuius ore manifesta emineret væcordia, eũ a re seria abduxisset, Hieus & q̃s & vnde esset docuit, inde cunctãter & cũ rubore quæ facta essent patefecit, ad quã voce cõsensus & gratulatio ingens orta est, quã occasionẽ Hieus secutus, primũ oĩm principes cõmouit, vt milites ad officiũ hortarentur simulq; ad Ioram extinguendũ ire pergit, nec iã procul Iezraele erat, quũ agmen aduentare nunciant ij qui in speculis stabãt, tum Ioras perculsus expeditissimũ equitẽ iussit venięti agmini occurrere, q; ex proximo speculat⁹ amici essent an hostes, ad se celerime recurreret, is ab Hieo i occursu oppressus, iussus est agmẽ sequi, quod procul intuit⁹ speculator ex edito exclamat, equitem post congressum agmini sese agglomerasse, quod cũ in altero quoq; qui post illum est missus euenisset, cõtinuo Ioras cum Ochozia rege Hierosolymorũ qui ibi forte erat in currũ sublatus, q̃q; vulnere adhuc grauante, amẽti similis Hieo occurrit, quẽ quũ procul amice cõpellasset nec contra quicq̃ pacate redderetur, sed venefice impudicæq; fœminę filius appellat⁹ in se impetum fieri vidit, flexo repente curru fugã molitus Ioras & Ochozias ab Hieo occiduntur. est. In eum habire volentẽ Hieus hastam cõtorsit, sunt qui sagittã dicant, qua trãsfixus Ioras curruq; deuolutus in poplitẽ cõcidit, animamq; continuo efflauit, eius corpus in Nabothei agrũ volucribus & feris est proiectum, vt vera essent quæ Helias post Nabothei cędẽ, Hiezabelis nequissimę suasu perpetratã, in Achabo et posteris euentura dixerat, Ochosias & ipse sagitta ab Hieo vulneratus equi pernicitate in Magedonẽ grauiter affectus au fugit, vbi inter currendũ est ipse quoq; extinctus, quum annum nec amplius octauo ab Dauide loco, Hieresolymis regnasset. Accidit igitur vt duo Iudæorum regna vno tempore vtrunq; suo sint rege spoliata. Post Iore cædem Hieus Iezraelem adequitauit, vbi Hiezabel Ioræ mater erat, hæc morte filij cõperta, ex alta turri exclamãs, Hieum venientem conuicio excepit, nequissimũ mãcipium appellãs nunc perfidum & impiũ, qui dominũ & regẽ violare esset ausus. Hieus Eunuchis qui cũ Hiezabele Hiezabelis interitus. erant imperauit, vt eam e turri præcipitarẽt, quam ruentem, humiq; afflictã turma equitum ad id missa, equorũ vngulis conculcatã, & obtritã pene ad nihilũ redegit, ita vt quũ Hiei iussu eius corpus ad sepulchrũ requireretur, nihil præter manũ reperiri potuerit, cætera q̃ ex equorũ attritu superfuere, canes subito laniatu cõsumpserunt. Ego vt in Nabothi agrũ abijceret ab Hieo corpus requisitũ credide rim, potiusquã vt funere ornaret vllo, nisi in Tyriorum regũ gratiã ex qua ille fuit familia, id factũ aliquis arbitretur. Septuaginta Achabi filij i Samaria sub pedagogis adhuc erant, hi vno tẽpore Hiei iussu necati sunt. Eorũq; capita ante regiã ad specta Achabi progenies extinguitur. culũ coaceruata. Inde Hieus pro cõcione testat⁹ dicitur, eã cædẽ nulli esse mortaliũ ascribendã: Achabi impietatẽ in se suãq; domũ, cœli numẽ irritasse, adesse vltionẽ scelerũ, quũ impij regis, tũ eius cõiugis fœminæ teterrimæ, quã Helias diuino afflatus spiritu aliquãdo affuturã dixerat. Nec Hieus adhuc inimico sanguine expletus, oĩs Achabi toto regno necessarios expulit, quin & Ochozię fratres (hi quidem Hieo in Samariã tẽdenti obiter occurrerãt) cõfestim ad supplicium rapi imperauit. Cõuersus inde ad superstitionẽ tollendã populo ad cõcionẽ voca Sacerdotum Baalis cõuocatio per Hieum. to edicit, velle se Baali Deo, cui⁹ cultus ab Achabo fuisset induct⁹, solẽnes venerationes reddere, accersendos prinde vndiq; sacerdotes eius religionis peritos, ipsiusq; sacri antistites, vt rite celebriq; cõuentu oĩa fierẽt. Capitalẽ pœnã irrogat huic, qui ad diẽtam diẽ nõ affuisset. Multis igitur in Samariã conuentib⁹, vestẽ qua sacturi erant sacra per põtificẽ assignari iussit, voluit credo eo discrimine a reliqua multitudine discerni, vt percussores sine alteri⁹ clade in eos tutius grassarenť, sic quoq; verit⁹ ne quis piorũ illis temere mixtus periclitaret. Nam multi quoq; qui in antiquo ritu religionis permanebãt, in regũ gratiã Baalicis sacerdotibus frequẽter miscebãtur. Scisscitatus ergo Hieus Ionadabũ virum insigni pietate, quẽ eius cõsilij fecerat participẽ, an piorũ quempiã eo cœtu mixtũ arbitraretur, cũ negasset ille quenq̃ adesse, octingentos ex cõposito armatos in eos aræ admotos misit, quibus imperatum erat, ne vnum quidẽ incolumẽ abire pateretur, nisi pro ijs qui seruati essent ipsi suis capitibus vellent pœnã luere. A nullo igitur est ferrũ reuocatum, atq; vna sacerdotes ministriq; Baalici in sito Sacerdotum Baalis cędes. vestigio obtrũcati sunt. Tẽplum Baalis quod erat Samariæ incensum ac dirutũ, atq; hoc maxime modo praua religio a Sidonijs accepta, ab Hieo est sublata, cætera multitudo in antiqua religione regis iussu permansit. Sed dum hæc Samariæ geruntur, Athalia Ochoziæ mater, cæde Ioræ fratris, filijq; vno pene tẽpore nũciata, mox grauiore adhuc nũcio de Hiezabelis matris, totiusq; familiæ crudeli interitu certior facta, mulier sua natura ferox faciorosoq; ingenio, tot domesticis cladibus alia sup aliã irritata, regnũ vi occupat: ac quoscũq; ex Dauidis domo medio est tumultu adepta, vt ois familię memoria aboleretur, occidi imperauit. Ioas Ochoziæ filij infans, ex regia sublat⁹, in Iosaphatæ amitę domũ furto est delatus, vbi annos septẽ, quibus Athalia regnũ administrauit, icredibili pietate est nutritus. Erat Iosaphata Ochoziæ ex patre soror, nupseratq; põtifici Ioiadæ. Is vt regnum puero recuperaret, paucissimis Centurionũ, q; apud se Ioas aleretur primo aperuit, inde fide data & accepta, quid in animo haberet edocet, scire se ait fato Dauidicæ stirpi Iudæ regnum plures ætates deberi, statutum proinde habere quantum in se sit experiri, an paternum diadema possit puero recuperari, neq; consiliũ aut vires ad id defuturas, tantum leuitis & cæteris sacrorũ ministris qui foris essent sibi cõuentis opus esse, qui vt ad certũ diẽ sacrorũ prætextu in vrbẽ venirent, pontificia potestate se euocaturũ dixit, ipsi regionatim partiti inter se mun⁹, vndiq; sacrũ ordinẽ accersẽrẽt. Centuriones multis pollicitationibus onerati, cæterũ odere & ipsi sua sponte præsentẽ rerũ statũ, impigre eam nauarunt operã. Affuerunt igitur paucis diebus tribuũ prin

Athaliæ oĩs regię stirpis occidi imperat.

cipes, et leuitarum plurimi, quib⁹ in tẽplum appellatis, loam primo in cõspectũ dedit, simulq; demõstrat quis esset quẽ oculis cernerẽt, quo ve casu seruatus, quãta præterea cura apud se domi enutritus. Subijcit statim puero inspecto oĩm animos Dauidis & aliorũ ab eo regũ memoria, nec præ nimia pietate lachrymis tẽperare potuerũt. Ad breuẽ igit̃ hortationẽ, subit⁹ est fauentiũ clamor secutus, puerũq; regnare iubentiũ. Tũ pontifex, bene habet inquit, qũ vobis ita placet euenire, ite & per partes oẽs tẽpli aditus præsidio tenete. Ipse puerũ diadematũ regio solio collocat, patefactoq; regũ armamẽtario, pri⁹ q̃ vll⁹ oriret tumult⁹, suos armis instruit. Athalia trepidissimis nũcijs domo excita, cũ ea armorũ manu stipata, quã forte ad manus habuit, tẽplum inuadit, vbi puerũ diademate insignitũ intuita, vestes sibi præ nimio dolore cõscidit, inde per mediũ præsidiũ furibunda vadẽs, tẽplũ irrupit, qui ꝓ portis stabãt excõpositio facile cesserũt, inde mucronibus in eos conuersis qui post illã irrũpebant, haud magno certamine a suis excluſam protinus ferro obnoxiã habuere: tum põtifex mãdat suis eã violenter arripi, atq; in Cedronis valle abductã, ne tẽplũ cede violaret, iugulari. Ex sacro igit̃ abstracta, ad portã q̃ mularũ dicta est, ferro icta corruit. Athaliaq; in hũc modũ extincta est. Ioiadas populũ ad cõcionẽ vocat, hic a Dauiticæ gẽtis in omne Iudai cum nomẽ meritis exorsus sanctitatẽ familiæ, pro missumq; diuino oraculo nepotib⁹ regnũ memorat, in Athaliã inde est inuectus quæ crudeliter regnũ adepta, multo crudeli⁹ exercuisset, iure cæsam pronunciat, verũ legitimumq; ait populo regẽ restituũ, eum oẽs intueri oportere, eũ seruare, quẽ diuina prouidentia magis q̃ humanũ vllum seruasset consiliũ. Sacramento multitudinem adegit, ne quenq; alium viuo puero in vrbe regnare pateret, nec ab vllo eum violari, sed pro vnius salute & incolumitate, oẽs labores & pericula adiret. Adiectũ etiam, ne leges vllæ præter eas quas Moses tulisset deinceps obseruarentur. Irã ille cũ populo egit, inde Baalis tẽplum diruit. Mathanq; loci sacerdos interfectus. Erat tum Ioas quum regnũ adeptus est annorũ septem, mãsit tamẽ illi regnũ incolume ad puberẽ ætatem accuratissima Ioiadæ tutela, quo viuo cul⁹ quoq; religionis præter cætera regi iam adulto fuit curæ. Nec Hieus interim rex Samariæ multũ pacatas habuit, Syri Azahele duce, qui late in eã gentẽ per id tẽpus imperabãt, oẽm trans Iordanẽ regionẽ ferro & igni fœde vastauere. Nec eam iniuriã Hieus est vltus, sed regni opibus per hæc turpiter afflictis Ioacha filio superstite, anno sexto ac vigesimo ex quo regnare cœperat, e vita migrauit, Hierosolymis Ioas vbi per ætatẽ regimen cepit, a pietissimo opere administrationẽ auspicatus est, Salomonis tẽplo magnifico sumptu reparato, quod Athalia & filius magna ex parte labefactauerant. Nec ita multo post templi instaurationem, Ioiadas iam æuo cõsumptus ex humanis decessit, qui Israelitarum vnus post Mosen centum & triginta vixit annos. Post Ioiadæ mortẽ, tum demũ Ioas quasi fræno & vinculis solutus, in ea vitia erupit, quæ ad id tẽpus male dissimulauerat, alienas sacrorũ cerimonias cũ principibus ciuitatis amplexus, priori vitæ pioq; instituto longe diuersus abijt, prophetisq; in dirã superstitionẽ, impiumq; cultũ reclamãtibus, id scelus neq; regi, neq; cæteræ multitudini fore impunitũ, quo monitu nõ modo nõ nefario ille abstinuit cultu, sed Zachariã etiam Ioiadæ filiũ virum iustissimum, in templo obtruncari iussit, nec lento deinceps gradu diuina abfuit vltio. Azahel Iudææ fines ingressus Getheum agrum fœde populatus est, eratq; ad Hierosolymã castra moturus, quum Ioas sacris thesauris, regiaq; gaza exut⁹, pacẽ igno minioseq; petitam vix magno auri pondere sibi a Syro redemit, nec ita multo post quum in grauissimum incidisset morbum, longa ægritudine cõfectatus, eorum insidijs qui Zachariæ mortẽ iniquo animo tulerant, anno sui regni septimo & quadragesimo periit. Nec eo extincto res Samariæ pacatiores fuere, quin multo magis accisæ sunt: maiori busq; cladibus immersæ, Syrus perpetuus gentis hostis plures vrbes Ioachani qui Hiei fuit filij⁹ primo ademit. Inde eius copias victas occidione occidit, apparebatq; oĩa breui in hostium potestatem concessura, quum pax Ioachani est reddita. Auro ne bellum soluerit Ioachan, vt Ioas prius fecerat, an tributũ pendere sit pollicitus, parũ liquido traditur: illud satis constat, quiete ab externis armis impetrata, breui res Samariæ in pristinã felicitatẽ restitui contigisse, quibus pace & fortunis florentibus Ioachan humanæ necessitati concessit, quum annos septemdecim rerum potitus esset. Qua sane tempestate Diogenetus Athenis regnũ obtinuit: Eudemus Corinthi, Acrazapes trigesimus quint⁹ a Nino in Assyria, Sesonchoris in Aegypto, Albe in Latio Agrippa & qui interim ei successit Sylui⁹ Romulus, qui vndecimus fuit ab Ascanio, hunc quidã Remulũ vocãt in quibus est Eusebius. Dionysius Alladiũ scribit, quẽ tyrannico ait fuisse ingenio, & cũ dijs inimicitias exercuisse, quippe qui in deorũ cõtemptũ fulgura & tonitrua imitaretur, quibus terroribus in sui admirationẽ verteret hominum mentes, colicq; vt Deus postularet, sed veris fulminibus, imbricq; cœlesti, ac proximi lacus inundatione, qui fuit penes illius regiam, cum tota domo perijt, qua parte pellucẽte lacu quum vndæ paululũ subsidũt, in imo vado locorũ accolæ ædificiorũ vestigia se spectare opinantur. Astipulatur vetũstæ famæ Liuius, qui eũ fulmine consumptũ tradidit. In hæc tempora Eusebius Lycurgũ rejcit. Timæus duos prodidit apud Spartiatas Lycurgos diuersis tẽpore claruisse, q̃q̃ duorũ res gestæ ad vnũ ob noĩs celebritatẽ referãtur. Quod si vera sunt, q̃ Timæus tradidit, vter hac tẽpestate fuerit in dubiũ venire potest, nam quod ad legũ latorẽ attinet parum omnino constat, qua potissimũ ætate fuerit. Quidã & in his Aristoteles Iphiti eum tẽporibus fuisse memorant, Olympiacasq; cum eo ferias celebrasse. Eratosthenes & Apollodorus antiquiorem prima Olympiade arbitrati sunt. Plutarchus nonnullos credidisse ait visum ab eo Homerũ, quẽ his quoq; claruisse tẽporibus prodiderunt quidã. Ipsa temporũ ratio in qua Eratostheni & Apollodoro pene cõuenit cũ Eusebio, effecit vt credã eũ qui cũ Spartiatarũ ciuitatẽ legib⁹ exoluit, reponendũ esse in hac tẽpora, de quo ob Laconica instituta legesq; memoratissimas haud abfurdũ sit paululũ in eius reb⁹ immorari, nec breuitatis interim obliti in eo oĩa cõsectabimur, historiã em̃ non vitã scribimus. Eo tamẽ libentius singula perstringã, quo magis varie, q̃ ad ipsius peregrinationẽ attinent, obitũ, legũ lationẽ, ciuilesq; institutiones, tradita reperio. Satis constat regnũ a Polydecte fratre relictum ali quãdiu pro rege administrasse, mox vbi factus est certior vterũ gestare defuncti fratris vxorẽ, pueri, si puer forte nascerẽt, tutorẽ dũtaxat egit, ei qui post ea natus est, Charilao nomen fuit. Sed maior oĩno erat Lycurgo autoritas quam tutoris esse soleat, quę

Ioas in religionẽ gentile restituitur.

Athaliæ cædes.

Ioiadæ verba ad populũ.

Baalis tẽplum dirutum.

Zacharię mors.

Ioas interficit.

Ioachan pacem redemit.

Lycurgi ꝓfiliũ in constituenda ciuitate.

Qua Lycurgus ætate fuerit.

Ephori id ẽ tribuni apud Lacedæmonios.

Lycurgi successus

Charilaꝰ



quæ quo maior videbat eo grauior iuidia est illi, a Leonida pueri auunculo, & alijs matris necessarijs orta, illum sedulo ad populũ criminãtibus, velut pupillaris tutelæ prætextu ambitiose quæreret, vt fratris filio quoquo modo expuncto regnũ occuparet. Ea res causam illi præbuit diutius peregrinãdi, vt tandiu abesset quoad puer ad eã peruenisset ætatẽ, qua per se hæreditariũ regis nomẽ tueri posset. Igitur in Cretã primo nauigauit, vbi satis constat cum ciuitatũ principibus cõgressum, multa ex his didicisse, quæ in Laconicis institutis retulit. Ex Creta in Asiam traiecit, hic cum forte Homeri poemata legisset, haud quidẽ pauca ex ea lectione hausit, ad ciuilẽ vsum pertinentia. In Aegyptum inde transijt. Aristocrates Spartiates in Indiã quoq; eũ peruenisse ait & cum Gymnosophistis locutũ, Lybiamq; & Hiberiã ab eo peragratã. Eratq; iã in magno apud suos ciues desiderio, nã præter nomẽ regium nihil erat in Charilao quod vtile esset ciuitati, cõtra in Lycurgo imperatorijs ingenijs & industria ad gratiã cõparata. Reuersus itaq; ciuitatis formam legibus ornare est adort⁹, ac priusq; tantũ sit opus aggressus Delphos ad oraculũ cõcessit, vbi a Pythia dijs charus, & deus potius q̃ homo iudicatus, accepto oraculo in quo erat, Annuere ijs, quæ pararent, et vt optima Deũ ipsum probare, domũ reuersus cũ paucis amicorũ primo, inde cũ optimatibus q̃ in aio haberet secreto cõmunicat. Annuentibus cũctis, ne quis alioqui rei saluberrimæ se infestius obijceret. XXX. cõspirationis principes armati ex improuiso in forũ processere. Attulit noua illa armatorũ species stupore ciuitati, eorũ omniũ quæ pararentur adhuc ignare, & Charilaus quoq; in se ea moueri ratus, in ærariũ trepide cõfugit: sed vbi quorsum illa tenderẽt certior est factus, vt populari mitiq; erat ingenio in publicum processit, vltroq; susceptis operis se socium Lycurgo & alijs obtulit. Primũ igitur oĩm seniores cõstituti qui de republica cũ regib⁹ qui duo sunt numero creati consultarent, is ordo velut arbiter fuit, inter regiã potestatẽ & vim multitudinis, ne aut hæc contumacia fæuiret, aut imperio illi, octo & viginti seniores (tot em̃ Aristoteles fuisse scripsit) duobus regibus assidebant, ne nimiũ Dimocratia inualescerent prouidentes, & rursus ne qui regnũ tenerẽt, tyranniciũ quippiã molirentur: quæ hic ordo decreuisset cætera multitudo, vt sciret necesse erat. Addita deiceps post multos annos Ephororũ potestas, huic paucorũ administrationi, q̃ græco verbo Oligarchia dicitur, postea q̃ nimis visa est ferocessere, estq; quasi frænum consilio illi iniectũ, accidit id centesimo a Lycurgi interitu anno, quũ Theopõpus regnaret, cui post primũ Ephorum creatũ, quũ ei ab vxore exprobraretur, fore vt filijs humilius esset regnum relicturus, cẽ a patre ipse accepisset, immo maius inquit, atq; eo melius quo diuturnius alterũ ab oligarchia institutum, agrorum diuisio, persuasit illi multitudini, vt solũ omne Laconicũ in medio positum æquis in singulos portionibus diuideretur, oportere ratus ciuẽ ciui ingenio & virtute, nõ luxu & diuitijs præstare. Abijt igitur vniuersa terra in sortiũ nouẽ & triginta milia. In nouẽ milia vrbanus ager, paganic⁹ & municipialis in triplo & amplius maiorem numerũ, portio quælibet ea fuit, q̃ viro frumẽti medimnos. LXX. fœminæ. XII. annuos ferret. Quo contigit, vt Lycurgus aliquo interiecto tẽpore peregre forte reuersus, in Laconico agro demessas segetes æqualibus aceruis intuitus, subrisisse dicatur, atq; ad comites cõuersus dixisse, videtisne, cẽ multorũ fratrum Laconicus videatur

Ferreus nũmus.

Publicꝰ cõuictus.

Oppletis Minerue tẽplũ.

Phratriæ Philiæ.

Legum capita.

Legũlatorum mos.

agere? Habuit a principio in animo & res mobiles diuidere, sed inuidiã veritus quæ inde imminebat (plures em̃ videbant id ægre laturi) oẽm auri argẽticq; vsum e medio sustulit, ferreũq; nummũ induxit percussitq; decussem, quẽ iussit minimi valere, actum demũ oĩs furandi occasio sublata est. Ignitum ferrũ ex quo nummũ percussit aceto extinxit: vt ad rem nullã ampliusob mollitiem vtile redderetur. Oẽs ad hoc artes vt inutiles vrbe eiecit, cẽcq; artifices ipsi sublato auri vsu sua sponte inde demigrarũt, quum ferrei nummi apud alios in vsu non essent. Mox vero vt oĩm in ciuitate tolleret luxũ, publica conuiuia instituit, vt diuites promiscue & inopes vni adhiberentur conuiuio, vnisq; vescerent epulis. Ac ne lautorũ quisq; cœnatus in publicum veniret, qui min⁹ cupide & hilariter vesceretur, vt parũ frugi a proxime accũbentibus obiurgabatur, quo plane instituto oĩs vet⁹ e medio luxuria sublata est. Exarserunt ex ea re potentiorũ iræ, impetuq; in eũ facto alter est illi oculus baculo excussus. Lycurgus iniuriã publice questus. Alcander qui vim intulerat ad supplicij est ei dedit⁹, quẽ tantum absuit vt aliquo incõmodo affecerit, vt penes se etiã familiariter habuerit, reddiderit q; eo contubernio ex fluxo & molli, frugi & moderatũ. Optiletis Minerue templũ in illius cladis monumentũ ab eo erectũ fama est, q̃m Dores optili oculũ dicerẽt. Dia scorides qui Laconicã rẽpublicã scripsit, Lycurgũ baculo percussum memoriæ prodidit: cæterum ob eam rem lumine ꝓpemodũ periclitatũ, atq; id Minerue phanũ recuperasse lucis non amissæ monumentũ ad posteros fuisse: cautũ tamen ne Spartiatę cum baculo amplius ad conuiuij intrarent. Is conuiuandi ritus videtur mihi a Cretensib⁹ sumptus, qui eiusmodi conuiuia a viris phratrias dixerunt, Lacones ipsi philias haud dubio publicæ amicitię & humanitatis argumento, vel q̃ quasi phidicias dicerẽt, q̃ ita cõuiuãdo Phęidoni id est parsimonię assuescerẽt. Qui sacrificij aut venationis causa cõuiuio nõ occurrissent, ijs domi cœnare permittebat, cætera multitudo aderat. Proditum memoriæ est Agim regẽ Athenienſib⁹ victis in vrbẽ reuersum quũ domi apud vxorẽ cœnaret, misisse qui portionẽ suã ex publico peterẽt, nihilq; fuisse ab eo impetratũ, Ephoris dari prohibentib⁹. Qua ille cõtumelia instinctus, quia nihil ex hostiarũ carnibus, vt moris fuit in publicũ mississet, ab eodẽ magistratu publice mulctatus est. Frequentabãt pueri id cõuiuiũ velut tẽperatię oĩsq; ciuilis disciplinæ Gymnasiũ. Assuescere ibi vrbanis sermonib⁹ iocarique comiter discebãt, ac sine scurrilitate cauillari. Nullas Lycurgus leges scripto tulit, totũ ciuilis iustitiõis munus i ciuilẽ disciplinã reiecit. Fuit igit̃ Rhetarũ siue sanctionũ hęc vna. Ne scripti vterent legib⁹, Altera ne domorũ culmina præterq; securi, ostiaq; serra fabrefacta haberẽt. Tertio sancitũ loco, ne idẽ hostis sæpi⁹ bello peteret, ne crebro reluctãdo bellicosi fierẽt, sanctiões ipsas Rethas, quasi deorũ decreta oraculaq; appellauit. Fuitq; id peculiare eorũ qui leges ciuitatib⁹ populisve ferrent, vt eas latas ad aliquod numẽ referrẽt vti sanctiores haberentur, sic Lycurgus ad Apollinẽ retulit, sic Draco & Solo ad Mineruã, qui leges Athenienſibus tulere. Minos multo illis antiquior in Creta ad Iouem. Trimegistus in Aegypto ad Mercurium. Zoaster in Bactris ad Oromasim. Carondas Carthagini ad Saturnũ. Zamolchis in Scythia ad Vestam. Numa Pompilius Romæ ad Egeriã. In Mose, nefas sit & impiũ id fictũ credere, cuius legibus corã est numẽ astipulatũ. In re vxoria haud tam pudicitię q̃ procreationi

ob assiduam militiã est consultũ, eo vsq; vxoribus
Laconicę mulieres est indultum, vt eas viri heras appellarent, vnde
adagiũ illud ortũ vt Laconica mulier (Gorgonem
fuisse ferunt Leonidis vxorẽ) quæ probro a mulie
re quadã lacessita, quę dixerit ex oibus mulieribus
dũ taxat Laconicas viris imperare, ita occurrisse fer
tur, vt diceret merito id fieri qñ fœminarũ solæ vi
Laconicę virgines ros parerẽt. Virgines cursu, palæstra, disco, iaculo,
exercebantur, vt ocio & muliebrib⁹ delicijs subla
tis robustiores ad tolerandos partus fierent, nudæ
vt pueri in aperto versari, saltare, & cãtare in sacris
quibusdã, præsentib⁹ spectãtibusq; iuuenibus, nu
datio illa nihil turpe habuit, aderat nanq; verecun
dia, petulantia oĩs aberat, hinc illa indoles tẽpesti
uaq; in Laconicis fœminis ad oĩa promptitudo, cu
ius modo exẽplũ retuli. Qui cœlebs vixisset gym
nicis spectaculis arcebat, nudicq; hyeme forũ circui
bant, ne vt cæteri senes in honore apud iuuenes
essent, nubebãt virgines raptu, maturq; tamẽ viro.
Paranympha in cubiculũ abductæ capilos ad cutẽ
resecabat, sponsus inde ad eã ingressus cingulũ sol
uebat, noctu tantũ cũ ea congrediebatur, nec prius
sponsam aspiciebat interdiu q̃ ex illa fact⁹ esset pa
ter, filiorum & sobolis societas dignis hominibus
permissa. Licebat seniorũ cuiq; honestũ ex iuuentu
te ac probũ aliquẽ ad vxorẽ procreatiõis causa ad
ducere, atq; vbi eã alieno semine implesset, suũ qd̃
nasceretur efficere, neq; probro dari si quis huic q
fœcundã pudicãq; haberet vxorẽ, suadere esset aus
us, vt cũ ea sibi cõgredi liceret, ceu bono fertiliq;
solo operatur⁹ liberorũ causa. Ridebãt ad hæc qua
rundã gentiũ stultitiã, q̃ canes & æquas nunc pre
cio, nunc gratia optimis eius generis animalibus
supponerẽt, vx ores præsidio custodirẽt, ex illis so
li ipsi siue amẽtes essent, siue ægri infirmiq; genera
re vellẽt. Ius alẽdi partus nullũ parẽtibus: natus in
fans in publicũ deferebat ad locũ quẽ Ieschẽ dixe
re, vbi magno natu viri pueri formã intuiti si pro
bassent ex nouẽ milibus sortiũ vnam illi curabãt
ascribi, infirmũ & deformẽ ad Apothecas locum
haud lõge a Taigeto præcipitẽ ac præruptũ expo
Laconũ nutrimẽta. nendũ dabant, vtpote reip. inutilẽ. Mulieres vino
nõ aqua pueros abluebãt, quo liquore admoto cõ
stat resolui corpa debilitariq;, siqua sint comitiali
morbo obnoxia. Nulla loris fomẽta adhiberi, nul
la teneris crepundia, solitudinibus tenebrisq; assue
fcere. Ob idq; externarũ gentium quidã Laconicas
nutrices liberis alẽdis adhibuerũt. Pueri a septimo
Laconũ pueri. anno in equaliũ cœtu exerceri, literasq; pro necessi
tate addiscebãt, reliqua disciplina toleratu percipie
batur, ad cutẽ pueri tondebanť, nudis calcibus am
bulare, duodecimo anno tunicã vnã patrio institu
to sortiri, neq; balneas neq; vnguenta scire, thoris
ex arundine cõstructis quietẽ capiebãt, hyeme eos
quos Lycophones dixerunt thoris immiscere. Iren
Iren Lacedæmonum. qui cœtui præerat (is creabatur qui anno vno aut
altero cæteros anteibat) grãdiores lignari impera
bat, minores onera furto quærere. Maiorũ cõiuia
ingredi, inde etiã aliquid furari. Qui deprehẽsi erãt
in furto flagris admouebanť, nõ quia nefas esset fu
rari, sed q̃ parũ prudẽter & ingeniose esset id ab eo
factum. Iren quosdã canere iubebat, alios argutas
quæstiões ꝓponere, breue esse oportebat subitiq;
respõsum: quod si q̃s negligent⁹ fecisset, huic pol
lex ab Irene acrius mordebať. Instituebanť ad hæc
graui vti oratione, sed quæ itcunditate nõ careret,
sententiosq; breui sermone cõplexis. Satis q̃ dẽ cõstat
Lycurgũ ipsum presso peracutoq; vsum dicẽdi ge
nere, extãt nũc quoq; ipsi⁹ apophthegmata quædã
sed totius gentis multo plura a Plutarcho & alijs li
terarũ monumentis inserta: ita vt res in prouerbiũ
abierit, facili⁹ philosophari hoies posse q̃ Laconi
Laconicę fermo. cum sermonẽ imitari. Operæpreciũ est cognoscere
quale ab initio studiũ fuerit oĩm ætatũ, quanta ad
virtutem cõtentio, atq; æmulatio. In tris distincta
erat choros ois ætas. Tum in solennibus sacris se
niorũ cœtus canere exorsus, fuim⁹ olim robusti &
Laconũ Chori tres. iuuenes canora voce ꝓnunciabãt. Tũ adultæ æta
tis eũ excipiẽs, nos quidẽ iuuenes sumus & fortes
respondebãt, idq; si libet experiamini. Ad ea pueri
lis chorus, tam boni erimus & meliores. Plutarch⁹
autor est, ad sua vsq; tẽpora perduraſſe Laconicos
De cantu & modu latiõe La conica. quosdã modulos, quib⁹ illi ad tibiã in hostẽ ituri
vti cõsuessent, quorũ vim si quis diligenti⁹ atten
disset, haud absurde Terpandrũ & Pindarũ fortitu
dinẽ cũ musica iunxisse fuerit iudicatur⁹. Spartiata
rum rex pugnã initurus musis sacrificare solitus di
citur. Thucydides Laconici huiꝰ instituti est autor,
qui tibiarũ modulis i prælijs vsos scriptũ reliquit,
negat tñ id aliquo religionis ritu reive diuinæ cau
sa fieri solitũ, neq; vt vibrarentur animi excitaren
turve ad pugnã, quod cornua & litui apud Roma
nos factitarunt, sed vt æquali modulatoq; sensim
gressu cõueniẽtes pugnã capesserent, nec suos ordi
nes distrahi sinerẽt, cui Thucydidis opinioni acce
dit Plutarchus homo & ipse i historia grauissim⁹.
Exat Laconici vatis carmen, quo apparet nõ tibia
solũ Spartiatas in procinctu vsos, sed citharæ etiã
cõcentu, q̃ mos & ipse a Cretẽsib⁹ sumptus videri
potest, quod in Creticarũ rerũ relatiõe alio est a no
bis loco demõstratũ. Herodot⁹ Halyattẽ scribit Ly
dorũ regẽ fistulatores & fidicinas, & quod pene in
dignũ sit relatu, puiuiorũ etiã delitias i acie habuiſ
Pugnæ excitamẽta. se, eo bello quod Milesijs intulit. Romani præter
cornuũ & liuorũ ꝓcẽtũ, ardẽtissimo militũ clamo
re bellũ capessebãt, qd̃ lõge diuersum ab eo est qd̃
Homer⁹ de Achæis scripsit, quos tacitos fecit spi
rãtesq; robur in pugnã ꝓcedere. Galli cũ tripudio
vt Polybi⁹ et Liuius scribũt, scutaq; sup caput qua
tientes. Barbarorũ quidã cũ vlulatu prælia ineũt.
Ex qua rituũ varietate potest intelligi, cæteras gen
tes nõ id quod Spartanos in bello cõcentu esse se
Diuersa Laconũ instituta. cutos. Capillos prærerea a pubertate ex istituto ale
bant memorabili legũlatoris dicto, comantib⁹ ca
pitibus multo pulchriora fieri humana corpora.
Quæ si sint alioq; deformia capillo haud dubie fe
rocescãt. Prælijs initur⁹ rex caprã imolabat. Domi
militiæq; certa viuendi lege sunt vsi, bellicaq; exer
citatiõe, patriæ nõ sibi natos arbitrãtes, nullas qua
stuosas tractabãt artes, bellicę tantũ exercitationis
studio teneri, solẽnib⁹ epulis reliquũ dabãt tẽpus,
eoq; per hęc ventũ est, vt quemadmodũ Plutarch⁹
præclare scribit, Spartani neq; vellent, neq; si vel
lent scirent amplius priuatim viuere, essentq; ex
omni parte patriæ dediti, quod vel vnius vox de
clarauit optime (Parideres is dictus) qui cũ in tre
centorũ numerũ suffragio nõ reciperetur, hilari frõ
te domũ repetẽs dixisse fertur, gaudere se plurimũ,
q̃ trecentos viros patria haberet, qui publico iudi
cio se meliores essent. Suffragãdi ratio vt cætera ab
Suffragia Laconũ. alijs gentib⁹ diuersa, pauci ad hoc ipsum delecti cõ
claue comitio, ꝓpinquũ subibãt, vñ ipsi neq; quę
piam viderent, neq; ab vllo viderentur, tũ vero vt
primo alterove loco cõpetitorum nomina sortito
educta essent, quãtus vocũ assensus ad singula no
mina ortus esset, diligenter attendebant, ac quoto
quisq; clamor loco maior minorve esset ad ipsorũ
aures reddit⁹, tabella pernoctare, ex qua in publicũ
missa percipiebat, cui cõpetitorũ plures essent vo
ces suffragatæ. Primus ad hæc Lycurgus omni su
perstitione



perstitione sublata permisit cadauera in vrbe sepe
liri, tũ etiã circa templa sortiri monumẽta, nec viri
aut fœminæ nomen licebat cuiq; sepulchro inscri
bere, nisi eorũ qui fortiter in bello periissent, lugen
di tẽpus vndecim erat diebus finitũ. Nec ciuib⁹ pe
regrinari permissum ne alienos mores vrbi impor
tarẽt. Quin & peregre eo delati, nisi qui reipublicæ
vriles essent, vrbe excludebantur. Thucydides est
autor, ne quid Laconicæ disciplinæ peregrinæ gẽ
res inhiberent, quod satis inhumane haud immme
rito aliquis dixerit. Plutarchus qd̃ propi⁹, vero est,
ne mutuo cõgressu noui sermões in vrbe orirent,
& ex his noua iudicia, dissonęq; voluntates, q̃ sunt
publicæ rei pnicio sissimę. Et hęc in Laconica ciui
tate instituenda Lycurgus, q̃ scd'm hęc Lacedæmo
ne ꝓfecturus, velut Delphos petiturus vt oraculũ
fciscitaret, an rite illa apd' Spartiatas a se edita cẽse
ret numẽ, satisve ad ciuitatis felicitatẽ pertinentia,
oĩm cũ regibus multitudinem iuramento adegit,
ne q̃d ante suũ reditũ, ex ijs q̃ ad id tps sanxisset mu
tari paterent, mox filiũ & necessarios cõplex⁹, quũ
Lycurgi exitus. delphis rẽ diuinã fecisset ne iusiurãdũ ciuitati remit
teret Cyrrhæ sibi mortẽ cõsciuit. Timæ⁹ & Aristo
xenus eum in Creta insula defunctũ prodiderũt.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE LIBER II.

Ambitiose nimis ne impie dicã
fecisse videri poterã, si dũ oĩm
gentiũ illustriũq; virorũ gesta
colligo tradoq; monumẽtis li
terarũ, ea q̃ Deus optim⁹ maxi
mus, ad cuius ꝓuidẽtiã oĩa, me
rito referuntur, p viros pietate
insignes loperatus est miracu
la, quia talium rationẽ humana infirmitas non ca
piat, fiantq; ob id multis qui sapiẽtiores videri, vo
lũt parũ probabilia, dissimulem, quasi vero illa di
gniora sint relatu, quæ Herodotus, Liuius, Diony
sius & cæteri rerũ scriptores olim secuti sunt portẽ
ta, cũ haud dubie maiorũ dæmonũ illę insidiæ es
sent, q̃ hæc q̃ ab summo & singulari Deo profecta
intelligunt: quẽ humani generis consensus tã vere
q̃ pie pollẽrẽ optimũ maximũq; confiteť. Nec me
magis Polybij q hæc in historia nõ probat, q̃ mul
Polybij calũnia. torũ qui idẽ factitarunt, mouer autoritas, q̃q; hunc
ipsum merito rideas, q̃ suę ipsius cẽsurę oblit⁹ aut
certe historiæ necessitate ductus, in dæmonica illa
suorũ tẽporũ vanitate deliriscq; sit insigniter oc
cupat⁹? Sed quid hoc attinet prefari, quũ ex scripto
ribus haud infimi ordinis extiterint, q̃ de huiusmo
di rebus in parte operis vnũ atq; alterũ caput insceri
pserint? Sequar itaq; & ipse meũ institutũ, ꝓpheta
rũ diuinationes manifestaq; Dei opera, in Iosephi
historia, & in sacris libris tradita p partes relatur⁹,
quale prędictionis gen⁹ in Heliseo extitisse memo
rãt, qui quũ iã senio confectus esset morboq; graua
tus, vt nõ multo post vita migraturus putaretur.
Ioas q̃ Samariæ regnũ a Ioachane patre acceperat,
ad eũ ingressus, quũ suam regniq; sui fortunam fa
miliariter quereret, q̃ Heliseĩ tutelam sibi fatali ne
cessitate adẽptũ iri cerneret, vbertimq; interim fle
ret eum flentẽ, ꝓpheta pacis consolatus, primo hu
manæ legi nec fas esse, nec posse iri obuiã ostendit,
natũ se ea cõditione, vt quãdoq; e vita egrederetur:
inde p̃cipit ibi corã ab eo arcũ intẽdi ac se spectante
sagittas emitti, mirantibus cæteris quorsum illius
iussa tenderent, post tertiũ iactũ Ioas destitit, tũ q̃
Heliseĩ divina tio.

scenti regi Heliseus, si sępius inquit arcũ tetẽdisses,
omne Syriũ nomẽ per te deleri potuit: nũc sic habe
to, breui fore, vt ex ea gente fis sagittarũ, quas missi
sti, numero victorias æquaturus, recipiesq; ab ho
ste ter victo quicquid ille tuo olim patri bello ade
mit. Hęc ille. Nec ira multo post vita decessit. Ioas
defunctũ honorificẽtissime extulit, & illud haud re
latu indignũ, qd̃ in eius sepulchro euenisse ꝓditũ
est, homo quidam a latronibus interfectus temere
q; vt scelus lateret, in eius delectus tumulũ, sepulti
corporis cõtactu, continuo est ad vitam reuocatus.
Ioas in spem certæ victoriæ erectus Syriũ bellum
iã ide ab Heliseĩ morte aĩo meditar⁹, cognito. Aza
heliseĩ mors. helis regis exitu filiũ eius subita vi adortus, triplici
prælio vicit, victumq; intra Syriæ fines cõecit, ex
eoq; ter victo quicq̃d ex Samarię regno Azahel oc
cuparat, per ociũ recepit. Amasias qui Ioa patre de
Motui sit scitatio. functo Hierosolymis regnauit (sic enim accidit vt
duo eodẽ nomine reges vtrobiq; in Iudæa rerum
vno tempore potiti essent) a paternæ cędis vltione
regnum auspicatus, os conspirationis olim in eũ
initę ad pœnã requisitos capitali supplicio affecit,
horum liberos incolumes prestitit. Mosaicę legis
haud immemor qua diserte cautũ erat, ne patris sce
lera filius lueret. Accuratissimũ inde habuit dele
ctum, trecentisq; hoim milibus ab bellum conseri
ptis & vt præsens armorum apparatus terribilior
esset hosti, centum milia ex Samaritano regno sti
pendio conduxit, etsi postea eorũ opera Amasias
Amasias ad bellũ ꝓficiscitur. non est vsus, stipendio illis remisso, propheta, qui
regi aderat, admonente, vt ab impio Samaritano
rum cõmercio & societate suos abstineret. Externis
igitur auxilijs repudiatis, cum domestico exercitu
in Moabitas Idumęos & Gabaonitas mouit, in
gressusq; hostium fines cũ his acie conflixit, cruen
toq; prælio vicit, ex victis decem milia cecidere, to
tidem ferme capta. Inde late per hostium effusus,
ingẽtem prędam adeptus, ad Petram in Arabia ca
stra fecit, & iam in aperto victoriæ cursu erat Ama
sia, quum stipendiarie Samaritanorum copiæ gra
ui se ignominia affectas rate, q̃ velut parum ido
Samaritani Iudeos insectant. neis milites ac per hoc indigni qui Iuditarum in ca
stris militarent dimissi essent, in Amaziani regni fi
nes prędidio nudatos, facto impetu cædẽ & rapinis
vsq; Bethorõ omnia turbauere. Nec victoria Ama
się feliciter cessit, qui presenti rerum successu elatus
ad patris ingenium, & mores recurrit, captiuos deos
quos ex Malachitana victoria reportarat, religiose
est complexus. Reclamare in eum propheta ac prę
ter impietatem demẽtię quoq; factum redarguere,
q̃ eos deos coleret qui neq; cultores suos neq; se
ipsos tueri potuissent, iniquo ille animo eius modi
voces ferre, perstare tamen in susceptra vanitate. Af
fuit itaq; vt sępe alias scelerisvltio, ad quam accele
randam ipse sibi viam inuenit, Amalechitana vi
ctoria elatus ad Ioam Samarię regem scribit, esse si
bi in animo omne Iudaicũ nomen, quod maiorũ
culpa in duo regna abijsset, in vnũ, corp⁹ vt antea
vnire, velle itaq; & iubere, vt cũ ipsis tribubus an
tiquo sese imperio subiceret. Quod si minus im
pigre iussa faceret, sciret se non multo post vtriusq;
regni vindicem affuturum. Ceterum rãtum abfuit,
vt minacissima Amasię denunciatio Ioam aliquo
modo mouerit, vt per literas regem ipsum sue in
firmitatis admonẽdũ duxerit. Libanitani carduifa
bula tempestiue literis inserta, qui sue humanitatis
immemor cũ cedro affinitatem iungere esset ausus,
De Cardduo & Cedro. cui dũ sedulo studeret, subito quadrupedis ꝓcu
sit proculcar⁹. Instruxit ille nihilo seci⁹ bellũ, quẽ
venientem intrepide Ioas excepit, sed prælio vix

bene inito inopinatꝰ timor Amasiæ milites cepit secuta deinceps turpis fuga, rex suorũ præsidio nudatus in hostiũ potestatẽ venit, tum victor Ioas capto extrema supplicia minitãs, nisi se intra regiæ vrbis mœnia duceret, admotis Hierosolymam castris, diruptaq; murorũ parte trecentorũ cubitũ spatio, triũphanti similis Samaritanꝰ Rex vrbẽ ingressus, ante ciuitatis oculos Amasiã præ se captũ egit.

Templo deinceps sacris thesauris spoliato, regiaq; magis direpta q̃ expoliata, mœsta & deformata vrbẽ mœstissimo reliquit regi. Amasias quũ vitã ob ignominiã & cladẽ acceptã indecore egisset, anno sui regni vndetrigesimo domestica coniuratione periit, in cuius locũ Ozias filius successit. Fuit Amasias ab Dauide vndecimꝰ, inciditq; clades illa in annum eius regni quartũ decimũ, q̃ a Dauidis interitu alter a quadragesimo ac ducentesimo fuit annꝰ: potiti sunt cum eo regno, Telechus Lacedæmone, Athenis Pheredus, Aristhemedes Corinthi, Albæ in latio Romulus aliquãdiu, & post eum Auẽtinꝰ Romuli filius, q̃ vni ex collibus, quibus postea Roma cõdita est, nomẽ dedit. Sẽsecor in Aegypto Serapis pater, q̃ deinceps pro deo est in ea terra cultus, vt Eusebius scribit. Osorthonq; ei successit. Cypriq; p id tẽpus maris imperiũ obtinuere. Quidã rerũ scriptores his tpibꝰ aiunt Carthaginẽ cõditã. Nec Ioas, vt ad res Syrias reuertar, stillus, Hierosolymitanæ victoriæ sacrilegeq; rapinę diu superstes fuit, sed violati tẽpli vix anno circunacto vita decessit, regno Hieroboæ filio p manus tradito, is quicq; terræ Hebræi ab initio ad Hemathon vsq; qua parte Iudea ad aglonẽ spectat, possederãt, & ad meridiẽ, ad Asphaltidẽ vsq; lacũ, a Syris locorũ accolis bello victis recepit. Prædixerat id futurũ Ionas homo vt tũ multa diuinatione clarus, ita ad posteros ob ea, quę in illo euenisse dicũtur, præcipua admiratione. Sacri libri & Iosephus quẽ plurimũ in Hebraica vetustate sequimur, cœlestí aiunt voce eum aliquando iussum in Ninum vrbẽ proficisci, ibiq; aperta prædicationẽ populo significare futurũ, vt breui Assyrii imperium amitterent, veritũq; ne ea vox in se hoim odia verteret, periculumq; vitæ afferret, longe diuersum iter ingressum Ioppẽ mariti mã vrbẽ venisse, nauiq; inde auectum in Ciliciam cursum intendisse, postea vero q̃ altũ tenuit adeo fœda est tempestate iactatus, vt nõ procul abesset quin maris magnitudine nauis victa, fluctibus obrueret: nautæ in religionẽ versi, ex vectoribus aliquẽ esse aiũt, qui infestum habeat numẽ, quicq; secũ occulto aliquo scelere cæteros in apertum vitæ trahat discrimen. Iã enim satis persuasum erat omnibus, rãtã vim maris sine cœlesti ira cieri nõ potuisse, quũ nulli flarent venti. Tum siue sorte siue ipso id petente Ionas a nautis in subiectos fluctus detur batur, exceptusq; vastissimo Cęthi hiatu in ei⁹ aluo triduo fuisse traditur, q̃ si quis ab eiusmodi miraculis numinis, puidentiã seiũgat, merã sibi fabulam narrari arbitretur, sed ita cordi fuisse illi credere par est in cuius potestate præsidioq; sunt oĩa. Scio ego Theologicæ disciplinę autores grauissimos, id mystice factũ interpretari, vt figura illa fuerit eorũ quę postea in Christo Dei filio euenerũt qui triduo in gremio fuit terræ, qd' suo postea loco explicabitur, vt Ionas in beluæ vtero. Cæterũ vbicũq; ille (nã in Euxinũ quidã aiunt delatũ) est terris redditus, diuinæ non ignarus prouidentiæ q̃ æque terris mari q; polleat, iussã, q̃ nuper incassum detrectarat, ꝓpere facessit. Fuerũt Hieroboę res gestę magnificæ & amplæ, verũ q̃ Ozias (sunt q; Azariã vocẽt) in altera Iudęę parte gessit, nihilo minore fama ferunt.

Philistæis bellũ is primo intulit, Getũq; & Ianiam vrbes de ea gẽte cepit, captas diripuit, direptas muris nudauit, inde bella bellis serẽdo, in Arabes Aegypto finitimos arma trastulit. Hic victor laręq; euagatus in Erithrei sinus ora oppidũ summa ope cõmuniuit, validoq; præsidio firmauit. pari successu Ammonitas subegit, subactisq; tributũ imperauit. Sicq; regni finibus Aegypto tenus propagatis, Hierosolymã reuersus, vrbis mœnia vetustate priorũq; regũ incuria collapsa, valide instaurauit. Constituit & aquæductus, & munitiones plerasq; Arabum mõtibus oppositas. Habuit interim sub signis florentissimas copias. CCCLXXX. hominũ milia in eius castris fuisse dicuntur omnium armorũ generibus optime instructa. Nec quũ rei bellicę studio teneretur, agrorũ est cultũ aspernatꝰ, varięq; in eo delectatꝰ dicit' pcipueq; plãtarũ satione. Sed tãtã honorũ affluentiã vanus deorũ cultus fuisse tauit. Perpetuus felicitatis cursus a vera pietate eũ auertit. In nulla fortuna minus homo sibi constat q̃ in ea, quæ prosperrima sit. Magnæ itaq; illi cũ Azaria Pontifice & vniuerso sacerdotũ ordine de sacrorũ ritu in tẽplo altercationes fuere. Suntq; prodigia interim tetra & obscœna eius oculis obuersata, demũ ore totoq; corpore lepra infecto, coactus est patrio more, medio excedere, nec pro rege deinceps multa egit, sed filio ad administrationem adm oto, priuatã vitã instituit. Per hęc tpa Phœnices seprimo maris imperiũ tenuere, quũ Aphrõ interim Athenis princeps esset, cui Tespieꝰ breui successit, in Aegypto Tachelothis, Egenon Corinthi, Albæ Auentinus, qui tertiusdecimus ab Ascanio fuit, cuius mẽrio in priorẽ tẽporum relationẽ incidit. Tonoscon in Assyria rex erat, quẽ Græci & Latini scriptores Sardanapalũ vocãt, fuit hic sextus a Nino & trigesimus, postremus eorũ, qui in ea terra imperium habuere, mollis corruptaq; vita, vel fatum potius regni in causa fuit, vt orta a Medis defectione, plures vno tempore populi imperiũ detractarint, atq; ita regnum multa indole quęsitũ, maiore quadã auctũ, perdita vnius hominis luxuria, supremaq; desidia est euersum. Abierat ille, omnis humanæ vicis, & rerũ volubilitatis oblitus, in tantã vitę mollitiem, vt iã grandis natu puellari more corpus fuco componeret, muliebri stolla molliter amiciretur, suauissimos interi potus, ciboscq; poĩa elemẽta exquisitissimos, ne sua libidiniꝰ, q̃bꝰ erat immersus, deessent alimẽta, sollicita cõmẽrꝰ in dagine. Per quæ eo ventum erat, vt alterno concubitu muliebria etiã paterẽt, pudore vsqueadeo profligato vt post mortẽ, qua nihil egiti vita pulchriꝰ eo vt creditur volente, hæc sint eius sepulchro inscripta. Hæc habeo q̃ comedi, & quæ cũ amore & voluptate percepi. Cicero ita carmen digerit. Hæc habui quæ edi, quæq; exaturata libido Hausit, at illa iacent, multa & præclara relicta. Cæterũ quia nemo tã perditis moribus fuit vnq̃, qui nõ aliquando mentem ad honestatis speciem reflexerit, in eo Sardanapalus verecũde agere, q; eã vitę turpitudinẽ a populorũ cõspectu remoueat, nec in apertũ, pdire vnq̃, nec interi pati quęq̃, pter cubiculares eunuchos, ad se venire. Repertus tñ vnꝰ Arbaces (alij Arbacũ vocãt) homo prõpto sagacię ingenio, q̃ Eunuchi ministerio ad eius p̃sentiã admissus. Erat is earũ copiarũ caput, quas Medi ad Nini vrbẽ regiã veteri instituto quotãnis mittebãt, Erat & Belesus Babylonici præsidij præfectus, atq; e numero sapientum, quos Magos illi vocant, vnus. Mutuo itaq; colloquio Arbaci familiaris factus: hic astrorum peritia frætus, Medo suadere cœpit, vt mentem & animũ ad occupandum regnum adijceret, futurum pollicitus vt nõ multo post fieret voti compos. His ille vocibus velut certo quodã impulsus oracuło, dat operã vt Eunucho aurea phiala corrupto, per speciem negocij ad regẽ admitteretur, quod nulli antea, aut certe raro cuiq; fuerat cõcessum. Tũ vero regis vita ex proximo inspecta, magisq; ex omni parte q̃ ferret rumor contaminata, confert Arbaces cũ Belesо consilium, vt vterq; in patriam post annuã militiã reuersus, suos ad defectionẽ perpelleret. Missione igitur ad tẽpus impetrata, diuersi abeunt. Interim & per fidelissimos nũcios Arabiæ præfectum, muneribus conciliatũ, magnis pollicitationibus in consiliorum socium accipiunt'. Anno igitur exacto cum copiæ de more cõscriberent, quod a minore Nino vt a principio dixi ad populos in fide continendos fuerat institutũ. Arbaces & cõiurationis socij cũ quadringentis milibus hoĩm in vnum castra conferunt, tũ vero summa imperij Arbaci delata, haud in occulto amplius defectionẽ habuere. Quo nuncio perculsus Sardanapalus late bras primo circũspicere, inde subita animi fluctuatione ad arma reuocatus, ex ijs gẽtibus quæ adhuc in fide erant, tumultuariũ haberi imperat delectũ. Appropinquantibus itaq; hostibus, Rex cum suo exercitu stadia septuaginta a Nini vrbe, dimicaturus occurrit. Hicq; cõmisso prælio, Arbaces, & qui cũ eo erant acie victi ad mõtes rediguntur, fuerunt q; inde Sardanapalo duo alia cũ hostibus secunda prælia, & iã in certa spe victoriæ erat, quũ ducentis propositis talẽtis, q̃ Belesi aut Arbacis caput ad se deferret, nemo repertus est, q̃ eos violare sustinuerit, tanto in regẽ odio omniũ animi exarserãt. Egerat interim triplici pugna victos hostes Sardanapalus ad Babylonicos vsq; mõtes, resq; propemodũ ad fugã spectabat. Sustinere tamen rem aperte inclinatã Belesus, atq; astrorũ obseruatione victoriã toties victis polliceri. Rogare igitur vt suæ arti ea moram darent, astra & Deos omnia secũda portendere. His hortationibus duces & alij, loca q̃ semel occuparãt obtinere persuerarũt. Interim ingẽtes Bactrianorũ copię q̃ a Rege fuerãt accersitę dictę sunt appropinquare. visum est Arbaci clam prodire illis obuiam, ducesq; ad colloquiũ vocatos, aut persuadẽdo in societatem belli trahere, aut si minus id queat, priusq; regijs copijs iungerent armorum vi ad id ipsum cõpellere. Sardanapalus oĩm, quæ interim apud hostes parabãtur, ignarus (tot enim secundis prælijs elatus, ad voluptatẽ, q̃ quoquo mõ intermissa, validius q̃ rudis & inexperta cedentibꝰ incumbit, velut ex longo interuallo cupide animũ reflexerat) hilare cõuiuatur, vinũq; militibus distribuit. Hac hostiũ negligẽtia per transfugam ad Medum delata, mutato consilio regia castra inuadit, hic structi paratiq; ad cędem, milites inermes, vino q; & ciborũ crapula sepultos, more pecorũ sternũt. Pauor ingẽs, & fuga totis castris orta, semisomnes clamosa trepidatione agit, sine duce, sine imperio, alij in ferrũ ruere, alij per aduersa castrorũ qua fugã inclinassent per plana & abrupta abeũt pcipites Rex castris exutus, cũ ijs, q̃ nocturnæ cædi superfuere, in vrbẽ compulsus est, cuius animus multis iã antea delitijs corruptus, ita ad primã cladem eamq; magis sua negligentia, q̃ hostium virtute acceptã concidit, vt copiarum, quæ supererãt, imperio Salameno vxoris fratri dato, ipse tuendæ vrbis ꝓtextu, pristinæ luxuriæ latebras cupide inuiserit. Cæterum aduersæ res, quę aliæ super alias paucis diebus acciderunt, breuiorem illi voluptatem fecere. Nã & Salamenus haud multo post circa regiam vrbem bis acie victus concidit, quo sublato Assyrij fœdissima fuga ad flumen præcipites aguntur, paucis in vrbem trepide refugientibus, cætera multitudo flumine intercluſa miserabili modo periit. Tanta ibi cædes edita, vt Euphrates toto die cruentus fluxerit. hæc Diodorus. Herodotus, cuius autoritas plus omnino apud me valet, significare videtur Tigrim flu. nõ Euphratẽ Ninũ vrbẽ alluere. Ingens ad hæc defectio secuta, plures gentes vbi regiã fortunam palam inclinare sensere, vltro ad Medũ defecere. Rex ipse in manifesto discrimine cõstitutus, tris virilis stirpis liberos, & duas cum his filias virgines in Paphlagoniã, ad Cottũ præfectorũ fidissimum misit cum magno auri pondere, vt si dom⁹ regia excidium passa esset, possent pro veteri fortuna apud hospitem in honore esse. Inde auxilia ab his qui adhuc in fide erant vndiq; accersit. q̃ quis longã obsidionẽ laturus, vetusto oraculo fretus, quo responsum erat, Ninum vrbem capi non posse, nisi fluuius illi hostis fieret. Murorum igitur fastigio (neq; enim arietes, alia ve bellica machinamenta ad disturbanda mœnia in vsu adhuc erant) armorum omnifariam multitudine, rerumq; omniũ copia, quæ regi superabat, obsidio biennio distracta est. Tum vero fluuius assiduis imbribus vltra modũ auctus, quum non paruam vrbis inundasset partem, eamq; ad viginti stadia perpetua murorum ruina enudasset, ratus Sardanapalus fatale tempus adesse, ne viuus in hostium potestatem veniret, pyram in regia ingentem struxit, auro huc argentoq; & omni pręciosa veste cõgestis, vxoribus ad hęc, eunuchis, & quicũq; illi charissimi fuerant, subiecta face incendit seq; incensæ viuum dediecit. Morte regis nunciata confestim Medus vrbẽ qua muri prociderant inuadit, quam nullo certami ne ingressus. Rex consalutatus est. Fuit hic annus, quo Assyriorum est regnum excisum, quarer mille simus ab orbe condito trecentesimus atq; octogesimus primus, præcessit humanæ salutis primordiũ octingentos annos ac duodeuiginti. Herodotus significare videtur, post Assyriorum regnum a Medis euersum, multo dcinceps tempore nullũ fuisse Regem, singulas ciuitates populari imperio vsas, absq; regibus fuisse, demum Ciaxarem insignem iustitię virum a Medis regem constitutum, eumq; cæteris gentibus in societatem alectis, omnium cõsensu late imperium obtinuisse, cuius deinceps posteri, sint rerum potiti ad Astyagem vsq;, quẽ Cyrus Persęq; regno & vita spoliarunt'. Idem autor est anno secũdo decimæ septimæ olympiadis Ciaxarem regem in Medis creatum, quo apparet centum & amplius annos ab Assyriorum regno euersо ad Medum inchoatum interfuisse. Ctesias Gnidius ex regum annalibus aliter texuit historiã. Vixit is annos septẽdecim apud Cyrum, eo bello captus, quod ille aduersus Artaxersem fratrem gessit. Ex regijs igitur annalibus, quibus Persarum res gestæ ordine cõtinebanꝰ, ille in historijs prodidit. Regno Assyriorũ verso cõfestim Medos impio potitos, Arbacẽq; a quo Sardanapalus victus est, eius gẽtis primũ iperij nomẽ tulisse, ab eo Mãdanã filiũ regnũ accepisse, cui Sarsomones postea successerit, huic Artecarmis, mox Arbianeis, post hũc Aristheꝰ q̃ cũ Cadusijs grauissima gessit bella, vñ mutua vtriusq; gẽtis odia ad posteros dura uere. Aristheo Arthapis, post hũc artibanꝰ regnauit, quẽ Astibaras est secutꝰ, is cũ Sacis biẽnio bellauit, ob Parthos q̃ a Medis ad eã gẽtẽ defecerãt. Erat tũ Tarina Sacrarũ regia q̃ bellicis studijs magnũ post se nomẽ reliquit. post Astibarã Apãdas regnauit. is Astiagisque vicit

Amasiæ interitus.

Tẽporũ supputatio.

Ioę mors

Ionas pheta.

Cæthus Ionæ.

Oziæ gesta.

Ozias lepra ifícit. Tẽporũ supputatio.

Sardanapali vita.

Sardanapali titulus.

Belesi p̃fecti cõsilium.



Arbacis facinus.

Arbaci & focioꝝ motꝰ.

Sardanapalus Arbacem fugat.

Belesus astrorum peritus.

Vincitur Sardanapalus.

Sardanapalus se desidiæ reddidit. Strages.

Ciaxares Medorũ rex.

Medorũ Reges.

Sardanapali exitꝰ

Anni mundi.

vicit Cyrus fuit pater, puicq; Medorum vltimus imperauit, sed hæc seruata rerum serie suo melius explicabuntur loco. Cæterum ne longior postea de Medis sit nobis sermo instituendus, pauca de terræ situ & moribus gētis sunt hic nūcl subiicieda. Iacet Media longe fusa a Zagri trāsitu, q̄ Medica porta dicitur, ad Caspias portas stadiorū quatuor milliū & amplius lōgitudine. Parthia ab ortu finitur, qua parte Cossei latrocinio ſfames ardua tenēt loca, ha bet a septemtrione Caduſios cū qua gente mutua odia diu Medi vt dixi exercuere. Apolloniatide quā vetereſ Sitacenam dixere ab austro clauditur. Trapiſs & Armeniorū q̄busdā ad occaſum. A Medo nomē illi datū plures credereq̄ fuit Medeę filij. Sunt qui Medū quū in ea terra regnaret, id materno noi tribuiſſe exiſtimarēt. Fama est Iaſonē poſt diuortiū cum Medea in gratiā rediſſe, & ex Grecia in Pontū cum valido exercitu ſecum Medea adducta nauigaſſe, tum eius interuētu Oetam graui bello leuatum, inde in Armenios arma ab eo translata, mox & in Medos, domitiſq; late gentibus Iaſonē in ijs terris imperaſſe. Fuiſſe rei gestæ monumētū haud obſcurū, q̄ præter gentium & terrarum nomina, quarū hāc ab Armeno Iaſonis comite Theſſalici generis viro, illā a Medea, ſiue Medo eiꝰ filio nominari contigit, Medea etiam veſtis in ea gente fuit, & Iaſonius mons, aliaq; permulta quæ veteri huic opinioni haud dubie aſtipulantur. Nec ſum immemor quę de Medeę & Iaſonis exitu alio ſum loco ſecutus, ex Diodoro illa, recentiora ex Trogo mutuatus. Sagittandi equitandiq; ſtudium genti prēcipuū ac pene peculiare. Peruetuſta & regū veneratio. Tiara, pileus & manicatæ veſtes ab his ad Perſas cum imperio fluxere. Propriū Medorum regum fuit plures vxores duxere, mox & in priuatos tranſlatum, vt minus ſeptem habere non liceret. Pulchrum & fœminæ multos habere viros, pauciores quinq; calamitatem arbitrari. Sterilis regio qua ad ſeptemtrionē obuerſa eſt, quo fit vt ex maIis in hunc vſum exēcatis ac contuſis maſſam cōficiant, ex roſtis Amygdalis panem, ex herbarum radicibus vinum. Ferinis carnibus plurimum victitant. Et hæc de Medis quibus Arbaces peperit, vt diximꝰ, imperium, Ille vt de eo adhuc pauca dicā, poſt Sardanapali interitum victoriam adeptꝰ, quū bellorum ſocijs ſua cuiq; reddere prēmia, Beleſum per quem fuerat omnia conſecutus, Babylonis prēfectū declarauit. Is poſt captam Nini vrbem ab regis Eunucho doctus vbi vis auri ingens lateret, q̄ Sardanapali fuerat, occulte id reſoſſum, vt ſolꝰ poſſideret, ab Arbace petijt, vt Sardanapali cineres Babylonē licet ſecū deferre, vouiſſe ſe medio belli tēpore, quum fortuna adhuc anceps eſſet, vt ſiquando Aſſyriorū regia capta & incēſa ſe illius cineres Babylonē trāſlaturum, ibiq; monumentum regni Aſſyriorum ab Arbace ſe adiutore exciſi poſteris traditurum. Nec id grauate eſt impetratum, nā præterq; q̄ Beleſo nihil ob recentem meritorū memoriā negare eſſet auſus, nulla ſuſpitio inciderat, vt regia combuſta, ex vetere regum gaza quicq; ſupereſſet. Paratis igitur nauibus, vt fluuio cineres ſubuehērētur, auroq; in eas occulte impoſito, res certo ad Arbacē indicio delata eſt, qua fraude cōperta iudices ex prīncipibus caſtrorum Beleſo dedit, qui peculatus iudicarent, iudices eum furti conuictum capitali ſupplicio damnarūt. Sed tantū abſuit, vt Arbaces illi quicq; mali fecerit, vt capitali pœna remiſſa, regium etiam aurum cum decreto antea honore habere iuſſerit, Babylonemq; lætum dimiſerit, pro cōcione faſſus, maiora eſſe Beleſi erga ſe merita, q̄ vt pro tam parua offenſa illi iraſci debuerit. Cōciliauit ea res Arbaci, nō ſolū clementiæ famā, ſed in noua adhuc adminiſtratiōe liberalitatis opinionē, qua neq; vtilior virtus, neq; decētior in ſummo principe eſſe poteſt. Liber hic & par eſt, q̄n Beleſi cauſa in Magorum mentionē incidimus, pauca de illorū ſapiētia & inſtituto ijs q̄ adhuc diximꝰ, ſubtexere. Fuerunt apud Babylonios Magi, quod & in Aegypto ſacerdotes ad deorū cultū inſtituti, hi per omnem vitam philoſophari, aſtrorum peritiā tenere, nunc augurijs, nunc carminibus ſacris, mala hominibus auertere, bono afficere. Auguria inſomnia prodigiaq; fida interpretatione explanare. Nec foris inſtituebantur vt Græci, ſed a parentibus diſciplinam velut hæreditariam ſortiti, pueri domeſtice diſcebāt, qua perpetua cura, facilisſeque batur profectus, vna conſtansq; diſcendi ratio, nō varia & anceps, qualis apud Græcos, vbi qui eam tradere conſueuerūt, varia de principijs, & rerū cauſis, atq; inter ſe repugnantia diſſerebant. Sed hi Mūdum communi aſſenſu æternū opinati, neq; principium habuiſſe, neq; finem habiturum, vniuerſorum ordinem & ornatum diuina prouidentia conſtare. Cœleſtia corpora non ſua ſponte, fortuitoue motu, ſed lege quadā certoq; numinis iudicio moueri. Aſtrorum curſum vetuſta obſeruatione perſcrutati, multa ex illorū inſpectione mortalibus futura vaticinari. Maximam vim planetis tribuere, præſertim huic quem noſtri Saturnum vocant, clariſſimum Solem omnium arbitrari, & cui præcipua adeſſet virtus, Martem, Venerem, Mercurium & Iouem præ cæteris obſeruari, quoniā velut proprium curſum ſortiti futura oſtenderent, tanq; deorum interpretes. Quod ipſum vſqueadeo perſuaſum habuerunt, vt quatuor illa aſtra vno nomine Mercurios appellarent. Ventis præterea imbribus, æſtu, cometis, ſolis, & lunæ defectu, terræ hiatu, multis denicq; ſignis, ſalubria ſimul ac pernicioſa prædicere. Imaginari adhęc alia ſydera illis ſubiecta, & ex his quędā noſtro hemiſphærio, alia ſubterraneo vagari, alterno q; ſingulorum ortu & occaſu, q̄ apud ſuperos fierent, quęq; apud inferos ſigni ficari. Parī adhęc cū Aegyptijs errore, duodecim ſibi deos finxerūt, quorū ſingulis mēſe vnū & vnū in Zodiaco ſignum tribuere. Multa quidem regibus vētura vaticinabant, vt Alexādro victoriā cū Dario dimicaturo, Nicanori deinceps, Seleuco, & aliis Alexādri ſucceſſoribꝰ. Mox & Romanis Cęſaribꝰ nō pauca, quorū eūctus non caruit fide. Numerāt p̄terea ſidera quatuor & viginti extra zodiacū, ad Boreā. XII. reliq; notiū polū verſus, horū q̄ appareāt ad viuos ptinere arbitrati, cętera ad eos, q̄ vita defuncti eſſent. Hęc illi & alias rerū ambages oſſuderūt mortalium oculis, vt q̄ de annorū obſeruatiōe meminerūt quadragīta tria annorū milia a prima ſuarū rerū memoria, ad Alexādri aſcēſum colligētes, qd' ipudēti q̄dē mēdacio aſſerebāt, niſi aliquis eā annorū rōnē mēſtruā interp̄tet, qualis apd' Aegyptios fuit, vt ſupra eſt a nobis ſignificatū. Sed ad Arbacē redeo, q̄ poſt victoriā reb⁹ ī Aſſiria ſtrenue cōſtitutis, Ninū vrbē diruit, ciuib⁹ icolumitate cōceſſa, q̄cq̄ ex oī p̄da reliquū fuit, ī Hecbatanā Medię cōtulit, hūcq; exitū habuit Aſſyriorū regnū, qd' a Nino ad Sardanapalū, lōgiſſima regū ſerie annos mille, vt Diodorꝰ ſcribit, & quadringētos habuit. Euſebiꝰ Belli tēpora cōplexꝰ (fuit & is ī Aſſyria rex, maiorēq; Ninū p̄ceſſit) ānos q̄ntū ſupra mille & trecentos colligit. Nec de regū numero, vt video, iter ſcriptores cōuenit, quidā a Nino ad Sardanapalum quinq; & triginta in ea terra regnaſſe prodiderūt,

Medię ſitus.

Medeę et Iaſonis geſta.

Medorū mores.

Beleſus Babylonis præfectus.

Beleſi fraus.

Grat⁹ Arbacis animus ī Beleſum.

Magorū inſtituta.

Magorū ſcientia.

Arbaces Ninū vrbē diruit Aſſyriorū regni finis.



diderunt, alij triginta nec amplius poſuere. Sed quantacunq; fuit illa regum ſeries, ſatis cōſtat excidium imperij illius in ea tempora & annos incidiſſe, q̄bus Theſpius Ariphronis filius Athenis rerū potiebatur. Corinthi Egemnon. Albę i latio Auētinus, cuius ſupra bis mentio facta eſt. In Aegypto Tacheloris. Heliſeo in Iudæa, Iona & Amote prophetica diuinatione claris quū Hieroboas interim Samariæ. Ozias Hieroſolymis regnū obtinerent. Succeſſitq; haud multo poſt Hieroboę Zacharias filius, q̄ ſexto ab eo mēſe, quo regnare cœperat, do meſticis exceptus inſidijs. Selli cuiuſdā opa periit. Sellus velut regnū parricidij ſibi p̄miū propoſuiſſet, regis appellationē temere occupat: cęterū haud multis inde interiectis diebus a Manaene copiarū p̄fecto q̄ audita regis ſui cæde, cum haud modico exercitu, ex Tharſo occurrerat, victus p̄lio interfici tur. tū Manaen rex creat, huic quū cæteri impio paruiſſent Thabraini ſoli omniū venięti portas clauſere, id ille iniquo animo ferens: Thabrain vrbem infeſta oppugnatione aggreditur, quā cū breui cepiſſet hoſtiliter diripuit, & vt vnius ciuitatis exciū alijs documento eſſet, ne q̄d tale in ſe auderent, in oīm ſexū & ætatē ferrū immiſit. Phioialus huic bellū intulit, q̄ poſt Sardanapalū nō imperiū, qd' nullū vtiq; erat amplius, ſed in Medicos reges cum tumax quādā regni ſpeciē obtinuit. Hæc Ioſephꝰ. Ego Arbacē & cęteros reges q̄ eū ſecuti ſunt, p̄ pſe ctos credideri Aſſyriā adminiſtraſſe, necvllo modo paſſuros fuiſſe, Sardanapalo interfecto quēpiā regis nomē in ea terra obtinere. At ſiue reges, vt ab illo dicunt, ſiue illi potius p̄fecti fuerūt, multæ ex Aſſyria clades Iudaice genti haud vno tēpore ſunt illorū ductu illatæ. Cauſam belli huius apd' Ioſephū nō reperio. Manaē quū Aſſyrij Tharſum vſq; prędabūdi, p̄ceſſiſſent, ſuis viribus diffiſus pacē p̄tio redemit, pactus in præſens mille argenti talēta, ac totidē ſingulis' deinceps annis in ſtipendiū dando. Miret fortaſſe aliquis (vt tenues tūc erant gētiū opes) tātā argenti ſummā vnā Iudeę partē in perpetuum pacīſci potuiſſe, ſed Ioſephus & bibliaci libri id habent. Adiciūt adhæc quod adhuc magis mirū videri poſſit, Manaenem pollicitū auxiliares copias Aſſyrio mittere, q̄bus ille aduerſus Medos vteret. Nec Manaen diu ſuſtes fuit, fato Samaria defunct? Phaceię filio regnū tradidit. Is eo biēnio quo regnare cœperat domeſtica cōiuratione eſt oppreſſus, a Phaceia, q̄ eodē erat quo & Rex nomine. tenuit regnū parricidio q̄ſitū Phaceias, ſed minus in eo adminiſtrando felix, q̄ in occupando fuerat, Phalaſſeris ductu Aſſyrij nouo Iſraelitas bello adorti oīm Galaaditē terrā populatione vaſtarūt, trans Iordanē quoq; longe lateq; regione vaſtata, plurimi mortales ſunt in p̄dā abducti. Inciditi hęc tēpora Procæ regnum, q̄ quartusdecimus ab Albę ab Aſcanio regnauit. Erat q; rex interim Corinthi Alexāder. Alcmenes Lacedęmone. Athenis Agamneſtor. Oſorthō in Aegypto, quē Euſebius ſcribit ab indigenis Herculē cognominatū. Macedonia Cranauſ q id em tēpus ortū eſt eius terræ regnū) de cuius origine haud alienū fit ab hiſtoria nunc primū quū in eius mētionē incidimꝰ breuiter dicere. Fuit regio ipſa olī modicis deſcripta finibꝰ, & ab Emathionis noīe, cuiꝰ prima in ipſis locis virtutis expimēta, vt Trogus ait extiterūt Emathia nominata. Pelaſgi vna gēs illi ea tempeſtate fuit, Bœotiaq; regio dicta. Sunt q; a Macedone Oſyridis filio arbitrētur Macedoniā deinceps nominatā, in regione Pœoniæ, q̄ Macedoniæ deinde portio fuit, vt quidā tradūt. Apianus Pœoniā a Græcis nominatam

Regnorū collatio.

Sellus.

Phioialꝰ.

Iudęorū clades.

Manaen.

Phaceias

Procas Rex. Macedonici regni origo.

existimat, q̄ Pannonia deinceps dicta eſt, in Pœonia Telegonꝰ. Aſtriopei q; ad Troiam militauit pater regnaſſe dicitur, in diuerſa regionis ora Europ⁹ & ipſe regnū tenuit. Interiecto deinde tēpore Cranaus, cuius nuper mentionē feci, regni nomen ſtabiliuit. Is oraculi iuſſu cū Græcorū multitudine in eā terrā venit, vbi cadentis imbris ſtrepitu denſaq; caligine Capras ad oppidū fugiētes ſecutꝰ, Edyſſam vrbē improuiſo acceſſu occupauit. Tū oraculi memor quo iuſſus fuerat capris ducibus ſibi regnū quæritare, vrbem ipſam Aegeā ſiue Aeglen nomi nauit, caprāſq; in prima acie quoties in pugnā deſcenſum eſt, habere p̄ſeuerauerit. Midamane ītaq; & alijs, qui in his tū locis regnabāt, finibus eius terę pulſis, vnꝰ in oīm locū ſucceſſit, tū demū populis ſoliusimperio aſſuefcere coactis, legitimi regni formā & quaſi Macedoniæ corpus deliniauit, eo vſq; rebus auctis, vt regiæ fortunæ neq; Cranaum ipſum neq; poſteros iā inde pœnituerit. Perdicas poſt eū in ea terra regnauit, poſt quē lōga rerum ſeries, quorum ſuo loco noīa reponēda ſunt, ad Alexandrū vſq; qui oriētē domuit, & ab eo ad Perſen, qui vltimꝰ in ea terra rex fuit, ordinē ſecuta eſt. Ei regionis fines eo vſq; promoti ſunt, vt centū quinquaginta ſit cōplexa populos ab Ionio ad Aegeū extenſa. A ſeptentrioē Delmatiæ latus habet, Myſiā ſuperiorē, & Thraciæ partem. Ab occaſu Ionio pelago alluitur, a Dyrachio ad Elydnum fluuiū, & Epiroticas gentes, q̄ a meridie regionē attingit. Indeiuxta Achaiā per Pindū & Oetam mōtes linea deducta, qua orientē ſolē ſpectat, a Beſo fluuio ad Maliacū ſinū Aegeo perfunditur fluctu. Quod inde ſupra eſt, Thracię ps obtinet. Sed dum Cranaus macedonici regni iacit fundamēta, in Paleſtina Iudęa Oſeas Beeri filius, duodecim p̄phetarum primus diuinatiōe claruit. Cui penę equalis fuit Iohel. Phatuelis, q̄ alterū in ordine locū ſibi vēdicat. Fuit & Abraamus hoc noīe illuſtris. Sed Eſaias ſanctitate & eruditione lōge clariſſimus, quippe q̄ librū p̄phetica p̄dictione ſuo noīe cōſcriptū reliq̄t. Phidon quoq; Argiuus p̄ hec tēpora primꝰ apud ſuos menſuras & pōdera inuenit. Hicq; tunc erat aliarū gentium ſtatus, quū in latio Procas Numitore & Amulio filijs ſuperſtibus fatalem mortem obijt. Amulius, neq; ius gētiū neq; fratris ętatē veritus, Numitore quem regnare oportebat in ordinē redacto regnum occupat, nec contentus maiorem fratrem regio nomine priuaſſe, vt ſpem quoq; illius in poſterum recuperandi adimeret, Egeſtum filiū, ſunt qui Lauſum vocent, tum primum pubeſcentem inſeſſo percuſſoribus ſaltu, quo adoleſcens venabatur, inſidijs exceptum obtruncat. Cædeq; ad tempus diſſimulata ſubornat, qui dicerent adoleſcentem in latrones incidiſſe, & ab his interfectum ſe opinari. Nec certe id mēdaciū multum fidei fecit apud Albanos, nemini non perſpicue liquebat. Amulij fraude Egeſtum periſſe, omniaq; eius confilia eo tendere, vt fratrem, quem regia dignitate ſpoliaſſet, orbitate conficeret. Nec vulgus hæc opinio fefellit, viriliq; nanq; ſtirpe ſublata, Rheam Syluiam & ipſam Numitore genitam, ne matrimonio locata domeſticæ vltorem aliquando ſibi pareret, veſtalem virginem capit. Vetus & honorificum erat apud Albanos, virgines ſummo loco, natas deæ miniſtras legi. Latuitq; ob id alios ſtraſſe Amulij cōſilium. Numitorem fratrē non latebat, diſſimulat tamen dolorem ſuum, multitudinis inuidiam veritus, quæ fortunam ſequebatur, ſecumq; orbitatem ſuam, domeſticamq; calamitatem dolebat. Quarto deinceps anno ſubcunti

Cranaus

Amuliꝰ.

Numitorē priuat regno.

Iliaveſtalis capit.

Oſeas. Iohel. Eſaias. Phidon.

Macedoniæ fines

eunti Syluiæ Martis lucum, vt inde ad vſum ſacro
rum pure aquaretur, vis puellæ illata eſt. Perſua-
ſum quidam habuere ab procorum vno fuiſſe eã
compreſſam, qui illius nondum initiatæ amore ca
ptus, quum vltra diuturnũ affectum ferre non poſ
ſet, incautæ ſit inſidiatus. Alij in Amulium id cri-
men conferunt, vt nõ tã puellæ forma motus, q̃ vt
in apertum vitæ diſcrimen vitiatam adduceret, ar
matũ ſeſe illi obtulerit, incertum vt culpæ autor la
teret, an vt horridior occurrens ob metum iniuriæ
magis obnoxiam haberet. Sed multo plures com-
preſſu Martis grauidam factã prodiderũt, dubium
ne vt hoc mendacio Romani populi originẽ augu
ſtiorem facerent, an (vt tum erat hominũ opinio)
ita perſuaſum habuerint, qui hanc ſunt opinionẽ
ſecuti. Prodigioſum ſolis deliquiũ, quod eo die eſt
factũ, in fabulæ argumentum adducunt, q̃ caligo
tenebræq; toto ſe cœlo intẽderint, ipſaq; imago q̃
cũ illa cõgreſſa eſt, ſanctior, auguſtiorq; hũana ſit il
li viſa. Adiiciũt eũ, quiſquis fuit, puellã mœſtã cõ-
ſolatũ prædixiſſe, gemellos eã vno partu daturam,
vetuitq; exiſtimare hominis, ſed dei congreſſu ſe
grauidam fore, vt quos vtero cõcepiſſet, clariſſimi
eſſent inter homines futuri: ac cũ his ille nube ami-
ctus, ſublimis ſit viſus per aerem deferri. Quid ho-
rum potiſſimum ſequi oporteret veterum ſcripto-
rum quidã parũ exploratũ habuere, nunc indignũ
ac pene impium rati, ad Deorum naturam, q̃ beata
& incorrupta ſit, eã fraudẽ referre, nũc mediã quã-
dã inter Deũ & homines naturã eſſe arbitrati, qua
geniorum natio cõſtaret, horumq; cum natalium
fœminis cõgreſſu, Heroas procreari cõtigiſſe. Quo
apparet huius rei fidẽ, nec p vna eos cõtẽpſiſſe nec
talem viſam, vt temere reciperetur. Marcus Varro
quũ neq; factũ affirmaret, neq; de ſuæ vrbis origi-
ne male opinari videri veller, operæpretiũ id eſſe,
ciuitatibuſq; conducibile teſtatus eſt, ſi etiã falſum
ſit, ſuã originẽ ad deos referre, vt eo mõ humanus
animꝰ, velut diuinæ ſtirpis fiducia, res magnas au
dacius aggrederetur, fortiuſq; gereret, ipſaq; ſecuri-
tate tranſigeret felicius. Ego etſi video, q̃ in hmõi
rebus tradendis ſint Chriſtiani hoĩs partes, diuũ ta
mẽ Aureliũ ſecutus, acerrimũ pietatis defenſorẽ, in
medio hunc locum relinquo, quod eo libentius fa
cio, quia talis pene quæſtio a noſtris quoq; Theo-
logis iactata eſt, vtrũ Angeli, vt eorũ verbis vtar,
qui præuaricati dicuntur, cum hominũ mulieribꝰ
cõcubuerint, vnde viri fortes, qui ab initio ſunt gi
gãtes dicti, procreati ſint. Sed id totũ idẽ Aurelius
ad Sethi filios alio loco retulit. Tarũtius homo ma
thematicæ diſciplinæ Varronis ætate peritiſſimus
Romuli geneſim intuitus, qd̃ ex his q̃ de illo erant
memoriæ p̃dita, longa tẽporũ ſerie retro ad calcu-
lũ reuocata. Varronis iuſſu eſt conſecutus, conſtãti
aſſeueratiõe mõſtrauit, primo anno ſecũdæ Olym
piadis Romulũ cõceptũ tertio & vigeſimo die mẽ
ſis decembris hora tertia, qua ſol omnino defecit.
Natũ vero. XII. calendas octobris, qui vigeſimus
fuit ſeptẽbris. Et hæc de Romuli originẽ diligen-
tioribus prodita, q̃ ab ijs q̃ Euſebius collegit, pene
nihil diſcrepant. Cæterũ quia in Olympiadis mẽ-
tionẽ incidimus, fuit annus ille, q̃ prima eſt Olym
pias in Helide celebrata, trigeſimũ ſeptimus ſupra
quater milleſimũ ac quadringenteſimũ mũdanæ
originis. Ab Ilij excidio quadringenteſimus quin-
tus. Alij huic numero vnũ adiiciũt annum. p̃ceſſit
q; vrbis originem, vt Plutarchus ſignificare vide-
tur, tris annos & triginta: Humanæ vero ſalutis
ſeptingentos ſeptuaginta quattuor. Fuit idem an-
nus ab eo q̃ primũ in Olympia ſtadiũ eſt ab Hercu
le dimẽſum, trigeſimꝰ ac quadringenteſimꝰ. Quũ
interim Authomenes Corinthi regiũ omniũ nouiſ
ſimus rerũ potiretur. Athenis Aeſchylus primariã
poteſtatẽ exerceret, Cœnus in macedonia, in Aegy
pto Samnus. Quo tẽpore Aegyptij maris imperio
ſunt potiti, Bochoruſq; Dinaſta iura dedit ipſi gẽ-
ti. In Iudæa Hieroſolymis Azarias, cui nõ multo
poſt Ioathas ſucceſſit, quo accidit, vt quidã ſcriptũ
reliquerint, in quibꝰ fuit Aphricanꝰ primã Olym
piadẽ, Ioathæ nõ Azariæ tp̃ibus celebrari contigiſ
ſe. Et in Samaria regnũ Phaceias tenebat, cuius ſu-
pra mẽtio facta eſt. Primæ Olympiadis autor Sphi
tus fuit Praxonidis, ſiue Heronis filius, quo Chore
bus Helienſis agone victor fuit. Euſebius Lydij re
gni principiũ eiuſq; gẽtis regẽ Ardiſiũ noĩe, in an-
nos primę Olympiadis reponit. Herodotus Argo
nẽ ex Heraclidarũ gente primũ Sardibus regnaſſe
autor eſt, nouiſſimũ ex ea gente Cãdaulẽ, vterq;
ab Alceo Herculis filio fuit oriundus. Enimuero
multo añ Heraclidarũ tẽpora: ſi Herodotꝰ vera tra
didit, in Lydia eſt regnatũ, vbi Lydus Athis filius,
qui ipſi terræ nomẽ dedit, multiq; deinceps ab eo
procreati, in his locis regnũ tenuerũt. His Heracli-
dæ ſucceſſere, qui Iardana ancilla gẽiti oraculi mo
nitu, vt dixi, ab Hercule in eã ſunt regionẽ miſſi,
vbi quingentos & amplius annos ab his procreati
regnũ tenuerũt. Candaules quo fuerit caſu oppreſ-
ſus, ſuo deinceps loco explicabimus. Fuerunt Lydi
qñ in eius gentis mentionẽ incidimus Maones ab
initio dicti, idq; Homeri teſtatur carmẽ, inde a recẽ
tioribus Meones ſunt nuncupati, hi oĩm primi, vt
Herodotus ſcribit, aureũ argẽteũq; nũmũ̃ pcuſſere
primiq; Caupones & iſtitores fuere. Sed morẽ hũc
recẽtius inductũ exiſtimaſſe videt Trogus, q̃ cum
bellaciſſimꝰ populus Cyro rebellaſſet, vi ad impe
rium retracti, adẽptis armis iuſſi ſunt vulgo caupo
nari, ludicraſq; artes, & lenocinia exercere, quo acci
derit, vt gẽs olim potẽs, & manu ſtrenua, præſenti
mollitie antiquã virtutẽ amiſerit. Iidẽ Lydi teſſera
rum & pilæ luſum, cæterorumq; ludorũ genera cõ
menti ſunt. Plinius lanas ſordibus inficere Lydo
rum cõmẽtũ exiſtimat, fuſumq; & lanificiũ, linũ̃ &
retia ab his quoq; inuẽta. In ea terra Pactolus ex Ti
molo defluẽs olim ramẽtis auri diues, vñ vetꝰ illa
regum gaza, celebreſcq; Crœſi opes, in cõtẽptũ etiã
fortunæ philoſophorum oculis ſubiectę Timolꝰ
in Hermũ lapſus, in quẽ & Hilus, q̃ poſtea Phry-
gius eſt dictus, in Phocaicũ mare vna mixti, vt He
rodotus prodidit, erumpunt. Nunc Palæſtinæ res
ad ſe ſtilũ reuocãt. Ioathas cuius regnũ in primæ
Olympiadis annos, vt diximus, incidit, quum ali-
quanto priuſq; Azarias pater fato defunctꝰ eſſet ad
miniſtrationi admotus, p̃ter ciuilia opera multa
& varia, vrbis mœnia partim ab imo ad ſummũ
erexit, partim vetuſtate collapſa ſumptuoſe inſtau
rauit. Intulit & Ammonitis bellũ, victiſq; tribu-
tũ imperauit, vt cõtũ ſibi auri talenta quotãnis pen
derent. Et choros tritici dẽcem milia, atq; hordei
totidẽ, auctoq; in hunc modũ regno, anno ſextode
cimo poſt patris interitum & ipſe vita deceſſit, re-
gni adminiſtratione Achamo filio tradita. quidã
p Achamo Achazũ habent. Claruit in Iudæa Ioa
thæ tẽporibꝰ Amius propheta, in Peloponneſo Cy
nethon Lacedæmonius, q̃ Thelegoniã ſcripſit, Ca
melus qui Europã, & Archinus, q̃ Aetolicã & Itali
cã vaſtitatẽ. ſunt q̃ Cyrenẽ, de cuius cõditione ſu
pra eſta nobis memoratũ, p̃ hęc tpa a Thereis me
morẽt cõditã. Spartiatę Ephoros habere cœperunt
quũ Theopõpus in ea ciuitate res eſſet. Fuit Epho
rorũ poteſtas nihil ab ea diſſimilis quã tribuni ple
bis

Ilia fit grauida.

De Iliæ cõpreſſu non vna opinio.

Veterũ opinio de Ilię cõceptu.

Romuli cõceptio & ortus.

ANNI MVNDI.

Autho-menes.

Olym piadis au tor.

Sphitus.

Lydus.

Lydorũ inſtituta.

Maones.

Meones.

Lydorũ opes.

Timolꝰ ſeu Tmo lus.

Ioathas.

Ioathę ſucceſſus

Acham Poetę il-luſtres.

Ephori.



Vrbis Romæ cõditio.

Iliæ & matris cõſiliũ.

Numi-tor pro fi lia trahit i iudiciũ.

Depreca tio Nu-mitoris.

Damnaꝰ Ilia.

Romulꝰ & Remꝰ exponũ-tur.

bis Romæ habuerunt. Atq; is tunc erat aliarum gẽ
tiũ ſtatus, quum Roma in Latio cõdita eſt, de cuius
origine quo illuſtrius fuit in terris Romanũ nomẽ
eo maior nobis de ea re inſtituẽdus eſſet ſermo, ni
ſi ſtili ab initio ſuſcepti vbique habenda eſſet ra-
tio. Cæterum ne res tanta in arctum conjiciatur,
ab Iliæ puerperio paulo altius res eſt repetenda,
ſiquidem illa, ſiue genij (vt dixi) alicuius, ſiue mor
talis potiꝰ compreſſu prægnans facta, vbi ſe vterũ
ferre ſenſit, matris ſuaſu, quam ſecretioris con-
ceptus ab initio fecerat participem, ſimulata ægri-
tudine in priuato ſeſe tenuit, non minus ad religio
nem quã ad cælãdum vterum pertinere rata, ſi pol
luto corpore ſacris abſtineret. Amulius ſiue crimi-
nis conſcientia, ſiue alia ſuſpitione motus, per fi-
dum ſibi medicum ſciſcitabundus inquirit, quæ
vis ea morbi eſſet, quæ puellã tã diu a miniſterio
deſtineret. Verũ matre alijſq; arcanũ morbũ excu
ſantibus, quẽ maribus prodi nefas eſſet, Amulius
vxori mandat, vt puellam obſeruet, tum vero per
eam factus certior Rheam Iliã grauidã eſſe, nec iam
abeſſe procul a partu, ne clam vtero ſolueret, cuſto
des apponit, dum eã deferret ad populũ: multitudi
ne inde ad concionẽ vocata, puellã, vt inceſtam, pa
renteſq; velut inceſti conſcios accuſat, iubetq; ini-
bi pro concione cauſam dicere. Ad ea Numitor no
uã ſe audire fabulã præfatus, nihil habere ſe reſpõ
dit, qd̃ pro filia & ſuis poſſet dicere in nouo crimi-
ne, q̃d tum primũ ſibi & domui ſuæ obijceret, po-
ſcit vt a filia & vxore diſcere liceat, quid probri id
eſſet, tum vere ſi culpa adfit, liberũ ſe regi & popu
lo iudiciũ de ea re permiſſurũ. Domũ Numitor re-
uerſus oĩa, vt acta erant, cognoſcit ex vxore, adiicit
illa p̃ces atq; identidẽ obteſtaꝰ, vt puellæ expectet
partus, eã vnã rẽ facile declaraturã, an vera ſint, q̃
filia de criminis autore euentura audiuiſſet. Perſua
ſum illi ab initio fuiſſe, genium ſecum quendã nõ
hominẽ congreſſum, a quo edocta eſſet, fore vt ge
mellos pareret, breuẽ eã morã futurã. Q̃ ſi deorũ
aliquis eius culpę ſit autor, Amulius & alij videret
q̃ pie facerẽt, qui eã rẽ atrociter vindicare adorti eſ
ſent. Exoratus Numitor filiã cuſtodiri iubet, inde
in cõcionẽ reuerſus', ordine exponit q̃cunq; domi
cõperiſſet. Cenſet itaq; expectãdũ, donec puella ſo
luta ſit partu, vt q̃ quid id qd̃ ſibi & alijs ſuſpectũ
eſſet, ex ipſo puerperio cognoſceret. Fremere Amu
lius, nec ſani q̃cq; ineſſe eiuſmodi poſtulatis dicere
& iã puellã quoquo modo p̃dere deſtinabat, quũ
a cuſtodibꝰ nunciaꝰ, geminos ex Ilia pueros natos.
Tũ Numitor filiæ culpã deprecaꝰ, diuinũ id opus
eſſe affirmat, ſcire ſe mortaliũ neminẽ ſobolis nu-
merũ p̃dicere potuiſſe, & iã tacita religio erat mul
titudini iniecta, Amulius muliebri id fraude factũ
clamitabat, alterũ puerorũ medio illi nixu ſubie-
ctũ, vt religio crimini p̃texeret. Agendũ eſſe lege
in eã, q̃ polluta ſit corpore, exclamat, dandũq; do-
cum etũ alijs, ne virginitatẽ, gẽtili ſacro addictã, te
mere amitterent. Ois multitudo Regẽ ad vindictã
pronũ ſecuta eſt. Publice itaq; Ilia damnaꝰ, vt vir-
gis prius cæſa, necaret. Pueri q̃ ex ea nati eſſent in
profluentũ abijcerent. Qui multa fide & celebrita-
te hæc executi ſunt, puellã aiunt poſt parũ aſſerua-
tam, cp Amulij filia q̃ æqualis erat Iliæ, atq; ſimul
educata multis p̃cibus & lachrymis, ſit ſupplicũa
patre deprecata, diuq; poſtea eã in cuſtodia habitã,
donec Amulij cædeppetrata, a filijs ſoluta eſt. Ma
ior tamẽ fama, Rheam Iliã poſteaq; enixa ſit, regis
iuſſu necatã, gemelloſq; ex ea editos miniſtris ab
Amulio datos, vt in Tiberinũ, quindecim fere mi
lia paſſuum ab Alba profluentẽ, proijcerent. Mi-

rabitur, nec immerito, aliquis, quid fuerit cp tam p
cul id miniſteriũ Amulius ablegauerit, quũ ex ob-
uio pueri nuper nati extingui potuiſſent, renuis q̃
dẽ lacuna, nedũ lacus, qui proximus Albæ erat, vel
ampliſſimi fluminis in re tam facili inſtar habuiſ-
ſet. Ego quãdo licet rerũ ſcriptoribus ſuum in du-
bijs iudiciũ interponere, religione credo adductũ
Amuliũ, ob ea, q̃ de Ilię cõceptu audiuerat, pueros
haud auſum fuiſſe extinguere, ſed aluo impoſitos
in amnẽ exponi imperaſſe, vt in deorũ volũtate eſ
ſet, an eos ſeruari vellent. Eadẽ res facit vt nõ gra
uate ijs accedã, qui Iliam poſt nixũ in cuſtodia ha
bitam ſcripſere, niſi ſuſpicetur aliquis id familiæ
dedecus Amuliũ procul ab oculis ciuitatis ablegã
dũ cẽſuiſſe, fuiſſeq; id nõ publicũ, vt quidã arbitra-
ti ſunt, ſed domeſticũ iudiciũ. Verũ, vtcũq; res acta
eſt, quum fluuius, qd̃ ſatis cõuenit, imbribus auct⁹
pleniore alueo flueret, ripaq; reſtagnantibus cir-
ca aquis haud quidẽ facile adiri poſſet, regij ſatelli
tes neceſſitate coacti, in proximã alluuiã infantes
abijciunt, nec ita multo poſt remittente fluminis
impetu, aluus qua Gemelli impoſiti erant, lapidi
impacta, eos in ſubiectũ cœnũ leniter effudit, hic
illi tetra volutatione vagientes Lupam ad fluium
traxere. Mirũ eſt qd̃ Romani & Græci ſcriptores
hic tradũt, immitẽ alioqui ferã, hominiq; minime
placabilem, vbera iacentibus leniter demiſiſſe, ab
ſterſiſſeq; lingua fœdata iacentium corpora. Talia
de Cyro rege & Telepho ſunt memoriæ prodita,
quorum, hic a Cerua, ille a cane ſit nutritus. Sed al
terutrũ animal homini amicũ, & ob id fortaſſe mi
nus mirum. Compellabant interim paſtores regij
ſtabuli, greges in paſcua. Qui miraculo rei defixi,
non nihil in veſtigio ſe tenuerunt, adiiſq; e proxi-
mo accerſunt, velut parũ ſuis ipſi oculis crederent.
Sublato dein clamore, in ſubiecta loca ad flumẽ vt
beluã arcerent decurrunt, illa placide ſe attollens,
iacentes pueros paſtoribus reliquit. Erat haud pro
cul a ripa Tyberis lucus, cum fonte qui e concaua
ſpecu perenni manabat aqua, atq; inibi Lycæi Pa
nos ara, quo Lupa greſſum detorſit, fons ipſe fuit
palatij ædificijs propinquus, cum rei huius mo
numẽto ad poſteros conſpicuo. Lupæ ſimulachrũ
erat ex ære, & duo ad vbera infantes, quali figura
& materia viſitur noſtra quoq; tempeſtate Romæ
in parte Capitolij in conſeruatorũ veſtibulo. Plu-
tarchus non Lupam modo, ſed & Martium picum
alimenta pueris p̃buiſſe prodidit, quod in Semira
mide etiam quæ in Aſſyria regnauit accidiſſe pro-
ditum eſt, vt infans a volucribus ſit nutrita. Paſto
res ſublatos inde pueros ad Fauſtulum regn pecо-
ris magiſtrum deferunt, ordineq; a feviſa exponũt.
Erat nup Fauſtulus ex Alba reuerſus, vbi de Rheæ
Iliæ partu audiuerat, & cum ijs forte in reditu, qui-
bus exponendorum iniunctum erat negocium, ali
quantulum viæ fecerat. Hæc Dionyſius. Pluthar-
chus ab ipſo Fauſtulo expoſitos autor eſt. Sed cu
iuſcunq; miniſterio id fieri contigit, Fauſtulus, ve-
lut omnium ignarus, poſtulat ſibi eos a paſtoribꝰ
dari, quod quum haud ægre impetraſſet, domum
reuerſus, pueros in gremium vxoris tum mœſtæ,
ob extinctum nuper infantem quem enixa fuerat,
ex improuiſo effudit verbiſq; conſolatur, cp pro
vno, quẽ amiſerat, alumni duo eſſent reperti. Hor
tatur itaq; eos omni ſtudio, & diligentia alerer, in
quibus educandis, vt intentius p̃ſeueraret, omnia
quæ paſtores a ſe viſa enarrabant, pro miraculo
memorat. Liuius a Fauſtulo pueros ſublatos tradi
dit, fuiſſeq; ait multis perſuaſum Laurentiam, quæ
cum Fauſtulo nupta fuit, vulgato corpore Lupam

Romulꝰ & Remꝰ Fauſtulo dantur.

Laurẽtia Fauſtuli vxor.

inter pastores appellatam, fabulamq; inde ortam videri posse, vt Lupa pueris vbera præbuisse credatur. Gemellos Faustulus Romum & Remum vocat, a mamma, vt Plutarchus credidit, quam mitis fera illis iacentibus siccandam adhibuit. Idem autor est ambos Gabijs Faustuli diligentia Græcis literis institutos. Per quæ geniti & educati, vbi adoleuit ætas, quum formæ præstantia, & vigore animi, inter pastores longe eminerent, nõ in stabulis & circa greges vt cæteri ocio marcescere, sed saltus & nemora venando circunire. Latrones insectari, prædam illis ademptam benigne inter suos partiri, nonnunquam etiam orta inter regios pastores & eos, qui Numitoris erant, de pascuis, vt assolet, contentione, cum hi circa Auentinum, illi in regione palatij stabula haberent, plericq; ex ijs, q Numitoris iura tuebantur, media sunt rixa vulnerati, ac nouissime loco pulsi iniquo animo ignominiam ferre. Cæterum nulli interim pastorum, maiore in uidia apud iniuria affectos quã gemini fratres emi nebant. Quippe qui non vt cæteri in partibus esse credebantur, sed illorũ ductu & audacia omnes credere sibi iniuriã fieri. His igitur insidiati pastores quum Romulus Geninam sacrorum causa profectus domo abesset, Remum subita excursione lacessitum ad arma compellunt, sensimq; ad insidiarum loca sequendi studio perductum, pene obrutum lapidibus capiunt. Elius Tubero, quem Liui⁹ & Plutarchus sequuntur, cui & Dionysius libens astipulatur, Lupercale sacrum ait in palatio celebrari solitũ, ex Arcadia ab ijs, q Euandri comites fuere in Latium delatum. Nec id modo ludicrum testari eius gentis in hæc loca accessum, sed & palatium ipsum, quod a Palanteo Arcadiæ, vnde illi venerant, Palantium ab initio dici contigit, mox & palatium. Iuuenes Lycæum Pana venerantes, lasciuo cursu nudi in suorum conspectu discurrebant, quæ sacrorum ratio non integra tantum, sed aucta etiam religione ad posteros transijt, adeo vt qui summum gererent in vrbe magistratum, sine rubore ea de causa corpora nudarent. Appianus & Plutarchus autores sunt Antonium, qui postea cũ Augusto & Lepido triumuir fuit cõsulem inter Lupercos cucurrisse. Nobilissimi iuuenes & adolescentes nudi per vrbem vagi, obuios cædebant loris, quibus etiam pleræq; matronæ, de industria occurrentes, ob receptam vulgo opinionẽ, quasi ea res ad fecunditatem artinerer, palmas illis præbebant feriendas. Huic Ludicro erant tum forte iuuenes ipsi, vt ille ait, intenti, quum latrones ob iram præde sepius ademptæ, ceu pastores illi potius vt Dionysio placet fuerunt (neq; enim obscurũ erat id solenne) parati in incautos, armati in nudos, ex improuiso impetum faciunt. Hic cum media trepidatione se Romulus defendisset, Remus cum paucis temere in aduersum cuneũ inuectus, in hostiũ pducit. potestatem redactus Albam ad Amulium perducitur. Hic inter prima crimina illi obijcitur, q Numitoris agrum eius ductu pastores hostiliter infestarent, ob eamq; rem dat Amulius captum iuuenẽ fratri ad supplicium, cuius ea erat iniuria. Romul⁹ posteaq; Remum fratrem captum audiuit, cum ea pastorum manu, quam tum forte circa se habuit, abeũtes persequi certus erat, vt eos priusquã Albã abirent cursu assequeretur. Sæuientem Faustulus a tam præcipiti consilio reuocat, reuocatum in secretum abducit, hicq; veram originem, quam ob immaturam ætatem antea in occulto habuerat, solus soli ait. Conferunt itaq; inter se consilia, vt si mul Remum periculo eximerent, toramq; Numitoris domum ab Amulij iniuria vindicarent. Partiti inter se curas: Faustulus Albam properat, nequid in Remum temere statueretur, Romulus pastorum manu diuersis itineribus ad vrbem missa, ipse eodem pleno gradu occurrit. Interea haud procul aberat, quin Numitor scisciando Remũ agnosceret, nam & duos esse fratres audiuerat, & filiæ liniamenta in alterius ore intueri, seu igit ambiguæ stirpis, seu potius p̃sentis fortunæ admonitus, adolescenti in secretũ ad ducto impunitatem polliceꝛ, si cum fratre & cæteris pastoribus, in asserenda dignitate sibi auxilio adesset. Ad ea Remus quum omnia respondisset, quæ præsentes spes salutis in periculo constitutis suadere soler, Numitoris iussu soluit, Romuloq; qui iam haud procul Albã aberat, salutem fratris per fidissimum quendam nunciat, quo ille lætus nuncio, pacate vt cæteri ignoto habitu ad Numitorem, apud quem Remum esse ex nũcio cognouerat, diuertit. Plutarchus cum pastorum manu & sub sceni manipulo quasi sub signis Romulũ Albã venisse ait, sed veriora mihi videnꝛ quæ Dionysius scribit. Is eo quo diximus modo, vrbem ait ab Romulo initam. Cæterum iam prima apud Numitorem consilia agitari cœpta erãt, quum parum absuit quin Faustuli indicio sint fratres proditi. Properauerat ille periculo rei motus Albam venire, qui vt maiorem rei fidem Numitori faceret, aluum, qua infantes fuerant expositi, in hunc vsum asseruatam secũ habens, circa portas excusso pallio iussus est custodibus prodere, quicquid id esset quod lateret sub veste. Erat tũ ibi forte minister ille, qui Amulij iussu pueros exposuit, agnouitq; continuo inspectam aluum, atq; ob id aliquid inesse fraudis ratus, Faustulum ad regem pducendum censet, circunsistunt itaq; eum plures, captũq; ad Amulium attrahũt. Hic veritus ne cruciatibus fateri cogeretur, quæ in præsentia cælare voluisset, omnia rite, vt acta erant, exponit, in vno non minus tempestiue, quam feliciter mentitus, q̃ iuuenes, pcul Alba inter pastores eẽ affirmauit, armentaq; cum his sectari, non defuturam illis occasionem fugiendi ratus, aut obtrũcandi regis, si a Numitore ad eum fuissent accersiti & iam negocium datum erat militibus vt Faustulum secuti, ad se traherent, quicunq; ab eo monstrati essent, si sponte venire nollent, quum re occulte ad Numitorem delata, mutua, inter auum & nepotes, iam manifesto indicio, facta est gratulatio. Complexusq; eos senex cum lachrymis ad vltionem hortatur. Armantur confestim a Numitore serui, & ex clientibus & amicis plerique, pastores quoq; iamdudum, vt iussi fuerant, dissimulato negocio, diuersis itineribus, in vrbem frequentes conuenerant. Huiusmodi manu ambo fræti, in forum sine maiore tumultu deuolant, regemq; a paucis defensum obtrũcant, arcem occupant, ne cæde regis tumultu orto ab irata multitudine opprimerentur. Hæc Fabius antiquissimus Romanorum annalium scriptor, quem Dionysius præ cæteris est secutus, q̃q̃ Plutarchus nihil ab his diuersa prodidit. Pressius omnia Liuius, atq; eo fortasse cautius, nam si custodes circa portas fuere, non video qua ratione tam facilis fuerit pastoribus in vrbem ingressus, occulta arma habentibus, aut cur regij pecoris magister cæteris suspectior esse debuerit, quum longa consuetudine Albam commeandi, omnibus esset notissimus. Alij nihil fabulosum historiæ conuenire rati, infantes duos nuper natos, fidissimarum mini sterio, Rheæ Iliæ medio nixu Numitoris consilio suppositos, pdidere, eosq; pro vero partu ab Amulio

Quales ab initio Romul⁹ & Rem⁹.

Lupercale sacrũ.

Rem⁹ ad Amuliũ pducit.

Fauſtuli conſiliũ.

Romuli ad Albã acceſſus.

Fauſtuli diſcrimẽ

Amulij cædes.

Romuli & Remi educatio



lio necatos, qui ex ea editi sunt alendos Faustulo datos, qui quũ Amulij esset villicus, Filistini fratris suasu, erat is quoq; pecoris & pastorũ Numitoris magister, negociũ suscepit, Artricemq; vocatã ferunt mulierem, quæ eos aluit. Nec interim negãt Faustuli coniugẽ ob frequens adulteriũ, Lupã inter pastores appellatã, vocisq; similitudine factũ, vt fabula sibi in puerorum alimonia locũ inuenerit. Mox itaq; ab ineunte pueritia Gabijs institutos & apud Faustuli Hospites literas & Musicẽ, græco ritu, armorũq; tractationẽ edoctos, ad Faustulũ deiceps cui⁹ crediti essent filij, sub pubertatis annos reuersi, orta inter pastores cõtentione, qd̃ ita Numitor ipse euenire voluit, vt causam haberet eos a rege postulandi, Albam ad Amulium accersiti ambo venerint. Affuit excompósito Faustulus cũ plerisq; amicorũ cognoscendi iudicij specie: cognitione rei ad Numitorẽ delata, postea q̃ ille adolescentes docuit qui essent, in Amuliũ armauit. & hæc ubi li, aut vera, aut certe vero similiora, de conditorũ vrbis educatione, & Amulij cede literis prodidere. Verum vtcunq; res acta est, Numitor Amulio cæso, populũ ad cõcionem vocat, scelera in se fratris, nepotũ originẽ, vt geniti, vt educati essent, ordine exponit: Amulium quia fratrem per iniuriã regno spoliasset, vt Tyrannũ, se autore cæsum: quæ cũ ille breuiter disseruisset, iuuenes per mediã concionem suorum agmine ingressi, Auum regẽ salutant. Cõsensus ingens, & fauor vocũ consecutus, ratum illi nomen & imperiũ fecere. Igitur Albana reauo permissa, honoribusq; matri restitutis (Etenim Dionysius & Plutarchus, viua adhuc Ilia Amuliũ perijsse scribunt) cupido eos cœpit vrbis hic condendæ, vbi expositi & educati essent Dionysius id cõsiliũ existimat a Numitore ortũ, qui pulchrũ & vtile ratus, quoniã res Albana multitudine abundaret, ad propagandũ nomen & gentẽ nepotibus per suasserit, vt eã velut nouã ducerẽt Coloniã, Vrbẽq; conderent. Apparebat in multitudine transcribẽda, vires aduersæ factionis, nouæ coloniæ præextu, infirmiores fieri. Cæterũ siue propriũ id cõsiliũ siue auitũ fuit: Iuuenes eius terræ charitate in qua ambo fuerant educati, vt nouã vrbẽ statuerent, solum a Numitore accipiũt. Pecunias ad hæc, arma, frumentũ, seruos, iumenta, multaq; alia destinato operi necessaria. Ad tria hominũ milia ex Alba in Coloniã conscripta, cæteris facultas concessa, eo si vellent demigrãdi. Cũ hoc illi apparatu ab auo, pfecti, quicunq; palatiũ & Saturniã incolebant, præsenti multitudini iũgũt, diuisiq; inter se copijs, cõfestim, quicquid hominũ fuit, velut i duas abijt factiones, inde & fratrũ discordia orta, nam parũ ab initio cõuenit inter eos, quo potissimũ loco noua statuerent mœnia. Præferebat Romul⁹ palatij sedẽ vt amborũ altricẽ, Remus triginta procul inde stadia tumulũ ceperat Tyberi propinquũ, mansitq; ipi loco ab re nomẽ, Remoriaq; est dicta. Id anceps consiliũ nõ nihil fatalẽ vrbis originẽ motarũ est. Demũ eo est decursum, vt rẽ omnẽ materno auo pmitterẽt, isvr deos consulerẽt autor ambobus fuit, irent & vterq; suo tẽplo sedens eodẽ tẽpore captarent auguria, atq; vtri meliores aues apparuissent, is caperet locũ, nomẽq; vrbi daret. Sacris igitur, vt rite omnia fierent, ppetratis: Romul⁹ palatiũ, Auẽtinũ Remus occupãt. Alij Remoriã ab eo infessam credidere. Cæterũ siue hic locus illi, siue alius fit captus, sex cõtinuo vultures præpeti volatu se se Remo offerunt, quibus lætus ille confestim Romulo iubet augurium nunciari, eumq; ad se venire. Sed dum forte res ad Romulũ perfertur, ecce. XII. illi vultures occurrunt: tum orta inter duces cõtentione, quum hic auium numero, ille tempore regnum ad se traheret, nec ærasvllum faceret inter eos discrimẽ, vt hic pudore, aut ille alteri cederet, vtraq; multitudo regẽ suũ salutat ducẽ, Oritur ex altercatione iurgium, ex iurgio certamen, animisq; ira accensis, velut diuersæ inter se acies hostiliter confligunt: ibi Remus media turba temere ictus concidit. Dionysius parũ integra fide Romulũ a principio egisse existimat, qui nullo adhuc captato augurio, regni, cupidus miserit qui fratrem ad se accerserent, velut continuo sibi aues augurium fecissent, quũ interim Remus, quas ipse obseruasset, ijs quia ad se missi fuerant ostendisset aues, sed quum in palatiũ venisset rogatus ab eo Romulus, ecquod tam cito auguriũ obseruasset, aliquandiu incertus ille, quid ad ea responderet, hẽsitauerit, ac vix demum duodecim ostendisse vultures, qui post Remi accessum templũ fuerant ingressi, atq; ex ea fraude ait contentione primo, inde prælisse inter duces ortũ, quo sau cius Remus occubuerit. Verũ enimuero quia augurij euẽtus Romulo felix in causa fuit, iam inde Romani id volucris genus potissimũ in augurijs obseruare persueuerant, nisi forte alia eius obseruationis sit causa, q̃ innocentissimus sit omniũ animãtiũ Vultur, qui nihil attingit ex ijs quæ humano labore quæruntur, nullum animal interficit, solis cadaueribus pascitur, volucribus mortuis affinitatẽ sentiens generis abstinet. Hinc credibile est Hercule m, vt Herodotus Ponticus scripsit, nullo ꝛmagis augurio, q̃ vulturis lætari solitum. Nec Remi dun taxat morte sed multorum etiam cæde funestum fuit id certamen, quo Faustulus & Philistinus fratres periere, dum pugnam dirempturi temere se ira tæ multitudini ingerunt. Romulus in Remoria fratrem sepelijt, ipse actorũ pœnitentia in desperationem adactus, sibi viã ad mortẽ inuenisset, nisi amicorum, & in primis Laurentiæ nutricis interuentu quæ illi assidendo nunc precibus instans, nunc castigatione in spem pristinã restituisset. Igitur cum tribus circiter hominũ milibus qui pugnæ superfuerant, quum aliquanto maior ante numerus fuisset, ad destinatũ opus se rotum conuertit. Scio ego ex veteribus rerum scriptoribus fuisse, qui scripserint Remum quum in contemptũ fratris vallũ trãsiliisset, cauillantem, fore, vt non minus facile transcẽderetur hostibus quã sibi vallum quod munierat frater, a Celere quodã, vel vt alij tradũt, Fabio qui operi præsidebat rutro ictũ concidisse. Sed quo cunq; casu perijt Romulus, fraternæ cædis suspitio ne non caruit. Celer in Hetruriã secessit. Vnde Plutarchus factũ existimat, vt veloces a Romanis postea sint Celeres nuncupati. Cæterũ Romulus fratris, & aliorũ cæde prius expiata, vrbẽ quadrata forma ad duodecimũ Calẽdas Maij postridie Palilia, quẽ diẽ pastores ea tẽporũ superstitione solennẽ agebant, fulco, qua fossa prius inde murus ducendus fuit, bobus mare & fœmina ad aratrũ iunctis describit, eoq; aratri circunactu, ab vna ipsius instrumenti parte, nomen vrbi datũ credidit Varro. Qd̃ vero ad propriũ nomen Attinet, Græci scriptores in dubiũ trahunt, vnde Roma ipsa sit dicta, quo tẽpore, ac cuius ductu condita. Cephalon Gergethi⁹ autor vetustissimus secunda ætate post Iliũ captũ vrbem conditam prodidit, ab Romoq; Aeneæ filio ei nomen inditum, nec Cephalon tantum, fed Agathillus quoq; & Demagoras, vt Dionysius scribit, eius fuerunt opinionis autores. Damastes Ligeus & quidam alij Aeneam aiunt ex Molossis in Italiam profectum, haud multo post Vlyssis ad

Varia de Ro. & Re. educatione opinio.

Rem⁹ interficit.

Vulturis natura.

Fauſtuli & fratris interit⁹.

Alia de morte Remi opinio.

Celer.

Natalis dies vrbis.

Ro. & Re. colonos ab auo accipiũt.

Vñ Roma nominata.

Ro. & Re. Auguriũ

eandē terrā accessum, vrbemq; ab eo conditā, quæ ducis iussu Roma sit dicta, ab Iliadum vna, cuius suasu, Troiane mulieres, longioris erroris tædio, naues incenderint. Aristoles non Aeneam & Troianos eam classis iacturā in Latio fecisse arbitratꝰ est, sed Achæos qui post Iliū euersum in eam Opicæ terræ partē fuerint tempestate delati: quum plures ex Phrygia in nauibus captiuas fœminas, quæ veritæ ne si in Græciam venissent, pellicatus suspitione immitius ab victorum vxoribus vexarentur, classem concremarint, viriq; necessitate adacti vrbem sibi constituissent, eamq; ab vnius nomine, quæ eius facinoris fuisset autor, nūcupauerint. Gallias qui Agathoclis res gestas scripsit, Troadum vnam ex Aeneæ comitatu latino Aboriginum regi nupsisse prodidit, duosq; ex ea filios genitos Remum & Romulum, quiurbem a se conditam a nomine matris dixerint, Xenagoras historiarum scriptor, ex Vlysse ait & Circe tris liberos procreatos, Romulū, Antium, & Ardē, quorū singuli vrbes, quas in Latio statuissent, deserte nominarint. Dionysius Chalcidensis a Romo inditum id nomē testatus est, sed ab eo qui fuerit Ascanij filius, vel vt alij scribunt Emathionis, vt alij Italici cui Leuctra Latino genita nupserit. Quidā Græcā vocē secuti, a belli robore id vrbi nomē datum affirmare sunt ausi. Liuius & omnis Romanorū scriptorū turba, haud dubie affirmat a Romulo, q ex Ilia est ortus, genti nomē vrbiq; inditum, Perplexa hæc scriptorum variatio, vt arbitror, effecit, vt ne tēpora quidem, quibus Roma sit condita, antiquis rerum scriptoribus omnino constent. Fuit vetus quædā persuasio. vulgarisq;, vt Dionysius ait de ea re sermo, Romulum & Remum Aeneæ filios post eius interitum Romam. Capuam, vt alio est a me loco dictum, cōdidisse, quam a Capi proauo nominarit, alteram in Ianiculo a patre nuncupatam, Romam inde de suo nomine nuncupasse, hancq; diu Albanorum regum temporibus desertā iacuisse. Tum demum a Romulo & Remo vestali Ilia genitis, Albanis colonos dantibus instauratam, quæ vulgo celebrata, si vera sunt, instauratio fuit hæc; quam Liuius & alij originem vocant. Cæterum siquis ad huc vetustiora sectetur, reperiet fortassis aliam longe antiquiorē vrbis conditionem. Antiochus Syracusanus vir inter veteres scriptores haud obscuri nominis scriptum reliquit, venisse quendam ad Morgetem regem, qui diceret se Roma profugum. Regnauit Morgetes in terra Italica post Italum. Fuerūt tū regionis fines a Tarento Neptunā vsq;. Quo apparet aliquot ætates añ Aeneæ in italiā accessum, Romā in Latio fuisse. Sed lōgiore fortassis memone, q; stilus exigat, nos hæc de vrbis origine summa executi. Nunc satis cōstat cōditionē q; Romani scriptores celebrant, quæq; Romulum Iliæ filiū autorē habuit, in annum tertium septimæ Olympiadis incidisse, eo nanq; anno Antimachus Teiꝰ celebrat lunæ defectum, quem Plutarchus ait eo die factum, quo vrbs condita est. Eusebius & ipse idem tempus obseruat. Q; si recte ab his tempora colliguntur, fuit annus ille quo Roma condita est, quater millesimus a mundi origine quadringentesimus atq; vndequinquagesimus. Ab Ilij excidio, vt Dionysius scribit, trecentesimus ac vndetrigesimus. Ante Christi regis aduentum septingentesimus quinquagesimus secundus. Idem autor in primum annum septimæ Olympiadis conditionem vrbis reposuit, in quo est trium annorum variatio. Potiebaturq; tum rerum Athenis Caropus, in Assyria Medidus tertio ab Arbace loco regnum obtinebat, in Macedonia Tyrimas, Samus in Aegypto, Hierosolymis Achamus. Is vt ad res Hebraicas reuertar historia, diuersus a patris instituto, externis aras dijs statuit, & vt per omnia impium cultum exerceret, filium pro hostia immolauit. Cuiꝰ manibus haud multo post debitas expēdit pœnas, bello a Rasino Syriæ & Phaceia Samariæ regibus illi orto. Hi, iuncta inter se societate, eum aliquandiu Hierosolymis arcta obsidione fatigarunt: vrbibus interim plerisq; ex eo captis, direptisq; & incensis, & in his Achilacha Erithreo mari adiecta, quo antiquis cultoribus cæsis nouos Rasinus Rex Syriorum induxit colonos. Vrbs regia, quum valide munita esset, capi non potuit, cuius potiundæ spe abiecta, hostes soluta obsidione, diuersi in suū vterq; regnum abierunt. Tum Achamus suorum scelerum furijs agitatꝰ, in Phaceiam omnem vltionis iram detorsit. Valido itaq; exercitu ad bellum instructo, Samaritani regni fines hostiliter adortꝰ, Phaceiam ad arma compulit: nec ita multi intercesserunt dies, quibus cruenta acie Achamus ab hoste victus, Centum triginta hominum milibus amissis, & in his filio iuuene impigro, quem Amasias Phaceiani exercitus præfectus interfecit, trepide in suum se regnum recepit. Nec Phaceias victoria est negligenter vsus, sed hostem Hierosolimam prosecutus, omnia circa vrbem ferro est & igni populatus: ingens vis hominum ab eo capta, & in Samariam abducta est, Cæterum Odidæ prophetæ monitu Phaceias captiuos domum remisit. Nec Achamus, licet victus, deinceps quieuit, sed reparando bello intentus, in Assyriam a Tadaphasarum regem misit, qui magnam cum eo pecuniam pacisceretur, vt in societatem belli veniret. Nec Assyrius postulata abnuit, ictoq; cum Achamanis legatis fœdere Syriam hostiliter inuadit, agrum populatur, Damascum expugnat, Rasinumq; in suam potestatem redactum obtruncat: inde Samariæ fines ingressus subita excursione ingentem vim hominum in agris opprimit, captiuam multitudinem cum Damascenis ad hoc ipsum seruatis, in superiorem Mediam transtulit. Achamus autem quod cum Assyrio per legatos fuerat pactus bona fide perfoluit. Inde eo furoris processit, vt augustissimum Dei templum claudi iusserit inhibueritque sacra fieri. Per hæc ille scelera, quum annos sexdecim regnasset, moriens Ezechię filio regnum tradidit: quo tempore perijt & Phaceias, suorum fraude oppressus, quum annos nouem Samariæ regnum obtinuisset: Ozias eius cædis fuit autor, cui regnum parricidij pretium cessit, sed Phaceiæ manes nondum quieuerant, quum Ozias graui bello a Salmanassare Assyriorum rege peritus victusq; tributum illi pendere est coactus. Eusebius & Bibliaci libri hoc rege significare videntur accidisse, vt ex duodecim Israelitarum tribubus, multa hominum milia in Medos sint transiata. Cæterum Iosephus Phaceia viuo eam cladem acceptam autor est. Hic tunc erat in Iudæa rerum status, Romulus interim fossa & vallo vrbem cingere adortus, haud prius ab incepto quieuit opere, quam eam munitionibus circumuallatam, ab omni externo incursu, ministq; bellorum tutam reddidisset. Verum reputans animo ciuium concordiam pro mœnibus esse vrbibus, qua sublata nulla diu ciuitas stare possit, incomptam & agrestem multitudinem, certis velut legibus ciuilem in modum composuit, Aderāt ad tria peditum milia, ac supra hos equites trecenti, quibus ad concionem vocatis in hunc modum eos affatus dicitur. Nouam quidem formam,

Vetustas vrbis.

ANNI MVNDI.

Acham⁹

Acham⁹ impius.

Vincitur

Acham⁹ magno prælio.

Damascus expugnat.

Claudit templū dei.

Romul⁹ vrbē vallo munit



Oratio Romuli ad suos.

formam, expressamq; vrbis speciem cernitis, viri fortissimi, quam vestræ manus fossa & vallo vali de munitā reddiderunt. Sunt hæc quis ignoratꝰ in firmæ & nascēti ciuitati ab omnem vim & iniuriā propulsandam, necessaria, sed maiore adhuc præsidio opus est, qd' res nulla alia preter ciuiū concordiam præstare possit. Conspiratio adsit, & consensus, quāuis pauci & inermes facile locum hunc tuebimur. Discordia, ingens humanarū rerum pestis, in primis vitanda est, quam nuper experti, parum abfuit quin, non vrbē dixerim, quæ vtiq; tum nulla fuit, sed condendæ vrbis consilia, & rationē tolleremus. Horreo memoriā diri illius certaminis, cupioq; si fieri possit in perpetuum aboleri: vel si animo excidere non possit, sit saltem nobis documento, ad diram illā, maximeq; ciuitatibus inimicam deinceps pestem fugiendā. Narrant mihi quidam maiores natu, scire se plures Aboriginū colonias, circa Latium, & alias quasdam procul Latio sitas, quæ nō solum optima principia habuissent, sed ad inuidiam vsq; luxuriosa fortita essent incrementa, domestica seditione deletas. Sed sic sane habet, vt res paruæ concordia coalescunt, ita sublimes & arduæ discordia dilabunt. Quare vt tutiore loco simus, & rem deorū auspicio inchoatam tueri & augere valeamus, auctāq; posteris tradere, necessarium duxi, vobis demonstrare, q̄ potissimum ratio nobis ineunda sit, vt iuris & æquitatis formā, q̄ duo sunt ciuitatū vincula, in nouam vrbem inducamus. Siquidem haud vnam administrationis formam vulgo receptam video, quidam vnius cō filio & ductu contenti, regium nomē in ciuitatem induxere, alij optimatibus summa rerū permissa, paucorū conspiratione vtilemq; consensum ciuili administrationi expedire arbitrati sunt, nonnulli multitudinis arbitrio rem totam permiserūt. Vos vero quando deorū benignitate eo ventū est, vt si non absolutā, qd' tam breui contingere nō potuit, omnino tamen aliquā ciuitatis speciem habeam⁹, in medium consulite, quæ sit vobis regiminis forma inducenda. Nam quod ad me attinet, satis superq; adeptus videor, cp me deducēdæ coloniæ, vrbisq; condendæ ducē & autorem habere voluistis, & cp auspicatissimo loco satisq;, vt apparet, opportuno, eam vobis statui, statutāq; de meo nomine vobis, phantiꝰ & ita euenire volētibus, nuncupaui. Nunc satis immortalitati prouisum est cætera vestro arbitrio permittenda existimaui. Etenim quācunq; ciuitatis formā vobis optraueritis, siue publicā, siue priuatam personam gessero, pro omniū commodis, cœptorūq; operum incrementis, vel quia ciuem oportet, vel cp ducē & regem decet pro suis laborare, sciens volensq; excubabo. Huiusmodi oratione aut certe non multum ab hac dissimili Romulus ad suos vsus est, qd' materni aui consilio factum credibile est, ad ferocissimæ multitudinis inuidiam fugiendam: ne si illius iniussu regium nomen vsurpasset, continuo inuidia inde, mox & odium esset illi ortum. Haud dubium erat quin, tū genus ipsum, tum virtutem in eo secuti Romulū aut neminem alium regem essent habituri. Igitur magno omnium consensu totius rei summa illi permissa, sed non prius regium nomen recepit, cp multitudinis scitum augurio sit confirmatum. Sinistra cœli parte fulgur in dextrā discurrit quæ observatio etsi vana est, & averæ pietatis cultu abhorrens, operæ precium est tamen cognoscere, vnde ratio ipsa auguria captantibus orta sit, sinistri fulminis obseruandi. Dionysius autor est, augures eam mundi partem qua sol & cæteri planetæ oriuntur

Perora tio.

Romul⁹ Rex declaratur. De augurij obseruatione.

Multiplex ciuitatis administratio.

spectare solitos, omniaq; interim ad Septentrionē & arcticum polum vergentia sinistra auguranti bus fuisse. Nulli præterea dubium est eam mundi partem nobis eminētissimam esse, & ob id multo alijs potentiorem, vnde vana persuasio orta, signa quæ inde mortalibus darentur, esse longe omniū efficacissima. Sunt tamen qui idcirco sinistra auguria meliora arbitrati sint, cp quæ nobis cœlum spectantibus læua sint, ipsis fiant superis dextera. Cōstat præterea Ascanio in Mesentium & Hetruscos eruptionem facturo, sereno cœlo læua intonuisse, quo ille augurio frætus, victoriā sit ingentem adeptus: quæ causa esse potuit vt talis obseruatio inde ad Romanos fluxerit. Nec ignoro videri posse morem ipsum ex Hetrusca disciplina sumptum, cuius Romulum haud ignarum fuisse crediderim, quippe qui vrbem augurato condidit, nec regium deinceps nomen, nisi augurio confirmatus recepe rit. Enimuero satis constat ab ineunte pueritia cū Remo fratre Gabijs musicæ & literis institutum, quo in maiore errore fuerunt, qui vtrunq; inter pastores adoleuisse arbitrati sunt. Per hæc ille regnū stitutus. adeptus ciuitatem moribus & institis continuo cō ponere est adortus. Primo itaq; multitudinem in treis velut ordines diuisit, Tribusq; ab ipsa, vt creari & augere valeamus, auctāq; posteris tradere, ne do, partitione nominauit. Inde earum singulas in denas diuisit partes, Curiæq; hæ nuncupatæ (triginta numero fuere,) secuta & alia Curiarum diuisio in Decurias, vnde & decuriones dicti, qui illis præferūt. Tum ager in tot partes diuisus, quot Curiæ numero erant, suæq; omnibus portiones tribuerat, tantum Rex ipse sibi terræ reliquit, quantū ad sacrorum vsum, templorumq; curā satis videretur. His ita cōstitutis, omneis spectata virtute viros, & quibus tum filij essent, pollerentq; inter alios opibus, ab ignobili multitudine discretos, patres appellauit. Eorū ꝓgenies Patricij deinceps dicti. Dubium patres iccirco dicti sint, quia alios ætate præirent, an cp his tantū filij essent: an honoris ea potiꝰ appellatio fuerit. Cæterum quæcunq; fuit eius nominis ratio, cētum ex hoc ordine lectis senatus est constitutus. Liuius eam Romuli electionem fuisse existimat, Dionysius vnum ait a Rege in ordinem ascitum, cui quum ipse belli causa abesset, res vrbana tuto credi posset, cæteros eius pmissu legit multitudo ipsa, vt singulæ tribus singulos terniones darent. Triginta deinde Curiæ treis singulæ ex suo corpore crearunt. Senatus is ordo dictus, vel a gra ui ætate eorū, qui tum primū sunt in ordinem ascīti, aut quia Latini veteres optimos quosq; colebāt senes appellare. Nec illuc vt video multum cōuenit. Sunt qui huiusmodi viros ab initio patres cōscriptos appellatos existiment, sed multo plures ita interpretantur, vt cum recentior numerus a Prisco Tarquinio fuit huic adhibitus, conscripti dicti sint. Alij cum Sabini a Tito Tatio sunt Romā traducti, & in senatum allecti, conscriptorum patrum appellationem primo vsurpatam arbitrantur. Cæterum vt vulgus ipsum agros liberius coleret, ne vrbanis curis ab agresti opere sæpius auerteretur, ita ordinum officia coaptauit, vt senatores & alij qui in vrbe residerent, minorum in agris agentiū tutelam susciperent, eorumq; vrbana negocia sedulo curarent, atq; in hunc modum patrocinia sunt vrbe adhuc trecenti constituta. Ipse vero se imperij insignibus quum cætero habitu, tum. XII. lictoribus præcedentibus, augustiorem populo reddidit. CCC. ex omni iuuentute lectis, quorū denos singulæ centuriæ dederunt. Hi circa regem armis excubabant, celeresq; ab exequendi ministerij cele

Patres.

Patricij.

Senatus cōstituit.

Curpa tres cons scripti dicti.

Vndepa trocinia.

Celeres milites.

ritate, vel a Celere, qui præfectus est illis, sunt postea dicti. In fascium numero. XII. vultures, qui ci augurium fecerunt, videri potest Romulus secutus, nisi ab Hetruscis morem ipsum aliquis potius sumptum dixerit, quibus quū. XII. populi essent, magistratumq; vnum cōmuni nomine crearent, singuli suum illi apparitorē dare consueuerūt. Sella Curulis, Trabea & alia Romanorū regum insignia, inde haud dubie fuerunt. Sequuntur pauca legum capita, quādo in longissima rerum serie haud omnia licet consectari. Mulier inquit viro legitime coniuncta, fortunarū sacrorūq; omniū socia illi esto, domusq; vt ille dominus, ita hæc dña: filia vt patri, ita defuncto viro hæres. Adulterij conuicta vir & cognati vt volent necanto. Si vinū, bibere it domi, vt adulterā puniunto. Quo instituto videri pōt apud Romanos morē inualuisse, vt quoties viri domū se reciperent, filias & vxorem exciperēt osculo: an (vt Porcius Cato prodidit) olerēt temetū, vt eā corruptionē insaniæ principium arbitrati sunt, ita corruptionis ebrietatē, Parentū in liberos omne ius esto, relegandi, vendendi, occidēdi. Si quis a patre venditus se in libertatē vēdicarit iterū ac tertio patri ius vendendi esto. Fuit id caput legis. CCC. deinceps anno in duodecim tabulis relatum. Mitigauit non nihil austerū carmen Numa Pompilius, qui tulit nullū patri amplius ius in filium oportere esse, vbi illius iussu duxerit vxorem Secuta & alia instituta, nequis libera fortuna sederetur ā artē exerceret. Militaris disciplina, & agricultura ciuibus permissa, vnde laudationis mos ille manauit ad posteros, bonus miles, bonusq; Colonus. Hæc ille, nec religionis immemor, tēpla, aras, deorumq; simulachra cōstituit. Adiecit & dies festos, sacrificia, ferias, nūdinas, & alia pleraq; ad deorum cultū pertinentia. Peregrina sacra, & ea in primis, quæ græcanico fierent ritu, vrbe excluſit, præter Herculea iam inde ab Euandri temporibus instituta. Alicarnasseus Dionysius. Varronē secutus LX. ait sacerdotes, qui publica sacra facerent, tributim, curiatimq; ab eo institutos, additos & his aruspices diuinationū interpretes. Curiarum singulis suus genius cū sacrorū ministris datus, cōmunisq; omnibus Vesta & annus in decē menses digestus, quibus nemo nō potest intelligere, fuisse Romulū diuinarū humanarūq; rerū nō imperitū, nec ante Numæ regnū, populū Romanū sine moribus & religione, vt plericq; autumāt, manfisse Sed dū hæc a Romulo constituunt, multi mortales in nouā vrbem cōuenerant, ad qd ipsum Romulus aliquando antea inter arcē & Capitolīū, ipsi loco intermōtio nomen fuit, inter duo quærceta vmbrāti loco Asilum constituerat, huc seruī, & qui domesticis erant iudicijs obnoxij, velut ad vnicū libertatis & vitæ portum, certumq; profugiū, ex circuniectis vrbib⁹ migrabāt, qui benigne accepti, & ad vrbē colendā oibus officijs inuitati, frequentiorē reddebāt in dies ciuitatē. Et iam res Romana adeo erat valida, vt neq; bello, neq; pace, finitimarū vrbiū vlla esset inferior. Sed magnitudo illa breuis, & intra hominis ætatē interitura, qñ neq; domi spes prolis vlla esset, neq; eū finitimis conciliata haberent cōfugia. Consilio igitur patrū circa finitimos populos mittit Romulus, qui affinitatē nouæ ciuitati, & societatē quærerent adijcerentq; nouitatē vrbis nō oportere cuiq; formidolosce, multa in terris esse, & in his vrbiū origines, quæ modicis orta principijs ciuent modo dij in summū virtute hoium & industria augeant. Certo scire se, qd ad vtrūq; attineret, deos Romanę origini affuisse, virtutēq; hoibus nō defuturā: ne proinde grauarētur secū genus & sanguinē miscere, ad quod, si nullla res alia hortetur, certe qa homines essent, atq; indem vicinorū accolæ, inhumanū sit sibi denegari, quod barbaris & ignotis sæpe sit datū. Nusquā benigne legati audiū sunt in quibusdā etiā concilijs contemptim rogati, an & fœminis quoq; Asylū aperuissent, ea tū demū digna cōnubia habituri. Tantū hoim odia ab initio in Romanū nomē exarsere, nō tam (credo) homines, q̄ locū aduersantiū, quē maiora indies videbant sortiri incrementa, q̄ sibi & posteris tutū crederetur. Eā cōtumeliā Rex & alij passi, continuo ad vim animū adiecere. Aegritudine itaq; animi ad tempus dissimulata, vt præsens consiliū cōmodius celaret, nouū in noua vrbe spectaculū celebrare Romulus instituit, Neptumno equestri sacrū Cōsualia id dixere. Persuasum pluribus scio, eundē geniū, Neptumnū equestrē esse, & Consum. Verum Dionysius, ea ratione diuersos existimat, quia Neptumno terræ domitori, nusq; apud Græcos, aut Barbaros, ara erigeret, quū Romæ interim subterranea Conso sacrata esset ara, fieri potuissent bitratur, vt equorū cursus, diesq; illi festi Neptūno fuerint sacri ab initio, mox quia occultū derapiendis virginibus consilium ad vota processisset, Cōso, qui arcanorū esset deus, ara fuerit loco condita. Spectaculo igitur finitimis indicto, præclaro, vt tū res erāt, apparatu Romulus solēnes celebrat ludos Multi mortales viri promiscue & fœminæ cum liberis, non magis ludorū studio, q̄ vt nouā vrbē interentur, sub ipsos spectaculorū dies, ex Cenina, Crustumino, Antēnis, proximoq; Sabinæ tractu affuere, hospitaliter per domos inuitati, securi ludos & vrbē contēplantur. & iam solenne ludicrū ad exitū spectabat, quum Romulus vti cōueneraſ, purpurea veste, qua erat amictus, in sinum vt Plutarchus ait, collectas, suis ad rapiendas virgines dat signum. Confestim igitur facto in hospites impetu, turbato cœtu, tumult⁹ & fuga oritur. Virgines, vt quisq; in hanc aut in illam inciderat, sine discrimine rapiuntur. Raptæ nō sine vexatione, & miserabili ploratu, vt a suorum complexib⁹ abstractę, domum abducuntur. Edictum erat vt in sequentē diem intactæ seruarentur. Tum quædam elegātio re forma sunt patribus destinatæ. Fuit in his vna omnium pulcherrima, quæ quum a Thalassij globo traheretur multiq; interim scisciterentur, cui eā adduceret, Thalassio ne qua vis puellæ inferretur identidem clamitatum. Factaq; ob id vox nuptialis, quoniā Thalassij nomē vnius pudicitiæ adiumento fuisset. Sextius Syllas Thalassiū credit fuisse direptionis signum a Romulo datum. Iubas & plerique Græcorū, ad lanificium, q̄ illi Thalassiam idvocēt: eam attinere vocem arbitrati sunt, omnēq; in nuptialibus sacris inde factū. Quot numero virgines raptæ fuerint parum cōuenit. Quidā triginta tantum fuisse prodiderunt, a quarum nominibus sint Curiæ deinceps nominatæ. Dionysius Iubam secutus fexcentas octoginta tris numero raptas prodidit. Valerius Antias quingentas & vigintiseptem, sed quantuscunq; fuit ille numerus, parum enim, vt video, inter autores liquet, ad quartumdecimum Calendas Septembris, quo die consualia celebrata sunt, est id sacinus perpetratum, quarto mense ab eo, quo vrbs condi cœpta est, vt Fabius scripsit. Cnæus Gellius quem Dionysius sequitur, & quod multo est vero similius, non mē se, sed anno conditæ vrbis quarto, Sabinas spectaculo raptas memoriæ prodidit.

Consualia.

Signū raptarū virginū.

Thalassius.

Quotvirgines raptæ.

MARCI



# M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

## ENNEADIS SECVNDAE LIBER III.

Q VIBVS auspicijs, & per q̄s vrbs Roma fuerit condita, quo præterea consilio sint cōditoribus ipsis cōnubia q̄sita, maiore fortassis verborū complexu, q̄ stilus requirebat, retuli proximo volumine. Iam hinc vt ea q̄ populus Romanꝰ ipse domi, foriscq; gessit, vt ab initio feci, cū cæterarū gentiū rebus mixta, & inserta, seruato rēporū ordine referam, operæpreciū est originē vrbis, & ea q̄ origini proxima sunt, cognoscere. Nā vt in pictura, ex ipsa symmetria, facile totius operis rō iudicatur, ita in ciuitatibus, earū principia spectanda, cætera domestica in quibus est Liuius magnopere occupatus, nisi quæ maxime relatu digna videbunt, vt ad alia scribēda suppetat stilus, parcius exequar alioqui susceptī operis magnitudo sero ad exitum perducatur. Nunc vt proposita stili varietas procedat, ad res Syriacas reuertit historię explicatio, quę dū proximo a me loco relata Romæ gerebant, Ezechiæ in meliorem statum sunt administratione restitutæ. Successit is Achamo patri, a cuius impio in stituto longe diuersus, administrationem inde auspicatus est, vt populo ad concionem vocato, publicæ præfatus sit, nil mirum cuiquā videri oportere, q̄ tot clades duo Hebræorum regna, paucis annis adijssent, patris & aliorū impietatē, fauorē numinis a tota gente alienasse, sublatum veterē sacrorū ritum, templū augustissimū prophanatū, cerimonias interpollatas, ferias, a maioribus institutas, celebrari veritas, haud dubie apparere eiusmodi religionis contemptū, nō modo ipsis impietatis autoribus, sed Israelitico etiam nomini, bella cędes, agrorum vastationes, captiuitatē, cæteraq; mala, a quibus vulgo mortales abhorrerent, continua malorū serie importasse, nec esse cur meliora spera ri possent, nisi vetus pietas in vrbem, aliquot post annos restitura, pristinū ius recipiat. Velle ob id se, jubereq; qd sibi ciuibus q̄ suis, atq; vniuersæ gē ti, bene feliciterq; verteret, templū aperiri lustrariq; veteri cerimonia, sacerdotibus, ministris instrui, vt populus infando dæmonū cultu excusso, pristino instituto sacrificaret, vetustas ferias patriumq; sacrorū ritum reciperet, quæ omnia vt rite, maiore q̄ consensu fierent (qm Azimorū dies instabant) conuentū vniuersæ genti Hierosolymam indixit. Mittit & in Samariā ad cognatas tribus q̄ suo nomine regem & cæteros ad antiquā pietatē inuitarent, vt proximis Azimorū feriis, siqua adhuc veteris instituti cura, suorumq; maiorum reuerentia, animos tangeret, frequentes Hierosolymā conuenirent, vt totius gentis consensu, atq; ob id fortasse auspicatius, vetus sacrum instauraretur. Hæc ille. Verū tantū abfuit, vt qui ex Samaria accersiti sunt antiquū solenne præsenti hortatione respexerint, vt legatos & prophetas, qui cum his missi erant, cōtra ius gentiū violarint. Multi tamē mortales ex Zabulonia tribu Manassea & Isacharia, magis priuato, q̄ publico cōsilio, suorū perfidiā detestari, sacrorū die Hierosolymā cōuenere. Vbi Ezechias patefacto purgatoq; templo, ex Salomonis instituto ad arā maximā sacrificauit. Populus p̄ dies Azimos in vrbe frequēs fuit solēnibus epulis, & sacris occupatus. Vrbs deinceps tota, vanis est superstitioni-

Exechiæ sapientissimum edictum.

Instaurator sacrorū ritꝰ ab Ezechia.

bus asserta, peregrina sacra cū dijs suis passim subuersa. Hęc circa religionē operatus Ezechias, numinis fauore frætꝰ, Philistæos a Gaza vrbe ad Gerhū bello domuit, Salmanasari Assyriorū regi tributū, qd pater fuerat solitus pendere, minacissima belli denunciatione reposcenti, abnegare p seuerauit. imminebat iccirco graue bellū inde Ezechiæ. Cæterū Assyrius oēm armorū impetū, in Osiam Samariæ regē in præsentia deflexit. Inferendi belli causa Salmanasari fuit, q̄ Osias ad Susam Aegyptiorū regē miserat, q̄ ab eo auxilia peterent ad nouū bellū instruendū, qd occulte in Assyriū moliret. Samariæ itaq; fines Salmanasar hostiliter adortus, quū ferociter imperata facere Osias recusasset, primo cæde & incendio oia complet, Samariā vrbē oppugnat, fuitq; ea obsidio præter spem oīm diuturna & laboriosa, Neq; em Osias ab initio credidit, tandiu Assyriū in obsidione mansurū, neq; Salmanasar sibi obsessum hostē tam pertinaciter restitutū. Multo igit labore vtrinq; exhausto Samaria triennio, q̄ obsideri cœpta est, capitur: nec Salmanasar vt asoler, victoria contētus, tributū tm imperauit, sed decē tribuū multitudinē, cū ipso rege subactā bel lo, in Media & Perside traduxit. Sic Israelitæ ex Samariæ finibus sublati sunt anno nongentesimo septimo ac quadragesimo, ex quo eorum maiores Aegypto egressi, eā terrā iure belli suā fecere: Post Hebraici regni diſidiū anno ducentesimo ac quadragesimo, vt Iosepho placet, alijs quinquagesimo supra ducentesimū. Cuthei Persæ: sic em a fluuio nuncuparos credidit Eusebius, in id solū quod Israelitæ tenuerant, velut in Coloniā, a rege missi, Hi quū gentiles deos secū transtulissent, ita accidit, vt terra pestilētia affecti, quū defungēdi morbi nullum inuenirēt remediū, ad veri Dei cultū cōuersi, sacerdotes a rege ex Israelitis, q̄ in Mediā translati fuerant, sibi mitti, vnde sacra discerent postularūt. Hebræi Cutheos dicunt, Græci Samaritas. Fuit ea gens reliquæ Iudææ affinis, dubia semper fide & studio in vicinos accolas: quippe quos feliciter agi tantes consanguineos sibi pdicare, vt a Iosippo q̄ Israelis fuit filius, oriundos. Cæterū illorū opibus aliquo casu afflictis, negare vllā sibi cū ea gente necessitudinē esse. Esaias pphetarū maximus per hęc rēpora, quibus alterū Iudaicæ gentis est regnū sublatū: Hierosolymis sub Ezechia claruit. Aethiopes Sabahonis ductu, Bocchore armis victo, Aegyptum occuppant. Sed obscura rei fama, pressęq; nimium vt cætera ab Eusebio prodita. In Macedonia Perdicas tum rex erat, Athenis princeps Aesimedes, & cum Messenijs Lacedæmonij bellum habebant. Fuerant Laconicæ virgines in Messenio rū sacrificio violatæ, eā Lacedæmonij iniuriā haud ferēdā rati, bellū in Messenios cōparāt, iurati inter se, nō pri⁹ armis absessuros, q̄ Messenā expugnassent. Fuit ea vrbs i Peloponeso Laconię ppinqua, i sinu maris locata, q̄ ab ei⁹ noie Messeni⁹ est olim dict⁹. Obsidiōe igit in multos ānos distracta, quū iā decimo āno Spartani domo abfuissent, varijsq; belli casibus haud pauci, vt assolet, foris absumerētur, frequensq; delectus magis in dies vrbē militudine exinaniret, nec quia viri abessent, spes interim vlla sobolis domi superesset, nemini dubiū erat q̄n ciuitas, duplici clade affecta, breui ad nihilū eēt redigenda. Trahere tū illi obsidionē, vxores tā lōgā viduitatē pteſe, viros domū rēuocāt, crimina ri eos ptinacia q̄ priuatę iniurię vlcisctēdę studio, se ipsos & patriā, tacita calamitate pderēt: cogitarent aīo, q̄ sibi id bellū magis eēt q̄ hostib⁹ pnicioſū. Illi tra mœmia incluſi, si assiduas clades sentirent,

Decē tribus i Media traduxit.

Cuthei Persę Samariam incolūt.

Esaias.

Bellum Messenium.

Spartani ab vxoribus reuocantur.

quas bellorum casus ferre soleant, iuuentutē tamē perpetua vxorum fœcunditate reparari. Contra rē Spartanam domi virorū absentia, foris bellicis casibus in dies magis extenuari, fore vt si pergerent diutius abesse, ciuitate viribus exhausta, non modo nō inferre alijs bella Spartani possent ampli⁹, sed ne illata quidē propulsare. Irent & quādoq; posteritati cōsulerent, satis superq; iræ datum, vidēdum esse, ne dum alieno excidio studeant, domesti cū alant. Huiusmodi querelis moti, qui in obsidio ne erant, etsi verissima ea esse satis sciebant, q̄ mulierū q̄relis iactarentē, sacramento tamē astricti, bel lū omittere nō sunt ausi. Varijs itaq; curis ancipites, eo decurrunt, vt domū iuniores mitterentē, qui post iusiurandū, supplementi causa fuerant in castra acciti. His p̄missum est, vt promiscue cū oībus mulieribus cōcumberēt. Ab huiusmodi indiscreti cōcubitus nota Parthenias, q̄ inde orti sunt, nominauere. Hi vbi adulti sunt, quum eorū nemini certus adesset pater, nec futura bonorū successio ob id cuiq; expectanda, trigesimo anno postq; id accideret, Phalanto Araci filio duce, qui Spartanis ad Messenē sedentibus autor fuerat, vt ad sobolē tollendā iuuenes, qui sacramento nō tenebantē, ad mulierū cōcubitū domū dimitterentē, vt quē ortus autorem habuissent, fortunarū quoq; ducē haberent, Lacedæmone profecti, ne matribus quidem saluta tis, quarū adulterio iniquo animo ferebant se cōceptos, variis casib⁹ iactati, in Italiā delati sunt. Vbi Tarentū, vt suo deinceps loco memorabiē, instauraruntē. Hæc Trogus, qui Ephorū secutus videri potest, nisi q̄ hic, nō ob stuprū virginibus illatū, bel lum conflatū scripsit, sed q̄ Telochū Spartanorū regem, sacrorū causa ad se profectum, Messenij interfecissent. Præterea cū virginibus tm̄ Spartanis iuuenibus permissum vt cōcumberēt, inde Parthenijs sit soboli nomē datū. Adijcit & alia profectionis causam, Q. posteaq; Messene capta est, q̄d⁹ vndeuigesimo, vt Cyrtheus scripsit, anno, ab eo quo obsideri cœperat, cōtigit, agrum ex hoste captum, quū Spartani diuisissent, tum neq; agri portione villa, neq; honore Parthenias ipsos domū reuersi lacones dignati essent, duplici illi iniuria instructi, cum Elotibus (erant hi serui apud Spartiatas) in cæterum corpus ciuitatis coniurant. Signum p̄perandæ cædis, fuit laconici pilei elatio: sed coniuratione paucorū indicio patefacta, quia multitudo conspiratorum ingens dubiā factura videbat victoriam, si vis tentata esset, seniorum suasu, ea conditione, vrbe excesserunt, vt si nullam demū terram adepti essent, in qua perpetuo consisterent, in Laconiam reuersi, tertiam Messenij agri partem sortirentur. Tum vero in Italiam delati, ab Achiuis bella cum Barbaris gerentibus, in armorum societatem accepti, Tarētum adepti sunt. Hic sermo verior mihi videē, quam quē Antiochus Syracusanus de ea re prodidit, Spartanos ad Messenij bellum ituros publice edixisse, vt qui reip. eo bello defuissent, pro seruis haberentur, quos illi Elotas dicerent, atq; ita accidisse, vt quicunq; longa belli intercapedine domi orti sunt, ifames sint habiti, Parthenięq; appellati. Iniquum videri potuisse eos infames haberi, qui legitimo thoro orti essent, etsi parentes bello nō interfuissent. Cæterum ipsum nomen haud dubie demonstrat, Parthenias ita ortos, vt Ephorus & Trogus meminerint. Cætera Antiochus ita disseruit, vt Parthenias diceret præsentē fortunā haud ferendā ratos, cū Phalanto, quē ipsi ducē sibi cōsciuissent, cōsiliū cepisse, vt in Hiacinthiorū celebritate, quū certamē in Amycleo celebrareē, Phalantus pileū capiti imponeret, ac tū repente ad destinatā cædē discurrerēt, sed p̄conis voce perterriti, qui nescio quid inter spectandū, magistratuū nomine, Phalanto imperauit, proditā cōiurationē rati, multa consternatione se se spectaculo proripiunt, multi incerta fuga dilapsi in diuersa abierunt, quidā metu hæsitantes, supplices in mediū processere, hi aliquādiu in custodia habiti, quo ad Phalantus Delphos, ad oraculum de Colonia ducenda consulendū, mitteret. Pythiū carmen q̄d illi est redditum, hoc habuit. Sastireum & pingue solum tibi trado Tarenti, Incolere & lare sedem p̄ Iapigas ædes. Atq; ita Phalantus & Parthenię cū eo profecti, a Barbaris & Cretensibus, qui ea Italię loca incolebāt sunt hospitaliter accepti. Cretenses ipi Minois comites fuerūt, qui rege in Sicilia amisso, ex ipsa insula in Italiam transtretarunt: inde vero eorum quidā, Adriæ orta peragrata, in Macedoniam delati, Bugei nominati sunt. Cæteri, qui in Apulia subsedere, ab Iapige Dedali filio, quo duce eam fuerant terrā adepti, Iapiges sunt dicti. Tarē tum ab Heroe quodā nomē accepisse tradunt: sed cur ita contigerit, Antiochus, cuius hæc sunt in obscuro relquit. Latinorū quidam a Tara Neptuni filio locum a principio munitū arbitrati sunt: inde a Spartanis instauratum. Tarētinorū lusus & opulentia, in relatione rerum a Pyrrho rege in Italia gestarum, explicabitur. Nec ipsa instauratio loci, hoc loco referenda est: quippe quæ aliquanto recentior fuit, quam vt in hæc tēpora reponi possit. Hic erat alibi gentium status, quum Romulo ob raptas nuper virgines, bellum est a finitimis ortum. Pleræq; Sabinæ ciuitates, ad quas ea potissimum iniuria p tinebat, ad Tatiū Sabinorū regem confugerāt, ibi multa de Romanorum iniuria questi, quum facile impetratū esset, vt communi nomine res vindicaretur, rexq; & alię præ ira & ardore id postulantium segnius omnino mouerent, Ceninenses, Crustumini, & Antemnates, quorū dolor maior erat, quā qui dilationē vllam pati posset, suo nomine bellū instruunt. Verum sic quoq; quum socij parū impigre arma expedirent: Ceninenses magis cupide q̄ strenue in Romanū agrū irrupere. His effuse vagātibus, Romulus cū suis fit obuius, certamineq; leui iniecto fundit, fusosq; ac trepide palantes, ferro ad vrbem agit. Sunt qui tradant hostium vallum, subito accessu Romulū inuasisse, castrisq; hostem exutū: Ceninā vsq; sequi perseuerasse, q̄ patentib⁹ portis Romanū adeptū, mixto agmine intra mœnia irrupisse, Acrone rege qui cū valida manu occurrerat interfecto, quē secū cōgressum, vulnereq; prostratū, Romulus vita & armis spoliauit. Liuius in expeditione cæsum significare videē, sed quocū q̄ ille loco concidit, Romulus vir factus magnificus, nec eorū q̄ strenue feciss̄ dissimulator, victore exercitu domū reducto, spolia hosti detracta, in Throphei speciem suspensa, p̄ se in Capitoliū tulit Iouiq; Feretrio ad quærcū pastoribus sacrā dedicauit. Dionys⁹ autor est, purpura eū indutū, caputq; laurea præcinctum, quadriiugo curru vbi inuectum, expressamq; tum primum legitimi triumphi formam, quod miror a Liuio prætermissum. Romulus vbi in Capitolium venit, Feretrij Iouis templum est metatus, adeo modicis finibus, vt longitudo denos haberet pedes, amplitudine dimidio minore. Huc opima spolia, post Romulum, Cornelius Cossus ex Iarte Tolumnio retulit. Nouissime omnium Marcellus eodem loco spolia duci Gallo detracta, dedicauit. Iuppiter Feretrij cognomen est adeptus, vt quidam aiunt, a ferendis spolijs, in qua Dionysius fuit opinione, Plutarchus a feriendo, quoniā Romulus percusso hoste, prima illa fuisset adeptus. Sed dum ea Romæ aguntur, Antemnates, agrorum solitudinem nacti, Romanos fines incursant. Ad recentē hunc tumultū cōuersus Romulus legione raptim educta, dispalatos hostes, nihilo maiore negocio, q̄ nuper Ceninēses, superat, Antēnas q̄ capit. Dionys⁹ vtrā q̄ vrbē credidit vna expeditione captā. Secundū recentem hanc victoriā, Hersiliæ & raptarū precibus Romulus fatigatus, Ceninenses & Antemnates cū cōiugibus & liberis, Romam traduxit: eoq; facili⁹ datum, q̄ satis perspicue apparebat, rem Romanā talibus breui auctum iri incrementis: Pluribus vero est, quod alij tradunt, id consiliū a Romulo ortū ipsumq; super ea re ad Hersiliam, & eius populares longum sermonē habuisse. Nupsit Hersilia Romulo postquam rapta est, ex qua mox illi mulieb̄ris stirpis infans nata est, quæ a nascendi ordine Prima est nuncupata. Mares deinceps duo ex ea dem procreati, Aollius & Abillius, sed in hoc quoq; vt in tam vetusta assolet memoria, variant auctores. Fuerunt qui Hostilio claroviro, non Romulo, Hersiliam nupsisse tradarent, sed priori famæ plures astipulantur. Crustumini, qui & ipsi bellum intulerant, sunt deinceps bello petiti, horum conatus eo leuiores fuere, q̄ ad duplicem finitimorū cladē vehementer animi concidebant, hi quoq; primo congressu victi, oppidum amisere: vnde frequenter Romuli iussu est Romam migratū. Coloni ex vrbe ad loca ipsa obtinenda missi. Cenina & Antemnæ Græcorum vrbes fuere, inde Aborigenes Siculos Barbaros eiecerunt, ipsi Oenotriorum, qui ex Arcadia venerant, progenies. Crustumini, Sabinorum Colonia, multo ante Romam condita, deducta est. Clementiæ huius fama, qua Romulus fuerat in hostes vsus, finimitimis vrbibus vulgata, multā mortalibus cupiditatē iniecit, Romā sua spore cōmigrandi: vt sub tam miti rege essent. Ex Hetruria igitur & toto Latio plerique, velut in nouam coloniā, cū vxore & liberis transiuere, & in his Cælius, vir Hetrusci sanguinis, a quovni ex his collibus, quos vrbs postea est complexa, nomē mā sit. Sabini interim bellū occulte instruxerant, nec enim per iram aut cupiditatē quicquā vt antea egerunt, sed ad opes gentis, quæ tū pualidæ erant, consilium accessit, vt pene prius sit bellum illatū, quā moueri diceretur. Dionysius nihil credidit per dissimulationē actum, sed res more gentiū prius repetitas, Romulumq; ob famā imminētis belli, a Numitore frumēto & armis adiutum. Cæterū eo omnia Romanis ab initio grauiora fuerunt, q̄ sub ipsum hostiū accessum, arx Tarpeia his prodita est. Fuit illa loco edito, e regione palatij in iugo collis, qui Saturnius primo, mox Tarpeius, nouissime a capite humano, ibi prodigiose inuento, Capitolinus est dictus. Præerat tunc præsidio loci Sp. Tarpeius, cuius filia, quum forte in subiecta loca aquā di studio exiuisset, armilis capta, quibus sinistra Sabinorum exculta erant brachia, arcis proditionem cum Sabinis pacta est, si ea sibi ornamenta dono traderent. Alia Tatio rege auro corrupram credidere: satis cōstat Sabinos noctu in arcem receptos, puellāmq; clypeis obruptam, incertum ne arx proditione capta videretur, an vt documento posteris esset, nihil vsquā proditori fidum esse oportere. Vi denturinquit Antigonus reges amare proditorē, verum vbi prodidit, oderunt: sic qui veneno vtūtur, probant vsum etsi nefariū, ab re ipsa vt letifera abhorrēt. Est & alius sermo nō nihil ab hoc diuersus, decreto puellā, q̄ sinistris brachijs hostes gestarent, pepigisse, vt Scutis Sabinos exutos, suis commodius trucidandos traderet, idq; fuū consiliū, p fidū nunciū, Romulo significandū curasse: sed siue eius fraude cui res tradita est, siue casu ille in hostiū potestatē venerit, sensisse hostē Tarpeiæ cōsiliū, ac tū siue pactū secuturus, siue p Romanis insinuat⁹ (nā id autores quos sequimur parū perspicue tradunt) arcē (q̄d⁹ satis cōstat) Sabinus tenuit, puellaq;, vt ambiguæ fidei, Regis iussu necata. Hæc fama est minus celebris: vero tamē propior est. Emuero si arx ab ea sponte fuisset prodita, nunq; Romulus virginis memoriā in posterū passus esset propagari, vt ab eius casu Tarpeius deinceps collis diceret. Iubas, Sulpitiū Galbā secutus, scriptū reliquit, Sp. Tarpeiū arcis præfectū, proditionis postea accersitū, capitaliq; supplicio damnatū. Quę si vera sunt, æquum sit credere arcē nō hostiū dolo, sed p̄ditione amissam, nec Tarpeiā tm̄, sed & patrē eius cōsilij fuisse participē. Antigonus & plerique alij Tatio rege natā Tarpeiā credidere, q̄ Romuli matrimonio nupta Capitoliū patri ex occasione prodiderit. Hæc sunt q̄ de arcis proditione diligentiores memorāt. Nā Simulus ne audiendus quidē, qui Celtis nō Sabinis Capitoliū a Tarpeia proditū scribere est ausus. Potuerunt illū loci apellationes sui erroris admonere. Satis quidē constat, Tarpeij nomen a Romulo, ad Superbi Tarquinij tpa, collē tenuisse, tū a prodigio ibi facto, Capitoliū nominari cōtigisse. Sed tam hæc, q̄ illa appellatio, Senonicū bellū plures annos præcessit. Romani dolore amissæ arcis, postridie inter Palatiū & Capitoliū structa acie stetere, qui quum immoti aliquandiu manssissent nec ab hoste quicq; moueret, recuperandi loci cupiditate i aduersum collē agmē erexere. Sabini rei indignitate cōmoti temere subeuntibus occurrunt. Fit plū iniquo Romanis loco, Principes vtrimq; pugnā ciebant Hostius hinc cognomento Hostilius: Metius inde Curtius, ambo præsentia & hortatione suorū fortunā sustinēt: Verū vbi Hostius super ne ictus cōcidit, cōfestim Romana acies inclinauit: actaq; est cū strage, & fœda fuga in subiectā vallē. Nec hostis a tergo instans fugientes patit a pauore & fuga animū colligere, quin p̄petuo cursu, ad portam vsq; palatij fusum agmen agūt Sabini. Tū Romulus, q̄a neq; minis, neq; hortatione, suos poterat in prelij reuocare, sublatis ad cœlū manibus, statori Ioui vouet templum, si turpem suorum fugam sistat. Restiterunt demū Romani, Curtiumq; ex equo in prima acie ferociter exultantē, superbeq; conuicia & probra iacientē in Romanos, scire iā hostes, aliud esse virgines latrocinio rapere, aliud cū viris fortibus pugnare. Rei indignitate accensi primo loco submouēt, ac pene precipitē in aduersam vallem agunt, actū tanta vi vrgent, vt periculi metu equum temere in proximam paludem immiserit. Perculsit Sabinorum animos tanti viri casus: inde clamore sublato alta voragine obluctantem vocibus & hortatione iuuant. Suorum ille nutu & fauore, equiq; agilitate fractus, in aduersam paludis partem incolumis euasit. Fuit ea res spectatibus miraculo, atq; ab re iam inde loco nomen mansit, vt sit Curtij lacus dictus. Est & altera crebrior fama, ab equite Curtio, qui pro patriæ incolumitate se in subiectum terræ specū precipitauit, nomē loco indituē. Prælio per hæc vtrinq; instauratō quū ictibus & clamore omnia circunstreperēt essentq; vtrinq; animi præsenti certamine accensi, Sabinæ mulieres, quarum causa erat bellū conflatum, ex transuerso inuectæ, inter vtrāq; aciē medię passis



Vñ Parthenię.

Parthenię in suos ciues coniurant.

De Parthenijs varia opinio.

Bellū in Antemnates.

Hersilia Romuli vxor.

Aolius & Abilij Romuli filij.

Cenina. Antēnæ. Crustuminum.

Arx Tarpeia.

Arx proditur Sabinis.

Phalātus Parthenię dux.

Iapiges vnde.

Bellū Sabinum.

Prima spolia opima.

Templū Feretrij Iouis

Varia de proditione arcis opinio.

Romanorum fuga.

Templū Iouis statoris.

Lacus Curtius.

passis crinibus, & veste lacera, cõstitere. Mox in preces & lachrymas irrũpentes, nunc ad hos nunc ad illos manus suppliciter intendũt. Hinc patres, inde viros orant, ne vxorũ, ne filiarũ oculos infanda cæde polluant, flecterent animos, lenirent irã, ne parricidio infando, hi suos partus, illi nepotũ progeniẽ violarent: si cõnubij & affinitatis pœniteret, in se iras & arma verterent. Nos aiunt vobis odij, nos malorũ oĩm causa sumus. Satius sit nobis miserishic corã morte occũbere, vestraq; manu cadere, q̃ hinc patres, inde viros, mutuis sevulneribus cõficientes intueri. Mouerunt huiuscemodi lachrymæ, tempestiuæq; pceps præsentiũ animos: factoq; silentio, nõ nihil immotæ acies exaduerso stetere, se mutuo intuentes. Inde Romulus Tatiusq; in mediũ prodeunt, de pace acturi, qui nõnihil inter se collocuti, in has pacis cõditiones descendere, vt vtrũq; populũ Romanos Sabinosq; pari iure regerent. Et hæc fere sunt q̃ Liuius scripsit. Me aũt nihil pœniteret illorũ esse opinionis, qui rẽ nõ ita temere initã scribũt, sed medio ardore belli, coiuisse Sabinas raptas vnũ in locũ, ac tum ibi Herfiliæ cõsilio, quæ, vt supra est significatũ, Romulo nupsit, vel vt alij aiunt, Hostilio. Quidã eam fœminã grandẽ natu fuisse arbitrant, Romæq; cum filia, q̃ inter cæteras virgines fuit rapta, materno affectu subsedisse. Nec de nomine multũ conuenit. Dionysius eã scripsit Secullia appellatã, sed q̃cunq; fortuna fuit mulieri ac quocũq; noie, precipua, qd̃ satis cõstat, inter alias fuit celebritate. Huius consilio, inter Sabinas agitatũ ferunt, virorũ permissu, ad Tatiũ Regẽ & parentes, aliquot fœminas ex suis popularibus mitterent, quæ suppliciter de pace cũ his agerent, remq; ad Romulũ & patres, de summa rerũ cõsultantes, in curiã delatã, æque oĩbus pergratã fuisse, earũq; pietatẽ tempestiuãq; prudentiã a rege & aliis laudatã. Missas itaq; triginta numero matronas, a quarũ nominibus sint totidẽ in vrbe Curiæ nominatæ. Varro de Curiarũ nominibus, ab his omnino diuersa prodidit, eorũ opinionẽ secutus, qui nomina prius Curis indita arbitrant, q̃ vllus legationis vsus in mulieribus extitisset. Quid q̃ in numero quoq; missarũ parũ inter autores cõuenit, quum nõ triginta, vt diximus, sed quingentæ ad Tatiũ missæ dicant. In eo oĩbus conuenire video, bellũ tertio anno, posteaq; bellari cœptũ erat, mulierum interuentu, inter Romanos & Sabinos cõpositũ, multosq; ob id meritũ a Romulo & parentibus illis honores decretos. Locus in quẽ ad faciendam pacẽ vtrinq; coiuere, Comitiũ est dictũ, & ne nõ aliquid ea pace Sabinis datũ videretur, cõparatũ est, vt a Curibus Sabinis, vnde illi venerant, qui cunq; Romæ essent, cõi appellatione Quirites dicerent, pariq; iure Sabini & Romani vnã vrbẽ incolerent: Reges ipsi æqua potestate regnarent. Atq; secundũ id fœdus, Romulus palatiũ sibi regiam cœpit: Tati? Capitoliũ, qd̃ ab initio belli occuparat: Lacuq; exaggerato, in media cõualle forũ statuere. An Sabini oẽs qui ad bellũ venerant, cum Tatio Romæ subsederint, parũ cõpertũ habeo. Illud diserte ponunt autores, habuisse Sabinorũ regẽ in castris, qum Romanis bellũ intulit. XX. peditũ milia, & equites octingentos. Aucta per hæc multitudine, cinitas in tris diuisa est partes easq; a numero tribus dixere: Ramnensem vnã, a Romulo: a Tatio alterã, Tatiensem: tertiã ab Afili luco Lucerem. Paribus inde auspicijs ambo quinq; annos rerũ in vna vrbe potiti sunt, expeditione duntaxat vna in Camerenos suscepta, feliciterq; obita. Fuit Camerea Albanorũ Colonia, vetusq; Aboriginũ sedes.

Sabinarũ pulchrũ lacinus.

Pax inter Romanos & Sabinos

Herfilia.

Vñ Romanę curiæ.

Comitiũ

Quirites

Romanarũ Tribuũ nomina.

Loci incolæ sæpius ad causam dicendã vocati, quũ iura detrectarẽt, in se Romana irritarũt arma. Aciesq; dimicare ausi, ac pugna vna victi, tertia agri parte mulctati sunt. Principio inde sexti anni Laurentinorũ legati iniurias q̃stũ, & ad res simul repetendas missi Romã venere. Ex Tatij familiaribus q̃dã latrocinãtiũ more, Laurẽtini agri fines ingressi, pecus inde abegerãt, obuiosq; nõnullos spoliarant. Censuit Romulus fontes ad supplicitũ dãdos, apd̃ Tatiũ plus oĩno suorũ gratia, q̃ius gẽtiũ valuit, q̃ nõ solũ postulata nõ fecit, sed abeũtes etiã legatos a suis violari est passus. Sed fontiũ pœnã Tatius in se vertit, q̃ quũ haud multo post Lauiniũ ad solẽne sacrũ venisset, ĩpetu in eũ facto, priuato cõsilio, ab ijs interficit, quorũ cognati fuerant a Tatianis violati. Tulit Tatij mortẽ Romulus minus ægre, q̃ laturus putabat, dubiũ, infida regni societate, an q̃ iure cæsum existimauerit. Corp? eius Romã delatũ, regali exequiarũ vt tũ res erãt, apparatu funerauit, defunctoq; annuas statuit inferias. Imperio itaq; recepto, ad expiandã scelere ciuitatẽ autor extitit, vt qui Laurentinos legatos violassent, ad supplicium dederentur. Plutarchus religione id factũ existimat, q̃ cum pestilentia vrbem inuasisset, crederevulgo, qm̃ violata in legatis iura non vindicarentur, eam cladẽ ciuitati deoꝝ ira illatã Romuli exemplum Laurentini secuti, & ipsi regiq; cædis autores communi consilio dedunt. Eos Romæ causam dicere iussos, quũ haud leuia afferrent, idẽtidẽ testati, regis iniuria se ad eius cædem compulsos a quo non solum non redditæ res essent, sed qui ad eas repetendas missi forent iure gentiũ violato, cædi passus esset, Romulus crimine liberauit. Atque per hæc fœdere inter Romam & Lauiniũ renouato pax cum finitimis erat, cum Fidenatium iniuria Romanis armis negatũ est quiescere. Rati illi nouę vrbis opes plus in dies crescere, q̃ sibi & cæteris accolis tutum putaretur, vt præsentem fortunæ cursum quoquo modo impedirẽt bellum occupant, subita in Romanũ agrũ excursione facta. Hæc Liuius. Diuersam belli cãm Dionysius secutus, scaphas ait frumento honustas, sed o Tyberij, Romã quũ pestilentia laborareẽ missas Fidenates interc̃pisse, rebusq; vt moris fuit repetitis, nec redditis, Romulũ iniuriæ autoribus bellũ intulisse. Cæterũ siue Fidenates priores arma intulerint, siue Romulo sint prius illata, Romulus cum suis copijs hosti cum ingressus, haud longe a Fidenis castra locat: p̃sidioq; in castris relicto, pedites in insidijs locat, ipse cum parte equitum tumultuòse portis hostiũ obequitat. Insignis equorum paucitas Fidenatib? ad erumpendum fecit animum. Portis itaq; repente patefactis cum impetu & clamore ĩ effusos equites inuehuntur. Romani leui, quemadmodum iussi fuerant, certamine iniecto, nunc pugnã detractãdo, nunc redeũdo in prẽliũ sensim hostẽ ad insidiarum locũ pertraxere. Tum pedites ex insidijs repente coorti, ex transuerso hostium manum cũ fremitu & clamore inuadunt. Qui cũ Romulo erãt, ipsi quoq; subito equorum circunactu, pugnã a fronte instaurant. Fidenates multiplici terrore perculsi, aliquanto assusiore cursu, quã nuper Romani egerant, vrbẽ repetunt. Instat victor eques, peditibus mixtus, passimq; fugientẽ sternunt, nec? hostibus prius fugiendi finis fuit, aut Romanis insequendi, q̃ mixto agmine vrbem irruperunt. Capto oppido, Fidenatibus arma abijcientibus venia data est, in autores belli capitaliter est animaduersum. Scripserũt quidã processisse Fidenates instructo agmine obuiã Romulo, cruentũq; prẽliũ cõmissum, inde victos

Tati? interficit.

Dedũtur vtrinq; fontes.

Romuli iudiciũ.

Bellũ fidenatiũ.

Fidenæ capiunt.



victos hostes cũ trepide vrbẽ repeterent, Romanũ intra muros traxisse. Romulus victor certã agri partẽ veteribus incolis adeptã, trecentis qui ad p̃sidiũ vrbis relicti sunt, ex equo diuisit. Camerini & ipsi tẽporũ occasione vsi (fuit eĩ annus ille vrbi pestilentior) colonis eximprouiso oppressis, q̃ eo missi fuerant, a Romanis defecere. Hanc quoq; iniuriã Romulus haud multo post vltus est. Captũ bello oppidũ diripuit, principibusq; defectionis interfectis Cameriã valido p̃sidio firmauit. Victor inde triũphans vrbẽ est inuectus. Currũ æneũ quo ad id vsus est dedicauit Vulcano, cũ titulo rerũ a se gestarũ, quas Græcis est literis, vt Dionysius scribit, cõplexus. Nec diu victor exercitus quieuit. Veientes Fidenatis belli cõtagione irritati, erant em Fidenates, vt Liuius existimat, Metruscorũ cognati. Plutarchus a Veientibus Fidenas vt suæ ditionis repetitas ait, nec redditas, belli Romano inferendi eis materiã præbuisse. Hæc illi. Verũ siquis inuidiam, qua ab initio Romanũ nomẽ inter finitimos flagrauit, animo reputet, aliũ in alijs p̃textũ causam tamẽ oĩbus vnã fuisse reperiet, q̃ iniquo animo ferrent, rẽ Romanã, supra q̃ tutũ esset accolis perpetuis successibus augeri, sed quãcunq; tũ illi causam secuti sunt, vrbis munitissimæ situ, validaq; iuuentute freti, in Romanũ agrũ, Tyberim trangressi, impetũ faciunt, abductaq; inde raptim p̃da, in pacatũ abeunt. Romulus ad arcendã populationẽ egressus vbi hostẽ nullũ in agris inuenit, Tyberino fluuio trajicit copias, inde nõ tã prædæ q̃ dimicationi intentus, quadrato agmine Veios ire pergit. Veientes pulchrius, & ad existimationẽ virtutis magis attinere rati, acie cũ hoste cõfligere, q̃ mœnibus inclusos vim arcere, appropinquãti Romulo obuiã prodeunt. Fit prælium. Cæterũ quo veterano milite magis Romanus q̃ Hetruscus præstitit, eo minus anceps fuit victoria. Fusi sunt Veientes, & advrbẽ cũ cæde acti. Romulus, hostiũ agrũ ex parte populatus: Romã victor exercitum reduxit. Hetruscus vna aduersa pugna fractus: Romã legatos ad petẽdã pacẽ, haud multo post, misit. Cuí parte agri adẽpta, quæ Tyberi proxima est, in centũ annos tunc induciæ datæ. Ex Liuio fere hæc, a quo Alicarnasseus Dionysius longe abijt, vt plerũq; alias, diuersus. Is circa Tyberim scribit haud pcul Fidenis pugnatũ, vbi Hetrusci ante Romulus aduentum castra fecerant, primoq; cõgressũ æquo marte dimicatũ, sequenti plio, arte viribus adhibita: Romulus post suos iugũ proximi montis in insidijs tenuit, quæres in primis iuuit Romanã aciẽ. Emuero sequenti die iterũ acie cõgressi, medio pugnæ ardore, qui in insidijs steterant, ex improuiso hostẽ a tergo adorti, haud dubiã fecere victoriã. Multi in plio, sed plures in fuga absumpti, obiectu fluminis intercluso Veientes p̃cipitante metu plericq; Tyberinũ amnẽ temere ingressi, vi aquarũ vorticibusq; aduersũ pro pemodũ periere. Nec ita multis interiectis diebus, reparatis belli viribus, eodẽ ferme loco pari cuẽtu dimicare ausi sunt Veientes, ac tũ demũ castris exuti, magnaq; copiarũ parte amissa, vltra flumẽ abiere. Plutarchus & ipse duplicis pugnæ autor est, adijcitq; ex hostib? ad duo & viginti milia desiderata: Romanorũ duo milia, qui priori prelio circa Fidenas cæsi fuerint. Siquidẽ hostes copijs abundãtes, vno tẽpore in Romulũ qui a frõte pugnam ciebat, & in eos q̃ Fidenis irruperãt, acie explicuere. Haud absurdũ est credere: Romulũ ad noui belli famã Fidenas suspectã vrbẽ, & q̃si futurã belli sedẽ supra trecentos, quos ibi ad præsidiũ reliquerat, valido firmasse p̃sidio. His Veientes cladibus fracti non

Cameria diripit.

Varię de Romuli cæde opiniones.

Cur Romulus Quirin? dictus.

Tempora rũ suppu tatio.

Cãdaulis memora bile facinus.

opera factū affirmasset. Dissimulauit illa ad temp⁹ dolorē suū, ne parū viro morigerari videret: postero die Gygē perfidū nunciū in secretū accersit, ibi turbato vultu hoīem affata, aut tibi inquit moriēdū est Gyges, qui, qd' nefas fuit, spectare es ausus, aut Cādauli, qui id tibi flagitiū psuasit. Vide proinde vtrū malis in te, an in illo scelerisvltionē q̄ri, sed illum potius plecti velis, quo extincto, ero, tibi ego qd' & illi fui, regnūq; simul tibi præmio adiciam. Tum Gyges siue imminēti periculo mot⁹, siue regni cupiditate, siue vtroq; poti⁹, ferro instructus, eadem cubiculi parte, qua nuper, in insidijs locatus, nocte, quę proxime secuta est, regem somno pressum obtruncat: simulq; eius thorū & tyranni dē occupat. Excepit Gygē animos; motus ingens: Lydis imperiū noui hominis detrectantibus. Cęterū Delphicū oraculū Gygi regnū stabiliuit. Memini huius rei Archilocus Parius, viſebāturq; apud posteros Delphis donaria Gygiana appellata, quę ille hoc nomine Appollini dedicauit. Herodotus secundū ea, quæ Mydas ibidē statuit, oīm hæc vetustissima fuisse ait. Fuit Mydas Gordij filius, qui per hæc tēpora in Phrygia regnauit, idemq; ob diuitias quas in gentes habuit, celebriore fama. Trogus & Herodotus Mydæ meminerunt. Adijcit ille Alexādrū Macedonē, qui aliquot post ætates fuit: Gordim vrbem in Phrygia expugnasse, vt fatalē Gordij nodū exolueret, qm veteri oraculo constaret, regnum Asiæ huic deberi, qui iugalis lori inuolucrū illud soluisset. Fuit Romulo æqualis Ezechias Achami filius, qui cū imperiū in duas reliquas Israelitarū tribus obtineret, acri bello a Sennacheribo Assyriorū rege est petitus. Autores quos sequimur cām belli huius nō tradunt, sed tributū iam antea Assyrio negatū, eā Hebræis nouorū tēporū procellā concitasse credere par est. Fuisset eius exit⁹ belli nihil Ezechię felicior, q̄ Osię & Samaritanis haud multo prius fuerat, nisi manifesto numinis auxilio fuisset ille defensus. Ēmuero cæteris regni vrbibus, aut vi aut metu captis, quū Hierosolymā Assyrius victor castra admouisset, legati supplices ab vrbe Ad Assyriū venere, pacē orantes, quā si. CCC. argēti talēta, & triginta auri in p̄sentia sibi penderent, Sennacherib⁹ vltro polliceri, iureiurādo affirmās, fore, vt cū ea summā Iudæi p̄soluissent, pacat⁹ Hierosolymitani regni finib⁹ excederet. Exoluit Ezechias ex fide imperatā auri & argēti summā, cæterū Assyrius verso in Aegyptios & Aethiopas bello, partē copiarū ad regiæ vrbis obsidionē cōtinuādā reliquit, velut multū interesset, p̄ sean p̄ aliū fieret qd' nefas esset facere. Ezechias vbi vrbē nihilominus obsideri vidit, legatiq; ab hostiū ducib⁹ missi nunciarent non esse cur ab Aegyptijs, aut Aethiopibus auxilia expectaret, quorū vtrāq; gētē subito bello Sennacheribus implicuisset, stulte & regē ipsum & cæteros facturos, si extrema omnia malint experiri, quā deditionē facere, q̄ si tempestiue facta esset, fore, vt aliquid ab ipsa victoris clęmentia sperarent: contra si vim experi mallent, ciuium & vrbis præsens imminere excidium. Fractus animo Ezechias, in preces & vota, quod vnum supererat remediū, uersus saccū induit: Esaiā rogat, qui sanctitatis & diuinationis fama cæteros mortales anteibat, vt precibus si fieri posset, præsens excidium sibi & patriæ deprecetur, veniāq; impendentium malorū imploret. Huius oraculo Ezechias iussus est in posterum sperare, numinis auxilium haud suæ genti defuturum, quin breui fore, vt Israelitæ tribus in Mediam & Persidem ablegatæ, postlimino reuersæ Samariam & sedes pristinas incolerēt.

Candaules a Gyge interficitur.

Gordij nodus.

Ezechias bello p̄mittitur.

Esaiæ diuinatio.

Trahebatur itaq; obsidio, quum graui pestilentia in Assyrijs castris repente orta, paucis diebus mortaliū vis ingēs vita defuncta est. Nec ipsi regi multo p̄speriores in Aegypto res bellicæ fuere, sed Pelusiaca obsidiōe fatigat⁹, Tharacis Aethiopis, qui in Aegypto tū late imperitabat, terribili accessu, ob ingētes quas trahebat copias, nūciato, cōtinuo soluta obsidione in Iudæā est reuersus. Sedet Pelusium Nilo qua parte Arabiā ab Aegypto disterminat cōtiguū, vū & fluminis ostiū nomē habet, nec procul inde Casius mons & Ostracinæ locus magni Pompeij sepulchro nobilitatus. Idumeæ fines his se terris insinuant. Herodotus significare videt Arabū regē nō Assyriū Pelusiaca obsidione depulsum, pdigio facto in castris memorabili. Mures oībus neruis nocte vna & horis iprouiso incursu abrosis, totū pene exercitū scutis & arcub⁹ spoliarunt. Berosus qui Caldaicā scripsit historiā: Sennacheribi meminit, cuius arma tota sint Syria euagata, quo autore frętus Iosephus, conat' Herodotū mēdacij redarguere. Q., ille Arabū & Assyriorū regē Sēnacheribū, vt ei⁹ verbo vtar, Pelusiū obsedisse scripserit, Sethūq; Vulcani sacerdotē eūdē & Aegypti regē ab eo longa obsidione fatigatū. Euenisse inquit Herodotus, vt is militare studiū asperna-tus, oēs Aegyptios bellatores agris, quos a priori-bus dono acceperant regibus, exuerit, ob idq; subita illorū defectione p̄senti tēporū nouitate destitutū, in Vulcani tēplo questū p̄sentē rerū fortunā, & in somnis ei demonstratū, fore, vt auxiliares opes nō deessent, iret, & cū ijs copijs, quas intra mœnia haberet in hostē tēderet, ac tū demū nocturno murium incursu id factū, nimirū ad dæmonū p̄stigias stulta gens, vū hæc Herodotus didicit, referre maluit: q̄ ad veri Dei prouidentiā, cuius id fuit opus. Sed tm̄ abfuit, vt gens ipsa lucē in re simili videret, vt q̄cq̄d tenebrarū est gētib⁹ ab initio effusum, ab Aegyptiorū vanitate cōster esse profectū. Reuersus in Iudæā Sennacheribus, exercitū quē ad Hierosolymæ obsidionem reliquerat pestilentia pœne cōsumptū inuenit. Iosephus & sacri libri habent nocte vna in his castris ad centū octoginta quinq; milia hoīm periisse. His si quis prouidentiā excludat, qd' impiū sit facere, haud dubie pro mendacio hæc repudiet: p̄sertim tantā hoīm stragē in vnā noctē coaceruatam. Erit itaq; simile vero, dum Assyrius ad Pelusiū sedet, altera esse castra, quæ ad Hierosolymā hostis reliquerat, tot milibus funerum vastata, nisi aliquis binis castris, post Aegyptiacā expeditionē in vnū collatis, ingentē vim hoīm existimet vnius noctis spatio dira pnicie cōsumptā. Sēnacherib⁹ p̄senti clade consternatus in Assyriā abijt: vbi haud longo interiecto tēpore a Seleustro & Adramelecho filijs est interfectus. Ezechias hostili terrore liberatus, nihil qd' ad diuinos honores attineret, prętermisit, Deo Optimo maximo gratulatus q; se & suos, manifesta prouidentia præsenti periculo seruasset: multus itaq; ac frequēs circa aras esse: natusq; est ei post Assyriū bellū filius, quem Manassem vocauit, eū nascīturū quum Esaias præ dixisset: nec rex oīno fidem haberet, petere a se signū, ppheta postulauit. Tū Ezechias petisse dicit, vt vmbra solis. X. gradus retro, vnde venerat abiret: qd' quū post Esaiæ pręceps fieri cōtigisset, solutus rex lāguore corporis, quo aliquādiu fuerat implicitus, attentiore cultu, maioreq; pietate, sacra instaurauit. Iosephus per hæc tpa Assyriū imperium a Medis euersum credidit. Cæterum nos Græcos scriptores, & Eusebium in primis secuti, eius regni excidiū loco multum diuerso duximus reponēdū.

Pelusiū.

Clades a muribus illata.

Sēnacheribi prosligatio.

Non



Anceps de Assyriorū regib⁹ sententia.

Non possum nō mirari quid sit q; ad hunc locū idē autor, & bibliaci libri, Assyriorum tantas regum opes fuisse dicant, quum iam inde a Sardanapali interitu reges in Assyria esse desierint. Suspicari libet aut Medorum regū eos præfectos fuisse, quos hi Assyrię reges idcirco arbitrati sunt: quia ex earum velut Syriæ propinqua minæ illę bellorū Iudęę finibus intendebantur, aut certe locorum vicinitatē secuti Medicæ terrę reges Assyrios arbitrati sunt, quando vtranq; terram Medi imperio obtinerēt. Id ego vt audacius affirmē, cōiectura haud inepta adducor, q̄ captiuę israelitarum tribus quas Assyrio bello captas Iosephus tradidit, in Medos translatæ sunt, nō in Assyriā. Cæterum siue rex siue præfectus fuit, Baladus q; Senacheribo successit (nā filijs parricidio pollutis regnare non contigit) ex Babylōe legatos ad Ezechiā cū muneribus misit, qui societatem & amicitiam ab eo peterent. Id rex magnificum sibi & ad regni existimationem pertinere ratus, Baladi amicitiā cupide est cōplexus: esseq; in spe proinde optima regem in pristinā fortunā restituēdi, quum Esaię verbis increpitus, q̄ temere cum ea gente societatem & fœdus iunxisset, quę hebræo nomini semper fuisset infesta: nec quietura prius esset, q̄ oēm Israelis progeniem, ad interitū & memoriæ obliuionē perduxisset. Verum ageret modo, sciret q; in fatis esse, fore vt q̄ndoq; ipsius liberi cum oī regia gaza captiui Babylonem abduceren-tur, fierentq; ipsius nepotes ab ea gente eunuchi, Assyriorūq; regi turpiter seruirent. Habuit ea res iā inde quoad vixit Ezechiæ animum solicitudini & mœrori obnoxium. cui postmodum defuncto Manasses filius sub id tēpus, quo Romulus decessit vita, in regnum successit: quibus sit ille iactatus casib⁹, suo postea loco explicabitur. In hæc tēpora Eusebius reponit pugnā illā memorabilē, quę de Tyria argolicæ terræ portione, inter Argiuos est & Lacedęmonios depugnata. Herodotus Tarquinij superbi tēporibus id accidisse significare videtur. Quæ tēporū variatio ducētos ferme ānos colligit. Tot enim interfuere a Romuli exitu, ad primos superbi Tarquinij annos, qui vltimus omnium Romæ regnum tenuit. Sed quocūq; tpe id fieri constet, satis constat, Spartiatas post Lycurgi institutū, quum oīm fere Græcorū pessime ad id tempus vixissent: iā inde vita in melius mutata, cum in alijs, tum in re militari, bellicaq; gloria, oēs qui Pelopōnesum, cæteras q; terras illi proximas incolerent, lōge prę celluisse. Domestica itaq; virtute frœti, primo Arcades suis sedib⁹ vi pellere sunt adorti. Ēmuero nulla vis animi minus ab iniuria distat q̄ fortitudo. Difficile est eo moderate vti, in quo nō tā legibus q̄ vi agēdum est, vt princeps videaris. Colebāt Arcades mediā ferme Pelopōnesum, montanā plurimū illis mediterraneaq; regio, hi cæteros Græcos vetustate pręstare creditur. Præter cætera gentis monumēta, quæ vt fabulosa prætereo, Dionysius autor est Arcades græcorū primos, Ionio superato, in Italiā colonos misisse: hinc Oenotrū fama est cū Aboriginibus decē & septem ætates ante Iliū excisum, cū Peucetio fratre, classe in Italiā deuectum. Fuit is iunioris Lycaonis filius, quintus a Pheroneo, qui primus oīm in Pelopōneso regnasse dicitur. Nec Maro vetustatis peritissimus frustra Oenotrios viros vetusta admodum memoria Italiam tenuisse, p̄didit, q̄q; poetico res ipsa testimonio non eget, quæ historiæ fide vtitur. hinc & Dardan⁹ autor in Samothraciam primo, mox in Phrygiam aduectus. Habuere Arcades fertilia pecori pascua, equis præsertim & asinis equarum supposi-

Arcadiæ situs & montes.

Alexandri venerium.

Audi oraculi ludibrium.

Arcades.

Oenotri⁹ & Peucetius.

torib⁹, id certe genus excelluit Arcadicū. Drymodis olim regio mox & Pelasgis dicta. Montes in ea celeberrimi, Pholoe, Cyllene, Lycæus, Menal⁹, Artemisius, Parthenius, Lampheus, & Nonacris: ex cuius rupe aqua manat gelidissima in speciem roris collecta, mortifera est potantibus nullū nō vasis genus fathiscit vi pestifera liquoris. Eo veneni genere vt Plutarch⁹ scribit, Alexāder orientis dominator, ab Iolla sublatus creditur, equi vngula, quā do alia nulla teneri potest materia in Assyriā vsq;, vbi ille perijt, delato. Rē pecuariā plurimū, locorū commoditate. Arcades exercuerūt. Id genus hoīm oraculi ambage decepti Spartiatę lacessere sunt bello adorti, & in primis Tegeatas: qm̄ ex Delphis fuerat relatū, fore vt Spartiatæ Tegeatē cāpū sine metirentur. Instructi itaq; nō armis solū, sed & vinculis, tanq; ad indubitatā dimicationis aleā, Lacedæmonij in pugnā processere: sed vt sunt hoīm spes sępe irritę, congressi Tegeatibus Spartani, primo p̄lio victi suis ipsi compedibus vincti, hostilem cāpū, vt Pythia vaticinata est, metiti sunt. Herodot⁹ autor est vincula, quibus vincti Spartiatę fuerāt ad suā vsq; ætatem, vt gestę rei monumēto essent, in Eleæ Mineruæ tēplo pepēdisse. Multi inde varijq; fuerūt Lacedęmoniorū in Tegeatas conat⁹: nec tantū irriti, sed ipsis etiā belli autoribus pudēdi. Iterū Spartani Delphos scisciratū mittūt, qua potissimū via ingressi, valent hostem subigere, ex oraculo tum demum didicere, fore, vt nō prius voti cōpotes fierent, q̄ Orestis ossibus, quæ Tegeę sepulta essent, potirent. Pythiū carmē (nā operæ preciū est cognoscere, q̄bus dęmonū ambagibus fuerit ea tē pestate humanū gen⁹ implicitū) appositi. Hic duo flant venti vi peruehemente coacti. Forma hostis formę & plagę superindita plaga. Hic Agamēnonides terra oiparente tenet. Quo tu sublato Tegeæ sperabere victor. Tali verborum pplexitate ambigentes Spartani, quū Pythię mētē auderet nemo interpretari, Lyches homo inter suos populares equestri militia functus, carminis inuolucrū vnus oīm explicuisse dicitur, casu an sagaci coniectura non traditur. Erant tum forte Spartani cum Tegeatib⁹ inducias in annuum tēs pacti, ob easq; bellorū ferias, mutuum erat vtriusq; ad alteros cōmercium. Tegeā Lyches, p̄fectus, quum ad ferrariā forte officinā venisset, intēsiusq; ferrū malleis subiectū dū cuditur miraretur, ingt opifex ille, qui id cādēs verbabat, magis mirareris amice Lacon, si oculis intuitus nup esses septē cubitorū cadauer, quod his paucis diebus est hoc loco refossum, id ego nō sine admiratione intuitus, ne herois manes, cui suscunq; id cadauer esset, offenderētur, eodē cōditorio clausi, sepulchro diligēter instaurato. Tactus Lyches oraculi memoria, confestim suspicatus hūc esse locū, de quo Pythię carmē tam pplexe loqueretur, duos illos ventos alternis spirantes, ferrarios folles esse camino applicitos, Malleum & incudem formas hostium in se obuersas, ferrū quod interim cuderetur plagam illis inditā. Cōiectura igit haud inepta frętus, Lacedæmonē reuersus, qd Tegeę cōpertum haberet in consultationem defert. Damnatur itaq; ficti criminis ad hoc ipm Spartiatarū vn⁹, q Tegeā in exiliū iret, datūq; huic negociū ex oraculi p̄cepto Orestis ossa Lacedęmonē occulte deportādi. Is, vbi Tegeā venit, velut inibi vitā exilio actur⁹, eā domus partē cōduxit, i qua fuerat cadauer refossum, ossibusq; p ocii Lacedęmonē translatis. Spartiatæ potiti bellū instaurāt: victores deinceps multis p̄lijs magnā Pelopōnesi partē sue ditioīs fecere: mox Tyriā cāpū Argolico agro adimere adorti, vt Matiuntur.

Spartani Orestis ossibus

liaçę terrę applicarent, graue cum Argiuis certamẽ adiere. vtriuſq; igitur rẽ armis ſibi vendicare parãtibus, ita eſt inter eos cõparatũ vt trecẽti ab vtraq; parte dimicarẽt, atq; vtris vincere contigiſſet loci poſſeſſio cederet. Copias inde ꝓcul abducunt, vt neutri ſuis ſuccũbẽtibus opẽ interim ferre poſſent, fœduſve turbare. CCC. igitur ab vtriſq; relicti inter ſe cõſligunt, fit prælij atrox, & quale pro patria dimicantibus haud iniri ſolũ, ſed trãſigi certiã opor

Spartanorũ & Argiuorũ pugna de Tyria

ruit. Tãtũq; aiorũ pertinacia valuit, vt cruenta dimicatio ſit in ſerũ diei ꝓtracta, ceteriſq; cadẽtibus, Argiuorũ duo Cromin⁹ & Alcenor ſuperſtites fuere, ac ſuper hos Lacon vnus Otriades. Is ſimulata morte, an noctis ſit beneficio ſeruatus parũ liq̃do tradit. Argiuis vt victoribus pugna digreſſis Otriades ſpoliatis hoſtium cadauerib⁹ ſuo noĩe hic vbi pugnatũ erat tropheũ erigit. Herodot⁹ i caſtra ab eo ſpolia ſub noctẽ relata ſignificare videtur. Poſtridie vtriq; inſtructa acie aſſuere. Argiui q; ſuorũ plures pugnę ſuperfuiſſent victoriã ad ſe trahere. Spartani penes ſuũ bellatorẽ id decus eſſe argumẽtates, q; Argiuis fugatis ſolus locũ obtinuiſſet, ſpoliaq; ex hoſtibus vt victor legiſſet, & q̃d victorũ propriũ ſit, Tropheũ ſuo nomine ſtatuiſſet. Ex altercatione pugna orta eſt, qua Argiui victi Tyriæ poſſeſſione ceſſerunt. Attulit ea clades tantã victis indignationẽ, vt legẽ ſanxerint, vt conſis capitib⁹ viri nõ prius capillũ alerẽt, nec mulieres aurũ geſta

Lex Argiuorũ pro Tyria.

rẽt, q̃ Tyriã recuperaſſent. Lacedæmonij & ipſi cõtra faciunt, vt iam inde comati agerent, quũ ad id tẽpus tonſi fuiſſent. Otriades q; vnus prælio ſuperfuerat, negauit tot viris fortibus, quos ſocios in pugna habuiſſet, amiſſis, oportere ſe viuere amplius. Hic itaq; vbi fuerat dimicatũ, parta ſuis ciuibus victoria ſibi mortẽ cõſciuit, & ad Tyriã in hũc maxime modũ pugnatũ reperio. Chares ꝓ id tẽp⁹ late mare obtinuerũt: & Spartani quos Phalãto duce diximus Lacedæmone ꝓfectos, in Italiã delati,

Tarentĩ inſtauratio Archias.

Tarentũ inſtaurarũt. Archias corinthi⁹ Syracuſas in Sicilia condidit. Is quoq; vt fuit eius ſeculi ſultitia, oraculũ ſecutus, cũ Achęorũ manu quorũ Teneatæ magna pars fuit Zeneos (agri fuit Corithiaci vicus, vbi Oedipus dicitur a Polibo nutritus) in Sicilĩa curſũ tenuit, Cherſicrate ex Heraclidarũ gẽte in Corcyra, cũ parte copiarũ, in nouã coloniam pri⁹ miſſo, q; Liburnis inde eiectis inſulã obtinuit,

Syracuſarum conditio.

que tũ Scherea dicebat. Archias doriẽſib⁹ infortunæ ſocietatẽ circa Zephyriũ aſſumptis, Iinſulã de lat⁹ Syracuſas cõdidit Syracuſanorũ opes tãtũ ꝓcedere tpe creuere, vt cũ Carthaginiẽſiũ ducib⁹ ſępe i Sicilia ꝓſpere dimicarit, magnoſq; Pœnorũ Athenienſiũq; exercitus deleuerint. De apparatu & opulentia vrbis in punicis & Romanis rebus referendis lõgior ſermo inſtituet. Conditæ eodẽ tpe Catina & Naxus, in eadẽ inſula, vt Euſebius colligit. Strabo Catinã Naxiorum opus credidit. Naxum a Chalcidenſibus Theocle duce, poſt Ilij excidium conditũ, ſimul & Doriẽſes Megarã in eodẽ inſulæ tractu ſtatuiſſe, quum prius Hibla dicereture. Sub id tẽpus Miſcellus q; cũ Archia oraculũ de cõdẽda vrbe Delphis accepit: Iapigibus, vt Ephorus prodidit, inde eiectis, Crotonẽ in Italia cõdidit. Fuerũt Croconiatæ & ipſi ſatis ab initio bellicæ rei ſtudioſi, ſed pl⁹ oĩno athletici certaminis, vt vno tpe ſępẽ ei⁹ ciuitatis viri Olympico ſtadio vicerint, vulgatũq; ſit prouerbiũ, Crotoniatũ extremũ cæterorũ eſſe græcorũ optimũ. In hos annos incidit & Nicomediæ conditio, quã in Aſtaceno ſinu Nicomedes Bithyniæ rex antiquiſſimus cõdidit. oẽs ei⁹ terræ reges olim Nicomedes dicti: vt Ptolemæi q; in

Megara olim Hibla. Crotonis conditio.

Nicomedia.

Aegypto poſtea regnarũt. Miror Euſebiũ peſuaſũ habuiſſe Nicomediã prius Aſtacũ nominari contigiſſe. Strabo diuerſam ab ea Aſtacũ exiſtimat: cui⁹ cõditores Megarẽſes fuerint. His vrbiũ originib⁹ Hierophila Sibylla ęqualis fuit, quæ & Samia eſt a loco cognominata, Varro in libris, quos de reb⁹ diuinis ad Cæſarẽ ſcripſit, ſi vera Lactãtius ꝓdidit: decẽ huius ordinis fœminas relatu dignas iudicauit. Vnã Perſidẽ q̃ oim vetuſtiſſima fuerit, cui⁹ Nicanor meminerit, qui res ab Alexãdro geſtas ſcripſit. Libycã alterã quã in Lamię prooemio celebrauit Euripides. Secuta deinceps Delphica. Mox Cumea, cuius Neuius in bello punico, Piſo in annalibus, & Chryſippus in libro de rebus diuinis memi

Sibyllarũ noia.

nerũt. Quinta Apollodorus Erithręus ciuẽ ait fuiſſe ſuã, quæ Graĩs ad Troiã tendẽtibus, Ilij ſit excidiũ vaticinata: Homerũq; dixerit mendacia ſcripturũ. Sexto Samiã loco reponũt. Celebre eius nomẽ in Samiorũ annalibus Eratoſthenes fuiſſe prodidit: ꝓpior illi Amaltea nomine, vel vt alij tradũt, Demophile, quæ Cumis habitarit, Hęc niſi malus dæmon verius fuit, ad Tarquinij regem libros, in quibus erant Romana fata, attulit. Fuit & Helleſpõtia Troiano agro nata Heraclitj Pontici relatu celebris. Nonã Phrygij & ipſam generis Helleſpontiçe ſubijcit Varro. Nouiſſimã Tyburtẽ noĩe Albuneã dixit: cuius ſimulachrũ ſit poſt in Aniene reptũ: negat Plini⁹ id Sibyllæ fuiſſe: Albuneã (credo) diuerſam a Sibylla ratus. Multa ſatidicæ fœminæ veriſſimo oraculo vẽtura cecinere: & in his aliqua de Chriſti aduentu, quæ manifeſta deinceps fide ſunt comprobata: certiſſimuſq; rerũ demonſtrauit euẽtus: non fruſtra Aegyptios exiſtimaſſe mulieri diuinũ ſpiritũ appropinquare. Sed illarũ oracula ſuo cõmodius loco ſunt referenda: nũc temporum ordo poſtulat, vt ab externis rebus ad Romanæ vrbis incrementa fiat reditus: vbi Numa Põpilius ex Curibus Sabinis accerſitus, Romulo in regnum ſucceſſit. Diu anceps certamen tenuit ciuitatẽ, vtri⁹ gentis regẽ creari oporteret: Sabinis quia poſt Tatij mortẽ ab Romulo diu regnatũ eſſet, ſui corporis regẽ fieri oportere cẽſentibus, Romanis cõtra nitẽtibus, peregrinũq; hoĩem vulgo aſpernantibus, in variis voluntatibus oẽs regẽ volebant libertatis dulcedinẽ nõdũ experti. Inceſſit interim timor aiorũ patrũ, ne quis ſubit⁹ bellorũ motus vrbem ſine capite, exercitũ ſine duce, repente adoriretur. Toto ita cẽ ordine in. X. decurias diuiſo, ꝑ vices rẽpubli. annuo ſpatio in orbem adminiſtrarũt, regia inſignia habebat is penes quẽ totius rei erat ſumma, id tempus Interregnũ eſt dictũ, atq; ide receptũ, vt eiectis etiã regibus ea rẽporis intercapedo, q̃ ciuitas ſine ſummo magiſtratu eſſet, Interregnũ diceret: Interrex vero is q; interea reipu. ꝓſideret. Annoq; ꝑ hæc circũacto negabat ppl⁹ ſe id regiminis genus diutius laturũ, exaudiri palam voces cẽtum ſibi reges pro vno impoſitos, ni tyranni verius dicẽdi eſſent q̃ reges: tollendum id regimen, aut vi excutiendũ ſeruitutis iugũ. Is populi fremit⁹ curã iniecit partib⁹ ꝓſentis adminiſtratiõis finiẽde, q; vt gratiã apd⁹ multitudinẽ inirent, vltro illi deferunt, q̃d paulo poſt amiſſuri videbant vt ipſi quẽ vellẽt ſibi regẽ iuberẽt, eorũ iuſſum ita demũ ratũ fore, ſi ꝓres autores facti eſſent: q̃ res adeo popularis omnibus viſa eſt, vt ne gra & obſequio victi viderent, partibus pmiſerit, vt ipſi legerẽt quẽ Romę regnare vellẽt. Cęterũ quia neutra duarũ factionũ, q̃ i ſenatu erãt, alteri ceſſura videbat: nec; Sabini Romanũ regem fieri, nec; Romani Sabinũ, qui tum in curia ſederet, laturi eſſent, vt præſens cetamen tolleretur, eo

Numa Põpilius

Interrex

decurſum



Numa.

decurſum eſt, vt externũ hoĩem legerẽt, qui ſpectata virtute dignus iudicaret qui in tanta ciuitate regnaret. Erat tũ in Curibus Sabinis Numa Põpili⁹, Põponis filius, homo inſigni iuſtitia ſapiẽtiaq; lõge maiore, q̃ rudi illo ſeculo indigenę homini, & i ſolo patrio agẽti contingere debuiſſet. Quæ res ve terum ſcriptorum quoſdã in manifeſtũ traxit erro rẽ: vt qui diſciplinę ſimilitudinẽ ſecuti, Pythagoręe eum dediſſe operã arbitrati ſint, q̃d ipſum quũ dili gentiorum conſenſus, tũ tẽporũ ratio pro falſo redarguit. Emuero prętereq; ꝓ Liuius, Dionyſius, & Plutarch⁹ diuerſi ab illis abẽũt, Croto quidẽ ipſa

Pythagoræ ſeculũ

vbi Pythagoras poſtea philoſophat⁹ eſt, anno tertio decimę ſeptimæ Olympiadis cõdita eſt: qui in primos annos Numę incidit, vt Euſebius colligit. Pythagoras vero circa quinquageſimã Olympiadem in ea Italię parte, q̃ magna eſt Græcia nũcupata, ſtudijs philoſophię claruit: q̃d tpis interuallum annos habet cẽtum ſexaginta & amplius: quo ſane tẽpore, Seruij⁹ Tullus, q; Romanorũ regũ vltimus pene fuit, regno potitus eſt. Celebrẽ igit⁹ viri famã prẽs ſecuti, magno conſenſu eũ regem creãt. Miſſi ex primoribus ſenat⁹, q; cõfeſtim eũ Romã accerſerẽt: hi vbi ad eũ venere, q̃d ipſi populoq; Ro. bene verteret, nũciãt, cõi ordinũ cõſenſu regẽ creatũ, ſe ad dimiſſos, vt in vrbẽ ad regnũ capeſſendum, ſi ita libeat, vocarent. Multũ diuq; recuſaſſe fertur regnũ vltro delatũ adire, haud ignarus rarum in publica adminiſtratione locũ innocẽtiæ relinqui: patris tũ ſuperũq; hortatiõe & autoritate vict⁹, ex Curib⁹ Romã ꝓfectus eſt. Fuit eius viri expectatio ni

Numa rex inauguratur.

hilo minor, q̃ iuſtitiæ fama eſſet. Poſtea q̃ vrbem ingreſſus eſt, vt erat tũ hoĩm religio, primũ oĩm in augurari placuit. In arce itaq; ad meridiẽ verſus cõſedit: augurq; illi læuus aſtitit, baculũ hĩs enodẽ, aduncũ (Lituũ eũ dixere) dextera regis caput tenebat: tũ templũ certis finibus imaginatus, Iuppiter ingẽti fas eſt hunc Numã Põpiliũ, cuius ego caput teneo, regẽ Romę eſſe certa des p̃cor nobis ſigna, in tra eos fines quos aio & oculis cõcepi. Sed m hec ille verbis peregit, q̃ ſigna mitti vellet: q̃bus cõſpectis Numa de regẽ deſcendit. Tũ rex ab vniuerſa multitudine cõſalutatus, ciuitatẽ armis aſſuetã, velut iterũ cõdere adortus eſt. De Numæ diſciplina haud vna, vt dixi, fuit hoĩm opinio, q; veriora ſecuti videntur, ad tetricã Sabinorũ diſciplinã id referũt: de quo; vetuſtate varia ſunt lrarũ monumẽtis ad poſteros ꝓdita. Dionyſius i Reatina ſe ait hiſtoria legiſſe, Aborigenes eã terrã, vbi Cures vrbs poſtea fuit, olim tenuiſſe, & a Fabidio ex idigena puella & genio quodã nato, id oppidũ cõditum: Cureſq; ab eo, cuius filius ſit creditus, noĩaſſe: vel a cuſpide vel alij opinati ſunt, quã Sabini Curim dicerent.

Cures vrbs vñ dicta.

Zenodorus Trœzenius Vmbrię idigenas in Reati no agro habitaſſe credidit: vnde a Pelaſgis eiectos eã terrã tenuiſſe, ait, in qua Cures poſtea fuere, ſecꝑ pro Vmbris Sabinos noĩaſſe. Porcius Cato id nomẽ ad Sabinũ quẽdã & ipſum Sago ſeu Piſtio terrę genio procreatũ retulit, tenuiſſeq; ab initio eam gentem Teſtrinam vicum Amiterno propinquũ: mox in Reatinũ agrũ irrupiſſe, Cotiniſq; vrbe bello capta Aboriginibus in ea terra cõſediſſe, paulatĩ poſtea colonis i, pxima loca miſſis, ita illorũ fines propagari contigiſſe: vt ab Occaſu. CC. quadragẽta ſtadia, nec amplius a Tyrrheno littore diſtarent: totidẽq; ac decẽ amplius ab Adriaco ad ortũ. Eſt & alius vulgatus de his ſermo: Lacedæmoniorũ manũ per id tẽpus, quo Lycurgus eorũ ciuitatẽ legib⁹ & inſtitutis munire eſt aggreſſus, ſeditione orta, ab

Vñ Sabini.

ijs qui legũ ſeueritatẽ parũ ęquo aio ferre poterant, Laconia, exceſſiſſe, diuq; poſtea varijs caſibus agitati, Lacones vouiſſe dicuntur, ſe in ea terra in quã primũ egreſſi eſſent, ſi per indigenas liceret, perpetuo manſuros. Nouiſſime in Pomerinis cãpis quo demũ delati ſunt Feroniæ tẽplũ cõdidiſſe, noĩe ab ęquorea latione facto: mox eorum quoſdã cũ Sabinis habitaſſe: lõgoq; cõmercio factũ, vt pleraq; Sabinorũ inſtituta ſint Laconicis cẽ ſimillima, bellica ſtudia, victus tenuitas, ſanctitaſq; ac ſeueritas pene eadem. Curibus itaq; Numa natus, patriam primo diſciplinam, mox ingenium ſecutus, ſanctitatem vitæ in ſolitudine auxit. Duxerat is vxorem Tatiam vniçam Titi Tatij, qui cũ Romulo regnauit: a ſoceroq; ſæpius Romã accerſitus, in ſuo inſtituto permanſit, ſine cura & anxietate vlla, ſacros deorũ lucos, prataq; virẽtia, pculab oĩ ciuili ambitione frequẽs inuiſere: ꝑ quę genij cuiuſdã cõmercia familiarẽq; cõgreſſum adeptus, diuinarum eſt rerũ peritiſſimus factꝰ. auxit eã opinionẽ poſteaq; Romã venit, ꝓ quũ mane nihil domi obſoniorũ habuiſſet, veſperi incredibilẽ cœnę apparatũ, eiſdẽ illis, quos mane induxerat, appoſuiſſet. Quibus in terpretari volebat ſe ſuaq; familiari deæ, quã Aegeriã vocarẽt, curæ eſſe. Verũ qua rõne id fieri contigerit, illi viderint, qui hoc perſuaſum habuerũt. Mihi vero q̃ liberũ eſt cuiq; in his, quę nõ multũ a fabulis diſtant, q̃ cũq; velit ſentire, haud multo ꝓpiora vero videtur hæc, q̃ de Numa & Aegeria vulgo tradũtur, q̃ q̃ de Endymione & Luna, Cephalo & Aurora, a poetis ſunt tradita. Sed cõmentũ id Numæ fuit potius, qui familiare ſibi numen finxerit: vt prẽferocẽ populũ, ad pacis & iuſtitiæ cultũ a rei bellicæ ſtudijs auerteret: ſanctioraq; inſtituta crederentur, ſiqua eſſent numinis cõſilio in hoĩes profecta, q̃ quę a mortali aliquo in quo haud tanũ eſſet autoritatis, quod & Minos in Creta, & Lycurgus Minoem imitatus, ac plerisq; alij, vt alio eſt loco de monſtratũ, feciſſe creduntur. Nec multũ vt video inter autores conſtat, Aegeria Muſarũ vna fuerit an Nympha quedam ab his diuerſa. At ſiue hoc ſiue illud fuit, eius congreſſu, vt multis perſuaſum eſt, religione & iuſtitia quibus beatiſſimæ, ciuitates fiũt, Numa rex ciuitatẽ inſtruere ꝓfeuerauit. Ianum in ima parte Argileti fecit, pacis & belli iudicẽ: vt quũ ciuitas in armis eſſet, pateret id templum rurſus ea pacata clauderetur. Locũ hunc ipſe clauſit, vt per id ciuib⁹ & finitimis futurę pacis ſtudiũ i diceret. Cæterũ Hoſtilius confeſtim Numa defuncto id apuit: nec amplꝰ q̃ bis deĩceps eſt clauſum Marco Attilio, & Tito Manilio cõſulib⁹ iterũ poſt primũ bellũ punicũ perfectum. Tertioq; Auguſto principe terra mariq; pace parta. Hinc ciuilia eum opera auſpicatum propius vero eſt: cui⁹ eſt opinio nis Liuius, q̃ q̃d Plutarchus & Dionyſius ſcribũt, qui inter nouiſſima eius opera Ianũ repoſuerũt: tũ quia huic Genio principia Romani aſcripſere, & q̃ perpetuæ pacis argumenta, primo oculis ciuitatis quæ ad cultum religionis erat traducenda, obſeruari debuerunt. Hęc pacis initia, ſecuta inde eſt agri, quẽ Romulus poſſederat, diſtributio, qua inopes p̃ ſenti egeſtate leuati: nam ijs tantum Numa diuiſerat. Inde finitimis populis in amicitiam & ſocietatem allectis, tpa cõſtituit. Annũ ad curſum lunæ in XII. digeſſit mẽſes, quum Romulus ex decem antea cõſtituiſſet: mutatoq; mẽſium ordine Marti⁹, q; ineũtẽ inchoabat annũ, duob⁹ Ianuario & Februario prælatis, tertius in ordine eſt factus. Nec Romulus nouo exẽplo ea menſium paucitate videtur mihi vſus, quũ lõge minorem numerũ barbarorũ & græcorũ quidam iam antea habuiſſent. Arcades, ſi

Feroniæ tẽplum.

Numæ vita.

Aegeriæ congreſſus.

Iani templum cõditur.

Ter Ianꝰ clauſus.

Annorũ ratio diuerſa.

Numæ annus.

Plutarchus verus est autor quatuor mensib⁹ annũ finiuere, sexto Acarnanes, quidã aliꝫ tribus. Aegyptiꝫ & ipſi mẽſtruo anno vſi dicũtur. Quia igit ad eũ annũ quẽ Numa conſtituebat, tricenos dies ſingulis mẽſibus luna nõ explebat: deerantq; dies aliquot ſolido anno, qui ſolſtitiali circũagitur orbe, mẽſibus interponendis ita diſpẽſauit, vt quarto & vigeſimo quoq; anno, qd Macrobi⁹ accuratiſſime

Faſti dies

colligit, ad metã eandẽ ſolis, vñ orſi eſſent, plenis oĩm annorũ ſpatijs dies cõgruerẽt. Faſtos deinceps dies fecit & nefaſtos, q̃bus nihil cũ populo agi poterãt. Flaminẽ vnũ Ioui creauit, q̃ Dialis eſt dictus: eũ inſigni veſte curuliq; ſella excoluit. Duos deinceps adiecit Flamines, Marti vnũ, alterũ Quirino. Plutarchus a Romulo Flamines Ioui & Marti nõ a Numa creatos arbitratus eſt. Hos ab inſigni, qd

Vñ flamines dicti.

capite geſtabãt, quaſi Filamines dictos exiſtimant q̃dã: aliꝫ a pileis, q̃ ſi pilamines. Cæterũ infula, q̃ illorũ capitib⁹ ſeder, q̃ flãma, vt Dionyſius ſcribit, eſt dicta, his verius q̃ vox alia, nomẽ fecit. Veſtæ virgines legit. Sacerdotiũ Alba oriũdũ Gigania & Berenia primo captę: mox totidẽ additæ Camilla & Tarpea, huic nũero Seruius Tullus duas nouiſſime adiecit. Hæ. X. primos ãnos ſacrorũ ritũ pdiſcebãt, totidẽ deinde operabantur ſacris tertio decennio, rudeis & nup captas iſtituebãt. Poſtea vero ſi qua nubere voluiſſet, fas erat alterutrũ mallet ſeq. Cæterũ q̃n ſerũ cõnubiũ ſecuris male vertit, vulgo eſt in religione p̃ſueratũ. Salariũ his Numa ex publico cõſtituit. Perpetua virginitate interi aliſq; cerimonijs venerabiles fecit. Siqua inceſti cõiecta eſſet, ante ora ciuiũ mœſto ſilẽtio efferebat: viuaq; circa Collinã portã in ſubterraneũ ſpecũ demiſſa, tellureq; ſupingeſta necari. Id ſupplicij gen⁹

Quæ facra veſtales obſeruarent.

fuerit tũ primũ deliquẽtib⁹ irrogatũ, an i eã poſtea q̃ primo iceſti dãnata eſt, haud facile dixeri. Quidp̃ ter pperuũ ignẽ cuſtodirẽt, autores q̃s ſequmur, parũ explicãt: vn⁹ oĩm Dionyſius partẽ ſacrorũ, quę Dardanus ex Samothracia in Phrygiã vexit: & ex Ilio Aeneas in italiã, fuiſſe ſuſpicari videt. Adiciũt & Palladiũ, qd Metellus põtifex ex flagrãti ẽde nõ ſine oculorũ clade eripuit: ſed quũ cętera i occulto ſint, q̃ ſacrat⁹ ignis cuſtodiret, haud ambigit q̃ſq;. Is ſi veſtaliũ incuria extinctus eſſet, cuſtos flagro a põtifice maxio adhibebat. Multa alioqui in veſtalib⁹ ſanctitas, quippe q̃ fortuito occurſu ſupplicio ſontẽ eximerẽt. Veſtę ædes quã Tellurẽ vulgo interpretati, pene ſphærica fuit forma conſtituta, ad imas Palatij ptes, quę regio eſt Capitolio obuerſa. Gradiuo Marti. XII. ſacrauit Salios: hi mẽſe qui ab eo nomẽ traxit, plures dies celebrib⁹ locis vrbis, ſo Iẽne ducebãt tripudiũ, tunica verſicolori tegmine puniceo diſtincto amicti, Trabeã id genus veſtis Dionyſius vocat, ęneo balteo, & gladio ſuccincti, dextera lãceã virgãve geſtabãt, lęua Thraciam ex ære peltã. Romani id Ancile vocãt, altioribus pileis, & in conũ exeũtibus, capita inſigniebãt. Nihil ab his diuerſos fuiſſe, Dionyſius opinat⁹ eſt, quos Græci Cureras dixere. Romani ſuos a ſolẽni ſaltatione Salios noiarũt: nã q̃ a Salo Mãtineo, aut Samothrace viro ſint dicti, qd quidã ſuſpicati ſunt, eã Plutarchus opinionẽ vt vanã repudiauit. Idem nũc Agonales, nũc Collini dicti. Quæ de Saliorũ

Salij & Curetes ſimiles.

ancilib⁹ Græci & Latini ſcriptores memorãt, haud multũ a fabula diſtare creduntur. Peltã vnã æneã, ad cuius ſimilitudinem vndecim alias regis iuſſu Mamurius mira arte fabrefecit, in Numæ regia repertam: quia eam nemo intuliſſet, e cœlo in fœuietis peſtis remedium delapſam vulgo crediderunt. Nec minus fabuloſum, q̃ aliꝫ eam leuiter aiunt cœlo labentem in Numæ regis manus concidiſſe, ac tum miranda quædã fata vrbi per eam importari Aegeriæ oraculo cognitum. Qua religione animis iniecta, ingens cura Numam & patres inceſſit, cœleſtis illius perpetuo aſſeruandæ: quæ res effecit vt plures inter ſe ſimiles, multa ſint arte fabrefactę ne quæ fatalis fuit, humana fraude interciperet. Põtifex eſt deinceps ab eo creatus Marcius Marci filiꝰ, vir patricius, cuius poteſtati oĩa ſacrorũ iura ſubiecit. Quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quæ tẽpla ſacra fieri oporteret formula edocuit. Si põtifex a refectione pontis eſt dictus, vt Varroni & alijs placuiſſe video, quia pons tum nullus vtiq; fuit, qui reſici potuerit (cõſtat enim poſt Numæ tẽpora ab Anco Martio pontem primo Tyberi impoſitum) diuerſa appellatione ab initio vocatum credere par eſt. Nec me præterit fuiſſe, qui a veruſtiſſima ſacrorũ ratione quæ ad pontes fierent, id nomen ab initio factum crederent, quę opinio pari ratiõe refellitur. Interiecti ſunt tot ſacris ordinibus Feciales: his ea eſt cura tradita, vt Romani nullum iniuſte bellum inferrent cuiq;. Gnæus Gellius annaliũ ſcriptor, id ab Ardeatibus prodidit acceptum. Alij ab Equicolorum gente arbitrari ſunt. Satis cõſtat Numã bellum Fidenatibus indicturum ob excurſiões in Romanum agrum factas, ne non omnia rite fierent ſe ciale ius & collegium poſtremo conſtituiſſe. Hi ſiqua per iniuriam Romanis adempta eſſent, res ablatas ab hoſte reperebant: quę ſi non reddirę eſſent, bellum cõpoſito ad id carmine indicebãt. Pari poteſtate ſontes res iuſte repetẽtibus ad ſupplicii⁹ dabant, legatorum iniurias vindicabant: hi quæ pia in fœderibus eſſent tueri, ſancire pacẽ: eãdẽ ſi min⁹ legitime pacta eſſet, irritam habere: ſiquid Imperator aut exercitus contra publicum iuſiurandum de liquiſſet, ſcel⁹ expiare. Et hæc Numa multa religione ſanxit, quæ omnia vt rite fierent, Regiam ſibi Veſtæ proximam condidit, vt commodius rerum ſacrarum ſpeculationi immineret. Adiſciũtur quędam fabulari hiſtoriæ ſimilia. Faunum & Picũ ab eo in Auentini parte magica ope captos, quũ mõs pomœrio eſſet tempeſtate illa excluſus, vt fuit ſemper. At ſi qui fuere, malos fuiſſe dæmones affirmare æquum ſit, qui ſe ea forma illi vinci ẽdos obtulerint, vt ſuperſtitioſum regem, cum numeroſo populo denſiſſimis errorũ tenebris immergerent. Nã quid magis alienum a pietate credi poteſt, q̃ numẽ aliquod magicis poſſe artib⁹ violari, aut q̃ dæmones ipſi monſtraſſe traduntur e cœlo Iouẽ elici, aut fulmina ab eo impetrari, impetrata cæparum crinibus & menadibus piſciculis expiari? quo nomine Elicio Ioui in eo colle, receptæ vanitatis argumento, ara condita eſt. Quæ ſequuntur maiore excuſatione digna, q̃ numẽ adoraturos circumagi oportere docuit, diſs nõ libandum vino ex vitibus non putatis, neq; ſacra vlla niſi farina adhiberetur perpetranda. Adiecit & Diis Manibus ſacra cum Libitinæ ara ſiue Proſerpina ea fuerit, vt multis perſuaſum eſt, ſiue Venus. Puerum trimo minorem luge ri vetuit, neq; natu grãdiorem plures, menſes lugẽdum cenſuit, q̃ vixiſſet annos. Tempus lõgiſſimi luctus in. X. menſes extendit. His ſacris ciuilibuſq; inſtitutis ciuitate inſtructa, tãta rerum animorũq; facta eſt mutatio, vt priſtinus ille vigor Martius, quem rudis populus ſub Romulo imbiberat, in religionem & iuſtitiam verſus, multo ab ea quæ ab initio præcepta fuerat, diuerſam vitæ iniuerit rationem. Omnis de pietate & religione erat ſermo: duplex omnino hominũ animis hærebat cultus: ſacrorũ hic, ille agrorũ, quos certis finibus vt melius

Ancilioꝝ ratio.

Vnde põtifex.

Feciales.

Faun⁹ & Picus.

Lugendi ratio.





omnia ciuibus cõſtarent, rex terminauit: Termino æde & ara poſitis, qui pacis eſſet & iuſtitiæ arbiter.

Romanę vrbis religio.

Talis rerũ ſtatus nõ ſolũ ad mores valuit, ſed ad tutelã etiã cuitatis. Finitimi qui nõ vrbẽ, ſed caſtra in medio poſita ad ſolicitandam propinquarũ gentium pacẽ ab initio arbitrabant: ob idq; Romanũ nomen infenſe oderant, in eã deducti ſunt verecũdiam: vt ſacrificulam vrbem, non aliter q̃ templũ quoddã violare nefas exiſtimarẽt. Rex ipſe ita ex ſolẽ religione pẽdere, vt hoſtiũ acceſſu temere nũcio, ſubridẽs reſponderit. At ego ſacrifico. Fuit & illud ingenij longe in poſterum p̃ſpicientis, quũ nouæ ciuitatis corpus velut in duas abiret factiones: quoniã Sabini alij, alij Romani noiarentur: ne qua ex ea re diſcordia oriri poſſet, populũ in diuerſa diſtribuit collegia. Tibicinum, artificum, architectorũ, infectorũ, ſutorũ coriariorũ, fabrorũ, figulorũ,

Collegiorum inſtitutio.

& ex variarũ artiũ opificibus contractis vnũ oĩm nouiſſimũ, ſua ſingulis ſacra, veneratiõeſq; dijs reddendas diſtribuit. Conſociati per hæc diuerſarum gentiũ animi, mutuo inter ſe ſtudio & beneuolentia coaluere. Talis fuit ciuitas, quã Numa moribus multiplicique ſacrorum cultu inſtituit, quum tris & quadraginta regnaſſet annos, iam octogenarius vita deceſſit. De liberis eius & vxoribus variant omnino rerũ ſcriptores. Fuerunt qui vnam illi Tatiã nupſiſſe tradant: ex qua mox illi Põpilia orta: quatuor p̃terea virilis ſtirpis liberi, Pinus, Calp⁹ Mamercus, & quẽ Pomponẽ nominauit: vnde Põponij fuerint, Pinarij, Calpurnij, & Mamerci. Pluresid totum pro mendacio reijciunt, indubitato vnius familiæ argumento, q̃ Pinaria domus iã in de ab Herculis in Italiã aduẽtu aliquot ætates ante vrbem conditã ſub Euandro circa Palatiũ celebris fuit. Nec Põpiliam, de qua inter omnes cõuenit, ex Tatia, ſed ex Lucretia quam regnum adeptus ſibi matrimonio iunxit quidã, genitam dixere, ea Martio nupſit, qui in noui regis creatione ſuffragijs a Tullo Hoſtilio ſuperatus, ſibi mortem conſciuit. Cæterum rem a patre infeliciter tentatam Ancus Martius vno duntaxat rege interiecto, omnium ordinum ſtudio eſt & fauore conſecutus.

De Numę libris.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE LIBER IIII.

Regnorũ collatio.

NVma rem Ro. tenẽte Athenis Abſander mox & Erixias qui ei ſucceſſit, rerum potiti ſunt, quib⁹, tẽporibus, mutata regiminis forma, nouẽ ſunt principes in ea vrbe annua poteſtate conſtituti, q reipublicæ præſiderent, In Macedonia Argeus regnum tenuit: huic Perdicas pater moriens oſtenderat locum, quo ſe & poſteros, reges vita defunctos condi oporteret, præfatus tam diu regnum in gente mãſurum, quoad Macedonũ regũ ibi corpora cõderentur: eaq; ſuperſtitione multis perſuaſum ſcio, extinctam in Alexandro ſtirpem, quia ſepulchri locum mutauerit. Fuit itaq; his ęqualis Gyges in Lydia, in Phrygibus Mydas Gordij filius, qui tauri ſanguine eporo extinct⁹ eſt. In Aegypto Mercures, Aethiops Dinaſtes. Manaſſes Ezechiæ filius in

Manaſſes.

Palæſtina, qui a patre Hieroſolymorum regnum accepit: is neglecto patriæ religionis ritu a maiori bus tradito, templum prophanauit: ſacerdotes ad hæc, & qui in antiqua adhuc pietate perſtabãt, crudeliter inſectatus, impium ſcelus, turpi ſeruitute ex piauit: quippe qui medio ſui furoris curſu, Aſſyrijs armis petitus maiore regni parte hoſtiliter populata, ipſe dolo captus, multa cũ ignominia apud hoſtem aliquãdiu fuit, tum palam teſtatus ſe meritas ſuæ impietatis pœnas luere pœnitentiam egit, fauoreq; numinis gemitu & lachrymis reuocato, ab hoſte impetrauit, vt in paternum regnum remitteretur. Fuit clades illa regi & alijs documento, nihil niſi præſens numen adſit, eſſe homini in vita tutũ.

Manaſſes capit.

Murata igitur vitæ ratione omnem operam & ſtudium in religione collocauit: veteri ſacrorum ritu inſtaurato, ex Moſis inſtituto ſacris operabatur. Populus regis ſtudium ſecutus, nihil cedebat illi pietate. Nec his operibus contentus, muros vrbis & turres, maiore aliquãto apparatu, q̃ ab initio fuiſſent, refecit: firmauitq; haud vno loco præſidia: egitq; reliquum vitæ proſperrimo rerum curſu, incolumi pacatoq; regno. q̃nq; annos & quinquaginta rex fuit: moriẽs Ammoni filio regiminis habenas tradidit. Per hæc tempora Gelas in Sicilia condita eſt, & in Pamphilia Phaſelis. Herodotus Phaſelim,

Murat vitam Manaſſes.

Cõditio plurium vrbium.

Rhodum, Gnidum, & Halicarnaſſum Doricas eſſe ciuitates credidit. Eſt & Cyzicus in Propontide, a Theſſalis, & circa Thraciũ Boſphorũ in ora Aſiæ Chalcedon a Megarẽſibus ædificata, loco ſatis importuno: ob idq; Apollinis oraculo, cõditores ipſi cæci iudicati ſunt. Halicarnaſſeus Dionyſius Leoſtratum per hæc tempora Athenis regnaſſe ſignificat: quibus Hoſtilius Romæ rex eſt creatus. Cæterũ Euſebius Oligarchiam ait hoc tẽpore Athenis inductam, de qua in fronte huius voluminis eſt memoratum. Hipponax Epheſius autor carminis, &

Viri illuſtres.

Nicepſos Mathematicus per idẽ tempus claruere. Glaucus Chi⁹ his ęqualis fuit, aliq̃d ex eo nois adeptus, q̃ ferri glutiniũ, vt Euſebius ſcribit, cõment⁹ fit. Fuit & Scythes Lyd⁹ Ariſtotelis teſtimonio, ad poſteros iſignis, qui diuerſo tpe æs cõflare docuit: etſi Theophraſtus Delã phrygiũ hoĩem eius rei cre didit autorem. Leſbij hac tẽpeſtate maris ſunt ipe rium adepti, Caribus adẽptum: quod ſemel quęſitũ annos octo & ſexaginta obtinuere. Talis erat ali bi rerũ ſtat⁹, quũ Romę populus Tullũ Hoſtiliũ regnare iuſſit: habuit is auũ Hoſtiliũ, q̃ ſub arce a Sabinis capta, quum princeps pugnam cieret, idẽ⁹ occubuit. Ex Medulia ille, quam ab Albanis conditã Romul⁹ fecit coloniã, p̃ id tẽpus quo vrbs ipſa cõdebatur Romã venit: duxitq; vxorem Seruiliam Sabinarũ vnã, nobili loco ortã, quæ legationis ad patres qui arcẽ tenebant, mittendæ cæteris popularibus fuit autor. Ex Seruilia igit & Hoſtilio Tulli regis eſt pater ortus. Ipſe feroci vir ingenio, nec minus q̃ Romulus bellicoſo, ætas ad hæc auitaq; gloria animum ad bellica ſtudia excitabat. Optare igitur nouũ alicuius belli ſibi occaſionem dari, indignum ratus ciuitatem ocio ſeneſcere. Cæterum cũ nouandis rebus materia quęretur, pene vltro ſe obtulit: interim vero agrum, quem Romulus primo, mox & Numa poſſederat, egenis ciuib⁹ diuiſit: qd ad animorum conciliationem non parum valuit. Eſt & Cœliũ collẽ muro cõplexus, vbi regiã ſibi q̃ lucus frequẽti⁹ colerẽt optauit ſedẽ. Belli cauſa ex finitimorũ inuidia Romano orta eſt: petit id vitiũ ſemp ſublimia, vt ignis: eſtq; vt vere dicitur, cęcũ: quippe quũ alienos nitit ſucceſſus corrũpere, in ſuã ſępe cladẽ prąceps ruit. Regnabat Albę C. Ciuili⁹, ſunt q Cęliũ ſcribãt, alij Cetiũ. Ferebat is iniq̃ aio rẽ Romanã in dies augeri: q quũ impar iuidię eſſet, nec ſatis poſſet vitio tẽperare, diſcordię cauſam inter cognatas vrbes queritãs, Albanorũ egẽtiſſimis & in primis facinoroſis, autor extitit, vt Romanos

Origo Albani belli.

fines latrocinio infestarēt, impunitatē facti pollicē. Romani & ipsi tali iuria instructi, inuicē ex Albano agro predā agere, latronū etiā q busdā interfe ctis. Eā ferēdi belli occasionē Ciuilio nactō, populū ad cōcionē vocat: Romanorū vim in Albanos, atrocitate verborū auger. quos vt facilio ad vltionē impelleret, saucios quosdā ex his q fuerūt in agris intercepti, in cōspectū dedit: magno q dē aiorū motu res audita est, sed nihil prius moueri placuit, q̄ ab Romanis repetitę res essent. Missi itaq; ad hoc ipm legati Romā. Tullo haud ignarus ad q̄d venissent, cōfestim ire iubet Albā, q & ipsi res prio ibi, q̄ Rome rūsum vllū Albanis darēt, publice repoſcerēt: ipse interi comiter eos, q ad se venerāt, cōplexus regio cōuiuio adhiber, quo per varias voluptates distracto ab negocio de industria remorat. Qui Albā ire iussi fuerāt interi mādata peragūt. Certū habuit Hostilio fore, vt Albani res nō redderēt. Sicq; p̄sentis belli culpā penes eos fore, q prio postulata nō fecissent. In fœdere q̄d Romulus cū Albanis sanxit, diserte fuerat exp̄ssum, vt neutra ciuitatū bellū inchoaret, atq; vtra se lesam aliq̄ q̄reret, ab iniuriæ autorib⁹ iusta recipet. Quod si nō redderent, tū necessario rupris fœderib⁹ indicerēt bellū. Ne igitur priores Ro. res nō reddidisse viderent, fierēcq; ob id ipm Albanis obnoxii, cōuiuij specie legatos tādiu est rex Rōan⁹ Ludificat⁹ quoad sui res Albę repetisse credi potuerūt, bellūq; nō reddētib⁹ idixisse. Tū legatis dicēdi potestate facta, inde exorsi sunt, vt inuitos diceret se ea afferre. q̄ Regi & populo Romano minus essent placitura, res repetitū se venisse, ac ni reddant bellū indicere iussos. Tū Tull⁹, ite inqt, regiq; vestro renūciate Ro. regē deos facere testes, oraregq; vtvter prior popul⁹ alteri⁹ legatos aſperna⁹ dimiserit, ī eū oēs iminētis belli clades verterent. Resq; ad bellū iā haud dubie spectabant, parabantq; vtringq; arma summa ope, miserabiliq; inter cognatos futura erat dimicatio. Ab Troia Lauiniū, ex Lauinio Alba, ab Albanis regibus vrbis cōditores oriundi. Leniret belli atrocitatē mitior rerū exitus, neq; enim acie est dimicatū, sed paucis vtrīq; amissis, ex duab⁹ vna facta est ciuitas. Occupāt Albani bellum facere, eductisq; copijs quadraginta ab vrbe stadia castra locāt. Loc⁹ vbi primū Albanus cōsedit Ciulia seu Cęlia est fossa dicta. Vetustas cum re nomen aboleuit. Romani & ipsi haud procul inde locum castris cepere, actiq; sunt alii quot dies vtrinq; sine plio: Moriē interim Ciulio: fuitq; ei⁹ mors eo mirabilior, q̄ neq; morbo est extincta⁹, neq; veneno neq; alteri⁹ iniurię signo ī eius corpore existētę. Persuasum scio multis ira numinis eū interisse, q̄ autor ab initio fuisset belli inter cognatas vrbes ferendi. Nō defuerunt q per aduersę factionis viros, eū nocturna ví necatū interp̄tarent: q dā mœrore & anxietate confectū arbitrati sunt, q̄ parū p̄spere res Albana a se mota videret. In demortui locū Albani Metiū Suffetiū dictatorē creāt, virū neq; bello idoneū, neq; pacis fitmum custodē. Tullus Ciuilij morte ferocior factus, p̄ter hostiū vallū ducens in Albanū agrū castra trāſtulit, ea res hostē coegit locū castris mutare. Sublatis signis, Romani agminis vestigia secutus, in proximo Hostilianis castris loco cōsedit. Fidenates interea & Veientes inter se occulta consilia agitabant, vtriusq; exercitus per occasionē pdēdi. Insidiarum rō talis erat, vt vbi hi Romanos Albanosq; acie cōgressos sensissent, coiuerant eū Fidenas, eratq; inde via in castra triū horarū. tū victū exercitum, q̄ victorē inuaderent: tū vero vtrisq; victis victoribusq; occidione cæsis, castra diriperēt, ipsisq; īter se rerū potirentur. Cæterum Ciuilio non litante pugna ī plures est dies distracta. Interim Fidenatis hospitis lris de duorū populorū proditiōe certior factus, tā hostiū q̄ proprio periculo motus, mittit q Hostilio dicerēt, colloquio opus esse priusq; in pugnā descenderēt. Ambo igitur in vnū cōgressi, ita Metius Romanū est regē affat⁹. Res inquit Tulle p iniuriā ablatæ, atq; a vobis vt compertum habeo repetitæ, nec redditę, regē nostrū Ciuiliū nup ad arma cōpulerunt: nec vereor, quin eadem ipse quoq; pręte feras belli causam: sed si vera magis q̄ specio sa dictu fari liber, imperij cupido vtrosq; ad arma stimulat: q̄ vera ne sint an falsa illi rectius iudicabūt, qui belli huius autores extitere. Ego vt te arbitror non ignorare, inchoatū bellum suscepi, in demortui ducis locū substitui⁹. Et quia virib⁹, auxiliis, cōmeatu abūdamus, bellū semel suſceptū, studio exequi certus eram: fuitq; vt vere dicam, mihi animus ab initio acie cōſligere, vt de summa rei interq; populū armis decerneret. Cęterū multis varijsq; pdigijs territus, vel in primis q̄ de euentu rei maxime solicitus eram, extis sæpius aræ admotis nūq; litare potui, prelio abstinui: nec interim desperabā fieri posse, vt aliqua pacis mentio incideret, verbaq; de ea reinde primo mouerentur, vnde minus pia staret causa. Etenim quid magis impiū, detestabiliusq; committi potuit, q̄ parentem vrbe a filia oppugnari? vrbis vestrę Alba est mater vos Tulle Albani coloni, quibus siue vincere contigerit, siue victi eritis, fortuna enim non mutat causam, inexpiabili scelere polluemini. Oportuit pro inde istinc primū de pace sermonē iserri, iniuriarūq; satisfactionē proficisci, vt grati in eos videremini, q̄b⁹ oīa debetis: sed eo humana temeritas pceſſit, vt vis nō iura in bello spectentur: nec q̄d deceat curat quisq;, sed quid libeat: neq; procul vt video abest quin scel⁹ pro pietate habeatur, latrociniū p iustitia. Expectabā ego etsi frustra, expectaui tū. vt vnde oportuit prima cōponendę pacis mentio moueret, quū per Fidenatē hospitem resciui inter suos populares & Veientes inita esse consilia, vt quū audiuerint nos prælio cōgressos, alteramq; aciem profligātam, tum victorē exercitū, victūq; recēres adorti, fessos trucident, atq; ita tpis momēto Albanum Romanūq; nomē teterrima strage extinguāt. Hæc ille. Quibus vt maior fides fieret, literas ad se ex Fidenis missas regi recitari iussit: mox iterū exorsus, Perieramus inquit Tulle, nisi vtriusq; populi alteriusve fortuna permisisset: vt nefaria vicinarū vrbiū cōsilia satis opportunæ ad nos delata essent. Nūc quia res nr̄ę curę sunt dijs, vt video: age & hic corā inter nos de pace agam⁹? Aut si p̄senti liber tate nō cōtēti sum⁹, in dubiāq; impij feruitijq; aleā, siue fato, siue æmulatione ruimus, ineamus viam aliquā, qua sine maiore clade, vtri nostrū alteri sim perēt, decernamus, prudētes viros imitati, qui ī ancipiti cōsilio, tutiora malūt. Siqua p̄terea incōmoda adeūda sint, minus noxia eligūt. Hæc Albanus dictator. Ad ea Tullus: neq; mihi inquit Suffeti, ne q̄ meorū cuiq; dubiū fuit: q̄n pessimo detestabilisq; exemplo in vos arma indueremus, si sponte & nō iniuria a nobis profecta contigisset id fieri, q̄q; sic quoq; pudor quidā tacitaq;, vt sic dicā, religio manus ab initio deuinxerat: vt in pugnam & cædē nō prius iremus, q̄ deorū volūtatē in eo exploratam haberemus: q quoties consulti sunt, pliū ab his in re, phibiti sumus. Nec duorū interi populorū pfidia nō nobis spectata fuit: de qua & ipse nō multo antea quędā p amicos cognouerā, cupiebāq; ob id maxime p̄sens bellū sine maiore clade dissolui.

Verū

Legati Albani.

Hostilij ars in legatis decipiēdis.

Ro. Regis denūciatio.

Fossa Ciuilia.

Morit Ciuilius.

Fidenatium consilium.

Verba Metij ad Hostiliū.

Iusta Suffetij exp̄bratio.

Rectum, Metij cōsilium.

Hostilij oratio ad Metium.



Verū enimuero indignū arbitrabar eos, quibus iusta prius negata essent, quasi minus iniuriā vlcisci possent: priorē de pace sermonē inferre, ratus id ad eos pertinere, q bellū priores occupassent, q̄q; in eo nihil habeo, quod te maiorē in modū accusem, discordiæ huius autor fuit Ciuilius. Is prior arma intulit, idem meritas sui sceleris expendit pœnas Tollatur q̄n id certamē neq; dij neq; homines probant. ois veterū offensarū recordatio, nec tū Sufferi quæramus, qua ratione p̄sens odiū & certamē finiam⁹? sed quonā modo ois futuri belli in posterū materia tollat, puidendū arbitror: nā q̄d ad futurā cōcordiā attiner: satis firmā pacē habituri esse mus, si vos Albani nostræ fortunæ & successibus nō inuideretis, sed decori potius & ornamēto duceretis: q̄ ij qui a vobis oriūdi sint, rei bellicæ gloria & religione, lōge inter finitimos polleāt, neq; em quod sciam in re vlla a vobis lęsi estis, cur vos Romanis iratos esse oporteat: sed idcirco odistis, quia in maiore fama & celebritate sumus. Quæ quum vera sint, vt Romanus semp Albanū suspectū habeat, necesse est: caueat q; vt hostem: eoq; intentius, quo satis cōstat nihil esse efficacius ad nocendū, q̄ occultū inimicū: neq; amic⁹ fieri potest, q inuideat, vnū Sufferi prauī huius affectus remediū fore arbitror: vt quę in alijs hoīes mirātur, ne inuidię stimuli subeant, sua ducāt nō aliena, quod ipsum facile eueniet, si Albani populariter, aut eorum plurimi Romā in omunē fortunarū possessionē demigrēt, id fœdus, hæc societas, & cerra & perpetua erit, vel si hæc minus placent, in id discrimē, quod de summa imperij, ppositi descēdendū. Hęc em vna aut nulla alia, ad stabilē & māsurā pacē, via relicta est: nam fœderū & pacis conditiones neq; firmæ sunt neq; diuturnæ: vbi plus inuidia valet q̄ ratio, plus odium q̄ iura. Aut vi igit opus est, aut voluntate, ne officium de serat. Perīt Sufferi⁹: vt ad primores Albanorū qui aderāt, de Tulli postulatis breuiter referre liceret: req; ab oībus reiecta, quū de certaminis ratione inter duces agitaretur, Tullus a quāpaucissimis dimicandū censebat, ipseq; animo & viribus frętus, paratus erat pro patria in omne armorū certamen descendere: Suffetiū hortatus vt ipse idē faceret, æquum esse dictitans valdeq; honorificē, duces & imperatores ipsos, de suorū commodis disceptare: nec deerant illustriū virorū exempla, quibus ille Albanū in sententiā traheret. Verū probare ea Suffetius, rem tamen maiorem arbitrari, q̄ quæ duobus viris cōmittenda esset: pluribus opus esse prædicabat, qui in tam arduā dimicationē, pro patria descenderēt. Vterni igitur vtrinq; cōcurrerēt visum est: vel q̄ is numerus in omni re perfectus haberet, vel quod propius vero est, quia Tergemini fratres in vtrisq; castris essent, viri fortissimi, & ad omne facin⁹ parati. Erāt hi ex duabus Seduinij Albani filiabus vno partu nati: earū altera Romæ Horatio: altera Curiacio Albæ nupserat: vterq; parens fœcundum vxoris puerperiū, vt sibi patriæq; prosperum, diligenti cura educauerat. Scio mirum videri posse ac fabulę proximum legentibus, vno tępore duabus propinquis vrbibus, imo castris, Tergeminos fratres repertos. Sed rei huius Dionysius & Liuius sunt autores: astipulaturq; his Plinij Trogus autor grauissimus septenos, pdidit in Aegypto natos. Iam & illud memoriæ proditum est mulierem in Peloponneso quatergeminos enixā: & extremis Augusti principis temporibus, Faustā e plebe fœminam Hostiæ vno nixu geminos mares, totidemq; alteri⁹ sexus peperisse liberos. Cum tergeminis dux vterq; suis egit, vt pro patria vel lent dimicare: monstrantes nullum esse maius in humanis vinculum, nullam maiorem necessitudinem, q̄ quæ mortalib⁹ cū patria est: ibi libertas, ibi imperium futurum docent, vnde victoria statuta esset. Nec multa opus fuit hortatione: vtriq; enim cupiditate laudis, seu patriæ charitate seu vtraq; re porius per se omne parati erant diſcrimen adire: nihil ergo recusantibus, tempus & locus pugnæ capitur. Priusquā igitur cōſligerent, fœdus inter reges his legibus est ictum, vt cui⁹ populi bellatores eo certamine vicissent: is alteri ex fœdere imperaret, Fœdera alia alijs legibus siebāt. Cęterū vna feriēdi ratio fuit oībus, qui vni⁹ prætationis nouit carmē oīm nouit. Liui⁹ fœderis hui⁹ vt vetustissimi formam diserte posuit: cuius non vim solum, sed & verba, ne q̄d varieī, visum est referre. Fœcialis īqt Tullū regē ita rogauit. Iubes ne me rex cū patre patrato ppli Albani fœdus ferire? Iubēte rege sagmina inquit, te rex posco. Rex ait purā tollito. Fecialis ex arce gramina hærbā purā attulit. Postea regem interrogauit. Rex facis ne me regiū nunciū ppliq; Ro. Quiritiū vasa comitesq; meos? respondit rex. Quod sine fraude mea ppliq; Ro. Quiritiū fiat, facio. Erat tū Fecialis. M. Valerius, patrē patratū Sp. Fusiū fecit, verbena caput capillosq; tāgēs, fiebat pater patrat⁹ ad iusiurandū patrandū, id est sanciēdū fœdus, multisq; id verbis peragit, q̄ lōgo essata carmine, haud operæp̄cū est referre: legib⁹ dein recitatis. Audi inqt Iuppiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu ppls Albanus, vt illa palam prima, postremave ex illis tabulis cerave recitata sunt, sine dolo malo vtiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt. Illis legibus populus Ro. prior nō deficiet, si prior defecerit publico cōsilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter populū Ro. sic ferito: vt ego hodie hunc porcum feriam. Vbi id dixit, porcum silice percussit. Eodē carmine pater patratus Albanus & ipse vsus est. Fœderęq; in hunc modū icto, tergemini sumptis armis in æquū descēdūt, vtriq; suos pugnatores eūtes hortant, ac spargūt flori⁹ pulceliceę ire iubēt, fortiter, p patria, p penatib⁹, pro ciuib⁹ dimicare, quibus hortationibus suopte ingenio feroces iuuenes, ferociores adhuc facti, inter duas, pceduntacies. Cōsederāt pro castris, aduersi exercit⁹, nō tam præsentis pugnæ periculo, q̄ cura libertatis, q̄ in discrimine erat, soliciti. Vidēbat in paucos virtute fortunā vtriusq; populi stā. Erecti igitur suspensiq;, in spectaculum minime gratum oculos defigunt. Illi vbi in vnū coiuere: vnā quatuor circiter soli stadia fuerant in medio relicta, cū lachrymis, priusquā cōcurrerent, sese cōplexi, miserabile spectaculū suorū oculis pębuere. Ex misera tione indignatio orta, & fremit⁹ in reges, qui quū alia ratione potuissent, p sanguineas in se dexteras p̄misissent. Hæc q spectabāt. Iuuenes ipsi ferociter cōgressi aliquandiu, erant em armis oppido instructi, corporib⁹ nondū violatis ancipitē pugnā traxere. Tum demū arctius dimicātes, Horatiorū maximus natu, letali circa inguē vulnere accepto concidit, viderunt sui eū cadentē, perculitq; casus ipse. Romanorū animos. Cōtra Albani clamore & lætitia exultare. Tum vero Horatiorū alter eo aduolās breuiorē fecit eam hostib⁹, lætitiā: quippe q̄ iacenti fratri incubantē adhuc Curiatiū adortus, repetitis ictibus, gladioq; in iugulū defixo prostrauit. Tum equata iterū fortuna par metus spesq; vtrinq; erat. Nulla vnq; dimicatio plures est in paucis vices experta. Reflans nāq; Horatijs aduersa aura cū alteri⁹ casu, q̄quid spei ad id Romani aluerant, depressit, per interscapilium huic Curiati⁹ gladiū in viscera

m iiij adegerat

Perōratio.

Tergemini.

Horatij. Curiatij.

Tergeminorū pugna.

adegerat,quum ipſe ſecto poplite vix veſtigio con
ſiſteret. Tum cęteri Albani intacti adhuc Romanũ
circũſiſtunt, ſuorũ fauore & hortatione cõnixi: hic
Horatius,q impar duob⁹ erat, priuſquã a tergo cir
cũueniretur, vt pugnã ſegregaret, capeſſit fugã. Ro
manis mœſtũ erat ſilentiũ,& iam aliquantũ ſpatij
ab eo loco, vbi pugnatũ erat, fuerat Horatius emẽ
ſus, quũ repẽte & prẽter ſpem oĩm in hoſtes,q pari
bus pene interuallis ſequebanť, ꝓuerſus, q ꝓxim⁹
aderat magno aĩo veniẽtem excipit,ac dũ Albani
alteri inclamãt, vt mature ferret opẽ fratri, iam Ho
ratius cæſo hoſte aĩo & viribus maior reliquũ pe
rebat. Tum ex iſperato clamor & qualis ex ſubito
ſucceſſu oriri ſolet Romanũ adiuuat militem, qui
pari ſucceſſu prælio defunct⁹, tertiũ Curiatiũ obtrũ
cat. Liuius primo cõgreſſu duos ait Horatios cõci
diſſe, tribus Curiatijs vulneratis, ibiq; ſimulata fu
ga, qui Horatiorũ reliqu⁹ fuit, pugnam ſecreuiſſe.
Curiatioſq; paribus interuallis ſequẽtes adortus,
duos priores, priuſquã vterq; alteri opẽ ferre poſſet
vnũ poſt alterũ, ſubitario cõgreſſu, duobus ictib⁹
confeciſſe. Tertiũ inde petitũ, ſeſſum curſu grauiq;
vulnere affectum, in quẽ his verbis ſit Romanus
vſus, duos inquit Curiatios meorũ fratrũ manib⁹
dedi, iam tertiũ, vt Romanus Albano imperet, da
bo. Ac cũ his vibrato gladio hoſtẽ vix arma ſuſti
nentẽ obtrũcarit, ſpoliaritq; iacentẽ. Romani quo
res, ꝓpior fuerat periculo, eo maiore gaudio elati,
Horatiũ multa gratulatione, multiſq; laudibus ac
cipiunt. Inde vtriq; ad ſepeliendos ſuos nequaquã
paribus animis vertunť, hi lætitia geſtiẽtes, quia im
perio aucti: illi quũ liberi nup fuiſſẽt, alienę ditiõis
facti, mœrore & triſtitia affecti. Sepulchra quo q ſi
q; loco ceciderat, extitere. Horatiorũ duo pene con
tigua, propius Albã. Curiatiorũ Romã verſus lo
cis inter ſe vt victi occubuerãt diſtãtib⁹. Priuſquã
inde exeric⁹ diuerſi abierint, petẽti Metio q d Ro
manus rex imperaret, reſpõſum eſt, vt iuuẽtutẽ in
armis haberet, fore vt ſi cũ Veĩẽtib⁹ bellãdũ eſſet,
illorũ opera vteret, Secundũ hæc vtrinq; domũ eſt
conceſſum. Ibat Horatius trigemina ſpolia præ ſe
gerẽs, cui ſoror virgo, quę Curiatiorũ vni deſpon
ſa erat, in cõferta multitudine circa Capenã portã
obuia facta eſt, cognitoq; paludamẽto, quod ſpon
ſo in futuras nuptias ipſa dono miſerat, flebili la
mentatione crines ſoluit, virũ identidẽ noĩe appel
lans. Mouit ferocẽ iuuenẽ intempeſtiua puellæ cõ
ploratio( Dionyſius autor eſt, ſtultitiæ exprobra
tione ſimul & ſæuitiæ iuuenem iritatum )ſtricto
gladio(quod ſatis cõſtat)puellã increpãs trãſfixit.
ſic ea inquit quæcũq; Romanũ lugebit hoſtẽ. Vi
ſum id facinus patrib⁹ & plebi atrox. Cæterũ recẽs
meritũ leuabat inuidiã. Raptus tamẽ in ius eſt ma
niſeſti parricidij reus. Rex ne tam triſtis ingratiq; iu
dicij autor eſſet, populo ad cõcionẽ vocato, duũuiros
creauit, qui perduellionẽ Horatio iudicarent.
Lex erat duumuiri perduellionẽ Horatio iudicẽt, ſi
a duũuiris ꝓuocarit, ꝓuocatione ad ꝓpĩm certato,
ſi vincent capur obnubito, infelici arbori reſte ſu
ſpẽdito, intra vel extra pomœriũ verberato. Duũ
uiri ſecundũ horrẽdi huius carminis formã creati,
laqueũ reo iniici præcipiũt. Tum Horatius Tullo
autore ad populũ inquit, ꝓuoco. Hic mag⁹ aĩorũ
motus extitit. Vulgo credere ingrati populi ad po
ſteros exemplũ futurũ, ſi virũ de repu. optime me
ritum, qui non ſolum libertatis publicæ tuendæ
autor fuiſſet: ſed imperij etiã augendi, fortuiti par
ricidij crimine, cuius materia magis oblata, q̃ quę
ſita eſſet, necaret. Nemo erat cui non recens pugna
illa tergeminorũ, recenſq; meritũ animo obuerſa
retur. Valuit & Horatij patris orbitas miſerabiliſq;
deprecatio ad miſericordiam: clamitabat ſenex cui
primã iram eius iniuriæ natura & lex tribuiſſet, ſe
filiam iure cæſam iudicare, ni ita eſſet, ſe patrio iu
re fuiſſe in filiũ animaduerſurũ. Addere his preces
& lachrymas, ne ſe quẽ nuper egregia ſtirpe clarũ
cõſpexiſſent, in miſerabilẽ orbitatẽ, perpetuumq;
luctũ conijcerẽt. Nunc ille hæc precari, nunc filiũ
cõplexus, Curiatiorũ ſpolia oſtendere, quærere q; a
circũſuſa multitudine, poſſent ne eũ ſub furca vin
ctum ſpectare inter verbera & cruciať, quẽ paulo
ante triũ hoſtiũ ſpolijs iſignitũ, ouãtẽq; vidiſſent?
Valuit patris miſerabilis cõploratio, ſed plus oĩno
egregia viri indoles, animuſq; in omni periculo
par, ita vt eum populus oĩbus ſuffragijs abſolue
rit. Sed vt manifeſta cędes aliquo lueretur piaculo.
Horatio eſt patri imperatũ, vt filiũ publica pecu
nia expiaret. Dionyſius id negociũ põtificibus da
tum prodidit, is duas ait extructas eſſe aras: Iunoni
vnam, cui ius ſororiũ curæ eſſet. Iano alteram, ad
quas Curiatiorum & Horatię nuper interfectę ſint
manes vocati, certaq; ſacrificia deinceps facta, po
ſtremo Horatium ſub iugo miſſum, cuius forma
ea fuit: vt duo recta tigilla defixa ſtarent, tertiumq;
ſuperne duob⁹ illis tranſuerſum imponereť. Id ſæ
pius refectũ, ad ſuã vſq; ætatem duraſſe Liuius eſt
autor: ſororiũq; tigillũ noĩatum. Fuit is loc⁹ in via
quę a Carinis deorſum in Cyprium ducebat vici. Tigillum( vt Dionyſius demonſtrat )duobus ad
uerſis parietibus erat fultum, quũ ab initio lignea
fuiſſent ſuſtẽtacula. Expiatoria ibi ſacra annua cõ
ſtituta, Horatiæq; genti tradita, Puellæ vbi icta cõ
cidit quadrato eſt ſaxo ſepulchrum cõmunitum.
Angularis petra fuit, ſupra quã tergeminorũ ſpo
lia i foro pepẽdere. Horatię pilę ad poſteros nomẽ
habuit. Lex inſup lata, vt quibus trini liberi eſſent
vſq; ad pubertatis annos pro his ex publico alimẽ
ta darentur. Et hæc poſt Tergeminorum pugnam
ſunt Romæ acta. Albani indigne ferentes, ꝙ publi
ca fortuna tribus eſſet militibus cõmiſſa: nunc Me
tij ſtultitiam, nunc temeritatẽ criminãdo, oĩm cul
pam acceptæ cladis in vnũ conferre, quæ res vanũ
hoĩs facile mutauit ingeniũ: vt victi nuper fœderis
oblitus, quia recta cõſilia parũ proſpere fluxiſſent,
ſcelere & flagitio quęreret, quo pacto ſuorũ ſtudia
ſibi cõſiliaret. Vt nuper igiť in bello pacẽ, ita tunc
bellũ in pace q̃ritabat. Verũ quũ plus aĩorũ ineſſe
ſuis q̃ virũ cerneret, ad bellũ ex edicto gerendum
Fidenates & Veientes occulte impellit. Ipſe Tulli
imperiũ ſecutus, aduerſus Romanas legiones viri
bus ex occaſione vſurũ pollicetur. Albanorũ defe
ctione Fidenates fręti, Veientibus in ſocietatem
belli aſſumptis, a Romanis deficiũt. Dionyſi⁹ ſcri
bit eos Romã ad cauſam proditionis, quã Albano
bello moliti eſſent, dicendã accerſitos, nõ modo id
iudiciũ detrectaſſe, ſed aperta etiam defectione cõ
ſternatos arma induiſſe. Tullus domeſticas arma
uit copias, & ſocias ex Alba accerſiuit. Venerunt
inde auxilia adeo inſtructa: vt ab Ro. rege laudar⁹
ſit Metius, cõſiliorũq; ſecretorũ particeps factus.
Rex caſtra ad Tyberis & Anienis confluentẽ fecit.
Hic Metius diuturnæ poteſtati aſſuetus, nã triẽnio
rei Albanæ Tulli permiſſu præfuerat, præterq; ꝙ
ſuos popularij iratos aĩos lenire cupiebat, idignũ
etiã ratus ſummũ Albanorũ magiſtratũ cuiuſq;
imperio ſubiacere, occulte ad hoſtes mittit, qui eos
adhuc incertos, quo in ſe aĩo Albanus eſſet, ad pu
gnã hortareť, pollicitus fore vt quũ prælijs conſer
tum eſſet, ſubita defectiõe Romanas legiones præ
ſidijs deſtitutas ipſis obijceret trucidandas. Cen
turionibus deinde & ordinũ ductoribus in ſecretũ
abductis, occaſionẽ adeſſe docet, recuperãdæ liber
tatis, abolẽdæq; ignominiæ, qua nõ minus impie
q̃ ingrate, recẽs colonia ſua affeciſſet Metropolim:
verũ nolle ſe prius ſuũ cuiq; conſiliũ patere, q̃ ex
ploratũ haberet, quo ipſi ad priſtinã libertatẽ recu
perandã eſſent aĩo. Tũ vero approbãtib⁹ cunctis,
fideq; ſilẽtij iureiurando ab oĩbus accepta, Metius
cætera exequiť, ac ſimul qd ipſe paret, qd velit etiã
per eos fieri educet, ne in re ſubita animi tituharẽt.
Hoſtes poſtridie in aciem deſcendere, dextrum cor
nu Veientes tenuerunt ſecus Tyberim, leuũ Fide
nates ad mõtes extenſum. Tullus aduerſus Hetru
ſcos Romanã explicat aciẽ, Albanos Fidenatibus
obijcit. Initur prælijũ. Cæterũ Albano haud plus
ab initio animi fuit quã fidei, neq; ſuo ſtabat veſti
gio, neq; aperte deficiebat, ſed ſenſim ad mõtes
auxilia ſubtrahit, ide vbi tumulis ſucceſſit fluctuãs
animo: nam in re adhuc dubia conſiliũ tegi ſuum
volebat, alia igitur atq; alia aſſimulando, quo for
tuna inclinaret, expectabat. Mirari id primum Ro
mani, q propiore loco ſteterãt: mox vbi latera nu
dari cœperũt, Albanis ad montes ſuccedẽtibus per
celerrimum equitem regi nunciãr, Albanos ad ho
ſtes deficere. Tullus in re trepida Marti. XII. vouit
Salios: pallorię & pauori ſuam vtriq; ædem: cla
raq; voce equitem increpans, vt hoſtis facile exau
diret, ſuo iuſſu ait Albanos id facere, nihil trepida
tione opus eſſe: fore, vt Albani ceu imperatũ eſſet
paulo poſt hoſtem a tergo circũuenirent. Ea vox
nam Tullus eo confeſtim occurrerat: Fidenatibus
ſuſpitionẽ iniecit, ne ab Albano decepti interclu
derentur. Fit itaq; ab ea parte fuga. Fugientem ho
ſtem rex cum ſuis nõ nihil inſecutus, vbi ita diſſi
ctos ordines vidit, vt in prælium redire non poſ
ſent: in Veientiũ cornu, vbi acrior erat pugna oĩm
impetũ vertit, hac quoq; parte hoſtes perculſi, abie
ctis armis in proximum amnem cæci ruunt, multi
aquarũ imperu victi periere, plures tamẽ extrema
ripa inter fugæ pugnæq; conſilium oppreſſi. Alba
nus vbi Fidenatem fuſum vidit, vt & ipſe non ni
hil egiſſe videretur, equitem in fugientem hoſtem
ex iugis q̃ inſederat immiſit, mox copijs in planũ
deductis. Tullo victoriã gratulatur. Cõtra rex Ro
manus, ira ad tempus diſſimulata, benigne Me
tiũ alloquitur, quod vtriq; bene vertat, inquit, ite
Albani & veſtra caſtra noſtris iungite. Dionyſius
ait maiore partẽ noctis Tullum in Veientium ca
ſtris quæ ceperat fuiſſe, ibiq; ex captiuis oĩa explo
rationa de Albanorũ proditione facta, cuius prin
ceps & autor Metius fuiſſet. Tum Romam nocti
cum rei indicibus & paucis ſuorum regem adequi
taſſe, vocatoq; in curiã ſenatu de Albanæ perfidiæ
vltione inter patres conſultatũ variatumq; non ni
hil opinionibus. Demum in ſententiam regis fre
quenter itum: vt Alba diruereť, parceretur ciuib⁹,
ſupplicij de Metio ſumeretur, ipſe pari celeritate
in caſtra reuerſus: diſtabat Fidenæ ab vrbe quinq;
milia paſſuum. Hic priuſquã illuceſceret. M. Hora
tium qui Curiatios vicit, cũ Centurijs aliquot pe
ditum, maiore tamen equitatu Albam miſit, qui
pacate vrbem ingreſſus, vbi ciues in poteſtatẽ rede
giſſet, oppidum a fundamentis diruerent, parceret
templis, multitudinem omnem Romam traduce
ret ipſe vbi illuxit, cætero exercitu ad concionem
vocato, Albanis præconis voce iuſſis propius tri
bunal accedere, extremam concionem excompoſi
to ceſſit armis, datum erat præterea centurionibus
negociũ vt inter agendũ quod agere iuſſi eſſent na
uiter faceſſerent: tum ſilentio indicto ita rex Roma
nus infit, Si vllo vnquam prælio accidit, vt dijs im
mortalibus gratias Romani agereris, heſternum
illud certe fuit, quo haud cũ hoſte ſolum vobis di
micatũ eſt, ſed cũ ſociorũ etiã perfidia, q̃ eo magis
periculoſa fuit, quo minus prçuiſa: nulla eĩm pe
ſtis efficatior eſt ad nocẽdum, quã familiaris & dome
ſticus inimicus. Qui enim ex profeſſo ſunt hoſtes,
hos facile cauemus: occulta vis, & quæ amicitię cu
niculis immiſſa, ex improuiſo erumpit, formidabilis & pernicioſa eſt. Nã ne quid vos lateat, haud
imperiũ illud fuit meũ externũ: vt Albani ad mon
tes cecederent, dixi meo id iuſſu fieri, ne vos ſocio
rum defectiõe cognita, prælio auerteremini. Neq;
culpæ huius multos eſſe conſcios arbitror, nã quæ
multis credita ſunt, diutius in occulto eſſe non poſ
ſunt. Metius illius dux itineris fuit. Meti⁹ defectio
nis autor. Metius publici fœderis ruptor. Audeant
vel maiora alij, ni ſuo Metius ſupplicio poſteris
erit documento, ſacrata fœdera violari non opor
tere. Mouiſſet ille facile concionem ſuorum fidem
implorãs, niſi vibratis vndiq; a Romano gladijs,
Albani, qui ad arma reſpicere cœperãt, metu coer
citi ceſſiſſent. Centuriones vt iuſſi erant clamitan
tem Metium circunſiſtunt. Tum rex, quod felix in
quit fauſtumq; mihi, Populoq; Romano ac vobis
ſit, viri Albani decretum eſt ex duabus ciuitatibus
vnam facere, ex Alba oĩm multitudinẽ Romæ col
locare, præter priſtinas ſedes nihil vobis adimitur
ciuitatem plebi damus, primores in patriciatum le
gimus. Neq; eſt cur de veteri patria ſoliciti ſitis
amplius, miſſi ſunt ante lucem cum. M. Horatio
qui omnia tecta publica & priuata præter facras
ædes diruerẽt, haud igitur Roma aut nulla alia eſt
vobis patria habenda: diſcite neceſſitati parere, cui
ne dij quidẽ immortales repugnant. Quanq; nulli
mirum videri debet, q̃ res Albana in duos olim di
uiſa populos, aliquãdo in vnum redeat. Ingemuit
ad hæc Albana pubes, cæterũ armis vndiq; ſepta
ſilentium tenuit. Tum vero Tullus in Metiũ con
uerſus, ſi fidem Meti & iura ſeruare poſſes, ea a me
diſciplina tibi viuo ſatis abunde erat adhibita, ſed
animi morbus inſanabilis eſt, nec ingenia natura
praua vllis proficiunt exẽplis: quod quũ ita ſit, do
ceas vt æquum eſt tuo ſupplicio cæteros mortales
eſſe ſacra fœdera ſanctius cuſtodienda, quæ tu non
minus impie, quã perfide violare es auſus. Faxim
ne præſens ſupplicij genus diuerſum ſit ab inge
nio iſto, & mente, quam inter Romanum Fidena
temq; populũ ancipitem geſſiſti. Sic Tullus, dua
buſq; quadrigis admotis diſtentũ corpus in earũ
currus alligat, mox in diuerſum ab aurigis conci
tæ, corpus fœde lacerum diſtraxere. Auerrit a tam
horrendo ſpectaculo oculos, preſſaq; pauore ſteterit
multitudo aliquãdiu immota, nec mirum: fuit eĩm
id ſupplicium humanarũ legum parũ, vt ſic dicã, me
mor. Centuriones deinceps & qui eius conſilij par
ticipes fuere capitali ſunt, vt Dionyſi⁹ ſcribit, ſup
plicio affecti. Alba interim incenſa & euerſa eſt. In
qua diruenda, neq; tumultus fuit, neq; pauor, qua
lis captarum ſolet eſſe vrbium, quũ vi hoſtes intra
mœnia irrumpũt: ſed inopinatũ malũ animo ſilẽ
tio defixerat, mœror & inſignis triſtitia in ore &
oculis oĩm eminebat, & in primis obliuio quædã
eorũ quæ agenda eſſent ſubierat ciuiũ mẽtes, haud
eĩm q̃ aſportãda crederẽt, quæq; relinquẽda in ſubi
to ſtupore expedire poterẽt. Pars domorũ poſtib⁹
hærere, pars errabundi cum gemitu arria luſtrare,
vt quæ ſcirent haud multo poſt interitura, & iam
equitum clamor migrare iubentiũ inſtabat, exau
diriq; fragor tectorũ in ima partis vrbis procũben
tium.

Horatij vnius cõmanis mœſtũ erat ſilentiũ, & iam aliquantũ ſpatij ab eo loco, vbi pugnatũ erat, fuerat Horatius emẽ ſus, quũ repẽte & prẽter ſpem oĩm in hoſtes, q pari bus pene interuallis ſequebanť, ꝓuerſus, q ꝓxim⁹ aderat magno aĩo veniẽtem excipit, ac dũ Albani alteri inclamãt, vt mature ferret opẽ fratri, iam Ho ratius cæſo hoſte aĩo & viribus maior reliquũ pe rebat. Tum ex iſperato clamor & qualis ex ſubito ſucceſſu oriri ſolet Romanũ adiuuat militem, qui pari ſucceſſu prælio defunct⁹, tertiũ Curiatiũ obtrũ cat. Liuius primo cõgreſſu duos ait Horatios cõci diſſe, tribus Curiatijs vulneratis, ibiq; ſimulata fu ga, qui Horatiorũ reliqu⁹ fuit, pugnam ſecreuiſſe. Curiatioſq; paribus interuallis ſequẽtes adortus, duos priores, priuſquã vterq; alteri opẽ ferre poſſet vnũ poſt alterũ, ſubitario cõgreſſu, duobus ictib⁹ confeciſſe. Tertiũ inde petitũ, ſeſſum curſu grauiq; vulnere affectum, in quẽ his verbis ſit Romanus vſus, duos inquit Curiatios meorũ fratrũ manib⁹ dedi, iam tertiũ, vt Romanus Albano imperet, da bo. Ac cũ his vibrato gladio hoſtẽ vix arma ſuſti nentẽ obtrũcarit, ſpoliaritq; iacentẽ. Romani quo res, ꝓpior fuerat periculo, eo maiore gaudio elati, Horatiũ multa gratulatione, multiſq; laudibus ac cipiunt. Inde vtriq; ad ſepeliendos ſuos nequaquã paribus animis vertunť, hi lætitia geſtiẽtes, quia im perio aucti: illi quũ liberi nup fuiſſẽt, alienę ditiõis facti, mœrore & triſtitia affecti. Sepulchra quo q ſi q; loco ceciderat, extitere. Horatiorũ duo pene con tigua, propius Albã. Curiatiorũ Romã verſus lo cis inter ſe vt victi occubuerãt diſtãtib⁹. Priuſquã inde exeric⁹ diuerſi abierint, petẽti Metio q d Ro manus rex imperaret, reſpõſum eſt, vt iuuẽtutẽ in armis haberet, fore vt ſi cũ Veĩẽtib⁹ bellãdũ eſſet, illorũ opera vteret, Secundũ hæc vtrinq; domũ eſt conceſſum. Ibat Horatius trigemina ſpolia præ ſe gerẽs, cui ſoror virgo, quę Curiatiorũ vni deſpon ſa erat, in cõferta multitudine circa Capenã portã obuia facta eſt, cognitoq; paludamẽto, quod ſpon ſo in futuras nuptias ipſa dono miſerat, flebili la mentatione crines ſoluit, virũ identidẽ noĩe appel lans. Mouit ferocẽ iuuenẽ intempeſtiua puellæ cõ ploratio( Dionyſius autor eſt, ſtultitiæ exprobra tione ſimul & ſæuitiæ iuuenem iritatum )ſtricto gladio(quod ſatis cõſtat)puellã increpãs trãſfixit. ſic ea inquit quæcũq; Romanũ lugebit hoſtẽ. Vi ſum id facinus patrib⁹ & plebi atrox. Cæterũ recẽs meritũ leuabat inuidiã. Raptus tamẽ in ius eſt ma niſeſti parricidij reus. Rex ne tam triſtis ingratiq; iu dicij autor eſſet, populo ad cõcionẽ vocato, duũuiros creauit, qui perduellionẽ Horatio iudicarent. Lex erat duumuiri perduellionẽ Horatio iudicẽt, ſi a duũuiris ꝓuocarit, ꝓuocatione ad ꝓpĩm certato, ſi vincent capur obnubito, infelici arbori reſte ſu ſpẽdito, intra vel extra pomœriũ verberato. Duũ uiri ſecundũ horrẽdi huius carminis formã creati, laqueũ reo iniici præcipiũt. Tum Horatius Tullo autore ad populũ inquit, ꝓuoco. Hic mag⁹ aĩorũ motus extitit. Vulgo credere ingrati populi ad po ſteros exemplũ futurũ, ſi virũ de repu. optime me ritum, qui non ſolum libertatis publicæ tuendæ autor fuiſſet: ſed imperij etiã augendi, fortuiti par ricidij crimine, cuius materia magis oblata, q̃ quę ſita eſſet, necaret. Nemo erat cui non recens pugna illa tergeminorũ, recenſq; meritũ animo obuerſa

Horatij patris de precatio.

Horati⁹ abſoluit.

Albano rum defe ctio.

Romano rum victoria.

Veientiũ cædes.

Decretũ diruendę Albæ.



Horatiorũ et Curiatiorũ ſepulchra.

Horatij facinus.

Lex duũuirorũ.

Sororiũ tigillũ.

Lex triũ natorũ.

Metij ve rum con ſilium.

Vbi Tul lus caſtra fecerit.

Tulli de nũciatio.

Metij ſup plicium.

Diruitur Alba.

tium. Tum quiſq; pro ſe curribus & iumẽtis, quæ poteſt, quæq; ad man⁹ fuere raptim extulit, & quũ continẽti pene agmine abirent, publicã priuatãq; fortunam miſerantes, alius alium cum lachrymis intueri. Vrbs ciuib⁹ exhauſta ſolo æquata eſt, quadringentesimo ferme anno, ex quo ab Aſcanio eſt condita. Alicarnaſſeus Dionyſius quingentos minus tredecim ſtetiſſe annos, vno atq; altero loco ſignificare videtur, triginta in Latio Coloniarum matrem. Albæ excidio Roma aucta eſt, duplicatuſq; ciuium numerus: Cœlius mons quo Laxius incoleretur vrbi additur, vbi vt alio ſignificatũ eſt loco. Tullus ſibi regiã cepit, Albani genere & opibus illuſtres in patres leguntur, Iulij, Seruilij, Geganij, Curiacij, Cloelij adduntur a nonnullis Metilij, & Quintilij. Fecit Tullus curiã quæ ab autore eſt Hoſtilia nominata. Legit & decem turmas equitum ex Albanis, veteres legiones ſuppleuit, nouas conſcripſit, auctaq; his viribus ciuitate, Fidenates bello ſequenti anno ſunt a Tullo reperiti. Et quia a nullo finitimorũ auxilia impetrarẽt, mercenario milite vſi, ſub Romanorum acceſſum vrbe egredi, acieq; ſunt auſi dimicare: fuſi fugatiq; in oppidum trepide compelluntur. Secuta inde deditio eſt quibus Tullus voluit conditionibus. Principes defectionis vltimo ſunt ſupplicio affecti, cæteris ſeruata eſt libertas, nec ex veteri forma ciuitatis eſt quicquã illis ademptũ, Romamq; Tullus reuerſus ſecundum triumphum egit, ſiquidem primum de his & Veientibus ſimul victis egerat. Nouũ deinceps bellum ab Sabinis ortum, cuiuscauſa hæc tradi-
tur. Colebant Feroniæ Phanum communi iure Latini Sabiniq;, hanc Perſephonen quidã dicunt, alij Iunonẽ: hic frequenti mercatu Romani mercatores pecunijs prius ademptis, a Sabinorum quibuſdam ſunt in vincula cõiecti. Cæterum quũ res hinc repeterẽtur, nõ modo non æqui quicquam reſponſum inde eſt, ſed exprobratũ etiã, haud ignaros eſſe Romanos, qui tum res repeterent, fugitiuorum multos ex Sabinia cũ herili pecunia in Aſylũ quod Romulus aperuiſſet, confugiſſe, nec domi-
nis repetentibus reſtituros, humanæ igitur factu-
ros eos, ſi æquo animo ferãt, pro veteri iniuria ſibi recentem illam, etſi multo leuiorem, reperſum iri, niſi forte extra hominũ aleã ſoli haberi velint, vt quæ ipſi nihil laceſſiti in alios fecerint, iniquũ ducant ſibi fieri. His vtrinq; obiectis nec purgatis, res ad arma ſpectare cœpit: nec ita multo poſt Sabini quibuſdã Herruſcorũ, partim gratia, partim mercede domo excitis, ad ſyluã Malitioſam cũ Romanis conſlixere. Fuit ibi pugna atrox, verum copijs nuper auctis, vtroq; genere pugnæ facta eſt res Romana ſuperior. Perierunt multi in acie ex Sabinis, multiq; in fuga cæſi. Hæc Liuius, a quo diſſentire pudeat Dionyſius ancipiti ibi marte ait dimicatum, prælium q; noctis interuentu diremptum. Clade præterea vtrinq; illata & accepta, diuerſos domum abijſſe exercitus in reliquum anni quieturos. Principio vero alterius anni, Ad Hereonem vrbem aliquanto maiore belli conatu eſt dimicatum, centum ſeptem ſtadijs ab vrbe Roma. Hic quoq; dubio marte, Tullum Saturno & Rheæ ſolẽnes ludos, qui diu poſtea celebrati ſint, duplicẽq; ſaliorum numerum, gradiuo marti vouiſſe. Ac tũ demum Romanos victoriæ compotes factos, hoſtiumq; caſtra expugnata, vaſtataq; regione Tullũ Romam reuerſum tertio triumphaſſe, haud facile dixerim, fuerit ne locus hic quem Dionyſius (nam is autor eſt eorum quæ vltimo loco retuli) Hereonem vocat, quem alij Fretum dicunt Tyberi propinquum. Nec ita multo poſt Sabinis Romanos fines contra pacẽ, quam precibus a Tullo redemerant, inceſſentibus, non tam ſuis viribus frætis, q̃ ꝙ eo bello ſocios habituros ſe Latinos ſperabant: enimuero ea quoq; gens bellũ cũ Romanis habitura putabatur. Tullus bello quod inſtabat in aliud tempus dilato, pactiſq; cum Latino nomine inducijs, in Sabinos ſe totum cõuertit, ac tum demum ad Maleficã ſyluã, quam vnã Liuius pugnam celebrat, ancipiti marte per multas horas dimicatum: Sabinoſq; inclinãte iam die, victos, & ab equitib⁹ qui ad eos inſequendos ſunt a rege miſſi, cum multa cæde diſiectos, atq; eorũ agrũ late populatũ. Et iam ob hæc, quæ bello geſſerat, Hoſtilij ingẽs erat fama, magnaq; viri gloria, quum Romam nuncia-
tum eſt: in Albano monte lapidibus pluiſſe. Ad eam rem ex proximo cognoſcendam miſſi quidã domum renunciarunt, non ſolum quæ fama vulgata eſſent vidiſſe, ſed vocem etiã ex vicino luco ſibi redditam videri, qua Albani præciperẽtur patrio ritu ſacra facere, quæ ſuo cultu cum ipſa patria excidiſſent. Id prodigiũ cauſa fuit, vt Nouendiale ſit ſacrũ publice conſtitutum, dubium oraculo vocis ex luco redditæ, an aruſpicum decreto, religio ipſaq; quod ſatis conſtat) in multas ætates exijt: vt quoties tale eſſet prodigiũ nunciatũ, nouẽ dierum feriæ celebrarentur. Nec cũ Latinis pax deinceps longa fuit, qui iam inde ex quo Alba, quæ fuerat Latĩ caput, exciſa eſt, aperte oderant Romanos, verum plures annos mutuis potius odijs eſt certatũ, q̃ armis, quintodecimo demũ anno ab Albæ excidio Tullus legatos ad. XXX. Latinorũ vrbes miſit, quæ Albanæ fuerant Coloniæ, qui illis ſignificarẽt, æquũ videri Romano regi, vt qñ Alba, quæ fuerat ipſarũ vrbiũ mater, Romanis armis ceſſiſſet: ipſe quoq; quæ eius ditionis fuerãt, Romanorum iuſſa facerẽt. Romani regis poſtulata, publico gentis conſilio, in Ferentino oppido iactata, non ſolũ non aſſenſu aliquo audita ſunt, ſed ingenti etiam fremitu bellũ in Romanos, ſi quicquã inde moueretur, decretũ duobus ad id ducibus creatis, Anco Publicio Corano, et Sp. Vecilio Lanuuino. Fuit in de bellum quinq; annos ſed mite quidem, quippe quum nullæ vrbes interim, aut captæ, aut direptæ ſint, neq; in extremã dimicationem vſquam deſcẽſum, ſed ſubitis excurſionibus veteri more vtriq; alteros infeſtarent, circũactæq; nõnihil interim a bellicoſo rege copiæ: Meduliaq; ad officium retracta, quum iam a Romuli temporibus Romanorũ facta ad Latinos deſciuiſſet. Grauis interea peſtilentia domi militiæq; inualuerat, multiq; vtrobiq; vulgo moriebãtur: tum demum Numæ pax & religio cœpta eſt vulgo ad deos iram placandã deſiderari, ad quẽ ipſe quoq; rex repente cõuerſus, quũ occulta quædã elicio Ioui faceret ſacra, quia nihil his ab eo ageretur, non ſolũ nõ ſpem vllam cœleſtem impetrauit, ſed ſoliciti numinis ira ictus fulmine cũ tota domo cõflagrauit. Id tum vulgo eſt creditũ, verum ſcio multis, quod propius vero eſt, perſuaſum fuiſſe, eũ humana fraude periſſe, Martijq; Anci qui poſt eum rex fuit inſidijs oppreſſum vt quum procelloſo die rex domi ſacra faceret, ſit ille regiam cum paucis ingreſſus, ibiq; hoſtilio cũ vxore & liberis interfecto domum incenderit. Regnauit Tullus annos duos & triginta, vir bellica virtute inter paucos memorabilis. Poſt eius mortem populus Ancum Martium regem creauit. Patres autores facti creatum probarũt. Sic Liuius. At mirum eſt q̃ in oibus fere Dionyſius ab eo diſſentiat, quippe qui quũ multis aliꝫ tum hoc loco longe ab

Roma augetur.

Familiæ nobiles ex alba.

Fidenatũ deditio.

Feroniæ phanũ.

Sabinorum reſponſio.

Vincunt Sabini.

Tulli regis votũ.

Nouum Sabinorũ bellũ.

Prodigium.

Nouẽdialis ſacri origo.

Triginta Albanorum coloniæ.

Latinum bellum.

Hoſtilij interitus.

Ancus Martius rex creat.



ge ab eo diuerſus, regem Ancum ait a ſenatu creatum, eamq; creationem ratam populum habuiſſe, Fuit is Numæ regis ex Põpilia, quæ Martio pontifici nupſit, nepos. Sed dũ Romæ hoſtilius regnũ indipiſcitur, Argeus (cuius ſupra mentio eſt facta) & poſt hunc Philippus, qui ei ſucceſſit, regnum in Macedonia obtinuit. In Media Phaarres. Ardis, Gygis, qui Candaulem occidit, filius in Lydia, Hammon in Iudæa, qui anno ſecundo ſui regni domeſtica coniuratione oppreſſus periit. Fuerunt qui duodecimo regni anno, non tertio, eum periſſe traderent. Huic Ioſias ſucceſſit. De hoc deq; Pſamnietico, qui per id tẽpus in Aegypto regnauit, loco haud multum diuerſo memorabitur. Vixere cum his Archilocus Lacedæmonius, & Simonides: vt quidam ſcribũt. Lyrici hic carminis, ille Iambici autor, Ariſtoxenus Muſicus, Zeleucus, qui Locrẽſib⁹ leges ſcripſiſſe dicit, & Alcmæon vt Euſebius ait. Cæterũ Croconiates ne is fuerit qui primus (ſi vera Laertius tradit) de naturæ ratione, et animę immortalitate ſcripſit, an alius pro certo non auſim ponere. Satis ſcio, cum his viuere non potuiſſe, etſi fuit, vt ille prodidit. Pythagoræ diſcipulus. In hæc quoq; tempora Cypſeli Corinthij principatus incidit, a quo Demarathus priſci Tarquinij pater Corintho pulſus, in Hetruriam eſt naui delatus. Phalaris Aſtipalenſis & ipſe tyrannidem aliquanto antea Agrigenti in Sicilia occupara, cuius inſuetæ crudelitatis memoria adhuc durat, æneum is taurum ſontibus in eo inclusis admouebat igni, vt recepto æſtu mugitus medio cruciaru, non gemitus exaudirentur, vnius ingenitæ ſæuitiæ exemplo vere laudabilis, q̃ Perillum Athenienſem nefandi illius operis autorem oim primũ tali ſupplicio affecit, vel ex tali ſupplicio dignũ iudicans, q̃ niſi ſæuo carnificiq; fuiſſet ingenio, eã machinã ad hoĩm cruciatus cõmentus eſſet nunquam. Exant & literarum monumenta epiſtolæq; ad Paurolã filiũ, & alios plerosq; Laconica breuitate cõſcriptæ. Ipſe ſubito incuſu populi periit. Reponit Euſebius in id tẽpus Byzantij cõditionẽ, autor ẽq; Pauſaniam nominat. Id oppidum in ora Thraciæ eſt, circa Boſphorũ: de quo plura alio deinceps loco ſunt a nobis dicenda. Lampſũcum in Helleſponto huic æquale proditur, ſed propius vero eſt, eam inſtaurationem fuiſſe. Plinius Adraſtiam id oppidũ ab Homero appellatũ exiſtimat. Strabo regionẽ nõ oppidũ poetã nominaſſe arbitratur, nomẽq; ab Adraſto, qui primus Nemeſis templũ cõdidit, ipſi loco datũ, quẽ Mileſij coloni tenuerunt. Pari ratione refellũtur, quæ de Abdera condita idem Euſebius ſcribit. Adiacet Helleſponto in ora thraciæ, eam ipſe autor Lampſaco æqualem exiſtimat. Cæterum Pomponius & Iulius Solinus, ab Diomedis Thracum regis ſorore conditam meminere: vnde ſit & nomen ſortita. Quæ ſi vera ſunt, temporũ ratio Euſebio conſtare non potuit. Idem ille Selinuntẽ in Sicilia his temporibus cõditã autor eſt, cuius cõditores Megarenſes fuere. Nunc Ioſiæ geſta, cuius regnum Hoſtilia no aliqua ex parte æquale fuit, ſunt ordine referenda. Mira ſunt quæ de præmatura eius pietate Joſephus in hiſtorijs prodidit. XII. annos natũ omnẽ vanũ ſacrorũ cultum edicto ſuſtuliſſe ait, ſubuertiſſe lucos, populũ ad antiquã religionem reuocaſſe, templũ ab eo inſtauratum, ad quod donarijs excolendum principes viros Palæſtinę gentis multi fariam adhortatus ſit. Erat ipſe interim alijs exemplo, ne quis a vera religione aciem deflecteret, eoq; intentius id præſtare, quo ex Holoa Salomi fœmina prophetica ſpiritu cognouerat, ingens ab externis armis populo imminere diſcrimen, ob maiorum impietatem, gentilemq; cultum ab his abdicatum, quod ſcelus, totius gẽtis captiuitate pudendoq; ſeruitio eſſet expiandum. Omnibus itaq; vanis ſuperſtitionibus ſublatis, frequẽtiſſimo Iudaicæ gentis conuentu, azimorum ferias Hieroſolymis celebrauit. Agnos promiſcue & hædos. CCC. milia numero ad paſchale ſacrum peragendũ populo diuiſit, boues in holocauſtũ ad tria milia. Florebat itaq; Iudæorũ regnum opibus & religione, quũ Romæ Ancus Martius regnare cœpit. Fuitq; annus ille quo hic eſt rerũ potitus, trigeſimæquintæ Olympiadis ſecudus: vt Dionyſius ſcribit: Euſebius vltimum quartę & trigeſimæ fuiſſe ait, qui ab orbe condito ſexageſimus fuit ſupra quingentesimũ ac quater milleſimũ. Is priuſquã exadministratione quicquam egiſſet, multitudine in concionem aduocata. Miretur (inquit) fortaſſe aliqs Quirites, quid ſit quod grauem peſtilentiam ciuitas domi militiæq; pluribus ſit annis perpeſſa, cæterum ſiquis contra reputet q̃ neglectus iacuit omnis ſacrorum ritus, toto Hoſtilij regno, deſinet requirere, vnde lues hæc tetra, tot funera, tam diuturnus luctus, miſerã hanc vrbem deformarint. Hæc em̃ ſunt deorũ tela, his armis hominũ ſcelera vlciſcuntur, fame, ſiti, peſtilentia, alluuionibus, cęteriſq; diris tempeſtatibus, quibus arcẽdis, non bellica ſtudia, non hoſtiũ exuuiæ, non laureati currus, ſed pietas, iuſtitia, religio. Non vi & iniuria humanæ res, ſed æquitate creſcunt. An dubiũ eſt cuiquã regna, & quicquid opum in terris, in deorũ poteſtate eſſe, qui niſi propitij ſint, oẽs noſtri conatus, omnia cõſilia, vana & irrita ſint. At pulchrum eſt, dicet aliquis, imperium auxiſſe, reddidiſſeq; Romanũ nomen illuſtrius, magiſq; inter finitimos venerabile. Ego vel minimã ciuiũ cladẽ, hac de cauſa acceptã, cum tota iſta laude non cõfero, atq; ita perſuaſum habeo, vt nullus ſit firmior ſtatus, nullum præſidium tutius, hominũ beneuolentia, qua reges & regna ipſa tutius q̃ armis muniuntur. Nihil enim huic ſtabile aut manſurum eſſe poteſt diu, qui multis ſit formidoloſus. Et ne extrema ſequamur exẽpla, vter ſtatus temporum huic ciuitati vtilior aututior fuit, peſtilens hic morbiſq; & ægritudinib⁹ obnoxius, quo pene plures ciues periere, quam hodie ſuperſint: quo Dijs & hoĩbus huic vrbi iratis, bella belli ſerendo, non die, nõ noctu a cæde & furore bellico reſpirauit ciuitas, quum agri interim ſqualidi & inculti iacerent, vrbs ſolitudine deformata: an ille qui ſub Numa fuit reger quo nulle in fidiæ, nulli metus aderant: agrorum nitor frequẽs ciuitas, certa pax tranquillaq;, quum finitimi non ſolũ nõ odiſſe Romanum nomẽ, ſed quaſi religioſum quoddam templum hanc vrbem venerari. Nota eſt vox illa Numę, ſecurioris illi⁹ vitę teſtis, nunciato hoſtium acceſſu. Aſt ego (inquit) ſacrificio. Sciebat rex optimus, aut ita certe perſuaſum habuit, Dijs in quorũ poteſtate ſunt reges, & omnia quæ regum ſunt, propitijs, nullas hominũ minas timeri oportere. Quod ſi ſuperum fauor, tutela, præſidiũ, ſunt quæ res hoĩm, populos regna, tueantur, augent, ſeruant, agite Quirites & ſacra bellicis ſtudijs intermiſſa, ſolenneſq; cerimonias, vt ab initio inſtitutæ ſunt, Dijs immortalibus rite peragamus: his mœnia, ciues, lares, omniaq; ſacra profanaq; tuenda permittamus. Illi nos noſtraq; vt antea fecere, ab omni domeſtica externaq; clade tuebuntur. Ijdem ſalubritatem dabunt, copiam, ſucceſſum, non odia, nõ inſidiæ, diſceptationeſve

vllæ

Temporum ſuputatio.

Zeleucꝰ. Alij Zaleucus.

Phalaris ſæuitia.

Byzãtiũ.

Lãpſacũ.

Adraſtia

Abdera.

Selinũtis cõditio.

Ioſias.

ANNI MVNDI.

Oratio Ancire gis ad populum.

Adhortatio.

vllæ ciuitatẽ hanc ſemper ſolicitã habebebũt, aut ſi qua aderunt, dij ad victoriã viam inueniẽt. Nec vobis Quirites, quum ad religionem inuito, ita interpoſitas & aras manus reuincio, vt ad arma, ſi quando neceſſitas cogat, vos reſpicere prohibeã. Scio ego ſatis rem Romanam armis profeciſſe, ſed multo plus religiõe: quod quum ita ſit, in animo eſt quicquid cerimoniarũ Tulli regis temporibus intercidit, id ipſum diligenti cura inſtaurare, vt ſciant finitimi cæteriq; mortales, Romanos eos eſſe, qui ſuæ ſint originis non immemores. Marte genitus fuit conditor vrbis huius, fuit tamen ab Rhea Ilia veſtali: hæc ab Aenea mortalium pientiſſimo oriunda. Nec vereor quin proſpera oia hic futura ſint, vbi religio humanas opes tuebit, opes ipſæ religionem. Hæc quũ Ancus magno omniũ conſenſu peroraſſet, pontifices ad ſe vocauit, ab his commentarios de rebus ſacris acceptos diligẽter excripſit, in publicoq; cognoſcere volentibus propoſuit, in partem fori tum primum locati ſunt verum quia nondum tabulæ æneæ erant in vſu, in quernis excidendos rex curauit. Liuius in albo relatos credidit. Sacris per hæc in priſtinũ ſtatũ reſtitutis, ocioſam multitudinem Ancus in agros dimiſit, laudareq; palam diligenter agricolam, ſegnem & inertem corripere. Perſuaſum fuit ab initio omnibus populis Latini nominis cæteriſq; finitimis, fore, vt is qui ab eiuſmodi cura regnum auſpicatus eſſet, auito exẽplo inter aras & ſacella cõſeneſceret, qua perſuaſione adducti, quia fœdus cum Tullo ictum habebant: belli cauſam Latini quærere: occultis latrociniis Romanos fines infeſtabant, nõnunquã etiã aperta vi aſportabant in de prædã. Cæterũ quũ res repeterentur, negabãt publico conſilio ea fieri: nec cum fontes ad ſupplicium depoſcerẽtur, ſe fœdere vllo teneri interpretabantur, quoniam Tullo, cum quo id ictum eſſet vita defuncto, nihil amplius eo nomine tenerent. Mediũ erat in Anco ingeniũ, & pacis ſtudioſum: etſi neceſſitas tuliſſet a re bellica nihil abhorrens. Is ſuperbo Latinorũ reſponſo, patientiam tentari ſuam ratus, tentaramq; niſi ad arma fugeret, haud multo poſt contemptui futuram, fœciali iure ab Equiculorũ gẽte accepto, vt rite bellũ indiceretur (Dionyſius ab Ardeatibus id ſumptũ videtur exiſtimare) Latinis bellum indixit. Repetendarum rerum, bellicq; indicendi ratio talis fuit. Legatus vbi ad eorum fines, vnde iniuria orta erat, veniſſet, operto capite laneo velamine. Audi (inquit) Iuppiter, audite fines, ac cuius ſint populi nominat: Audiat fas. Ego publicus ſum Po.Ro. nuncius, iuſte pieq; legat⁹ venio. Peragit deinceps poſtulata. Inde Ioue teſtem facit. Si ego iniuſte impieq; illos homines, illaſq; res dedier Po.Ro. expoſco: nũquã me patriæ compotẽ eſſe ſinas. Hæc quũ fines tranſcenderet, quum aliquis occurrerer, quum portas vrbis ingrederetur, hæc vbi forum ingreſſus eſſet. Tũ ſi quos popoſciſſet; non dediti eſſent, tribus & triginta dieb⁹, tot em ſolẽnes erãt, peractis ita bellum indicebat. Audi Iuppiter & Iuno: Quirine & Dij cœleſtes, terreſtresq; voſq; inferni Dij: ego vos teſtor populum, ac tum quis eſſet nominabat iniuſtum eſſe, neq; ius perſoluere: ſed de his rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto ius noſtrum adipiſcamur. Tum eo Romam reuerſo de bello in curia conſultabatur: quod ſi vt pium iuſtumq; decretũ eſſet: fœcialis haſtã ferro præfixã ex ſanguine arbore præuſtam habens, ad eorum fines, quibus erat bellum indicendũ, reuerſus, trib⁹ nec minus, puberibus præſentibus dicebat. Quod populi Priſcorũ Latinorũ hominesve priſci Latini Po.Ro. Quiritũ vim fecerũt. deliquerunt: q; Po.Ro. Quiritũ bellũ cũ priſcis Latinis iuſſit eſſe, Senatuſve Po.Ro. Quiritũ, cenſuit, cõſenſit, cõſciuit: vt bellũ cũ priſcis Latinis fieret: ob eã rem ego populuſq; Ro. Populo priſcorũ Latinorũ, hominibuſq; priſcis Latinis, bellum indico, facioq;. Id q; vbi dixiſſet haſtã in eorũ fines contorquebat. Hæc tum indicendi belli ratio legitima fuit, in qua explicanda: Liuij verba ex annalibus, vti credo, ab eo accepta, ne quid ex veteri formula variaretur, placuit vſurpare, quod de alio loco, haud multum ab hoc diuerſo, feci: ne quid ex veteri præſcripto deperiret.

Perora-tio.

Latinorũ iniuriæ.

Bellorũ cerimoniæ.

Belli indicendi forma.

Cum exercitu igitur Latinorũ fines ingreſſus Ancus Politorium gentis vrbẽ vi cepit. Dionyſius autor eſt: certis conditionibus oppidum Romano deditum. Inde Ancus cæterorum regum exemplũ ſecutus, omnem multitudinem Romam traduxit, Auentinumq; inhabitandũ his dedit: vt quemadmodũ Sabini Capitoliũ, Albani Cœliũ, ita recens multitudo vacuum ad id tẽpus collem frequẽtem redderet. Sequenti anno Politorium bello repetitum, miſerant priſci Latini eo nouos colonos. Cæterum vi receptũ ne ſæpius rebellandi materiam Latinis exhiberet, incendit Martius rex atq; diruit. Mox tota belli moles in Meduliam verſa, quam aliquandiu antea oppugnatam, prius vi Latini occuparant q; Romanus ſubſidio affuiſſet. Tum ibi vrbe valide firmata Latini in aperto caſtra fecerãt. Pugnatum itaq; hic eſt aliquoties dubio marte, variaq; fuit victoria. Poſtremo omnibus copijs connixus Ancus, hoſtem ingenti prælio vicit, Tellenemq; vrbem expugnatã, vt nõ multo antea Politoriũ, omni humano cultu exhauſtam reddidit. Ijs q; Romã migrare iuſſi ſunt, ſedes, ad Murciæ ædem datæ, Ianiculum etiam, ne locus vrbi imminens arx hoſtium quadoq; fieret. Tum vero pons Tyberi ſublicius, vt quidam ſcribũt, ad perpetuum vſum impoſitus. Quarto deinceps anno ab eo, quo Latini id oppidum expugnarunt: Ancus bello Meduliam recepit. Tenebant hoſtes & Fidenas, quas a Romanis triennio ante humano cultu exhauſtas, colonis eo miſſis ſubito inſederãt, eam rem Ancus haud ferendam ratus, Latinis armorum vi loco deiectis vrbem diruit, bis deinde cum Latinis acie dimicatum, dubio marte prius, altero mox prælio victi Latini in caſtra reuerſi ſunt, nec poſtea, niſi excurſionibus vtrinq; factis eſt hinc inde bellatum. Miror Dionyſium haud multo poſt quam proſpere cum Latinis pugnatũ eſt, Fidenas iterum captas tradidiſſe, nec video quæ defectio euerſa vrbe tam cito ſequi potuerit. Cæterum ſiue ſola fuit Anci in fidenates expeditio, ſiue vt ille ait duplex: Fidenati bello rex defunctus, in Sabinos mouit, qui & ipſi rupto fœdere cum Tullo rege prius icto: eam Romani agri partem populati fuerant, in qua proximum fuit illis rũpere. Nihil igitur minus expectantes, q; improuiſum regis occurſum caſtra modico præſidio munita habebant: in prædam & populationem temere effuſi, aperte vagabantur, qua hoſtium negligentia ad regem perlata. L. Tarquinio, de quo haud multo poſt habendus eſt ſermo, cum omni equitatu in populatores miſſo, ipſe cum expedita legione, ad hoſtium caſtra contendit, potiturq; his eſt, ſine vllo maiore certamine. Sabini per agros ſparſi, prædæq; intenti, vbi ab Romanis equitibus viderunt in ſe impetum fieri, confeſtim in caſtra ſunt cõfugere conati, quæ poſtea q; ab hoſte teneri ſenſerũt: fugã in propinquos montes, multa cõſternatione, capeſſunt.

Polito-rium ab Anco ca-pitur.

Medulia

Tellene.

Põs ſubli-cius.

Sabini caſtris exuun-tur.

Ad eos



Sabino-rũ cædes.

Ad eos perſequẽdos expeditum militem Martius immittit: qui feſſos aſſecutus, præter paucos, qui locorum opportunitate ſeruati ſunt: cæteri ad vnũ ſunt occidione occiſi. Sabini hac vna clade fracti, Romam legatos miſere, qui de pace agerent: quæ eo facilius eſt impetrata: quia bellũ cũ Latinis nõdum profligatum Romani habebant. Veientes vlut de induſtria ad Romanum nomen defatigandum, finitimi in orbem bella aduerſus vnum populum ſuſciperent: biennio poſtquam, cum Sabinis ita eſt bellatum, Romanũ agrum ſubita occurſione infeſtare cœperunt: inde quia in animo habebant, eam agri partem, quam Romulus ſuis maioribus ademerat, armis vindicare: Tyberi ſuperato ad Fidenas, veterem ſibi ſedem, caſtra muniunt. Ancus expeditis cohortibus, & equitum vna in hoſtem eductis, primo vagas excurſiões inhibuit: inde acie dimicare auſum, non ſolum egregie ſuperauit: ſed caſtris etiã Tuſcũ exutũ, cum multa cæde diſiecit: ob eamq; victoriam triumphum egit. Nec poſt hanc cladem Veientes quieuere: ſed bello accuratius quã antea inſtructo, eodem loco iterum cum Romano rege conſligunt. Recentioris hui⁹ pugnæ euent⁹ nihilo fuit Hetruſco feliciõr q; antea fuerat. Eminuit q; eo prælio in primis Tarquinij virtus, quem alis equitum Ancus præfecerat. Fuerat illi nom̃ ab initio Lucomoni, habuitq; Demarathum patrem: qui Cypſeli tyrãnidem ab Corintho fugiens, in Hetruriam naui delatus, Tarquinijs vxorem duxit: fœminam nobili loco ortã: ex qua mox illi virilis ſtirpis liberi orti Lucumo & Aruns. Lucumo ſuperfuit patri omnium bonorum hæres: qum Aruntis, qui aliquanto antea quã pater vita defunctus eſt: grauida eſſet vxor relicta: quæ quum vterum ferre ignoraretur, factum eſt vt puer, qui ex ea poſtea natus eſt, quia bonorum expers ab æuo relictus eſt: ob pauperiem Egerius ſit dictus. Lucumo: qui nihilo inferiores diuitijs gerebat animos: quum Tanaquilem fœminam ſum mo loco natam, matrimonio ſibi iũctam haberet: nec interim Hetruſci quia peregrinæ eſſet ſtirpis, publice priuatimve honore vllo afficerent: vxoris hortatu & omniũ neceſſitudinum oblitæ, modo virum honoratum cerneret, conſiliũ cepit migrandi Romam: vbi in noua ciuitate facile locus ad nobilitatem parandam virtuti pateret. Sublatis itaq; rebus Tarquinijs profectus, quum ad Ianiculum veniſſet: fuit tum is collis Hetruſcorum Romanorumq; confinium: prodigium eſt ingens illi oblatum. Aquila leuiter cœlo demiſſa, pileum in curru cum vxore ſedenti abſtulit. Dein ſublimis ſupra carpentum præpetem librans volatum, velut ſui miniſterij conſcia, ſedentis capiti oblatum reſtituit. Accepit id Auguriũ læta Tanaquil, eiuſmodi artis non imperita (fuit id ſtudium Hetruſcis peculiare) virum itaq; complexa, magna & ſublimia ſperare iubet: auem auſpicatiſſimam in ipſo hominis vertice auſpiciũ feciſſe. Igitur haud vana ſpe pleni, in vrbem ingreſſi, Lucumo Tarquinij eſt cognomen adeptus: vxor Caia Cecilia nuncupata: manifeſto erroris eorum augmento, qui Romanas mulieres ſine prænomine fuiſſe perſuaſum habuere: in quibus Poſſidonius fuit. Nec multum deinde temporis interceſſit: per amicos quos benigno ſibi alloquio, multaq; comitate cõciliauerat, Ro. regi inſinuatus: liberaliter dexterecq; officia circa illum obeundo, eo gratia & familiaritate breui proceſſit: vt ſecretioribus conſilijs militiæ domiq; adhibitus, præter equitum præfecturam, tutor ſit poſtea filiorum ab rege relictus, &

Triumphat Ancus de vicentibus.

Tarquinius.

Lucumo

Egerius.

Prodigium.

Caia Cecilia.

Tarquinij ſucceſſus.

Tarquinij ſucceſſus tales fuerunt. Martio nouum bellum, eſt a Volſcis poſt Veientes bis victos ortum, prædonibus eius gentis Romanos fines infeſtantibus. Circumegit aliquandiu per hoſticum copias Ancus multum interim præde trahens: inde hoſtem Velitras compulſum, ſupplicitercq; pacem petentẽ, his legibus obſidione ſoluit: vt quanti damna ab eorum hominibus illata Romanus rex æſtimaſſet, publice ſoluerentur: fontesq; dederentur a ſupplicium. Neq; pacatis Volſcis diu Romana arma quieuere. Sabinorũ quidam ad id tempus non fuerant Romani populi vires experti: latrociniꝭ primo, mox lucro allecti, apertis excurſionibus Ancum vrbe exciuere: qui cum primo acceſſu vallum propius Sabina caſtra ieciſſet, hoſtem ad pugnam elicuit: nec magnum ibi negociũ fuit: fuſi, ac fugati ſunt caſtriſq; omnis opulẽtiæ refertis Sabini exuti, & hæc nouiſſima fuit Anci regis expeditio. Vrbanæ eius actiones neq; ipſæ memoratu indignæ: præter Auentinum & Ianiculum, quę primus Romanorum regum loca inhabitari iuſſit ſublicium pontem Tyberi impoſuit: hunc quia pontifices (qua potiſſimũ religione adducti haud facile dixerim) reficere conſueſſent, ab ea re nomẽ accepiſſe traduntur. Carcerem ad terrorem creſcentis in dies audaciæ, foro propinquum extruxit. Feretrij Iouis ædem ampliauit, foſſa Quiritium magnum vrbis munimentum planioribus locis eiuſdem fuit opus. Imperij demum finibus ad mare propagatis, Hoſtiam vrbem inter mare & Tyberini fluminis cubitum condidit: & circa vrbem ipſam ſalinas conſtituit: parteq; mari auerſa, non nihil fines ampliati: Meſſia ſylua Veiẽtibus adempta. Hiſq; domi & militiæ geſtis, nullo regũ, qui prius poſteriuſve fuerunt celebritate & gloria inferior, quarto & vigeſimo ſui regni anno, fato perijt. Sed dum Romæ ille rex fuit, Necho, qui Pſamnietici maioris fuit pater, terrifico belli apparatu, ex Aegypto in Medos & Aſſyrios profectus, ad Euphratem propemodum proceſſerat. Illati belli cauſamIoſephus nullam aliam, præter regni cupiditatem, fuiſſe ait. Quum igitur per Mediatium fines ductaret Necho, Ioſias in Aſſyrij gratiam, aut certe quia parum ſibi tutum arbitrabatur numeroſum exercitum intra Syriæ fines tam ocioſe vagari, ab inſtituto itinere Nechonem conatus eſt auertere, amicum ſe non hoſtem Ioſiæ veniſſe Necho prædicabat, bellumq; ſe non Syriæ Palæſtinæ, ſe Medis & Aſſyrijs inferre. Hortatur Ioſiam, vt iniuria nulla laceſſit⁹, ne pergeret ſe nouo bello implicare, nec arma in alios comparata in ſe verteret, integrum cuiq; eſſe bellum excitare: finire autem victoris eſſe non victi. Hæc ille. Ioſias nihilo ſecius contra rendere, & iam aciem in Nechonem inſtruebat, quum volitans ab vno cornu ad alterum, vt ſuos ad pugnam hortaretur, ſagitta temere ex aduerſo immiſſa, letale accepit vulnus. Id rei impedimento fuit, quo minus ſit vtrinq; concurſum, nam priuſquam ſigna canerent, inopinato regis caſu Palæſtini territi acie exceſſerunt. Ipſe Hieroſolymam relatus paucis diebus dolore vulneris moritur, quum annos vnum & triginta rex fuiſſet. Hieremias prophera eius interitum miſerabili carmine lamentatus eſt, diuinoq; afflatus numine teterrimam cladem, quæ vrbi inſtabat, populiq; captiuitatem prædixit, quæ Ezechiel & ipſe prophetico impul ſus ſpiritu, ventura vaticinatus eſt: ambo quidem ſacerdotes, ſed Hieremias diuti⁹ in vrbe verſatus, quippe qui a tertiodecimo Ioſiaci regni anno, ad id tempus, quo populus Baby-

Anci Martij opera.

Anci in-teritus.

Ioſiæ in-teritus.

Hiere-mias.

Ezechiel

Ioachimi captiuitas.

Aegypti fabulosa vetustas.

Psamnitici facinus.

Latonæ oraculũ.

Iones in Ægyptũ appulerunt.

Labyrinthus.

Myrios stagnum

Passus. Pes.

Longissima obsidio.

Necepsos.

Regnorũ collatio.

Aliattes, Cyaxares.

Trasibuli consiliũ.

Trasibuli facinꝰ.

Scythæ facinus.

Ionem captiuus migrauit, Hierosolymis esse perseuerauit. Iosiæ Ioachimus filius succeſſit. Hunc Necho ex Medica expeditione reuersus ad se in castra accersitum in vincula coniecit: Eliachinum eius fratrem, qui Ioachimus & ipse dici maluit: Hierosolymitano regno præfecit, annuo ei tributo imperato. Ioachimum vinctum secum in Aegyptum abduxit, vbi mœrore confectus, breui vita decessit. Tris menses regno potitus est. Miratur Eusebius hæc ita esse tradita, quando Nechonem hunc, in sacris libris Pharaonem legeret appellatum, de quo nomine longior alibi a nobis habitus est sermo. Nunc illud adiiciam, Nechonẽ hunc ab Herodoto, quem sequimur, non Nechaonem, vt quidam scribunt, vocari, quem a Sabacho ait Aethiopum rege interfectum, filiumq; in Syriam ausugisse, quum adhuc pene puer esset, indeq; a Sanis Aegyptijs reductum, vnum ex duodecim regibus qui vno tempore in Aegypto fuerunt, creari contigisse, post Tethonis regis interitum. Mira sunt & a fide multum abhorrentia, quæ hoc loco Herodotus de Aegyptiorum vetustate refert, a Minete rege, qui primus in ea terra rex fuit, ad Sethonem ipsum, qui fuit Vulcani sacerdos, idemq; & rex, progenies hominum trecentas intercurrisse, atq; vnam & quadraginta, quæ vndecim milia annorum haberent trecentosq; & sexanginta, vt centum anni tris contineant progenies. Quo tempore interuallo bis solem prædicent occidisse, vbi nunc oritur, totidemq; vbi occidit oriri contigisse. Hæc tum Herodoto Aegyptij sacerdotes persuaserẽ, grande ei cœnaculum monstrantes, vbi CCC. quadraginta quinq; colossi longa serie stabant, neq; nomine, neq; rebus gestis discreti, quo apparet commentum illud gentis fuisse, ad arguendam vetustatem suam, cuius vsq; ad ridiculam mendacia fuit ostentatrix. Post Sethonem igitur duodecim reges creati, sanctissimo fœdere ab initio inter se pacti, ne sibi alius alij insidiarentur, sicq; fida cõspiratione Aegyptum administrarent, interim oraculo cognitum est, vt is qui ferrea phiala in Vulcani esset templo libaturus, solus Aegypti regnum obtineret: nec longo deinde tempore interiecto, quum forte in Vulcani æde solenni sacro reges omnes starẽt de more libaturi, Annsites templi numero aberrans singulis, præterquam Psamnietico, qui vltimo loco steterat, phialam obtulit, qua ille necessitate adactus, detracta sibi galea, libauit, ferebat tum ipse vt cæteri reges galeam, eaq; re animaduersa, confestim oraculi memoria circunstantium animos subijt, ratiq; id consilio factum, dignum Psamnieticum iudicarũt, qui morte mulctaretur: cæterum cum id casu contigisse cognitum est, præcipua regni parte exutum, in palustrem Aegypti partem relegarunt cæteri reges ea lege, vt reliqua Aegypto abstineret. Eam ignominiam egre tulit Psamnieticus, secretaq; consilia agitabat, vt præsentem contumeliam vlciscereꝰ. Ex Latonæ interim oraculo, quod in Buti vrbe omnium verissimum apud Aegyptios habebatur, relatum est fore, vt æreis viris auxiliaribus quandoq; vsus, qui e mari affuturi essent, se Psamnieticus in summam dignitatem vindicaret: nec multũ deinceps temporis præcessit, quum Iones Caribus mixtis prædandi studio maria lustrantes, vi tempestatis voluntario cursu excussi, Aegyptum tenuerunt. Vnus interim indigenarum eos in littus egressos cõspicatus, nouitate rei commotus, trepide Psamnietico nunciat, æreos homines adesse: cataphractum militem Aegyptij ad id tempus nunquam viderant. Sensit ille fatale tempus adesse, cõfestimq; inito cum Ionibus & socijs fœdere, multis pollicitationibus in destinati belli partes traxit, hisq; copijs frætus Psamnieticus facile reges a quibus fuerat relegatus e medio sustulit, totiusq; gentis vnus est ditionem adeptus. Durauit ab his principijs initium cum ea gẽte commercium. Aegyptiacæq; res notiores sunt Græcis factæ. Quo credo contigit, vt Herodotus res eius gentis ab Psamnietico potissimum sit scribere exorsus, velut notiore fama perceptas: cum vetustiora sparsim esset executus. Nos quoq; eius vestigia secuti, nihil post Israelitarum ex ea terra egressum in Aegyptiacis sumus rebus cõmorati. Extiterunt ad posteros Psamnietici monumenta pleraq;, & eorum aliqua cum cæteris regibus, priusquam esset in exilium actus, cõmunia, vt Labyrinthus supra stagnum Myrios vrbem versus, quę crocodillorum est dicta, in quo sex milia domiciliorum fuisse traduntur: Pyramidesq; in lateribus maiore admiratione dignæ, quã Ephesiæ Dianæ templum. Nec stagnum Myrios humano opere factum minus conspicuum. Fuit id Labyrintho proximum circuitu trium miliũ & sexcentorum stadiorum, ab Aquilone in austrum porrectum, quinquaginta passuum altitudine, in quo medio duæ Pyramides quinquaginta passus aquis extantes, pari mensura in imum vadum depressæ. Passus senis pedibus constat quaternis cubitis. Pex sexdecim digitis. Sex mensium spacio, Nili corriuatione repletum id stagnum. Regnauitq; Psamnieticus annos quatuor & quinquaginta. Herodotus décem annos huic numero ademit. Oppugnauit is vnde triginta annos Azotum Syriæ vrbẽ, ac postremo expugnauit: nulla vnquã vrbs longiorem, quod memoriæ proditum sit, tulit obsidionem. Necho autẽ nomine appellatus Psamnietico successit, qui & Necepsos est ab alijs dictus, fuerit ne hic mathematicus ille illustris, cuius Plinius meminit, an alius ab eo diuersus, haud facile dixerim. Fuerunt reges cum M. Ancio præter Psamnieticum & Iosiam, quorum gesta longiore executi sumus sermone, in Macedonia Philippus Arei filius, qui aliquot ætates eum præcessit, qui magni fuit Alexandri pater. Sadiactes in Lydia quem quum duodecim regnasset annos, Aliattes successit. In Media Cyaxares, & Parian der Cypseli filius Corinthi rerum potitus est. Fuit Aliattes hostis Cyaxari primo, mox affinitate illi est iunctus. Belli inter eos gesti origo fuisse traditur, quod seditione inter pecuarios Scythas orta, manus ingens eorum, patrio solo pulsa, in Mediã concessit. Hos Cyaxares benigne complexus, etsi supplices ad se venissent, familiariter affari tradeq; illis Medicos pueros arcu & sermone instituẽdos. Interiecto deinde tempore, quum Scythæ assidue venatum irent, ac ferę semper aliquid afferẽt, contigit tamen quandoq; vt nihil domum tulerint, quos sine venatione reuersos intuitus Cyaxares, vt ingenio fuit iracundo, multis eos probris insectatus est, quam illi cõtumeliam haud ferendam rati, expueris quos institituebant vnum trucidatum in dissectæ ferę speciem regi obtulerunt: celeriq; deinde fuga in Lydiam ad Aliattem perfugerunt. Eos Cyaxari reposcenti: nam Rex & alij qui conuiuio interfuere, ex humanis carnibus ferinas rati gustauerant, quum Aliattes eos tradere recusasset, bellum inter Medos Lydosq; conflatum est, quinq; annos vario euentu vtrinq; bellatum: dimicatumq; est etiam nonnunquam noctu atrociter. Sexto deinceps annò collatis signis, quum neutro



Deliquium solis sub Aliatte.

Fœdus antiquo more.

Ad tibia rũ cantũ Aliattes exibat in hostem.

Mineruę phanũ.

Periãdri interitus.

Arionis casus.

Arion a Delphino excipitur.

Mira de delphini & hois cõmemoratio.

neutro adhuc acies inclinasset, contigit vt repentino solis deliquio nox ex die sit facta. Quam lucis mutationem, aliquot ante annos Thales Milesius, de quo non multo post dicam, Ionibus prædixerat futuram. Tenebrarum igitur interuentu, pugna dirempta est, animisq; ad pacem inclinantibus, fœdus futuramq; amicitiam affinitate sanxerunt: Arsena Aliattis filia Astyagi Cyaxaris filio connubio locata. In fœdere sanciendo, vetusto gentis instituto, memorabile illud seruatum, vt brachia circa humeros ferientes, vterq; alterius sanguinem lambserint. Post Medicum bellum Cimmerios Aliattes Asia expulit: Smyrnã vi cepit, & Clazomenas bello inuasit, vnde euentu frustratus infecta reabijt. Sed hæc obscuriore fama ad posteros prodita. Illustrius bellum quod a patre acceptum cũ Milesijs gessit. Gerendæ rei ratio non nihil a cæteris bellandi vsu diuersa fuisse traditur. Enimuero Aliattes velut statis expeditionibus, vbi fruges adoleuissent, hostibus instare. Tum vero ad fistularum cantum, fidiumq; ac tibiæ hosticum ingressus, Milesij agri arbores & sata populari: campestrium tectorum & cæterarum rerum iniuria perinaciter abstinere. Quinquennio sic bellatum, quo temporis spacio Milesij semel atq; iterũ acie sunt victi, in Limineto prius, mox in Meandri campis, duodecimo belli anno ineunte (nam ab Aliattis patre sex annos Milesij fuerant prius vexati) quũ forte incensis de more segetibus, Assesiæ Mineruę phanum deflagrasset, nec ita multo post reductis domum copijs Aliattes in grauem morbum incidisset: Delphos misit, q̃ de valetudinis euentu oracula cõsulerent. Negauit vates Pythia se vllum daturam responsum, nisi Assesiæ Mineruæ prius templum Aliattes instaurasset: qui huiusmodi necessitate districtus, Miletum ad Thrasibulum (is tum Milesiorum erat tyrannus) misit, qui cum eo tantisper inducias pacisceretur donec Mineruæ templum reficeretur. Thrasibulus qui de legatorum aduentu nonnihil antea factus erat certior, quicquid tritici in vrbe fuit, in publicum deferri, tanquam venale imperauit, nec emptorem inuenirent, ciues & ipsi iussu velut omnia affluerent in aperto cõiuuari. Ficta hæc opulentiæ species legatorum oculis præter opinionem oblata, causam Aliatti prebuit soluendi cum Milesijs belli, quum post tot fœdas populationes nullo rei frumentariæ incommodo affecti putarentur. Neq; pax fuit Milesijs reddita, sed socieras est etiã ab Aliatte cum Thrasibulo inita. Ferunt hunc quandoq; a Periandro per fidelissimum internuncium rogatum, quo pacto posset sibi Corinthiorum principatum stabilire, nihil nuncio respõdisse, sed sequi iussisse se extra vrbem, ibiq; quum agri segetem præteriens, altiores spicas baculo decussisset, hominem recta Corinthum abire imperauit. Hæc postea quam Periandro renunciata sunt, causam illi præbuere, vt principibus ciuitatis, alijs alia vi interfectis, Tyrãnidem sibi in posterum firmauerit. Miror hunc Periandrum in eorum numero, quos Græcia sapientes appellauit, quorundam iudicio relatum, qui & Lysiden vxorem (alij Melitam fuisse) bunt) in pellicis gratiam interfecisse dicantur, & vt Aristippus prodidit, sciens volensq; cum Cratea matre concubuit, filium relegauit, & Corcyrenses natos, quantum in se fuit, Aliatti excæcandos præbuit. Cæterum quam infesta illi omnia fuerint, sub extremum vitæ tempus, ipse commentitio sepulturæ genere declarauit, quippe qui veritus ne insepultus iaceret, duobus robustis militibus occulte mandasse dicitur, vt via quadam noctu ingressi, qui primus hominum eis occurrisset, ferro obtruncarent, ac quam occultissime quirent corpus humi conderent. Mox quatuor seorsum missi qui duos illos nocturnis exceptos insidijs interficerent, interfectos humarẽt, secuti qui hos quatuor ex improuiso peremerunt, horum quoq; per cussores pari fraude a pluribus oppressi, omniaq; nocte vna, inæqualibus interuallis gesta, ipse primis duobus se ignotum obtulit, a quibus ferro exceptus perijt, ignobiliterq; ex sententia est humatus. Eodem tyrannidem tenente memorabilis ille Arion incidit casus, vt scribit Herodotus. Fuit Arion nulli eorum qui ea tempestate fidibus canebant, fama & celebritate secundus, in Lesbo natus, patria Methymneus, docuitq; primus omnium Corinthi Dithyrambum. Cæterum quum diu apud Periandrum fuisset, cupido animum iniecit videndæ Italiæ, vbi magna cum gratia versatus, posteaquam grandem sibi pecuniam quæsiuit, Corinthiorum nauigium conduxit in Achaiam rediturus, haud temere alijs ob aurum quod secum vehebat ausus se credere. Nullus enim grauior homini comes in solitudine, nulla res viatoribus infestior, quippe quæ ex hospitibus hostes pariat, & inter notos percussorem inueniat. Vbi igitur in alto euectus est, nautasq; suis rebus inhiare, capitaliaq; de se consilia agitare vidit, vltro illis omne aurum obtulit: tantum mortem deprecatus, quod ipsum non modo non persuasit, sed confestim in subiectos fluctus desilire iussus est, aut sibi manum inferre. Tum ille his malis circumuentus, cum lachrymis rogare pergit, vt priusquam id fieret, se elegantiore cultu amictum, paululum canentem audirent. Id quum haud grauate impetrasset, super foros stans Orthrium exorsus est carmen, nec diu tius moratus, vt erat insigniter cultus, ipsamq; Cytharam tenens in mare dissiluit. Mirum hic accidisse ferunt, vt cadens a Delphino sit exceptus, & in Tænarum Laconiæ promontorium perpetuo cursu delatus, indeq; pedestri itinere Corinthum ad Periandrum veniſſe. Hic quum ordine quæ acciderant ab eo exponerentur, nullãq; apud Tyrannum facerent fidem, tanquam in custodia est habitus, donec Corinthij nautæ appulerunt, qui ad Periandrum venire iussi, de Italiæ statu primum appellati, mox mentione de Arione iniecta. Ecquid haberent ne quid de eo rogati certi aliquid dicerẽt, feliciter hominem agere inquiunt, multaq; celebri tate Italicis vrbibus florere, incolumem a se Tarenti relictum, tum ad alterius partis mendacium arguendum, iussus est Arion eo habitu quo fuerat seruatus in conspectum venire, quo viso conuicti sceleris nautæ, nihil inficiari sunt ausi. Herodotus ingens in Tænaro ex ære donarium constitutum, Arionemq; Delphino sedentem, rei alioqui parum credibilis monumentum, ad suam vsq; etatem durasse ait. Sed neq; Herodoti autoritas, nec quia Lesbij & Corinthij constanti asseueratione veteri famæ astipularentur, apud me tanti fuisset vnquam, vt rem quæ multo sit fabulæ quam veritati propior, temere esse m referre ausus, nisi Mecœnas Flauianus, & Flauius Alphius, Plinius q̃, & Gellius, hos secuti, memoriæ prodidissent, Augusti Cæsaris temporibus, pauperis cuiusdam filium ex Bajis Puteolos literariũ ludum frequentantẽ, citro vltroq; tota Lucrini intercapedine pluresannos a Delphino gestatum. Circa Hipponem Aphricæ

alium ex hominū manibus vescentem, quāquam id ipsum minus mirum, & a Flauiano eius terræ proconsule vnguento perfusum memorant. Et ab Egesside proditum ait Plinius, in Ialiso Rhodio rum vrbe Hermiam puerum Delphinum longa consuetudine per fluctus equitantem, subita procella demersum. Idemq; & Naupacti accidisse, a Theophrasto est literarum monumentis datum. Quæ multa & varia de Delphino testimonia faciunt, vt si non omnino lectoris fidem ad hæc credenda astringam, non indigna tamen existimem quæ circa ruborem ad me referri deberent. Et hæc de Arione sunt memoriæ prodita. Clarueruntper

Hieremias. Sophonias. Olda. Dracō. Thales.

id tempus in Syria Palestina Hieremias, cuius mētio est nuper facta, & Sophonias haud obscura diuinatione, & cum his Olda mulier prophetica. Draco qui leges Athenien sibus ante Solonem scripsit. Thales Milesius Examij filius, qui Græcorum primus physicem tractauit, materno genere a Cadmo oriundus, omnium primus sapiens vocatus. Callimachus autor est cœlestem vrsam abeo obseruatam. Figuratur id sydus septem stellis, in quarū vna ex duabus posterioribus caudæ mundum verti Erachones, & Higinius Erachonem secutus, credidit. Idem solis defectum primus deprehendit, atq; eum qui in Medici belli tempora incidit, vt supra significatum est, aliquāto prius futurum dixisse fertur, eundem solem arbitratus est Lunæ proportione multo maiorē conuersiones cœli, & de animorum immortalitate, vt quidam prodiderunt, primus omnium disseruit. Mundum animal esse credidit, ac dæmonibus plenum. Anni tempora eiusq; vices obseruauit. Id temporis spatium in. CCCLXV. dies partitus est, Aegyptiorum disciplinam secutus, cuius gentis sacerdotibus, qui ijdem sunt apud illos, qui & sapientes,

Terpander musicus.

vt operam daret in Aegyptum nauigauit. Terpander Musicus his æqualis fuit, qui primus carmen ad Lyre concentum accommodauit. Milesij per

Boristhenes.

hæc tempora Boristhenem condiderunt: quæ eadem est & Olbia nuncupata, a fluminis ostio distantem stadia intra continentem ducenta. Miror Herodotum, in longissimo de Boristhene fluuio sermone, nullam oppidi huius mentionem fecisse. Hunc post Histrum omnium Europæ fluminum idem autor maximum arbitratus est, & ab Aquilone per Scythiam incertis, vt Nilū in Aphrica, fontibus fluere. Pascua circa ripas lætissima, precipueq; pecoribus accommodata, in ponticum erumpit mare, circa hostia vis salis ingens concre-

Antacei:

scit, Antaceorumq; piscium captura inibi frequēs vnde & salsamenta, quia ossibus id piscis genus careat, laudatissima, tanta fluuij perspicuitas, vt inter cæteros amnes, liquidius fluat, quadraginta die rum nauigatione cognitus. Sinope aliquando

Sinope.

post Boristhenem in Ponto condita est, fluuiali trium dierum nauigatione a Phasidis ostio, & in ora Macedoniæ quæ Ionio obuersa est Epidamn?

Epidamnus.

Corcyrensium id opus: Dyrrachium inde omis causa dici contigit, sed vetustiora sunt omnino, quæ Appianus de Epidamno, & Ioue qui nomen propinquo niari dedit memoriæ prodidit.

De Dodonei oraculi origine.

Est & Dodonei oraculi origo his tpib? interiecta, de quo fabulosa mihi videntur quæ eius loci antistites prædicare soliti dicuntur, geminas fusci coloris columbas ex Aegypto vno tempore deuolasse, quarum in Aphricam vna, altera in Epirum processerit, hæcq; fago fidens humana voce sit locuta, ibiq; loci, Iouis oraculū condi oportere, seq; interpretem futurā dixerit, fore, vt quicquid inde mortales didicissent, fato eueniret. Pari prædicatione quæ in Lybiam delata est Ammonis Iouis oraculum constituit. Hæc qualia mihi viderentur proxime testatus sum nisi aliquis, nec inepte, nō columbas illas, sed malos fuisse dæmones dixerit, qui vo lucrum specie Aphricæ & Europæ vno sint tempore insidiati, vt miseros mortalium animos, multis alioqui tenebris immersos, quibusdam adhuc maioribus, minusq; extricabilibus immergerent. Cæterum minus a fide abhorrent, quæ ab Aegyptijs Herodotus ait se didicisse, celebri sermone a maioribus traditum, mulieres duas, quæ Thebis sacerdotio fungerentur, a Phœnicibus inde deuectas, quarum vna sit in Aphricam ab his delata, in Epirum altera, oraculumq; ab vtraq; hic, vbi primum quiescere sit datum, multa religione constitutum. Et hæc fere in Martij Anci tempora incederunt, nisi hæc q̄ de duobus oraculis traditur, multo vetustiora habenda sint: quum ne autores quidem desint: qui Aeneam quum in Ambraciam venisset, terrestri itinere, ad Dodonæi Iouis oraculū

Anci regis exit?.

venisse scribant. Anco regi fatali necessitate subla to, L. Tarquinius in regnum successit. Is omnium primus regnum ambitiose petijsse dicitur, composita ad id oratione, qua est ad populum vsus, duobus Anci filijs tum pubescere incipientibus, quibus tutor relictus a patre, sub comitiorum tempus nequid illorum præsentia sibi officeret, venatum

Tarquinij oratio.

ablegauit. Summa eius orationis quam pro concione habuit, fuit hæc, vt diceret neminē indignari oportere, q̄ Romæ peregrini generis homo regnum peteret, haud enim rem se nouam affectare, quando Tatius olim non peregrinus modo, sed hostis quoq; Romani nominis factus rex esset, & Numa Pompilius, qui ne Romam quidem viderat, vltro ex Curibus Sabinis fuisset in regnum accersitus. Se vero, ex quo sui iuris fieri contigisset, Romam cum coniuge & fortunis omnibus vltro commigrasse, præcipuam vitæ partem, qua ciuilibus hominesfunguntur officijs, Romæ egisse: domi forisq; sub duce & magistro haud pœnitendo, domesticis militaribusq; institutis imbutū & edoctum. Et quod sine inuidia liceret dicere obsequio in regem a se cum ciuibus omnibus certatum, cū ipso rege beneficijs & liberalitate in ciues. Hæc il-

Tarquinius Rex creatur.

lum etsi ambitiose, vere tamen memorantem, populus regnare iussit. Ipse regnum assecut?, bellum cum Apiolanis primum gessit. Fuit hæc ciuitas ex priscis Latinis haud ignobilis. Belli causa inde orta, q̄ quum cæteri Latini, tum omnium maxime Apiolani, post Anci interitum latrocinio & excursionibus Ro. agrum infestauerant. Bis itaq; suorū auxilijs fræti, cum Tarquinio acie confligere ausi, toties prælio victi intra mœnia compelluntur, irrequieta deinceps oppugnatione fatigati, vrbem tueri ad vltimum nequiuere, quam vi captā hostiliterq; direptam victor Romanus incendit, ac funditus diruit, oppidanorum qui bello idonei fuerunt pauci superstites, traditis armis cum reliqua præda veniere, vxores & liberi in seruitutem ab-

Crustumerij.

ducti. Inde in Crustumerios rex duxit, qui sub Anci regis interitum, cœperant cum Latinis sentire. Suis itaq; viribus diffisi Ro. portas aperuere, recepta vrbe Tarquinius paucis qui fuerāt defectionis autores in exilium actis, cæteræ dedit multitudini veniam. Adiecit his recētes colonos, ne qua in posterum veterib? nouarum rerum occasio relinquere

Nomentani.

retur. Nomentani qui in eadē causa fuerunt, & ipsi veniam



Collatini.

veniam precibus impetrarunt. Collatini in aciem descendere ausi, insigni clade accepta, trepide intra mœnia refugerunt. Mox arcta obsidione pressi, cum nulla a socijs mitterentur auxilia, dedere se coacti sunt. Tarquinius tam clementer in hos, quā in Crustumerios & Nomentanos vsus est victoria, deditis arma adimit, pecuniam imperat, fratris filium Egerium nomine perpetua potestate vrbi præficit, qui a præfectura Collatinus est postea cognominatus, quæ in familia appellatio perpetuo māsit. Hoc rerum successu Tarquinius elatus, Corniculum Latinorum vrbem, vt tum res Latij erāt, valde opulentam oppugnat. Cæterum priusquā mœnibus copiæ admouerētur, oppidanos ad colloquium vocatos, Rex ad Romanam amicitiam hortatur: sed quum nihil inde pacatum redderetur totis viribus vrbē aggressus est, multum diuq; hic laboratum, Corniculanis fortiter resistentibus: Romani contra prædæ cupiditate accensi, vi muros transcendere summa ope cōtendunt. Fuit itaq; obsidio longa & laboriosa, demum fessis hostibus, omniq; auxiliorū spe abiecta, quum varie sentire cœpissent, erant qui hostem quibuscunq; conditionibus intra mœnia accipiendum censerent, alij trahendum bellum, durandumq; dicere, quoad vita superesset, patriam penatesq; tuendos: quæ animorum dissensio quum pristinam illam tuendæ

Corniculum capitur.

vrbis conspirationem soluisset, nec res procul abesset a seditione, Romani subita vi vrbem occupant, pauci ex puberibus viui in potestatem venere, cæteri pugnando fere ad vnum occidione occisi sunt, vrbs direpta & incensa, imbellis multitudo in seruitutem abducta. Latini vnius vrbis excidio commoti, tanto animorum consensu, quanto ad id tempus nunquam alias, bellum instruunt, Romanumq; agrum ingressi, partem illius optimam fœde populantur, ingenti simul præda inde abducta. Occurrit eo Tarquinius trepidis nuncijs excitus, cū expedito exercitu, hostesq; in Romano agro non repertos (abierant enim honusti præda in pactum) vlciscendæ cladis cupidus, in hosticū transijt vagaq; populatione effusus, parem hostibus cladem, paucis diebus rependit. Mutuis deinceps excursionibus Romanus Latinusq; vterq; alterum incessere, donec prælio haud procul Fidenis commisso, Latini victi castris exuti sunt. Tum victorem Tarquinius exercitum aliquandiu circumegit, Latinosq; mœnibus clausos territare, hic demum Latinorum plericq; populi, vicinorum exci-

Latinorū opes sed misfractę.

dio perculsi, de imperio recipiendo cōsilia agitare. Etiam Fidenates, Camerij, & alia quædam oppidula, vltro Romanis armis cesserant. Latini veriti ne ad alios populos serperet ea animorum inclinatio, atq; ita omne Latium Romano populo subijcerētur, suis opibus diffisi, ad alienas confugiunt, Sabinosq; & quinq; Hetruscorum vrbes, in societatem belli ascisc unt, ipsi totis viribus connixi, cum valido armorum apparatu Romanos fines irrumpunt: Tarquinius omnem vim belli in Latinos flexit, castraq; castris contulit. Hic plures dies, quū vtriq; alteros timerent, de summa belli haud decernere ausi, leuia inter se prælia, per occasionem alterius partis obibant. Demum accensis vtrinq; animis ad pugnam totis viribus est ab vtraq; parte concursum. Fuit prælium per diem atrox, neutro tamen adhuc fortuna inclinante, interuentu noctis est oppressum. Postero die, vbi primum illuxit, Tarquinius in conspectu hostium aciem in procinctu habuit, vt pugnæ cupidis faceret dimi-

candi copiam. Cæterum Latinis prælium detrectantibus, Rex per ocium spolia legit, suosq; sepul

Atroxcertamen.

turæ dedit, postridieq; eius diei auxiliares Hetruscorum copiæ in hostium castra venere. Quibus Latini fræti, iterum in æquum descendunt. Nec Romanus, quanquam hostium vires auctas cerneret, certamine abstinuit. Atrox ab initio concursus fuit, pugnaq; diu anceps, inde vero a sinistro cornu Romana legio parum fortiter Hetruscis resistebat, quum re ad Tarquinium, qui dextero cornu pugnam ciebat, trepide delata, iussis qui aderant locum strenue tueri, cum ala vna equitum, robustissimorumq; peditum parte subsidijs subtracta, paululum post aciem circumuectus, in Hetruscā cohortem quam maximo potuit impetu est inuectus, turbauit improuisa res hostium animos, mox & pedites, qui pulsi erant in pugnam reuersi, momento temporis, Hætruscis in medio cæsis,

Latinorū cædes.

dexterum Latinorum cornu fudere, secuta deinde & ab altera parte fuga. Tarquinius, vbi hostem turbatum, illiusq; spem omnem in pedibus repositam vidit, celeri cursu ad inimica castra contendit, quibus priusquam Hetruscus a pauore se reciperet potitus est. Cædes haud vno loco edita, & qui in castris erant, qua cuiq; proximum fuit, in subiecta loca dilapsi, & ab Romanis equitibus excepti, passim trucidantur. Alij exacie digressi, pauidiq; in castrorum munitiones incidentes, pene prius cæsi sunt, quam castra ab hoste teneri animaduerterint. Ita duobus malis metu & pauore circumueti, post terrimam cædem, abiectis armis, se suppliciter dedunt. Tarquinius, præter captiuos, quos sub corona vendidit, cæteram præ-

Latinorū deditio.

dam militi diripiendam dedit: inde cum victore exercitu Latinorum oppida oppugnatum ire pergit. Latini recenti clade fracti omnes ad vnum Romanis armis cessere, a quibus perfugas, & mancipia in agris capta Tarquinius recepit. Cæterum nec stipēdiarij, nec vectigales facti, sed in amicitiā populi Romani societatemq; recepti. Rex victor Romam reuersus, de Latinis triumphauit. Nec diu Ro. arma quieuere. Sabini suorum consiliorū consci, societatisq; cum Latinis initæ, rati ita futurum vt Ro. qui cum ea gente iam bellum profligatum haberent, in se omnem vim armorū verterent, bellum inferre occupant, vt in Ro. agro, potiusquam in suo armis disceptaretur, nec multo post acriter cum his est dimicatum, fuitq; certamē ipsum perdium, atq; anceps, primisq; se tenebris intendenti-

Sabinū bellum.

bus pugna direpta est. nec Ro. Sabinive plures dies aliquid dinceps mouere, neq; obsidentes ipsi, neq; ab vllo obsessi silentium vtriq; intra vallum tenuerunt. Demum nullum maius certamen experti, domum reuersi sunt, vt maioribus viribus per ocium comparatis, de summa rerum iterum inter se dimicarent. Liuius ob inopinatam vim belli prius ait hostem Anienem superasse, quam illis obuiam iri potuerit, ibiq; dubio marte pugnatum, reductisq; Sabinorum copijs in castra, Tarquinius Romam reuersum, suas vires nouo equite, qua parte rem Romanam laborare sensérat, firmaturum. Hic quum ad veteres centurias quas Romulus scripserat, alias addere statuisset, suoq; nomine insignire,

Actius Nauius.

id quia inaugurato Romulus fecerat, negat Actius Nauius clarus ea tempestate Augur, nisi secundis auibus, posse centurijs ipsis addi quicquam, aut adimi, tum rex ægre ferens se ab intempestiua religione interpellari, ad fidem artis eleuandam, age inquit Acti etsi potes quamprimum mihi expe-

Augur.

dias,an inaugurato fieri posſit, quod animo concepi, quum ille rei ipſi, quancunq; animo voluraſſet, aues addicere renunciaſſet. Aſt ego(rex ait)animo agitabam, cotem hanc nouacula diſcindere. Cæterum an vera tuæ aues denuncient,tute ipſe experire. Incredibile eſt, quod ibi euenisſe aiunt cotem tonſorio cultro haud cunctanter a Nauio diſciſſam,quę res effecit, vt ranta iam inde auAuſpiciorum ſuperſtitio. toritas arti acceſſerit, vt nihil publice domi foriſve niſi auſpicato fieret: concilia populi, exercitus vocari, quicquid publici negocij inchoandum erat, niſi aues admiſiſſent,ſolueretur. Statua Nauij eodem loco, quo res acta eſt, velato fuit capite in comitio ad leuam Curiæ,cum cote, vt eius miraculi extaret monumentum. Rex ne contra religionem tenderet, de equitum centuriis nihil mutauit, veteri numero tantum alterum adiecit, vt mille & ducenti equites in tribus centuriis eſſent, ſub ijſdem nominibus quibus priores fuerant appellati. Liuius Ramnenſes, Luceres, & Tatienſes vocatos ſcribit: Dionyſius non centurias ſed tribus, quæ tres ab initio fuerunt, his nominibus vocatas exiſtimat. Hac copiarum parte Tarquinius auctus in hoſtem redijt, iam enim Sabini Hetruſcorum fręti auxilijs bina caſtra circa Anienem fecerant. Eſt is fluuius ex quadraginta amnibus qui
Anien fluuius. Tyberi miſcentur, poſt Naren maximus, in Trebulanis oritur montibus. Strabo quod miror, ex Alba per Marſos primo fluere dixit. Cæterum contractus ac paſſim confragoſus præter vicum Varronis,Tybur uſq; progreſſus,præcipiti caſu in Caractam deijcitur, vnde cum ſtrepitu & ruina exeuſſus, poſtquam emerſus, per cautes & ſaxa nõ nihil fatigatus, aliquandiu per æquiora etiam loca impacatus ruit, ſedato mox alueo, ac vbiq; fere nauigabilis, Tyberi, haud procul Fidenis, infunditur. Anius Hetruſcorum rex id fluuio nomen deriſſe fertur, quum prius Parenſius diceretur. Is filiam a Iatronibus interceptam, quum eo vſq; ſecutus recipere nequiuiſſet, doloris impatiens vltro ſe in amnem præcipitans perijt. Binis itaq; caſtris
Tarquinij ſtrategema. parumq; inter ſe diſtantibus,circa Anienem, vt dixi metari erant hoſtes. Tarquinius locum ſuperiore ripa caſtris cepit paulo eminentiorem. Hic priuſquam cum hoſte confligeret, arte aliqua opus eſſe ratus, vt hoſtem, quo numero militum erat inferior, ingenio ſuperarer, ad terrorem illi incutiendum, ingentem vim lignorum incenſam, ſecundo fluuio, paulo ante lucem in ſcaphis & ratibus ad hunc vſum quæſitis dimiſit. Quæ ſublicijs eius pontis impactæ, quem Sabini a tergo habebant, vt commeatum ex pacato acciperent, confeſtim ſuperimpoſitas phalangas corripuit. Miraculo fuit primo antelucana illa flamma Sabinis. Mox vbi pontem deflagrare animaduerterunt, multi ex proximis caſtris ad reſtinguẽdum ignem temere decurrunt. Inuadit illico Romanus ſtructa acie hoſtium vallum haud vno loco, vt qui in aduerſa erant caſtrorum parte, ſubita oppugnatione occupati lateri, quod erat in flumen obuerſum, quodq; magna fuit ex parte militibus nudatum, ob concurſum ad amnem factum, opitulari nequirent. Modico igitur negocio Tarquinius caſtris
Sabinorũ clades. eſt potitus, cædes & conſternatio ingens ſecuta, multi metu in flumen temere ruentes, aquarum impetu ſuperati perierunt. Sed vix bene caſtra quę citra flumen hoſtes fuerant metati, per hæc capta fuerant, quum aduerſa parte fluminis exauditus eſt eorum clamor, qui per noctem ſcaphis amnem traiecerant, vt Hetruſcorum caſtra, quę erant vltra Anienem, eodem tempore inuaderent, nam & illi improuiſo acceſſu, pene prius caſtrorum munitiones irruperunt, quam adeſſe putarentur. Ita bina hoſtium caſtra vno tempore Rom. eſt adeptus. Ferunt Sabinorum ſcura ſecundo Aniene, inde Tyberino fluuio ad vrbem delata, prius pene quam nunciari poſſet, inſignem victoriam feciſſe, præda ingens parta, quam cum captiuorum multitudine Romam Tarquinius miſit, hoſtem perſecuturus. Spolia hoſtium, quæ noctu, pro põtis credo deflagratione, fuerant Vulcano vota, in vnum congeſta incendit. Liuius autor eſt. Sabinos poſt eam cladem reparatis viribus, iterum acie congreſſos, actum quoq; prælio victos quieuiſſe. Collatiamq; tum demum illis adẽptam. Dionyſius præterquã eam vrbem iam ante Romanorum factam prodidit, Sabinos ait caſtris ad Anienem exutos inducias in ſex annos impetraſſe, quibus domitis Hetruſci, totius gentis nomine, bellum in Romanos inſtruxerint publico decreto edictum, vt qui eam militiam detrectaſſet, extra corpus Tuſci nominis haberetur, copias educunt, Tyberiq; traiecto ad Fidenas caſtra muniunt, vrbem proditione capiũt, magnaq; colonorum parte, qui diuerſæ erant factionis, inde abducta, validoq; præſidio ad cuſtodiam loci relicto, in Romanum excurrunt agrum; ne inde multum in hoſtico fuere, ſed flumine traiecto honuſtus pręda exercitus in pacatum abijt. Tarquinius acceptæ cladis vltionem accelerans, domeſticis externiſq; copijs contracto exercitu, biper tito in hoſtem mouit: Egerio cum auxiliaribus Latinis ad Fidenas oppugnandas relicto, ipſe cum cętero exercitu Veiẽtanum ingreſſus agrum, omnia hoſtili populatione fœdauit. Interim qui Fidenis
Egerius caſtris exuitur. preſidio erãt, auxilijs ex Hetruria occulte acceptis, in Egerij caſtra impetũ faciunt, q̃ parũ attente cuſtodita, primo impetu capiunt: inde diſpalatos milites, qui pabulatum exiuerant adorti, multam paſſim cædem edidere. Sed quam hic res male geſta eſt, tam feliciter circa Veios prouincia Tarquinij ductu eſt adminiſtrata, qui cum omnibus fere Hetruriæ copijs, proſpere dimicauit, inde late agros populatus, Agyllaq; nõnihil oppugnata(apud Dio-
Agylla? nũc Cere nyſium Acyllam reperio, fuit id oppidum Cereenſeis nominatum)hic aliquandiu ſtatiua habita. Cæterum quum fruſtra ob loci ſitum res mota eſſet, copijs citra Tyberim reductis, Fidenas laborioſo certamine recepit. Fidenatiũ qui fuerant
Heretus vicus. defectionis autores, alij cæſi virgis, ſecuri ſubiecti ſunt, alij in exilium acti, vrbs ipſa præſidio firmata eſt. Vltimum Tarquinio bellũ cum Hetruſcis ad Heretũ fuit, eſt is vicus Sabini agri Tyberi propinquus, hic illi caſtra fecerant in ſpem adducti, fore, vt quando induciarũ rẽpus exijſſet, cõmuni nomine Sabini ſecum rem in Ro. gererent. Verũ longe aliter euenit: nam cõmuni conſilio Sabinorum nulli ob recentẽ acceptarũ cladium memoriã, bellum ſuſcipere ſunt auſi. Plerici; ſponte ſua in Hetruſcorum caſtra venere, quibus illi fręti, quia nõ nihil eiuſmodi auxilijs ſuas vires auctas videbãt: cũ Ro. legionibus, quæ regis ductu præſto affuere, manus cõſerũt, fuitq; ea pugna nihilo illis proſperior, quam priores illæ duæ fuerant, multumq; famæ Ro. regi ex ea victoria acceſſit. Patres vt trium phans in vrbem rediret decreuerunt. Ipſe nec diu Romæ commoratus, in hoſtes recenti clade percuſſos duxit. Tum vero omne Hetruſcum nomen, dãnatis armis toties infeliciter motis, maiores natu mittunt



tu mittunt, vt pacem quibuſcunq; legibus poſſent cum Ro. rege componerent. Tarquinius ſolam confeſſionem principatus ab eis petijt, libertatem
Hetruſci Roanis de imperio cedũt priſtinaq; iura ſeruaturum ſe pollicitus: irẽt & ſuorum popularium animos explorarent, an caput & arcem imperij Ro. dici vellent. Tum ſi ea res imperata foret, futurum, vt cætera conuenirent, cum his dimiſſi legati, qui haud multo poſt cum priInſignia imperij tuſci. parus inſignibus aſſuere. Inſignia quæ illi ad regem attulerunt hæc dicuntur. Corona aurea. Sella eburnea. Sceptrum habens in ſumma cuſpide aquilam, Tunica purpurea. Fuerunt qui &. XII. ſecures, quæ deinceps reges & conſules qui poſt illos ſecuti ſunt, præceſſerunt, inde ſumptas crederent. Strabo præter cætera inſignia ab Hetruſcis accepta adijci t & tubas. Tarquinius inuidiam declinans eorum vſum non prius recepit, q̃ de ea re patres autores facti ſint: Ea omnia ornamenta ſummi in vrbe magiſtratus, corona tantũ & picta toga ademptis, poſt exactos reges vſurparunt. Nouiſſimum bellum Tarquinius cum Sabinis geſſit, quoniam eos qui cum Hetruſcis ad Heretum militaſſent Ro. deditos noluiſſent, quum ad ſuppliciũ requirerentur. Vtrinq; igitur bello ſumma ope inſtructo, Sabini Anienem tranſgreſſi, in Ro. agrũ tumultuoſe irrumpunt, lateq; effuſi cædis & populationis omnia complent. Occurrit eo Tarquinius ex vrbe excitus nec procul ab hoſtium vallo concedit, abſtinuitq; ædiu a dimicatione, donec cæteræ copiæ ex vrbe affuiſſent tum vero in æquũ deſcendit, pugnęq; hoſtibus copiam fecit, nec Sabinorũ bellum. certamen detrectauere, ferocia & militum numero nihilo Romanis inferiores. Inito prælio, haud minore ardore & vi animorum in acie perſtitere, q̃ manus a principio conſeruerant, donec conſpecta a tergo noua acie, ne in medio cæderentur, ad fugã inclinarunt. Fuerant pedites mixto equite per noctẽ in inſidijs ad hoc ipſum locati, q; ardore pugnæ ſubito ex inſidijs coorti, tantum terroris hoſtibus iniecere, vt continuo fugam fecerint. Multi igitur in acie, ſed in fuga multo plures interfecti: capti etiam cẽplurimi, vt ex opulẽto nuper exercitu pauci in proximas vrbes effugerint, caſtra ab ijs, qui ad preſidium relicti fuerant, perditis rebus Ro. dedita ſunt. Repararunt haud multo poſt Sabini afflictas opes, copijſq; in vnum contractis, caſtra in aperto metari ſunt. Nec Ro. rex qui ad hos nouos conatus opprimendos occurrerat, quum hoſtem ad certamen prouocaſſet, elicere potuit, vt in æquũ deſcẽderet, leuia quędam prelia, eaq; tumultuaria, vt inter pabulatores, per aliquot dies commiſſa.
Targnij ſtratagema. Tarquinius longioris moræ impatiens vijs circa caſtra inſeſſis, omnẽ pabulandi occaſionem, alteriuſve commeatus importandi, hoſtibus ademit. Senſerunt illi continuo famem, pauciſq; diebus rerum omnium inopia adacti, ſilentio noctis, pluuioq; & ſtrepenti cœlo, per loca deuia ſtationibus auerſa tantum arma habentes in pacatum abiere. Ita bellum in quintum annum diſtractum, poſtremo nõ per partes, vt antea, ſed omne Sabinum nomen, delectu ex omni ętate, quæ arma ferre potuit, accuratiſſime habita, in extremum pugnæ diſcrimen deſcendit. Qua latinorum Hetruſcorumq; auxilijs fretus longe ſuperior Ro. fuit: ea demũ acie totius gentis opes ita prorſus concidere, vt Tarquinio ſequenti anno eorum fines ingreſſo, minaciter
Cedunt Sabini Romãis. q; denunciãti niſi in aciem deſcenderent, vrbes oppugnaturum ſeſe: vniuerſum nomẽ Sabinum, vt Hetruſci fecerant, per legatos deditionem fecerit. Iſdem quibus illi legibus ſunt Sabini in fœdus & amicitiam accepti. Illud modo expreſſum vt Romæ caput eſſet imperij, & hæc ſunt quæ Tarquinius bello geſſit: quorum præcipuam partem miror a Liuio prętermiſſam. Nec domeſtica multo illis inferiora: ab initio enim regni centum in patres legit, qui minorum gentium ſunt deinde appellati: ſic. CCC. numero ſenatores eſſe cœperunt, quum ad id tempus. CC. nec amplius fuiſſent, duas veſtales priori numero adiecit. Perſuaſum ſcio fuiſſe quibuſdam, ſupplicium quo veſtales in
Prima veſtaliũ necata. cęſti conuicte affici conſueuerunt, vt circa Collinã portam viuæ terram ſubirent, ab eodem rege excogitatum: Pinariamq; primam omnium eo regnante ſic necatam. Circa forum tabernas & officinas ad ornatum ſimul & vſum inſtruxit, muros vrbis rudi prius materia eductos, grandioribus ſaxis ad regulam formatis, primus moliri eſt adortus. Cloacæ quibus aquæ ſubterraneis fornicibus in Tyberim laberentur eiuſdem opus fuiſſe creditur, magnitudo operis ex eo, quod dicam, facile poteſt intelligi. C. Aquillius autor eſt Cloacarum re-
Circꝰ maximus. purgationem mille poſtea talentis a cenſoribus locatam. Extruxit & Circum maximum qui inter palatium panditur & Auentinum, cementitijs ſedilibus circa aream ædificatis, quũ antea ſub ligneis tabernaculis arida tectis arundine ſpectare moris eſſet. Liuius locum Circi tum primum deſignatum credidit, ſpectatumq; ab initio ex furcis ſpectacula duodenos pedes a terra ſuſtinentibus. Circi area tria & dimidium in longitudinem habuit ſtadia, latitudo eius quaternum fuit iugerum, id ſoli ſpatium tribus lateribus porticus paululum repãdæ claudebant. CL. milium ſpectatorum capaces. Templum quod rex Ioui, Iunoni, & Palladi bello Sabino vouerat, in Tarpeio colle extruendum deſtinauit, Liuius ſoli Ioui votum exiſtimat. Fundamenta igitur circunſcripſit Tarquinius, qui cẽ regno excidit, pene ad exitũ perduxit. Mox electis regibus a Puluillo eſt conſule dedicatum. Prætera medio eius regni tempore magnũ in regia factum eſt prodigium. Alebatur infans ex
Prodigium Ser. Tullij Corniculano regi generis viro matrimonio locata. Is Coriculi excidio fortiter pro patria dimicans mortem occubuerat, cuius vxor prægnans cum cæteris popularibus Romam eſt in ſeruitutem abducta. Quam ob elegantem formam, eximiamq; prudentiam Tanaquilis liberaliter penes ſe habuit, puerum ex ea natum indulgenter aſſerere inſtituit, cui patris erat nomen inditum. Accidit igitur, vt mediꝰ crepundijs dormiẽtis pueri viſum ſit caput ardere. Tum qui forte aderãt ſubita & noua re perculſi, trepide aquã ex proximo depoſcunt, flammã extincturi. Vetat id Tanaquilis fieri, ſpectatrixq; flammę circa caput leniter paſcentis ſilentio aſtitit: donec illa cum ſomno remittente infans ſpõte eſt ſua experrectus. Tanaquilis remotis arbitris regi prodigiũ interpretatur: ſcire inquit te Tarquini oportet, puerum hunc, quẽ domi humili cultu educamus, dubijs rebus noſtris lumen, domuiq;
Tanaquilis prudentia. afflictæ preſidiũ aliquãdo futurũ: decet proinde ea expedit, vt materiam hanc publici priuatiq; decoris pręcipua diligentia nutriamus, facilẽq; illi viã ad futura fata noſtra queramus indulgentia. Aſſentit his Tarquinius, iam antea in ſeipſo augurandi prudentiam, quę erat in coniuge, expertus, cœptuſq; eſt puer iam inde regio cultu educari. Ipſe vbi p

ætatem adoleuit, tantum indole prestantiaq; ingenij domi militiæq; profecit, vt filiam Tarquinius ei vltro desponderit, ac tum demum vt filium cõplex⁹, eius opera in publicis negocijs sic domi, militiçq; vsus. Ob hęc ille in tanto erat honore apud patres & plæbem, vt nemini dubium esset Tarquiniũ non tam generum sibi q̃ successorem quesiuisse. Angere id duos Anci filios, qui præter q̃ q; iam antea iniquo animo ferebant, aduenam hominem post patris interitum regnũ Romę obtinuisse, persipicue futurum videbant. vt nisi regijs cõsilijs iretur obuiam, paulo post Seruius, ex serua natus, regnum occuparet. Inuidia igitur pudorq; Martiorũ exagitabat animos, si virili stirpe Anci regis incolumi, regnum, quod ille tenuisset, nõ aduenis modo, sed quod indignius adhuc esset, seruis ex serua natis occupandum pateret. Primo itaq; regem falsis adorti criminibus ad populum insimulant, tanq̃ Actianę cędis conscium. Fuerat Actius Nauius (quod populus moleste tulerat) incerto autore per id tempus interfectus, quam illi materiam nacti, p̃ homines suæ factionis plębis animos in Tarquinium irritabãt, velut superbissimus rex pati nequisset. Actij famã in ore omnium esse, quippe qui eius conatibus religione iniecta aliquando augurandi prudentia obstitisset, in argumentum cędis iussu regis perpetratę illud prętendere, q̃ tanti viri mors silentio obliterata esset. Parũ abfuit quin plębs eiusmodi criminibus incensa regem in forum descendentem, pro polluto & impio abegerit. Cęterum tempestiua generi purgatio, veritasq; lucis amica, non solum restitit presenti inuidię: sed falsam etiã opinionẽ, de ea re conceptam, animis vulgi discussit, Tulit Tarquinius ciuili animo eam injuriam, nec tantũ eius motus autoribus dedit veniam, sed in veteri etiam familiaritate & cõsuetudine, ob patris memoriã perseuerauit. Illi vero nihilo propterea pacatiores facti, triennio q̃ hęc acciderant, duos suę factionis viros occulte subornãt, qui agresti habitu rusticanis ambo ferramentis accincti, tanq̃ ab intermisso opere nuper auersi, in regiam altercantes irrũpunt, hic mutuo se cõuicio incessantes, fidẽq; regis implorãtes, multitudinis in se oculos vertũt: tum vero ad regem vocati, iussiq; inuicem dicere, vnus rem excõposito orditur, in quem dicẽtem quum totus rex auersus esset, alter elatã securim in eius caput dejecit, teloq; in cadẽtis vulnere relicto ambo sese foras ejiciunt. Alij moribundum regem cũ clamore excipiũt: Lictores regis percussores eue stigio assecuti, ad supplicium retrahunt. Fit concursus vndiq; ingens in regiam. Tanaquilis in subita trepidatione salubri cõsilio vsa, regiã claudi iubet, arbitros ejcit, ac tãq̃ in spe superuicturi regis, q̃ ad curationẽ vulneris necessaria videri poterant, studio cõparat: inde Seruio in secretum abducto, moribundum senem ostendit, dexteramq; iuuenis tenens multis precibus obtestatur, ne soceri mortem inultam socrumq; inimicis ludibrio esse patiatur: inter hęc illa clamore multitudinis excita quæ haud amplius sustineri poterat, ex superiore parte domus qua via illi noua subiecta erat populum affata iubet ciues bono animo esse, viuere regem ait, atq; ex subita mentis alienatione concidisse eũ vicolento ictu. Cæterũ vulnus quod accepit, haud quidem letale esse, cruore absterso omnia salubria videri, esse se in spe haud dubia, vt paucis diębus ipm periculo seruatum viderent. Interim iubere eum Tulli dicto populum audientem esse, ipsum prorege ius dicturum quo ad vulnus curaretur. Seruius igitur socrus consilium secutus, cũ trabea & lictoribus in publicum processit, regiaq; sedens sella quę dã decernere, alia velut regem de his domi consulturus, in aliud tempus differre. Atq; ita plures dies Tarquinij vita assimulata, quũ ille e uestigio post acceptum vulnus expirasset, per speciem alterius vicis fungẽdæ suas Tullius opes firmauit, tum demum morte regis palam facta, firmo prędidio munitus, primus omnium iniussu populi, voluntate patrum regnauit, de percussoribus sumptũ est supplicium. Anci filij vbi regem viuere creditum est, cernerentq; Seruij opes eas esse, vt ipsi tuto in vrbe esse non possent, Pomeriam exulatum abierunt. Regnauit Tarquinius, quod Liuius & Dionysius scribũt, annos duodequadraginta. Eusebius quinq; & quadraginta prodidit.

Crimina tur Tarquinius ad populum.

Obtruncat Tarquinius Tanaquillidis calliditas.

Seruius Tullius rex creat.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE LIBER V.

VEtustum iudeorum regnũ per hęc tempora varijs cõuulsum cladibus pene fundit⁹ interijt. Fuit tum forte Babyloniorũ princeps (sacri libri regẽ fuisse aiunt) Nabuchdonosor, homo acri, ingenio, & ad bellũ magis q̃ ad otium compara to. Mouerat is in Nechonẽ Aegypti regem sub quo tum Syria tota erat, conflerarq; ad Circamen vrbẽ Euphrati proximã: quo Necho cũ valido occurrit exercitu, vt primis illius conatib⁹ obsisteret, & in regni finib⁹ potuisq; in visceribꝰ bellaret. Cõmisso igitur inter eos prælio Necho magna exercitus parte amissa, pugna excessit: Nabuchdonosor victor omnem Syriam ad Pelusium vsq;, præter Iudeam armis subegit. Hæc Iosephus. Verum cur terra ipsa Assyrius omne ius belli abstinuerit, quũ Nechonis beneficio, Heliachimus in Iudęa regnaret, haud quidem intelligo. Quarto deinceps anno q̃ hęc gesta sunt, qui Heliachimi fuit regni octauꝰ, Iudæi ab Assyrio graui sunt bello peciti. Rex suis viribus diffisus annuum tributum pactus, se periculo exemit. Cęterum distulit ille cladem quæ sibi regnoq; suo instabat, vitare tamen non potuit. Iã enim tertium tributum pependerat, cum rumoribus noui belli frętus: quod Necho in assyriũ struere ferebatur, contra icti fœderis iura tributum non reddidit. Reclamare Hieremias propheta, qui diuino afflatus spiritu ventura omnia videbat vt præsentia, incassum Aegyptiacas opes spectari, fore breui, vt assyrijs armis ciuitas ingenti clade afficeretur. Audiri hæc vulgo: sed nemo illi fidem habere. Quidam etiam ex salubri alioqui prædicatione, seni inuidiam facere, tanq̃ excidium regi patriæq; ominanti: arreptusq; in iudiciũ, parum abfuit quin extremo sit supplicio deditus. Seniorum autoritas plus omnino valuit, q̃ vulgi odium, solutus vinculis haud multo post librũ in tẽplo recitauit, quo oia que regi, vrbi, tẽplo, mala imminebãt, fuerat cõplexus. Hũc quũ Heliachim⁹ postea legisset, nec irę tẽperaret, suis manib⁹ cõcerpsit cõcerptũ flamis iniecit,

Aceps Historiæ relatio.

Heliachimus rex.

Hieremiæ diuinatio.

Nabuch donosor Hierosolymas capit.

Hierosolymæ ca piuntur.

iniecit, ac tum demum prophetam ad supplicium requisiuit, cui sese ille mature subtraxerat. Nec ita multo post affuit Assyrius, quem rex Hieremiæ prædictionem veritus, renouato fœdere intra mœnia accepit. Tum Nabuchdonosor Iudaicæ perfidiæ exemplum secutus, fœdus nuper ictum pro irrito habuit, omnem florem iuuentutis cum ipso rege militibus immissis, gladio confecit, Corpus extra muros insepultum abiecit. Demum regis filio, qui eodem fuit quo pater nomine, regni administratione permissa, triginta hominum milibus ex omni multitudine Hierosolyma secum abductis, exercitum in Assyriam reduxit. Sed ne iuueni quidem diu regnum incolume mansit: parum tutum ratus Nabuchdonosor, eum in Syria regnare, cuius patrem insepultum abiecisset, Tertio post mense quo Babylonem venerat, nouum exercitum sub præfectis in palæstinam misit, tum nouo terrore perculsus, inopsq; consilij Ioachimus iunior, ne recentiore aliqua clade ciuitatem hostis afficeret, vltro in eius fidem concessit. Ille vt pollicitus erat vrbem, pacate est ingressus, mox regis iussa executus, Ioachimum cum patre & necessarijs omnibus preter Sedechiam eius patruum, quem regem constituit, Babylonem traduxit. Iussi cum his migrare opifices, & quicunq; militiæ idonei essent. Mansit Sedechias annis octo in fœdere: inde homo sua sponte leuis, paucorum consilium secutus, ab Assyrijs ad Aegyptios defecit, Hieremia Hierosolymis, & Ezechiele, qui tum Babyloni cũ alijs seruiebat, vrbis & regni excidium prędicantibus. Babylonius hostis Sedechiæ perfidiam vlturus, cum q̃ maximo exercitu Syriam ingressus, præcipuam regni partem ferro & igni populatus est. Etiam castra Hierosolymis admouerat, quum de Aegyptiorum aduẽtu trepide allatum est. Assyrius soluta obsidione hosti obuiam processit, quẽ prælio superatum Siriæ finibus expulit. Persuasum habuit Sedechias, & qui illi in Hieremiæ inuidiam adulabantur, hostem ad obsidionem non rediturum, quem quum propheta non multo post affuturum affirmaret, ridereturq; interim, vt mendax, periculo quod instabat substracturus se quando publicæ saluti consilio prodesse non poterat, vrbem egressus Anathotum, que patria illi fuit (distabat is locus stadia viginti ab Hierosolymis) iter intenderat. Cæterum ex itinere in vrbem retractus, in custodia & vinculis est habitus. Cœpta est interim vrbs iterum obsideri, hæsitq; hostis mœnibus duodeuiginti menses, premebantq; duo importuni hostes ciuitatem, fames, & pestilentia, Hieremiasq; e carcere identidem prędicare, vt hostium fide implorata, pacatum intra mœnia Assyrium acciperent, ne vana pertinacia, omnia sacra & prophana simul perderentur. quibus vocibus offensi ciues, eum a rege ad supplicium postulatum, carcere educunt, eductum in cœnoso immergunt lacu, vsq; propemodum ad fauces, vt longiore cruciatu distenderent, fuitq; ibi quoad iussu regis refossus inde est, Aethiopis cuiusdam ministerio, Sedechiæ gratissimi. Oppugnabatur vrbs interim aggeribus, bellicisq; machinis, resq; per regios prefectos impigre gerebatur: Rex ipse in Reblata Syriæ vrbe erat. Demum post multos, hinc inde labores exhaustos, vrbs nocte capta est. Sedechias vbi hostem intra mœnia esse sensit, ab eoq; iam templum teneri, cum vxoribus, liberis, & amicorum plerisq; intempestæ noctis beneficio vsus, clandestine vrbem egressus, in deserta loca occultam intendit fugam. Hostiũ duces Sedechiæ fuga per dedititios cognita, expeditos equites vbi primum illuxit, ad eum eue stigio persequendum misere. Etiam aliquid confecerat itineris, sperabatq; fore, vt cum suis in pacatum abiret, quum aduentantium fremitus ex proqinquo redditus, non regem solum, sed quicunq; regiæ fugæ se comites destinarant, subito metu perculit. Fit repente circa Sedechiam fuga, alijsq; alio trepide dilabentibus, Rex cum liberis & vxoribus capitur. Inde ad regem perductus ingratitudinis & perfidiæ primo increpitus, q̃ regnũ suo beneficio adeptus, ad hostes contra fœdus & iura defecisset, mox vt dirum secum spectaculum ferret, iussit victor Assyrius filios & amicos coram interfici. Ipsum iniectis catenis luminibus priuauit, Babylonemq; ad perpetuos cruciatus dimisit. Operæprecium est cognoscere, q̃ diuersa significatione idem prędicarint duo clarissimi prophetæ, hæc quæ in Sedechia euenerunt. Scripserat Hieremias fore, vt Babylonem ille captiuus perduceretur. Ezechiel cætera vt Hieremias vaticinarii: inficiari tamen eum Babylonem visurum. Viderat propheticus ille spiritus multo antea, fore vt perduceretur, verum luminibus priuatus, hic perductum iri non ignorat: sed orbitatem suppressit. Atq; hũc exitũ habuit regnũ, tanta indole in Dauidica gẽre ab initio locatũ, in qua a Dauide, qui princeps stirpis fuit: ad Sedechiã, vnus & viginti longa serie in Palęstina reges fuerũt. Habuit q̃ id regnũ annos quadringẽtos duosq; & quadraginta: vel vt alij colligunt septem & quadraginta: apud Iosephum duplo maiorem numerum reperio. Victor hostis, nobilissimam vrbem omni sacro prophanoq; cultu spoliatam, augustissimoq; templo direpto & incenso, a fundamentis diruit, captiua multitudo omnis sexus & ætatis Assyrium secuta, Babylonem migrauit. Nec Palęstinæ res deinceps, & si presenti clade afflictæ, sine motu diutius fuere. Præfecerat Nabuchdonosor ipsi terræ Godoliam Aichami filium, qui sparsam per deserta multitudinem, ad locorum cultum omni officio & lenitate reuocauit, breuiq; contigerat, vt satis frequens ager vicatim colleretur. Tenebantq; adhuc Iudæi oppida quædam, coeperantq; presenti ocio a pristinis cladibus respirare, quum Godolias in conuiuio, iam vino grauis, ab Ismaele, & octo, qui cum eo conspirarant, interficitur. a Iudæi inopinato casu cõsternati veriti ne ob patratam Godoliæ cędem ab Assyrio ad supplicii deposcerentur: Autor enim culpę confestim ad Bachalim Hammonitarum regem perfugerat: Hieremiam consulũt quid in re ancipiti fieri oporteret. Principes gentis censebant in Aegyptum trãseũdum. Hieremias ex oraculo monuisse fertur, vt in patrio permanerent solo: futurum vt Assyrius non multo post tota Aegypto potiretur, ipsiq; alieni sceleris pœnas luerent. Visus est his Hieremias parum credibilia canere, eiusq; vocem aspernati, sublatis rebus quæ asportari potuerunt, Palęstinas egressi popularitur in Aegyptum demigrant: Hieremia & Barucho eius discipulo in exilium abductis. Nec ita multo post Assyrius in Syriam venit, qui in vltionem patratæ cędis, si qui mortalium in Palęstina adhuc erant, Babylonem traduxit: reddiditq; per hęc Iudęam omni humano cultu desolatam. Accidit q̃ recentior hęc clades, quinto ferme anno post Hierosolymam excisam, Atq; in hũc maxime modum, duę reliquę Iudęorũ tribus

Hieremias in cũ mergitur.

Hierosolymæ iterũ desolatur.

Quot annos regnatum sit Hierosolymis.

Profectio Iudęorũ in Aegyptum.

tribus: annos circiter centum & triginta post Israelitas ex Samaria sublatos in Mesopotamiam iam sunt traductæ. Incidit Palæstini regni excidium, vrbis dico & templi euersio, in annum quartum septimæ & quadragesimæ Olympiadis, qui a mundi origine supra quatermillesimum sexcentesimus vndecimus fuit. A decessu populi ex Aegypto sexagesimus secundus supra millesimum, si Iosephus recte colligit tempora. Ab templi ædificatione trecentesimus ac, LXX. ante annũ humanæ salutis quinquagentesimus nonus. Eratq; per id tempus rex in Aegypto Apries, quem Taphrem Iosephus, Eusebius Vaphrem nominat. Fuitq; Sanni etici iunioris, siue Sannis, nam vtrumq; nomen reperio: filio, qui in Aethiopas bellum instruxit, vturus reor trãsfugium ducentorum milium hominum, qui ex Aegypto in eam terram populariter migrarunt. Herodotus & Plinius fugitiuæ huius profectionis meminerunt. Ad Apriem hunc Iudæi post Godoliæ cædem in Aegyptum perfugere. Is Sydonijs bellum intulit, & cum Tyrijs nauali prælio dimicauit. Nouissime in prælio in Cyreneos infeliciter commisso, magna ab eo pars Aægypti defecit. Ad quos motus sedãdos Amasis missus tumultuario militarique fauore rex est creatus. Sed de Amasi suo postea loco est dicendum. Regnauit cum Aprie in Medis Cyaxares qui fuit Astyagis pater, Is præter bellum quod cum Aliatte Lydorũ rege gessit, vt proximo est volumine memoratum, in Assyrios quoq; qui a Medis defecerant, bellasse dicitur, Ninumq; vrbem clarissimam ab eo vi captam Eusebius scribit, ac funditus excisam. Regnauit in Macedonia per id tempus Europi⁹ Philippi filius, qui infans a patre relictus, a Macedonibus in aciem, quum adhuc in cunis esset, est delatus, cum Illyrijs fantis ductu vinci acie dimicaturis. Siquidem pugna vna cum ea gente parum prospere commissa, vt necessitas in acie permanendi omnibus imponeretur: puerum vt dixi, medijs crepundijs in procinctu statuerent. Persuasum ad id vulgo erat Macedonas vincere non posse, nisi regijs auspicijs dimicarẽt, nec defuit opinioni euentus. Recentiore prælio tanto Macedones animorum ardore certasse dicuntur, vt momẽto rẽporis Illyrijs strage afflictis gloriati sint priori certamine non virtutem sibi bellicam, sed ducẽ defuisse. Fuerũt his æquales Stesichorus Lyrici carminis autor: Pittacus Mityleneus Hyrradij filius, sapientis nomen inter paucos adeptus: Duris eum Thracem fuisse arbitratus est, is cum Alcæi fratribus Melanchrum Lesbi insulæ tyrãnum profligauit, quem insectatus est suo carmine Alceus, sed eo bello quod Mityleni de Achilitidis agro cũ Athenienſibus habuere: Pittacus imperator factus, singulari certamine cum Phrynone Athenienſiũ duce congressus. Erat is valido corpore, quippe qui Pancratiastes & Olympionices fuit: vicit tamẽ vires corporis animi prudentia: Rete habuisse fertur Pittacus sub clypeo occultum, quo medio certamine hostem minus ad tales insidias cautum, subito iactu implicitum peremit. Ex ea pugna exemplum retiariæ pugnæ in arenam manasse memorant, rei vsq; ad Romani senatus sugillationem theatralibus spectaculis vsurpatæ. Administrauit ille deinceps remp. decem annos, quam pluribus institutis ornatam sponte restituit. Alceus, & Sappho mulier his fuit temporibus interiecti, vterq; Lesbius, & poeticis studijs clarus. Sed Sappho, si vera sunt quæ Herodotus de fratre eius Caraxo prodidit, aliquanto recentior, vt in Amasis tempora

ANNI MVNDI.

Apries.

Fugitiua ex Aegypto profectio.

Tẽporũ collatio.

Illyrij in fantis ductu vincunt.

Pittacus Phrynonẽ rete superat.

Sapphus precipitatio.

eius musa inciderit, cuius filium Cambyses vicit. Phaontem Lesbium amauit impatienter, vt carmen, quod eius nomine circunfertur, clare demõstrat. Ex Leucadia rupe quæ amores sedare credita est, in subiectum mare, vt Menander scripsit, de dit se præcipitem. Claruit cum his Solon Salaminus & ipse sapientis appellatione clarus. Tenebant per id tempus Megarenses Salaminem insulam: de cuius possessione Athenienses diu cum Megarensibus pene ad internicionem armis disceptauerãt, coeperatq; ob id capitale esse, siquis Athenis de vendicanda insula legem ferre ausus esset: Solon occultam ingressus viam, simulata insania compositum domi de ea re carmen, cœno oblitus ad concitandos ciuium animos publice recitat. Fuitq; carminis principium. Ipse quidem præco chara Salamine relicta, Aduenio & cantus concio nostra tulit. Mox cætera executus ciuitatem perpulit, vt abrogata lege, insulam armis repetendam iusserit. Ad quod bellum Solon dux declaratus est. Hic duplex est fama. Sunt qui tradant Megarenses qui insulam tenebant per transfugam a Solone ad id missum, monitos nobilissimas Athenienſium matronas, solennem Choream in Goliade, patrio ritu, Cereri celebrare. Facilis futura eis rapina, omni virili cœtu inde exclu so. Megarenses in spem prædæ erecti, nauim conscendunt quos procul intuitus Solon, impuberes adolescentes, muliebri cultu ferrum sub vestibus habentes, Choream in littore, vt mulierum speciẽ applicantibus præberent, agere imperat. Qui simulac classem attigissent, ferro occupatam, in suorum aduentum vi tenerent. Atq; ita Megarenses, spe prædæ, in littus egressos in Athenienſium potestatem venisse, quorum nauibus hostes vsi, insulam subito incursu occupauerint. Altera fama est æque celebris, oraculi monitu Solonem. cum quingentis Athenienſium in insulam noctu nauigasse, in insidijsq; post promontorium, quod ad Eubœam spectat, sedisse, Megarenses incertis rumoribus excitis, hostes haud procul abesse, speculatoriam præmittunt nauim. Eam Solon in potestatem redactam, Megarico ornatu lectissimis iuuenũ dedit: qui, quasi vani rumores fuissent, paccati pro Megarensibus vrbem annauigarent. Ipse terrestri itinere mœnia adortus, in se quicquid hominum in vrbe fuit subito excitat, ita hostibus terrestri præsidio intentis, qui in naui erãt improuiso appulsu vrbem occupant. Attulit ea res multum splendoris Soloni, cæterum Megarensibus insulę obsessionem adhuc incumbentibus, post multas & varias vtriusq; ciuitatis clades, apud Spartiatas iudicio est vtrinq; certatum, in quo maior adhuc gloria Solonis quæsita est. Fertur in Salamine vendicanda Homeri testimonio vsus. Poetę carmen fuit. Bissenis Salamine Aiax cum nauibus ibat: Cecropidũ quo castra loco posuere phalanges. Phileum præterea & Eurysacem Aiacis filios ciuitate ab Athenienſibus donatos, & ab his insulam dono acceptã, & illud additum q̃ Salaminij Athenienſium morem secuti, defunctos cum humi conderent ad occidentem non ad orientem vt Megarenses ora verterent. Pythium preter cætera oraculum Athenienſium cãm iuuisse fertur: cuius voce Ionica Salamis appellata est. Secundum id iudiciũ prætor creatus est Solon cũ ferendarum legũ potestate, in quibus cõscriben dis Epimenidis Phestij opa vsus dicitur, q ex Creta per id tẽpus ad piacula quędã sacrorũ expianda ab Athenienſibus accersitus, a Solone fuerat in amicitiã

Solonis consiliũ.

Salamis ab Athenienſibꝰ occupat.

Mos hu mãdi diuersus.

Epimenidis sonus.



amicitiam receptus. Hunc quidam sapientum numero adnũciunt. Mirum est quod de eius somno memoriæ prodiderunt quidam: septem & quinquaginta annos in spelunca quadam sopore pressum iacuisse, tum demum excitatum quum in apertum exiuisset faciem rerum circa se tam breui mutatam stupuisse, videri namq; sibi paululum dormuisse, admirationis itaq; plenus domum diuertit, vbi vix a maiore fratre qui iam senex erat sit agnitus. Eius rei fama Græciam peruagata vt superis charissimus in multa deinceps veneratione fuit. Inter cætera diuinationis eius oracula, illud memoriæ est proditum, Munichiam locum Athenis munitissimum diu contemplatus, dixisse fertur, increbidili rerum futurarum cæcitate mortales teneri, certo scire se Athenienses fuisse locum ipsum dentibus diruturos, si prospicerẽt quanta inde mala in posterum ciuitati imminerent. Simili quodam præsagio Thaletem Milesium adductum ferunt, qui in parte Milesij agri admodum ignobili humari voluit: quoniam ibi Milesiorum forum aliquando esset futurum. Epimenides expiata vrbe in Cretam reuersus est, vbi quatuor & quinquaginta supra centum annos natus vita decessit, vt Colophonius scripsit. Cretenses trecẽtum vixisse annos prędicabant. Solon omnium primum alieni æris tabulas decreto rescidit, ne cui deinceps liceret in nexum fœnerari: quidam non sorte sed fœnore leuatos inopes prodiderunt, ea tabularum abolitio. Sisathia nominata est. Draconis decreta quędam (nã is Athenienſibus leges aliquanto prius scripserat) ob pœnarum magnitudinem censuit abroganda. Omnibus fere legibus quas ille tullit pœna erat mortis definita, vt oci & desidiæ conuicti, capite plecterentur. Qui olera fructusve alieno prædio sublegissent, eodem quo & parricidæ supplicio punirẽtur. Præscripti huius atrocitate magno postea consensu excepta Demadis oratoris clarissimi vox est, quæ Draconis leges sanguine notatas dixit. Ipse Dracon rogatus ad quid omnia indifferenter delicta capitali animaduersione vindicanda existimasset, ita occurrisse fertur, minora flagitia a se morte digna iudicari, maioribus sceleribus idcirco nullum atrocius supplicium a se irrogatum, quia haud maius morte vllum reperire potuisset. Ciuitatem deinceps Solon census, estimatione in ordines distribuit. In primo ij fuere, quibus quingentorum Medimnum esset census. Secundo deinceps ascripti, qui trecentis censi forent, equoscp alere possent. Tertius equorum onere adempto, pari censu æstimatus. Et ex his fere ordinibus magistratus creati, qui infra fuerunt mercenarij nuncupati. Cõcionis habendæ, iudicandiq; munia, cæteris exclusi magistratibus obibant, quam ciuilem cõstitutionem videtur mihi Romæ Seruius Tullius, magna ex parte, imitatus. Consilium in Ariopago ex annuis magistratibus constituit: in statuti huius Draconem authorem prodiderunt quidam. Secũdum hæc, quæ dixi, vt omnem Solon ciuilis discordiæ occasionem in futurum tolleret, ne temeraria multitudo incertis (vt solet) flatibus iudicia turbaret, ex quatuor tribubus quæ Athenis erant, quadringentos legit viros ex singulis centum, his permissum, vt quæ Ariopagitæ decreuissent, si æqua visa forent, probarent: si minus essent placita, pari potestate rescinderent. Atq; ita, velut duabus anchoris nixus, aduersus omnes fluctus immobilis manserat ciuitatis status videri potuit. Parricidij affectatæq; tyrannidis damnati, ne magistratum caperent lege vetuit, nec hos solum ab honorum petitione exclusit: sed eum quoq;, qui orta in ciuitate seditione, neutram partium secutus esset, mali ciuis esse ratus, quum proprias rationes in tuto collocarit, nulla communi cura sollicitudine vt teneri. Habuit nec min⁹ admirationis illud, vt fœminæ quę viros parum ad rem venerem idoneos sortirẽtur essent, vnum, quem vellent, ex mariti propinquis impune admitterent. Pecuniarias dotes e medio sustulit, vt pauca vestimenta, & vasa quædam paruo empta, paterna domo ferret mulier, testatus coniugij societatem, non precio, sed natorum charitate iungi oportere. Ne in defunctos vita maledicta iacerentur. Siquis in sacro, aut in iudicio, ciui conuicium fecisset, quinq; drachmis mulctaretur. Legandæ pecuniæ cæterarumq; rerum facultatem testari volentibus permissum, quum primus patrio iussituto in familia esse debere censerẽtur, quæ amicitia propinquitati prælata est, & gratia necessitati, in eo cautum ne dementia subdolave persuasione fierer. Ploratus & lamentationes in alieno funere sustulit. Nec subsidia alimentave vlla filius patri deberet, a quo non arte esset aliqua ad vsum vitæ instructus. Qui illegitimo essent thoro procreati, neu parentes alerent. Enimuero qui meretricio non abstiner congressu, is perbelle demõstrat, se non liberorum procreationi sed voluptati studere, seq; ipsum mercede priuat. Mœchum in adulterio deprehensum, impune necari voluit. Qui vim ingenuæ virgini attulisset, decem drachmis mulctari. Ius vendendæ filiæ sororisve sustulit, nisi virginis adhuc in stupro deprehensæ. Qui Istmia vicisset, centum drachmas: qui Olympia, quingentas premium ferret. Qui lupum vinctum attulisset, quinq; Drachmas ex publico acciperet: qui Lupã, drachmam vnam: hoc pecoris, illud bonis prędicti. Vetus fuit Athenienſium hanc belluam auidius sectari, quippe quæ æque sit pecuariæ rei & agrorum cultui infesta. Ex omni genere frugum mel & cæram extra Atticos fines asportari permisit. Nullum ciuitate donari, nisi opificem qui cum tota domo se Athenas contulisset, aut perpetuo exilio natali solo pulsum. Hæc illius insigniora legum capita, quę sum eo studiosius executus, q̃ ex his vel lux ex primario quodam fonte, manarunt leges, quibus postea Romani vsi sunt. Cæterum operæprecium est legentibus cognoscere, que fuerint magnarum vrbium ab initio leges & instituta, quæ aut præmium proponunt, aut puniunt, quibus vinculis ciuitates ipsæ, vt Solon præclare scripsit, continẽtur. Idem suas leges ligneis tabulis, quas Axias nas dixere, notatas in centum annos sanciendas curauit; haud ignarus fore, vt his ciuitas longa temporis itercapedine assueta, in perpetuum deinceps sanciret. Herodotus in decem annos. Atticis legibus cautum prodidit. Sed vt omnia sanctius custodirentur, in Solonis verba Senatus populusq; in foro ad lapidem iurauit, ipse ad omnes discẽptationes declinãdas, quæ praua legum interpretatione in dies magis oriebantur, in Aegyptum nauigauit, multumq; ibi dedit operam eius gentis sacerdotibus. Inde in Cyprum delatus Philocypro regulo autor extitit, vt vrbem Epenam in Cilicia, a Demophoonte Thesei filio olim conditam ampliaret in opportunioremq; transferret locum, quod ille secutus in autoris memoriam Solos deinceps dixit. Congressus est & cum Thalete Milesio, apud quem de re vxoria, deq; liberis orto sermone, quum vtrumq; vltra modum probaret Solon, miraretur q̃ Thalem eũ esse qui nunq; procreatiõi operã dedisset, rem

Thaletis diuinatio.

Sisathia.

Draconis leges sanguine notatæ.

Solonis censura.

Attende legem.

Legũ capita.

Fons Romanarũ legum.

In tabulis inscisæ leges.

Solon in Aegyptũ nauigat. Soli.

Thaletis cõmẽtũ.

rē ille cōmētus est haud memoratu indignam. Hominem subornauit, qui se Athenis illis ipsis diebꝰ Miletū applicuisse diceret, inde de ciuitatis statu appellatus, omnia ibi florere diceret, vnum dūtaxat sub id tempꝰ, quo inde soluisset, lugubrem casum accidisse, cp clarissimi viri filius vnicus, cuius pater peregrinari diceretur, adolescens preclarae indolis fato cōsumptus esset: cuius funus tota ciuitas magno esset luctu prosecuta. Tū demum de patris nomine rogatus, excidisse id sibi diceret, quod si subij ceretur, posse se facile reminisci. Postridie igit quū frequenti foro, ābo de more inambularent, obtulit se ille ex composito. Hic ad primam funeris mentionem quum Solonis animum perculisset, moxcp fabulae progressu hospes ille eo peruenisset, vt tantū patris nomen reticeret, cætera haud dubiae filij interitum Soloni nunciarent, quum iam amenti similis ipse suum nomen subiecisset, atcp id ipsum esse nauta affirmasset, doloris magnitudine victus, per

Fœdū in Solone spectaculum.

sonę simul suæ, atcp loci oblitus, sese humi affligit, capilumcp & barbam vlulatu alternis manibus cōuellit, mugitu eiulatucp totum compler forum. Omnis multitudo fœditate rei confestim in eum vnum conuersa est. Thales vanae illius cōflictationis conscius, aliquandiu passus est hospitem insana illa muliebricp lamētatione debacchari. Postremo afflictum humo leniter attollens, sis inquit bono animo Solon, viuit filius tuus. At volui te non ignorare ad quid insaniae liberorum amor parentes adigat, & cp non inepte faciant, qui hæc animorum vincula, quum honeste possint effugiant. Fuit

Crœsus. Tellus.

deinceps Solon nō nihil apud Crœsum ab eo Sardis accersitus, ibicp regios intuitus thesauros, rogatus ecquem mortalium felicissimum, aut quem Crœso feliciorem arbitraretur, Tellū inquit Athenien sem virum optimum, qcp optimos quū haberet filios, fortiter pro patria dimicans, occubuit. Ini quo id Crœsus tulit animo, atcp iterum scisciratus quem inquit secundum Tellum istum cuius fortunam tantis opibus prætulisti, beatissimum hominum iudicas? Cleobem respondit & Bythonem fratres egregio mutuocp inter se amore, pietatecp in matrem insigni, cuius currum quum boues iumentacp deessent, æquatis iugo ceruicibus ad Iuno

Cleobis. Bython.

nis templum pertraxere, quod pientissimum spectaculum quum totius in se multitudinis oculos vertisset, esserecp mater omnium voce felix iudicata, ipsi post sacra epulati media noctis quiete ambo animam exhalassent. Crœsus adhæc ira incensus, ergo me inquit negas in beatis & felicibus habēdum? Tum Solon, nulla inquit rex, vt arbitror, miranda res est, quæ fortunae subiacet, nec qui eam possidet a me vnq felix iudicabitur. Sapientes viri eum felicem arbitrari solent, cui optatissimus vitae exitus contigit. Nec multo plura deinceps locuturs, Sardibus discessit. Nec abeuntem Crœsus vllo est honore prosecutus. Erat tum ibi Aesopus fabularis historiae autor, qui quum in magna esset apud regem dignatione, molestecp ferret Solonem inhonoratum mitti, monuisse eum dicitur regum consuetudine aut minime, aut cp placidissime vti oportere. Cui ab eo ita est occursum, immo Hercule aut minime, vt ais, aut cp optime. Athenas reuersus ciuitatem graui seditione turbatam inuenit. Erant

Pisistrati via ad Tyrannidem.

tres in ea celebres factiones, quarum vnius princeps fuit Pisistratus homo, callido ingenio dominandicp cupidissimo, qui vt ad principatum, quē animo conceperat commodiorem sibi faceret gradum inopum causam aduersus diuites suscepit tuendam. Nouissime quasi ab hominibus aduersę factionis insidijs exceptus, curru in publicum delatus, vulnera populo ostentat, quae ipse sibi intulerat, ibicp multa questus, cp ob suum in plebe subleuanda studium capitalibus peritus esset insidijs, nec homines aduersae factionis insidiari desituros, cp diu ipse de multitudinis commodo cogitaret. Cōmendare igitur salutem suam populo, pro quo capitales subisset simultates, certo scire se nisi aliquo publico præsidio staret, breui futurum, vt ini micorum fraude opprimeretur, nihil minus affirmans tutum homini, cp inter eos viuere qui & nocere possint, & velint. His ille facile obtinuit, vt circa se præsidij causa, L. armatos haberet viros. Hi ab ipso armorum genere Corynephori sunt nomina

Pisistrato Tyranni dem occupat.

ti, ea Pisistrato materia data est tyrannidis sibi stabiliendę. Ferūt Solonem diu multumcp obstitisse, cp iam grandis natu, ne viro dominandi cupido latus armis communirent. Fugere alios Pisistrati artem, se autem perspicue cernere, cp perniciosa ille libertati cp inimica animo agitaret consilia. Publice hæc Solon in Pisistratum, quae postea est carmine complexus. Aspicite in linguam, & blandi fallentia cunctos Verba viri, qui nos vulpinis passibus ambit. Permissum Pisistrato est vt non solum Corynephoros publice decretos haberet, sed si maiore adhuc opus ei esset præsidio, ad libitum sibi compararet. Huiusmodi ille occasione fretus arcem armis occupat, apertamcp exercet tyrānidem. Fit cōtinue ab Alcmeonidis fuga, qui diuersae erāt factionis. Solon clare vociferari, esse libertatem armis repetendam, facilius dictitans potuisse adolescentem tyrannidem opprimi, sed multo pulcriꝰ fore adultam restingui. Quum his ille parum omnino proficeret, ex publico domum reuersus, in Angiportu arma quęcunq domi habuit, ordine disposuit: deos hominesq testatus, nihil a se, quod ad ciuium libertatem attineret, prætermissum. Monitus ab amicis fore, nisi vrbe excederet, vt Pisistrati iussu interficeretur, in ea esse perseuerauit, rogatus cp, qua fretus vi in sententia permaneret, se nectute inquit audacior fio. Cæterum tantum abfuit, vt Pisistratus illi aliquo modo nocuerit, vt in summo etiam honore sit ab eo habitus. Nec in ea re solum popularem præ se animum tulit Tyrannus, sed & leges quas Solon tulerat, magna exparte custodiuit, nouas aliquot adiecit. vt qui oculos in bello amisisset publice aleretur, etsi Heraclides pōticus hanc quoq ad Solonem non Pisistratum rettulit. Ipse vt Ephesius Phamias prodidit minus biennio post libertatem tyrannidem oppressam superfuit, vt alij multo longius. Aristo. fabulosum existimat sermonem a maioribus de eius cinere vulgatum, qui ipsius iussu sit circa Salaminem dissipatus. Vixere cum Solone & alij sapientiae nomen adempti & in his Bias Prieneus Teutami filius, qui Messenias redemis puellas, parentibus cp adiecta dote restituit ob idq Messenij Tripodem illi in mari a piscatoribus repertum: inscriptumcp sapienti: vt viro ea appellatione digno publice miserunt. Eum Bias repudiatum Apollini, quia solus is sapiens esset, mittendum censuit. Huius præti consilio Prienei, ab Halyatte Lydorum rege tritici aceruos mentiti, quod Milesios alij, feciſſe aiunt, pacem impetrarunt. Biantis commentum fuisse aiunt, vt sub legatorum a rege accessum, arenarum cumuli tritico cooperti, in publico cōstruerentur, vt laxitate annonae Prienei diutius bellum laturi viderētur. Ipse iam grandis natu, cum prohospite causam dixisset, ceruice in nepotis sinum reclinata, expirauit. Inter multa & varia eius viri

Apophtheg



Apophthegmata illa vulgo memorātur. Indignū hominem non esse ob diuitias laudandum. Quicquid boni in vita contingat, ad Deum referri oportere. Fuit & Cleobolus Lindius Euagoræ filius illi

Cleobolus Lindius.

æqualis. Duris Carem eum fuisse ait. Ad tria milia carminum scripsit. Extant huius quoq aliqua sapiēter dicta, breuibuscp sententijs complexa, in quibus est illud. Auditor potius quam multiloquus, magis studiosus quam indoctꝰ. Scripsit & celebre Epigrāma illud in Mydam regem, & alterum de ratione anni multo ingeniosius, quod ad Homerū quidam referunt. Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex: Triginta cuicp: natae sed dispare forma. Hæ niueæ aspectu, nigræcp coloribus illæ: Atcp immortales omnes moriuntur ad vnam. Extat eius epistola ad Solonem, qua illum, occupata a Pisistrato patria, ad Lindum incolēdam inuitat. Ae-

Chilon Lacedæmonius.

qualis his Chilon Lacedæmonius, Demageri filiꝰ, cuius tria illa aureis literis complexa, in Delphici Apollinis templo insigniter scripta dicuntur. Cognosce teipsum. Lis & æs alienum comites miserię. Ne qd nimis. Nec me latet qd de primo Apophthegmate alij opinati sint, perīt Chilon immodica lætitia, quum filiū Olympiae coronatum, in complexibus teneret. Quo haud dubie apparet, facilius esse præcipere, quam quae præcepta sint seruare. Quidam Anacharsim Scytham in sapientū

Anacharsis Scythar.

numerū reposuere. Fuit is Caduidi regis frater. Extat eius epistola ad Crœsum regē in hanc sententiā scripta. Lydorum rex in Græciam veni: Græcorū studia & instituta percepturus: auro autem nihil egeo, satisq est mihi, si melior ad Scythas, doctiorcp reuertar. Pergam tamen ad te Sardis, cupiens me tibi familiarem & amicum fieri. Sunt qui figuralis rotę & Anchorę inuentum ad hunc referant. Plinius hanc ad Tyrrhenos refert: Figulinam artem

Mison Cheneus Phereci des Syrꝰ.

ad Chorebum Athenien sem. Mison Cheneus Strimonis filius, an in sapientum ordinem venerit, dubitatum (vt video) est. Anacharsis rogatus, quem se sapientiorem putaret: Cheneum Misonē respōdit. Illustrior omnino Pherecides Syrus, Badis filius, his temporibus interiectus. Extat ipsius ad Thaletem epistola. Mira quidem sunt ac citra fidē referenda, quae Graij scriptores de eo memoriae prodiderunt. Ferunt eum Samio littore deambulantē, nauim plenis velis currentem intuitum, post paululum mergendam prædixisse, nec defuisse verbis fidem, obruptamcp fluctibus quum ad huc in conspectu esset. Perilaum Messenium hospitem suum

Pherecidis exitꝰ.

monuisse fertur, vt cum tota familia a patria abscederet, paucisq inde diebus Messenam captam ab hostibus crudeliterq vexatam. Primus de animoꝝ immortalitate ex eo sermo profectus est, vt quidā existimāt. Nec vnus est de huius exitu rumor. Sūt qui e Corycio monte vltro dicant præcipitatum. Delicę sepultum esse ferunt, alij Phthiriasi consumptū. Hermippus autor est mandasse se ab Epheso homine in Magnesiorum finibus institui, vt Ephesij cum Magnesijs postridie acie dimicarent (erat tum forte inter ambas ciuitates conflatum bellū) petijssecp vt victoriam adepti, suum ibi corpus tumularent, atcp ita accidisse, vt post victoriam ab Ephesijs eo quo fuerat loco exanimis repertus, cp honorificentissime sit sepultus. Si Pythagoras eū vt fertur ægrotum vidit, his proculdubio est aequalis habendus. Cæterum Andron Ephesius duos celebrat. Pherecides hunc Astrorum, illum Theologicae disciplinae peritum: cuius studiosus fuerit Pythagoras: sed his aliquanto recentior, vt Eusebius colligit. Solis defectio in hæc tempora incidit, quā

Bias Prieneus.

Milesius Thales multo ante preuidit, futuramcp Anaximander prædixit gentibus. Fuit is Thaletis discipulus & ipse Milesius, Praxiadis filius, qui his

Anaximander.

temporibus interiectus, primus omnium posuit rerum principium & elementum, idcp immensum & infinitum, nullo aeris & aquae posito discrimine, Illius partes immutari, totum ipsum immutabile esse. Terram medio loco in centri speciem consistere. Lunam globosam esse splendoremcp & lumen a Sole mutuari, Solem nil aliud esse, quā purum ignē, nec terra magnitudine inferiorem. Gnomonis commentum ad hunc referunt, quem reperitum Lacedæmone publico statuit loco. Solis conuersiones & æquinoctia, vt Phauorinus prodidit, primus obseruauit, terrae & maris ambitum descripsit. Et qd' ad astrorum, cœlestiumcp motuum scię tiam attinet: Zodiaci circulorumcp typum animo cōceptum, ex materia fabrefecit, multo adhuc plura inuestigaturus si longior ad opera naturae explorandi illi contigisset aetas, interijt sexagenarius. Incidit Solis deliquium cuius nuper mētio facta est, in annū vltimum septimę Olympiadis, ac quadragesimæ, quo fere decennio Isthmia sunt Melicertae primum celebrata. Eorum origo multo antea est a nobis explicata. Pythia & ipsa tum quoque, vt apud Eusebium reperio, coepta sunt celebrari. Pari ferme interuallo Nemaei ludi post eos, qui in Archemori funere fuerant primo instituti, ab Argiuis magno sunt Græciae conuentu acti. Cæterum id iudicrum in septimum Seruij Tulli annum incidit. cuius gesta iam hinc erant mihi explicanda, nisi paucarum vrbium conditio, & Iudaicarum rerum quædam, ne temporum præueerteretur ratio, prius essent referenda. Perinthus sub id tempus, quo hæc quae diximus gesta sunt, in proponti de est condita. Mox Thraciae Metropolis fuit. Est Heraclea post multas aetates dicta. Marmoreum ibi Theatrum inter rara hominum opera celebratum. Camarina in Sycilia a Syracusanis, & a Phocensibus in ora Galliae Massilia. Trogus autor est classem eius gentis latini littoris oram legētem Tyberinum ostium ingressam, amicitiamcp cum Romanis iunxisse, quum Priscus Tarquinius adhuc Romae regnaret. Phocenses Tyrrheniae Liguriaecp orā præteruecti, inter eram Gallorum gentem & Ligures, vrbem condiderunt, haud procul ab Rodani ostijs, remotiore sinu, velut angulo quodā maris. Celebre deinceps studium eius ciuitatis in Romanos, ferunt Massilienses Roma a Senonibus capta, publico luctu prosecutos amicae ciuitatis cladem, aurumcp in medium collatum, vt certum pōdus ad se redimendum Romanis expleretur. Sola Gallicarum vrbium, cum punicis temporibus in Gallia Italiacp bellatum est, in perpetua fide mansit, quin & ciuilibus bellis in veteri studio prope ad excidium perseuerauit. Apparatus vrbis morescp ciuitatis suo loco explicabuntur. Et hic quidem erat humanarum rerum in Europa status, quum in Mesopotamia maiora quaedam in tribus pueris extiterunt naturae opera. Legerat sibi Nabuchdonosor, ex omni Palaestinae praedae multitudine, pueros eleganti forma, quos eunuchos fecit (id futurum. Cante anno vox prophetica demonstrauit) instituebantur illi regis Iussu liberalibus disciplinis, quibus Chaldaei plurimum vtuntur, profecerantcp in eo genere pueri regia stirpe procreati, Ananias, Misael & Azarias, quos gentili voce Assyrius, Sydrachum, Misachum, & Abdenagonem dixit. Iosephus pro Azaria Danielem habet, quem mutato nomine ait Baltasarem nominatum. Erāt

Perinthꝰ Heraclea Camarina. Massiliae cōditio.

Triū puerorū miraculum.

hi ob ingenij altitudinem, præmaturũq; profectũ, regi præ cæteris charissimi, alebanturq; regalibus epulis. Dubiũ est, sapientiæ dogmate an sponte ad id animũ adiecerint: satis constat, omniũ animantium carnibus repudiatis, legumina oleraq; esitare aliquãdiu pseueraſſe, vnde postea Pythagoricũ dogma ortum videri possit, si verum est, qd' vulgo video persuasum, Pythagoricæ sectę viuos carnibus abstinuisse, cum Chaldæis Pythagoras cerNabuchdonosoris somnium. te congressus est. Accidit interim vt Nabuchdonosor miram per quietem intuitus speciem, volucrem idoli repente experrect⁹ amiserit formã, Chaldæosq; percõtatus, an fieri posset, vt ea quæ in somnis sibi imago obuersata esset, in memoriam reuocetur, negãtibus cunctis humanũ id opus esse, qm cõiectare hominũ sit, nõ diuinare, instat rex insolẽtius exitium q; breuiter sapientibus cõminatur, nisi id oraculũ sibi expedirent, vix nocte vna ad id cõminiscendũ data iminebat q; haud dubia mors omnibus, & in his tribus adolescentibus ejusdem sapientiæ assectatoribus, tũ per noctẽ soliciti, ad diuinã opẽ cõfugiunt, gentile numẽ supplices orãt, vt si sua si maiorum pietate mererentur, qualis illa regij somni fuisset adumbratio: sibi ante lucem de monstraretur. Audijt Deus precum preces. Ac vbi primum illuxit, Daniel aditum ad regẽ sibi petijt, multũq; prius attestatus ne fraudi esset alijs q; supra humanas vires sapere nequiuissent. Cogitanti tibi inquit rex, qui hominũ in terris rerũ potiturSomnij species. ri esset, talis per quietẽ est visio oblata, vt statuã cerneres supra modũ proceram, cuius caput aureũ esset, humeri & brachia argentea, ex ære venter & femora, crura & pedes ferrei. Mox saxum ingens, iugo montis repente auulsum, in statuam procubuit, cuius impulsu prostrata & attrita imago, in pulueremNoctur næ visionis interpretatio. abijt ventoq; flatu dissipatũ, saxum adeo creuit, vt totam sua magnitudine terram occuparet. Imaginis huius hæc ratio fuit. Caput statuæ Assyrium inquit regnũ demõstrat. Brachia & humeri duos reges qui hoc euersuri erant imperium. Horũ alter æramento simili, ab occidente destruet id regnum, quod ipsum ferreũ postea excipiet, tenebitq; late omnia. Cætera q̃ ille executus est, consulto Iosephus a se silentio ait prætermissa, qn præterita scribere nõ futura, q̃q̃ obscure nimis & pplexe illa quoq; quæ ad statuam attinerent, ab eo videri possunt relata. Sed si in talibus coniectura scriptoribus licet vti videtur mihi, aureũ illud caput Assyrium regnum significasse, quod primũ omniũ fuit in terris cõstitutũ. Argentea brachia, Arbaces medus & Cyrus, quorũ Assyrio sublato imperio Medicũ ille regnum constituit, hic Persicũ. Venter & femora ænea Alexandrum Macedonẽ qui rubicundo fuit colore, is ab occasu profectus orientẽ subegit, cuius regnum post eius mortem a successoribus, quos per femora possis itelligere, est scissum per ferreos pedes haud inepte Romanos aliquis interpretabitur, qui magis adhuc occiduj quam Macedones fuere, Macedonũq; opibus euersis late omnibus terris sunt dominati. At quæcunq; coniecturæ illius fuit ratio, ea em̃ vt dixi parum perspicue traditur, satis constat, ob eam rem, Danielem & alios in magna iam inde apud regem admiratioAurea Nabuchdonosoris statua ne fuisse, sed parum fida sunt principum studia, eorumq; fauor facile mutabilis. Sunt preterea summę fortunæ ingenia laudis & gloriæ cupida, quale tũ Tres pueri flamma seruatu. in Babylonio rege fuit, qui sibi ex auro statuam sexegenum cubitorum celebri hominum conuẽtu dedicaturus, edictum proposuit; vt ad tubæ & symphoniæ concentum humi procumbentes, statuam adorarent. Hebræi adolescentes impium facinus auersati, satis scire gentili lege scriptum, Solum Deum adorabis, procumbere noluerunt. Horum audacia rex commotus, præcipitari iubet vinctos adolescentes in fornacem ad hunc vsum accẽsam. Rex mira hic accidisse traditur, innoxias tres pueri flammas experti, medioq; camino impune commorati, hymnũ Deo seruatori cecinerũt. Cui⁹ rei miraculo, tam impiũ est dicere, numen nõ interfuisse, quam delirum fuerit literarũ monumentis id tradere, nisi ita factũ crederemus. Iosephus Berosum secutus duos Babylonis ait reges vno nomiDuo Nabuchdonosores. ne appellatos, patrẽ qui Ieconiã cũ vxore & liberis sponte deditum, in Assyriam traduxit, quicq; Sedechiam cõstituit regẽ & Iuniorẽ alterũ, qui huic successit, a quo Sedechias excæcatus est, Hierosolyma q; excidio dedita, cuius Megasthenes ĩ quarto rerũ Indicarũ meminit. Fueruntq; eius gesta multo maiora Herculanis, si vera sunt quæ ille scripsit, quippe qui Libyen & Hiberiam vastauerit, Tyrum triẽnio obsederit, vt Theophrastus in Phœnicũ prodidit historia. Sed miror ea Iosephum credidisse, nam vt nihil de Hercule dicam, cui ridiculum sit Nabuchdonosorem omnibus pene gentibus præterquam Iudæis ignotum comparare, haud video quo pacto tam longa expeditio in obliuionẽ venerit, vt nullius fit literarũ monumẽtis illustrata. Successit vt idem autor scribit Iuniori illi, qui auream sibi statuam conflauit, Amilmadapacus, qui Ieconiã soluit, atq; in magno habuit honore. Is Egressario filio regnum per manus tradidit cui Labosordachus successit, quẽ Cyrus expugnauit. Labosordacho Nabor. Hic. LIX. anno post Nabuchdonosoris Iunioris mortem, regno potitus est. Cæterũ sub id tempus quo Hebræorum pueri ex camino ignis seruati sunt, Romæ Seruius Tullus iniussu populi regnum cepit, de cuius ortu & incrementis super ea, quæ in Tarquinij rebus explicandis scripsimus, abunde multa Dionysius, p̃didit fabulosa etiam quædam vt mihi videtur, sunt quæ de genitali membro repente orto super regiam aram, quod Ocrisia Seruij mater prima omnium viderit, Seruij Tullij ortus. eoq; prodigio rex motus, in ipso conclaui mulierẽ nuptiali cultu clauserit, atq; ita a Vulcano alioue domestico genio sit Ocrisia p̃gnans facta. Sed hæc opinio, vt longius a fide distat, ita minus celebrata: satis constat, qd' ad eius incremẽta attinet, sit minore indole q̃ fauore domi militiæq; versatũ, quippe qui priore bello Sabino, ob strenuam inter equites nauatam operam, fortitudinis præmia primus a rege acceperit. Rursus altero bello, pugna ad Eretum cum eadem gente commissa, corona donatus est quum. XX. ferme esset annos natus. Auxiliorũ Seruij succeſſus deinceps latini nominis dux factus mirifice rẽ Romanã iuuit, eo bello quo omne Hetruscum nomẽ Romano cessit imperio. Per hæc ille regi insinuat⁹ nihilo inferior ciuilibus officijs repertus, breui ad patriciatũ traductus, quum duæ regi filiæ essent, earum alterã duxit vxorem, ac iam inde publica negocia, quibus socer morbo primo, mox senio confectus, impar esset, domi foriscq; egregie administrauit, adeo omnia tempestiue executus, vt regis præsentia in nulla re desideraretur. Tarquinio igitur per eum modum, quo diximus, sublato, priusquã mors eius palam facta esset, percussoribus supplicio affectis, Martios parricidij accersitos, absentes perpetuo damnauit exilio, bonaq; publicauit, firmatis interim opibus, vt regiæ stirpis curator, custosq; reipublicæ, regia obibat munera. Ferre id in digne patres, & iam cõsilia inter se agitare, vt quũ in curiã



Oſo Seruij Tulli. in curiam Seruius venisset, cogerent illum se in ordinem redigere. Tullus quum hæc, quæ moebantur, resciuisset, plebis animos sibi concilandos ratus, si dignitatem retinere vellet, multitudine ad cõcionem vocata, duobusq; Tarquinijs pueris iuxta pulpitum locatis, ita ad populum verba fecit. Multiplex & varia necessitudo hortatur me quirites, ad hos paruulos Tarquinij vestri nuper regis nepotes, omni officio & pietate cum tota domo tuendos. Ille me patre orbum, qui fortiter pro suis dimicans ciuibus occubuit, patria simul & fortunis, priusquam nascerer, priuatum, nudum, egenũ excipiens inter liberos suos regio cultu educauit. Ille me domi militiæq; ornatum vestro suffragio ad amplissimum ordinem traduxit, in generum asciuit, vt filium coluit, amareq; perseuerauit. Ille demum capitales expertus insidias, priusquam vita decederet, horũ mihi salutem credidit, vxorem, filias, omnemq; familiam p̃senti clade consternatam multis precibus commendauit. Ecquis me virum, quirites, aut in Deos pium, aut in homines iustum existimet, si regios manes, quibus tantam debeo gratiam, tam pio officio frustrarer, si hos miserabiles pueros paterno auito q; præsidio priuatos, si Tarquinij coniugem, si filias, si totam domum, vnde tanta in me manauit pietas, inimicorum sæuitiæ vexandam relinquerem? dignus ipse qui multo fœdiora paterer, si fidem meam in tanta necessitudine negligerem. Quin siqua potius horum illi adhuc cura est, sentiat me virum bonum, gratũ memorem: sentiat me talem, qualem ipse ab initio in se & suos esse voluit. Dignus hac pietate, digni nepotes, quibus ob aui memoriam tota opitulatur ciuitas. Ille Romano imperio Latinos subegit, ille Hetruscos, & Sabinos, ille finitimos omnes, qui Romanum nomen ad id tempus oderant, bello domuit, domitos vestrũ accipere imperiũ iuitos coegit. Tarquini⁹ vrbẽ publicis excoluit operib⁹.
Repetitio. Tarquini⁹ ciuitatis ordines auxit, ornauit. Horum vos meminisse oportet q̃rites, hæc fama, & officio celebrare, ne meritorũ memoria sit auo bis cũ Tarquinio sepulta. Agite quæso vestroq; fauore & præsidio hos miserabiles pupillos protegite, vt non Seruius, sed Romanus Po. his tutor videatur relictus. Haud enim vnius patrocinium æque illos ac vestrum tuebitur auxilium quirites. Cæterum hæc ego coactus sum pro cõcione a vobis precari. Quoniam, vt audio, plerique in vnum conspirarunt, vt imperium hoc in alios transferant, eo videlicet cõsilio, vt me & omnem Tarquinij domum inimicorum sæuitiæ, omniq; iniuriæ contumeliæq; obijciant, sed imperium hoc vestrum est, quirites, in quo decernendo velim vobis succurrat, quos ego labores, quæ discrimina pro vestris commodis, p̃ huius imperij incrementis, & domi & militiæ vltro adierim. Pro quibus siqua mihi debetur gratia eam his pueris relatam velitis quæso. Non enim vt mihi ipsi imperium pararem, quo nemo est me vno indignior, sed vt Tarquinij nepotibus præsidio essem, reipublicæ sum admotus. Quare vos, p̃ afflictam miserorum fortunam, per auitos manes deosq; omnes oro & obtestor, quirites, ne hos pueros fidem vestram implorantes (satis implorant quos ante pedes vestros supplices videtis, licet per ætatem fari nequeant) in tanto discrimine deseratis, ne vestro præsidio destituti, auito simul imperio, vita q; periclitentur. His Seruius, simulq; pecuniam ad leuamen alieni æris, legisq; promulgationem pollicitus, ne quis ob debitum vinciretur amplius, rem indignã fieri testatus ob æs alienũ eos ciPerora tio. ues propria libertate priuari, qui publicam armis tuerentur, addita & census ratio in certum modũ distribuenda, quo fierent, vt bellorũ onera in diuites ab inopibus verterentur. Et qd' ad studiũ conciliandum oĩm potentissimũ fuit, agrorũ, qui a paucis possiderentur, diuisione proposita, plebi mirifice insinuatus cõcionẽ dimisit. Mox nominib⁹ receptis, mensisq; in foro positis, pecuniã quæ debebatur creditorũ singulis representari iussit, proposito inde edicto vt publico agro qui eum tenerent Seruij largitio. intra certũ tempus decederent. Parabat ad hæc populares quasdam leges scribere, non nullas etiã a Romulo & numa latas, temporisq; interuallo propemodũ antiquatas, in vsum reuocare, quum senatus suam per hæc ratus solui potentiã, non vt pri⁹ de imperio illi abrogando consilia agitare. apparebat em̃ si in suffragiũ itũ esset, fore, vt ob recentem gratiã haud dubie populus eũ iuberet regnare. Visum igitur silentio rẽ obliterare, patiq; eum iniusPatrũ cõ filium. su populi regnũ qd' furatus esset tenere, haud ignari, quum fauor ille remittere cœpisset, quãdo nihil sit populari aura leuius, & ad omnia momẽta mutabilius, fore tunc vt multitudo, libertatis suæ admonita, regnum neq; lege, neq; suffragio vsurpatum, sua spõte ab eo repeteret. Sensit Tullus quorsum pertinax illud curiæ silentium tenderet, mox & ipse in suas artes conuersus, rumores tota vrbe dissipãdos curat, patricios Tullo insidiari, fore, vt breui illorum fraude opprimeretur, ni eorum consilijs ireturobuiam. Vbi hanc ille famam in ore multorum esse sensit, tum sordida amictus veste Ocrisia matre, Tanaquille vxore, Tarquinijsq; pueris comitãtibus in forum mœstus descendit. Percussit multitudinem nouus ille comitatus, insuetusq; Tulli habitus, confestimque concursus ingens est ad eum factus, scisicitantibusq; alijs alios, satin saluæ res essent, quid ita mœstus rex esset, quid domesticus ille sibi comitatus vellet. Ipse mœstus silentio pulpitum ascendens, ita ad populum infit. Oſo Seruij ad populum. Fui ego ad hunc diem quirites de Tarquinij nepotibus solicitus, ne quid grauius illi ab inimicis paterentur, nunc de propria salute mihi cogitandum est, metusq; ingens cepit, ne pro meo in vos studio & liberalitate, tetra clades & ignominia sit paulo post mihi adeunda. Satis compertum habeo, capitales mihi insidias pari, essecq; in caput meum a patricijs non paucis coniuratum. Nec si ab eis quæri possit, qd tam mihi infesti sint, aliud, vt reor, obijcere possint quã q̃ grauiter & indigne ferant, me eum in vos esse, qui iam antea fui, quicq; si per eos licet esse cupio. Eminent in tanto irarum æstu fœneratorum odia, q̃ non permiserim eos in fortunas & libertatem vestram ad libitum grassari. Accedit his eorum dolor, qui agrum, vestro sanguine quæsitum, peculati, non minus dolent a me vobis diuisum, quã si propriis fortunis spoliati essent. Sunt & alij qui succenseant, q̃ ex censu cogẽdi sint tributum conferre, legibusq; deinceps æquioribus assuescere. Quibus stimulis adacti, consilia inter se vt audio, agitant, vt exules in vrbem restituant, atq; in Anci filios regnum conferant, qui Tarquinij vestrũ regem optimũ quirites interfecere, qui sceleris sui consci, quia iudicio non affuerunt, exilio damnastis, aqua & igni interdixistis, bona ademistis. Hi nunc si in vrbem reducantur, quæ tum mihi mala, quæ Tarquinijs pueris, quæ vniuersæ familiæ futura sint, etsi nõ dixerim, intelligere tamẽ potestis Quirites, nullũ cõtumeliæ, sæuitiæ, crudelitatis genus inexperum relinquent, non ætatis, non sexus discrimen habebunt vllum, ferro, flamma,

cæde omnia fœdabunt. Alium super alios strage cumultabunt, distrahent, illudent afflictæ domui, insultabunt vestris capitibus, q̃ tam diu passi fitis nos incolumes esse. Q̃ si tanta inuidia digni sum⁹ placerq; vobis quirites Martios ad nostrũ exitium reuocari, vt Tarquinij nepotibus mecum cæsis Reges creentur, feremus æquo animo quamcunque fortunam vos ipsi feceritis, sed per omnes vos oro deos quirites, si quid apud vos Tarquinij memoria valet, si quid ineum studium, pietas, obseruantia mereri potest, obtestor, vt quæ vestra sit in hoc vno sententia, sine cunctatione aperiatis: vt si alij digniores hoc honore videant, hi pueri cũ Tarquinia stirpe procul hinc, ne inimicis ludibrio sint, facessant. Nam de me ipse aliquid fortasse generosius statuam, Satis enim ad virtutem & bonam famam vixi. Accipite fasces & regia insignia, datecq; si placet patricijs, ego in nulla re molestus ero vobis præsens. Hæc eo dicente & iam discessum moliente, coortus est clamor, precesq; lachrymis permixtæ rogantium, vt in administratione perseueraret, nec cuiusquam insidias vereretur, saluo & incolumi Romano populo. Illata deinceps ex composito est a paucis mentio vt rex crearetur, secutusq; consensus ingens poscẽtium, vt in suffragia mitterentur. Hic ille nẽ occasio diu expectata e manibus laberetur, quum populo gratias egisset, comitia in certum diem edixit, quibus Rex omni⁹ fere suffragijs est postea declaratus. Hæc Dionysius. At Liuius, cui libentius in hac parte accedo, autor est, Hetruscum bellũ gestum, consumq; ciuitatis prius ab eo descriptum, aliaq; vrbana opera absolura, q̃ regẽ fieri contigisset, nec Martiorũ reditũ eum veritũ in conscionẽ descendisse, sed Tarquinij iuuenis verba, qui dicebatur sæpius iactare Tullum iniusu populi regnare. Verum siue hæc, siue illa causa fuit, quæ eum populi animum periclitari coegit, Rex declaratus super bellum quod cum Hetruscis pspere gessit, leges de iurijs & negocijs tulit. Addidit & alias his haud min⁹ populares. Viminalẽ & Quirinalẽ colles vrbi adiecit, ac tum demũ Pomœrium vrbis est maxime ampliatũ, septem collibus eo cõplexis, ipsecq; in exquilijs habitauit, vt celebrior fieret locus, vrbem in quatuor velut regiones partitus, vnam Palatinã nominauit, Suburbanam alterã, Tertiã Collinam, reliquã Exquilinam omnibus nouissime institutam. Dionysius verũ vrbis ambitum, qui Pomœrio continebatur, haud multo maiorem Athenarum circuitu fuisse credidit, atquj siquis circuniecta ædificia, & a forma vrbica nihil dissidentia cõplexus Pomœrio applicet, longe maiorẽ circũscribat aream. Plinius Pomœrij ambitum Vespasianis imperatoribus, XIII. milia passuum & CC. habuisse autor est, septẽ intra se inclusis collibus in. XIIII. regiones distinctũ, Mille & amplius vicos, Portas quatuor & triginta habuisse, ad quas paribus spatijs viæ decurrerẽt, ab aurea columna, quę in foro Romano fuit. Enimuero si quis rectorũ extrema cũ prætorijs castris animo cõcepisset, LXX. milium passuum & amplius fuit circuitus ille habiturus. Compitalia deinceps constituit Tullus, mox omni agro in Pagos diuiso, quatuor & tringinta tribus factas Dionysius existimat. Mihi vero numerus tribuum non videtur ab initio is fuisse, quem ille air, sed procedente tempore auctus. Pagos ad hæc, concauas rupes, specus, & profugia q̃dã agrestiũ a Romanis appellatos arbitrat⁹ est, & in ijs annua sacra Paganalia dici cõtigisse. Subiecit his operibus aliud longe vtilius pacis opus, sed ad rem militarem ytilissimũ, vt quem admodum Numa sacrorum, diuiniq; iuris, fuisset autor, ita ipse omniũ ciuitatis discriminũ. Res eo spectabat, vt belli pacisq; munia, non viritim, vt antea sed pro pecuniarum habitu fierent. In classes igitur & centurias, omnem ciuium multitudinem partitus est. Quorum ordinum ratio fuit, vt ij quorum res centũ milibus æris censerentur, in prima classe essent, quæ centurias habuit octoginta, pari numero Iuniorum seniorumq;, vt hi ad vrbis custodiam præsto essent, luuenes foris bella gererent. Arma vtriusq; imperata, Galea, Clypeus, Lorica, Ocreæ. Et hæc quæ corpus regerent. In hostes, hasta & gladius. Additæ huic classi duę Fabrum centuriæ, qui in bellum machinas ferrent, & ob id inermes. Altera classis est. XX. facta est centurijs, quarum census ab quinque & septuaginta millibus, ad centum milia extendebatur. Arma illis, Scutum, Galea. Ocreæ, Lorica dumtaxat ademptæ. Tela in hostes, eadem. Idem ætatis discrimẽ. Tertij ordinis census in quinquaginta milia descendit, totidem centuriæ, nec in armis quicquam præter Ocreas variatum. Par centuriarum numerus Quartæ classis census adhuc minor, quippe qui a quinquaginta milibus in summam dimidio minorem contraheret, nihil his datũ præter hastã & verutũ. Triginta centuriæ quintã expleuere classem, fundã his & lapides missiles ferre in pugnam iussum est, & in his Accensi, Cornicines, & Tibicines, in tris cẽturias distributi. XI. milibus est hæc classis æstimata. Minor deinceps census reliquã habuit multitudinẽ, cui ob inopiã, militiæ munus, tributũq; Tullus remisit. Et hæc fuit prima census æstimatio, per eos ipsos qui possiderent, ab initio facta. Adacti simul ciues iuramento singuliq; sua bona æstimare, q̃bus parẽtibus orti essent, quos filios haberẽt, cuius ipsi ætatis, cui⁹ vxores liberiq;, q̃ illorũ nomina, quo vrbis loco, aut quo regionis pago domiciliũ haberent, ꝓpositis ijs q̃ fallerẽt pœna, vt adẽptis bonis ipsi verberibus cæsi venderentur. Pe- ditum numero in hũc modũ distributo ex primoribus ciuitatis nouos scripsit equitũ ordines, vt cum ijs, quæ fuerant sub Romulo inauguratæ, q̃q; illis postea a Tarquinio ad ditæ, duodeuiginti essent cẽturiæ, dena milia æris singulis ad emendos equos data ex publico, & ad eos alendos duo milia in annum constituta, viduæ equitibus attributæ, quæ annuam pecuniam penderent. Fuerunt equitum peditumq; centuriæ centum nonaginta tres, quib⁹ in ferendis suffragijs, sua omnibus ordinibus seruata est dignitas: vt qui plurimi censi essent, maioraq; bellorum onera sustinerent (nam ita cõparũ a Seruio erat, vt nõ viritim, vt antea, sed pro census æstimatione singuli tributa penderent) hi primo loco suffragia inirent. Cæterum habuit prima classis octoginta peditum centurias, inibantq; cũ his eqtes suffragia, qd⁹ Dionysius demõstrat, vt octo & nonaginta centuriæ primo loco in suffragiũ vocarent. Excedebat hic numer⁹ dimidiũ suffragiorũ quo factũ est, vt quoties his suffragatibus cõueniss̃et, pro decreto haberetur quicquid id esset, quapropter missus esset populus in suffragia. Si hic qd⁹ raro accidere solebat variatum esset, secundæ classis centuriæ vocari, atq; aliæ deinceps ordine, ita vt ferę nunquã esset ad extremũ ordinem puenire, sicq; Tulli regis prudentia comparatũ, vt ordines in eo paria facerent, vt ijs qui maiora sustinerẽt onera, id commodi suffragijs reponeretur, quibus licet nemo excluſus videret, vis tamẽ omnis penes eqtes & primæ classis centurias esset constituta, in quor⁹ potestate fuit creare quos vellẽt magistratus, sanci ve leges,

Peroratio.

Seruius Rex declaratur.

Viminalis & Quirinalis, colles.

Pomœrij ambitus.

Pagi qd essent.

Census ꝑstitutio

Classiũ ordo.

Arma classium.

Equitũ ordines.

Suffragiorũ ratio



Quæ eo mitijs de cernerẽt.

releges bella indicere, quor⁹ triũ potestas ab initio fuit popl⁹. hic suffragior⁹ ordo haud adultimũ seruatus, Liui⁹ & Dionysius sunt autores, nec qualis deinde ratio fuerit vsurpata expediunt. Tullus per fecto censu edixit, vt pedites equitesq; suis quisq; ordinibus prima luce sibi in cãpo qui postea Martius cognominatus est, armati adessent, vincula & mortem cõminatus si quis dicto minus audiens esset, instructũ ibi exercitũ Serui⁹ recognouit, lustrauitq; Oue Sue Tauro: Dionysius pro Sue Hircum scripsit, id Romani conditũ lustrũ dixere, quia censendi sit tum finis factus, censa sunt octoginta ciuiũ milia, Fabius pictor virorũ qui arma ferre poterant eũ fuisse numerũ, ꝓdidit. Libertos ad hæc quicunq; tum Romæ fuere vrbanis tribubus insertos reipublicæ ciuiliũq; rerũ participes esse voluit. Habuit rex super ea re grauissimã apud patricios orationẽ, quos id factũ ægre ferre audiuerat, ꝑfatus mirari se eos qui putarẽt liberũ a seruo natura nõ fortuna distare, quicq; ciuitate indignos eos arbitrarentur, quos ob spectatã fidẽ & virtutem libertate dignos iudicassent, quin melius ciuitati cõsulerent, & quẽ improbũ putarent in ea fortuna habere per seuerarent, quẽ vero merito manumissum crederẽt ne ciuili vsu vitaq; fraudatũ vellent. Fuit ea regis admonitio vt vera ita ad ꝑsentem inuidiã leniẽdã accõmodata: repurans deinde Tullus quãta ad posteros illorũ fama peruenisset, qui aliquod insigne opus in terris reliquissent, Amphyctionis filij Heleni exemplũ secutus, qui in terra Græcia Amphyctionicũ cõuẽtũ instituit, legibus, ꝑter proprias cuiusq; vrbis, constitutis, quæ omnibus cõmunes essent, vt his cõiunctius inter se amicabiliusq; agerẽt qui mos postea in Asiam translatus, cãm Ionibus prębuit, Ephesiæ Dianæ templũ magnificentissimo apparatu construendi, & Doribus in Epitropio Apollinis. Ad iungendos igitur sibi Romano q̃ nomini Latinorũ animos, autor extitit vniuerso Latio, vt cum Romanis templũ Dianæ in Auẽtino extruerent, ea tacita erat confessio, summã & caput imperij Romæ esse, Nundinarũ celebritatisq; ad eũ locũ habendæ, quas leges ænea basi inscri pſit. Dionysius autor est ad ætatẽ vsq; suã eam per durasse, literarũ figuris insculptam, quibus vetus Græcia olim fuit vsa, manifesto veteris persuasionis argumẽto, Romanos a principio Græcis fuisse literis vsos. Excideratiam animo finitimis omnibus de imperio contẽtio. Acquiescebant iam præsenti fortunæ, vt vbi plus esset viriũ, ibi decus & dignitatẽ consistere paterent: quum parum abfuit quin mortaliũ hunc consensum fatalis quædã occasio abruperit. Bos in Sabinis per id tempus apud Antroniũ quendã nata est, miranda specie magnitudi neq; enormi, Bouis cornua diu postea in eius templi vestibulo, vt miraculo posteris essent, pependere. Cecinerãt vates ibi fore imperium, vnde his esset ciuis, qui eã Dianæ immolasset. Peruenerat forte rumor huius carminis ad eius phani antistitem, quũ Antronius, Bouẽ prę se Romã agens, ad Dianæ aram immolaturus statuit. Tum sacerdos præcipuã Bouis magnitudinẽ mirat⁹, nec fatidicæ sortis immemor confestim inclamat, quid tu inquit hospes impurus Dianæ sacrificium paras facere? quin viuo prius perfunderis fluuio subiecta valle nequid excuses, fluit Tyberis. Sabinus religione tactus, rite enim fieri volebat omnia, vt oraculo euentus responderet, exemplo ad Tyberinum descendit amnem. Arripit interim antistes oblatam occasionẽ, ac tanti sper dũ ille it, ꝑpere reditq;, Dianæ Bouem immolat. Fuit ea res Tullo & ciuibus mire grata, q̃ Sabinum hominẽ sacerdos ludificatus, eam fati nescitatẽ ad Romanos traxisset. Extruxit Tullus duo Fortunę tẽpla, in foro Boario vnũ, alterũ secus Tyberim, quã virilẽ fortunã cognomi nauit. Et hæc fere sunt ciuilia Tulli opera. Bellum diuturnũ aduersus Hetruscos gessit, Dionysius annos viginti eo rege cum Tuscis bellatum scribit, tertioq; interim de ea gente triumphatũ. Postremo Veientes, Cerites, & Tarquinienses, a quibus orta erat defectio, agro mulctati sunt, bellumq; cũ tota Hetruria compositũ. Ipse per hæc immortale nomen adeptus, domestica conspiratione periit. Locauerat L. & Arunti Tarquinijs ab auo relictis duas Seruius filias, vt iuuenes duplici affinitate deuinctos, minus in repub. administranda haberet infestos. Scio ego Liuium & cæteros Romanos scripto res ꝑter L. Pisonem persuasum habuisse, eos prisci Tarquinij fuisse filios, & non nepotes, sed si octogenarius Tarquini⁹ periit, erat q̃ Tanaquilis quinq; annis minor, vt Dionysi⁹ haud inepte colligit, oportuisset non pueros eos fuisse, quũ pater fuit interfectus, etiã si quinquagenaria peperisset Tanaquilis, quod raro accidit, sed iam porro adultos, quippe quorũ minor quinq; & viginti annos natus esse potuit. Nec credibile est Tanaquilidem filios iam adultæ ætatis, paterni regni successione fraudatos voluisse, vt genero gradus fieret ad dignitatẽ, ꝑ ſter tim quũ ne maior quidem natu Tarquiniorũ Tullus esse potuisset, si ex Tanaquilide illi nati essent. Cęterũ oportuisset L. Tarquiniũ, si æqualis Seruio fuisset, iam septuagenariũ esse, quum eũ regno deiecit, nonagenariũ quum ipse regno cum filijs est eiectus, quo sane tempore cõstat ad Ardeam militasse, & aliquot post annos ad Regillum lacum ingenti prælio victum, acie excelsisse, qd⁹ per ætatem omnino fieri nequiuisset. Contra omnes affirmãt Ab prisco Tarquinio pueros admodum eos relictos. Nec multo plus quadrat illis ratio, qui ex altera coniuge eos nouissimis Tarquinij tẽporibus, ortos opinati sunt. Nam nõ defuerunt, qui id quo q̃ traderent, Erat ille quum periit octogenarius, fuissent nuptiæ illæ (quis non videt) intempestiuę nimis, hominisq; demẽtis, qui iam decrepitus progreationi dare voluerit operam. Sed haud ignarus erat rex alioqui prudentissimus posse humanas leges a regibus, quorum magna esset in terris potestas, solui, naturę non posse, q̃q; ne liberis quidem tam nudus erat, quum duas ex Tanaquilide haberet filias, vt prolis cupiditate huic, cum qua cõiunctissime vixerit, superducere voluerit vxorem. Sed qui hæc prodere sunt ausi, leui potius coniectura, q̃ cuiusquã testimonio adducti, id secuti sunt. Propiora igitur vero, quæ L. Piso & Dionysius Pisonem secutus, memoriæ prodiderunt, fuisse L. Tarquinium & Aruntem, non ex prisco Tarquinio, quod fieri nõ potuit, sed ex Targnij filio genitos, qui aliquanto priusquam pater, vita decessit. His igitur quocunq; patre genitis, duæ Tulliæ matrimonio locatæ erant cõnubiaq; vtriusq; ætatis gradu comparata, vt maior Tullia L. Tarquinio, qui maior natu erat nupserit, altera minor Arunti, forsq; ita tulerat, vt in his quos ætas consociasset, parũ ingenia cõuenirent. Ferox maior Tarquinius, mixti ingenio cõiugem fuerat fortitus. Contra Aruns probus ipse, improbã fœminã, & ad omne scelus pręferocem. Huius naturam violentam, ociosq; inimicam, mansuetudo viri & obsequium in regem frangere. Lucius, ne quid in senem moliretur, pietate coniugis teneri. Angi ob eã rẽ ferox Tullia, & q̃ a in Arunte solicitando nullum videbat sibi locum

o ij relictum,

Primum lustrum conditũ.

Libertini vrbanis tribubus inserti.

Seruij cõ filiũ.

Dianæ tẽplũ in Auẽtino

Fatalis bos.

L. & Aruns Tarquinij cuius filij fuerint.

Duę Tulliæ duobus Tarquinijs iunctæ.

relictum, tota in Tarquinium versa, eum vere dignum prædicare, qui regia stirpe ortus crederetur, inuehi nec fecius in maiorem Tullium, & talem virum nacta, in tanta occupandi regni occasione cessaret. At siue Tragicum scelus fortuna Romanæ regiæ per hæc instruere voluerit, siue quod magis credit, humana id fraude accidit, paucis diebus maior Tullia & Aruns contiguis pene funeribus sublati, sceleratis nuptijs domũ vacuã fecere. Tum vero duo praua ingenia, magis non prohibẽte id cõnubium rege, quam probãte, malis initijs, peiore euẽtu, matrimonio cõiuere. Nec longa deinceps mora fuit, Tullia yirum stimulante, arcẽ idẽ ridem, querente, non defuisse sibi cui nupta diceret, nec cum quo tacita seruiret, illud se ab initio suspirare non desisse, vt eum quandoq; virum fortita esset, qui regno se dignum arbitraretur: meminisse eum oportere, quibus esset maioribus procreatus, qui ab Hercule oriundi, Corinthiq; diu dictatoriã potestatem obtinuissent: auus Tarquinius recẽtissima memoria Hetruria profectus, Romę regnum fuisset adeptus, multaq; gloria in eo consenuisset. Adesse præter domesticũ decus quæsitas opes multorum studia concitata, & quod futuro sit regi maxime necessarium, audax & callidum ingenium, corpus validũ, regiam in ore maiestatem, quæ omnia si te minus mouent, moueat, saltem ipsa naturæ necessitas, quæ non patitur te diutius fatalem Seruij exitum expectare, iam propemodum quinquagenarius es, nunquã multũ famæ, aut gloriæ re portauit, qui senex regnare cœpit, q̃q; per Deũ, q̃ ætas est, quæ mortis secura esse possit? Quod quũ incertum sit, quantum tibi vitæ adhuc supersit admitedum est, ne tua inertia regia appellatione fraudẽris, ad quam fortuna & natura tibi iter ab initio patefecerunt. Q. si hoc tibi expectandum arbitraris, quid duplici parricidio opus fuit, aut quid dijs & Tullo regi inuisi hic viuimus, quin ambo hinc Tarquinios, aut Corinthum facessimus, ignobilẽ vtrobiq; vitam honestius, quam in hac luce hominum acturi? His mulieribus stimulis Tarquinius adactus, occulta cœpit in Tullum cõsilia agitare. Et iam ex vtroq; ordine pleriscq; partim criminib⁹, partim pecunia in sententiam abductis, aperte regnum a Tullo repetebat, spectabatq; res ad vim a pertam, quum Tullus pro magno habuit negocio in curia Tarquinium prœuenire, ibiq; ab eo coram scisciatus, ecquonam iure putaret a se regnum repetendum longaq; erat oratione disceptandum, ni Tullus, petita a patribus venia eam cognitionem ad populũ detulisset. Parum absuit quin post Tulli orationem Tarquinius sit pro concione a populo discerptus: quo factum est, vt ille aliquandiu se in priuato tenuerit, mox recentibus Tulliæ stimulis exagitatus, quia aperta consilia parum processerant, occulta cum hominibus suæ factionis quos in curia habebat iniit, rentatamq; per vxorem cum socero reconciliationem, haud facile impetrauit. Pudere regem, ac pene impium credere cum filia & genero aperras gerere inimicitias. Nactus deinceps Tarquinius occasionem, posteaq; exhaustam populo ciuitatem vidit, passim enim in agris tum ictus colligebantur, cum lictoribus regalicq; habitu repente in forum processit: inde curiam ingressus, per prœconem iuber patres ad se vocari. Iam excom posito multi eius ordinis in proximo steterant, vt præsto illi adessent, stetit & altera manus ferro sub vestibus accincta. Hic Tarquinius Regio solio adnixus, acerbam in Seruium orationem orsus, perfidiam eius & impudentiam incusabat, q̃ seruus seruatus, tutoris specie, auito se regno spoliasset, q̃ non suffragio, vt cæteri reges, sed ambitiosa largitione alienũ regnum occupasset, inde in eius acta inuectus, censum ab eo excogitatum crimini dabat, q̃ in patres, quos infense oderat agrorum possessione deiectos, onera etiam bellorũ inclinasset. Inuidiosæ huic orationi superuenit Tullus, trepide domo excitus, Tarquiniumq; regia sella sedentem intuitus, procul exclamat, quis inquit tibi homo scelestissime habitum istum induere permisit, aut qua fiducia me viuo senatum in curiam vocare es ausus? Tum ille haud minore audacia, Tua Tulle inquit impudentia, qui ne liber quidem, nõ erubuisti regnum hoc mihi ab auo relictum occupare. His Seruius adhuc magis irritatus impetu in eum fertur, quem Tarquinius intrepide exceptum, non solum repulit, sed medium etiam complexũ sublatumq; e curia in inferiores partes, per gradus deiecit, Dionysius per crepidines quæ in concionarium ferebant, præcipitatum prodidit. Aegre rex ac prope exanguis sublatus inde, quum a regio comitatu domum reduceretur, ab ijs qui a Tarquinio post illum immissi sunt, in summa Cypriꝝ vici parte est occisus. Non pœniter me Liuij & aliorũ sententiæ esse, qui Tullię admonitu id factum arbitrãtur carpento quod satis cõstat in forum delata, prima virum e curia accersitum regem salutauit, iussa q; e publico ob tumultum, qui ortus erat, facessere, quum in Exquilias abiret, ibi eñ erat regia, in summo Cyprio vico vbi Dianium postea fuit dextra currum flectere volenti pauidus auriga inhibuit habenas: erat namq; arctior vicus, vt nisi per stratũ Seruij corpus euadere non posset: quærenti Tulliæ quid in mora esset, cæsum patris cadauer ostendit, tum illa arreptum, quod ad pedes habuit, scabellum, in aurigam violenter intorsit, alta voce increpans quid non vltra tenderet. Ad quam vocem non minus ille quam ad plagam conterritus, per iacentis stragem mulas & carpentum egit. Mansit inde tanti sceleris monumentum, vt vicus, vnde illa paterniæ cædis vestigia domum retulit, sceleris, siue, vt alij scribunt, impius sit dictus. Talisq; fuit Tulli exitus, qui vno duntaxat excepto, q̃ maiore quadam ambitione, quam cæteri reges, ad regni fastigium peruenerat, quippe qui nonnihil iniussu populi rerum potitus fuit, regnumq; a plebe immoderata largitione mercat⁹ est, cætera ita per quatuor & quadraginta annos rem Romanam administrauit, tandiu eñ rex fuit (etsi librariorum incuria Dionysius & Eusebius aliquid varient) vt optimo cuiq; regum perdifficilis futura fuerit æmulatio. Accessit eius gloriæ, q̃ cum eo iustum & mite occidit imperium, qui cum talis esset, in animo tñ habuisse dicitur, liberare patriam, formãq; reipub. qualis postea secuta est inducere, ni optimis consilijs domesticum scelus interuenisset. Per id tempus igitur quo Tullus rerum est Romæ potitus, Cyrus Cambysis filius Astyage auo qui Medorum rex erat, sublato, summam imperij ad Medos pertraxit. Fuit Astyages Cyaxaris filius, ex quo Mandane est filia orta, hæc per quietem patri visa est micturiens regiam vrbem cum tota Asia inundare. Rex edoctus a somniorum coniectoribus, quid nocturna illa portenderet species, apparebat eñ puerum ex ea nasciturum, qui Medorũ totius q; Asiæ regnũ obtineret, futurorum solicitus puellam viro maturam, vt procul domo oblegaret, Cambysi, quę si nubit, clara in Persis familia eorum acceperat, matrimonio locauit. Nec ita, multo post q; eam nuptui dedit, noua rursus imago illi in somnis oblata est, media

Minor Tullia maiori Tarquinio iungitur.

Attende ferocem hortationem.

Tullus interficitur.

Inaudiũ scelus Tulliæ. Vicus Impius.

Targni⁹ a Tullo regnũ repetit.

Reconciliatio Tulli & Targnij. Tarquinij facin⁹

Astygis nium.

Mãdane Cambyse nubit.



media Astyages quiete imaginat⁹ est, vitem se cernere e filiæ genitalibus natã, quæ omnẽ inumbraret Asiam, quum hæc quoq; eodem tenderet, quo prior visio, vt interpretabãtur vates, ex Persis prægnãtem filiam (iam enim fama acceperat eam vterum ferre) Astyages in Mediam accersit, & q̃a partui propinqua erat, custodiã apposuit, nequa fraus fieret, inde puerum ex ea natum Harpago Medorũ fidissimo necãdũ tradidit, ille misericordia motus, cæterũ quia orbus esset filijs Astyages, & iam grandis natu, veritus ne post eius mortem, si regnum ad filiam peruenisset, ipse ob patratram pueri cædem ad supplicium raperetur, Mitridati Astyagis bubulco, montium & syluarum gnaro, ad se accersito, puerum abijciendum dedit, suppliciũ & mortem regis iussu, ni facinus perpetraret, interminat⁹. Fuit pastori vxor Spaco nole, Medica vox est, q̃ lati ne canis interpretari possit. Hæc forte eo die quo vir in vrbẽ fuerat accersitus, puerũ mortuũ enixa est. Tũ ad eã Mitridates reuers⁹ qd̃ sibi ab Harpago mun⁹ esset iniũctũ, & q̃ de puero mãdata haberet, ordine exponit, q̃q; ex Harpagi famulo audiuisset, q̃ tantisper dum vrbe egreditur fuerat sibi comes, ex Mandane regis filia & Cambyse puerum natum. His mulier perculsa infantem sibi mõstrari petijt, quẽ auro & purpura obuolutũ, proceritatẽ ad hæc elegantemq; formam intuita, ad mariti genua cum lachrymis prouoluta, ne puerum perdat suppliciter precatur. Auersatus ille primo coniugis preces, fore prædicabat, vt non multo post ab Harpago mitterentur, qui an rite mandata peregisset explorarent: inde edoctus posse puerum, quẽ ipsa eo die enixa esset, pro regio exponi, nec ægre se laturam, filium insepultum iacere ferisq; laniandum dari, modo regiam stirpem pro sua aleret, persuasus ille quem perdendum acceperat vxori relicto, suum in eodẽ cultu, eodemq; alueo quo erat Cyrus (sic eñ postea est nuncupatus) abiciendus, exposuit, triduo post in vrbem reuersus, nunciat Harpago mãdatum rite a se peractũ, mitteret, si ita videretur, q̃ puerum extinctum coram inspicerent, reliquisse se rantisper pastorem ad custodiam corporis, donec aliquis eo rem exploratum mitteret. Ducti sunt in rem præsentem Harpagi satellites, qui omnia certa renunciarent, quibus sylua abeũtibus, Mitridates filium sepelijt, subditituq; pro suo alere perseuerauit. Cyrus puer deinceps est ob nutricis nomẽ nũcupatus, locusq; fabulæ datus, vt canẽ illi vbera in syluis admouisse memorent. & Astyagis conatus in fatali necessitate disputienda per hæc irriti fuere. Etenim quicquid necesse est euenire, id ipsum eueniat necesse est. Cyrus vero iam puer factus, & ab æqualium cœtu rex per lusum creatus, Artebaris filium (erat is in Medis celebris, Astyagi q̃ perquã familiaris) quia imperata parum nauiter fecisset, ministris qui sibi aderant imperat, vt eum captũ multis verberibus afficiant. Eam contumeliã puer ini quo animo ferens, ex pago vbi id iudicrum fiebat, in vrbem ad patrẽ venit, ibiq; multũ de regij pastoris filio questus (nondum enim erat illi Cyro nomen) q̃ eius iussu multa cũ indignitate flagris admotus, pene ad necem cæsus esset. Tulit eam iniuriam parũ ciuiliter Artebares, filiumq; ad conspectũ regis perductũ nudari iuber, tergaq; vibicibus fœda multis querimonijs ostentat. Vltionem poscere, eã sibi cõtumeliã ab Bubulci filio illatã, qui si id impune tulerit, iã breui fore, vt nullus pudor violandæ ingenuitatis sit feruis amplius, & merce narijs. Mouit eius rei indignitas Astyagem, confestimq; Mitridatẽ ad se cũ puero vocari iuber, qui q̃ ad regis præsentiam intrepidus stetisset, rogatus an recte sibi visus esset facere, q̃ ingenuũ puerũ, illustriscq; viri filiũ, tam infigniter verberasset: Crearũt me inquit æquales mei Astyages nuper regẽ, vt potestatem æque in omnes exercerem, erãtq; interim cæteri dicto obedientes, hic vnus contumax imperiũ aspernabatur, ludibrioq; regis nomẽ habebat. Hunc ego dignũ iudicaui verberibus, vt multa metu in officio continerẽ. Q. si quid in eo admisi quapropter meritus sim pœnas, pro sto ad sum quasq; iusseris expendere. Demiratus Astiages pueri constantiã, diu sine voce in eius vultu defixus stetit, subijtq; nepotis memoria, liæq; liniamenta in eius ore propemodum agnoscere: Cõperabat ætati expositionis tempus. Tum perculsus animo, vt fine arbitris rem totã cognosceret, iubet Artebarẽ abire præfatus fore sibi curæ eius iniuriæ vltionẽ, Cyrum ipsum velut ad supplicium duci intro iubet, ipse in bubulcum conuersus, vnde puerum habuisset scisciatur, ille ex se genitũ respondit, esse sibi vxorẽ, quæ eum infantẽ enixa apud se esset. Tũ monitus parum prudenter facere, q̃ per tormenta & cruciatus malit sibi verum extorqueri, quã spõte patefacere, cõterritus ille metu, & ad pedes regis cum lachrymis prostratus veniã precat, ordine deinde cuncta, vt acta erant a principio, exponit. Tũ Astyages ira in Harpagum deflexa, eũ ad fœcatũ rogat, ecquid peremisset ne puerũ ex filia natũ, quẽ a se necandũ accepisset. Hic quia Bubulcus aderat, nec poterat Harpagus ire inficias Non potui, inquit, pro mea in te, & tuos obseruantia nepotis carnifex esse, dedi tamẽ nihilo secius huic puerũ extinguendũ, de cuius morte vt certior fierem, misi ex domesticis fidissimos quosdã, q̃ expositũ infantẽ mortuũq; viderẽt. Rex ira ad tẽpus dissimulata, quãdo inquit ita accidit, vt præter sententiã & imperium meũ puer seruatus sit, dijs gratulãdũ est. Paro itaq; illis, pro insperata nepotis salute, sacra facere. Quibus ipse adsis volo, est eñ intus, da operã vt & filius tuus cũ illo sit frequens. Adhibebo præterea hodie multos festis epulis, aderis tu quoq; ex cõsuetudine cũ aliꝭ. Letus Harpag⁹, nihil mali suspicãs, vbi circa regẽ omnia pacata offendit, & filiũ qui vnic⁹ sibi erat, cõtinuo in regiã misit. Hunc Astyages iugulatum, mẽbratimq; dissectum partim torreri imperat, partim elixari, inde frequenti cõuiuio pro uilla carne Harpago inferri iussit. Quibus ille epulis expletus, rogatus a rege an suauius vnq̃ epulatus esset, negasset q; Harpagus contigisse sibi vnq̃ tã suauiter vesci, caput pueri, manusq;, & pedes illi obtulit, ac simul ait, Hę tibi ex lauta ista cœna reliquiæ sunt Harpage. Tu vero dic rogo, nosti cuius feræ carnem comederis? Tum Harpagus, vt inuicto erat animo, præsentiq; in aduersis consilio, noui inquit rex, ac quando ita tibi placuisse video, nõ potest mihi hæc cœna non suauis esse. Pueri caput, & cæteras q̃squilias humatur⁹ secũ detulit. Hac q̃ vltione Astiages vltus est Harpagum. Ipse a magis scisciatus, ecquid futurũ arbitrarentur, puerũ quem ipsi in Medis regnaturum dixissent, præter sententiam suam seruatum, verum ita euenisse, vt inter pueros per lusum fuisset rex creatus. Affirmãtibus his videri sibi puerum fatali necessitate regnãdi per ea defunctum, gauisus rex Cyrum ad se accersitum ita aloquitur, Quũ ego inquit fili, ob nocturnã quãdã visionis speciẽ, te ex Mãdane filia narũ necare statuissem, tuo tñ ipsius fato seruat⁹, vt viuas volo & opto. Te in Persas cũ his, q̃bus te dedücẽdũ dedero, vt parẽtes agnoscas tuos ire iubeo. Ibi Camby ses est, & Mandane filia qui te procrea-

Trahitur Cyr⁹ ad Astyagis conspectũ.

Exponit alius pro Cyro.

Cyrus.

Cyri pueri facin⁹.

Crudelis simum. Astyagis facinus.

Astyages. Cyrus in Persas mittitit.

runt,maiore fortuna ambo,quã is ſit,quem tu falſo patrem rebare,ac cum his procul puerum ablegauit.Et hoc de Cyro ſciptores quos ſequimur.Cęterum haud plane perſpicio,quid fuerit q̃ tantopere futurum Cyri ſucceſſum Aſtyages horreret.Ego quod ab Herodoto miror prętermiſſum,non tam nepotis ſucceſſionem,q̃ perſicum nomen crediderim Aſtyagem abominatum,ne ea gens per eum quem regnaturum viderat in quiete,Medis imperium adimeret,quod ita demum accidit,vt ille ab initio veritus eſt.Nam vbi Cyrus per ætatẽ adoleuit, eſſetq; vi corporis animiq; promptitudine in Perſis clariſſimus, Harpagus iniuriæ rege acceptæ haud immemor,cum pleriſq; Medorum principibus,quibus Aſtyagem inuiſum ſciebat conſilium iniit,vt Cyro in Mediã accerſito,ipm Aſtyagem iam grauem omnibus, regno deiceret. Literas quas ad Cyrum Harpagus dedit, vt occultior res eſſet,exenteraro lepori inſertas,fidiſſimus ſeruꝰ in Perſidem detulit:præceptum huic erat, vt lepore Cyro ſuis manibus daret,moneretq; vt remotis quid munꝰ ſibi vellet cognoſceret arbitris.Harpagi literæ in hunc ſenſum ſcriptæ erant,Cyre Cambyſis fili,quẽ diꝝ reſpiciunt,nunc̃ em aliter ſeruatus eſſes,vlciſcere auum Aſtyagem,tuæ necis autorem,perdidit em̃ ille te quantum in ſe fuit, licet diꝝ non permiſerint,ſed quam rex ipſe fuit tuæ vitæ infeſtus,tam ego mitis & ſalutaris,qui te nõ vt iuſſus eram occidi,ſed exponendum Bubulco dedi. Cætera quæ in te puero ſeruando euenerint non ignoras,vt opinor,nec qualia ipſe ab Aſtyage,ob te ſeruatum,ſum poſtea paſſus.Nunc ſi me audis, iam breui illius regno potieris,vbi Perſas ad defectionem impuleris in Medos ducito,tum ſiue ego, ſiue ex ducibus alius fuerit cum exercitu tibi obuiã miſſus,ita em̃ inter nos comparatũ eſt,ab Aſtyage qui eſt omnibus iam grauiſſimus,ad te cum copijs trãſibit,atq; ita fiet,vt ſine vllo maiore certamine, Medorũ imperio potiaris.Tu tanquã omnia hic tibi parata ſint, cætera ad expeditionem attinentia ſtudio exequere.His Cyrus inſtructus haud in tanta occaſione deſedit, ſed libello, quem ipſe domi compoſuerat,in Perſarum concilio recitato,ſe totius Perſici nominis ducem ab auo deſignatum affingit.Mox edicto imperat,vt cum ſingulis falcibus frequentes in certum ſibi diem adeſſent. Hæc Herodotus.Trogus per quietem Cyrum ait monitum,vt qui primus omnium ſibi mane occurriſſet,eum aſſumeret cœptorum comitem.Sybaremq; Perſici generis quendam ex ergaſtulo ei oblatũ, atq; illi ademptis vinculis ſecum Perſopolim duxiſſe,vbi pro concione edixit,vt omnes cum ſecuribus ſibi adeſſent.Venerunt igitur,vti iuſſi fuerãt vna Arteatæ, Perſæ,Paſargatæ, Meraphij, Maſij. Sed Parſagatæ omnium præſtantiſſimi,in quibus Achemenidarum cognatio fuit,vnde Perſarum reges oriundi.Alij Perſæ ſunt Pantheiei, Deruſiæi, Carmanij, atq; omnes aratores .Alij reni pecuariã exercent,Dai,Mardi, Dropici, Sagartij .Cæterum quando ad hoc venimus,vt de Perſis longior habendus eſſet ſermo,nihil a noſtro erit alienum inſtituto,ſi de ſitu regionis,deq; moribus gentis qd̃ in aliarum quoq; gentium relatione fecimus, perpauca ſubijciam.Habet Perſarum terra ad ſeptentrionem Medos,ſecus lineam quę per Parcoatram montem ducitur,Suſianam ab occaſu ſolis,ab ortu Carmaniam,Meridiana plaga ſinu,qui ab ipſa quam alluit terra,Perſicus nominatur, magna ſui parte perfunditur.Id terræ nomen a Perſæ Iouis & Danaes filio acceptiſſe creditur,a quo & Perſopolis totius gentis caput.Cœlũ Perſæ Iouem credidere, Perſis vñ dicta.
Solemq; in primis olim venerati ſunt, quem Mitram dicunt.Colunt & Lunam,Venerem, Ignem, & Tellurẽ,non aras, non ſtatuas habuere, ſed ſub dio,excelſoq; loco ſacra operari, cũ impcationibꝰ coronatã hoſtiã ad arã ſtatuentes,nihil præter hoſtiæ aĩam ſuperis dandũ exiſtimare. quorũdam tamen in ea gente exta focis imponere moris fuit. In flumine Perſæ non lauantur, nec micturiunt, nec Perſarũ mores.
cadauer iniiciunt,Reges creant exvna familia.Qui regi nõ paruerit,capite & brachio amputatis, inſepultus proiicitur. Vxores ducunt multas, aluntq; propagãdæ ſobolis gratia pellices q̃plurimas. Reges prẽmia ꝓponunt iis quivno anno plures procrearint filios:q; creati ſunt,ante quartũ annũ ad cõſpectum patris,gentili inſtituto, nõ producuntur. Nuptiæ verno æquinoctio celebrant.Spõſus malum,aut cameli medullã,nec ſuper hæc aliud quic q̃ cœnatus thalamum ingreditur.A quinto anno, ad quartũ & vigeſimum diſcunt equitare,iaculari, ſagittare,& in primis vera loqui.Diſciplinarũ magiſtris continẽtiſſimis vtuntur,qui fabulas,Deorũ laudes virorũq; illuſtriũ complexas,cũ cantu, interdũ voce tantũ,ad vitæ inſtitutionẽ referũt: æris Perſarũ iſtitutio.
ſonitu vocativnum in locum ad hæc diſcenda pertendunt.Ratio ab his depoſcitur eorum,quæ pueri audierunt,vocem interim, latus & ſpiritum eorũ exercentes,decurſione vtuntur,duce ſibi,quem ſequantur,ex principum filijs aliquo ad id lecto . Cãpus quem decurrant,vt minimum, triginta habet ſtadia.Ad eſtum & frigus perferendũ,torrentiũ trãſitu exercentur,in armis & madidis veſtibus perdurant,paſcunt,ruſticantur.Fructibus, Therminthο, Glandibus,Piris agreſtibus,veſcuntur.Quotidianus cibus,poſt curſum cæteraſq; corporis agitationes,panis duriſſimus, Cardamum & Salis granũ aſſæ carnes indifferenter & elixæ.Aqua potus. Venantur miſſilibus telis,ex equo arcu & ſagittis vſi vtuntur & funda,ante meridiem arbores ſerunt,radices effodiunt,arma fabricantur,aut lino & retibꝰ ſtudent.Pueri auro exornantur, & in primis deliꝯ tijs Pyropus eſt illis lapis .A vigeſimo anno ad quinquageſimum militant.Forenſem vſum non norunt . Nequ vendunt quicquam neque emũt. Cetra in Rhombi ſpeciem ad bellum inſtruuntur. ac præter Pharethram,Sagarim,& Sicas,habent & Pileum turritum Squamoſum geſtant circa pectus thoracem.Principes anaxiridem triplum habent, & tunicam manicatã,ad genua demiſſam,intus cãdida fultura,exterior pars colore infecta . Amictũ æſtate purpureum,hyeme varium, Tiaras Magorũ infulis ſimiles . Vulgus duplici muniunt tunica,ad media vſq; crura demiſſa,circũ caput Sindonij veli volumẽ ingens.Lecti & poculorum ornatus ex auro & argento.De rebus maximis non niſi medio potu conſultant,eam demum conſultationẽ firmiorẽ rati,q̃ q̃ a ſobrijs ſit inita.Noti inter ſe & æquales,oſculo ſe in occurſu excipiunt.Qui humiliore fortuna ſunt,venientẽ adorant.Solo ſepeliunt corpora,cæra oblinentes.Magos inſepultos Magorũ ritus.
abijciunt auibus laniandos.Hi cum matribus inſtituto quodam peculiari coeunt.At ritus moreſq; Perſarũ tales vt alij ſcribunt olim fuere. Adijcit his pauca Herodotus,haud memoratu indigna,vt ridere corã rege,aut ſpuere nefas duxerint, & flagitioſum.Græcos ab his rideri , quibus perſuaſum eſſet,deos ex hominibus ortos.Qui ſemel delinquerit,ne regi quidem licuit non occidere. Quicqd ne fas eſſet facere, idem & dicere nefarium arbitrari. Spuere aut meiere in flumen turpe ac fœdũ haberi, turpius



turpius creditũ debere,ſed omniũ turpiſſimũ mẽtiri.Cadauera non prius humare q̃ a canibus,aut alite trahereni,& qcq; indecorũ cęterarũ ſit gentiũ opinione,parẽtes inopia adacti vulgo filias proſtituere
Cyri edi ctum. bant.Q̃q; Babylonioꝝ id eſſet ꝓpriũ.Cyrus igit vbi Perſas,quos vndiq; ad ſe edicto accerſiuerat,ad eſſe vidit,imperat his,vt locũ .xx. circiter ſtadiorũ vepribus ſpinisq; obſitũ,vnius diei opera purgatũ ſibi redderẽt,inde diurno opere feſſis ꝑcipit,vt poſtridie ſibi lauti adeſſent,ipſe ex patrimonis iterum gregibus vim pecorũ ingentẽ occidit,& cũ his boues plurimos,vt opipare tot hoim milia,vno tpe, prãderent.Tũ epulis eo tẽpeſtiue cõgeſtis,quo manus illa ingens ex imperio coitura erat, larga vini copia,ciborũq; elegantia paſſim diſcũbentibus apoſita,multo luxu & hilaritate pars diei nõ parua acta eſt.Vbi vero abunde epulati ſunt, in cõcionẽ Cyrꝰ eos vocat,ac primũ oim rogat,vtra opa ſuauior animis fuiſſet, heſterna illa, q̃ inter vepres & ſpinas,in arcta loco; feritate,ægre cõſumpta eſſet, an recentior,quã virenti praro,multa cũ voluptate,pauloãte exegiſſent.Quũ magnũ eſſe inter vtrã q̃ diſcrimẽ,tota concio reclamaſſet,vt tm̃ præſens
Concio Cyri ad ſuos. hæc haberet voluptatis,quãtũ ærũnarũ prior illa habuiſſet.Recte inquit Cyrus iudicatis,ſed aduerti te viri Perſæ,q̃ vtraq; cõditio ſit veſtris rebus non diſſimilis,ſi quid dẽ volentibus vobis honeſta ſequi & mecũ audere q̃ viros fortes decent,eadẽ longeq; maiora cõmoda adſunt,ſi minus,ærumnæ nihilo heſternis illis inferiores nos poſteroſq; noſtros perpetuo prement, Medorũ iniuriæ,ſuperbæq; dominationi obnoxios:quin agite potius,& me ducem ſecuti quẽ adhæc ipſum diꝝ ab auita iniuria ſeruarunt,vt mihi meiſq; popularibus nõ ſolũ ſeruitutis iugum adimerem,ſed ademptũ etiã ſuperbiſſimis Medis imponerem ,arma ſumite,bellum prẽoccupate,vi & audacia libertatẽ a Medo repoſcite. Nemo niſi ſua culpa diu ſeruiuit,viri fortis eſt,aut pulchre viuere,aut pulchre mori: q̃q; nihil eſt qd̃ de victoria dubitemus.Nam ꝓterq̃ q̃ virorũ multitudine abundamus.Medorum principes vt mihi ſcribitur,pleriq; ob Aſtyagis ſuperbiſſimũ impePerora tio. riũ,noſtras opes ſubita tranſitione iuuabunt.Celeritatẽ opus eſt,vt non prius Aſtyages Perſas defeciſſe ſciat,q̃ bellum inde ſibi illatũ ſentiat. Me ducem habebitis,cui priuſquã naſcerer diꝝ hanc victoriã imperiũq; portẽderũt.Quũ hæc ille peroraſſet, miro omniũ conſenſu defectio ſecuta,bellumq; in Medos decretũ.Aſtyages interim certior factus de his q̃ a Cyro parabant,eũ ad ſe per nuncium accerſiuit . Cui Cyrus reſpondiſſe dicitur,ſe non multo poſt Aſtyagi affuturum,ac fortaſſe citius q̃ ipſe vellet.Tum Medus quũ iam bellũ haud dubie inſtaret,exercitum accuratiſſimo delectu contrahit: veteremq; iniuriarũ oblitus,Harpagũ virum fortiſſimum ei præfecit:atq; ita paucis interiectis diebus,Perſæ Medicq; cõgreſſi, ignobili multitudine
Vincunt Medi. Perſis ad cædem obiecta,Harpagꝰ cum delecta hominũ manu,ad Cyrum tranſijt.Medi qui in aciem deſcenderunt magna ex parte cæſi pauci turpiter diſiecti,ad regem peruenere.Nec Aſtyages animũ ad eã cladem remiſit, cæterum multa Cyro miniſtans,primo Magos,quorũ ſuaſu eũ adhuc puerũ dimiſerat,patibulo affixit,oẽm ætatẽ ad bellum armat:qua incompta multitudine frætus, venienti Cyro proceſſit obuiam.Fuitq; ſecunda hæc pugna
Capitur Aſtyages. nihilo Medis felicior,quippe qui non ſolum victi ſunt,ſed Aſtyages quoq; captus,in hoſtium poteſtatem venit.Inſultare illi Harpagus,multaq; corã exprobrare,& in primis nefariã cœnã, qua ſibi filium epulandum appoſuiſſet. Miratus Aſtyages hominis fiduciã, eũ rogat,an ipſius opera Cyrus rebellaſſet:quum ſua non alterius dixiſſet,Stultiſſimum eum iniuſtiſſimũq; Aſtyages appellauit, & q̃ alij nõ ſibi regnũ cõparaſſet,quodq; ſuis popularibus,nihil tale meritis,non ſolum imperiũ, ſed libertatem etiam ademiſſet.atq; hoc maximo modo Cyrus Medorũ regnũ euertit,anno(vt Trogus meminit)ab eo,quo Arbaces Aſſyriorũ regnũ ſuſulit,trecentiſimo & quinquageſimo , qui quater milleſimus fuit ab orbe condito,ſexenteſimus ac quadrageſimus,quũ Romæ interim Seruius Tullius rerũ potiretur.In Macedonia Alceras, Crœſus in Lydia,in Aegypto Amaſis,quorum illi Cyrus, huic Cambyſes eius filius poſtea regnũ ademere. ANNI MVNDI.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO.

### ENNEADIS SECVNDAE LIBER VI.

ASTYAGE & Medis bello victis,vrbes & populi pleriq;,qui ad id tempus tributi ipſi gẽti pepẽderãt,ſuã cũ Medico regno cõditionẽ mutatã rati,Cyri imperiũ ab initio detrectare cœperũt.Quæ res illi multorũ deinceps bellorũ prę
Cyri clemẽtia. buit materiã,ipſe in Perſidẽ reuerſus,Aſtyagẽ auũ regno ſpoliatũ nullo maiore incommodo affecit, ſed quoad vixit,penes ſe in honore habuit, mitior ipſe in hoſtẽ,q̃ ille in nepotẽ fuiſſet,Sybarẽ, quẽ ꝑ quietẽ admonitus,ſibi gerẽdarũ rerũ ſociũ aſſumpſerat,ob ꝓſperũ rerũ euentũ Perſis prefecit, ſororẽ illi prius cõnubio locata,inde i Babylonios mouit.Erat tũ ibi rex Labyrinthus noĩe,qui late inter Labyrin thus rex. Aſſyrios opibus pollebat,fuit is Nitocris reginæ filius,vt Herodotus prodidit,q̃ vt in eius vrbis vetuſtate referenda,antea fuit a me ſignificatũ, variis Babylonẽ operibus excoluit.Euphratemq; iunxit ponte,vt peruius eſſet vſus ciuitatis, qua flumine antea dirempta,nauigijs ab vtraq; ripa ad alterã trãjiciendæ multitudinis mos fuerat. De magnitudie & apparatu vrbis, quum Semiramidis geſta exponerentur, abunde, vt arbitror, memorauimus. Ioſephus Barbara,vt ſoler, voce nõ Labyrinthũ, vt Herodotus,ſed Balrafarem aita Cyro expugnatum.Verum quocunq; ille fuit nomine.Cyrus domo profectus quum ad Gyndem amnem peruenisſet,qui in Mantienis ortus montibus, per Dardaneos in Tygrim elabitur:Tygris Opim vrbem ꝑterlens,rubro mari inſunditur: erat Gyndes nulla ſui parte vadabilis,& ob id nauigio trajiciendus. Experiri interea Cyrus ſiqua flumen tranari poſſet,quo accidit,vt ex ſacraris Phœbo equis, vnus violentis vorticibus arreptus,vna ſit cũ equite ab forptus,tulit eam rem Cyrus iniquo animo,expediſſimo neq; intermiſſa,totum exercitum ad fluuium ipſum in riuos diducendum admouit,atq; ita pauGyndes a Cyro corriuat. cis diebus in centum octoginta alueos corriuatũ, mulieribus, quod ſe facturum iurauerat, reddidit vadabilem,ipſe in hunc modum fluminis iniuriã vltus,Babylonem progredit.Nec Aſſyrij ad bellum imparati erant,vt qui iam multo antea Perſarum acceſſum fuerant preſtolati.Vbi primũ igitur Cyrus circa vrbẽ conſedit.Aſſyrij mœnibus egreſſi,acieq; confligere auſi,victi cũ multa ſtrage ſunt ad vrbẽ fugati.Longa deinceps fuit obſidio,q̃ Babylonij,vt in vrbe munitiſſima,omniq; ꝓmearũ genere referta,ferociter contemnere,futurũ rati,vt Aſſyrij i vrbẽ cõpelluñ.

hoſtis

hostis longa obsidione fatigatus, & ad desperationē cōpulsus sponte obsidionē solueret. Sed longe aliter euenit, ac illi psuasum habuere, Cyr⁹ haud in ocio esse, sed mētē & oculis iuestigare, qua potissimū via, in vrbē irrūperet. Demū siue ipse sibi explorādo, siue alius id mōstrarit (parū em id cōstat) in vrbe expugnāda tali est cōsilio vsus. Bipertito copias mœnib⁹ admouit, & qua pte Euphrates vrbi infundit, quaq; inde egredit. Edictūq; est Persis, vt instructi paratiq; starent, occasionē oppientes, vt quū fluuij decremēta sensissent, atq; circa riuos trauabilē factū, eū repētē igressi in vrbē euaderēt. Cyrus ipse cū multitudine minus valida ad lacū cōrēdit, in quē olim Nitogris regina Euphratē corriuauit, cū fluuio pōtē iposuit. Hui⁹itaq; alueo pfestim repurgato, repente oēm aquarū vim in eū detorsit.

Expugnatur. Babylō. Agebāt forte diē illū solēnē Assyrij, erātq; choreis & epulis intēti, oīm rerū securi, quū alueo aquarū defectu exinanito, Persæ, priusq; res ab vllo animaduersa sit, vrbē haud vno loco irrupere. Herodot⁹ autor est, potuisse eo die Cyri exercitū deleri, si Assyri⁹ exploratohostiū igressu, portulis q̄ ad fluuiū ducūt subito obseratis, riparū fastigia occupasset, vnde Persas fluuio & ripa inclusos, & ob id ad oēm iniuriā obnoxios, telis & lapidibus superne obtriuisset. Sed ciuiū neligentia, quę quū cæteris rebus, tū in bello multis pernicios a fuit, factū, est, vt prius sint Persæ oppido potiti, q̄p qui in vrbe erāt se expugnari cēserint. Mira quidē & pene a fide abhorrentia sunt, quæ Herodotus de Assyriorū regū opulentia tradidit. Artabum argenti plenā quotidie ab ijs, qui pro regibus tributū postea exegere, fisco inferri solitā, fuisseq; id mensuræ genus Attico Medimno capacius, Medimnum tribus implerī Chœnicib⁹, Chœnicē octo & quadraginta Cyathis, qua mensura 'colligitur, quantū argenti pondus singulis diebus tributi nomine regibus penderetur. Nec illuc min⁹ memorabile, eosdē habuisse reges ad fœturā sexdecim equarū milia. Raro in Assyria (vt pauca de terra dicā) pluit, quicquid in ea frumenti prouenit fluminis irrigatione parat, non sua sponte vt in Aegypto, sed accolarū ingenio & labore diffusi, tanta alioquī vbertas vt ducenavulgo, & vbi eximiæ ferax est, trecentena messe redūdet tellus quaternū digitor⁹ latitudine tritici & hordei folia. Sesami & Milij proceritatē instar arborū attolli, quæ oīa sibi explorata quū eam terrā perlustrasset, cunctantius tamē Herodotus memoranda censuit, velut parū credibilia, ijs qui ea nō viderint talia proderent. Palmis vescunt. Ex quibus mel & vinū conficiūt. Fluuialibus nauigijs vtunt, in speciē clypei orbiculatis, non puppi, non prora discretis q̄ super Assyrios in Armenia falicibus texunt, crudo corio exteriore parte obducto, duo plurimū illa dolijs palmacei vini honusta, sed⁹ fluuio contis agunt, qui vbi Babylonē venere, exposita merce nauim dissoluūt, coriaq; cōplicata in asinū, quē ad hoc ipsum aduexere imponunt, præ nimio ēm impetu aduerso Euphrates fluuio nauigari nō potest. Inde vbi in Armeniā rediere, recentiora cōficiunt, eodē argumento superinducto, quo apparet coriorū magis, q̄p lignorū pfidio Euphratē nauigari. Oritur fluuius in Periarde monte maioris Armeniæ, haud procul a Tygridis fonte, p Assyriā in de & Babylonē lapsus, i rubrū mare euoluit. Amiciunt Assyrij (qñ ad hoc ventū est, vt de eius gentis ritu & moribus loqueremur) duabus tunicis, linea vna ad pedes demissa, altera linea breui, candidaq; stola his supiniecta. calceos pedibus inducūt, quales Thebanæ solæ fuerunt. Alunt comas mi-

Artabus Medimnus. Chœnix

Assyriæ feraciras.

Mira Euphratis nauigatio.

Euphratis ortus. Assyriorum rit⁹.

traq; redimunt, vnguētis delibuti in publicū exeūt annulū signatoriū singuli habent, & sceptrū affabre factū, cui malum, aut rosa, aut liliū, aut aliud simile sit ipositū, sine insigni aliquo id gestare indecorū & turpe creditum. Ex legibus quib⁹ ea gēs vsa dicitur, ea mihi res memorabilis visa est, q̄p virgines iam maturæ viro, in publicū productæ, singulis annis ijs vænales proponebātur, qui vxores ducere vellent, dabanturq; primo vænū formosissimæ quæq;: quibus minus spectata erat forma, & quas nō modo non quisq; sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem alioqui ducturus, ea pecunia q̄ fuerat pulchrioribus venditis in publicū redacta, cōnubio locabant. Herodotus autor est, hunc olim morē in Venetis Illyrico finitimis seruatum, idq; fama se cōpertū habuisse. Ego tenuerit ne mox ille gentis aliquādo, haud multo plus q̄p ille comptum habeo, tantū affirmare possum. Venerijs cui⁹ vrbis opes hodie terra, mariq; insigniter pollent, inter præclara ciuitatis instituta, virgines furto cōceptas, & ad limē pietatis expositas, ex publico ad nubiles vsq; annos, in operto, sub tetrica disciplina institui, quæ sunt elegantiore forma, quoniam sint ingenue institutæ, aut sine dote matrimonio locari, ijs præsertim qui periculo aliquo, aut graui morbo seruati, votorū dānati, eas sibi in vxores deposcunt. Alij pudicitiā secuti, aut formā, sine dote ipsas sibi virgines iungunt, modo ij sint qui liberaliter quas duxerint habituri existimēt, aut si nihil horū sit, minus graui dote nubunt q̄ forma præstant, q̄p si facie fuerint parū liberali, etsi pari disciplina institutæ. Altera Babyloniorū lex, quo vtiliorem magis memorabilis, quū nullus ab initio in his esset medicorū vsus, lege ferunt cōparatum, vt qui ægrotare cœpissent, eos de morbo consulerēt, qui idem languoris genus passi essent, medicamq; ad id leuandū opē aliquā experti. Apud alios scriptum reperio, in publicū ægrotos deferri solitos, lege q; cautū, vt qui aliquādo egrotassent, male affectos circuirent, docerentq; singulos, qua ipsi ope potissimū adiuti, aliquādo morbo defuncti essent. Eorum sepulchra in melle, funebris luctus qui & Aegyptijs, qui cū vxore noctu congressus est, nihil prius vterq; tangit, quā lotus fuerit. Fuere in his familiæ quædā, nulla re alia nisi piscibus victitates, quos ad solē arefactos, pistillisq; tusos, ex eaq; materia asseruata, vndiq; respersa, offas cōficiebāt, torrebantq; eas in vsum panis ad ignem. Herodotus Babylonijs victis in Massagetas Cyrum mouisse ait, vbi cū vniuerso exercitu periit. Trogus & alij in Crœsum Lydiæ regem, omnem belli impetum ex Assyria cōuersum prodidere. Successit Crœsus Aliatti, cuius haud vno est loco mentio a nobis facta, tantæq; vni opes contigere, quantæ regū oīm q tū in terris essent nulli, quippe q ex cōgestis opibus adeo pependit, vt Solonē a se inhonoratum dimiserit, q̄p mortalium felicissimus non fuisset ab eo iudicatus. Sed post Solonis obitum experiri cōtigit, nullā in auro esse felicitatē, neq; in terris esse mortalibus fidū quicquā, præter virtutē, q̄ per oēm vitā sola sit hoi stabilis, & mansura. Fuerunt Crœso filij duo, mutus quidē vnus, & ob id ipsum prorsus inutilis, vocalis alter, atq; inter æquales oīi iure princeps, cui Atys erat nomen. Viderat pater p quietē fore, vt is ferrea traiectus cuspide occumberet, qua in somnij figura territus Crœsus, neq; rem bellicam tractare passus est amplius, neq; arma domi habere. Venit interim Sardis Adrastus Gordij regis filius, nepos Midæ, ex Phrygia, qui quum imprudens fratrem occidisset, a patre eiectus, pater nam

Nubēdi modus.

Aper Olympius.

Adrasti i teritus.

Pi⁹ mos in Venetis.

Pithiæ vaticinium.

Medēdi vsus.

Crœsi donaria.

Piscium esus.

Crœsi diuitiæ.

Pelasgi. Hellenes Dores.

Atys.

Adrast⁹

Gordij filius.

Prodigium.



nam cū Crœso amicitiā secutus, in Lydiam extorris sese contulit. Hic fraterna cæde a rege expiatus, hospitio filijq; contubernio est adhibitus. Nec ita multo post Mysijs opem a Crœso aduersus Aprū qui circa Olympū Mysię omnia fœde populabat implorantibus, patre pene inuito ad eū perimēdū Atys cū Adrasto est profectus, qui a rege custos est illi & comes datus. vbi vero ad Olympū peruenere, plurescq; simul beluā idagine repertā feriēdi studio circūsteterc, vrgente fato ita accidit, vt telū, qd' Adrastus parū caute in aprū miserat, ex tergo feræ in Atym violenter excussum medium tranfixerit. Adrastus vbi ad Crœsum venit, post supplicē fatisfactionē sese regi vltro supra filiū mactādū obtulit. Cæterū venia dignus a Crœso iudicatus, seipsum sup Atys bustū ferro traiecit. Biēnio q̄p hæc in Lydia euenere, Astyages a Cyro est victus, q̄ res in gentē Crœso solicitudinē iniecit Persicæ potentię priusq; nimiū in ualesceret occurrendi. Sed affinitas q̄ Crœso cū Astyage fuit, causa videtur extitisse illi arma in Persas induendi. Verū quacunq; re impulsus, nihil temere mouendū ratus, deorū mētes scisciatari primo statuit, an feliciter sibi esset euentu rū, qd' in Persas bellū moliret. Misit Crœsus vno tēpore ad Hāmonē Iouē in Aphricā, Delphos, Dodonā, Amphiaraū, ac Trophoniū, & ad Brāchidas Milesiæ oræ. Sed vt omniū fidē melius exploraret, sequereturq; qd' verissimū oīm esset expertus, alijs alio dimissis, cæterū omnibus præcepit, vt obseruato die, quē certū vnū singulis constituit, qd ipse domi ageret, numē cōsulerent. ferunt eo die, quo Pythiam Delphis consulēdā censuit, testudinē pariter & agnū concisos in aheno coxisse. Atq; hoc inde carmē relatū. Noui ego quis numerus sabuli, mēsuraq; ponti. Mutū percipio, fantis nihil audio vocē. Venit ad hos sensus nidor testitudinis acris. Quæ simul agnina coquitur cū carne lebetę. Cui super est stratus stratū cui desuper est æs. Hæc quū Crœsus legisset, parūq; ex alijs locis vera essent responsa ad se delata. Delphicū oraculū oīm verissimū iudicauit, factur usq; inibi sacrificia, tria pecorū milia immolauit, tū aureorū vasorū, & vestiū in ignem cōiecit, vt centū septēdecim lateres aurei cōflati inde sint, & in templo repositi. Leo aureus. X. talentorū inter cætera donaria dedicatus ab eo est, duæ pateræ, aurea vna, ad dexterā tēpli locata: ad læuā altera ex argēto sexcentarū amphorarū. Aqui minaria duo, & ipsa vtraq; materia. Tale fuit tunc Crœsi in fauore numinū sibi ęciliādo studiū. Cæterū q̄ de belli euētu accepit oracula, hoc feræ habuere, vt dicerēt, fore, vt si Crœsus bellū Persis intulisset, magnū regnū euerteret, quod ille exitiū hostiū, nō suū arbitratus, ingenti studio in Cyrū arma cōparauit. Misit interim ad Atheniēses & Lacedæmonios, hos Doricæ gentis in terra Græcia, illos Ioni cæ longe principes. Dores a Doro Hellenis filio fuerūt, eterū quū ab initio altera gens Pelasgica diceretur, altera Hellanica, hæc nunq; solū mutauit, illa sub Deucalione Phthiodis orā in Thessalia coluit sub Doro, quæ ad ossam & Olympū iacet, indeq; a Cadmæis eiecta, in Pindo locum tenuit quē Macedonū dixere. Rursus in Dryopem migrauit, atq; ita Peloponnesum ingressa, Dorica est demū cognominata. Exercebatq; per id tēpus, quo Crœsus in Græcia legatos misit, Pysistratus Athenis tyrannidē, cuius pater quū forte in Olympia spectaret, tale illi prodigiū accidit, ahenū cū carne oculo impositū, igni nondū accenso, tanto repente æstu ferbuit, vt aqua vsq; quaq; efflueret, qd' ostentū intuitus Lacedęmonius Chilon, q̄ forte aderat, suasit

Halis fluuius.

se dicitur, ne fœcundā duceret vxorē, aut si quā duxisset, ejiceret: filiūq; si quē haberet, abdicaret. Hippocrates nō persuasus Pysistratū tulit, q̄ Nisea ex Megarensibus capta, alijsq; præclaris operibus ciuitati insinuatus ea arte, quā supra memorauim⁹, ad populū vsus arcem occupauit. Eiectus q; est ille haud multo post a Megadis & Licurgi principū ad uersæ factionis viris, priusquā tyrannidē stabilire potuisset: orta inde inter libertatis assertores discordia, Megades pactis cū Pysistrato filiæ nuptijs, eū in vrbē restituit. Phya muliere prægrādi statura no uo schemate ornata, & in currū imposita, quæ per vrbē circunuecta pro Minerua Pysistratū restituē dū clamitabat, ludibriū vel barbaris gentibus pudendū, nō modo ciuitati sapientiæ studijs principi olim futuræ. Pysistratus in vrbem reuersus, Megadis filiā vxorē duxit, cū qua quoniā parū legitime coiret ne ex ea filios procrearet, erant illi adolescentes liberi ab Alcmeone oriundi, puella, flagitiū virī ad matrē primo, mox per eā ad patrē detulit, quæ domestica iniuria Megadē ad nouā discordiā in ciuitate serendā adegit: eoq; milites in Pysistratū cōcitāte, veriti tyrānus ne aliq̄s subit⁹ in se fierent impetus, vrbe cū filijs excessit, annoq; pene circūacto, Thebanis & Argiuis opē ferērtib⁹, & cū his Liedamo Naxio Marathonē Pysistrat⁹ occupauit, Mox Atheniēses q obuiā pcesserant ex improuiso adort⁹, fudit, fugauitq; atq; ita tertio post prosperā vnam pugnā rerū potitus est Athenis. In hoc tum statu res Athenienſium erant, quū ad eos ex Lydia legati venerunt. Erant Lacedæmonij & ipsi longo cū Tegeatibus bello impliciti, etsi iam Horestis ossa, quod diuerso est loco significatum, oraculo adepti, in spe certa victoriæ erant. Legati quod iussi fuerant, Lacedæmoniorū societatē ad bellū petiere quā rex sibi adiungere oraculo erat monitus. Eam haud grauate Lacedæmonij concessere, cū propter regis celebritatē, tū qa olim ab eo fuerant auro donati, ad quod emendum Sardis publico nomine miserant, Thoracem ex ea materia Apollini dedicaturi. Addiderunt & donū, æneā regi paterē trigin ta amphorarum capacem, quam legati a Samijs capti, ad regem non tulerunt. Crœsus Lacedæmoniorum amicitia frætus, sed multo magis oraculo, exercitum in Cappadocas qui tum Cyri imperio parebant, summa ope comparat. Fertur Crœsus a Sādane Lydi generis homine, longeq; in futurum prospiciente monitus, ne quid temere moueret in eam gentem, cui aqua potui esset, & vestis scortea, ex quibus victis nulla expectari possent præmia (siquidem nihil ante Crœsum victum fuit Persis in vita lautum aut elegans) contra videret ne si Lydorū gaza semel foret hostibus delibata, sibi suisq; dirum festinaret exitium, Audijt hæc Crœsus, cęterum belli cupiditate incensus secutusq; Pythium carmen pro variis repudiauit, quasi igitur Astyagis vltor (is enim fuit illi prętextus belli) ad Halim fluuium copias admouit, Dirimebat is Lyuius. dum imperium a Medico, qui in Armeniæ mōtibus ortus, per Phrygas & Mantienos mox interCappadoces & Paphlagonas lapsus in Euxinum deuoluitur. Crœsus Halim ponte copias traiecit. fama est fuisse in illis castris Thaletem Milesium, qui quum nusquam fluuius foret vadabilis, nec vllus adhuc esset pontis vsus, quum sinistrū amnē castra haberent, fossam a fluuio missi tari opere in dexteram duxit, castra a tergo amplexus, in eamq; fluuio repente immisso, mediū alueum interaditum foueæ & exitū penitus exaruisse. Alij adeo extenuatum ferunt, vt facile citro vltroq;

vel

vel pedib⁹ vadari potuerit. Copijs igitur, siue ponte, siue (vt alij ferūt) vado traiectis, Crœsus ad Pteriam Cappadociæ locū munitissimū, haud procul Sinope, castra fecit. Syri Cappadoces a Græcis dicebant, fuerantq; re vera Syri priusq; Persæ imperitarent. Sunt qui Cappadociā, q̄ a Cappadoce flumine, vt Plinius scribit, nomē sortita est, minorem Armeniā vocēt, in quibus videt mihi Ptolemæ⁹ esse, Alij Armeniæ partē arbitrati sunt. Cyrus & ipse cū valido exercitu haud multo postea affuit, positisq; in conspectu hostiū castris, leuibus primo prælijs Lydorū vires explorare, inde vtrinq; in pugnā totis viribꝰ descensum, & ad extremū diei multa hincinde cæde cōmissa, dubio est marte dimicatū, prælijū interuentu noctis diremptū. Crœsus dicitur a suis incusatus, q̄ cū multo maioribꝰ copijs quā ipse haberet confligere esset ausus, cuius inuidiæ admonitus, sine vllo miore prælio Sardis copias reduxit, eo consilio, vt ab Amasi Aegyptiorū rege, cū quo ictum fœdus habebat, auxiliares copias accerseret, & a Labyneto Babyloniorū tyranno. sic em̄ Herodotus rē digerit, quasi prius sit Crœsus victus q̄ Babylon a Cyro expugnata. Trogus Babyloniꝫ laborātibus, Crœsum subsidio venisse scribit: actum ibi prælio victū, de suo iam regno solicitū, in Lydiam refugisse, siccq; accidisse, vt Babylone capta, Persæ bellū in Lydiā auerterint. Misit Crœsus & in Pelopōnesum ad Lacedæmonios, inde quoq; vt a socijs arma accersitū, quū interim vis Colubrorū ingens, in suburbanis Sardiū locis repēte extitit, eos equi in pascua dimissi passim deuorarūt, quo prodigio rex cōmotus ad cōiectores Thelmisses misit, qui de ea re sciscitarēt. Responsum est externū exercitū affuturum, qui indigenas subigeret. Terræ filiū colubrū esse, equum hostē & aduenā. Cyrus post Crœsi digressum, vbi eū partitū ad ipsos copias audiuit, & velut in hiberna dimissse, opportunū credidit priusq; aliunde hosti auxilia mitterent copiæq; in vnū contrahi possent, improuiso accessu Lydiam inuadere. Raptim itaq; ad hostē ducēs, tanta est celeritate vsus, vt pene prius in conspectū venerit, quā ab Pteria mouisse dicerentur. Crœsus inopinato malo perculsus, quia longū erat aliunde copias expectare, Lydos in prælij pro ducit. Nulla gens ea tēpestate tota Asia promptior ad pugnā fuit neq; æquitandi hastæve tractandæ agilitate melior. Concursum est in campo, qui vbi præiacet, planitiē ipsam plures rigant amnes, at q; maximus horū Hermus, qui ex monte Didymete Marti sacro decurrēs, p̄ter phocia oppidū mari infunditur. Cyrus vbi hostē ad pugnā egressum vidit, Harpagi Medi consilio vsus, aduersus Lydum equitatū, cui Persicus haud dubie impar erat, vim camelorū ingentē in fronte collocauit, his peditē subiecit, post pedites equitatū oēm stare iussit. Cōstixere vtrimq; acies, primoq; concursu pene decretum est. Nam Lydorū equi, insueto camelorū odore aspectuq; territi, confestim in fugam versi sunt, qua re animaduersa Lydi ad pedes desiliunt, impigreq; vibrato ferro Persarū peditē comin⁹ excipiūt stetereq; magis animo q̄ viribus, dubiāq; aliquan diu pedestrē pugnā fecere. Demū pluribus ab vtraq; parte cæsis, fusi fugatiq; paucitate sua Lydi intra mœnia se trepide recipiūt. Sed m̄ hanc vnā pugnā Crœsus iterū ad Lacedæmonios misit, qui etsi tū forte cū Argiuis de Tyriæ possessione certabant, vt ex Eusebij sententia diuerso ¡est loco explicatū, censuerunt tamen ferendā & amico & socio regi opem. Etiam copiæ studio instruebantur, quum Lacedæmonē allatū est, regiam vrbē a Cyro expugnatā, Crœsum q; viuū in hostiū potestatē venisse. Quartodecimo namq; die, ex quo Sardiani oppugnari cœperant, proposito a rege præmio huic, q̄ primus muros transcendisset, atq; vrbs interim capi nequiuisset, Mardus quidā cui Hyrocades nomen erat, a parte arcis, qua nullū fuit præsidiū ob loci arduitatē, cōspicatus forte militē ex arce descendentē, vt galeā inde deuolutā reciperet, cū plerisq; per crepedines & abrupta saxa vrbi insinuatus arcem occupauit, vrbs ipsa hostiliter direpta. Fama est Thelmisses olim prædixisse Sardis inexpugnabiles futuras, quacunq; versum Meles rex, qui primus in ea vrbe regnauit, Leontem filiū ex pellice genitū circunferret, ob idq; puerū circunquaq; ductū, præterquā circa arcē, qua vrbs locorū difficultate insuperabilis tum illi visa est. Sardibus captis, Crœsi filius qui mutus, vt dixi, erat (alter in Olympij apri venatione perierat) ex hostibus quendā media captæ vrbis trepidatione Crœsum a tergo inuadentē intuitus (ignotus hosti rex erat, nec ipse moriēdi cupidus ferrū sciens declinasset) patris periculo motus, exclamasse dicitur. Homo ne Crœsum perimas, atq; hęc ille primo effatus vocalis de inceps fuisse fert. Herodot⁹ autor ē. Crœso olim de clade filij solicito, quærentiq; per omnia remedij an id naturę vitiū corrigi posset, ac de ea re oraculū consulenti, tale ei carmen a Pythia redditum. Lydegen⁹ rex multorū valde insciē Crœse, Ne cura nati exoptatā audisse loquentis Intra ędes vocem, sine qua potior tibi longe. Ille die q̄m primū infelice loquetur. Qua Pythiæ voce nihil ambigue ea q̄ postea in puero euenerunt, sunt regi demonstrata. Ipse ad Cyrū perductus, atq; ingenti pyræ, vt viuꝰ cremaret, impositus, ter alta voce dicitur Solonē inuocasse. Subierat extremis rebus aīm, q̄ ille felicē in vita dixerat neminē. Tū Cyri iussu interrogatus, q̄d ea vox ter repetita sibi vellet, q̄ ipse olim de fortunæ variatione, veraq; felicitate, a Solone viro sapientissmo audiuisset, exposuit. Per q̄ Cyrus humanæ ibecillitatis admonitꝰ, iussit Crœsum igne ab suis seruari. Cæterū flamma vehemens pyram inuaserat, vt satagentibus Persis, appareret prius regem periturū, q̄ humana ope vincto succurri potuisset. Imber repēte e cœlo deiectus ignē, q̄ ad perniciem inualuerat, oppressit. Crœsus per hæc seruatus, vbi ante Cyri pedes est constitutus, rogatus ab eo ecquisnā hominū ei psuasisset, vt sibi bellū inferret, respondisse fertur. Ego inquit Cyre id feci tuo prospero, meo infelici fato, Græcorum deo autore, qui me ad bellum tibi inferendū impulit. Neq; enim est quisquam tā demens, qui sine magno autore bellū paci audeat preferre, quū in pace filij parentes, in bello, parētes filios sepeliant. Cæterū vt hæc fierent dęmon in causa fuit. Cyrus hoīs sermonē constantiamq; demiratus, vincula illi adimi iussit, iuxtaq; se locatū monentem audijt, ne paterētur Persas Sardiana præda nimium ditescere, fore vt qui natura contumaces essent, in longe maiorē insolentiā abirent, minusq; obsequētes ad militaria munera obeunda fierent. qua admonitione Cyrus cōmotus, ad omnes portas vrbis p̄sidia apposuit, p̄sata edicto, velle se ex omni pręda decimā Ioui voto seruari, quo noīe multū est illi manubiarum q̄situm. Crœsus deinceps ab eo precatus est, vt liceret sibi Delphos mittere, qui vincula q̄bus solutus esset Apollini suo nomine dedicaret, rogaretq; numen, an ij qui præcipua in deos essent veneratione, talibus afficerentur præmijs. Pythia huic, qui cum vinculis est missus, respondisse dicitur, quod fatale foret, ne ipsi quidem Deo effugere fas

Crœsus Halin ex tenuat. Cappadoces Syri.

Lydi & Persæ cōgrediuntur.

Prodigium circa Sardis.

Subita Cyri in Crœsum expeditio.

Vincit Crœsus.

Capitur Sardiana arx.

Crœsi filius ex muto fit vocalis.

Crœsi cōstantia.

Crœsi vincula.



Heraclidarum gente occidit, crimē luere, nec quod ad oraculum attineret, habere eum cur Phœbum mēdacij argueret, diserte illius verbis fuisse expressum, euersurū Lydiæ regem, si bellum Persis intulisset, magnum imperium, oportuisse Crœsum, ni si cæca regnandi cupiditate ductus, temere bellum facere occupasset, iterum scisciatari, vtrum duorum regnorum, quæ in futuri belli aleam itura essent, excidium maneret. Hæc Pythia, quibus palam est factum, falsa oraculi interpretatione, Crœsum sibi suoq; regno exitium peperisse, quum quatuordecim interim regnasset annos, fuitq; deinceps ipse apud Cyrum in summo honore, cui in Massagetis cæso superfuit, nam siue priusq; hæc in Lydia gesta sunt, siue postea est Babylō expugnata (certe nim diuerse id autores tradunt) satis constat, ampliandi regni cupiditate Cyrum vltro Massagetas, Scythicā gentem, trans Araxem fluuium ad ortum sitam bello petisse. Est Araxes vt prodiderunt quidam maior Istro, sunt & qui minorem tradant. Insulę in eo frequentes. Lesbo sua magnitudine pares, qui eas accollunt æstate radicibus vescuntur, quas pascim effodiunt, arborum fructus in hibernum vitæ vsum asseruant: sunt & in his arbores, cuius fructus in ignem coniecti, vt vinum propius assidentes ebrios reddunt, quod amentiæ genus ad tripudium impellit ita affectos, & ad intempestiuam cā tilenam. Oritur Araxes in Mantienis, vbi & Gyndes, quem Cyrus Babylonica expeditione in multas dissecuit partes, sexageno ore in paludes euoluitur. Accolunt hæc loca, qui crudis victitant piscibus, marinorumq; vitulorum pellibus amiciuntur, paludibus deinceps Araxes emersus, perpetuo cursu in Caspium mare elabitur. Caspium per se late panditur, nec cum alio miscetur mari, eiq; longitudo quindecim diebus enauigatur, latitudo paulo plus dimidio. Hæc Herodotus, cui Græcorum plerisq; temere accedunt. Plinius cui ob Romana signa latius gestata exploratiora hæc omnia fuere, in longe diuersa fuit sententia. Distat Caspius sinus Ponticō. cccIxxv. millibus passuum. Nec de Araxis ortu, vt video, inter eos conuenit, quos sequimur, ille in Mantienis nasci, nec procul a Gyndis fontibus prodidit. Hic in Eniochis mōtibus quos alij Coraxios dixere, ortum habere opinatus est, sex millibus passuum ab Euphratis fontibus. Musi vel vt alij tradunt, Cyro amne auctū, in Caspium pelagus elabi. Habet id mare, qua ad vesperum vergit, Caucasum montem prætentum summę altitudinis, variarum gentium incolatu celebrem, & in his quædam quæ pecorum ritu in propatulo coeant. Qua vero sinus ad Auroram protenditur, planities illa ingens præiacet, quam Massageræ incolebant, cui tum genti Cyrus, siue deorum fraetus fauore, quo puer seruatus videri volebat, siue specie insomnij bis per quietem auo obuersata, quę Asiæ illi imperium portendebat, prosperoq; gestatum rerum cursu elatus, bellum infere bat. Erat per id tempus Massagetarum Thomyris Regina, quæ cum filio a viro relicta, late in eam gētem imperium obtinebat. Misit Cyrus qui eam sibi in coniugem deposceret, illa non se sed regnū a Cyro peti interpretata, accessum propinquanti interdicit, qui vbi dolus non processit, aperte bellū ostendit, & iam ad Araxem venerat, copiasq; ponte traijcere parabat, quum his consilijs occupato Caduceator a Thomyre superuenit, multa regine noīe obtestatus, ne pergeret nō lacessirus Massagetis bellū inferre, sineretq; sua fortuna Thomyrim vti. Quod si oīa potiusq; pacē mallet, staretq; sentētia ferro cū ea decernere, paratā esse Thomyrim ad vtrūq;, aut intra suos fines venientē excipere, aut si ipse ita malit, se cū suis copijs Cyri fines trāscensurā, vt de summa belli vel vno prælio decerneret, tātū verbo significaret, vtrū euenire mallet, pugnādi copiā, neq; hic, neq; illic defuturā. Ea re in consultatione delata cęteris hostē in pacato excipiēdū cēsentibꝰ, Crœsus vnꝰ oīm fortunę volubilitatē suo exē plo demōstrās, regē hortari vt porro ire pgeret, alie nam terrā potuisq; suā belli fedē factur⁹. q̄m si, qd' noller, ira regni fines vinci cōtigisset, nil aliud videretur eo cōsilio quæsitū, q̄; victoribus Massagetis Persarū regnū p̄ man⁹ tradere, quod nullo mō accideret, si in hostico etiā parū prospere pugnet, flumina, mōtes, saltus vel modicis p̄sidijs retēti, satis ad omnes hostiū conat⁹ frāgēdos futuri essent, & qd' oīm maxīe spectari oporteret, turpe & ignominiosum videri inuictū regē mulieris pugnā detrectare: iret, p̄inde, ibiq; armis cōfligeret, vbi primū hostis venisset obuiā. Hęc Crœsus monere, inde cōsilij adijcit, quo hostis sine maiore certamine vinceret. Audio ingt Cyre Massagetes oīs lautioris vitæ esse exptes, quū castra trās Araxē feceris, fueritq; ppinqu⁹ hostis quasi subito metu pculsus, castra cū oī cōmeatu imbellicq; multitudie relinq̄, ipse fugienti similis retro abi, tecūq; oē robur copiarū ad fluuiū, recurre. Video nisi fallor, futurū, vt hostes in insuetā rerū opulētiā, ciborūq; copiā incidētes, paulo post vino crapulaq; sepulti, tibi veluti pecora ad cædē dedantur. Cyrus Crœsi cōsilijū amplexus, Reginæ nūciari iubet, se illi breui affuturū, ipse secū reputās q̄ dubij essent bellorū exitus. Cābysem filiū priusq; copias trajiceret cōplex⁹, in Persidē cū Crœso remisit, cōmēdata filio fide debita sibi acciperet capriui regis dignitate. Araxe deinde trāsmisso nocte q̄ proxime secura est, Cyrus per gētē imaginaꝰ est se Dariū Histaspis filiū maximū natu cernere, duas in humeris alas habētē, quarū vna Asiā, altera Europā inumbraret. Erat Histaspi Arisitimeni filio ex liberis Darius natu maximus, q̄ tū, viginti annos natus, in Persidē fuerat a patre relictus. Histaspē Cyrus somno expectus, suspēsusq; nocturna specie, remotis arbitris affatus, se certo deorum monitu cōptū habere ait, a Dario ipsius filio sibi, suoq; regno insidias parari. Iret ipse domū, daretq; enixe operā, vt quū Massagetis victis in regnū rediuisset, sibi filiū fi steret. Interim in officio cōtineret. Hæc ille fatorū ignarus. Cæterū imago illa peritu rū Cyrū ea expeditione mōstrauit, regnūq; ad Dariū haud multo post uentū, qd' breuissimo Cābysis regno interiecto accidit. Progressus inde Cyrus diei vnius itinere ab Araxe castra fecit, ibiq; appropinquāte hoste, oībus excōpositō paratis, cū expedita multitudine ad fluuiū fecessit. Affuit interim Thomyris filius cū tertia copiarū parte, ad tentandas hostiū vires missus. Is cęsa Persarū multitudie quę in castris fuerat relicta, ingētī pręda potitus, cōfestim in vinū & epulas cōuersus, ad multā noctē traxit cōuiuiū, iā vino graues passim i somnū vertuntur Massagetę. Cyrus interim structo agmine adfuit, tetraq; hostiū est cędes edita, quidā semifōnes capti, & i his Spargapises Thomyris filius. Illa vero cognito filij & aliorū casu, misso ad Cyrū caduceatore, dolū illi exprobrauit, q̄ nō bellica virtute, sed veneno filiū vicisset: iret, & p̄senti victoria cōtē Massagetus restituto sibi filio Massagetarū finib⁹ excederet, tarū strauq̄ nisi mature fierēt, solē testari, futurū, vt virū cruo gesris auidū ad satietatē in suorū volutaret sanguine. Cyrus mulieris verba aspernatus, nihilo secius in Spargapi stare, Spargapises interim ebrietate experrect⁹, a Cyris facin⁹. p ro petijt,

Pythię re spōsum.

Crœsus superstes Cyro.

Araxes.

Caspiū mare.

Thomyris Regina.

Cyri fo mnium.

ro petijt, vt vincula adimi sibi iuberet, satis fore, si se sub custodia haberet. Cōcessit rex illi id haud graue, soluitq; ferox iuuenis, sibi ex improuiso mortem conscuit. Trogus pugnando eum perijsse ait. Cæterum quocunq; casu mortem obijt, haud vna deinceps fama secuta est. Trogus Thomyrim audita filij morte, simulata fuga Cyrum ad montium angustias traxisse ait, ibiq; Persas suis artibus captos, ad vnum cum rege trucidasse, vt miraculo sit datum, q; ex ducētis hominum milibus, nemo qui eam cladem nunciaret, sit repertus. Herodotus in aperto dimicatum scribit, commissumq; vtrinq; tā acre prælium, vt cum inter Barbaros nunq; alias, primoq; sagittis certatum, mox lanceis, nouissime collato pede pugionibus, magnamq; exercitus partem cum Cyro telis occubuisse. Illud ambobus conuenit. Cyri caput in vtrem humani cruoris plenum Thomyrim demisisse, inde superbe insultantem identidem dixisse. Expleas te Cyre qui cruorem tā topere sitisti. Sunt Massagetæ, quando tam multa de ea gente diximus, vestitu & victu Scythis perq; similes, quo fit vt Scythæ a pleriſq; credantur, ex equis pugnant, & pedibus, vtroq; pugnæ genere pene inuicti sagittis hasta, sangari, sic enim ferrum quo vulgo accincti sunt dicitur. Auro in baltheis & capitis ornatu vtuntur, aureos thoraces equorū pectoribus inducuntur. Ex auro fræna & phaleras conficiunt, æreas cuspides hastis præfigūt, ære pharetras muniunt. Ferri & argenti nullus apud eos vsus, singuli vxorem ducunt, eaq; communiter vtuntur, idq; Scytharum soli faciunt, si Scythæ habendi sunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur, suspensa ad currum pharetra cum ea sine pudore concumbit. Terminus vitæ nullus genti prefinitus. Vbi quis admodum consenuit eum propinqui & necessarij, in vnum coeuntes, cum aliquot ouibus immolant, atq; ita humanis carnibus ouilla mixtis vescuntur. Id genus mortis apud eos beatissimum. Languore extinctos non edunt, damni loco id ducentes sepeliūt. Nihil omnino ferunt, pecoribus victitant & piscibus, quos Araxes abunde suppeditat. Lac plurimum potant. Ex diis vnum solem venerātur: soli equum mactant pernicissimo scilicet syderi animal velocissimum. Et ipse quidē Cyrus sic perijt anno ex quo regnare cœperat trigesimo, vir cum per cætera memorabilis, tum in victoria, supra q̄ dici possit, mitis. Quo magis mirū est, Thomyrim illi cruoris sitī exprobrasse. Astyagem auum victor seruauit, sic Croesum, sic Babylonijs bello victis dedit veniā, sic Iudeis qui Babyloni ea tempestate seruiebāt, in Palestinā abeundi potestatem fecit, quod in Danielis gratiam id genti datum videri potest. Quem ob creditam sanctitatem, Babylone capta præcipuo apud se in honore habuit Cyrus. Iosephus & Eusebij autores sunt, haud multo prius q̄ Cyrus Assyriorū opes fregit, prodigium in Baltasaris regia ingēs aparuisse, veteratis vasa Hierosolymitano templo sublata in prophanum vsum, quod cæteri reges sacrilegium auersati, ea in sacro reposuerāt. Tū vero accidisse, vt spectāte rege, manus ex aduerso pariete sit orta, q̄ hec pauca exscripserit: Mane, Techel, Phares, q̄ vt Iosephus interpretatur, numerum, pondus, & fragmentum, significent. Hæc magi vndiq; a rege accersiti quum interpretari nequissent, vnus omniū Daniel regis ac regni propinquum excidium, per ea verba significari demonstrauit. Quoniam cœli numen, cuius prouidentia omnia fierent, annos regis dinumerans, appendensq; illius vitam & regnum, Medis ac Persis frangens distribueret quæ

Persarū strages.

Massagetarū ritus

Baltasaris visio.

Danielis interpretatio

triſtis denunciatio, etsi Assyrium vehementer affecit, haud propterea minus gratiæ ab eo veridicus vates reportauit, sed regi cæterisq; multo venerabilior est factꝰ. Miror Iosephū persuasū habuisse, vno tempore a Cyro & Dario Babylonē captā, & quod pene ridiculum est Astyagis filium fuisse ait, de Medico genere ortum. Legerat credo ab vtroq; eam vrbem obsidione expugnatam, quę res eum in manifestum traxit errorem. Cæterum Trogus & Herodotus haud dubie demonstrant Darium Histaspis filiū, qui vno Cābyse interfecto, Cyro successit, rerū in Perside potitum, ipsumq; Persam nō Medū fuisse, neq; Astyagē aut Cyrū viculo necessitudinis vllo attigisse. Obsedit is quoq; Babylonē vrbē & expugnauit, sed tpe oīno diuerso, cui si vera Iosephus scribit, adeo Daniel familiaris fuit, vt vniꝰ cōsilio nutuq; regij thesauri, ac pene tot a regni moles ministraret, sed sue Cyro ille, siue Dario amicus fuit, q̄ iam grādem natu sub altero fuisse oportet, tam aduersa Babyloniorum principū flagrauit inuidia, vt quum virum perspecta sancti tate aliter criminari non possent, eius vitæ sint nouo calumnię genere insidiati. Compertum his erat Danielem tertio quoq; die, in secretum concedere, nec publico vllo priuatove negocio ita ī terpellari, vt de pientissimo orandi instituto aliquid remitteret. Igitur excōpositō ad regem deferunt, principibus & populo videri triginta dierū ferias vniuersę genti debere indici, quibus neq; humana, neq; diuina curare liceret cuiq;, ac si qs eas minus diligenter obseruasset, is maiestatis reus, leonibus laniandus obiceretur. Rex ignarus eorum quæ parabantur, autor fuit feriarum populo indicendarum. Tū cæteris quiescentibus Daniel nihilo secius diuinis tertio post die operatur, neq; loco, neq; tempore, vt res occultari posset immutato. Hic aduersa Sarrapū factio coorta, locū ad criminādum nacti Danielis cōtumaciam ad regem deferunt. Damnatur ergo, magisq; nō repugnante q̄ iubente rege trahitur ad supplicium. Iosephus impune eum per noctē fuisse in Leonum cauea scripsit, Diuinę literę plurium dierū spatio versatum inter feras fine offensa, meminerunt. Fuit regi ea res admirationi, ascribebatq; id diuinæ prouidentiæ, q̄ præter omnium opinionem leones fame sæuientes, vni hominum plures, dies parsissent. Cauilari interim cœpit, nec prouidentia id fieri dictitabant, sed q̄ leones sagina expleti hominem fastidirent. Poscere proinde, vt ieiunis iterum obiceretur. Tum rex, & hoc quidem periclitari iuuat, modo vos prius experiamini, an illorum satietas sit vobis similiter parsura, tū leonibus affatim exaturatis, eorum quosdam in cauea obtrudi imperat, quibus nihilo propterea fuit mitior leonū feritas, sed fœde laniati palam oībus fecere Danielē miraculo seruatū. Atq; ob eā rē mirabilior q̄ antea, chariorq; fuit regi. Huius opꝰ fuisse creditur Mausoleū in Ecbatanis Mediæ vetustū, facie tū ad posteros recēti quo Medorū reges defuncti, ad Vespasiani vsq; tpa cōdi cōsueuere. Inter cætera diuinatiōis eius monumēta, illud ab Iosepho proditur indubitato creditæ sanctitatis argumēto, & ob id certe memoratu dignissimū. Subito quodā horrendoq; motu terræ, quū forte Susis esset, in publico deprehēsus, in faciē concidit, cęteriſq; diffugientibus, visus est sibi arcana quadā vi in pedes stare tui, vocēq; audire qua iuberetur ea spectare, q̄ multa humanarū rerū perturbatione essent in terris futura. Tūc cōspicatus dicit arietē magnitudine immani, plurima cornua habētē, atq; oīm eminētissimū quod extremo agnatū esset loco, inde ab occidente sole

Parcunt Leones Danieli

Prophāt laniātur a leōibꝰ.

Esaiæ vaticinīū.

Danielis visio.



sole Hircum per aerem delatum sibi intueri visus qui arietem altero capitis impulsu prostratū cōcul casset, mox ex hirci frōte eminens cornu productū, quatuorq; illi cornua agnata, in quatuor mūdi plagas sua sponte obuersa, & in his vnum perexiguū, quod dum oriretur rēdita sit vox ex proximo, id olim Dei tēplū cōcrematurū, triennioq; sacra inhibitum. Quę omnia illi diuino impulsus spiritu, ita fit phasma illud interpretatꝰ, vt p arietē Persarū regnum sibi figuratum diceret. Per cornua eos reges qui ibi rerum potiturī essent. Præcipum illud videri sibi eorū aliquē significatū iri: qui in ea terra latissime esset regnaturus, amplissimaq; habitarus opes. Per Hircū ducē ex Græcia affuturum, q̄ potentissimū regnum duplici plio frangeret. Procerū illud cornu, futurā potentiam portendere, quę post victoriam secutura esset. Minora cornua in contrarias mundi partes spectantia, magni regis successores, qui quęsitā bello terrā quaq; versum inter se partīti, regnum habituri essent. Gorniculumq; illis agnatum ex posteris vnū interpretatus, qui Hierosolymitanum violaret templū, diuinasq; cerimonias in certū tolleret tēpus. In qua figura explicanda, videt vnū, pphetæ defuisse, q̄ & regum noīa q̄ nōdū in terris erāt nō diserte posuit, cætera tā signi ficāter repræsentata, q̄ si ad id tēpus illa eadē facta essent. Figurauit Aries Achemanidarū regnū Cornua reges, quorū Darius opulentissimus, præcelso cornu, eoq; extremo demonstratus. Hunc Macedo Alexander altero armorū concursu prostrauit. Erat Hircus ille, q̄ a Graio more barbā alebat. Cornua in diuersum tendentia, successores qui imperiū inter se diuisere, quibus prognatus Antiochꝰ cognomento Epiphanes, instauratum prophanauit templū. Id Iudęi a Cyro, vt dixi, ī Syriā remissi primo suscitare conati sunt, altari ad tempus ibidē erecto. Iosephus id primo Cyri anno cōtigisse memorat, qui septuagesimus ab eo fuerit, quo Hebræi ex Palæstina Babylonem migrare coacti sunt. Eusebius primum Cyri annū trigesimū Hebraicæ captiuitatis fuisse temporū supputatione demonstrat. Cyrus deinde vixit annos triginta. Cambyses, qui illi successit, annos septē & mēses quinq;. Sic anni colliguntur ab templi excidio octo & sexaginta. Cambyse sublato Magi fratres septem sunt menſibus Persarū regno potiti. Quibus interfectis Darius regnauit, cuiꝰ altero, ex quo regnare cœpit anno Zorobabelis ductu, vt suo postea loco est dicendum, opus quod sub Cyro fuerat inchoatum, diuq; intermissum, tū demum repetitū est, ac producti cœptū. Inciderat forte Cyrus in Esaiæ libros, quos ille duocētesimo añ, & amplius anno scripserat. Fuit q̄ in his, Volo Cyrū, quē multarū & magnarū gētiū regē constituī, populū meū ad propria remittere, ibi q̄ mihi tēplū iterum suscitari. Qua ille diuinatione cōmotus, per oēm Asiā scripsit, ita edicto prefatus. Quoniā me maximus orbis terrarū Deꝰ regem cōstituit, credo hūc esse quē genus Israel adorat. Is em meū multo antea q̄ natus essem per prophetā prędixit nomē, quonā modo ipsius tēplū in Iudæa fu scitatuꝰ essem. tū ille edicto testatus, principibus gentis ad se vocatis pronunciauit se poreſtatē illis facere, & Iudęis oībus qui in Assyria essent, cū libris & vxoribus in Palęstinā redeundi: hortatur adhęc vt vrbē & tēplū restituāt, quod vt cōmodius fieret, ad Assyrię Phœnicięq; prefides scribit, & ad circūiectas gētes mittit. qui illis pręciperent, vti auro, argento, iumentis, frumento, Hebræos ad id opus iuuarent, quæ ne vana aliquis existimet, Cyri epistolam, de ea re ad Assyriæ principes datam, quā Iosephus in historijs inseruit, breui lubuit cōplexu explicare. Rex Cyrus Syſymo & Satrabanę salutem. Iudęos terram nostram habitātes, qui vo luerūt in patriam redire permisi, Ciuitatem instaurare, & in ea Dei templū iterum ędificare, misi Mithridatem mearum pecuniarum custodem, & Zorobabelem Iudęorum principem, vt templum a fundamentis restituant, cuius altitudo cubitorum sit sexagenum, pari latitudine. Triplicē adhæc murum lapidea materia eaq; perpolita circūducant, vt vnum linea ex ipsius prouinciæ arboribus. Erigāt & altare in quo deo sacrificent. Restitui illis & vasa, quę Nabuchdonosor inde olim sustulerat, numero tria milia & cētum amplius: in quibus disertę apud Iosephum refrigeratoria ponuntur, & liba toria. Situlæ, Paterę aureæ, argenteęq; & mille insuper capaciora vasa, materia incōfessa. Cōcessi adhæc inquit eis honores, quibus eorum maiores vsi sunt. Pro iumentis, vino, oleo, drachmas, quinq; milia & quingētas. Triticeæ similæ Artabos vigiti quinq; milia. & quingentos, quæ de Samariæ tributis iussi illis repræsentari. Ipsi Mosaico ritu pro regis salute, & persici regni incolumitate faciant. Si qui hęc violare ausi fuerint, eorum bona publicari volo, ipsos crucis patibulo affigi, & ille in hāc sententiam scripsit. In quo mecū reputando illud subit admiratione dignū, Zorobabelem vtriusq; ex Assyria migrationis ductorem fieri contigisse, quū anni circiter quadraginta, a priore illa que sub Cyro facta est, ad Darianam recentiorem, cuius hic quoq; ductor fuisse traditur, interfuissent. Iudęi qđ ad priorem reditum attinet, insperatam redeundi occasionē nacti, studio in Palæstinam remigrarūt. Duo & quadraginta milia quadringēti sexaginta in patriā sunt reuersi, cætera multitudo, locorū cōsuetudine capta, pæcipua pars Babyloni vbi nata erat & coaluerat, subsidere maluit. Cuthei, hærebat gens ipsa Palęstinæ finibus, erantq; a Medis oriundi, vt alio est loco significatum, & cum his alij finitimi, multa apud prouinciarū præsides tacita conspiratione criminando, & eos qui operibus præerant, ambiādo, tādiu rem distulerūt, vt quū Cyrus in Massagetis periſt, templi fundamenta tantum iacta essent, tū eo sublato, enixe data est ab eis opera vt prouinciæ & operū prefecti, ad Cābysem Cyri filiū scriberēt, seditiosum esse genus hoim Iudęos, vicinis accolis infestos, ac dominandi cupidos. nisi mirum fore, vt vrbe & tēplo instauratis, haud multo post rebellaturi essent, oīa loca Syriæ facturi Persicis regibꝰ infesta. His criminationibus Cābyses impulsus, hō prēter cōtemptum religionis, stulto & vesano ingenio, Iudęis opus rescripto interdixit. Atq; ita cōtigit, vt ad Darij vsq; tēpora interruptū opus māserit, tū vero cæteris quasi postliminio in Syriā reuersis, magnoq; Darij fauore tēplū est ex integro restitutū. Clari interim pphetica voce fuere in ea gente, Aggeus, & Zacharias, & cū his Zorobabel regia stirpe ortus, & Salathiel, qui duo Hebraici noīs principes per id tēpus fuere. Vixere cū his viri ingenio illustres Eugamon Cyreneus qui Theogoniā scripsit, Anaximenes Milesius. Anaximandri & Parmenidis discipulus, Is primus aera initiū rerū, & infinitū arbitratꝰ est, syderaq; non supra terrā, sed circa moueri dixit. Hūc Apollodorus eo anno natū prodidit, quo Crœsus regno excidit. ipse dum noctu intentius sydera contemplatur, in subiectam foueā, q̄ in atrio domus fuit, lapsus periit. Fuit huic æqualis Zenophanes Colophonius Orthomenis filius, qui in Homerū & Hesiodū ob ea, quę de dijs fabulati fuerāt, iambos scripsit, quatuor

Cyri Iræ de tēpli instauratione.

Redit Iudæorū in Palæstinam.

Templi instauratio

Anaximenes.

Zenophanes Colophonius.

tuor opinatus est rerum omnium esse elementa, in finitos mundos, nec variabiles, de Deo ita statuit, vt simul in eo esset mens, prudentia, & æternitas: primusq; omnium dixit, omne qđ fieret corruptibile esse. In hunc quidam reijciunt illud æsopicũ, tyranno aut minime, aut suasissime cõgrediendũ. Sunt qui Stheſicorum, Simonidem, & Chilonem Lacedæmonium, in hæc tempora reponant, Sociõ Zenophanem Anaximandro credidit æqualem.

Æsopus. Æsopus fabularis historiæ scriptor per hæc quoq; tempora est Delphis præcipitatus, anno post (si Eusebius recte colligit) quo Agon Gymnicus Panathenaicus est primo Athenis celebratus, Delphicũq; templum iterũ flagrauit. In hos annos reijciunt, & quę nos rerum serie tracti, de Crœso & Cyro lõgiore sermonem explicauimus. Miror Eusebium scribere per id tempus ab Harpago in Ionas bellatum, fuit is multi nominis apud Cyrum, quum eã gentem per caduceatores a Cyro solicitatã, nõ bello petiram scripserit Herodotus. sed hæc quoquo modo gesta sunt, in extrema Seruij Tulli tempora, vt dixi, inciderunt, quo fœde sublato, Tarquinius

Tarquinius superbus. cui superbo deinceps cognomen fuit, vi regnum obtinuit. Is Romę postrem⁹ regnauit, superbi appellationem inde adeptus, q; socerum insepultum abiecit, Romulum dictitans & ipsum sepulchro caruisse: conuersus inde in cędem, quicunq; ex primoribus Tulli rebus fauisse credebãtur, aũt vnum est omnes crudeliter insectatus, alios vt eorum bonis potiretur in quodcunq; crimen deuocare, suborna-

Tarquinij fæuitia. tis qui qualibet de causa reos facerent, quę accusandi licentia multis causam prębuit, priusq; in periculum deuocarentur, soli exilio vertendi, ordineq; amplissimo per hęc exinanito, alios in curiam legit & eos in primis, quos satis obnoxios se habiturum intelligebat. Alij autores sunt, nullum interfectorum locum surrogatum, vt curia insigni paucitate adhuc contemptior fieret. Ratus deinceps regnum eisdem quibus quęsitum erat artibus obtinẽdum, corpus armorum circundedit præsidio, sicq; terribilior factus omni instituto priorum regũ sublato, capitalia iudicia solus exercebat, solus quę ex regni potius q; ciuitatis vsu essent, decernebat. Difficiles ad eũ adirus, implacabilis vultus, in audiendo & respondẽdo nihilo mitior, vt iam tyrãni dem ex professo exerceret, fœdera, bellum, inducias pacem, non vt cæteri reges publice sanciebat, sed domesticis consiliis iungere ac dirimere, & quo tutior domi esset, externa sibi gentes studio & arte cõciliabat, in primisq; Latinos, cum quibus non con

Octauio Tuscula⁹ tentus societatem & hospitium iunxisset, filiã Octauio Mamilio Tusculano, viro ea tempestate Latini nominis longe principi, matrimonio locauit, q; celebri affinitate multa illius regno toto Latio auctoritas accessit. Erat Octauius cum opibus, tum vetustate generis præ cęteris insignis, vt qui a Telegono Vlyssis & Cyrces filio putaret⁹ originẽdus. Bellũ igit⁹ Sabinis illatur⁹ Tarqni⁹qa, fœd⁹qđ cũ Tullo Seruio pcusserant post eius mortẽ fecerãt irritũ principibus latini nominis ad lucum Ferentine, vbi celebre forum erat, vt eum his de ratione belli consultarer, in certum diem conuentum jndixit. Affuere frequentes illi prima luce, Tarquinius in mora fuit, nec prius eo venit, q; sol iam propemodum occideret. Tulerant eam cunctationem satis ciuiliter alij, vnus omnium Herdonius Aricinus

Herdonius Aricinus. homo vehementi ingenio, & a Mamilio in re Latina administranda multum dissentiens, & ob genus ipsi regi parum amicus, locum ad criminandum nactus, multa de Tarquinij superbia, velut in concione locutus, merito p̃dicabat eũ a Romanis superbum cognominari, quippe qui non contentus ciues suos turpi seruitio adegisse, iam & Latinos socios vnum in locum accersiros audeat ludificari. Tentari haud dubiæ totius gentis patientiam, vt si obnoxios iniuriæ habere cœperit, mox iugo premat. Sed satis (inquit) feliciter tristi Roma norũ fortuna admonemur, quatenus eius amicitię sit credendum, qui cum inter suos legitime negare possit, Tyrãnus malit esse, omnicq; iure sublato, miseros ciues exilijs, cædę, rapinis, persequat. Abituros secum si audiant, domum, neq; magis diem cõcilij seruaturos, q; is qui indixerat, seruasset. Hęc & alia Herdonio ferociter concionanti superuenit Tarquinius, q a suis monitus, vt se purgaret, q; tan Tarquinij diu fuisset in mora, vbi in cõciõis conspectu stetit, purgatio ægre se tulisse p̃fatus est, q; arbiter inter patrẽ & filium molesta disceptatione factus, dũ studio nititur vtrunq; alteri recõciliare, indigna mora socios & amicos, quorũ cõmodis semper cõsultũ voluisset, frustratus videri posset, cæterũ qñ exacto, iã die eo ventũ esset, postridie acturũ se, que cum ipsis agere constituisset, ferunt ne id qdẽ tacitũ tulisse Herdonium sed regi piã causam excusanti, subiecisse, nullã esse breuiorẽ cognitionẽ, q; quę inter patrẽ vertere tur & filiũ denunciari vno verbo potuisse, parendũ esse patri, quod ni fieret, infortuniũ esset filius habiturus. que cũ ille corã iactasset, æquius q; superbissima ipsius natura pateretur Rex Romanus tulit. Cæterum cõfestim ad hominis necẽ animũ adiecit, sub noctẽq; ex Turni seruis vnũ per Aricinos hoies aduersę factiõis corrupit, vt magnã vim gladiorũ, in domũ, qua Herdonius diuersabat, occulte inferre sineret, qua illata Tarquinius priusq; illu cesceret, Latinorũ principibus ad se vocatis, cõster Tarquinij nato vultu, quo facile ois simulatio sustineturi, diarsin per uina se ait prouidentia hesterna luce domi retardadendo tũ. Cõpertum se habere ab Turno sibi, & principi Herdobus Latinorũ, capitales insidias imminere, vt Latinio. norũ imperiũ solus teneat, cõsilium fuisse heri me & vos, vbi de re agi cœptũ esset, vna inuadẽdi, dilatã tamẽ esse cædẽ quia cõsilij autor quę maxime petebat non affuisset. Inde insectationẽ illã in absentem ortam, q; inopinata mora ægre ferret tantam e manibus elabi occasionẽ, haud dubie affuturũ eũ cum coniuratorũ manu, vbi primũ cõsilium inijssent. Dici sibi ingentem gladiorum numerum esse ad eũ occulte congestum, quare facile sciri posse, vera ne illa, an falsa essent. Iturum se confestim eo si ipsi secum ire velint, vt rem presentem speculent, ac si ita facto opus sit, vindicem affuturum. Facinorosum hominis ingeniũ, hesternaq; illa verborũ intemperies effecit, vt res credita sit. Eunt igitur vana oia nisi repertis armis habituri. Vbi vero eo vẽtum est, circunsistũt Turnum somno excitatum custodes. comprehensisq; deinde seruis, qui vim parabant, gladij ex nõ vna diuersorij parte in apertũ proferuntur, quibus conspectis nulli res dubia visa est. Turnus catenis iniectis, tumultuose in concilij trahitur, ibi armis in medio positis, tam atrox inuidia est illi orta, vt indicta causa dãnatus, ad caput aquæ Ferẽtinæ crate superne iniecta, saxisq; cõgestis necatus sit. Diony sius autor est, in voraginẽ quãdam, viuumq; adhuc sub terra demissum. Ta Herdolis fuit Herdonij exitus. Sed haud mihi vna illa leuis concio, tam ei obfuisse videtur, q; vetus simul nius crutas cũ Octauio Tarquinij genero, quodq; eo stare deliter n: apparebat Latinum nomen haud ita facile Tarquatur. nij postulatis acquieturũ. Verum quęcũq; fuit eius necis causa, satis cõstat eũ iniuria dãnatum. Tarquinius



nius Latinis in consiliũ reuocatis, collaudauit eos, q; hominem seditiosum, & res nouas molientem merito supplicio affecissent, inde dicere exorsus, potuisse se ait cum Latinis vetusto iure agere, vt ijs qui ab Albanis oriũdi essent, oẽs eo fœdere tenerẽtur, quod inter Hostilium regẽ, & Albanos olim fuit ictum, quũ tres Horatij cũ tribus Curiatijs de principatu vtriusq; vrbis, inter se dimicarunt, tum q; a maioribus discere potuissent, omnem rem Albanam, cũ suis colonis Romani factam esse imperij, sed quia vtriusq; expediret, vt vetus illud fœdus renouaretur, postulare, hortarij; Latinos, vt fortunã Romani populi magis sociam vellent, q; infe-

Fœd⁹ cũ Latinis renouatur. stam experiri: id satius genti tutiusq; futurũ, q; agro rum vastationes, & excidia vrbium, que Anco & Tarquinio auo regibus perpessi Latini essent, sæpius velle pati. Hæc ille, quibus facile obtinuit, vt in ea, quæ petebantur, fœdus recẽs feriretur, q; cõfessio illa esset alterius iuris Latium fieri, Mamilio cæteriscq; principibus gentis, cum rege sentientib⁹, haud quisq; ausus est se aperte inuidiæ dissentiendo obijcere. Admonebat singulos propriæ salutis recẽs Herdonij casus. Diony sius ait Tarquinium Latinorũ ducẽ eo concilio creatum, eo iure quo Tarquinius eius auus olim fuerat: ipse priusq; concilium dimitteret edixit, vt certo die Latinorum iuuẽtus si bi ad Lucum Ferentinæ armis instructa, ex fœdere adesset. Misit Tarquinius ad Hernicos, & Volscos, qui ab ipsis gẽtib⁹ societatẽ Ro. Po. peteret. Omne Hernicũ nomẽ in fœdus & amicitiã venit. Ex Volscis Ecetrani tantũ, & Antiates. Tum Tarquinius vt ea populorũ concordia, aliquo sanctiore, perpetuo q; fœdere, stabilis & mansura esset, autor extitit, vt in Albano monte cõmune Ro. Po. sociusq; Io-

Latinę feriæ. uis templum conderetur, quo annuæ feriæ oibus populis indicerentur, ibiq; extorum partem singuli libarẽt, atq; ex immolata hostia singuli suã quisq; partẽ acciperẽt. Septem & quadraginta vrbes tũ primum eius sacri sunt participes factæ. Latinæ feriæ nũcupatæ. Dubium quia eas Latini celebrarẽt, an q; Iupiter ipse est Latialis dictus. Romanus penes quem rei principatus erat, taurum ibi pro oib⁹ sacrificabat, cuius cæsi, singuli populi, post q; libata erant exta, tibi partem deposcere. Tot populorũ societate fręt⁹ Tarquini⁹, Latinorũ copias vbi primũ affuere, Romãis miscuit, dimidiatosq; vtriusq; gẽtis manipulos, ita iunxit, vt ex vno duos faceret, ex duob⁹ vnũ, q̃bus ita permixtis centuriones imposuit, sic Romanum Latinũq; magis fidum habiturus, inde in Sabinos profectus, eorũ agrum est la

Sabini bello vi cuntur te populatus, belloq;, secunda vna pugna, cum ea gẽte profligato, in Pometinos duxit, q; tũ Suessam vrbẽ incolebãt. pollebat tũ maxime diuitijs hoĩm q; multitudine is populꝰ inter finitimos, eratq; ob id circũiectis vrbibus grauis. Obijciebant illis rapinę & latrocinia q̃dã, repetitęq; ab his res erãt, qui nõ solũ nõ postulata fecerant, sed probra etiã cõtumacissimo respõso adiecerãt. Tarquinius Pmoeri nos obuiã, pgressos plio vicit, victosq; cum cæde

Bellũ Pometinis infertur. multa intra mœnia cõpulit, cõpulsos fossa & valo circundedit. Tenuit aliquãdiu obsidio, cęterũ vi capti q; in armis erant ad vnũ obtrũcati, vrbs direpta, quadringenta argẽti talẽta e manubijs collata in ædificationem tẽpli, quod ab auo Ioui in capitolio fundare aĩo cõceperat, Tarquinius seposuit. hęc argenti summa est operi decreta, si Diony si⁹ verus est autor, Liuius quadraginta talenta fuisse scribit. Habebat adhuc Roman⁹ castra ad Suessam quum trepide eo affertur, Sabinos bipertito Romanum agrum ingressos prędas populabundos agere. Tarquiniuspręsidio ad Suessam cum omni præda relicto, ipse cum expeditissimis copijs ad hostem ire pergit: fecerant illi bina castra ad fidenas, vna propius Romam, altera ad Heretum: vbi ad hostes vẽtum est Tarquinius medio spatio quod inter ipsa castra fuit metatus est, sed aliquanto propius eos qui ad Heretum confederant. Sabinorum duces multitudine freti consilia inter se conferunt, de prę lio cum hoste com mittendo, placuitq; per noctem ijs qui circa Fidenas erant significari, vt postridie de summa rei dimicaturi adessent. Romanus intercepto cum literis nuncio, bene gerendæ rei occasionem nactus, maiorem copiarum partem mandat, viam que Fidenas ferebat, occulte insidere, ac quũ hostem pugna occupatum vidissent, subito incurrere fatigatum adorirentur: ipse vbi primum illuxit, cum cæteris copijs ad hostium vallũ progressus, in eorum conspectu aciem explicat, pugnæq; copiam facit. Sabini contempta Romanorũ paucitate, rati

Duo Sabini exercit⁹ vno die subacti. ad hæc alterum exercitum medio certamini superuenturum, confestim in equum descendũt, pugnatum nonnihil est ancipiti marte: inde vbi qui a Tarquinio noctu missi fuerant a tergo circũuecti, se hostibus ex improuiso obtulerunt, cognitaq; sunt Romana arma, ferro repente abiecto Sabini fugam capessunt: verum vndiq; circunuecti, per paucis ægre dilapsis, cæteri in medio cęduntur, aut suppliciter sese dedentes ad vincula sunt reseruati, capta deinde castra omnis opulentiæ plena. Tarquinius, re ex vna parte prospere gesta, ad eos qui circa Fidenas erant, priusq; accepte ad Heretum clades eo nunciij peruenirent, victorem exercitum duxit, & iam illi vallũ egressi ad altera suorum castra structis ordinibus contendebant, quum conspecto repente hoste, suorumq; capitibus hastarum cuspidibus affixis, collapsi animo, in præceps & lachrymas versi, pacem per legatos petunt his conditionibus, vt Romano imperio subiecti tributum penderent, Liuius quod miror nullam Sabini huius belli mẽtionem fecit. Tarquinius Suessam copias reduxit. Ex Suessa Romam paulo post concessum. Multæ deinceps fuere ipsius regis in Volscos expeditiones, sed illæ perbreues & tumultuariæ, sepiusq; prede ex hostico abductæ, cesserant q; illi omnia ex sententia, quum in diuturnum finitimæ vrbis bellum incidit vrbs erat centum stadia ab Roma

Gabini bellũ Romanis inferunt. distans, via qua Prẽneste itur, Gabios id oppidum dixere, ab Albanis vt pleraq; alia in Latio conditum. Gabini a profugis Pometia qui ibi erant Romanisq; exulibus impulsi, monstrantibus Tarquinium ob ciuium odia, si vno victus esset prelio, facile posse regno detrudi, miserant eo & Volsci legatos, ad fœdus & amicitiam aduersus Romanos iungendam, nulla ipsi iniuria lacessiti bellum Romanis indixere. Erant tum Gabini inter Latinos opibus & viris secundum Romanos longe principes, quo cõtigit, vt Tarquinius Gabios obsidere adortus, inde cum ignominia & cęde repulsus, sępeq; tumultuarijs prelijs cum hoste congressus, ad vrbem vsq; turpiter fit fugatus, interdum, vt variæ sunt bellorum vices, Gabinos victos Romanus intra muros clausit, eratq; id bellum varijs casibus in septimum annum distractum, quum Tarquinius ante, haud quidem Romana: hostes adortus, quod vi & armis nõ quiuerat, fraude ẽ eorũ oppido potit⁹.

Gabinũ bellũ deponitur. Bello igitur velut deposito, vrbana opera multo studio celebrat, his die noctuq; sedulo incumbit, bellumq; per hęc depositum videri voleba, quum

Sextus eius filius excompositio Gabios transfugit, vbi in concione patris superbiam insectatus, multaq; de eius iniuria amarissime locutus, ab alijs in suos fæuitiã flexisse querebatur, natorumq; iam dudum tædere eum cœpisse, vt quam in curia fecit solitudinem, domi quoq; faceret, ne ex stirpe quidem aliquem post se incolumen relinquat. Elapsum se inter ipsius tela & gladios, vt nusq; iã tutus sit sibi nisi apud hostes locus. Cæterum quod ad ipsius regis consilium attineret, scirent Gabini bellum sibi integrũ superesse, quod ab eo depositũ videretur, artem eam esse, vt incautos postea per occasionem inuadat, q; si apud eos locus nõ sit, circuiturũ se omne Latiũ Volscosq; deinceps & Æquos, atq; Hernicos, donec ad eos veniret, qui liberos ab impijs patrum supplicijs possint & velint tueri, vnum illud adijcere, futurũ se Gabinis si sua opera vti velint ad res in Tarquinium gerendas momentum haud quidem exiguum. Quibus illi verbis capti, iuuenem consolantes circunsistunt, hortanturq;, vt Gabijs malit esse, secumq; bellum in Ro. instaurare. Verant adhæc mirari si qualis in ciues & socios fuisset Tarquinius, talis postremo & in filios esse cœperit, at cõfidere omnes breui fore, vt ipsius ductu rota belli moles a suis mœnibus depulsa in Romani nominis Tarquiniq; regis exitium verteretur. Huiusmodi spe fræti ad arma temere Gabini recurrũt, Romanumq; deinceps agrum Sextij ductu ingressi, opulẽtã inde prædam auertunt, quam Sextus large partiendo, ferociterq; Romanis instando eo processit, vt magno Gabinorum consensu dux sit belli declaratus. Tum aliquot prelijs inter Gabios & vrbem prospere commissis, quũ omnia excompositio fierent, vt maior illi inter Gabinos fides haberetur, crederentq; vulgo, omnium quæ pararentur ignari, quia toties res prospere fluxisset, dono deum sibi Tarquiniũ missum, essetq; per hęc ille omnibus ita charus, vt eius opes nihilo minores Gabijs essent, q; patris Romæ, iam satis virium sibi ad oẽs conatus adesse ratus, ex fidissimis vnũ Romam ad patrem misit, qui ab eo scisciteretur, quãdo dijs ita euenire voluissent, vt iam omnia Gabijs posset, quid se iam vellet facere. nihil ad ea Tarquinius respõdit sed in hortũ qui in regia erat deliberãti similis transijt. Ibi rex nuncio qui sequi iussus erat responsum expectante, tacitus inambulans baculo papauerum capita decutiebat, atq; ita longiore mora fessum a se nũcium dimisit, qui vbi Gabios venit Sexto nunciat, quibus ipse verbis ad regem vsus esset, cæterum siue odio in filium, siue innata superbia nullum sibi respõsum dedisse. Sed citro(inquit) vltroq; ociose inambulans hortensijs hærbæ capita diuerberauit, mecq; post longã morã fessum stando, sine verbo a se dimisit. Sensit continuo iuuenis paternis artibus instructo, quid per ea rex fieri vellet. Gabinorum primores, alios populum criminando & in his Petronem Antistium ciuitatis lõge principem, alios sua ipsos inuidia ob noxios, interemit. Nõnulli palã occisi, occulte alij, in quibus minus specioſa fuit necis causa. Multi in exilium acti, quorum eque ac perẽptorũ bona multitudini data, vt omnis malorum sensus, prędę dulcedine admitteret, atq; ita ciuitatis consilio sensim sublato, Res Gabina in Tarquinij potestatẽ cõcessit. Scio mirũ videri, quę tã præmatura fuerit in Sexto prudẽtia, vt eas patris ambages ad Gabinorum principũ cædẽ pertinere senserit. Verũ enimuero, vetus fuit illud, necq; in Tarquinia gente ortũ exẽplũ, & vt illo aliud vetustius, ita ipsi familie non ignotũ, Corintho Tarquinij oriundi, vbi Periander tyrãnidem exercuit, is quũ Thrasibulũ Milesiũ perfidum nuncium cõsuluisset, qua arte, qua vi, sibi principatũ stabilire posset, nullum dicitur ab eo responsum datum, sed in agrum triticeæ segetis egressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atq; ita Periandrũ tacite instructum, capitibus ciuitatis cędę & exilio sublatis, tyrannidem obtinuisse. Corintho pulsus Demarathus Prisci Tarquinij pater, vnde & exẽplũ ipsum translatitiũ. Tarquinius Gabios per hunc modũ adeptus, pter spẽ omniũ, nihil ciuibus abstulit, nulla pecunia mulctauit, qn etiam, vt suis legibus viuerent, permisit, socioscq; Po. Ro. Ascripsit, opportunitatẽ vrbis secutus, quę rebus dubijs magno sibi & suis adiumento futura videret his legibus quibus & Sabini iam antea recepti, Clypeo ligneo cui bubulum fuit coriũ inductum, leges ipse prisci sunt literis conscriptæ, in tẽploq; Iouis Prisci asseruatæ. Liuius Gabij captis existimat cũ Equorũ gente fœdus a Tarquinio ictũ, & cum Tuscis renouatũ. Rebus igitur circa vrbem pacatis, Romanus rex ad vrbana opera conuersus, primum omniũ, Iouis, Iunonis & Mineruæ tẽplũ Sabino bello ab auo votũ, in parte Tarpeij collis prędelsa & scopulosa, asperitate loci prius castigata, fundare est adortus, sed quũ de more aream inaugurare statuisset, esset q; huius spatij ambit⁹, sacella quædam vetustissimi operis cõplex⁹, quę quia exauguranda erant, vt omni religionis metu sublato, opifices demoliri possent, ferunt vt tunc malorum dęmoniũ erãt illusiones, cætera numina Iouj, deabusq; augurio cessisse, solum terminũ (addunt quidam & Iuuẽtã) sua sede moueri nequiuisse. Atq; ipsa re in omen stabilis mansuriq; imperij accepta, facellum media parte templi immotum postea mansisse. Sed siue tum primũ, siue aliquãto antea cœperunt fundamenta aperiri, maius quoddam est operantibus prodigiũ oblatũ. Humanũ caput recẽti tabo ab ijs, qui in ima parte operabantur, est inuẽtum. Tarquinius (nemo enim nõ id prodigiosum putauit) domesticos vates consulit, hi oẽm eius disciplinæ laudem ad Hetruscos referentes, regẽ pertulerunt vt in Hetruriam scisciatum mitteret, nec multum abfuit, vt qui ad id missi sunt, callida auguris percũtatione decepti, fatalem necessitatẽ per inscitiam alio auerterint. Sic enim, vt video, vanitatis illius cultores persuasum habuere, vt nisi, qui a Tarquinio venerãt, ab auguris filio prius moniti fuissent, vt quoquomõ a patre interrogati essent, in Tarpeio, aut in Tarpeij parte prodigium factũ semper responderent, futurum fuisse, vt princip⁹ qui prodigio portenderetur, alio callida senis stipulatione, transferret. Sed vbi Romanos capi nõ posse Hetruscus vidit, tũ sine alia ambage docuit, fore vt ibi arx imperij, caputq; rerũ esset, vbi id ostentũ apparuisset, ac ia inde locus ex Tarpeio Capitoliũ est dici cœptum. Liuius autor est tãtam templi molem fuisse, vt Pometinæ manubiæ, quę producendo ad culmen operi fuerant destinatæ, fundamentis sint iaciendis consumptę, videriq; ob eam rem, propiora vero, quę Fabius pictor, q; quę Calphurnius Piso, de ea argenti summa tradidit, quorum hic. XL. milium pondo, ille talẽtorum quadraginta fuit autor, Diony sius medium secutus quadringenta, vt alio est loco significatum, talẽta fuisse arbitratus est. Nec templo tantũ instruendo ciuitatẽ exercuit Tarquinius, sed & foros in Circo fecit & Cloacam maximam purgamentorum receptaculum, qui dũ his valide intẽt⁹ esset, Anus ignota facie ad eum,

Tarquinij fraus.

Tarquinij ars.

Exẽplũ Tarquinij Corintho translatitium.

Tẽplum Capitolini Iouis.

Termin⁹ & Iuuẽta

Tarquinij opera

Capitolium.



Sibyllini & fatales libri.

eum, nouẽ habens libros, venit, rogauitq; an mercari eos vellet, diuina in his oracula esse dictitans. Verum nimis amplum precium deposcere visa, tanquã ætate desipiens, a rege derisa est. Tum illa tris in proximũ ignem cõiecit libros, rursus inde regem percũctatur an sex reliquos eodẽ vellet precio emere. Hic Tarquinio adhuc magis ridẽte tris alios pari ratione cõsumpsit. Postremo quũ ad reliquos emendos nihilo minore summa inuitaret, hortare turq; regẽ ne tantã e manibus emitteret occasionẽ, demiratus ille mulierculæ cõstantiã, auguribus ad hibitis, libros mercatus est. Anus vbi e conspectu regis abijt, nulli hominũ amplius visa est, creditũ vulgo Sibyllarũ vnã fuisse, & ob eã rem libri ipsi Sibyllini nũcupati, adhibitiq; viri duo, qui eos inspicerent, quorũ alter, M. Attilius, qm̃ illos temere vulgasset, bubulo corio insutus, regis iussu est in mare proiectus. Asseruati sunt deinceps sub tẽplo capitolini Iouis, arca lapidea, nec aliter adiri inspiciq; cõsueuere, q̃ quũ ciuitas seditiõe iactaretur, aut terra aliqua bellorũ clades incidisset, ꝓdigium ve inexpiabile alioqui esset factũ. Permansere Sibyllina illa oracula vsq; ad bellum Marsicum, per id tempus Capitolio, siue casu, siue humana fraude, vt creditur, incẽso, libri vna cum templo deflagrarunt, qui deinceps in vsu fuere parum vera appellatione sunt Sibyllini nuncupati, sed ex Italiæ vrbibus quædã publica cura conquisita, alia ex Erithris cæterisq; Asiæ vrbibus quorũ pauciſſima Sibyllarum fuere. Nec ita multo post accidit vt duo Tarquinij filij Delphos sinta patre missi, ob prodigiũ quod domi apparuerat, anguis lignea colũna subito dilapsus ingentẽ fugã in regia domo fecerat. Diony sius ait Aquilas in palma, quæ regia incubabat, nidum habuisse, vbi illis absentibus implumes pulli, subito vulturũ incursu, discerpti sint. Verũ siue hoc, siue illud accidit, Rex futurorũ solicitus, filios ad Delphicũ misit oraculũ, his Roma proficiscentibus, ludibrium potius q; comes additus est Iunius Brutus, qui stupore & amentia ad tempus simulata, salutẽ sibi patriæq; libertatẽ peperit. Nam quũ nobili esset loco natus, attingeretq; regẽ consanguinitate: Erat enim Tarquinię filius, vt Diony sius scribit, Pristo Tarquinio genitæ, alij eam superbi regis sororẽ prodiderunt, Bruti pater Iunius fuit, ab vno ex Aeneæ comitibus oriundus. Is cum maiore filio claræ indolis a Tarquinio interfectus, Brutũ admodũ adolescentẽ reliquerat, qui domestica clade territus, longe diuersum ab eo quo erat, sibi finxerat ingenium, vnde ille a stupore quẽ effinxerat, Bruti cognomen adeptus. Is igitur quum regij iuuenes sua Apollini donatulissent, aurum corneo baculo, quẽ ad id affabre excauauerat, incluſum, tacita sui ingenij amba ge deo obtulit, quum lignũ interim dedisse crederetur, tum mandata patris duo fratres executi, futurorum, vt fit, solliciti Pythiam consulunt, quis natorum post Tarquinium patrem esset Romę regnaturus. Vox ex intimo specu reddita est, eum qui primus osculum matri daret, Romæ imperiũ habiturum. Oraculo decepti Tarquinij iuuenes inter se comparãt, vt vtri eorũ, postquã domũ venissent, prius mater occurreret, is eam oscularetur. Erãt Tarquinio regi tres virilis stirpis filij. Titus, Aruns, & Sextus, placuit duobus qui a derãt rem silentio occultari, vt Sextus qui domi relictus erat, experiri perij esset. Hæc illi. Brutus lõge aliter rem interpretatus, velut aliquid pede offendisset, in faciẽ procidens osculo terram contigit. Mater omnium terra est. Sub id igitur tempus quo illi Delphis sunt do-

Prodigiũ in domo Tarquinij.

Brutus.

Bruti donũ Apollini datũ.

Brutus osculat⁹ terram.

mum reuersi, bellum in Ardeates Tarquinius parabat, Rutuli gens, vt tum res Latij erant, opibus præporẽs, diu in publicis operib⁹ Romæ instructis a rege habiti, fabrile ministerium grauati, aperte cœperant imperium detrectare. Conatus est Tarquinius prædæ cupidus primo impetu, Ardeam capere, quo consilio destitutus vrbem obsidione cinxit, & quia bellum magis erat longum quam acre, facile ex his castris dabantur commeatus, sed primoribus faciliores, quam militibus. Celebrabant inter se regij iuuenes cum æqualibus cõuiuia, ociumq; mutuis comessationibus terebant. Accidit itaq;, vt nobilium iuuentute apud Sextum Tarquinium cœnante, & in his Collatino Egerij filio, sermo de re vxoria sit illatus, hic vero quũ quisq; suam studio vxorem probaret, sic enim comparatum est, vt hominum plurimi plus omnino deferant vxoribus quam par est, minusq; de his male suspicẽtur, cõtra oĩa in viro sint illis suspecta. Certamine accensi iuuenes quum nemo alij laude cederet, quid inquit Collatinus verbis opus est, breuis via ad vrbem ducit, paucis horis, si periclitari iuuat, constare poterit, quæ sit oĩm optima, agite, ac citatis equis Romã profecti, ipsi nostrarũ ingenia qualia sint improuiso accessu oculis exploremus, id cuiq; spectatissimum erit vitæ argumentum in sua quod inopinato occurrerit. Nec mora deiceps fuit (incaluerant em̃ vino) vna Romam iter intendunt, vbi regijs nuribus in conuiuio & luxu inter æquales repertis Collatiã primis esse tenebris intẽ dẽtibus abeunt, vbi Lucretiã nõ epulis & choreis, sed lanæ deditam inter lucubrãtes ancillas medijs ædibus sedentẽ inueniũt. Tum illa præ cũctis laudata. Collatinus regios iuuenes comiter inuitat, mox inde digressi, i castra ad altã noctẽ se recipiũt. Ceperat interim Sextũ Tarquiniũ libido Lucretiæ stuprandæ, cuius nõ minus spectata castitas, quam forma accendebat. Paucis itaq; diebus interiectis, vno duntaxat comite Collatiam venit, vbi a Lucretia & alijs, nihil tale suspicantibus, est benigne acceptus, ac post cœnam in hospitale cubiculum adductus, postea vero quam intempesta nocte oĩa silentio plena erant, cæteros q; dormire Tarquinij⁹ sensit, ad Lucretiam stricto ferro ingreditur, tum leua manu eius pectori impositа, tace (inquit) Lucretia, Sextus Tarquinius sum, morieris si vocẽ emiseris, ferrum in manu est. Inde illam vt in re subita somnoq; nuper excitatam, atq; oĩa pauentem leniter affatus, amorẽ fateri suum, orare miserecq; precibus minas. Cæterum vbi precibus septam pudicitiam animumq; præsenti periculo expugnari nõ posse vidit, ad metũ dedec⁹ adiecit. Locabo (inqt) apud te ferro tractam iugulatũ seruum, vt in sordido credaris adulterio necata. Quibus minis exterrita illa, vt infamię suspitionem effugeret, expugnari se passa est. Abijt inde Tarquini⁹ ferox, ingenius qualem cladem victrix libido mox sibi, & suis esset allatura. Lucretia vbi primum illuxit, nuncũ ad patrem Tricipitinum Romã misit. Erat tum is præfectus vrbis, matri & in castra ad Collatinum, vt cũ singulis amicis subito Collatiã veniant, maturato opus esse, rem atrocẽ domi accidisse. Affuit Sp. Lucretius pater, & cum eo P. Valerius Volesi filius, cum Collatino Iunius Brutus ex Ardea venit. Mœsta sola q; sedebat in cubiculo Lucretia, quę venientes intuita, obortis repẽte lachrymis, in fletum, prupit, ac quẽrẽti viro, satin ne salue res esset, minime (inq̃t) Collatine, q̃d em̃ salui, pfligata pudicitia potest mulieri esse, alieni viri vestigia tuũ foedarũt lectũ. Cęterũ corp⁹ violatũ est, animus culpa

Bellũ Ardeate.

Certamẽ de re vxoria.

Lucretiæ stuprum.

Lucretia ad suos.

vacat. Vos quæso date fidē, rem adultero haud im
pune futurā. Sextus Tarquinius est, qui hostis pro
hospite, proxima nocte huc venit, gau diūcp hinc pe
stiferū mihi sibicp, si viri estis, ab stulit. Dant illi or
dine dextrā, cōsulanturcp ægrā, culpā in autorē in
iuriæ ab ea auertētes, mentē dicere nō corpus pec
care, nemini nō liquere vnde cōfiliū abfuerit, inde
procul culpā abesse. Vos (inquit illa) videritis qd
huius sceleris autori debeatur. Ego etsi sum mihi
pudici animi cōscia, corpus tamē quia fuit iniuriæ
obnoxiū, supplicio nō libero, nec Lucretię exēplo
Lucretiæ interitus. impudica viuet vlla ampli⁹, ac cū his cultro, quē in
hūc vsum sub veste occultū habuit, repēte educto,
priusquā ab his qui aderāt inhiberi potuisset, i cor
defigit, prolapsacp in vultus moribunda cōcidit.
Cōclamāt ad eius casum, vir collatinus, & Tricipi
tinus pater. Brutus cultrū ex vulnere eductū tenēs,
per hunc (inquit) castissimū ante regiā iniuriā san
guinem iuro, voscp dij cœlestes testes facio, me L.
Tarquiniū cū filijs & scelerata cōiuge, ferro, igni,
ac quacuncp vi possim persecuturū, nec eū aut aliū
quēquam Romæ post hac regnare passurū. Collati
nus deinceps & alij luctu repente in irā verso, idē
ordine iurant, mirati intra se vnde nouum illud in
Bruto ingenium repente extitisset. Mox eum ad vl
tionē vocantē ducē secuti, Lucretiæ corpus ex do
mo in publicū deferunt, fit statim ex toto oppido
ad videndū concursus: ibi vero quū quisqp pro se
de nefaria vi & scelere Tarquinij quereretur, & in
primis Brutus castigator lachrymarū circūfusam
mouent multitudinem, hortari quod viros quod
Romanos deceret, arma secū in tyrannos talia au
sos caperent. Concurrit ad arma ferox iuuentus,
vltro ad oia parata, placuit portas præsidio teneri.
ne quid in castra nūciari posset. Cætera multitudo
duces est Romā secuta. Fecit armatorū agmen pa
uorem & tumultū in vrbe, sub primū ingressum.
Primores inde ciuitatis, primo in agmine cōspecti
spectātibus primo admirationi fuere, mox vbi res
cognita est, haud min⁹ Romę, cp Collatiæ, motus
secut⁹ est. Currit ergo ex oībus ciuitatis locis, in fo
rum. Præco populū ad Tribunū Celerum, quē ma
gistratum tum forte Brutus gerebat, vocauit. Ad
Brutiver quem ille vehemēti est oratione vsus, haud eo in
ba ad po genio, quod ad id tempus fuerat simulatum, sed
pulum. summo viro digna, qui se ciuesqp suos cū ipsa pa
tria in libertatem asserere tum primum aggredere
tur. Brutus patica de se qui ad id tēpus stultitiam si
mulasset, præfatus primum de vi & libidine Tar
quinij iuuenis, decp in fando Lucretiæ stupro, mise
rabilicp cede, arcp Tricipitini patris orbitate que
stus, Tarquinij deinceps patris scelera exorsus, cū
multa oīm indignatione, Seruij regis optimi, bo
norum cædē, fortunarū direptiones, exilia, diutur
num plebis seruitium in Cloacis demersæ, aliacp
publica & priuata incommoda, qualia ciuitates se
uissimo seruitio pressę pati soleāt, ordine explicat.
Adijcit his impiæ Tulliæ currū per cadauer patris
actum. Quibus multitudinē præsentē rerū statum
iam antea perpęsam facile impulit, vt imperium re
gi abrogarit, ipsumcp Tarquinium cum vxore &
Tarquinio abro liberis exulare iusserit, ipse cum lectis iuuenibus,
gatur im Tricipitino in vrbe ad præsidium relicto, in castra
perium. ad concitandum in Tarquinios exercitum est pro
fectus. Tullia medio tumultu, inter diras quacuncp
iret execrationes, domo profugit. Hæc Liuius. Sed
Aliter multo similiora vero sunt, quæ Dionysius, anti
res nar quissimū rerū Romanarū scriptorē Fabiū secutus
ratur. ait. Lucretiā vim a Sexto Tarquinio passam, vbi
primum illuxit, ex Collatia curru in vrbē ad patrē
deuectā, erat em ille vrbis præfectus, ibicp ad eius
pedes multis lachrymis obuolutā, vim Tarquinij
miserabili modo cōquestā, plerisqp nobilium, qui
officij causa forte aderant, vel ad id vocatis, quod
fieri potuit, spectantibus, se ferro traeciss̄e. Ad cu
ius casum atrox orta sit animorum indignatio. Su
peruenisse iam inde ea extincta Collatinū & Iunij
Brutum a Lucretia per nunciū ab initio accersitos,
qui circa portas P. Valerio missō ex vrbe, vt Lucre
tiæ mortē viro nunciaret, occurrerant, ac tum Bru
tū breui de se prefatione vsum, ad vltionē cæteros
perpulisse, cōiuratumcp a paucis primo in Tyran
norū exitiū, positisqp circa portas custodijs, ne qd
regi significari posset, cōsultatū inter eos de forma
ciuitatis istituēda. Inde Tricipitino Interrege crea
to, Brutum longissima ad ppm oratione vsum,
autorē fuisse, vt regnum Tarquinio adimeretur.
Ego vt non libēter Liuio accedo, qui ait vno tem
pore Lucretię necessarios ex diuersis locis Collatiā
venisse, quum castra multo inde remotiora essent,
q Roma, cpcp haud scio an patri Tricipitino, quia
præfectus vrbis esset, licuerit priuata causa vrbe
abesse, ita a Dionysio dissentio, qui rot cōsultatio
nes tam longā gerēdæ rei morā interposuit. Quin
potius mira celeritate oīa acta crediderim, præser
tim quū Bruti & aliorū cōfilia, si minimū in tēpo
re fuisset offensum, facile regis interuētu opprimi
potuissent. Verū quoquo modo res acta est, Bru
tus (quod inter oēs conuenit) imperio regi abrogato
cū paucis cōtendit in castra, vnde quia iam nūcius
eo de ijs q Romæ acta erant peruenerat, perculsus
Tarquinius ad cōprimendū motū Romā profect⁹
erat, declinauit Brutus regis occursum, accidit cp vt
vno tempore hic Romam, ille ad exercitum vene
rint. Sed multum dispari effectu, Tarquinio clau
sæ sunt portę vrbis atcp exiliū indictū, milites libe
rarorē suum studio summo & fauore exceperunt.
Tarquinij filij e castris eiecti, reliqui in Hetruriam
patrem secuti sunt. Sextus patris iram veritus Ga
bios, velut in peculiare regnum, exul abijt.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE LIBER VII.

EXCIDIT Tarquinius re
gno, ānō quinto & vigesimo ex quo Romę fuerat rerum po titus. Fuit qp annus ille ab eo quo in vrbe cœptū erat regna ri, supra ducentesimū quartus & quadragesimus. Ab mun di origine vndeoctogesimus supra sexcentesimum ac quatermillesimū. Regna runtcp cum Tarquinio in Macedonia Aminthas Amin
Alcetæ filius, qui adeo validus fuit corpore, vt in thas.
Olympico stadio haud vnum certaminis genus
vno tempore obiuerit, in Aegypto Amasis, qui Amasis
Aprij successit. Is ab Aprie missus ad comprimen rex.
dos Aegyptiorum motus, qui post pugnā in Cy
ren eos infeliciter commissam a rege defecerant, tu
multuario rex est fauore declaratus. Misit Apries
qui eum ad se vinctum ducerent, quibus Amasis
se iamdudum dare operam dixit, vt præsto regi,
adisset. Comparabat enim aperte in eum bellum,
nec longior deinde mora fuit, cōtractis vtrincp co
pijs, circa Mēphim vrbem castra cōtulere, ibicp in
genti prelio cōmisso Apries victus in Amasis po
testatem



testatem viuus venit, abductusqp in Sain vrbem,
vbi victor Amasis sibi regiam optauit sedem, in
summo est honore ab eo habitus. Indignabantur
interim Aegyptij, post adeptum regnum Amasi
parere, cp nimis humili esset loco natus, & ob id
indignus qui tot populis, tot gēibus simul impe
raret. Ille ad hęc non vi, sed arte animos leniendos
ratus, auream pelui̇m quam habuit, quacp regij cō
uiuę se lauare consueuerant, occulte in idoli speciē
conflauit, eamcp in publico locatā Rex veneratus,
& cætera multitudo regem secuta pari veneratio
ne dignata est. Et iam maior in dies religio erat cir
ca id simulachrum, quum Rex primoribus gentis
cæteraqp multitudine ad concionem vocata. Ecce
veneramini inquit viri Aegyptij simulachrum, ex
ea materia factum, ex qua nuper conflatit peluis
illa, quam ad sordidissimos vsus nuper subiectā
habuistis. Facies credo rei quæ mutata est, in causa
Amasis fuit, cur dignitas mutaretur: nam materia eadem
apoph est. Sic quæso & in me facite. Fui fateor priuatus
thegma. quandocp, nunc vero rex sum, reddite suos hono
res regiæ personæ, regale fastigium reddat me vo
bis venerabilem, si pristina fortuna nō potest, qui
sim nunc, non qui fuerim spectare, stulte facit qui
parum speciosa recordari mauult, quā formosa &
pulchra intueri. Tali ille argumento vsus, Aegy
ptios in sententiam adduxit, vt æquum censerent,
presenti imperio parere. Huius quocp est adagium
illud, a suis aliquando monitus, parum regium si
bi videri, cp ad tam apertā descisceret nequitiam.
Adagiū Nam Amasis, vt faceto erat ingenio, scurram in
eiusdem. ter conuiuas imitabatur, ita occurrisse dicitur, fran
gi arcum aut porro inutilem fieri, si nunquam retē
deretur, ita in se et alijs grauia onera ferētibus euen
turum, vt nisi animus iocis festinacp procacitate re
mitteretur, ad ea q serio agenda essent, fieret inuti
lis. Inter varia eius regni opera, ex solido saxo do
mum ante Mineruæ templum, in Sai vrbe cōstitu
tam reperio, cuius rectum exteriore parte vnius &
viginti fuerit cubitorum, quatuordecim latitudo,
octo sublimitas, in qua mole ex lapidicinis, quæ
iuxta Mēphim fuere, in Sain vscp traducenda duo
Quot mi decim hominum milia triennium consumpsere.
lia vrbiū Mirum est, quod Herodotus scribit, viginti milia
in Aegy vrbium in Aegypto ab Amasi rege habitata. Hu
pto. ius lex illa fuit vt singuli hominum apud prouin
Lex ama ciarum præsides, suæ vitę rationē cogerent redde
sis. re: vnde vicp cuicp quereretur, ac q id mōstrare nō
potuisset, capitali afficeretur supplicio. Talis lex in
ter alias Solonis Athenis quocp diu obseruata. Idē
Amasis primus oīm, Cyprum bello raptam tribu
tariam fecit, qui quum tanta nominis celebritate
felicitateqp rex degeret, quanta Aegyptiorum regū
nullus antea, bello est a Cābyse Cyri filio petitus.
Illari belli causam eam fuisse ferunt, cp filiam illi
Aegyptius rex matrimonio iungere noluit. Ferrur
Cambyses ad eas nuptias petendas impulsus, ab
Oculario medico, qui inuitus ab Amasi fuerat in
Persas missus, quum præstantissimū medicorū ab
Aegyptio rege Cābyses requisuisset. Videbat ille
ita futurū, vt aut filia ab Amasi nō daretur, bellūcp
ex ea re illi ex Perside oriretur, aut si data esset, breui
senex natæ desiderio conficeretur. Amasis rem ali
ter interpretatus, quia futurū arbitrari, vt Camby
ses filiā in pellicē potiusquā in coniugē esset habi
turus, aliā nubilem Aprijs filiā, eleganti facie puel
Cur Cā lam pro filia misit. Eratcp iam vana specie elusa ce
byses bel la libido, nisi puella Amasis filia vocata, se non
lū Ama Amasi, sed Aprie rege natā cōfessa esset, qua Cam
sii tulerit byses cōtumelia cmotus, bellū Amasi intulit. Hic

fermo inter Persas celebrior. Aegyptij Cābysem
sui sanguinis arbitrari ex Aprijs filia cuius modo
mentio facta est genitū prædicabāt. Cęterū Persici
ritus signari Aegyptij temere acquiescebant vanæ
opinioni, necp em apud Persas regnū obtinere po
terat, q non legitimo esset thoro natus, si non desit
q cōiugio, procreā⁹ regnare possit, cp in Cābyse cer
te euenisset, quū haud vnicus patri esset filij, sed fra
ter Merges illi erat, alij Merdes habent) ex Cassan
dane genitus, quę Cyro legitime nupsit, patricp su
perfuit. Sunt qui tradāt Cābysem Cassandane ma
tri assidētem, quū animaduertisset eā cum Perside
quadā muliere familiariter queri, cp sibi pulchram
Cyro prolē enixæ Aegyptiaca ab eo in amore an
cilla præferretur, sponte ei pollicitū, si quando per
ætatē adoleuisset, se quę summa in Aegypto essent
ima redditurū, idcp eū postea secutū, belli causam
cū Amasi quæsiuisse. Cābyses igitur in Aegyptū
moturus, ad Arabiæ regē misit, vt per eas terræ an
gustias, q inter Aegyptiū sunt mare & Erithræū,
liceret pacare exercitū in Aegyptum transmittere,
cuius rei ille non solū potestatem fecit, sed fœdus
quocp id ipsum cū Persarū legatis sanxit. Arabib⁹
hæc fanciēdi fœderis rario fuit. Manū acuto lapide Fœderis
secus maiores digitos feriebāt interiore parte, inde ratio a
flocco ex eorum vestimento, qui id faciunt, de sum pud Ara
pto, septem lapides in medio cōstitutos cruore in bes.
ungūt, Dionysium & Vraniam quos solos Deos
arbitrantē vocantes. Magna eius Arabici soli pars
quæ a Phœnice ad Gaditis Palæstinæ vrbis mon
tes & ab Ieniso rursus quod est Arabum, ad Serbo
nitidis lacum Casio monti propinquū, trium cir
citer dierum itinere, siticulosa & arida est. Id Cam
byses, quum exploratum habuisset, camelinis vtri
bus aquam ad totius exercitus vsum detulit. Hoc
propius vero est, cp quod quidam prodiderūt, Co
rym Arabiæ flumen, ab Cambise, tribus canalib⁹
ex crudo corio factis. XII. dierū spacio tantū dem
inde fluuius distat) in cisternas quas his locis effo
derat corriuatum. Et ille per hos labores exercitum
in Aegyptum duxit. Psamnie⁹ Amasis filius (nā Psamnie
senex pater ante Cambysis accessum medio belli tus.
apparatu vita decesserat) castra ad Peluſium ha
bebat, nec procul inde Persæ confederunt, acie, si
pugnæ copia facta esset, continuo dimicaturi. Ca
res & Græci auxiliares, qui in Psamnieti castris
erant, Phani viro illustri infensi, qui ab Amasi ad
Cambysem transfugerat, perpuleratcp ad bellum
maturandum, in eius filios inter duas acies in pro ægyptij
cinctu stantes, supra craterem, vnum post alterum Phanis fi
in victimarum speciem mactant. Puerilem inde lios im
cruorem permixtum vino priusquam manus con molant.
sereretur, circūferunt. Acre deinceps prælium com
mittit, multisqp vtrincp cadentibus anceps aliquā
diu mars fuit. Ad postremū fusi fugatiqp Aegyptij
insignē Persis victoriā reliquere. Herodo⁹ autor
est spectasse se his locis eorum ossa, qui acie illa
occubuere, vtracp ab alteris discreta, animaduer
samcp a se & ijs, qui secum aderant, rem memoratu
dignā, cp Persarū capita adeo fragilia essent, vt vel
talitro perfringerētur, cōtra q Aegyptiorū fuisse di
cebant, tam solida, vt ne lapidis quidē ictu remere Capita
cōminuerent, cōpertū ex his habuisse, Aegyptios ægyptio
caluarias quia ab initio ea gens raderet, & ad solē rum du
obdurescerer, diuti⁹ cœlesti iniuriæ restitisse, cōtra riora Per
in Persis euenire, qui pileis mitrisqp tegerēt capita, sicis.
Cambyses victoriā secutus Mēphim castra admo
uit, nec longior postea fuit obsidio, paucis diebus
Persæ vrbē deditam cum rege tenuerūt. Cyrenei,
Barcei, & Aphri, Aegyptiorū opib⁹ fractis, & ipsi
Cambysis

Cambyſis imperiū accipere. Excidit regno Pſamnietus ſexto menſe ex quo illud a patre acceperat, quidam falſo anno pro menſibus accepere. Cæterum illi nō libraria fide ſolū, ſed autoritate quoq; & ratione repelluntur, Herodotus autor eſt, Amaſim qui illi regnum tradidit, ſub id fere tempus, quo Cambyſes in Aegyptum mouerat fato defunctum, nec Aegyptijs vno aduerſo prælio fractis, maiores vlli eius gentis conatus extitere, ſed bellū Memphim compulſum breui obſidione profligatum. Et Aegyptij per hunc maxime modum regnum amiſere. In quo reputatio illa ſubijt animū, quodam fato regibus inimico eſſe factum, vt pauciſſimis annis quatuor illuſtria ſublata ſint regna, ſic medi primo, mox & Lydi a Cyro victi regnare deſierunt, ſic Tarquinij Roma electi, ſic Pſamnieti victus regnum & libertatem amiſit. Is Cambyſis iuſſu cū omnibus eius gentis primoribus in ſuburbano loco cōſtitutus, memorabile doloris edidit exemplum, miſſa eſt eius filia ſeruili habitu cū pleriſq; nobilium puellarum aquatum, vt in ſordido miniſterio a patre conſpecta, ſuper cæteras calamitates maiore adhuc dolore cōficeretur, quæ vbi in ſuorū conſpectū venere mutuo aſpectu miſerabilis inter virgines parēteſq; orta eſt cōploratio, vnde oīm Pſamnietus filiā intuit⁹, immoto ſtetiſſe vultu dicitur. Inde filius ad ſupplicij cū pleriſq; æqualium miſſus, cęterorū fletu & lamētatione, ex ipſi⁹ ꝓſpectu abſtractus, pari vultus conſtantia dicitur proſecutus. Accidit interim vt in amicorū quendā oculos coniecerit, qui ex præclara nuper fortuna, multiſq; diuitijs pene nud⁹ circuibat milites, cibū mendicās. Tum vero neq; lachrymis tēperauit amplius, neq; aperta lamentatione abſtinuit. Has intē peſtiuas lachrymas Cambyſes demiratus (aderāt enim qui oīa illi quæ fiebant nūciarent) miſit qui ab Samnieto ſciſcitaret, quid eſſet, ꝙ quū liberorū calamitatē tam pulchre pertuliſſet, vt ne lachrymā quidē in eorū malis emiſerit, cōtra, ad vnius mendici aſpectū in fletum prorupiſſet. Cui aiunt ab eo reſponſum, vt diceret domeſtica mala multo maiora fuſſe, q̄ vt a ſe fleri poſſent, amici fortunam dignā ſibi viſam, quā fletu & lachrymis, quādo aliter opem ferre non poſſet, proſequeret. Crœſus & alij primores, qui cū Cambyſe erant, ad eā vocem proprię fortunæ admoniti nequiuerūt & ipſi fletu abſtinere, tetigitq; ſubita cōmiſeratio victoris animum, vt cōfeſtim miſerit, qui Samnieti filio parci iuberēt, ſed ſerū fuit imperiū, perierat adoleſcens, quū nuncius a rege affuit. Ipſum regē, quod præſtare potuit, nō ſolū ſeruatū voluit, ſed penes ſe quoq; in honore habuit donec res nouas molientē, tauri no ſanguine epoto, ad mortē cōpulit. Fama eſt habuiſſe in animo Cambyſem, priuſquā hoſtilē in ſe animū gerere cōperiſſet, eū Aegypto præficere: nā & Inari Aphri, & Pauſiſti Amyrthei filijs in deditionē receptis, regnum reſtituit. in Amaſis cadauer inexpiabilis odij dedit exēplū, id reſoſſum, ac verberibus cæſum, præter patriū morem cōcremauit, q̄q; haud Aegyptijs tantū id moris fuit, vt humana corpora nō cōburerēt: quia ignē deum quendā arbitrarent, ob idq; humana carne flammā violare nefas ducerēt, ſed Perſis quoq;, qui belluā quandā animatā ignem exiſtimabant, quæ qcquid adepta eſſet deuoraret, ide exaturata moreretur. Aegypto domita Cābyſes triplex bellū animo deſtinauit. Nauale vnum aduerſus Carthaginienſes. Pedeſtre alterū in Ammonios. Tertiū i Macrobios Aethiopas, qui Aphricam ad auſtrale mare incolunt. Sed priuſquam in hos aliquid moueret, ſtatuit legatos ad eorū regē mittere, vt legationis ſpecie, itinerū rationē, & opes gentis ſpecularētur, quæ Solis mēſa apud eos eſſe diceretur. Ferunt pratū ſuburbanis fuiſſe locis, quo oīm quadrupedum carnes aſſe nocte magiſtratuū cura inferrētur, eoq; vbi primum illuxit, vulgo ciues occurrere, hilariterq; epulari, perſuaſum indigenis fuiſſe aiunt, terrę felicitate ibi alimenta aſſidue reponi. Ad hos igitur legati cum muneribus miſſi, Ichthiophagis ducib⁹ ex Elephantina vrbe aſcitis, qui Aethiopicā ob mutua vtriuſq; gentis cōmercia callebant linguā. Fuerunt dona quæ regi tulerūt, Purpureū amiculū, Aureus torquis, Armillæ, Alabaſtrū vnguenti, & phœnicei vini cadus. Sunt Aethiopes ipſi ad quos tum legati miſſi ſunt, ſi vera Herodotus prodidit, oīm hominum maximi ac pulcherrimi, diuerſoq; ritu a cęteris mortalibus viuentes, tum id in aliis ſeruant, tum in creando rege, quē vtiq; pręcipua ſtatura, validoq; corpore ex omni numero eligunt. Ad hunc igitur quū legati veniſſent, expoſuiſſentq; ſe a Cābyſe Perſarū rege miſſos, vt cū eo amicitiā & hoſpitiū iūgerēt, attuliſſe ad hæc ſe ad eū dona quędā quæ idcirco illæ præ cæteris mittēda exiſtimaſſet, ꝙ ipſe eorū vſu maxime caperetur. Hæc illi. Cæterum legatorū acceſſus nihilo ſecius fuit regi & aliis ſuſpectus. Reſponſum proinde his parū pacate, libereq; exprobratū, parū iuſte facere Cābyſem, qui nulla laceſſitus iniuria, alienū regnū inuaderet, mo liretur. Quod vt tutius fieret, legationis prætextū miſiſſet, qui vniuerſam regionem explorarent. Verum feliciter Perſis euenire, ꝙ Dij eam Aethiopibus mentem non dederint, vt aliena appeterent, quæ ſi data eſſet, breui experturus fuiſſet, an Aethiopes ij ſint, quibus temere ſit bellū inferendū. Interim vero priuſquam aliquid temere moueret, ſuas identidem metiretur vires, & quum arcum quē a ſe intendi cernerēt, vtiliter tractaſſet, tū de vi Aethiopib⁹ inferēda cogitare inciperet. Hæc ille effatus, robuſtiſſimum arcum valide curuauit, legatiſq; Cambyſi deferendum obtulit. Inde purpureum amiculum tractans, quid eſſet rogauit, ac qua id ratione infectum, Ichthiophagi purpuræ rationem exponunt, idq; hominum commentum eſſe demonſtrant. Doloſi inquit ille homines, doloſa & veſtimenta. Mox de tortili auro, & armillis ſciſcitatus, vbi in regio ornatu ea eſſe audiuit, riſiſſe dicitur. Gloriatusq; eſt ꝙ ex eadem materia apud ſe captiuorum eſſent vincula, nec ita multo poſt ad carcerem perduxit, vbi fontes aureis erant compedibus, & catenis ligati. Eſt enim in ea gente æs rarum ac maxime preciоſum, nihil itaq; eorum quæ attulerant pręter vinum laudatum, ſed quum alia atq; alia quærendo eo peruenиſſet Aethiops, vt a legatis pręter alia multa triticeum panē Perſis in vſu eſſe didiciſſet, totiuſq; gētis vitā anno octogeſimo plurimum terminari, miratus dicitur, cur tandiu viuerent ij qui ſtercore veſcerentur. Viuunt Macrobij Aethiopes vulgo annos centum & viginti. Plinius longioris eſt autor vitæ, in vicinis vaſis ſepeliunt cadauera. Legatis in Aegyptum reuerſis, Cambyſes haud multum deinceps morat⁹ in Aethiopas mouit, Carthaginiēſiū bello in aliud tēpus dilato, Phœnicibus, qui vltro in fidem venerant, in progeniem ſuam bellare recuſantibus. Omnis nauticus apparatus phœniciis ferme erat. Nec Rhodij & alij qui aderant tanti interim eſſe, vt Tyrijs prouinciam detrectantibus punicum obire poſſent bellum: ipſe ſine maiore aliquo cōmeatu pene præceps, cum omnibus copijs profectus, auxiliaribus Græcis Memphi ad præſidium

Mensa ſolis.

Munera Cābyſis ad Aethiopum regem.

Aethiopum forma & ritus.

Aethiopū vires.

Aurea vincula captiuorum.

Longioris vitæ Aethiopes.

Quatuor regna euerſa.

Filia Pſānieti.

Pſamnieti conſtantia.

Sānieti ſpōſum.

Sānieti interit⁹.

Cur Aegyptij & Perſę cadauera non comburunt.



Thebæ Aegyptiacæ. præſidium relictis, Thebas proceſſit. Nec multum diſtant a fabulari hiſtoria, quæ de hac vrbe Græci ſcriptores, & Latinorum quidam ſcripſere, quod centum portas habuerit: id enim Homericum carmen teſtatur, quidam penſile totum oppidum fuiſſe adijciunt, ita vt numeroſi exercitus nihil ciuitate ſentiente a regibus vrbe educerentur, flumen mediam vrbem interſecat. Diodorus Buſyridem autorem memorat. Ambitus vrbis centum traditur & quadraginta ſtadiorum. Nec ea mihi videntur exequenda, quæ de Memnonis coloſſo ibi referuntur, etſi Strabo autor diligentiſſimus quæ de eius crepitu, non concentu, vt vulgo eſt perſuaſum, comperta ſe habuiſſe memorat. Semel in ea vrbe pluiſſe dicitur, anno quo Samnietus ad Peluſium eſt a Cambyſe victus. Hinc Cambyſes quinquaginta milia lectorum peditum in Ammonios miſit, ad ſacra & prophana eius gentis diripienda, & vt Iouis oraculum apud eam gentem incenderent. Ipſe parum mentis compos reliquum copiarum pręceps in hoſtem rapuit. Vix quintam partem itineris exercitus confecerat, quū commeatus defecere, & iam maligne terra pabulum præbebat, pergere tamen porro ire demens imperator, ac quandiu miles potuit radicibus & herba veſci perſeuerauit, vbi vero ad ſabulum peruenere, omnia tum ſimul deſiderari cœpta, diraq; fames militem inuaſit. Hic res infanda accidit, vt Perſæ inedia adacti, decimum quemq; ſorte ductum vulgo mandere occœperint, quo atroci caſu territus Cambyſes, magna militum iactura interim facta per Thebas Memphim rediit. Et Aethiopica expeditio hunc exitum habuit. Qui in Ammonios miſſi fuerant, in ſeptimo die quā Thebis profecti ſunt, ad Oaſim vrbem peruenere. inde per arenoſam vaſtitatem repetito itinere, nuſquā amplius in hominum conſpectum venere. Nam neq; ad Ammonios peruentum eſt, neq; ex tanto numero retro quiſquā eſt reuerſus. Ferunt ab Ammonijs poſtea celebratum ſermonem peruenиſſe eos ad medium fere arenarum ſpacium. Tum illis prandentibus violentum auſtrum repēte coortū, ingētibusq; arenæ cumulis ſuperingeſtis, ad vnū e conſpectu ſublatos. Cambyſes duplici clade affectus, omnem male geſtæ rei iram in Aegyptios effudit, eius gentis ſacerdotibus interfectis, & Api boue ferro violato. Erat Apis ex boue alioqui ſtirili genit⁹, pſuaſum habuit Aegyptiorū vanitas, eam fulgure ictā fieri grauidā, eoq; cōceptu Apim naſci, quē Epaphum dixere, erat illi candor quadratæ figuræ in fronte, in tergo aquilæ effigies, inſignis cātharus in palato, niger cætera. Inde in ſuos Cambyſes ſæuire cœpit: Merdimq;, ſiue Mergidē (vt Trogus ait) primo occidit, erat is illi ex amboibus parentibus frater, qui quum arcum ex Aethiopia miſſum cæteris validius intendiſſet, liuore motus Cambyſes in Perſas remiſit, inde per quietem viſus eſt nuncius adeſſe, qui diceret Mergidem ſolio ſedere regio, qua ille viſione conſternatus, confeſtim Prexaſpem hominum fidiſſimum in Perſidem ad eum interimendum miſit. Quidam Suſis interfectum prodidere. Alij media venatione. Nō nulli in rubrum mare præcipitatum. Nec vno paricidio contentus, aliud non minus fœdum continuo adiecit. Erāt illi tres ſorores, quarum natu maxima, primo illi nupſit, huius amore capt⁹, quum palam pro vxore primo habere dubitaſſet. Perſarū iudices rogauit, an lex vlla foret, quæ permitteret ſororem fratri nubere. Cæterum illi tam prudēter ꝙ vere reſpondiſſe dicuntur, ſe legem nullam inuenire, quæ fieri permitteret, at ſcire ſe alteram eſſe legem, qua Perſarum regi licitū eſſet agere quicquid veller, eoq; legis prætextu Cambyſes Atoſſam ſororē ſibi matrimonio iunxit. Inde aliam duxit minorem natu Meroen, vt quidam aiunt, nomine, nam qui ipſius Cambyſis matrem Meroen vocatam exiſtimāt, Herodoti autoritate refellūtur, qui Caſſabane ex Acheminidarū gente Cābyſem, nō Meroe genitū, prodidit. Nec verus Aegyptiorum opinio illos a mēdacij ſuſpicione vindicat, q̄ Aegyptiaca eum fœmina natum credidere, quū ipſi quoq; in manifeſto fuerint errore. Enimuero ſi pellice ille ort⁹ fuiſſet, quia apud Perſas legitimo thoro nati imperiū, ſi adſint, obtinere ſoleant, ad Mergidem Cyri regnū, nō ad Cambyſem peruenиſſet. Sed quocunq; fuit nomine, quæ ſecundo loco nupſit, eū in Aegyptū comitata eſt. Hanc Cābyſes, quia Mergidis fratris ſibi parricidiū exprobraſſet, ictu calcis interemit. Tradunt quidā canis leoniſq; catulos ab eo ꝓmiſſos, aliquandiu inter ſe certaſſe, mox leonculo ſuperante, alterū canem fratri auxilio accurriſſe, atq; ita duorum aſſultu leonē ſupera tum. Ad quod ſpectaculū puella fleuiſſe fertur, rogataq; a Cābyſe, vnde illæ intēpeſtiuę lachrymæ, reſpondiſſe aiunt, Mergidis fratris memoriā ſubijſſe animū, cui nullus in morte affuiſſet vltor, ob eā Græci a Cābyſe interfectā memorant, alius tamē apud Aegyptios (vt Herodotus ſcribit) de ei⁹ morte fuit ſermo. In cœna quū forte lactucā ederet, ſolia eam diſcerpſiſſe aiunt, inde virū rogaſſe, vtrum denſa ne an diſcerpta pulchrior lactuca viſa eſſet, quū denſa ille reſpondiſſet, illud Meroe ſubiecerit, (ſi Meroe fuit illi nomen) hanc tu imitatus es, qui Cyri domū parricidio conuulſam reddidiſti. Ad quæ Cambiſes ira percitus, eam prægnantē humi affixit, qua via abortu edito vita defuncta eſt. Per hæc ille in ſuos debacchatus, cū in dies amētior fieret (ferūt enim ab ineunte ætate ſacro eum morbo conflictatū, nunquā poſtea ſatis animo ꝙualuiſſe) Prexaſpis quem maxime diligebat filium ſagitta tranſfixit, & quod crudelius fuit, tam diro ſpectaculo parrem adhibuit, in cuius inuidiā adoleſcentem occidit, quoniam ab ipſo Prexaſpes rogatus, qualis a Perſis haberet, per cætera optimus reſponſiſſet, niſi ꝙ aliquando auidius vino indulgeret. Nec ita multis interiectis diebus ex Perſarum primoribus quoſdā in caput humi defodit, eſt & Crœſum interficere conat⁹, ꝙ leniter ab eo moneretur, ne in ſuos populares temere fœuiret. Sed quum alijs quibus cædes mandata erat Crœſus imperaſſet, vt tanti ſper ferro abſtinerēt, donec regis ira deferbuiſſet, tum ſi in cōſilio perſtaret, peragerēt mādata: cæterum remittente ira, Crœſus ſeruatus eſt. Sed dum per hæc ille in Aegypto inſanit: Magi fratres, quorum alter a Cambyſe curator rerum fuerat relictus, de occupando regno cōſilia ineunt, reſciuerāt hi de Mergidis nece, q̄ inter paucos adhuc erat vulgata. Magorum minor Mergidi erat ætate & liniamentis perquā ſimilis, & quod ad rem aſſimulandam non parum valuit, fuit & Mago Mergidi nomē. Hunc maior frater regio ſolio pro Mergide Cyri iam mortuo collocat, mittitq; in omnes gentes, præcipueq; in Aegyptum caduceatores, ad exercitū, quē Cambyſi ſciebat infenſum, vtabrogato illi imperio, Mergidi Cyri filio parerent, erat tum Cambyſes in Acathanis Syriæ, qui ratus vera eſſe quæ de fratre efferebantur, parū abfuit quin Prexaſpem occiderit, cui fratris cædē demandarat, velut minis dicto obediens fuiſſet. Cæterum ſciſcitādo eo peruenit, vt Magorū fratrū eā intelligeret fraudē

Bellū in Ammonios.

Perſarū fames ingens.

Milites arenis ſū merſi.

Apis bos.

Cābyſes fratrē interficit.

Iudicum reſponſum ad Cambyſem.

Cābyſes ſororem occidit.

Magi fratres occupant Perſarum regnum.

ret fraudem esse. Tum irarum æstu feruens, equum conscensurus vt in Persidem raptim duceret, vagina gladius excidit, strictaq; ferri acie femur sauciauit. Fuerat ei in Buti vrbe oraculum redditum, futurum, vt in Acathatanis moreretur. Cæterum quia & in media Acathani erant, vbi omnis regia custodiebatur gaza, ibi senio se confectum vita decessurum, ad id tempus persuasum habuit.

Cãbysis morituri ad suos oratio.

Sed cum audiuisset Acathanos eam quoq; Syriæ gentem nominari, hoc inquit loco fatale est Cambysem Cyri filium mori. Moxq; Persarum primoribus ad se vocatis in hũc modum est eos allocutus. Cogor viri Persæ nunc demum vobis aperire, quod semper alioqui occultũ habui, oblata est mihi per quietem, quum in Aegypto essemus, nocturna species quę me ad nefarium scelus impulit, visus fuit mihi nuncius astare, qui diceret regium solium a Mergide teneri. Ego domesticarum rerũ solicit⁹, nec ignarus q̃ res lubrica sit regnum, quod haud pauci mortales appetunt, missi qui fratrem meum Mergidem interficeret, eum ratus mihi nec alium per quietem insidiatorem demonstrari. Paruit dicto Prexaspes, cui id parricidium patrãdum dedi, ipse a me ex Aegypto in Persidẽ missus, ipse fraternæ cædis minister fuit, ipse hominẽ suis manibus sepelijt, optimusq; perpetratæ cædis esse potest testis. Verum qui squis ille dęmonum fuit, aliũ mihi Mergidem in somnis ostenderat. Magorum fratrum minorem natu, a quo compertum habeo regale solium teneri. O facin⁹ indignũ humanãq; rerum caliginem, me ne fratrem amantissimum occidere, dum vanas vitoinsidias, aut regiam stirpẽ dum timeo, seruis ad regnum occupãdum aditum facere oportuit? o me miserũ & infelicem, qui Cyri domum suo præsidio spoliatã, infimo cuiq; inuadendã reliqui. Sed quid ego viri Persæ hæc queror, quũ talia sint, vt mutari non possint? quin audite quæso, ad quę ego vita exiens vos hortandos duxi, per solem & si quid in cœlo sanctius est, vos oro, & obtestor viri fortissimi, ne vestra discordia patiamini regnũ tãta indole quæsitum, ad Medos relabi, ne iugum quod Cyrus pater meus Medis & aliis gentibus imposuit, in vestras recidat ceruices, iterũq; alieno imperio subijciamini, & Persæ qui iam multos annos tributa a Medis, totaq; fere Asia exegerunt, seruitio adacti tributarij fiant. Satius fuisset nunquam imperandi dulcedinem degustasse, quã degustata turpiter priuari. Quin agite & regnum fraude occupatum constanti conspiratione reposcite, exercitus penes vos erit, virib⁹, experientia, gratia longe magos præstatis, intelligant scelerati fratres Cambysen etiam defuncto regnum turpiter quæsitum, turpius relinqui oportere, quę vobis facientibus tellus precor vberius pariat, fœtura pecorum crescat, augeatur soboles, perpetuaq; maneat libertas. Contra, vltionem aspernãtibus, morienti omnia dira imprecor. Posteaquã Cambyses ita peroranit, miserabilis comploratio est a circunstãtibus orta, nec ipse multo post superfuit, dolore vulneris victus, paucis diebus expirauit, quũ octo propemodum annos regnasset. Tenuerũt deinceps regnum Magi fratres menses septem. Cæterum paucorum coniuratione oppressi perierunt. Enimuero haud res a principio facile credita est, vt Magus pro Mergide Cyri filio regnaret. Nec Prexaspes qui eum occiderat, post Cambysis interitũ libenter inuisum crimen vulgabat, nẽ tam nephariæ cædis vnus apud Persas inuidiam sustineret. Ambiguis igitur principũ animis, vltio in id tempus distracta est. Tum demum Othanes qui coniuratorum vnus fuit, factus pro Phędimam filiam quę cum Mago cubabat, certior, (nam ad eum nulli alioqui patebat accessus) eum auribus carere, id vt exploraret pater illi per internuncium mandarat. Cyrus enim dum regnaret Mago haud leui quadam de causa aures præciderat. Sic Herodotus. Trogus id a Cambyse factum prodidit. Hoc itaq; indicio ille proditus. Othanes vbi exploratum habuit non esse Cyri filium, qui regnum occupasset, veraq; fuisse ratus, quæ Cambyses de cæde fratris moriens fuerat confessus, re cum paucis communicata, consilium inter se conferunt, de Mago & fratre trucidandis. Nec rem aperte sunt tentare ausi, quum armorum præsidia veriti, quibus illi erant septi, tum q; omni genere liberalitatis magna in se studia consiliarant. Sex igitur rem ab initio mouere cœperũt, quibus Darius ex Perside vir clarus opportune superuenit, qui coniurationis socius assumptus, negare rem aliquo modo differendam, per præsidia ipsa in regiam ad Magos pacate penetrandum, certo scire se milites Persarum primoribus reuerentia cessuros, ac si quis circa cubiculi ianuam obsisteret, eo obtrũcato celeriter ad Magos irrumpendũ. Et iam cõueniebat inter oẽs rem maturandam esse, quum allatum est Prexaspem se ex alta turri præcipitasse, qui magnis pollicitationibus, interiecto etiam metu nisi id faceret, fuerat a Magis inductus, vt ex alta turri populũ alloqueretur, ibiq; Mergidem Cyri filium esse diceret qui regnaret, fuisse se a Cãbyse iussum, vt de eius cæde mẽtiret, id quũ ille se facturũ recepisset, pductusq; est ad hoc ipsum in conspectũ populi, a Cyri memoria eiusq; meritis i Persas exorsus, ad Cãbysem descendit, a quo sibi Mergidis fratris cædes fuisset iniuncta, inuitumq; se Mergidem necasse testatus, non Cyri filium esse qui regnaret, sed Magorum alterum, ac quum hæc alta voce dixisset se in caput ex summa turri præcipitauit. Hæc fama coniuratos iam ad Magi cædem egressos ita turbauit, vt conscij inopes, eorum alij tantum facinus differendũ dicerent, alij exequendam illico rem conderent, interim augurio confirmati, septẽ enim accipitres duos vultures aperto cœlo insectati discesserãt, porro ire perstiterunt. Per stationes igitur facile enim euntib⁹ multitudo cessit) ad intimam ianuam venere, ibi Eunuchorum quosdam, vlterius ire prohibentes, repente obtruncant: sentiũt id magi, qui forte inter se de Prexaspis casu consultabant, consternq; tumultu excitati, hic arcum, ille lãceam adeptus occurrunt: tum consertis manibus, qui telum habuit duos ex coniuratis cõsauciauit. Alter, cui arcus erat, quia post congressum inutilis fuit, in proximũ se proripuit cubiculum fores occlusurus Darius & Gobrias, qui ex cõiuratis vnus fuit, vna cum eo locum irrumpunt. Tum Gobrias cum mago complexus, speculantem Darium qua potissimum parte Magum, sine Gobriæ clade, ferro trajiceret, quid cunctaris exclamat: eius morã increpãs, huic quũ Darius respondisset, ne pro hoste amicũ interimeret, vel p vtrunq; inquit ille gladiũ adige. Tum Darius vibrato ferro. Gobria incolumi, Magum pstrauit. Interfectis capita adimũt, duobusq; sauciis ad arcis præsidiũ relictis, cæteri cũ tumultu & vociferatione in publicũ prodeunt, fuit res ipsa æque oĩbus grata: nam post Prexaspis casum, satis inter omnes constabat, Magum non Cyri filiũ imperare. Cæteri Magorum qui eo tumultu obuij fuerunt, ad vnũ sunt oẽs obtruncati. Tumultuq; deinceps cedato, principum consultatio aliquot dies tenuit, deberent ne populare administrationẽ inducere

Coniuratur i Magos.

Prexaspes e turri volens præcipitatur.

Magi opprimuntur.

Gobrias. Darius.

Cãbysis interit⁹.



Democratia.

cere, an regiam, vt antea. Qui Democratiã probauit Cãbysis insolentiã ante oculos ponebat, adijcere & illud, nihil mortalibus minus tutum, q; vni⁹ libidini salutẽ & fortunas multorũ subijcere, qui si fit natura optimus licentia tamen & rerum oĩm affluentia, vanaq; persuasione tyrãnicos imbibat spiritus, fiatq; in dies insolentior, nec tantũ singulis hoim, sed vrbibus quoq; & populis pernicio⁹us, & quod oĩm esset maxime detestabile, inuidet rex inquit optimo cuiq;, nec inuidet solum, sed capitali in sectatur odio, quũ formidolosa sit regib⁹ priuata virtus, atq; ob eã rem magnopere inuisa. Adijciebat, & alias regũ iniurias, cædes, stupra, rapinas, exilia, quorũ nihil bonis accidit, quũ multitudo dominatur, quæ administrationis ratio, quũ ob alia multa, tum ob id præcipue optabilis esset, q; ius arctissimũ ciuitatis vinculum, oĩbus exequetur. Hæc fuit Othanis sententia. Megabyzus cõtra nihil populari multitudine insipient⁹ dicere: quippe qui tyrannũ fungerent, in plebis intẽperiẽ inciderent: emuero si quid rex tyrãnusve faciat, id intelligens facit: plebis autẽ propriũ esse, nihil intellige re. Hæc & alia in eadẽ sententia Megabyzus quum disseruisset, laudaretq; paucorũ administrationem Darius tertio loco sententiã dixit, qui tribus statibus propositis, vt optime populus, optime pauci, optime vnus imperaret: multo vnius imperiũ præclarissimũ iudicauit, nihil melius affirmans vnius viri imperio, q; optim⁹ sit, cui multa in hanc sentẽtiam afferenti, cæteri quatuor assenserunt. Cœptũ est igit⁹ inter eos de regis creatione agitari, primoq; priuilegia quædã Othanis (sue Ortani vt Trogus ait) & eius familiæ decreta, qui in sortẽ regni vltro venire noluit. Sex reliqui ita inter se comparant, vt mane equis sedentes suburbanis adequitarent, ac cuius equus primus ante solis ortum (nam id præcipuum est apud Persas numen) hinnitum dedisset, rex a cæteris salutaretur. Trogus inter eos conuenisse ait, vt in regiam conuenirent, sed vbi cunq; res acta est, satis constat, Orbarem equorum Darij domitorem, hominem callido ingenio, hic quo mane adequitandum fuit, equam nocte ad coitum herili equo subiecisse. Quo contigit, vt principibus eo appropinquantibus, cõsestim Darij equus ad amatæ equæ desideriũ, hinnitum emiserit. Secutum & alterum a cœlo signum, q; illico (vt Herodotus scribit) superne tonuit, quibus signis commoti, equis ad terram desiliũt: Darium q; venerati regem consalutant. Populus principum electionem secutus, ratum illi regnum fauore & assensu fecere, atq; in hunc maxime modum Darius Histaspis filius est Persarũ regnum adeptus. Sed dum in Aegypto ea, quæ diximus a Cambyse gererentur: Polycratis Samij principatus res Græciæ varie solicitabat. Fuit is Eacis filius, qui Samũ insulam armis occupatam, cum Panragnoto & Silosonte fratribus primo tenuit: mox horum vno interfecto, alteroq; in exilium acto, solus tyranni dem exercuit. Res huius tam celeri cursu creuere, vt vnius Polycratis felicitas, tota Græcia & Ionia celebri prædicatione extolleretur. Nihil ille tam arduum moliebatur, aut tam difficile, in quo nõ fortuna eius votis responderet. Aderãt Polycrati centum biremes, & in his sagittarij mille, quibus opibus fretus, vtrancq; Aegei maris oram cum interiectis insulis suæ iniurię reddidit obnoxiam, eo fiduciæ prouect⁹ vt vulgo prædicaret, se magis ijs gratificari, quibus adempta restitueret, q̃ quibus nihil ademisset. Vicit interim & Lesbios nauali prælio, qui aduersus eum opem Milesijs laturi venerant.

Polycrates.

Polycratis tyrãni felicitas.

Eos captos Polycrates fossam, qua Mileti mœnia cingere fuerat adort⁹, fodere adegit. Nõ latuit Amasim regẽ hoc Polycratis luxuriosum incrementũ, fuit ille rex, vt dixi, Aegypti, & Psamnieti pater, fatoq; sub id tempus, quo Cãbyses Aegypto bellũ intulit, vita decessit: eratq; illi cum tyranno vetus amicitia, quã mutuis inter se officijs muneribusq;, nihil obscure celebrabant. Tum Amasis perpetua & inoffensa Polycratis felicitate cõmotus, ratusq; vt in humano corpore valitudinẽ, sic fortunæ cursum nihil interruptum periculosum esse mortalibus, ad Polycratem scripsit, non placere sibi illum prosperrimæ fortunę in principis amicissimi reb⁹ perpetuum tenorẽ, nescio quã numinis inuidiã in posterũ metuẽti, optabilius sibi videri, per varias fortunæ vices mortalia traduci, cæterũ ad laxandũ secundarũ rerũ cursum, arbitrari se nõ ab re futurũ, si Polycrates se re aliqua, ex ijs q̃ charissimæ essent, sponte spoliaret, cuius desiderio animũ afficeret. Hæc quia vera visa sunt, præterea ne amicissimi regis autoritatẽ contẽnere videretur, biremi in altũ euectus: Smaragdũ, vt Herodot⁹ scribit, vt Plini⁹, Sardonychẽ annulo incluſum putans se ea iactura ab omni fortunæ inuidia redimere, in medios fluctus deiecit, nec longa deinceps fuit mora, quinto post die ne diuturnũ illud desiderium esset, piscator prægrandẽ picem Policrati dono obtulit, in quo exenterãdo repertũ coqui annulũ cũ lætitia ad Polycratẽ deferunt, quod ille diuinit⁹ fieri ratus, rẽ vt acta erat Amasi literis significauit. Tum rex secum reputãs insidiantis fortunæ vices, ratus haud fieri posse, vt qui semper feliciter vixisset, felicẽ sortiretur exitum, quasi exploratũ haberet, fore, vt teterrima aliqua clades eum in posterum maneret, in Samum caduceatorem missit, qui cum eo iura veteris amicitię solueret, testat⁹ se id facere ne hospitis casu sa postmodum in aduersis doleret, quo nihil meo iudicio minus humanæ potuit fieri, tanquã ex fortuna amici quęrẽdi sint: humanior quidẽ vox illa Periãdri, infelicib⁹ amicis is esto qui & felicib⁹: exhorruit Amasis alienũ excidiũ, quum interim domesticum potiùs hæreret. Haud enim multo post Polycratis rebus cui amicitiã remiserat, adhuc florentibus, Psamnietus eius filius regno excidit. Potuisset ille paterna amicitia incolumi Polycratis opibus iuuari, quas ille vltro Cãbysi obtulit, qua draginta instructis ad bellũ triremibus, sub id tempus quo in Aegyptum mouit, in auxilium missis, at nec in Psamnieti odium, aut in Cambysis gratiam, vt Herodotus credidit, sed vt Samiorũ multitudine, quæ suo erat principatui infesta, insulã leuaret. Senserũt Samij se procul domo de industria ablegari, progressiq; in Carpathium vsq; mare, de summa rei cõsilio inter se inito, retro cursum flexere. Alij ex Aegypto aufugisse memorãt, domũq; reuersos Polycratẽ maritimo prælio superasse, inde in litus egressos, pedestriq; pugna vna male habitos Lacedæmonem nauigasse. Fuerant Samij aliquãdo auxilio Lacedæmonijs aduersus Messenios, ac præter vetus Samiorũ meritum, erant Spartiatę Polycrati infensi, q̃ craterem quem Crœso per legatos destinauerãt, & thoracem ab Amasi rege ad se missum, ille olim intercepisset, erat thorax ille lineus, cæterũ frequẽtibus animaliũ figuris, & auro lanaq; versicolore intextus, in eo venationes multæ, quarũ singulæ trecenas sexagenasq; bestiolas haberent. Alter eius regis thorax in Lyndo fuit, in templo Mineuæ, cuius singula fila trecenis sexagenis filis constitisse. Mutianus ter consul tradidit. Concitarunt ad bellũ Lacedæmonij Corinthios

Amasis rex.

Prosperę fortunæ cursus periculosus.

Polycratis fortuna in anulo.

Amasis remisit amicitiã Polycrati.

Samiorũ defectio.

Amasis thorax.

Inimicitiæ inter Corinthios & Samios.

qui & ipſi Samios oderant, ob trecẽtos Corcyreos pueros qui a Periandro ad Aliattem in Lydiã miſſi, a Samijs fuerant intercepti, Corcyrenſibuſq; reſtituti. Ablegandorum puerorum cauſa Periãdro ex Corcyrenſium iniuria eſt orta, qui Lycophronẽ eius filium occidiſſent. Inſtructa igitur claſſe Lacedæmonij cũ Samiorũ proſugis, & Corinthiorum appẽdicibus, Samum obſedere, factaq; ex oppido eruptione, aliquandiu anceps pugna fuit. Demum Samijs in vrbem refugiẽtibus, fuiſſet eo die captũ oppidum, ſi cętera Archiam & Lycopẽ multitũdo ſecuta eſſet, duo illi hoſtibus commixti vrbis mœnia irrupere, atq; a ſuis excluſi mortẽ oppetiuere.

Samos oppugnatur.

Lacedæmonij quadrageſimo die, ex quo Samum venerant, quum parum aſſidendo proficerent, ſoluta obſidione in Peloponneſum abiere. Fuerunt qui crederent adulterina aureæ monetæ ſpecie Lacedæmonios corruptos præmature bellũ ſoluiſſe, eam Tyrãni iuſſu percuſſam ferunt, vt plumbeus eſſet nũmus, inducta aurea ſuperficie, & hęc prima

Sami inſulæ deſcriptio.

Dorum in Aſiam expeditio fuit. Eſt Samos in ora Ioniæ inter Miletũ & Chium. CCC. ſtadiorũ ambitu circũnauigata. Plinius duplo & amplius maiorem prodidit, Parthenias olim dicta, dum Cares eam inhabitarent, mox Adriſſa, inde Anthemuſa, Melamphylus, Cypariſſia, vino parũ felix, cætera tam ferax, vt lac gallinaceum ferre Græco prouerbio diceretur, tribus fluminib⁹ irrigata, Imbraſo, Cheſio, & Berbe fontibus, Eucarto & Leucothea, monte vno inſigni Gergetio, bis Iones huc Coloniam deduxere, & ex Ithaca & Cephalenia aliquan do cultores miſſi. Samij exules poſt inſelicem vnã expeditionem a Lacedæmonijs deſtituti, primo in

Siphnos inſula.

Siphnum inſulam nauigarũt, miſſaq; triremium vna ad Siphnios, poſtulatũ vt pecuniam ſibi alij quã mutuo cõcederent. Erant Siphnij ea tẽpeſtate auro & argẽto finitimorũ ditiſſimi, quæ duo inibi metalla vulgo fodiebant, quod Samij nõ impetrãtes Siphnij ſunt agrũ populati, mox & inſulanis prælio victis centũ talenta expreſſere. Fuerãt Siphnij iam antea oraculo moniti, vt rubentẽ legatum cauerent, quod tum demũ de Samia triremi quę ad

Samiorũ errores.

petendã pecuniã eſt miſſa, Pythiam ſenſiſſe eſt cognitum, quæ vt in cæteris nauibus olim mos fuit rubrica oblita. Samij Cydoniã poſtea cõdiderunt in Creta, quum ad Zacinthios inde ſummouẽdos eo nauigaſſent. Euſebius autor eſt, Diczarchiam in Tyrrheni maris ora a Samijs conditam, ab his de quibus nunc habetur ſermo, an alijs, haud facile dixerim, & is caſibus iactari ſunt, qui Polycratis tyrannide ſunt Samo inſula deiecti. Pari iniuria ſed

Pythagoræ profectio.

euentu meliore Pythagoras, relicta Samo, in Italiã nauigauit. Fuit is Mneſarchi annulorũ ſculptoris filius, vt Hermippus prodidit: circa Crotonem diuerſatus, ibiq; velut nouũ ſapientię dogma, quod Italicum eſt dictum, inſtituit, ſectatores ab autore ipſo Pythagorici, id illi nomen Ariſtippus indi tum prodidit a Deo, cp nihilo minus Pythio vera loqueretur. Fabuloſum putant eum idcirco necari animalia vetuiſſe, quia nobiſcũ ius animæ cõmune habere abitraretur, ſed vt mortales facilioribus cibis aſſueſcerent, in quibus parandis igni aliove maiore apparatu non eſſet opus. Aquã vt biberẽt, velut inde valitudo corporis maiuſcp exiſteret ingenij acumen. Sunt vulgo nota quæ de animarum erroribꝰ ſolitus ſit prædicare. Ariſtoxenus põdera & mẽſuras ab eo Græciæ inuectas prodidit. Gellius Palamedẽ horum autorẽ meminit. Phidonem alij.

Pythagoræ iterij.

Heſperum & Luciferũ idem eſſe ſidus primus Pythagoras deprehendiſſe fertur. Nec vnus de eius morte ſermo eſt. Fuerunt qui eius domũ a Croto niatis ob tyrannidis ſuſpitionẽ incenſam crederẽt ipſum cũ. XL. philoſophię ſectatoribꝰ vrbe egreſſum perſequẽtibus iugulum nudaſſe, atq; ita cum pleriſq; ſuorũ interfectum. Alij non publico cõſilio id factũ meminerunt, ſed diſcipuli fraude, quia cum cæteris non fuiſſet a Pythagora admiſſus. Di cæarchus Metaponti in muſeo incenſa domo ſe te nuiſſe ait: ibiq; inedia confectũ. Hermippus bello periſſe tradidit, quod inter Agrigentinos & Syracuſanos ſit geſtum. Ipſe diu peregrinatus cum Cadæis eſt congreſſus, & cum Epimenide Cretenſi, Pherecidi hiſtorico adoleſcens operam dedit, quorum vterq;, ſi vera Euſebius colligit, ſuperbi Tarquinij tẽporibus claruit. Ipſe Polycrates, cuiꝰ Tyrannidẽ Pythagoras fugit, haud multo prius quã Cãbyſes prodition̄e periit, ab Orœtæ Lydiæ præfecto fraude captus. Cauſa quę Orœtẽ ad Polycratis necem impulerit, varie proditur. Mitrobatã ſcripſerunt quidã, vnũ ex Cambyſis ducibus eũ in iugio vt ſignaũ incidit, quadrienioq; eſt ad ſummũ per

Orœtis cædes.

ductũ. Darius Perſarũ regnum adeptus, primuin oĩm duas Cyri filias Atoſſam, quæ Cambyſi nupſerat, & Ariſtonã virginẽ ſibi matrimonio iũxit, ne ex Cyri domo regium faſtigiũ oĩno ſublatum videretur. Duxit & Parmym Mergidis filiã & aliã inſuper natã ex Orthane, qui ex percuſſoribꝰ vnus fuit. Herodotus autor eſt, his legibus q̃ ſunt futuro regi ab imperij aſſertoribꝰ præſcriptę, illud diſerte expreſſum, vt vxorẽ ex alia familia, q̃ eorũ qui in Magos cõiuraſſet regi habere nõ liceret, vt his quoties vellẽt ad reges pateret adit⁹. His neceſſitudinibus Darius firmatꝰ, omne regnũ in quatuor &. xx. partiꝰ eſt, puincias, quibꝰ tributũ inſcripſit, id vt

Tẽpli reparatio.

Darij cõiuges.

Orœtis ars in Polycrate cũ piendo.

nouũ, ita regi inuidioſum fuit, vt vulgo Cyrus a Perſis pater, Cãbyſes dñs, Darius inſtitor vocaret. Fuit ſumma annui tributi, ex tot gentibus exacti, ſi vera ſunt quę Herodotus ſcribit. XIIII. miliũ talentorũ auri, argenti quingentorũ & ſexaginta. Babylonica ea talenta fuere, quorũ ſingula appendebant Euboicas libras ſeptuaginta, quo facile poteſt intelligi, quantũ id argẽti pondus fuerit. Gẽtes quæ tributũ pependere, octo circiter & ſexaginta, quatuor & viginti vt ſupra eſt ſignificatum Sarrapijs cõplexæ. Supra id auri & argenti põdus, dabãt Aethiopes certũ puerorũ numerũ, Arabes thura, Colchi & qui Caucaſum incolunt, promiſcue pueros & puellas. Hæc Dario opes quæſitæ erant, quũ ſecũ filia agitare cœpit, ad quod potiſſimũ facinꝰ

Tributa Perſici regni.

Democedes medicus.

aĩm adijceret, vnde perpetuũ ſibi & ſuis bellicę rei decus quæreret. Etiam varia volutanti, Atoſſę cõiugis cõſiliũ ſuperuenit. Fuerat hæc ab Democede medico curata, qui cũ Polycrate ab Orœte captus, poſt illius cædẽ cũ cætera familia fuerat in Perſidẽ miſſus. Hic quũ Darium pedis luxatione laborantem, vt. VII. cõtinuos dies, totidẽq; noctes inſomnes egiſſet, feliciter dolore leuaſſet, aureis compedibus donatus, in multo honore haberi cœperat. Is Atoſſæ cum viri tum propria corporis curatione inſinuatus, regiæ coniugi perſuaſit, vt Dariũ hortaretur ad bellum Græcię inferendũ, ratus ita fore, vt ſi rex ad id animũ adieciſſet, vt ipſe ad eius terrę ſtatum ſpeculandũ miſſus in patriã, cuius miro de ſiderio tenebatur, tranſiugeret. Huius impulſu Atoſſa virũ aggreſſa, Darij animũ varie verſatũ eo perpulit, vt ad Græciã inuadendã mentẽ adiecerit, q̃q̃ Scythicũ bellum animo moliretur. Vt prius igitur q̃ arma mouerẽtur, terræ ſitũ & mores gentis exploraret, ſtatuit ex ſuis quoſdã mittere, q oĩa prius diligẽter ſpecularentur, quibus Democedes

Democedes a Dario miſſus.

Polycratis filię in ſomniũ.

Polycratis exitus.



exudante mẽbris abdomine inunctus. Et Polycrates hunc exitum habuit, quam amaſis ex nimio rerum ſucceſſu fuerat diu antea ſuſpicatꝰ. Nec Orœtes multo poſt Polycratis manibus meritas exoluit pœnas, quippe poſt Cambyſis mortẽ, quũ in Magorũ nouitatibus nihil rem Perſicam iuuiſſet, Mirobatrẽq; & filiũ, a Dario in prouincia miſſos, intefeciſſet, iratꝰ ille, ratuſq; vbi cõſilio locꝰ ſit, ibi nihil vi agi oportere, Bageũ ex fidiſſimis vnũ miſit, cũ literis, ad milites q erãt in puincia, vt præfectum obtruncarẽt. Hi Darij imperiũ ſecuti, Orœtẽ ex improuiſo adorti, pro cõcione fœde trucidarũt. Fuit Polycrati æqualis multaq; familiaritate iunctus Anacreon Teius Lyricorũ autor, & Hippicus carminum ſcriptor, & in Hebræis Ieſus Joſedechi filius, & Zorobabel totius princeps gẽtis: & cũ his prophetarũ nouiſſimi Zacharias, Aggeus, & Malachias, quibus diuinatione florentibus, Zorobabelis ductu tẽplum eſt Hieroſolymis inſtauratũ, cuiꝰ intermiſſi operis recens reparatio in ſecundũ Darij regis annũ incidit, quadrienioq; eſt ad ſummũ per ductũ. Darius Perſarũ regnum adeptus, primuin oĩm duas Cyri filias Atoſſam, quæ Cambyſi nupſerat, & Ariſtonã virginẽ ſibi matrimonio iũxit, ne ex Cyri domo regium faſtigiũ oĩno ſublatum videretur. Duxit & Parmym Mergidis filiã & aliã inſuper natã ex Orthane, qui ex percuſſoribꝰ vnus fuit. Herodotus autor eſt, his legibus q̃ ſunt futuro regi ab imperij aſſertoribꝰ præſcriptę, illud diſerte expreſſum, vt vxorẽ ex alia familia, q̃ eorũ qui in Magos cõiuraſſet regi habere nõ liceret, vt his quoties vellẽt ad reges pateret adit⁹. His neceſſitudinibus Darius firmatꝰ, omne regnũ in quatuor &. xx. partiꝰ eſt, puincias, quibꝰ tributũ inſcripſit, id vt nouũ, ita regi inuidioſum fuit, vt vulgo Cyrus a Perſis pater, Cãbyſes dñs, Darius inſtitor vocaret. Fuit ſumma annui tributi, ex tot gentibus exacti, ſi vera ſunt quę Herodotus ſcribit. XIIII. miliũ talentorũ auri, argenti quingentorũ & ſexaginta. Babylonica ea talenta fuere, quorũ ſingula appendebant Euboicas libras ſeptuaginta, quo facile poteſt intelligi, quantũ id argẽti pondus fuerit. Gẽtes quæ tributũ pependere, octo circiter & ſexaginta, quatuor & viginti vt ſupra eſt ſignificatum Sarrapijs cõplexæ. Supra id auri & argenti põdus, dabãt Aethiopes certũ puerorũ numerũ, Arabes thura, Colchi & qui Caucaſum incolunt, promiſcue pueros & puellas. Hæc Dario opes quæſitæ erant, quũ ſecũ filia agitare cœpit, ad quod potiſſimũ facinꝰ aĩm adijceret, vnde perpetuũ ſibi & ſuis bellicę rei decus quæreret. Etiam varia volutanti, Atoſſę cõiugis cõſiliũ ſuperuenit. Fuerat hæc ab Democede medico curata, qui cũ Polycrate ab Orœte captus, poſt illius cædẽ cũ cætera familia fuerat in Perſidẽ miſſus. Hic quũ Darium pedis luxatione laborantem, vt. VII. cõtinuos dies, totidẽq; noctes inſomnes egiſſet, feliciter dolore leuaſſet, aureis compedibus donatus, in multo honore haberi cœperat. Is Atoſſæ cum viri tum propria corporis curatione inſinuatus, regiæ coniugi perſuaſit, vt Dariũ hortaretur ad bellum Græcię inferendũ, ratus ita fore, vt ſi rex ad id animũ adieciſſet, vt ipſe ad eius terrę ſtatum ſpeculandũ miſſus in patriã, cuius miro de ſiderio tenebatur, tranſiugeret. Huius impulſu Atoſſa virũ aggreſſa, Darij animũ varie verſatũ eo perpulit, vt ad Græciã inuadendã mentẽ adiecerit, q̃q̃ Scythicũ bellum animo moliretur. Vt prius igitur q̃ arma mouerẽtur, terræ ſitũ & mores gentis exploraret, ſtatuit ex ſuis quoſdã mittere, q oĩa prius diligẽter ſpecularentur, quibus Democedes exudante mẽbris abdomine inunctus. Et Polycrates hunc exitum habuit, quam amaſis ex nimio rerum ſucceſſu fuerat diu antea ſuſpicatꝰ. Nec Orœtes multo poſt Polycratis manibus meritas exoluit pœnas, quippe poſt Cambyſis mortẽ, quũ in Magorũ nouitatibus nihil rem Perſicam iuuiſſet, Mirobatrẽq; & filiũ, a Dario in prouincia miſſos, intefeciſſet, iratꝰ ille, ratuſq; vbi cõſilio locꝰ ſit, ibi nihil vi agi oportere, Bageũ ex fidiſſimis vnũ miſit, cũ literis, ad milites q erãt in puincia, vt præfectum obtruncarẽt. Hi Darij imperiũ ſecuti, Orœtẽ ex improuiſo adorti, pro cõcione fœde trucidarũt. Fuit Polycrati æqualis multaq; familiaritate iunctus Anacreon Teius Lyricorũ autor, & Hippicus carminum ſcriptor, & in Hebræis Ieſus Joſedechi filius, & Zorobabel totius princeps gẽtis: & cũ his prophetarũ nouiſſimi Zacharias, Aggeus, & Malachias, quibus diuinatione florentibus, Zorobabelis ductu tẽplum eſt Hieroſolymis inſtauratũ, cuiꝰ intermiſſi operis recens reparatio in ſecundũ Darij regis annũ incidit, quadrienioq; eſt ad ſummũ per ductũ. Darius Perſarũ regnum adeptus, primuin oĩm duas Cyri filias Atoſſam, quæ Cambyſi nupſerat, & Ariſtonã virginẽ ſibi matrimonio iũxit, ne ex Cyri domo regium faſtigiũ oĩno ſublatum videretur. Duxit & Parmym Mergidis filiã & aliã inſuper natã ex Orthane, qui ex percuſſoribꝰ vnus fuit. Herodotus autor eſt, his legibus q̃ ſunt futuro regi ab imperij aſſertoribꝰ præſcriptę, illud diſerte expreſſum, vt vxorẽ ex alia familia, q̃ eorũ qui in Magos cõiuraſſet regi habere nõ liceret, vt his quoties vellẽt ad reges pateret adit⁹. His neceſſitudinibus Darius firmatꝰ, omne regnũ in quatuor &. xx. partiꝰ eſt, puincias, quibꝰ tributũ inſcripſit, id vt nouũ, ita regi inuidioſum fuit, vt vulgo Cyrus a Perſis pater, Cãbyſes dñs, Darius inſtitor vocaret. Fuit ſumma annui tributi, ex tot gentibus exacti, ſi vera ſunt quę Herodotus ſcribit. XIIII. miliũ talentorũ auri, argenti quingentorũ & ſexaginta. Babylonica ea talenta fuere, quorũ ſingula appendebant Euboicas libras ſeptuaginta, quo facile poteſt intelligi, quantũ id argẽti pondus fuerit. Gẽtes quæ tributũ pependere, octo circiter & ſexaginta, quatuor & viginti vt ſupra eſt ſignificatum Sarrapijs cõplexæ. Supra id auri & argenti põdus, dabãt Aethiopes certũ puerorũ numerũ, Arabes thura, Colchi & qui Caucaſum incolunt, promiſcue pueros & puellas. Hæc Dario opes quæſitæ erant, quũ ſecũ filia agitare cœpit, ad quod potiſſimũ facinꝰ aĩm adijceret, vnde perpetuũ ſibi & ſuis bellicę rei decus quæreret. Etiam varia volutanti, Atoſſę cõiugis cõſiliũ ſuperuenit. Fuerat hæc ab Democede medico curata, qui cũ Polycrate ab Orœte captus, poſt illius cædẽ cũ cætera familia fuerat in Perſidẽ miſſus. Hic quũ Darium pedis luxatione laborantem, vt. VII. cõtinuos dies, totidẽq; noctes inſomnes egiſſet, feliciter dolore leuaſſet, aureis compedibus donatus, in multo honore haberi cœperat. Is Atoſſæ cum viri tum propria corporis curatione inſinuatus, regiæ coniugi perſuaſit, vt Dariũ hortaretur ad bellum Græcię inferendũ, ratus ita fore, vt ſi rex ad id animũ adieciſſet, vt ipſe ad eius terrę ſtatum ſpeculandũ miſſus in patriã, cuius miro de ſiderio tenebatur, tranſiugeret. Huius impulſu Atoſſa virũ aggreſſa, Darij animũ varie verſatũ eo perpulit, vt ad Græciã inuadendã mentẽ adiecerit, q̃q̃ Scythicũ bellum animo moliretur. Vt prius igitur q̃ arma mouerẽtur, terræ ſitũ & mores gentis exploraret, ſtatuit ex ſuis quoſdã mittere, q oĩa prius diligẽter ſpecularentur, quibus Democedes Atoſſa adnitente, vt gentis & locorũ peritiſſimus, Dux potius quã comes eſt datus. Democedes diu inter Græcos verſatus, primo ab Aeginetis talento conductus, mox ab Athenienſibus minis centũ nouiſſime a Polycrate duobus talentis in Samum accerſitus, cũ eo in Perſarũ poteſtatẽ venerat. Qui igitur a Dario miſſi ſunt, primo in Phœnicią cum Democede venerunt: digreſſi inde duabus tririmibus & oneraria vna, oramq; Græciæ circumuecti, Tarentum appulerunt: ibi Perſæ pro exploratoribus aliquandiu in cuſtodia habiti, interim Democedes crotonem ad ſuos abijt, quo Perſę haud multo poſt dimiſſi cum nauibus ſecuti, quum vi capere, & ad naues trahere conarentur, violati ſunt, onerariaq; naue ſpoliati. Sed quum inde in Syriã nauigarent, circa lapigiam capti, a Tarentino quodam Gillo redempti, in Phœniciam ad ſuos incolumes abierunt. Hic primi ex Aſia in Græciã ſpeculandi cauſa traiecerunt. Inter hæc Græciæ inuadendæ conſilia, Darius Soliſontem Polycratis fratrem, a quo, cum priuatus adhuc eſſet, cum Cambyſe amiculo vno fuerat donatus, in Samum reſtituit, deiecto inde Menandro, qui Polycratis ſcriba fuerat, poſt quam Tyranni cædem arcem occupauerat, Orthani qui vnus coniuratorum fuit ea prouincia a rege iuncta: ſed quãto hic apud Darium in honore fuit, tanto peiore fortuna Intaphernes, quem in Magis opprimendis rex ſocium habuit, is a cubiculi cuſtode ad regem ingredi prohibitus, quum ei naſum & aures abſcidiſſet, cum tota familia & neceſſarijs eſt ad ſupplicium raptus. Intaphernis vxor ad regias fores cum lachrymis & eiulatione proſtrata, fidem & clementiam regis implorabat. Darius miſericordia motus, ad eam miſit, qui illi poteſtatem faceret vnius quem ex clariſſimis vellet, ſibi depoſcendi: pollicitus ſe ei vitam donaturum quem ex omnibus nominaſſet. Tum vero præter ſpem omnium, quum ſibi fratrem reſtitui popoſciſſet, iuſſa eſt a rege dicere, quid eſſet quod in tali diſcrimine viro & filijs fratris ſalutem prætuliſſet, reſpondiſſe fertur, poſſe ſe cõnubio ſpoliatam, ſi libeat, alteri in poſterum nubere, & ex eo per ætatem adhuc parere, ita vt virum & liberos eſſet breui habitura, recuperandi fratris, parentibꝰ iam ſenio cõfectis, nullam ſpem ſibi reliquam fieri. Qua virili potius quam muliebri voce rex permotus, non ſolum fratrem, ſed ex filijs etiam maximum natu reſtituendũ cenſuit. Sed dum circa regẽ hæc cita acta ſunt, Babylonij interea, rebus oĩbus prius ad bellum cõparatis, a Dario deſecerunt, ex omni mulierũ numero, vnam ſibi quiſq; delegit maxime optatã: cæteras (matribus dũraxat electis) ne tam impio parricidio ſe polluerent, in publicũ productas, populariter necarũt. Id aggeſſi facinus ne nimia multitudo tolerandæ obſidioni grauis eſſet. Darius copijs ad bellũ mature inſtructis, Babylonem obſidione cingit. Aſſyrij oẽs Perſarum conatus aſpernati, in ipſis murorũ faſtigijs tripudia agentes, probra in hoſtes iacere, futurũ prædicantes, vt tum Babylone potirentur, quum mula pullum enixa eſſet. Tenuit inde obſidio annum & menſes circiter ſeptem: octauo igitur mẽſe, Zopyri Megabyzi filij mula, ex ijs quę frumẽtũ in caſtra cõuehebãt, forte enixa eſt. Naſcitur mulus ex equa & aſino: contra qui aſina & equo gignũtur, hinnulos veteres dixere: obſeruatum ex duabus ſpecieb⁹ tertiam procreari, neutri duarum ſimilem: nec tale genus ad procreationẽ eſſe vtile. In Romanis annalibus haud vno eſt loco proditũ, mulam peperiſſe: & Theophraſtus autor eſt, in Cappadocia vulgo

Democedes ad ſuos perfugit.

Darius Soliſontem in Samũ reſtituit.

Mulier fratrẽ viro et filijs præfert.

Babylonij a Dario deficiunt.

Mula parit.

id animal parere. Sed quia vulgo persuasum est, per eum modū generata, naturæ vitio, sterilia esse, res tum prodigij est loco accepta. Zopyrus re a domesticis ad se delata fœtum intueri voluit. Subijt vox iterum a Babylonijs iactata, tum Persas vrbē capturos, quū tale aīal peperisset. Fatale igit̄ tēpus adesse ratus, vt præcipuā tāti opis a rege gratiā reportaret, nasum & aures, fœdū sibi in modū præcidit: comā resecuit, in scripsitq; multis tergum vibicibus: inde ad Darium ingressus, perculsum ea viri clade, autoremq; & causam requirentē, docet eā nō alienam iniuriā esse, sed manū semet sibi intulisse: hortaturq; simul vti suum audiret consiliū, perpetrasse se id facinus, vt veri transfugij fides hostibus fieret: iturū se in vrbē daturumq; operā vt Assyrij ad pugnā egrederētur: ipse interim inutiles copias de industria trucidandas circa mœnia obijceret, do nec re sæpius bene gesta esset ad se imperiū delatū: tum emissis in pugnā hostib⁹ aduersa parte vrbis patefacturū suis portā, qua in vrbē irrūpant: daret modo rex operā, vt res tota silētio tegeretur, totūq; mendaciū pro vero affingeret. Doluit Darius tāti viri vicē: probauit tamen eius in se studiū & consiliū, pollicitusq; est nullā se occasionē, vt negociū ad optatū perduceretur exitū, prætermissurū. Zopyrus trunco corpore, cruoreq; respersus, in vrbē abijt, significauitq; quis esset: multaq; de Darij in se iniuria questus, multa illi simul minitās, magno est studio ab hostibus acceptus: haud em̄ obscurū erat illius nomē inter Persas. Triplici deinceps prælio excōpositō victor, qb⁹ ad septē Darianorū milia occidione occisa sunt: dux & murorum custos magno oīm consensu declaratur: tum demum copijs haud vno loco mœnibus excompositō admotis, cæteris in præsens certamen occupatis, per Cissias Zopyrus portas suos in vrbē accepit: atq; in hunc modum Babylon eīta Persis iterum capta. Darius muros vrbis magna est ex parte demolit⁹, portasq; diruit: tribus deinde milibus ciuitatis principib⁹, vnde orta videri potuit defectio, patibulo affixis, cæteræ multitudini veniā dedit. Adiecit & fœminarū quinquaginta circiter milia, in supplementū sexus: has aliunde accersitas, pro cuiusq; dignitate & fortuna, ciuibus matrimonio locauit. Zopyrus regis & oīm iudicio Persarū post Cyrū præstātissimus iudicatus, Celebris inde fuit Darij vox sępius ex eo audita, maluisse Zopyrū sibi in integrū subijci tui, q̄ viginti Babylones bello quæsitas. Post hāc Darij victoriā, Iudæi qui ad id tēpus Babyloni fuerant, Zorobabelis ductu in Palæstinā sunt reuersi. Fertur Darius post Magorū cædē qui. VII. mensibus, & non tribus annis, vt quidā scribunt, regnū tenuere, quum de futuri regis creatione inter imperij assertores agi cœptū esset, Deo Optimo vouisse si regnū indipiscereturus, futurū, vt eius tēplum Hierosolymis restitueret. Cęterū sub id tēpus & Zorobabel ad Darium est in Assyriā profectus: cui iam inde a priuata fortuna fuerat admodū familiaris. Rex venientē inter fidissimos cubiculi ministros habuit. Accidit interim vt oēs subditarū gentium præfectos, regio Darius conuiuio acceperit: cētum XXVII. prouinciarū magistratus vni cœnæ adhibitos scribit Iosephus: hic frequenti accubitu illatam a rege quæstionem: quid horum maxime polleret credi: vinum, an rex, an mulier, an veritas. Hic qui prim⁹ sententiā dixit, vinum sibi oīm potentissimū videri sensuit, cp̄ verum fallatq; oīm mentes: Reges infantes effingat, seruos iuxta, ac liberos audentiores reddat, humiles æquet potentibus, animorum vertat habitus, ærumnis cooperatos leuet, mœrorem excutiat, alieni æris obliuionē inducat: ita eos animet, qui id debent, vt non miseriam comitem habere, sed omnium se beatissimos putent: nihil interim vile loquantur: magistratus & reges contemnat, amicitiæ iura soluat, inimicos armet, fodalitia iura perrumpat, & quod omnium maxime miserabile sit, eorum obliuionē inducat, quæ nuperrime homo egerit: sed illud adhuc mirabilius, mortem quam omnes reformidant, qui vino incaluit, negligat, ac contēnat. Pro rege q̄ deinceps dixit, tali est sermone vsus, vt diceret nihil esse in terris potestate ac vi regia maiꝰ: cui⁹ imperio nobilissimū aīal homo pareat: q̄ populos & ignotas gētes armis subigat, nec quicq̄ esse in terris sanctiꝰ, potētius, iuuolabiliꝰ rege: hæc vna potestas alieno quū velit, periculo bella trāsigit, mōtes diruit, valles æquat, maria quo liber īducit, inducta expellit, flumia cursu detorquet, solo adęquat turres & mœnia, victū perdat, seruet perituros, mors & vita hominū i vniꝰ ptāte sit: huic serui, agrestes, oppidici, boni æque ac mali operātur: & quū voluptatibus cūctis delitijsq; perfruātur reges, vt tutiꝰ dormiāt, firmo custodiunt̄ præsidio: quod quū ita sit, nihil dicere i terris regio fastigio maius esse aut beatius. Hos pro vino & rege sic locutus, Zorobabel his verbis excepisse traditur, fassus magnā vini vim esse, sed regis maiorē: verū si qs recte singula metiretur, mulieris lōge maximā: quippe q̄ reges ipsos quibus cæteri subiacēt mortales, pariāt & educēt: hæc ipm vini repertorē edidit: & vt fileā prima vi tę alimēta, quæ vni merito accepta referunt: nōne illius immēsa vis est, cp̄ cū cæteris inuiti seruiam⁹, huic vni satagimus seruire: aurum & diuitias huic quærim⁹: hæc leges dat viris, præscribit, iuber, vetat. Hæc virorū oculos & mētis aspectum defigit, huic vni oīa vltro dam⁹, vltro indulgemus, parentes & cęteras necessitudines ob hāc vnā linquim⁹. An fando auditū est nunquā, summos reges & Heroas puellari forma captos, seruisse: legesq; his a virginibus datas, flagra intērata, muliebres habit⁹ inductos, collū redimiculis ornatū? Vidi ego inquit quod fas sit dicere, Apamā Rabezaci filiā, regi tantarū opū dño alapas incutere, diadema illius capiti adēptū sibi imponere: cōtra regē ipm mœrore angi, supplicitercp̄ iratæ satisfacientē. Et hæc Zorobabel de muliebri vi verissime execut⁹, cōuersis in se oībus, p vero pauca hæc subiecit. Habēt se hęc, vt dixim⁹, rex optime: cætera si vero cōparent, friuola sunt hæc quidē & mutila. Enuero terra maxima est, cœlū immēsum & mobile: suntq; Dei maximi hęc opa, isq; ver⁹ & iust⁹, imo ipsa veritas, immortalis et ętern⁹: hui⁹ nutu potestatęq; oīa regunt: quod ęquū quodq; piū est respicit, impietatē odit & scelera: ille æqua lāce hæc oīa expēdit, repēditq; vt q̄sq; merit⁹ est, vel præmia vel supplicia. Ac p hūc modū sermone ad cœleste numē deflexo, susceptivoti Darijū admonuit. Laudata ęque ab oībus Zorobabelis prudētia, sed a rege maxime, q̄ surgēs, hoiem cōplexus, macte ingt̄ esto Zorobabel, tua istarū rerum oīm prudētia, age nunc & q̄ tibi fieri velis posula dign⁹ fare, cui nihil q̄squā negatū velit. Tū ille neq; argētū mihi rex ingt̄ posco, neq; aurū, sed tēpli restitutionē abste Deo ꝓmissam, & vasa quę Cyrus reddere destinauerat. Annuit Darius, Satrapisq; & Toparchis scripsit, vt Zorobabelem deducerent, & ad Syriæ præsides mandata dedit, vti Iudæos, qui ex Babylone in Palæstinā reuersi essent, liberos esse sinerent, immunemq; terrā haberēt, vicos q̄ finitimis tenerent restituēdos curarēt, ad tēpli refectionē cedrinā ex libano materiā subministrarent, & quod oīm maximum ac propemodū citra fidē Iosephus scribit, quadraginta talētorū milia in id opus cōtulit. Zorobabel a rege dimissus Babylonē venit, hic quū tribules suos, q̄ ibi adhuc erāt, docuisset, quæ a Dario impetrata forēt, facile perpulit, vt popularēter inde abscesserint: virorū numerū, qui tum demū in Palæstinā remigrarūt, apud Iosephū cōfusum reperio. Mulieres cū imbelli multitudine. XL. milia fuisse traduntur. Ad Tyriarū & Cymbalorū cantū, lætū agmen Zorobabele Salathielis duce ab Dauide oriūdo in Syriam venit, Iesu sacerdotū principe. Tum demū intermissum tēpli opus, iterū produci est cœptū, & cp̄q; Samaritis multa interim criminantibus querentibusq; arcē finitimorū ceruicibus nō templū impōni, Sisimioq; & Zarabacene Syriæ & Phœniciæ præfectis apud Darijū per literas opus interpellantibus, Darij tamē rescripto, septimo demum anno ab eo quo iterum cœptum erat ædificari, opus consummari contigit: in quo dedicando veteri more multa populi lætitia est sacrificatū. Non possum non mirari si quadraginta talentorū milia Darius restituēdo operi impendit, recentē templi faciē, ab ea quæ olim fuerat tā diuersam fuisse, vt Iosephus scribit, qui diu sacerdotes ait cum lamētatione vetustiorem templi apparatum, desiderasse. Satis cōstat quarto circiter & quadragesimo anno ab eo, quo Cyri permissu templum a fundamētis instauratum cœperat, opus ad exitum perductū, qui annus sextus fuit Dariani regni, qui incidit in secundum annum sextæ & sexagesimæ Olympiadis. Darius anno quo Tarquinius ex vrbe Ro. electus est, aut certe eo qui est proxime secutus in Perside regnare cœpit qui octogesimus fuit supra sex centesimū ac quatermillesimū a prima mundi origine. Neq; em̄ Eusebio accedo, qui Tarquinij regno ānos quinq; dedit & triginta, secutus credo Dionysiū qui octogesima Olympiade Tarquinium regno excidisse prodidit. Sed Liuius & cæteri, quos sequor, quinq; dūtaxat & viginti annos illi dederūt: quo numero colligitur annos ducētos & quadraginta quatuor Romā sub regibus fuisse, quæ parta vt dixi libertate, mutata regiminis forma, pro regibus consules habere cœpit. Suntq; primi omnium centuriatis comitijs L. Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus creati. Id nomen vel ab eo, cp̄ patres in curia de repu. cōsulerent, ab initio ea potestas sortita est, aut cp̄ maiores cōsulere dixerunt, quod posteri iudicare, vt per eā vocē magistratus potestas qualis esset intelligeret. His oīa insignia retēta quæ fuerant & regū, præter coronæ togæq; palmeæ vsum. Cæterum veriti ne in noua libertate ægre laturus esset populus, si ambo fasces retinuissent, per quos multiplicat⁹ videri poterat terror, inter se cōparant vt alternis mēsib⁹, hos duorū alter haberet. Brut⁹ qui non acrior vindex libertatis fuit, quā deinceps ceteros Collatino ꝓcedēte prior id insigne est adept⁹. Dionysius secures tantū alteri consuli adempras scribit, alioqui. XII. ministros eū ꝓcedere solitos. Brutus ad stabiliendā libertatē conuersus ciues sacramēto adegit, vt neq; Taquinios, neq; mortaliū quēpiā amplius Romæ regnare paterent̄, & vt maiores adhuc opes curię accederēt. Senatorū numerū Tarquinij iniuria extenuatū in tercentorū summā expleuit, & ne i re vlla regis præsentia desideraret. Manius Papyri⁹ Rex sacrificulus est creatus, qui ea sacra perpetrarer, q̄ reges facere cōsuessent. Id sacerdotiū pōtifici subiecere, ne quid regiū nomē recenti libertati officeret. Exaudiri interim voces, Collatini nomē insectātiū, qui q̄n Tarquinij cognomē ferret, inuisus erat multitudini, nomē itaq; nō mores hoīs perpessi, neq; probare, neq; tutū libertati credere, Tarquinios nimiū regno assuescere. Regnasse Priscū Tarquiniū Romæ, mox vno Tullo interfecto superbū vi regnum occupasse, iam eo pulso ad hominem eius familiæ imperiū deuolutū, nescire Tarquinios priuatos agere. Quum eiusmodi voces ad Brutū delatæ essēt, plebē eiusmodi suspitionis solicitatā, ad cōcionem vocat, ibiq; iureiurando prius recitato, populū docet, nihil Romæ esse, vnde libertati periculum immineret, & iam se enixe dare operam, ne quid relinquatur, quod illi formidolosum esse possit, inuitum se hominis causa dicere, quod ne dicturus quidem fuisset, nisi patriæ charitas pluris apud se valeret, quam cæterę necessitudines. Persuasum esse Po. Ro. libertatem haud sibi in tuto esse, si regium genus non solum imperio, sed si in vrbe residuū cernat. Hūc tu Tarquini Collatine metum ciuitati adimas quęso, meminit Po. Ro. fateturq; te reges eiecisse, cumula beneficiū tuū in hanc vrbē, nomē ipm, quod vnū in te aīos offendit, hinc eijce, res tuas tibi libenter reddit populus, ac si qua desunt me autore munifice augebit. Tu hinc amicus facesse, ciuesq; tuos vana forsitan suspitione libera, nemini non persuasum est, cum Tarquinia gente hinc regnum abiturū. Quū hęc Brutus dixisset, primores ciuitatis, & in his Sp. Lucretius Collatinū pro se dicere parantem circunsusi, varijs hortationibus flexerūt, vt primo se magistratu abdicarit: inde rebus Lauinium trāslatis, vltro ciuitate excesserit, Brutus consestim ad populum tulit, vt oēs Tarquiniæ gentis exules essent. Inde ex Seruij formula cēturiatis comitijs, sibi Valerium collegā creauit. Dionysius, quod vero est propius, vt ex ijs quæ postea secuta sunt suspectus Collatinus esse cœperit, aliquanto postea vrbe excessisse existimat, quippe q̄ & de bonis Tarquinio restituēdis supplicioq; de cōiuratis sumēdo aperte a collega dissenserit. Etenim Tarquinius Latinorū animos frustra ab initio periclitat⁹ Romā misit, q̄ a Senatu peteret, vt priuato sibi in vrbē redire liceret, paratum esse se patribus & populo administrationis suæ rationē reddere, vel si id nō daret, postulārent, vt sibi bona redderētur, ne cū liberis ex tanta nuper fortuna mēdicare cogeretur. Auditi legati qui ab eo venerāt, oēmq; spem reditus primo abiecere iussi sunt, neq; eius rei, quādo oīa frustra mouerentur, amplius mentionē facere, de honorū restitutione certatum est sententijs inter consules, Bruto identidem reclamante, dari regibus ansam imo instrumentum & neruos, ad populū Romanū bello insectandum. Corrupturos eos, si bona reciperent principes populorū muneribus, vt suos ad bellū in Romanos concitēt, contra Collatinus iniquum censebat priuatum Tarquiniū priuatis rebus spoliatū iri, velut aliud in eo ejciendo ciuitas quæsisset, q̄ vt se in libertatem vindicaret: tanta animorum varietate res ad populū delata est, vt vix vno plures fuerint qui suffragio res reddendas censuerint. Sed dum hæc transiguntur, legati, vt ab iuuenibus Tarquinijs iussi fuerant, nobiliū adolescentium plerosq; conuenerāt. Cœperat illos presentis status pœnitere, quū liberi⁹ viuere assueti, æquatū sibi ius cum infimo quoq; iniquo animo ferrent. Facile igitur eo perducti, vt consilia cum legatis, qui alia atq; alia assimulando in vrbe de industria morabuntur, de Tarquinijs noctu per proditionē recipiendis conferrent. Et iam apud Aquilios cœnati, legatis petentibus, literas ad regios iuuenes, vt certiora omnia essent, conscribunt. Erant eius



Zopyri facinus.

Zopyr⁹ ad hostes trāsfugit.

Capitur Babylō.

Darius vouit tēpli restitutionem.

Quæstio.

Vini opera.

Regis excellentia.

Mulieris vis.

Veri efficacia.

Darij in Iudæos indulgētia.



Consummatio tēpli.

ANNI MVNDI.

Primi cōsules Ro.

Rex sacrorum.

Bruti ver baad Collatinum.

Collatinus i exiliū abijt.

Tarquinij postulata.

Coniuratio nobilium.

coniurationis conſcij duo Iunij T.& Tiberius Bruti conſulis filij magno fortunæ ludibrio, vt vnde nuper libertas Po. Rom. affulſiſſet, in eadem domo reperti eſſent, qui eam euertere conarentur M. & Manlius Gellij, ex Bruti ſorore geniti. Liuius Gelliorum nominibus ſuppreſſis, Vitellios ſubijcit, quorum ſoror Brutorum iuuenum eſſet mater, fuerunt & Aquilij duo, quibus Collatinus auuncu lus erat. Coniurati, ſubmotis arbitris, hæc inter ſe moliebantur, quæ res effecit vt Aquiliorum ſeruius, nihil ſani ineſſe ſuſpicatus, cp adoleſcẽtes principes ciuitatis, occulta traherẽt colloquia, poſt clauſum oſtium obſeruabundus ſterit, atq; ibi quum de proditione quedam auribus percepiſſet, maiora rei argumenta ſunt oculis oblata, per rimas intuẽs, conſpicatus eſt literas ad Tarquinios obſignãtes. Tum illa oĩa certa adeſſe ratus, nõ ad oſules, ne illi ad domeſticũ ſcelus opprimendũ, oẽ in ſe ſupplicium verterẽt: ſed P. Valeriũ & ipſum libertatis autorẽ, licet per id rps priuatũ, quaſi aliud negocium ſecutus, rem oẽm noctu detulit. Ille periculo rei cõmotus, data ſeruo fide futuræ ſecuritatis, prima luce, cũ magna clientũ manu adlegatos & literas intercipiendas, in Aquiliorũ ædes irrũpit: quibus nõ ſine ingenti, vt Plutarchus ſcribit, cõtentione potit⁹, rem ad cõſules, qui iam in forum deſcenderãt, affert. Hic reſignatis literis, vbi proditio palã facta eſt, cõiurati in vincula cõiecti ſunt: de legatis nõ nihil eſt dubitatũ: plus tamen valuit ius gentium, cp præſens criminis inuidia, bona regis diripienda ſunt populo data, vt oẽm cũ eo & filijs ſpem pacis in poſterũ amitteret: Tarquiniorũ ager circa Tybrim Martj cõſecratus eſt. Deſecta ſeges cũ ſtramẽto (quia religioſum fuit in humanũ vſum vertere) in fluuiũ deiecta, medio Tyberis alueo, vadoſis obhęſit locis. Tenuis æſtiuo anni tẽpore fluebat amnis: accidit, ppterea vt limo aliaq; materia eodẽ temere cõiecta, inſula paulatim ſit facta, quæ noſtra tempeſtate, vetuſtis operibus, nõnullis etiã recentibus conſpicua, in trãſtyberinã regionẽ, duobus pontibus ex vrbe trãſmittit. Alij, quod fabuloſum mihi videtur, id poſtea accidiſſe arbitrati ſunt, quũ Tarquinia quedã veſtalis agrũ huic finitimum publice reliquiſſet, Direptis bonis, agroq; Marti dicato, fontes ad ſuppliciũ ſunt perducti, at primi oĩm cõſulis filij, quorũ preces lachrymaſq;, ſed magis fortunã patris populus miſeratus, amborũ vitam paratus erat patris merito cõdonare. Perſtare Brutus nullo patrio affectu in ore eminente, filioſq; ad palum deligatos de more cædi iubet, Cõuerterant illi multitudinis in ſe oculos, ſed plures omnino conſulis vultum, in medio filiorũ cruciatu, velut mente alienatum cum ſtupore intueri, & illi ita virgis cæſi, ſecuri percuſſi ſunt. Iam nemini dubiũ erat, quin tali præiudicio cæteri quoq; ſecuribus conſtim ſubijcien di eſſent: verũ vbi Aquilij ad tribunal producti ſunt, ad Collatini pedes procubuerunt. Tum Brutus eos ad ſupplicij ũ arripi iubet, niſi cauſam vellent dicere. Edicit Collatinus vt tranſiſer ſuppliciũ lictores differant, dum pauca cum Collega loqueretur. Tum ille ſummotis arbitris, Brutum rogare obteſtariq; cœpit, vt ſibi Aquilio rum ſupplicium remitteret, in nulla re alia ſe molestum futurum repromittens, admonere interdũ vt videret, ne dum de ſontibus ſumeret ſupplicium, aliquem in ciuitate motum concitaret: addit & pro ſororis filijs lachrymas, quæ cum nihil Collegam de ſententia mouiſſent, quando inquit Brute, nec Collegæ tui preces te mouent, nec admonitiones yllæ, iam ego poteſtate quæ mihi tecum cõmunis eſt, Aquilios fratres ſupplicio eximo. Plutarchus ſumpto de filijs ſupplicio Brutũ ex publico ceſſiſſe ſcribit: mox vero quum Aquilij auunculi fauore fræti ſuppliciũ euaderẽt, Valeriũ in eos manum iniecisse, clamoreq; multitudinis Brutum ad tribunal reuocatum ſuffragio populi damnandos permiſiſſe. Veriora tamen mihi videtur, quæ Dionyſius ſcribit, vt Collatino vltionem interpellante, Brutus excandeſcens, continuo populum ad concionem vocauerit: hicq; primoribus patrum iuxta ſe locatis, huiuſmodi ſit in Collegã oratione vſus.

Vindicius,

Oratio Bruti ad populũ.

Vellem equidem Quirites Tarquinium Collatinum, quem mihi Collegam in tuenda libertate deditis, de omnibus quæ in vſum reipublicę eſſent, quod futurum ab initio ſperaui, mecũ ſentiret, tyrãnoſq; quos ciuitate eieciſtis, exules iudicaſtis: nõ ſermone ſolum, ſed opera etiã, vt par erat, inſectaretur, bellumq; aduerſus eos cum ſuis ciuibus gereret. Cæterũ quando vt video, non propinquitate ſolum ſanguinis, ſed ſtudio & voluntate Tarquinius cõiunctiſſimus eſt: nam & de eorũ reductione mentionem inferre eſt auſus, quaſi parũ perſpicue liqueret quæ reipublicæ peſtis pararetur, ſi is in vrbem receptus eſſet, cq crudeliſſimũ in ciues exercuit imperium: nihil enim difficilius dediſcitur, quam regem agere: trãſeo cp bellorum neruos, pecuniam infeſtiſſimo hoſti reſtituendam cenſuit: & quaſi arma quibus Romanũ imperiũ perſequeretur, quantum in ſe fuit, reſtituit. Nunc quoniam ſi Deo placeet, impune licebit in libertatem, pro tyrannis, cõiurare, proditionis conuictos ſupplicio ſubtrahit. Sed ne nõ oĩa vobis nota ſint Quirites: dicam breuiter quid ſit, cur Aquilios & coniurationis ſocios ad ſupplicium depoſcam, vt per ea, quæ dixero, intelligere poſſitis, in quod diſcrimen veſtram libertatem paucorum cemeritas adduxerit. Conuenerant in Aquiliorum domum ſceleſtiſſimi quidam ciues, in quib⁹ filij mei ambo fuere: hi cõfilio cum tyrannorũ legatis inito, de Tarquinijs per bonorum cædem reducendis, literas ad tyrannos propria manu notatas, dederant: actum erat, quis non videt, de libertate veſtra Quirites: actum de publica ſalute, niſi numinis cuiuſdam, huic ciuitati proculdubio amici, prouidẽtia factũ eſſet: vt per Aquiliorum ſeruũ, ad P. Valeriũ primo, inde per eũ res ad nos mutare delata eſſet. Literis publice recitatis, filios meos ſceleris cõuictos, duplici iure, extremo affeci ſupplicio: neq; paſſus ſum meo⁹ cauſa publicũ decretũ, veſtrũq; iuſiurãdũ infirmari, videbãq; cp indigne facerẽ, pernicioſoq; exẽplo peccarẽ, ſi publicę charitati, priuatã prætuliſſem. Nemo nõ perme poſt hac leges & iura oĩbus neceſſitudinib⁹ prętulerit. Parabã, quod reliquũ erat, de cæteris ſuppliciũ ſumere, quũ pro Aquilijs ad tribunal ꝓſtituis, bonus collega meus interceſſit. Iam ſi Collatini cognatis inoſcit, vt ius oĩbus æquetur alijs quoq; ignoſcat neceſſe eſt, vos videte Quirites, an iuſiurandũ, cui ſe tota ciuitas aſtrinxit, an publicas leges priuato cõſulis ſtudio antiquari velitis. Illud certo ſcio, fore, vt Collatinus ſui periurij dẽs quos hominum cõſilia latere nõ poſſunt, meritas quãdoq; luat pœnas. Cæterũ qñ apertũ ciuitatis hoſtẽ nõ cõſulẽ agit, veſtro mulctãdũ ſuffragio ſubijcia. Etemquorſum Quirites ſententiam illam in curia ab eo dictã, quũ pecuniã regib⁹ reſtituendã cẽſuit, terẽdiſſe arbitraminiq; quo nũc præſentes eripiẽdorũ ſontiũ conat⁹ ſ nihil vt libertati, quã vobis inuidet, inſidiatores ꝓximos, regib⁹ in vrbẽ reditũ domeſticis & externis opibus paret. Ego Collatine, q meis liberis nõ peperci, ſororis tuæ filijs parcã? q corpus illud apud nos habes apud hoſtes aĩm, q patrię ꝓditores ſeruas vt liberatis cuſtodẽ interficiaſ? at tũ abeſt vt eorũ, q petijſti, qcq; factur⁹ ſim, vt tibi magiſtratũ iſtũ abrogẽ, iubeãq; hinc facesſere, ne talia in poſterũ moliri poſſis, q an rata eſſe velitis, dabo vobis nũc calculos Quirites, vt cõtinuo in ſuffragium mittã, vnũ illud prefatus, aut Collatinũ vos hodie aut Brutũ habituros. Quum ita Brut⁹ poraſſet, Collatinus, ira & dolore ſtimulãtib⁹, collegę ꝓditorẽ inſidiatorẽq; Brutũ appellat, cp ſe inſontem nec tale quicq; meritum, iratę multitudini dignitatem ſuã & fortunas criminãdo obiecißet. Vociferi hęc ille, fortunãq; ſuã lamẽtari, quũ pplo calculos petente Sp. Lucretius tempeſtiua hortatione interfatus a Collatino obtinuit, vt qñ aperta immineret

Perora-tio.

Collatinus abit ĩ exilium.

ignominia, priuſq; populus iret in ſuffragia, ſe magiſtratu abdicarit, rebuſq; Lauinium tranſlatis, vrbe ceſſerit. Cui abeunti Brutus author extitit, vt XX. ex publico talenta ſint data, ipſeq; ex ſuo quin cp adiecit. Hęc Dionyſius, qui vt libere dicam quod ſentio, diligẽtius oĩa de origine vrbis, cq Liui⁹ & cęteri, explorata mihi habuiſſe videtur. Brutus Collatino electo, ne ſolus regnare velle crederetur, conſeſũ P. Valeriũ, quę in aſſerẽda libertate ſociũ habuerat, centuriatis comitijs ſibi collegã creauit, magiſtratuq; ab eo inito, de cęteris ꝓuratis ſuppliciũ eſt ſumptum. Vindici libertas, & pecunia ex Erario data, primuſq; vindicta liberatus, ciuitate donatus eſt. Quidam vindictę nomen ab illo ductum exiſtimãt, quia ei vindici vel, vt alij tradunt, vindicio fuerit nomen. ipſe, qcd ſatis conſtat, Ceninẽſis fuit, mãſitq; ex eo mos, vt q ita liberati eſſent, ĩ ciuitatẽ accepti viderentur. Tũ Dionyſi⁹ cẽtũ in ſenatũ aſciſcitos exiſtimat, numeriq; trecentorum expletum bona regis direpta, Martiq; agrum, vt dixi, cõſecratũ, qui equis, iuuenibuſq; ſe ad bellicas artes exercentibus, ſtadiũ vſum deinceps prębuit. Tarquinius, vbi hęc quę Romę acta erant cognouit, haud dolore tãtum ſpei ad irritum cadẽtis, ſed ira etiam odioq; accenſus, nihil amplius diſſimulandum rat⁹, bellum aperte mollit in Romanos, Vrbes Hetrurię circũire, ſupplexq; obteſtari, ne ſe Hetruſco ſãguine oriũdum ex tanto nup regno, cũ trib⁹ filijs vxore ac tota domo extorrẽ eſſe paterentur, ſuiſſe alios ex Hetruria & Sabinia, Romã in regnũ accerſitos, ſe ĩ ipſa vrbe natũ, regnũq; augentẽ, nefaria paucorum conſpiratiõe pulſum, quorũ, qa nemo vn⁹ ſatis regnodign⁹ ſit viſus, ꝓtitos eẽ inter ſe dignitatẽ, ſua bõa ne qs ei⁹ eſſet ſceleris exps, diripienda data eſſe populo, ferrẽt p deos fibi opẽ, patriã ſuũq; regnũ repoſcenti, induerẽt arma, ſecũ ſuas legiones tories a Romanis cęſas agrũq; olim ad ẽptũ vltũ irent. Mouit

Vindicij nomẽ & vidicta.

Pecunia neruus belli.

Targni⁹ bellũ Ro. infert.

Veiẽtes ver⁹ amiſſi agri dolor, Targniẽſes nomẽ & cognatio regis, pulchrum putabãt, vt homines ſui gñis Romę regnarẽt, duo itaq; pp̃i Targniũ ſecuti in Romanum agrum tumultuoſe irrũpũt. Conſiles audiro hoſtium acceſſu, & ipſi nõ expectato vt Tyberim trãſirẽt, cũ lectiſſimo exercitu ad lunium pratũ illis obuiã procedũt. Liuius ad Arſiã ſyluã, Plutarchus ſacris vrroſq; lucis conſediſſe ſcribit.

Iura oĩbus neceſſitudinibus pręferenda.

Arſia Sylua Atrox pugna.

Quorũ Arſius hic, ille Eſnius ſit dictus. Initũ eſt eq̃ſtre pliũ, quo quũ neutra ps alteri ceſſiſſet, pedeſtris inde pugna grauior fuit, regebat dexterum Romanorũ cornu P. Valerius, quod Veiẽtib⁹ erat, oppoſitũ, in ſiniſtro Brutus ꝓcurabat, cui ex aduerſo ſtererãt Targniẽſiũ copię, & ĩ his Targniũ filij quorũ Aruns manu prõptiſſimus, nõ nihil aciẽ pręgreſſus, ꝓbroſis verbis Brutũ cõpellans, ad ſingulare certamẽ ꝓuocat. Eã cõtumeliã Brutus haud ferendã ratus, ex aduerſo equum concitat, quem veniẽtẽ



Aruns intuitus, deos regum vltores ſuos iuocat, totiſq; in hoſtẽ efferẽt virib⁹. Infeſtis itaq; haſtis congreſſi. vterq; alterum per ſcutum & thoracem traiecit, eq; graui repcuſſu auerſi, tã hic, cq; ille moribundũ egrẽ effudit. Tũ demũ clamore vtriq; ſublato, pedeſtris pugna ſecuta eſt. Liuius mutuo intuitu ſe duces cõſpicatos, temere aduerſos vtrinq; in ſe equos concitaſſe ait, quibus cadẽtibus equeſtre ſit pluũ initum. Nouiſſimã pugnã peditũ fuiſſe, tantoq; animorũ ardore dimicatũ, vt varia ſit victoria certamen dirẽptũ. Pulſo Ro. cornu, poſt conſulis caſum a Tarquiniẽſibus ſiniſtra pre, Veiẽtibus dextera Valerij ductu fugatis, ita vt vtriq; lęto cornu ſint victi, dextero vicerint. Cęterũ nocte q; Proxime ſecuta eſt tãt⁹ terror hoſtes cepit, vt irrito incœpto pro victis Tarquiniẽſes Veientes cẽ, tacito agmine domũ diuerſi adierint. Fama eſt nocte illa quę pugnæ ſucceſſit, ex propinqua ſyluaq; Liuius Arſiam, vt dixi vocat. Dionyſius Herois Horatij ſacrum id nemus fuiſſe ait) ingentem vocem redditam, ſiue huius fuerit ſiue Fauni, Syluani ve, vno plus Herruſcorum prælio occubuiſſe, Romanos acie vincere: quo prodigio territi hoſtes pro victis ceſſerint. Romani de ſumma rerũ ſolliciti, præſenti omine firmari, vbi primum illuxit, ſpolia legunt. Valerius triumphans Romam redit, primuſq; quadrijugo curru eſt vrbem, vt Plutarchus prodidit, inuectus. Funebris Collegę funus, quanto maximo potuit apparatu extulit, laudauitq; pro concione. Primus ne valerius morem hunc funebris laudationis apud Romanos induxerit, haud facile dixerim. Athenienſes, vt Dionyſius credidit, Medicis temporibus funebri primum ſunt laudatione vſi: quę tempora ijs, quibus hęc Romæ contigerunt, aliquanto ſunt recentiora. Anaximenes tamẽ ad Solonem id retuli inſtitutum. Matronæ Brutum vt patrem peranuum luxere. Perſuaſum Ro. habuerunt, vt Plutarchus ſcribit, haud rem tantam Romulum in condẽda vrbe geſſiſſe, quantam in aſſerẽda libertate Brutus in eaq; ſtabilienda geſſerat. Nullam ex eo virilem ſtirpem relictã Dionyſi⁹ credidit, ea coniectu ra ductus, cp quum Brut⁹ patricius eſſet, qui longo deinceps tempore id cognomẽ Romæ tulerũt: plebei fuerint: ſed Dionyſi⁹ rõ i hoc, meo iudicio leuis quando vt in quibuſdam alijs enenire potuerit, vt familia aut fortuna, aut voluntate ex patriciatu ad plebẽ tranſierit. Valerio cõſuli poſt Collegę mortẽ ingẽs eſt inuidia cum atroci crimine orta, & cp ſibi Collegã non ſubito ſurrogaſſet, & cp in Velia ędificare cœpiſſet. Erat is locus prærupt⁹ Romano imminens foro, quaſi ergo regnum affectaret, vulgo eum ſuſpectũ habere, odiſſecq; infenſe oẽs: quã pplã ſuſpitionẽ poſteaq; Valeri⁹ p amicos reſciuit, multitudine ad concionem vocata: inde ita exorſus eſt, vt Collegæ ſui Bruti fortunã laudaret, qui priuſq; gloria, quæ illi parta erat, in inuidiam verteretur, pulchre morte occubuiſſet, ſe infelicem appellare, qui ad inuidiam reſeruatus ex liberatore patriæ ad Aglios & Vitellios recidiſſet. Nulla ne ergo Quirites inquit, tam ſpectata apud vos fides erit vnq;, quæ nõ ſuſpitioni ſit & infamiæ ſubiecta? Ergo Valerius ille infeſtiſſimus hoſtis regum, in ea vrbe regnum affectare cœpit: quam vt liberam videret, ſe cum paucis tãte inuidię obijcere nõ dubitauit? Ego vnq; credere potuiſſem, ſi in arce habitarem, ciuib⁹ ſuſpectus vt eſſem meis? Tam leui ne momento, mea apud vos pender fides, vt vbi ſim potiuſq; q ſim ſpectari oporteat? Non obſtabunt publicę libertati Valerij ædes Quirites: tuta erit per me vobis Velia: nec ego parietes demoliar ſolum, ſed

Brutus & Arruns di uerſi cõcidunt.

Oraculũ.

Funebris laudatio.

Iunia gens.

Verba valerij ad populũ.

ipsa quoq; ædificia in imo colle statuam; habitabũ in Velia illi quibus melius q̃ valerio creditur libertas. Ita ille pro concione locutus, parietibus ad imum diiectis, in infimo diuo, vbi publicus postea vicus fuit domus iterum est illi constructa.

Valerius demolit̃ ædes suas

Hec Liuius. Leui amicorum admonitione Valerius impulsus, vt Plutarchus ait, domum quam in habitabat diruit: ac interim dum aliam in imo loco statuit alienas inhabitauit ædes: domus illi a populo publice erecta est. Secundum hæc comitijs habitis Sp. Lucretium sibi Collegam Valerius subrogauit: quo paucis diebus defuncto, populi suffragio M. Horatium illi substituit: his popularibus factis omni repente inuidia excussa, iucundus esse omnibus cœpit: quam opinionem, vt omni ergacjues officio augeret, summissis populo fascibus in concionem venit, qui mos postea apud Romanos

Publico l̃ cognomen.

tenuit. Ipse per hæc Publicolæ cognomẽ adeptus CLX. quatuor priori senatorum numero adiecit. Alij vero a Bruto, vt meminimus, id factum prodidere. Leges ad hæc pleraſq; tulit: quibus prouocatio a consulibus ad populum est permissa, vt capitale esset huic qui iniussu populi magistratum caperet, ciuium vectigalia tollerentur, quo contigit, vt vulgo promptiores ad quæstus & opificia fint homines facti. Scio a Romulo ita ab initio sancitum, vt qui Ro. essent, sedentariam artem nul

Sedẽtaria ars.

lam exercerent: sed militiæ tantum & agriculturæ omnem operam impenderent. Addidit & alio capite, vt qui tyrannidem affectasset, impune occideretur: nefas deinceps ratus, pub. pecuniam priuatæ domui inferri, Saturni templum Aerarium constituit. Populo, vt duos questores crearet permisit. Creati P. Veturius & M. Minutius. Scio fuisse qui

Primi q̃stores.

scriberent questores sub regibus esse cœpisse. CXXX. milia tum primum in ærarium illata, tributo orphanis & viduis remisso. & hæc Valerius, vt Plutarchus & Liuius scribit, priusq; Sp. Lucretium sibi Collegam subrogasset: in cuius demortui locum M. Horatius, vt dixi, est ei Collega datus Is Capitolij dedicationem sortitus, vbi Idibus Septembris ante templum dedicaturus stetit (etenim opus iam confectum erat) fraude, vt creditur, Collegæ qui eũ quoq; titulum cæteris honoribus cumulari voluisset, a M. Valerio consulis fratre, quũ

Capitolij consecratio.

iam postes teneret, monitus est, ne pergeret funesta domo id agere, filiũ in castris perisse. Tum ille, incertum, quia non cederit an ea potius fuerit constantia, vt a pio opere nequiuerit auerti: ite inquit, & cadauer efferte: nam ego luctum istum & fletum nõ admitto: ficq; carmen quod ab initio orsus erat, executus, templum dedicauit. Id opus superbus Tarquinius, quum ab auo Sabino fuisset bello votum, extruxit: eoq; in exilium acto fors illius dedicandi Horatio consuli obtigit. Bis postea consecrari contigit, a Catulo semel, quum priore ciuili bello incendio consumptum Sylla instaurasset. Iterũ a Domitiano principe quum Vitellianis temporibus incensum, Vespasian⁹, pater primo sumptuosissime reparasset: inde pari clade absumptũ priusq; sacrari contigisset, tertio est refectum: annoq; per hæc quæ diximus, circumacto P. Valerius iterũ et T. Lucretius sunt consules facti. Dionysius M. Horatium secundo asserte libertatis anno Valerio collegam datum scribit, in eo a Liuio & alijs diuersus,

P. Valerius T. Lucreti⁹ Cõsules.

q̃ hic tertio post exactos regs anno Romã a Porsena obsessam, illi altero non tertio existimant. Ceterũ siue hoc siue illo, quod magis credo, id anno est gestum, Tarquinius, quod inter omnes conuenit, vbi ad Arsiam syluã parũ prospere est ab Hetruscis pugnatum, ad Porsenam Clusij regem supplex se contulit. Hic multa de fortuna sua questus,

Verba Targnij ad Porsenam.

q̃ ex opulentissimo regno, nefaria cõiuratione eiectus, cum filijs inops & extorris exularet, identidẽ precatus ne p̃sentem iniuriam inultam esse pateretur, parum quidem tutum ipsi, ceteris q̃ regibus futurum p̃dicans, si ejciendorum regum exemplum populorũ aĩos insedisset, esse libertatem natura homini gratissimam: que quũ semel deliberata sit, nisi cũ vita illi extorqueri nõ possit: peritura inter homines discrimina, regiumq; fastigiũ quo nihil sit in terris pulchrius, nisi ẽcta vi eam ciuitates expetant, tanta reges ipsi contentione regna tueantur. Huiusmodi preces hortationesq; Porsena secutus p̃terea pulchrum ratus hominem Hetrusci sanguinis Romæ regnum obtinere, se vltro rẽ promisit, fore pollicitus, vt si fieri non posset vt in regnum restitueretur, pro quo esset omnia facturus, daturus saltem operam, vt Romanos, si bona venia non queat vi ad res æqua æstimatione reddendas compelleret: quorum cum neutrum per legatos, ad id Romam missos, imperasset, decreto bellum Romanis intulit. Cõmunicauerant interim Romani in Ianiculo locũ: imminet is collis vrbi: etsi Tyberi ab ea disertus, eumq; præsidio obtinere placuit, apparebat primos hostium conatus ea parte irrupturos. Subijt terror ingens patres, ne Romana plebs belli metu perculsa. Tarquinios in vrbem acciperet: quod ne accideret, omnia illi blandimẽra per id tẽpus dedere, primũ oĩm annonę est cura habita. Alij in Volscos ad frumentum comparandum missi, alij Cumas, falsis quoq; vendendi

Indulgẽtia patrũ in plebẽ.

arbitrium cuiq; datum, quum ad id tempus publice cariusq; veniisset. Portorijs tributoq; plebs liberata. Hæc patrum indugẽtia per opportuna fuit ad multitudinem in officio continendam, vt in credibili conspiratiõe summi minimiq;, ea temporum

Coclitis facinus.

nouitate, pari studio libertatem defenderint. Et iã hostes aderant, deiectoq; ex Ianiculo p̃sidio, parũ abfuit quin improuiso accessu per subiicium pontem, qui tunc vnus erat Tyberi impositus, in vrbẽ euaserint. Horarius cui ex eo q; oculũ iam antea in bello amiserat, Cocliti erat cognomen, pote p̃sidio obtinebat, is hostem ex Ianiculo decurrẽtem, trepidamq; suorum turbam arma ordinesq; relinquentẽ intuitus primo proximum quemq; præhẽsare, & a fuga cõuertere conatus est, alta voce testatus, frustra eos i vrbẽ abire, quã relicto pote hostis haud dubie esset occupatur⁹. Vociferari hęc ille, minasq; precibus miscere. Verum vbi parũ se profecre sensit, rẽq; semel inclinatam fisti vrbis nõ posse vidit, prima parte potis insessa, irruentẽ hostẽ forti ter excepit: duo viri fortes cũ eo mã ferere Sp. Larti⁹ & T. Herminius. Ipse trucẽ oculi aciẽ circunferens, obiecto scuto Hetruscum hostem tã diu sustinuit, quoad põtẽ pene rescisso, periculi sociosintutũ abire iussit. Tũ fragor abrupti potis a tergo exauditus, alacritasq; perfecti operis irã hostibus accendit, obtinere ille nihilo secius locum semel insessum regũ q; seruitia Hetruscos vocare qui alienę p̃ati addicti, alterius Libertatem oppugnatum venissent. Ea demũ cõtumelia hostes adacti, plures vno tpe in Coclitẽ tela cõiciunt, vt vi loco deturbatũ in subiectũ flumẽ p̃cipitarẽt. Tũ ille fatistuta omnia a tergo sciẽs, oẽq; ab vrbe periculũ abesse, fluminis geniũ p̃catus vt se propitio excipet alueo, i. Tyberim cũ totis armis desiliuit. Et vt plus admirationis fama hęc q̃ fidei esset ad posteros habitura per densa hostium tela in vlteriorem ripã incolumis euasit, Dionysius vltra flumẽ iusta acie dimicatũ scribit:



bit: Valeriumq; consulem pluribus vulneribus affectum acie excessisse, ac tum demum rem Ro. aperte inclinasse, Hetruscũq; mixto agmine in vrbem irruptũrum fuisse, nisi Coclitis virtus ferocissimos hostium conatus pertinaci fregisset statu. Et hoc tum facinus est a Coclite editum. eum altero lumine adempto Cyclopem dixere quidam: mox delapsa loquendi consuetudine Coclem dici contigit, q̃q; Coclitem plures scripserint. Nec tantam ciuitas virtutem reliquit inhonoratam. Statuam illi, in

Romanorũ gratitudo in Coclitẽ.

foro posuit, tantumq; dedit agri possidendum quãtum die vno circunarare potuit. Accessit huic publicę gratitudini & priuata, quisq; sua se fraudans alimonia ex domesticis copijs aliquid ei, in summa inopia, contulit ad victum: ipse incessu debilitatus ob vulnera eo p̃lio accepta, etsi omnibus charissimus, omnis militaris ciuilisq; muneris vixit inde immunis. Porsena vbi primi conatus irriti fluxere, ad obsidendam vrbem conuersus, Ianiculum præsidijs firmat: mox circa Tyberim castra fecit: cuius alueum, nauibus vndiq; accitis, custodiri placuit: ne quid annonæ in vrbem furto posset noctu subueni, qua nauigiorum occasione Tuscus hostis vsus omnem citra flumen regionem crebris excursionibus adeo reddidit ciuitati infestam, vt omne pecus intra mœnia compulsum, fœtore & strage inedia morientium grauiorem redderet Romanis obsidionem: nec metu magis id accidere q̃ consilio, vt hostes licẽtiosius effusi quandoq; inijs capi entur: in quam vnam Valerius occasionem erectus, pastoribus edicit, vt exquilina porta quę maxime erat hostibus aduersa, pecus in pascua propellant, refciuerunt id continuo hostes transfugarum indicio, multiq; maioris spe prædę flumen trãsiuere, qui eruptione plurib⁹ locis ex vrbe vno tempore facta in medio fœde hostes cęsi haud teme re amplius trans Tyberim euagari sunt ausi. Obsidio erat tamen, multiq; ob inualescentẽ famem ad hostes quotidie transfugiebant, nec dubitabat Porsena, quin sedendo vrbem vel fame esset expugnaturus, sed in graui annona multi, vt dixi ex vrbe ad hostes transibant, apparebatq; haud dubiæ fi ciuitas non aliquo casu p̃senti obsidione leuata esset, fore, vt fame domita, breui vellet nollet ad dedi tionem compelleretur. Eratq; res Romana in hoc

Mutij Sceuolæ consilium.

statu, quum C. Mutius cui Cordo ab initio cognomen fuit: patricij generis adolescens, senatũ adijt, docuitq; esse sibi in animo, in hostium castra transire, rem si Deus presenti voto annuat, patriæ & ciuibus non inutilem ausuro, noluisse de ea re eos celare, ne aut eundo pro transfuga in vrbem retraheretur, aut si parum prospere id consilium fluxisset, ne deesset qui talis sui in patriam animi testimonium ad populum exiberent. Hec ille cunctisq; probantibus, bonisq; omnibus euntem prosequentibus, curia est dimissus. Ipse habitu tusco fermoneq; p̃ditus, quem puer a nutrice didicerat, ad hostes occulte transijt: ibi quum ad Regis tribunal venisset, vt militum vnus multitudini mixtus proxime constitit, regium scribam stipendium militibus numerantem ferro adortus, priusq; aliquis opem ferre potuerit, pro rege obtrũcat. Liuius Porsenam in eodem cõsulari fuisse scribit. Dionysius solum scribam sedentem a Mutio conspectum,

Mutij facinus.

qui ex splendore cultus percussorem rerum omniũ ignarum in errorem traxerit. Enimuero Mutius ne se proderet quis rex esset, rogare nõ est ausus. Cruento igitur mucrone per mediam turbam vadens fugam molitus est, multis tamen circunstantibus ad Porsenę cõspectũ captus merjendus magis q̃ me-

tuẽs perducitur, tũ rogat⁹ qs esset, & qua impulsus causa tantũ fuisset facinus adortus, Romanus sum inquit, mec; ciues Mutiũ vocãt, hostis hostẽ occidere volui, nec minus est animi ad mortẽ q̃ ad cædẽ fuit: facere & pati fortia Romanũ est, nec vnus in te Porsena hũc aim gessi, magnus est quidẽ nostre iuuentutis numer⁹, q̃ in tuũ caput mecũ cõiurarũt, eodẽ discrimine parati, aut te hostẽ patriæ eximere, aut vt ipse feci frustrati euentu, mortẽ occumbere, vnus post aliũ in te quoquo modo grassaturi aderunt, non acie tecum Romani dimicabunt, tua solius vita petitur proinde ad hoc te diiscrimen si iuuat accingas, hostem q̃ credas tibi vbiq; affuturum cum singulis tibi vni res erit. His ille minis conterritus, simulq; ira in fen fus ignem ad supplicium ad moueri iubet: ni continuo dicat, q̃ insidiarũ esset ambages ille. Tũ Murius, vt scias inquit rex q̃ vile sit ijs corpus, qui se patriæ deuouerunt, nihil in uitus hoc faciam, nam & manus, quæ ictu aberra

Mutij cõstantia.

uit, det pœnas necesse est. Hæc ille. Simulq; foculo ad sacrificium accẽso, dexteram iniecit, quam quũ, velut nihil ea ad se clades pertineret i moto ore concremaret, rei miraculo Porsena attonitus, sede sua exiluit, iuuenẽq; ab altaribus amoueri iussum patratore vultu alloquitur. Abi inquit hinc, in te magis hostilia, q̃ in me ausus, macte tua ista virtute, si miles nunc meus, non hostis esses. Cæterum sis licet ea ausus, quibus merito in te quilibet sęuiret, haud patiar tamen tãta indolem suo præmio fraudari, liberũ te inuiolatumq; abire permitto. Tum Mutius. Quando inquit Rex, tali in me clementia fuisti, est apud te, vt video, virtuti honos, iam beneficio a me feres: quod neq; minæ neq; cruciatus vlli exprimere potuissent. CCC. Romanæ iuuẽtutis principes coniurauimus, vt in te occulte grassaremur, ipse omnium primus sorte ductus affui, adeunt mox alij suo quisq; tẽpore, quoad fortuna te ad cędem opportunũ dederit. Hęc fere Liuius. Dionysius arte vsum ait Mutium aliquanto maiore, vt quasi mortem reformidans ad Tribunal regis destitutus, vltro fassus sit, Porsenę se occulta quędã si vitam polliceretur dicturum, quę magnopere ad eius salutẽ pertinerent, ac tum demũ dicere iussum, speciosomẽdacij gñe ita hostis aĩm verfasse, vt cõtinuo ille de bello cum Romanis soluendo cõsiliũ iniuerit. Videntur hæc quę Liuius & cæteri Romanarum rerũ scriptores de Mutio tradunt, haud multum ab ijs diuersa, quæ Agatharchides Samius de Agesilao Themistoclis fratre scripsit, qui Mardoniũ pro Xerxe in Persicis castris interfecit: melior tamẽ in Sceuola eutus quia pax secuta: de qua deliberante rege quũ quereretur interim ratio, qua Rex iã inde tu⁹ esse posset, alijq; alia partim inepta, partim vana in medium afferrent. Aruns Porsenæ fi-

Agesilai facinus.

lius, nõ expectato vt sententiã rogaret, aut vnam dixit ad saluti viã superesse, quã paucis esset demõstraturus, aut nullam monstrari posse aliam, si cõsessum ex hostibus Romanos sibi pater amicos faceret, qua voce velut oraculo quodam Porsena permotus, legatos continuo Romam misit, qui hæc a Romanis sunt postulare iussi: vt Tarquinium & filios reciperent, q̃q; nemini dubium erat, id nullo modo impetratum iri. Inde si id non daretur, vt bona illis redderent, postremo vt agro decederent olim Hetruscis circa flumen adempto, quod vnum vt bello se soluerent Romani a se impetrari permiserũt. Iussi sunt deinde obsides dare in ea q̃ promitterent priusq; p̃sidiũ ianiculo deduceret. Quidam autores sunt: Legatos cum Mutio Romam venisse, Alij eũ iam antea dimissum castris se

curos.

cutos. Inter omnes conuenit. Mutij virtutẽ a patribus honoratã, datũq; illi trans Tyberim agrũ, quæ Mutia sunt prata deinceps appellata: ipsi quoq; ob cladem dexteræ manus Sceuolæ est cognomen indictũ, nã quum ferrũ illi restitueretur, ꝑua accepisse manu dicit. Greci sceuũ sinistrũ vocãt. De obsidibus inde varia fama est, dubiũ Cloelia duce, an Valeria Publicolę filia deceptis custodibus Romanę virgines Tyberim trãsnauerint. Ferunt ab ijs impetrasse, quorum custodiæ credite erãt, vt liceret ire ad flumen se lotũ, rogasseq; vt tantisper ab intẽtione oculorũ abstinerent, dũ positis vestib⁹ se fluuiali aqua abluerẽt, ne nudę cõspicerent. Atq; ita Cloeliæ hortatu in vlteriorẽ ripam nãdo euasisse. Cui⁹ rei fides apud eos erit, qui hæc legerint. Nam quod ad rei magnitudinem attinet, vix crediderim, tantã vim fluminis puellarũ agmẽ supare potuisse. Illud si in talibus cõiectura vti fas est, a fide min⁹ abhorrebit, incidisse eas in fluuiatile aliquod nauigium, vicinę castris ripę alligatũ: nã his vulgo, vt dixim⁹ vsi sunt hostes, ea obsidione, ad excursiones in aduersam regionem faciẽdas, quã illæ occasionẽ adeptæ, ad suos occulte traiecerint. Emuero quoquo modo res acta est. Cloeliæ equestris statua publice posita est, quo argumẽto adducti quidam, equo eã fluuio trasuectam falso prodiderunt, nã si ita accidisset, vna seruata esset, non omnis obsidũ ceet⁹. Liuius Cloeliæ id datum credidit. Plinius & Plutarch⁹ Valerię P. Valerij, qui tũ cõsul erat, filiæ. Dionysius, qui rẽ vt cętera latius exequitur, ad Cloeliã & ipse inclinat, repetitaq; obsides scribit ab Hetruscis. sub noui belli denũciatione, nisi ab Romano consule in castra reducerentur. Atq; ita Valerius cõsulem, ad obsides reducẽdas in castra profectũ. Cuius aduentu explorato, latinorum equitũ alã a Mamilio, Tarquinij impulsu, missam, qui veniẽtẽ cõsulem & virgines anteq; venirent in castra, opprimerent, velut certa ex eo pignora habituras esset Tarquinius, eorũ quę a Romanis peterẽtur. Sed ali quãto prius Cõsul cũ virginibus affuit, q; ventur⁹ putaret. Eratq; iã veñtũ ad ipsas Hetruscorũ munitiões, quũ equites, q ad insidias mittebant, veniẽti b⁹ occurrũt. Tũ ibi quoq; vis a Latinis itẽrata, fuissentq; Valerius & comites violati, nisi Aruns Porsenæ filius cũ Hetruscorũ equitũ globo, presto afuisset, Id facinus adeo iniquo animo tulisse Porsena dicitur, vt cõfestim Tarquiniũ, cũ filijs, & genero auxilijsq; Latinis, excedere iusserit castris. Ipse Cloelię indolem miratus optionem virgini dedit, vt ex maribus quos obsides acceperat, certum sibi deligeret numerum, fore, vt quos illa sibi dari poposcisset cũ ea domũ remitteret: impuberes adolescentes petisse dicitur, & q ætas illa virginali pudori conueniẽs esset, & alienæ iniurię magis obnoxia. Donata ad hęc equo phaleris ornato, quod in causa esse potuit, vt equestris sit illi Romę statua cõstituta, in summa via sacra fuit virgo insidẽs equo. Porsena eiectis Tarquiniũs non pacẽ solũ, sed amicitiam quoq; cum Romanis initam, vt omni officij genere cõfirmaret, castra omni genere cõmeatuũ referta, Romanis habenda reliquit. Miror Liuium dubitare, quid esset, q bona Porsenæ hostiliter vẽdi dicerent, q̃ res a tã pacato digressu abhorrere videretur. Ego vetustæ illius liberalitatis monumentũ id fuisse crediderim, vt eo mõ, quo ea a q̃storib⁹ post regis dicessum vendita sunt, grata apud postros memoria talis sit auctio inter cætera vrbis solẽnia celebrata: tantum enim abest, vt Hetruscorũ ab vrbe discessus hostilis fuerit, q statua sit deinceps Porsenæ iuxta curiam publice constituta.

Mutia prata.

Sceuola vnde.

Cloeliæ equestris statua.

Tarquinij castris eij iuntur.

Cur bõa Porsenæ vendi dicerentur.

# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS SECVNDAE LIBER VIII.

HVnc excitum habuit bellum, quod Porsena Rex, libertate adhuc recenti, Romanis minacissime intulerat. Nullo vnq; tempore tot fortitudinis exempla vno bello extiterunt. Man sit libertas Ro. Po. incolumis priuata magis q̃ publica virtute, Eratq; tũ hic rerum Romanarum status, quum Darius bellum Scythis intulit: Hi quũ olim Cimeriam gentem bello persequerentur, Asiã ingressi, terram Medicam multis affecere cladibus, dubium, consilio an via aberrantes. Tenuerunt Cimmerij loca circa Meotim, lateq; olim eorum opes in his locis claruerunt, manifesto veteris potentatus argumento, q Cimmerius mons, & sinus qui Meotidis ostium continet ab ipsa gente nomẽ sit fortitum. Idem Scythę qui Cimmerios insectati in Mediam peruenere, bellicæ rei studio, octo & viginti annos domo abfuere. Interim diuturna virorũ absentia Scythicæ mulieres cum seruis congresse, numerosam ex his sobolem genuere, quę iuuentus vbi per ætatem adoleuit, Scythis longa expedi ditione reuersis, profundam fossam a Tauricis mõtibus ad paludem obiecerunt, veriti ne parentibus ob vulgatum adulterium interfectis, ipsi luminibus priuati, seruire cogerentur. Scythæ passim rẽ pecuariam exercentes, ne lac furarentur, vulgo seruitia luminibus priuabant. Periculi itaq; atrocitate admonita seruilis illa manus, dominos longa militia reuersos, fossã venientibus obiecta, fortiter excipiũt. Primo itaq; irrumpere sunt conati, sed quũ multa irrita ꝓlia fecissent, nec via ad seruile illd' agmen subigendum pateret aliqua, essentq; interim consiliorum inopes, vnus ex omni multitudine rem indignam fieri exclamat, nec mirum si bellando nil ipsi proficerent, se mortalium solos, quum ad plectendos seruos venissent, armis vsos, quum flagro res transigi potuisset, id vnum telum manci pijs formidolosum esse, cætera vt insueta aspernari, haud dubium esse, si fustibus & loro accincti in aciem processissent, fore, vt illi suæ paternęq; conditionis admoniti, confestim terga verterent, placuit multis iam laboribus exhaustis, id quoq; experiri, arcu & sagittis positis flagra, quibus equos agebant, in seruos ituri corripiunt, quæ minaciter vibrando in vallum decurrunt. res mira hic, facta dicitur, sed a natura nihil abhorrens, qui intrepidi contra ferri aciem stererant, lori & fustium aspectu territi, herilibus cesserunt minis, atq; per hunc maximi modum Scythę in patriã reuersi sunt. Miror Pompeium Trogum scribere, Scythas cum Aegyptijs, diu de vetustate certare ausos, vt nos ĩ primo Rapsodię huius libro scripsimus, cæterum si vera sunt, quæ de his Herod. prodidit, ipsius gentis confessiõe: sunt oĩm mortalia Scythę pene recẽtissimi, quũ a Targitao ex Ioue & Borysthenis filia orto, qui ipsam terram ad id tẽpus desertam, primus tenuisset, mille ad Darij accessum anni, nec amplius intercurrisse dicerent. Nec minus a fide abhorrẽt, q̃ de puella indigena, ab Hercule in Scythia cõpressa traduntur, vnde Agathyrsus, Gelonus, & Scythas orti sint. Herodotus eorum opinioni accedit, qui Scythas pecuarios, quũ a Massagetis bello vexarẽtur, transmisso Araxe in Cimmeriam venisse tradunt, etenim regio, quam postea Scythæ tenuerũt Cimmeriorum fuisse dicitur, qua illi domestica seditione afflicti, Scythis ingruentibus, terrę possessione cesserint. Cimmeriorum monumenta, preter illa quę statim in principio huius libri sunt a me memorata, Cimmerij muri, & portoria Cimmeria, diu in ea terra extitere. Scythicam gentem multis fuisse inter se nominibus, varioq; viuendi ritu discretam, alio est loco significatum, multitudo tanta, vt fama sit, Arartem eius terræ regem quum hominum quibus imperaret numerum scire voluisset, edicto præcepisse, vt singuli Scytharum indigenæ, singulas sagittarum cuspides, vnum in locũ conijcerent, essetq; capitale, si quis intra certum tempus non id fecisset, tantãq; æris vim ex ea re in vnũ coaceruatam, vt ahenum sexcentarũ amphorarum capax sit tali materia conflatum, idq; in Eximpeo inter Borysthenem & Lipanum flumina locatum, vnde fons in Hipanim defluit, amaritudine adeo insigni, vt confestim infusus, amnem reddat potui inhabilem. & Darius hanc belli in Scythas comparãdi causam pręse tulit. Artabanus Darij frater Scytharum inopiam abhorrens, multum diuq; regem monuisse dicitur, ne id hominum genus bello adoriretur, vnde nulla prædæ emolumenta essent expectanda, maiusq; periculum maneret eos, qui bellum inferant si res minus feliciter fluxisset q̃ victoriæ fructus, si prospere omnia euenirent. Prædicare hæc ille cæterum rex nihil eorum persuasus, bellum haud secius comparat, in quo instruendo Oebazus, cui tres filij erant, Darij familiaritate fretus, ab eo petijt, vt ex tribus liberis, vnum sibi domi relinqueret, cui Rex omen credo auersatus, fedato vultu, velut nihil ea re offensus, imo omnes inquit tibi Oebaze relinquam, simulq; in medium productos obtruncari iussit in conspectu patris. In de Susis profectus, ad Thracium Bosphorum numerosum traxit exercitum. Hic os pontici maris in angustias quatuor stadiorum contractum in pontidem Euxinum exonerat, anguste fluens cẽtũ & viginti stadiorum longitudine, proponti is ad quingenta patet stadia, longitudo eius pene triplo maior, tum demum mare iterum angustijs exceptũ in Aegeum transmittitur, hic quoq; septem stadiorum Euripus Europam ab Asia dirimit. Darius ex Bosphoro in Cianeas trãsmisit insulas, Euxini maris vastitatem contemplaturus, cuius longissima nauigatio est a Bosphoro ad Phasidis ostia nouem dierum, & octo noctium cursu. Conficit iusta velificatione nauis longiore die milia passuum septuaginta, nocte. X. minus. quę mensura tria milia habet & trecenta stadia, vt cẽ longissima pontici maris sit nauigatio, quę quadringẽta habet & duodecim milia passuum. Circuitus ponti, vt Polybio placet, duo & viginti stadiorum milia continet, Meotis palus, quę circuitu octo milium stadiorum patet, dextra lęuaq; fluminibus repletur, in pontũ q̃ per Cimmerium Bosphorum defluit. Polybius futurum credidit, vt assidua fluminum exaggeratione, Meotis palus & Euxinum mare, quod & põticum dicitur, aliquando vadosum fieret, quod in Meoti sua tempestate propemodum euenisset, quũ nullibi stagnantes aquę, plus quinq; vlnis, aut vbi plurimum septem vado distarent, ob idq; maiora nauigia paludem ipsam non ferre, sed vadorum incrementa minus in ponto sentiri. ob aquarum multitudinem, esse tamen vnius diei a terra arenarum tumulos, quos fluenta Istri materia in altum propulsa faciant, quatenus fluuialis aquę impetus

Cimmerij.

Scythaꝝ bellũ in seruos.

Seruí flagris subdendi.

Seruí Scytharũ flagris superantur.

Scytharũ vetustas.

Agatyrsus Gelonus.

Scythas. Cimmeriorũ mo numẽta.

Ahenũ ex cuspidibus factum.

Fõs amarus.

Oebazi filiorũ cędes.

Bosphori Thracij angustię Põti descriptio.

Meotidis exaggeratio.



procul littoribus durat indubitato exaggeratiõis, quam ille futuram dixit, argumento. Adijcit illud quod ad institutam demonstrationem pertinet, q̃ quanto Meotis ponto dulcior est, tanto põtus ipse nostro mari minus amarus. Fuit quod ad Bosphori nomen attinet, circa ponti ostium, in hora Asiæ locus, quem incolę bouem dixere, vbi primum Io Inachi filia constitisse traditur in fabulis. Omniũ igitur primus, quod sciam, has maris angustias Darius ponte iunxit, cum Mandrocles Samius posuit Ipse Ionibus Istrum cum classe sexcentarum nauium annauigare, pontemq; fluuio imponere, ac se ibi prestolari iussis, terrestre exercitum, in quo septingenta milia equitum peditumq; fuisse dicuntur, in Europã ponte trasmisit. Ionesinterim, Aeoles & Hellespontij, qui classem ducebant Cianeas preteruecti, ad Istri ostia nauigarunt, subuectiq; ad uersa fluuio, duorum dierum itinere, ad eum locũ, vbi primo amnis scinditur, incipitq; Ister appellari, nam super id diuortium Danubium accolæ vocant, vt fuerat eis imperatum, põtem statuerunt, nauibus arctissimo nexu inter se compactis, Rex & ipse tantisper aliquid terrarum emensus, ad Tearũ fluuium confederat, vbi triduo statiua habuit. Clarus mirabili ortu Tearus, fontibus duodequadraginta ex eadem petra manantibus, cęterum salubrib⁹ aquis clarior, quę scabiem variosq; curare credantur morbos. Fluit Tearus in Contadestum. Cõtadestus in Agrianem, Agrianes in Hebrum, Hebrus in mare, iuxta vrbem Anum. Erexit Cippum Darius ad Tearí fontes, quem ita inscripsit, Tearí amnis capita, optimam aquam, pulcherrimamq; continenti, ad ea peruenit exercitum ducens/aduersus Scythas, vir optimus atq; pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hystaspis filius, Persarum Cæteraręq; continentis Rex: mouit inde Darius castra ad Artiscum amnem, qui per Odrises fluit, vbi milites, eius edicto, singuli. vnum in locum lapides singulos cõgesserunt. Mansere in posterum ex eo facto acerui lapidum ingentes, quos militaris turba circa flumen statuit. Rex inde ad Istrum tendens Gethas Thracum fortissimos subegit. idem Thraces quum tonat, si vera Herodotus scribit, sagittas in cœlum excutiunt, superis minitantes. His imperio subactis, Persarum signa sunt ad Istrum fluuium admota, quo vbi centum, confestim ponte iamdudum ad id parato, copiæ in hosticum sunt transmissæ. Pontẽ Iones obtinere iussi, quod vt fieret, Coes Mityleneorũ prefectus Darium monuit siquidem Rex traductis copijs in animo habuit, soluto ponte naues dimittere. Statione igitur ad fluuium relicta, Scythicum est solum ingressus. Maritima Scytharum ora, ab Istro ad Borysthenem decem dierum patet itinere tantundem a Borysthene ad Meotim paludem, a mari ad Melanchlenos, qui maxime sunt mediterranei. XX. dierum est iter, vt ducenta in singulos dies supputentur stadia. Habuit itaq; Europea Scythia quaq; versum quatuor stadiorum milia, peculiari appellatione Scythæ dicti & Tauri, qui his circa Chersonnesum iungũtur, in ora sunt supra hos Agathyrsi, inde Neuri, mox Androphagi, postremiq; maxieq; mari auersi Melãchleni. Scythæ ad primos Persarũ motus, ingenti hostium apparatu territi, de administrãdi belli ratione inter se cõsilia cõferũt, octo Reges de summa rerum consultaturi vnũ in locũ cogere, hi vbi per nuncios facti sunt certiores, Bosphorũ primo, mox Istrũ a Persis superatũ, qui Istro finitimi erãt, eundũ obuiam censere, nec periculo cedendũ, nã prospicue patere, q̃ tẽderent hostiũ cõsilia, decretũ Persis esse

Danubi⁹

Ister.

Tear⁹ fluuius.

Artiscus fluuius.

Thracũ insania.

Europei Scythæ.

Cõsultatio Scytharum.

Põs Bosphoro impositꝰ

sis esse, suo imperio Scythiam, & omnem Europā adiūgere, posseq; id ex eo intelligi, cp Bosphoro superato omnes gentes quę inde ad Istrum iacent, armis subegissent, quum pacati alioqui potuissent per eas terras ducere. Sed nihil non sui iuris post se relinqui passi sunt, omnibus terris imperare volētes. Eruntq; nihilo meliore cōditione, siqui nos relinquendos existiment, nec enim nobis, magis cp cæteris Scythis imminent persica arma. Vniuersæ genti vult Darius frenum imponere, aut hic resistē dum est, fortiterq; pro libertate dimicandū aut quo cunq; recessu deprehensi, per partes pereundum. Nulli enim dubium est, pluriū gētium viribus in vnūm contractis, haud parum ad res gerendas momētum affuturum. Cōtra solutis & in partes abeūtibus seruiturē aut mortē imminere. Sunt quidem Scythę, velut in eadem naui, nec multū refert pueris ne an prora obruatur: vos vero decernite vtrū satius arbitremini, hic nobiscum resistere, an tam diu periculo abesse, donec incendium hoc, quo ardere cœpimus, omnia late corripiat. In ijs quæ vitari non possunt, fortiora consilia cautis sunt, & timidis præferenda. Turpe est vinci, sed fugere, vt tardi⁹ vincaris, multo turpius. Hæc Scythæ maris accolę qui nominatim bello petebantur. Geloni, Budini, & Sauromathæ, alacri animo auxilia polliceri. Cōtra Agathyrsus, Neurus, Androphagus, & cum his Tauroru & Melanchlenorum Reges, stulte se facturos fremere, si bellū quod sua iniuria alij in se concitassent, ipsi cum periculo exciperent. Maiores eorū qui auxilia implorarent, nihil lacessitos Medicā terram longo bello vexatā armis subegisse. Verū enimuero sua ipsos victoria vsos, neq; prędę, neq; celebritatis illius cęteros Scythas fecisse principes, dignum arbitrantes vt soli imperarent, qui bello rū onera sustinuissent recte quidem vbi labor, ibi premium: potiti itaq; sunt imperio, quod ipsi sibi quæsiere. Nunc quando Persas deus aliquis ad vltionē excitet: quid est, inqt, cur eos quos iperij & horum experles facere periculorum socios habere velint? aut qui ab inferendæ iniuriæ cōsilio abfuerunt nunc ne illata vindicetur, sua corpora obijciant? Potuisse eos debuisseq; auxilia impetrare, si Medi nulla prius iniuria lacessiti, Scythiā armis inuaderent, aut si nō vnū nominatim populum bello peterent. Verum quia neutrum fieret, irent, & q cōflandi belli autores fuissent, ipsi periculo suo cōflatum propulsarēt, nam quod ad se attineret, quietos se tam diu professi sunt, donec Medicis armis lacessiti essent, tutius fore affirmantes bellum iuste propulsare, cp vltro per injuriam inferre. Scythæ tot gentium societate destituti, quia acie congredi non audebant, multitudine bisariam diuisa cp longissime ab hoste recesserunt pabulis prius corruptis obstrusisq; passim puteis, vnde locorum incolę aquari erant soliti. Sauromathæ iussi sunt, si eo Persarum impetus inclinasset, secundum Mothim ad Tanaim flumen cōcedere, qui si eo vsq; secuti essent, cum cæteri e vestigio instarent, carpendoq; ac lacessendo omnia eunti redderent infesta. Inde Budini, & Geloni, per auersa loca insinuari, vnius diei itinere propius hostem accederent, cui sensim cedendo in eorum fines bellum traherent qui repudiata societate se periculo subtraxerant, vt vel inuiti Persarū accessu arma induere cogerētur, ipsiq; bello per hæc alibi incenso in suos fines deflecterent: nulla interim bene gerendæ rei occasione prętermissa. Scythę in hunc modum bellum partiti, currus, quibus filios & vxores extulerant, cum pecoribus iam antea procul ablegarant, dato pasto ribus mandato, vt semper ad Aquilonem tēderēt. Ipsi triū dierum itinere ab Istro Persis occurrunt, hic vnius diei spatio ab hostium castris metati, omnia circum germina corrumpunt. Persæ vbi Scythicum equitatum in conspectu habuerunt, confestim in eum impetum fecere. Cessit ille excōposito, Darianosq; sequendi cupidos, a rectiore via ad Tanaim detorquet. Tum cedendo instandoq; plures sunt dies consumpti, demum Tanai ab vtriq; superato, labitur is ex Ripheis montibus in Meotim, omnis Sauromatharum regio sine memorabili vllo prælio tumultuosius lustratur, in Budinorum inde agrum Scythæ hostem traxere, vbi aliquot Budinorum gentis oppida que vtiq; lignea erant, combusta sunt a Persis. Ex Budinica regione in solitudinem septem dierum est ventum, supra quam Tyssagetæ Scythę incolū: quatuor inde flumia in Meotim decurrūt, Lycus, Hoar⁹ Tanais, cuius mō mentio facta est, & Cyrges. Darius vbi in solitudinem est ventum cursum inhibuit, castraq; ad Hoarum metatus plures ibi dies statiua habuit, octo interim vrbes pari inter se spatio distantes condere adortus, imperfectas reliquit. Flexit inde ad occasum Medus. Scythę & ipsi per solitudinem circuecti in Melāchlenos primo, vt ab initio constituerant, mox in Androphagorum fines, ceu vi compulsi, hostem inducunt, duobusq; populis per hæc turbatis, in Neuridem abeūt, Neuri & ipsi consternati fugam faciunt, & iam ad Agathyrsos Scythæ de industria cursum intenderant, quum caduceato re prēmisso vetiti sunt ab Agathyrsis suos fines ingredi, futurum si porro ire tenderent, vt pro hostibus haberentur. Hæc simul nunciari iubent, simul & ipsi ad suos fines insedendos populariter occurrunt. Ferox illa denunciatio effecit, vt Melanchlæni, Androphagi, Neuri, & cęteri Scythæ Aquilonē versus, in solitudinem concesserint. Tum Darius sequendi tædio, equitem ad Idanthyrsum Regem Agathyrsorum misit: vt gentis illa ludificatione belli posthabita, eum ab acie dimicandum hortaretur, vt vel vno prælio decerni posset, cętum Persæ Scythęq; vtriq; alteris virtute præstarent, vel si bellica virtute cederet, quia confligere non auderet, dona sibi vt victori, & domino mitteret, seq; suo imperio subiiceret. Ad ea Agathyrsus respondit, Scythas neq; oppida, neq; certa prædia habere, pro quibus pugnare cogerentur, sepulchra se maiorum religiose tueri, pro quib⁹, ne violarētur, nullū essent certamen detrectaturi. Quod vero se victorem & dominum diceret, vt Darius sileret edixit, nullum testatus se prēter Iouem dominum habere. Fama legationis huius inter Scythas vulgata, cunctis seuirutem auersantibus, maiores solito iræ animis exarsere. Odio itaq; reges incensi, ad Persicum nomen extinguendum animum adiiciunt. Mittunt primo qui in colloquium cum Ionibus pontis custodibus venirēt, siqua eos inducere possent, vt soluta statione inde abirent, erantq; fere Scythæ equestribus prælijs superiores, commeatumq; per occasionem sępe hostibus adimebant, sed Persicum pe ditatum non sustinebant, Eratq; res vna Persis magno adiumento, cp Scythici equi, asinorum voce & aspectu territi, ab incursu auertebantur. Scythica tellus, neq; asinū ginit ob frigora, neq; mulū. Cœperant iam Darianæ copię rerum om̄inopiā sentire, successuq; remittente magis in dies, ac magis militum frangebantur animi: senserunt id hostes, multoq; ferocius instare, & vt terrorem hosti augerent caduceatorem ad Darium mittūt, qui illi Ranam, Murem, & Auem, cum quinq; sagittis dono attulit. Darius insueta munera miratus scisciatus est ab eo qui venerat, quid Scytharum reges sibi cum eiusmodi muneribus vellent. Mandatum sibi respondit tantum donū afferre, nec quicquā aliud fari, aut responsum expectare. Interpretabat Darius ea deditionis argumenta esse, Gobryes vnus ex ijs qui Magorum regnum sustulere, alio tendere sibi dona videri dixit, quam Rex & alij traherent. Videre nt ne tacita cauillatio ea potius esset, obscuraq; denunciatio, cp nisi Persæ vt mures subierint terram, aut vt volucres, per aerem deferantur, vel vt ranæ subter aquas stagna & flumina tranarint, fore vt paucissimis diebus, sagittis conficiātur. Turbauit callida Gobryis interprætatio regis animū, cæterum ceu in possessione victoriæ esset, spem & lætitiam simulare. Scythæ interim qui ad pōtem missi fuerant, eo monendo hortandoq; Ionas impulere vt vbi septuaginta dies prætērijssent, quibus in statione permanere iussi fuerant, confestim se inde abituros sint polliciti. Reges ipsi copijs in vnū cōtractis i Persarū cōspectū instructa acie stetere: Profiluit interim lepus in medium, quum Scythæ asse quendi studio clamorem extulissent, rogauit Darius quid hostium ille sibi tumultus vellet, verum vbi causam didicit, ad eos quos secretorum omnium participes facere consueuerat conuersus: Iam nos inquit, vt video contemptui hostibus sumus. Tum Gobryes gentis inopia Dario proposita, & cp iam Persæ Scythis vilescere cœpissent, identidē monebat, vt priusquā aut hostes ad Istrum tenderent, aut Iones dierum numero exacto pontem soluerent, accensis de more ignibus imbelliq; multitudine in speciem relicta, quam celerrime se cum robore copiarum ad fluuium reciperet. Secutus id consilium Darius, vbi primum nox affuit simulat se per noctem velle cum hoste confligere, mandat itaq; vt infirmior multitudo castris pridio sit, igni bus passim accensis, asinisq; vallo alligatis, qui ab euntium vt fit desiderio, clamore vocis & strepitu omnia cōplerent, cum cæteris copijs silentio nocte is, præfectus, Istrū versus iter intēdit. Vbi vero illuxit, qui in castris relicti fuerant, postquā se prodi tos senserunt, manus in hostes tendere, veniā precari. Scythæ Persarum fuga ex his cognita, per cōpendia viarum hostem secuti, quum vtriq; ab alteris aberrassent, multo prius Scythæ cp Dariani ad Istrum peruenere. Tum Ones iterum hortati, vt quum dierum numerus exactus esset, qui eis fuerat a rege constitutus, ne pergerent in statione esse, abirent inde potius ad suos incolumes, Dijs pariter & Scythis salutem debituri. Darium qui antea eorū Rex fuerat, ita a se affectum, vt in nullos hominū expeditionē facturus esset amplio⁹. Miltiades Athenięnsis qui in Thracia Chersonneso longe princeps erat, censebat soluēdum esse pontem, autorq; erat Ionibus sese in libertatem vindicandi. Contra Histiæus Milesius Darij indulgentia, eos qui aderant longe opibus & autoritate inter suos pollere affirmabat, eo autem sublato, futurū vt in ordinē redigerentur. Præsertim quum singulæ ciuitates, nullius postea principatum potentiāve laturæ essent amplius. Parum itaq; prudenter facere eos aiebat, qui Darium seruatum nollent, se in ea sententia esse: vt Scythis valere iussis, Darij reditum expectarent, stultum esse credere tantum exercitum ita funditus deleri potuisse, vt non aliquis saltem fuga ad fluuium delatus, Regis & aliorum interitum nūciasset, quin Scytharum eam arte esse, qui Persarum cladem mentiti, se inde quia aperta vi non possent, vano excuterent terrore. Probarunt cæteri duces Histiæi sententiā vnū Aristagoras Eleorę dux illius sententiæ adiecit, vt ad sagittæ iactum pontē ab Scythica ripa soluerent, ne si hostes vim parassent, telorum multitudine obrupti, pontem amitterent, placuitq; hæc quoq; sententia. Tum Histiæus verba facere iussus, pontē Ones rescissuros dixit, & iam sese operi accingere, ipsi interim darēt operam, vt Persarum nullus per occasionem euaderet, ad vnumq; si fieri posset, obtruncarent. Hæc Histiæus, ponsq; vna cœptus est rescindi, quod intuiti Scythæ Ionibus laudatis continuo inde abierunt. Fefellitq; res vna Scythas, cp Darius p observata retro vestigia ad Istrum contendebat, quū lōge aliter hostes euenturum arbitrarent futurum rati quia pabula passim corrupta essent, vt Darius auersa parte regionis, quæ intacta adhuc esset, fluuium repereret, quo contigit, vt Dariani sine alia maiore offensa, noctu ad naues venerint: ibi Rex quum prēter spem pontem solutum offendisset, prorsus animo concidit, veritus ne Ones se relicto procul abijssent. Erat tum forte apud Darīū Aegyptius quidam, omnium qui ea tempestate fuerunt vocalissimus, hunc rex supra ripam fluminis stantem, Histiæum Milesium vocare imperat, ad quam vocem ille & alij excīti, Darium cum exercitu adesse coniectantes, illico naues ad trajicien das copias admouerunt, pontesq; iterum refecto sine maiore tumultu exercitus in pacatum abijt.

Errores Scytharū & Medorum.

Dissensio inter Scythas

Scytharū consilia i administrando bello.

Syscytharū ars.

Darij cōsilium retro abeundi.

Darius noctu Istrū versus abire cōtendit.

Milciades Athenięnsis.

Histiæus Milesius

Scytharū respōsū.

Sepulchra Scytharum.

Dōa Scytharū Dario missa

Darius Istripon tē supar.

Megabyzus.

Chalcedonij cæci.

Grynius

†Bauronæ.

Minyæ ex Lēno ejiciunt.

Minyas Lacedæmonij ac cipiunt.



Tum Darius ingentis animi & cp iam Persæ Scythis vilescere cœpissent, identidē monebat, vt priusquā aut hostes ad Istrum tenderent, aut Ones dierum numero exacto pontem soluerent, accensis de more ignibus imbelliq; multitudine in speciem relicta, quam celerrime se cum robore copiarum ad fluuium reciperet. Secutus id consilium Darius, vbi primum nox affuit simulat se per noctem velle cum hoste confligere, mandat itaq; vt infirmior multitudo castris pridio sit, igni bus passim accensis, asinisq; vallo alligatis, qui ab euntium vt fit desiderio, clamore vocis & strepitu omnia cōplerent, cum cæteris copijs silentio nocte is, præfectus, Istrū versus iter intēdit. Vbi vero illuxit, qui in castris relicti fuerant, postquā se prodi tos senserunt, manus in hostes tendere, veniā precari. Scythæ Persarum fuga ex his cognita, per cōpendia viarum hostem secuti, quum vtriq; ab alteris aberrassent, multo prius Scythæ cp Dariani ad Istrum peruenere. Tum Ones iterum hortati, vt quum dierum numerus exactus esset, qui eis fuerat a rege constitutus, ne pergerent in statione esse, abirent inde potius ad suos incolumes, Dijs pariter & Scythis salutem debituri. Darium qui antea eorū Rex fuerat, ita a se affectum, vt in nullos hominū expeditionē facturus esset amplio⁹. Miltiades Athenięnsis qui in Thracia Chersonneso longe princeps erat, censebat soluēdum esse pontem, autorq; erat Ionibus sese in libertatem vindicandi. Contra Histiæus Milesius Darij indulgentia, eos qui aderant longe opibus & autoritate inter suos pollere affirmabat, eo autem sublato, futurū vt in ordinē redigerentur. Præsertim quum singulæ ciuitates, nullius postea principatum potentiāve laturæ essent amplius. Parum itaq; prudenter facere eos aiebat, qui Darium seruatum nollent, se in ea sententia esse: vt Scythis valere iussis, Darij reditum expectarent, stultum esse credere tantum exercitum ita funditus deleri potuisse, vt non aliquis saltem fuga ad fluuium delatus, Regis & aliorum interitum nūciasset, quin Scytharum eam arte esse, qui Persarum cladem mentiti, se inde quia aperta vi non possent, vano excuterent terrore. Probarunt cæteri duces Histiæi sententiā vnū Aristagoras Eleorę dux illius sententiæ adiecit, vt ad sagittæ iactum pontē ab Scythica ripa soluerent, ne si hostes vim parassent, telorum multitudine obrupti, pontem amitterent, placuitq; hæc quoq; sententia. Tum Histiæus verba facere iussus, pontē Ones rescissuros dixit, & iam sese operi accingere, ipsi interim darēt operam, vt Persarum nullus per occasionem euaderet, ad vnumq; si fieri posset, obtruncarent. Hæc Histiæus, ponsq; vna cœptus est rescindi, quod intuiti Scythæ Ionibus laudatis continuo inde abierunt. Fefellitq; res vna Scythas, cp Darius p observata retro vestigia ad Istrum contendebat, quū lōge aliter hostes euenturum arbitrarent futurum rati quia pabula passim corrupta essent, vt Darius auersa parte regionis, quæ intacta adhuc esset, fluuium repereret, quo contigit, vt Dariani sine alia maiore offensa, noctu ad naues venerint: ibi Rex quum prēter spem pontem solutum offendisset, prorsus animo concidit, veritus ne Ones se relicto procul abijssent. Erat tum forte apud Darīū Aegyptius quidam, omnium qui ea tempestate fuerunt vocalissimus, hunc rex supra ripam fluminis stantem, Histiæum Milesium vocare imperat, ad quam vocem ille & alij excīti, Darium cum exercitu adesse coniectantes, illico naues ad trajicien das copias admouerunt, pontesq; iterum refecto sine maiore tumultu exercitus in pacatum abijt.

morte iudicati. Sed moris fuit apud Spartanos noctu soutes supplicio afficere. Tempus ad id idoneū expectabat. Interim sub primas tenebras, eos vxores, per gratiam, qua plurimū poterant, erant em̄ fere principū ciuitatis filiæ, quæ illis nupserant, carcerem ingressæ, mutatis vestibus viros e custodia pro mulieribus emiserunt. Ea manus, quū ad Taigetum iterū consedisset, essentq; ob eam rem Spartani nihilo illis placatiores, Theras Euristhenis filijs iam adultis, quum regni consuetudine captus, nullius esset imperiū laturus, a Lacedæmonijs impetrauit: vt Minyas in Coloniam abducere liceret, eos tribus inde auectos triremibus, in sex partes diuisit, in oppidaq; a se cōdita, velut in Colonias distribuit: vrbes quas ad hoc ipsum statuit, fuere Lepreū, Maciſtū, Thryce, Pyrgus, Epiū & Nudiū. Ipse cum cætera multitudine in insulam nauigauit, quam a suo nomine Thereā nominauit, ea olim Calista nuncupata est, tenebant tunc eam Phœnices, ab ijs oriundi, qui cū Cadmo ad Europā inquirendam, aliquot ante ætates missi fuerant. Vnā igitur duæ gentes insulā deinceps tenuerunt. Cæterū quod ad Cyrenarū vetustatē attinet, Græci qui oraculi monitu in Libyen nauigarunt, cū domestica discordia, tum externis armis, multū diuq; iactati. Nā qui sub altero Batto in eam terrā profecti sunt. (Cuius primi Batti nepos & Arcesilai filius, alij tertiū hunc Battū dixere) quū Pœnos locorū accolas (neq; em̄ Cyrenaicus ager præsenti multitudini sufficturus videbatur) veteri possessione expellerent, eorū plerisq; se Aprij Aegyptiorū regi dediderunt, in quorū gratiā exercitū ille in Cyrenæos cōparauit pugnatū est vtrinq; atrox prœliū ad Irasa locū, de etatē fere sunt Apricanæ copiæ, quam ob cladem Aegyptij, vt alio est loco memoratū, ab Aprie defecerunt. Huius Battī filius fuit Arcesilaus iunior, qui fratribus seditione pulsis, solus regnū tenuit. Illi extorres oppidū in parte Aphricæ condiderunt. Barce nomē vrbi fuit. Concitabatq; interim Pœnos, vt a Cyrenæis deficerent. Arcesilaus defectionis autoribus bellum intulit, eosq; ad orientales Pœnos fugientes, ad Leuconē vsq; est persecutus: Hic prelio victus septem hoīm milia amisit, ac post eā cladem, quum in morbū incidisset, a Leargo fratre medio languore necatus est. Necem viri Erixo vlta est, quæ haud multo post Learchū interfecit. Successit itaq; regno Battus pedibus claudicans, quo rege Cyrenæi Delphos scisciatum miserunt, quid facto opus esset, vt domestica discordia defungerentur: iussi ex Mantinea oppido Demonactē virum suos popularium optimū, domesticarū rerū arbitrum & moderatorē accersere, qui ad hoc ipsum quum in Aphricam nauigasset, Cyrenaicū agrū in treis diuisit partes, mox vero Arcesilaus, eo Batto natus qui æger fuit pedibus, vbi regnum est adeptus, negauit se pro ratis habiturum, q̄ Demonax Mantineus Cyrenis statuisset, seditioneq; denuo orta, Arcesilaus regno pulsus, in Samū ausugit. Mater eius Ferotima in Cyprum delata, ad Euelthonē Salaminiū regē se contulit, quē quum mulier assiduis fatigaret precibus, vt se & filium in regnum restitueret, impetraretq; omnia, p̄ter exercitū, ad bellum opportuna, arma, frumētū, vestes, aurum: illaq; vt is quoq; daretur, minus verecūdæ q̄ fœminā deceat efflagitarer. Euelthon fusum aureū ac colū aureo penso inuolutam ei dono misit. Hic quoq; Ferotima, quum exercitus mentionē intulisset, tū ille eiusmodi rebus melius q̄ exercitu diuxit fœminas donari. Nec ita multo post Arcesilaus Samiorū auxilijs frætus, regnū recuperauit: ibi cū cæteros ciues tum sui exilij autores atrociter insectatus, in Aglomati turre clausos, quo illi se tenebant, circuniecta vndiq; materia concremauit. Subijt inde oraculi memoria, quo vetitus erat ne si quādo fornacē amphorarū plenā inuenisset, eā incenderet, qd̄ si fieri cōtigisset, caueret ne circumfluū ingrederet: veritus itaq; ne si Cyrenis esse perseueraret, a ciuibus obtruncaretur, ad Alizirim Barceo rū regem socerū suū se contulit. Eum Barcei quidā Cyrenæis exulibus mixti in foro adorti cum Alyziri socero obtruncarunt. Ferotima q̄ vicariā filij administrationē Cyrenis habebat, audita eius cæde in Aegyptū ausugit, ad Ariandē ipsi terræ a Cā byse primo, mox a Dario præfectū. Fuit is post Darij iussu interfectus, tum vero quū Ferotima in Aegyptū extorris venit, gratia & autoritate florebat. Is igitur per id tempus quo Darius in Scythas bellauit, Ferotimæ precibus fatigatus, terrestres nauales q̄ copias, aduersus Cyrenæos & Barceos instruxit, missō prius Barcen caduceatore quæsitum, qs Arcesilai percussor fuisset, cui quum superbę respōsum esset, Barcæos communi consilio Arcesilaum interfeciſſe, eam belli causam Ariādes adeptus, cū Ferotima exercitum in Aphricam misit. Hic gerendæ rei prætextus fuit. Cæterum exercitus, vt Herodotus suspicari videtur, ad Pœnos persici imperij contemptores, bello subigendos mittebatur (quæ Lybicæ gentes, & qui earum mores, rituſq; essent, alibi abunde est significatum) illud præter multorum opinionem Herodotus in rebus Libycis scribit, Pœnos Aphrycæ esse indigenas, quum a Phœnicibus, qui aduenæ haud dubiæ fuerunt, id nomē deductum plerisq; veterum tradant. Qui ab Ariande missi fuerant, vbi Barcen venere, in vrbem ire iubent, qui Acersilai interfectores ad supplicium deposcerent, his ne ad colloquiū quidē admissis, oppidum obsidione cingunt. Fuit expugnatio illa longior, q̄ Persæ ab initio putarant, nec magis lōga fuit q̄ laborioſa. Multi varijq; obsidentium conatus, ijdemq; omnes irriti. Iam & cuniculo mœnibus insinuati, in vrbem Persæ euasissent, nisi ferrarij fabri opera huic quoq; Persarū conatui itum esset a Barcæis obuiam. Fertur subterraneum opus ita ab eo deprehensum, circumtulit æreum scutum intra muros, identidē pauimento vrbis admouēs, nec sonitus quicquā interim edebatur, vbi vero ad telluris ventū est inanitatē, tum scutum super ictū insonuit, ita Barcæi ediuerso fodientes Persas operi intentos facile oppressere. Tenuit nouē menses & amplius obsidio. Interea Amasis terrestriū copiarū præfectus, vbi se parū aperta vi, p̄ficere vidit: dolo Barcæos adort⁹, latā fossam nocturnoq; opere depressit, ligniſq; fragilibus superstratis humū ingessit, reddiditq; solo cætero æquabilē: inde vbi primū illuxit, Barcæos ad colloquiū vocauit, nec illi grauate, quæ postularent, audiuere, quippe qui honestā aliqua conditione, arcta se obsidione leuari malebant, q̄ in horam periclitari. Tum ibi Amasis quasi morā pertæsus, in certas pacis leges descēdit, quæ vt inuiolabiles viderent fœdus excompositō supra fossam sanciri iussit, carmine in hanc sententiam cōpositō: vt q̄diu tellus illa qua ictū esset fœdus sterisset, neutri alteris vim inferrent, Barcæi nihil fraudis inesse suspicati, Persis portas aperuere, qui tantisper cōmorati, dū fossæ superficies diffideretur, mox quasi fœdere soluti, in vrbem hostili ter irrumpunt, qui conscij cædis Arcesilai fuerant, Ferotimæ iussu, circa murorū ambitū, fudibus affixi crudeliter periere. Abscidit & eorū mulieribus mamillas, absciſſasq; in publico affixit. Cæteri Barcæi, p̄ter

Mulierū facinus.

Thereā q̄ primo tenuerit. Battus se fundus.

Barces cōditio.

Demonax oraculo arbiter constitutus.

Ferotima quo aureo & pēso donatur.

Attende oraculū.

Ariādes Aegypti præfect⁹

Barceos clades.

Amasis præfecti dolus.



cæi, præter Battiadas, quibus vrbs permissa est, hostibus prædæ fuerunt. Tentarunt Persæ duces Cyrenas opprimere, audisseruntq; fortassis Cyrenei improuiso bello territi, nihilo minorē q̄ Barcæi eladem, nisi primæ oppugnationi Ariandis edictum superuenisset, exercitū in Aegyptū reuocantis. Soluta itaq; repente obsidione, multi a pœnis latrocinio excepti perierunt, Pherotima nec ipsa felicitervita excessit, vt em̄ inexpectatę existunt inuidio sæq; deorū vltiones, viuens vermibus cōputruit. Hicq; tū rerū status erat alibi gentiū, quū nō multo prius posteriusve q̄ hæc, q̄ diximus: in Scythia Aphricaq; gesta sunt, Porsena Ro. bello omisso, ne nō aliqd egisse videret, filiū Aruntē cū dimidio copiarū Aricīā oppugnatū misit. Perculit res subita Aricinos. Accersitis inde Antio ac Tusculo prius, mox & Cumis auxilijs, fociorū viribus auctī Aricini altero obsidionis anno acie decertare sunt ausi. Nequiuerunt Latini primā Hetruscorū oppressionē ferre, solutisq; ordinibus hostē violēter inuectū Cumanæ cohortes ferociter exceperūr, exceptūq; cū clamore & strepitu circunsistunt, ad quem successum cæteri in pugnam redeuntes Hetruscum vndiq; circūuētū, in medio pugnare cogūt. Cadēte de inde Arunte regis filio Tusci fugā circunspectare incipiūt, secutā inde cædes ingens, multi in prelio cæsi, plures media strage dilapsi, Romā fuga delati sunt, vbi hospitaliter accepti, benigneq; curati domum Romanæ hospitalitatis nuncij abierunt, quidam etiam Romæ hospitum caritate subsederunt, quibus locus in vrbe ad habitandū datus est. Tuscus vicus ab re ipsa postea est nuncupatus. Nec multo post q̄ hæc circa Aricīā sunt gesta, P. Valerio & Sp. Lucretio Romæ consulibus, legati, vt Liuius scribit, a Porsena ad patres venerunt, petentes vt Tarquinij in vrbē reciperent, missiq; ob eā rē garent, ne pergeret a Po. Ro. q̄ nihil alioqui ei⁹ dene gatū vellet, ea petere, q̄ incolumi libertate prestari nō possent: iā semel in aīm Romanos induxisse in libertate nō in regno esse, hospitibus potius q̄ tyrannis vrbē patefacere. Patere⁹, pinde eius rei memoriam obliterari, ne in noua amicitia mutuaq; liberalitate, ea vna de causa solicitarent animi. Nam qd̄ ad Ro. Po. attineret, decretū semel esse, idq; omniū animis fixum manere: vt is dies, qui finem in ea vrbe libertati faceret, idē ciuibus tectisq; nouissimus futurus esset. Orare proinde vt si Romam saluā esse veller, liberā esse pateret. Sic illi Rex tum demum verecundia victus benigne respondit. Se nihil iam inde eadē petēdo Romanorū animos solicitaturum, quando constitutum haberent, reges non recipere, nec Tarquinios vana spe quæ nulla in se esset diutius frustraturum. Alium sibi, siue bello, siue quieti locum quærerent Tarquinij, nec pacem suā cū Po. Ro, quæ magis in dies coalesceret, impedirent, hisq; amicis dictis amiciora facta adiecit, Veientano agro obsidibusq; Po. Ro. restitutis actum demum Tarquinius senex ad Mamiliū generum suum Tusculum abijt. Ira Liuius. Cæterum Dionysius ob insidias, quas Valerio consuli & viginibus instruxerat, quū circa vrbē Porsena adhuc esset, cum filijs & Mamilio genero castris Tarquinium abire iussum prodidit, quod eo videtur vero propius: q̄ Tusculani quorum inibi longe princeps Mamilius erat, enixe Aricinos aduersus Hetruscos iuuerunt. Quinto deinceps assertæ libertatis anno: M. Valerio & P. Posthumio consulibus prospere in Sabinos ad Anienem pugnatum est. Sustulerant hi animū ad recentē Romanorū contumeliam, q̄ Hetruscis opibus oppugnati, vt se obsidione soluerent, obsides dare coacti essent. Victanoq; agro cessissent: suarū itaq; gladium obliti, Romanum agrum latrocinijs Sabini infestare. Verum tm̄ abfuit, vt res solenni more repetitas reddiderint, vt maiore etiam audacia, ad Anienem amnem progressi, aperte Romanum agrum vastare adorti sint. Valerius Romanis equitibus in prædatores missis, hostes cum multa cæde vltra flumen repulit. Securus inde alter consul cum robore copiarum. Erant vtrorumq; castra fluuio dirempta, q̄ tum modicis fluebat aquis, vt solet æstiuis mensibus, quo accidit, vt aluei tenuitate contempta, plerāq; tumultuaria prelia sint in ipso fluuio, inter equites commissa, cadebantq; vtrinq; non pauci. Postremo Valerius amne superato, cum hoste continuo conflixit, degrauabaturq; Sabinorum multitudine sinistrum Romanorū cornu, quū Posthumius, quia cum cetero exercitu, non tam cito laborantibus adesse potuit, dum grauis armaturaya-do trajicitur, Sp. Lucretiū qui priore anno consul fuerat, cum equitibus dextrum Sabinorum cornu circunsistere iubet, quibus ex aduerso illatis, Sabinorum acies confestim inclinauit. Multi in acie periere, sed multo plures in fuga obtruncati essent, nisi nox quæ opportune fugientibus superuenit, dissipatos texisset. Consules, hostium castris potiti, ambo de Sabinis triumpharunt. Dionysius autor est locum in Palatio ad inhabitandum Valerio datum, domūq; publico sumptu erectam, cuius fores solæ omniū Romæ in exteriorē partē aperirentur. Repararunt aliquanto accuratius bellū in sequentem annum Sabini virorū paucitate rati, ducisq; defectu, parū, prospere superiore anno ad Anienem pugnatum. Et vt Ro. omnia terribiliora essent, Sex tum Tarquinij filium sibi ducē legunt, cuius muneribus ciuitatū principes corrupti, suis popularibus autores fuerunt, belli accuratius reparandi. In hoc Sabinorū res erant motu, quum ex Regilo eorum vrbe Ap. siue T. Diony. scribit, Clausi⁹ (Claudio ei postea cognomē fuit) cum magna cliētum manu se Romam contulit. viri qui arma ferre porerant ad quinq; milia eum secuti, multum is diuq; obstiterat in publico Sabinorum concilio, ne in Ro. amplius bellaretur, quo cerramine Sabini nominis principes accensi, proditionis Clausium accersendum censuerunt, eoq; periculo cōmotus homo ingenti spiritu, magnaq; inter suos autoritate, cedere patria maluit, quā sui capitis iudicium ijs, quibus cū ex equo vixerat, subijcere. Fuit perinde Claudij accessus omnibus Romæ gratus. Ciuitas omnibus qui cum eo venerant, & ager trans Anienem datus. Ipse in patriciatus adductus, breui in principū dignationē venit. Nec Sabini bellū diutius distulere, estq; adeo festinatum, vt priusq; consules vrbe copias eduxerint, tumultuose circa Fidenas consederint. Sex. Tarqui. penes quē erat totius rei summa cum robore copiarū castra in aperto locat, quod reliquū virūm fuit sub tecto Fidenis agere, vt sedē ipsam & arcem belli presidio obtineret. Nec ita multo post P. Valer. & T. Lucret, qui tū cōsules erant, vrbe demū profecti, haud procul hostium castris diuersi consedere. Sextus diffusus Sabinorū viribus, qui toties victi a Ro. essent, ga in apertam dimicationem descendere non audebat, arte Romanū capere est adortus, Valerij castra quæ proximiore erant loco, noctu inuadere constituit, quid Sex & iā salas machinasq; trangressorias occulte ad id parauerat, miseratq; ad eos, qui Fidenis erant, vt in ea oēm occasionē extra vrbem parati starent, vt si ex re-

Ferotima vermibus viuens cōputruit.

Bellum Aricinū.

Aruntis interit⁹.

Tuscus vicus.

Verba legatorum Rom. ad Porsenā.

Marcus Valerius Pu. Posthumius Cōsules.

Fores vestibularianæ.

Ap. Claudius Romanus Romam venit

T. Lucretius & P. Valerius cōsules.

Sabini circa Anienē vincuntur.

r ij Lucretianis

Lucretianis caſtris milites ad opem ſuis ferendam egrederentur, inſidijs exciperent. Attuliſſet improuiſa res aliquam omnino Ro. trepidationem, ſed vbi ex tranſiuga, quid ab hoſte pararetur Valerius didicit, & pabulatores in agris excepti faterentur vim ſcalarum ingentem apud ſuos parari, Conſul Centurionibus edicit, vt noctu inſtructi, patatiq; ſtarent, hoſtemq; vallum temere tranſgreſſum ferro exciperent: Monet & collegam, vt ipſe quoq; in armis ſit, ac vbi clamor ex ſuis caſtris per noctem eſſet redditus, loca inſideret, quæ Fidenas ducunt, hoſtemq; in inſidias lapſum cæderet. Sextus vbi gerendæ rei tempus adeſſe credidit, ſilentio noctis ad Valerij caſtra ducit. Hic quum nullæ ex compoſito ſtationes eſſent circa vallum, repleta cõfeſtim foſſa, haud vno loco Sabini in Romana caſtra euadunt, opprimunt primos Rom. ſine maiore vllo tumultu, ac quandiu res tegi potuit, ſilentio exceptos obtruncant. Clamore deinde ſublato perculſos, varieq; turbatos, paſſim inuadunt. Sabini abiectis armis per æqua & iniqua ruunt, inſtat Romanus victor, omniaq; ſtrage complet: Lucretius & ipſe audito clamore fugientibus equitem obiecit, tredecim Sabinorum milia & quingenti ea nocte cæſi traduntur, quatuor milia & C C. capti. Caſtris hoſtium conſules potiti ſunt, Fidenæ & ipſæ non multo poſt cum præſidio receptæ, Fidenatiũ, qui defectionis autores fuerant, virgis cæſi, ſecuriq; percuſſi ſunt, cæteris venia data, pars tantũ agri his adempta, inter eos diuidenda, qui ad præſidiũ vrbis relinquerentur. Conſules Rom. reuerſi de Sabinis triumpharunt. Liuius fœdatum Sabinum agrum populatione ſcribit, Sabinoſq; prælio victos, locum (quod miror) tempus, conſilium, euentum ſupprimit. Sequenti anno P. Valerius Roma. ciuitatis longe princeps, tam paup deceſſit, vt quũ funeri ſumptus deeſſet, publica ſit pecunia elatus. Luxere eum matronæ, vt Brutum, auro & purpura per annum abſtinentes. Sabini hoc quoq; anno in Romãagrum inſeſto agmine irruperunt, ac quo minus eorum acceſſus expectabatur, ob ſuperioris anni cladem ad Fidenas acceptam, eo maiore attulit trepidationẽ, quod muros vſq; vrbis cũ multa agreſtium & vrbanorum cæde eſt hoſtis inuectꝰ. Erant eo anno conſules, Agrippa Menenius & P. Poſthumius, quorum is eam contumeliam haud ferendam ratus, cum incompta multitudine ad arcendam populationem egreſſus, Sabinos excõpoſito cedentes parum caute ſecutus, in inſidias, in cidit. Magna ibi Rom. cædes edita, qui ex ea trepidatione in colem euaſere, ab hoſte ſunt per noctẽ obſidione tentati, Acceptæ cladis nuncius triſtitiã & ſolicitudinem attulit ciuitati, Tota nocte in vrbe vigilatum. Vbi vero dies illuxit, alter conſul cũ robore copiarum ad ſuos obſidione leuãdos propere occurrit. Sabini explorato conſulis acceſſu ſubductis ſtationibus ouantes ob rem bene geſtam, multamq; præ ſe prædam agentes, in pacatũ conceſſere. Proſpera vna expeditione elati Sabini, legatos Romam mittunt, qui de Tarquinijs in vrbem recipiendis primo agerent, iuberent deinde Romanos principatu, quem ſibi impudenter arrogaſſent, faceſſere. Accendit parrum animos ſupra dolorem acceptæ cladis tam inſolens Sabinorum legatio. Reſponſum eſt, irent legati, hæcq; domũ referrent, niſi rei geſtæ pœnitentia Sabini poſitis continuo armis Rom. populo ſatisfacerent, breui futurum, vt non de agrorum vaſtatione, ſed de retinendis vrbibus propriaq; ſalute anxij ſolicitiq; eſſent. Vtrorumq; animis per hæc ad bellum acẽſis, ad Heretrum Sabinorum vicum, Romani conſules conſedere, ibi & Sabini eodem pene tempore vallum iaciunt, præſtabantq; aliquanto multitudine, quæ res nihil Rom. a pugna deterruit, quin oſtento confirmatus primus in aciem proceſſit. Ferunt militares haſtas ad altam noctem pertinaciter ardere viſas, nec quum omnia conſumat flamma, ex his tum quicquam eſſe detritum. Fuit ea res miraculo ſpectantibus, ac vulgo in prodigium verſa, ac velut deorum aliquo victoriam pollicente, conſules ſignum pugnæ propoſuerunt. Sabini quũ recenti ſucceſſu elati, tum virorum fræti multitudine, & ipſi in æquum deſcendunt. Poſthumiꝰ qui ſiniſtrum cornu procurabat, ad abolendam infamiam cladis, illis ipſis diebus ſua temeritate acceptæ, multa vi connixus, dextrum Sabinorum cornu perpulit, quod vbi ij qui cum Menenio in altera parte erant, ſenſerunt, multum maiore ferocia inuecti, ipſi quoq; hoſtium fugam fecere. Tum eques mediam aciem lateribus nudatam inuadere iuſſus, abſq; vllo maiore negocio, in dubitatam fecit victoriam. Victor miles hoſtem ſecutus, priuſq; a præſenti pauore animum reciperet, caſtris exuit, locorum peritia & nox quæ iam inſtabat, Sabinis adiumento fuit, quo minus paſſim cæderẽtur: Cõſules poſtridie lectis hoſtium ſpolijs, Romãſunt reuerſi. Patres Menenio triumphum decreuere, & vt Poſthumius ouans in vrbẽ ingrederetur. Fuit ouatio minor quidam triumphus, ac tum primum, vt Macer Licinius ſcripſit, a patribus repertus, eoq; a legitimo diſtabat triumpho, q; dux ipſe non curru ſed pedibus, vt Diony. ait, vt alij equo vrbem inuehebatur. Nec picta, aureiue claui veſte aut trabea, ſed peculiari conſulum, ducumq; inſignibus inſtruebatur. Corona & ſceptrum omnino diuerſum, cætera quæ & legitime triumphanti, omnia adeſſe. Prior lapſus in excurſu magnus & pudendus, in cauſa fuit vt Poſthumio, quãq; præ cæteris ad Heretum ſtrenue pugnaſſet, ouatio ſit decreta, non triumphus vt collegæ. Hæcq; in Sabinos Menenio, & Poſthumio conſulibus geſta ſunt. Liuius quod merito aliquis miretur, id totum ſilentio prætermiſit, qui autor eſt, hoc anno Pometiam & Coram latinas colonias, ad Auruncos defeciſſe, belluq; ob hoc ipſum cũ ea gente initum, fuſoq; Aurũcorum exercitu, qui ſe conſulibus eorum fines ſcandentibus obtulerat, bellum Pometiam compulſum, ingentemq; hic quoq; hoſtium cædem edi tam. Sæuitum & in obſides ob gentis perfidiam qui. CCC. numero fuere. Secuti deinde conſules, Sp. Caſſius & Opiter Verginius Sp. in Sabinos profectus, ad Cyritorum vrbem vno prælio. X. milia hoſtium & trecentos cecidit, tribus milibus circiter captis, qua poſtremo clade Sabini perculſi, legatos primum ad conſules, mox ad ſenatum miſere, ſuppliciter pacem petentes, quæ his conditionibus eſt genti data vt frumentum exercitui darent, quantum conſul iuſſiſſet, & argenti certum pondꝰ quod prædæ nomine militibus diuideretur, iugerum ad hæc conſiti agri decem milia. Spu. triumphans in vrbem rediit. Vix credi poſſit, quam Liuius a Dionyſio omnibꝰ fere locis abeat diuerſus. Ille Sabini belli prorſus mentione ſuppreſſa. Sp. Caſſium ait Pometiam obſidere adortum, ſubita hoſtium incurſione, vineis, incenſis alijſq; bellicis operibus diſiectis, cum cæde a mœnibus repulſum ipſumq; grauiter vulneratum. Nec ita multis interiectis diebus tantiſper dum vulnera curarentur, ac curatiore belli apparatu arma iterum Pometiæ illata, belliciſq; operibus refectis, quum haud procul abeſſet,

Ad Heretũ caſtra merata.

Oſtentũ.

Vincit Ro.

Sabinorũ cædes.

Valerius publico ſumptu funerat.

Agrippa Menenius P. Poſthumius cõſules.

Sabinorũ inſolẽtia.



abeſſet, vt miles iam in vrbem euaderet, factam eſſe ab hoſte deditionem. Sæuitum nihilominus in deditos, quam ſi vi capti eſſent, principes defectionis ſecuri percuſſos, Colonos ſub corona venditos, oppidum dirutum, Agrum vænui datum, triumphatumq; ab vtroq; conſule. Hæc Liuius. Cæterum Dionyſius, Pomerina oppugnatione ſilientio prætermiſſa, omniq; Aurunci belli mentione, Verginium ſubita vi Cameriam, quæ a Romãdeſecerat, adortum expugnaſſe ait, vrbemq; direptam, autores defectionis ſupplicio affectos, cæteram multitudinem vendiram, oppidum euerſum. Tãta in rebus vnius anni explicandis duorum eſt varietas. Sequens annus Poſthumium Comminium & T. Largium conſules habuit compertum eſt his conſulibus quadraginta Latinorum populos, Mamilio Octauio concitante, in Romãconiuraſſe, & cum Sabinis parum certa pax erat, q; cum Sabinorum iuuentute, ſcorta per Laſciuiam ludorum diebus rapiente, rixa ac prope prælium fuerat commiſſum. Ea res in cauſa fuit, vt creandi Dictatoris mẽtio ſit primum illata. Erat itaq; ciuitas de euẽtu noui belli ſolicita, quum indicio eſt ad conſules delatum, ſeruos quam plurimos in perniciem ciuitatis coniuraſſe, vt vrbe pluribus locis noctu incenſa, ipſi altiora ciuitatis loca occuparent. Conſules cõfeſtim portas vrbis claudi iubent, præſidijſq; ad opportuna loca diſpoſitis, quæſtionemq; de coniuratis habita, conuictos ſceleris, varijs cruciatibus affectos, ex Tarpeio ſaxo præcipitarunt. Liuius autor eſt, ex veteribus ſcriptoribus quoſdam prodidiſſe, hoc anno, ob nouos finitimorum motus T. Largium Dictatorem creatum, & Sp. Caſſium magiſtrũ equitum, nouiq; magiſtratus metu Sabinos pulſos, Romam legatos ad petendam pacem miſiſſe, nec de pace conuenire potuiſſe, quia perſoluere recuſaſſent Sabini, quod Ro. in nouo, bello inſtruendo impenderant. tacitis tamen velut inducijs quietum annum fuiſſe. Dionyſius nulla dictatoriæ poteſtatis mentione facta, præcedẽtis anni conſulibꝰ Sulpitium Camerinum, & M. Manlium conſules ſtatim ſubijcit. His nihil dignum memoria actum ſcribit Liuius. Contra ille Fidenates ait, acciti a Sexto Tarquinio militibus, Romãpræſidio, & qui cum Romãſentiebant, ex improuiſo oppreſſis, arcem occupaſſe, ac ſecundum eam defectionẽ a Manlio conſule Fidenatium agrum vaſtatum, muriſq; Romãcaſtra admota, hinc porro auxilia a Latinis petita, agitatumq; in publico Latinorum conuentu, de ſocietate & fœdere cum populo Ro. ſoluendo, quod vbi obtineri non potuit, eo a Mamilio & alijs, qui Tarquinio fauebant, decurſum vt legati Romam de recipiendis Tarquinijs mitterentur. Tum vero Tarquinium & Octauium generũ ratos, nullum per ea quę acta eſſent, maius bellum in Romãconcitari, Latinorum principibus in ſuas vrbes dilabentibus, multitudinem ad pacem potius quam ad arma inclinaturam, alia via ingreſſos, pecunia & Largitione ſibi reditum in vrbem conficere adortos, & quia conſtans fama erat Romanos fœneratorum iniuria in dies magis degrauari, multoſq; e numero ciuium conſumptis bonis adiudicari creditoribus, alienarique ob id indies magis ſtudia vulgi a patribus, Latini generis quoſdã a Tarquinio Romãmiſſos, qui parua primo pecunia ad quoſdam fœnore leuandos oblata, multo maiore promiſſa, ſi Tarquinijs Romãreditus conſiceretur: plures e plebe viros pollicitationibus oneratos, eos videlicet qui maxime obærati erant, q; niſi mutato ciuitatis ſtatu, ſtare non poterant, perpulerunt, vt cõiuratione inter ſe inita, altiora loca vrbis noctu occuparent, editoq; inde repente clamore, ſeruiſ (nam huius quoq; fortunæ plurimi participes conſiliorum facti erant) in priuato dominos obtruncarent, ac ſecundum eam cædem, principum opibus direptis portas tyrannis aperirent. Huius rei indicio ad Sulpitium conſulem, qui in vrbe erat, delato, dato prius Latinis, qui per eos forte dies Romãvenerant, reſponſo, Tarquinios non recipi, tali ipſe conſilio in coniuratione opprimenda, ne maior aliqs in vrbe motus oriretur, eſt vſus: ad collegam miſit, qui ad Fidenas caſtra habebat, vt cum parte copiarum proxima nocte Romãveniret, Patricij cum clientibus loca ſupra forum occupare occuparent inſiderentq; ex equitibus plurimi armis accincti, omnes fori aditus. Inde cum indicibus egit, erant hi ex vrbe Laurento P. & M. Tarquinij, hi cum capita cõiuratorum eſſent, terrificis deorum minis ſæpius per quietem moniti, vt flagitioſo incepto abſiſterent, rem ad conſulem detulerũt, cum his itaq; Sulpitius egit, vt principes coniurationis, ac fidiſſimos quoſq;, per ſpeciem colloquij, in forum noctu vocarent, quaſi per ſolitudinem fori, & ſilentium noctis ad rem gerendam tutius inde ſignum daturi. Conſules vbi primum illuxit, populo ad concionem vocato, in forum deſcendere, ibiq; productis coniurationis indicibus, reos ſceleris conuictos eo quo ſterarent loco (nam vbi noctu forum fuerant ingreſſi, inſeſtis vndiq; exitibus, ibi ad lucem permanere coacti fuerant) vltimo ſupplicio affecerunt, indices publico decreto ciuitate ſunt donati, decem milia ad hæc drachmarum argenti, vicenaq; publici agri iugera vtriq; data, propoſito edicto, ne q; in rempublicam coniuratum eſſet, cuiquam fraudi foret, ſatis habere rempublicam, q; coniuratorum capitibus interfectis, in tuto libertas eſſet. Locus deinceps cædis expiatus, ſacraq; & ludi in triduum conſtituti, ob ſeruatam a periculo ciuitatem, quam celebritate Manlius cruce excuſſus, paucis diebus expirauit, Sulpitius in reliquum anni rempublicam ſolus adminiſtrauit. Hæc Manlio Sulpitioq; conſulibus geſta, Liuius ſilentio præterijt. contra Dionyſius longiore eſt ſermone executus. C. Vetuſius deinde, & T. Ebutius, conſules facti. Apud Dionyſium P. Veturiũ pro C. Vetuſio, nec T. ſed P. Ebutium ſcriptum reperio. Vetuſius, ſiue Veturius ille fuit, ad Fidenas obſidendas egreſſus, hoſtilem agrum fœde populatus, vallo & foſſa vrbem circundedit. Fidenates ijs auxilijs fræti quę Sextus Tarquinius miſerat, in aperto caſtra ponere ſunt auſi. Inde acie congreſſi, victi, vt ſæpe alias, cum multa cæde ſunt intra mœnia deiecti. Cruſtumeriam hoc anno captam Liuius ſcribit, Pręneſtęq; ad Romãdeſciuiſſe, & cum Latinis tum demum ad Regillũ lacum, Aulo Poſthumio Dictatore, & T. Ebutio magiſtro equitũ, proſpero marte dimicatum. Dionyſius T. Largium & Q. Cloelium Vetuſio & Ebutio ſubijcit, vt Largius cum parte copiarum, ad Fidenarum obſidionẽ continuandam acceſſerit, ac fame domitos ad dedi tionem compulerit, ibiq; defectionis autoribus capitali ſupplicio affectis, dimidium agri Fidenatibus ademptũ, atq; ijs diuiſum qui ad præſidium vrbis ſunt relicti, tum demum Fidenis captis, frequẽtiſſimo Latinorum conuentu profciſſam illorum perfidiam, qui quietem bello præferentes dum Ro. amicitiæ ſtuderent Fidenates ſocios fortiſſimos, in miſerabilem cladem conieciſſent. Hic atroci inuidia pacis autoribus orta, Tarquinio & Octauio Ro. cum tota factione adnitentibus, decretum aduerſus Ro.

Poſthumius. Comminius. Tit. Largius conſules Seruilis coniuratio.

Modus opprimẽdę coniurationis.

Sulpitiꝰ. Camerinus M. Manlius conſules

C. Veturius T. Ebutius cõſules.

Defectio Latinorũ populi i XXIIII.

Coniuratio populi & ſeruorũ in vrbe.

sus Rom. bellum. Populi qui vno tempore in id conspirarunt fuere, Ardeates, Arcini, Violani, Bubentani, Corni, Varientani, Gabini, Laurentes, Lauini, Labicani, Lanuuini, Nomentani, Moreani, Prænestini, Pedani, Corcotulani, Satricani, Scaptenij, Setini, Tiburtini, Tusculani, Telerini, Telinij, & Veliterni, vt tantum ex his ad bellum instru
Quæ belli causa sit ptēsa. endum legeretur quantum visum esset Sexto Tarquinio & Octauio Mamilio, quibus imperium copiarum, bellicq; administrandi summa publico decreto est delata. Cæterum ne non omnia rite fieri putarentur, legatos Rom. mittunt, qui senatui & populo denunciarent, Rom. in Latinorum concilio accusari, cp Hetrusco bello non solum Aricinos vt socios non iuuissent, sed hostes etiam in vrbem acceptos hospitio & opibus fouissent, nisi id crimen diluerent, Latinorumq; se subijcerent iudicio: decretum esse, omni necessitudine Rom. nomini remissa, rem ipsam vltione persequi. Haud dubie apparebat Rom. tam ignominiosam cognitionem non recepturos, quippe qui omnium Latinorum principes diutissime fuissent, parum pristinæ dignitatis memores credi potuissent, si in eo concilio, vbi plures hostes quam iudices essent habituri, cum Aricinis ignobili popello, de dignitate discertarent. Nec ea opinio fefellit Latinos Rom. omni verborum disceptatione reiecta se ab bellum, qđ haud dubie instabat, summa ope comparant. Dionysius quia plebs alieno ære degrauata militiam detrectabat, ingentem curam patrum animos incessisse ait, qua ratione militaris ætas, ea temporum nouitate in officio contineri posset, disceptatumq; sententijs inter M. Valerium, & Appium Claudium in senatu de alieno ære remittendo, eo tandem decursum vt ad plebis terrorem, quādo a consulibus ad populum prouocatio fieret, magistratus aliquis crearetur, ab cuius imperio nulla esset prouocatio, ac tum primum T. Largium Dicta
Primus Dictator torem creatum, nomenq; id ei inditum a Dictandi quę vellet potestate, siue a dicendo potius, quia nō populi suffragio creari contigisset, sed ab vno esset dictus, qui tum summum in vrbe imperium haberet. Neq; enim potestas, alioqui formidolosa, parumq; a tyrannide distans, inuidiosa fuit nomine oneranda. Hunc creandi Dictatoris morem videri possunt Rom. a Græcis accepisse, quibus vt Theophrastus tradidit in libris, quos de regno scripsit,
Esymnetæ, in certum tempus sibi tyrannos, quos Esymnetas dixerunt, legere moris fuit, & Mytilenei Pittacum aduersus exules, simili potestate creasse traduntur. Macer Licinius ab Albanis, & more ipsum, & nomen ad Rom. fluxisse arbitratus est, quippe qui regia stirpe post Numitorem sublata, sibi annuum magistratum crearunt eximia potestate, quem Dictatorem dixere. Dictator igitur, Sp. Cassium magistrum equitum dixit. Sumptis deinde fascibus, vt in medium processit, vnica nouaq; magistratꝰ specie terribilis ciuitati visa est, propositoq; edicto vt omnes sua liberorumq; ac coniugum nomi
Census ciuium. na confestim darent. C. quinquaginta milia ciuiū capita ac septingenta promiscue, omnis sexus & ætatis, in censum retulit. Inde mares, qui per ætatē militare poterant quadrifariam partitus, vnam ex lectissimis militibus partem circa se esse voluit, alteri Cloelium præfecit, quem habuit collegam in consulatu, tertiam Spurio Cassio ductādam dedit, quæ reliqua fuit cum Spu. Largio fratre suo reliquit ad præsidium vrbis. Mox vrbe digressus, triperito ea parte, qua hostes occursuri putabantur, est metatus. Erant Sextus Tarquinius & Octauius Tusculi fœderatarum vrbium copias expectantes, præmissiq; erant, qui Rom. agrum subita excursione infestarent, in hos Cloelius cum parte equitum, Fūdunt Latini. expeditoq; peditatu missus, modico negocio fudit, multis quidem interfectis, alijs super hos non paucis captis, si qui vulnerati fuerant obligatis vulneribus perhumaneq; a Dictatore appellati, hospitaliterq; habiti, Tusculum sunt remissi, quæ res in causa fuit, vt soluto hostium exercitu, in annū pactæ sint cum Latinis induciæ. Dictator Largius re
Dictatura qui nō dia potestatis vitro deponendæ quadringentis fere annis, vsq; ad L. Syllæ tempora, in posteris seruata est. Ille primus perpetuam induit dictaturam, nullo finiendi honoris præstituto tempore, sed ipse quoq; etsi sero, deposuit tamen C. Cæsar dictaturam semel receptam, nō nisi cum morte deposuit, quo accidit vt salutaris magistratus & in extremis reip. remedijs quæsitus, infamis & execrabilis sit factus. Sic enim comparatum est, vt potestas & imperia, quibus pulchre vtimur, pulchra & vtilia credantur. Contra odio & detestatione digna, vbi in perniciem multorum, & exitium verterunt. Secuti consules Sempronius Atratinus & M. Minutius, Sempro quorum nominibus suppressis Liuius sine vllo ni? Atra horum, quæ Dionysius ordine executus est, mentinus M. tione, Auli Posthumij Dictaturam, a quo Latini Minuti? ad Regillum lacum victi sunt, cum T. Eburij & C. cōsules. Veturij consulatu iunxit, Minutio igitur & Atrati no consulibus, etsi cum Latinis annuæ erant inducíæ, quia haud dubie apparebat, illis exeuntibus, bellum atrocissimum vtrinq; futurum, publico decreto mulieribus permissum, vt quæ Latini generis Rom. matrimonio Locatæ essent, queq; Quiritij sanguinis in Latio apud viros agerent si quę suorum desiderio tenerentur, domum remigrandi, dubium, mutuo ne odio gentis, vt omnis e medio necessitudo tolleretur, an ne commercia vlla, affinitatis specie, dubiæ adhuc libertati, ea temporum nouitate obesse possent. Satis constat Latinarum duas tantum repertas, quæ Romæ belli tempore esse noluerunt, quum Rom. interim fere omnes ad suos Ro. gesint reuersæ, quo intelligi potest, quantum ab ini nius. Actio suauis fuerit incolentibus ipsius vrbis genius. desSatur Aedes Saturni in eo cliuo, qui ex foro in Capitolium ducit, eo anno a Posthumio Comminio patrum decreto est dicata, eam Tarquinius qui regno excidit, locasse creditur. Alij a T. Largio qui superiore anno consul fuerat, locaram prodiderunt. Exeuntibus inducijs, quum Latini studio arma comparare dicerentur, quo acrius certamen instare putabatur, eo maior cura patrum animos incessere vt totis ciuitatis viribus connixi, tot populorum opes non sustinerent solum: sed in perpetuum etiā frangerent. Cæterum quia in tam ancipiti rerum motu Dictatore opus esse videbatur, T. Verginius T. Vergi Mallium Posthumiū collegam suum (hi enim ni? Mal consules eo anno erant) Dictatorem dixit. Poslius Post humius, T. Ebutium magistrū equitum sibi optahumius uit. Et Latinorum duces cum valido exercitu ad cōsules. Regillum Lacum munito loco consederant, eratq; Posthuconstans fama, frumento & armis Latinos ab Antius Di tiatibus & a reliquis Volscis auxilia expectare. ctator. His rumoribus Dictator commotus, priusquā externis viribus Latinorū opes, quæ per se satis erāt Roma. formidolosæ, augerentur, accuratissimo delectu habito, ad hostes contendit. Hic vbi Latinos in conspectu habuit, castra ex aduerso fecit. Secutus T. Verginius cum altero exercitu, qui aliquanto eminentiore loco consedit, ita vt dextra lævaq; Romani



mani sedentes, omnem occasionem in Romanum agrum irrumpēdi, ab initio hosti ademerint. Ebutius interim cum parte equitum Dictatoris iussu saltum a tergo, qua commeatus in castra hostium portabantur, noctu circunuectus occupat, vnde quum a Sexto Tarquinio, qui eo occurrerat depelli nequiuisset, constituit Dictator sedendo vires hostium frangere. Sed quum ex nunciis hostium & literis, quæ interim fuerant interceptæ, Posthumius didicisset, Volscorum validissimas cohortes paucissimis diebus, Latinis auxilio affuturas, tum veritus, nec cum longe maiore exercitu sibi dimicādū esset, priusquam Volsci adessent, statuit acie confligere. Liuius omnia celerius acta scribit, vt Latinorum agmen in tusculano agro fuerit Romanis obuium, ibiq; vulgato rumore Tarquinios in eo exercitu esse, pre nimio odio sustineri Romanum militem nequiuisse, quin subito manum consereret. Latinorum acies in læuo cornu Sextum Tarquinium habuit, in dextro Octauium Mamilium, in
Latinæ aciei dispositio. medio T. alter Tarquinij filius, vbi Romani exules erant, procurabat. Equites & in cornibus, & in media acie, tripartito instructi steterūt. Posthumi? Ebutium magistrum equitum Mamilio obiecit, Sexto Tarquinio Verginium consulem, ipse mediam tenuit aciem T. Tarquinio & exulibus occurrens. Romani qui in procinctu stetere, ad quatuor & viginti milia peditum fuere, equites ad duo milia. Latinorum peditim quadraginta ferme milia, tria equitū. Circuire Latini duces aciem, suosq; ad pugnam fortiter capessendam hortabantur, addere & præceps, vt vincere in animum inducerēt, neq; vires, neq; duces, neq; fortia exempla in prælio defutura. Posthumius paucitatem suorum intelligēs maiore hortatione opus esse ratus, senatorij ordinis quicunq; aderant, quicq; ordinem in castris ducebant, iuxta se locatis, priusquam in aciem sit descensum, ita suos pro concione affatus dicitur.
Oratio Posthumij. Dij immortales in quorum potestate sunt omnia auspicijs, extis, diuinatione, nobis victoriam pollicentur viri fortissimi, quanquam si nulla etiam signa adessent, quia pro patria, pro penatibus, pro templis, aris & libertate dimicamus, felicem pugnæ exitum expectari oportebat. Norunt iamdudum superi nostram & Latinorum causam, perfidi illi, iniusti, ingrati, qui contra fœdus & amicitiam nostram, oppugnant, cognatum populum, beneq; de se meritum armis lacessunt, quæ iniuria, quo maior est, eo maiores, dijs ipsis, nobisq; vt spero, dabunt pœnas. Differuntur interdum, vt maiora
Sentētia. acerbioraq; sint, debita supplicia. Cæterum oportet nos viri fortissimi, nihilo secius adniti, vt victoriam ex hac acie reportemus. Fauent enim dij pietati, fauent iustitiæ, sed huic quæ non imbecillis, non ignaua sit, neq; enim illi sponte proiectū eripiunt, cessantem ve in vltionem suscitant, sed in acie stantem, pia & honesta tuentem iuuant, suoq; protegunt numine. Habetis igitur, vt dixi, quum deos propitios, tum multa alia, quæ victoriam sperare iubent, etenim omnes qui in acie stamus, inter nos noti sumus, eisdem legibus, eisdem fascris assueti, idem mos, eadem disciplina. Nemo hic adest cuius virtutis non adsint testes: hic & laudatores plurimi. Contra, illi ignoti inuicem, tyrones, nuper ad arma compulsi, non ipsi ducibus non duces ipsis adhuc satis noti ac si rei bellicæ non experti: idem, tamen vinci potius quam vincere assueti. Præterea commune periculum necessitatem nobis imponit strenue dimicandi: vt libertas, penates, liberi, coniuges, necessitudines omnes, sint nobis incolumes, vt nos ipsi salui esse possumus: quorum vita ex hac vna pendet pugna. Proponite quę so ante oculos, quali sit victoria vsurus, hic qui tyrannus maluit inter suos esse, quam rex. Qui ciuita Articul?. tem in qua natus erat & educatus, tot cædibus, exilijs, incendijs, direptionibus, deformauit, pressit, afflixit. Malo vos animo concipere hæc, quam fando ominari, quæ mala luce illa, qua seruitutis iugū recipere coacta esset, miserq; ciuitati euentura essent. Optandum tum quidem omnibus foret, vt terra subito hiatu cius & mœnia vna cum ciuibus absorberet, aut cœlesti flamma omnia cremarentur. Sed spero cum deorum præsidio, tum virtute vestra viri fortissimi factum iri, vt talia non sint nobis timenda, quin læti potius atq; hostium spolijs honusti ex hac acie in vrbem stabilita libertate abituri sitis. Nec postremo vos moueat, cp hostes numero præsent, audacia & virtute, ad victoriam, nō numero opus est. Adde cp plures inuiti arma sunt Sentētia. capere coacti, sciuntq; se non sibi, sed Tarquinio pugnare, quo credibile est omnes, non tam aciem hanc quam ex aduerso vident oppositā, quam fugam circunspicere, sed fac studium quoq; vincendi adesse. dicite quæso an ne fando aliquando auditū est, numerosos exercitus a quāpaucissimis superari, corrigiq; virtus ferrum in hostem vibrat, non dextera, hæc vim infert, hæc vulnerat, hæc ordines soluit, solutos in fugam vertit, si hanc in aciem comitem, si ducem habueritis, viri fortes, vicim?. Ite igitur & spem pulchram, pulchrorum operum ducem in prælium ferte, vestraq; dextera libertatem stabilite, patriam seruate, parentes, vxores, liberos protegite. Ad quod ipsum non tantum gloria, & Perora emulatio, sed necessitas quoq; ob periculum quod tio. omnibus æque instat, vehementer hortatur, & im Pugna pellit. Hac ille oratione vsus, concionem in suos acris. ordines dimisit, nec ita multo post canentibus signis, vtrinq; est concursum, a leui armatura primo pugna inita, mox equites conflixere: Latinis, quia equitatu præstarent, ea parte prælio defungi festinantibus, contra Rom. summa ope nitentibus, vt audaci congressu hostium ferociam frangerent. Fit itaq; acre prælium, hinc fiducia, inde necessitate, ad uersas acies committentibus. Macer Licinius, & Liuius eum secutus Tarquinium superbum pugnæ interfuisse prodiderūt, qui in Posthumium Dictatorem media acie versantem temere inuectus, a latere ictus, ægre suorum occursu sit in tutum receptus. Dionysius quia rex iam nonagenarius esset, negat id fieri potuisse. At Ebutius, quod satis con Octauij stat, læuo cornu in Mamilium impetum dedit, nec & Ebutij veniens ille hostem fefellit, sed eum intuitus, cōgressꝰ. in eum confestim Tusculanus dux equum concitat. Romanus Octauium percussit, quem modice vulneratum, sui in medium accepere, Ebutio brachium est traiectum, cuius dolore, cum telum tenere non posset, pugna excessit. Octauius nihil vulnere deterritus in pugnam reuersus, vbi suos perculsos vidit, Rom. exulum cohortem, cui T. Targni? præerat, accersit. Liuius L. non T. prænomen vsurpat, Is quia maiore pugnabatira, subdito occursu ea parte pugnam restituit, tum ibi M. Valerius Publicolæ frater, gloriæ cupiditate accensus, vt cuius familiæ eiecti reges decus essent, eiusdem cæsi quoque forent, Tarquinium iuuenem pugnam ferociter cientem, infesto petit spiculo. Declinauit ille paululum Roma. temere inuectum, inde ex transuerso adortus, letali vulnere transr iiij figit.

Marci Valerij casus.

figit. Defluxit ille currente adhuc equo ad terram, armis super corpus labentibus. Sensit Posthumius tanti viri casum, cæterum intuitus ea parte gradū a suis referri, remq; ad fugam spectare, lectissimam cohortem, quam præsidij causa circa se habebat, eo statim iubet occurrere, impatq; simul, vt quē suo rum fugientem viderint pro hoste habeant. Ita an cipiti metu, Rom. in pugnam conuersi, auctiq; co horte vna, quę tum primum nouis viribus plium inibat, exules cæduntur. Hic quoq; recentior inter du ces pugna orta, Octauius exulum cohortem a Dictatore circunuectam conspicatus, aliquot ex sub sidiarijs manipulis secum in primam aciem traxe rat, quem armis & veste insignem T. Herminius legatus, fortiter adortus, multo maiore vi, quam nuper magister equitum feriens, vno ictu per lat? traiectum peremit, ipse dum exanimem spoliat,

Octauij Mamilij interitus

veruto vel, vt Dionysius ait, gladio p cussus, haud multo postquā victoria relatus est in castra, media curatione expirauit. Cœperat iam pedestris acies haud vno loco laborare, quum Posthumi? ad equi tes aduolat, iubetq; vt fesso iam pedite, ad terram desilientes, pugnam capessant, paruere illi confe stim dicto, equisq; post se relictis in hostem procur runt, parmasq; pro antesignanis obiciunt. Horū accessu restituta est pedestre prælium, tum mul to ferocius pro se quisq; pugnat, ducesq; vtrinq; in stare, nunc hortando, nunc militaria munera ob eundo, suas partes iuuare. Tum ibi Sextus Tarqui nius, Rom. equitum globo circunuectus fortiter,

Sextus Tarqni? interficit

vt Dionysius ait, dimicans occubuit. Liuius Ga bius eum periisse scribit. Tarquinio cadente hostes perculsi cessere primo, mox inclinante fortuna, a perta fit fuga, equites receptis equis instant, fugien tibus, instat & tota peditum acies, passimq; La tini cæsi, quum Roma .tergo hærentem, ad val lum traxissent, proposito a Dictatore præmio huic qui primus secundusq; hostium vallum transce disset, priusquam Latini a pauore & fuga se recipe rent, castris exuti sunt, nec minor hic cædes quam in fuga est edita, ex tribus & quadraginta Latino rum milibus vix quarta pars pugnæ superfuit. Mi raculo fuit, q; medio certamine equites duo, forma & statura augustiore humana, Posthumij & alio rum oculis sint in acie obuersati, Latinorum equi tatum propellentes, ijdemq; post Latinorum fugā inclinante iam die, Rom. visi, militari habitu, tan quam pugna nuper egressi, equorum sudorem ab stergentes, abluentesq; equos ad aquarum scaturi ginem, secus ædem Vestæ lacum facientem, ex hisq; primo auditum, Latinorum pubem ad Regil lum lacum eo die cæsam. Inde quia ex oculis eua nuissent, nec requisiti vspiam extarent, vulgo est creditum, Castorē & Pollucem eos fuisse, qui rem Rom. acie iuuissent. Cæterum siue species illa, quæ in pugna conspecta est, in causa fuit, siue quod eq tum opera precipua in eo prælio enituit, satis con stat, Posthumium prælio illius die Castoribus ædem vouisse, quæ supra Rom. forum postea fuit

Lacus Iu turnæ.

extructa, iuxta fontem ipsum, qui Iuturnę est dict?, vbi idibus quintilibus, quo die prospere in Latis

Castoris & Pollu cis tēplū.

nos pugnari contigit, publice iam inde quotan nis est sacrificatum. Quo sacro perpetrato, transfue ctio equitum de more sequebatur, vt equites olea

Quid Trabea.

rum ramos coronati, purpureisq; subtegminis pu nicei togis amicti (Trabeas id vestimenti genus veteres dixere) a templo Martis, quod extra pomœ rium fuit, digressi, per forum ante ciuitatis ora mul to fauore & lætitia præteruehebantur. Sed institu tum illud omnino recentius, adeoq; populare, vt Maximi cognomen Fabiorum familiæ intulerit, vt quidam tradunt. Postridie quam pugnatum erat, quum Posthumius pro concione de præmijs agere cœpisset, ecce tumultuoso affertur nuncio, recentem hostium exercitum aduentare. Erant hi Volsci qui, vt Latinis se iungerent, domo profe cti, omnium adhuc rerum ignari in proximo con federant. Verum vbi ex ijs, qui cæde dilapsi fuerāt. res Latinorum perditas audiuere, consultare cœpe runt, pergerent ne porro ire ad Rom. castra, vt recē tes fessos, integri vulneratos adorirentur, an retro confestim abirent. Fuit & alia sententia, quę tutior visa est, & specie quidem honestior, re tamē fœdis sima, vt in castra miterent, qui Dictatori victoriā gratularentur, dicerentq; Volscos auxilia Rom. fe rentes in proximo castra habere, ipsi interim oīa circunspicerent, ac si Romanorum res ex proxima dimicatione ita accisæ viderentur, vt turo belli for tuna tentari posset, eundum esse in aciem, si minus, nouas ex domo copias accersendas. Volscorum le gati, vbi in castra venere, fraudis conuicti, parum abfuit quin violati sint, iussu tamen Dictatoris di missi: expediebatq; se Romanus ad pugnā in sequē tem diem. Volsci nocte quæ diem legationis secu ta est, quam maximo potuerunt silentio, in pacatū abierunt. Posthumius de fuga hostium certior fa ctus, Romam victorem exercitum reduxit. Trium phans vrbem ingressus est, quinq; milia hostium & quingentos præter cæteram prędam præ se agēs. Et hæc in Latio domi forisq; a Rom. gesta post He trusum bellum ad Regillanā vsq; pugnam, quo temporis sapatio, anni circiter septem interfuerūt. Interim vero (nam in id tempus incidit Darij re gis celebris illa in Scythas expeditio) Megabyzus qui in Europa fuit cum exercitu relict?, Perinthios ex Hellespontijs bello subegit, quanquam iam an tea Perinthiorum opes fuerant a Pæonibus acciſe. Pæones ad Strimona Thraciæ fluuium olim sedes habuere, fueratq; iam semel atq; iterum inter eos ex prouocatione dimicatum, eratq; vir viro con gressus, equus equo, canis cani, duobusq; certami nib? Perinthij victores, postremo ociosi pæanaq; carmen canentes, subito hostium incursu oppressi, pene ad vnum perierunt. Tum quia inualidæ erāt Perinthiorum vires, facile Perinthus est a Megaby zo subacta. Longe deinde ac late sunt Persica arma per Thraciam euagata, multq; interim gentes iu gum accepere, siquidem iussus erat Megabyzus to tam Thraciam armis subigere. Fuit gens ipsa secū dum Indos omnium maxima, minimeq; expu gnabilis, vt Herodotus credidit, si ipsis gentibus de summa rei conuenisset. varia illis nomina, cæte rum mores fere ijdem omnibus, præterquam Ge this & Thrausis. Gethę se non mori persuasum ha buere, sed ad Salmoxim dæmonem quēdam, post fatum migrare. Horum fuit sagittas in cœlum mit tere, quum tonitrua fierent, aut fulguraret. Thrau sis circa suorum natalia id moris fuit, vt infantem in lucem editum propinqui circunsederent, com plorarentq; nascentis sortem, recensentes quibus periculis & ęrumnis homo nasceretur. Contra fato defunctos, per lusum & læticiam sepulchro infer rent, omnibus eum miseriis liberatum arbitrantes & ob eam rem perpetuam felicitatē adeptū. Fuerūt præter hos Thrachū quidam, supra Crestones habi tantes, quorū propriū fuit plures habere vxores, ac quæ omnium maxime a viro dilecta esset, eam su pra defunctum iugulari, dariq; id vulgo felicitati & honori. Contra quæ superstites fuissent, cala mitatis & dedecoris loco vitam agitabant. Cæteri.

Aduentu Volsco rum.

Thracū reliquo rū mores

Pigres & Maryes fratres.

Mulieres Pæoniæ operosæ

Pæones bello subigūt.

Darij' le gati in Macedo niā missi

Getharū mores.

Thrausō rū mores

Crestō num mo res.

Thraces



Thraces filios veteri instituto palam venditare, nec virgines a parētibus & ppinquis asseruari faci lis virorū cum his congressus. Vxorum pudicitiā solicitius custodiunt, emuntq; a parentibus fronte notis insignitas, generosum id iudicatur. Ignobili tatis argumentum sine his esse, ociari, ex rapto vi uere pro re honesta haberi. Contra agros colere p despicatissima. Atq; hi olim Thracum mores prę cipue insignes. Martem vulgo, Liberum, Dianam, & Mercurium religiose colere, perq; eum solum iu rare sui generis autorem arbitrati. Eorum quidam maxime ad Aquilonem reposti Sigynnæ nomine pusillos dicuntur equos habere, hirsutos, currui magis quam hominum gestationi idoneos. Sed dum Megabyzi ductu Darianæ copiæ Thraciam obtinent. Pigres & Matyes fratres Pæoniæ gentis ad regem qui Sardibus in Lydia confederat, vene re, sororē eleganti forma secum habentes. Erant hi tyrannidis cupidi, & vt viam se Dario insinuandi inuenirent, obseruato regis in suburbana loca ac cessu, sororem mittunt aquatum. Trahebat puella equum brachio alligatum, vrnamq; capiti baiulās inter eundum pensum ex collo trahebat. Miratus rex puellæ formam, sed plus omnino peregrinum habitum, quippe qui neq; Medicus esset, neq; Lyd? misit qui eam ad se ducerent, tum interroganti re gi, quænam mulier esset, & vnde, fratres in eam oc casionem iandudum intenti, sororem esse aiunt, se Pæones esse. Tum scisciranti regi ecquinam homi num essent Pæones, Strymonis flu. qui haud pro cul Hellesponto flueret, accolas eos esse respon derunt, fuissęq; Teucrorum coloniam: iussi deinde di cere an mulieres ibi omnes ita operosę essent, quū sic rem habere dixissent, mandat Darius per literas Megabyzo, vt Pæonas armis subigeret, sub actosq; cum vxoribus, & liberis ad se in Asiā mit tendos curaret. Senserunt Pæones Persica in se ar ma moueri, occurreruntq; ferociter ad Hellespon tum, vt locorum angustijs infestis, cum Darianis ex loci opportunitate dimicarent. Megabyzus ex ploratohostium consilio, procul a mari per supe riora loca ducēs, in eorum oppida præsidijs spolia ta, ex improuiso impetum fecit, nulloq; negocio occupat. Ea clade perculsi Pæones (domo em abe rant) soluto exercitu, passim quisq; ad sua dilapsi, iugum accepere. Ita Pæones dediti, Pæople, & qui ad Prasiadem paludem incolebant, sunt in Asiam traducti. Dicuntur mortales plurimi intra paludē agere, pensilia habitantes tuguria, filiosq; adhuc paruulos pedevno alligari, ne casu aliquo lapsi pa lustri voragine periclitantur, vulgo piscibus victi tant, quorum facilis ibi captura, Mirumq; equis & subiugalibus pisces in pabulum prębere dicuntur. Misit deinde Megabyzus septem Persas in Mace doniam ad Amyntham regem, qui terram & aquā Dario peterent, dedit eam Amynthas, hospitali terq; legati ab eo inuitati. Vbi vero in multum vi ni prouecti sunt, laudarunt Persæ regis liberalita tem, magnificumq; epularum apparatum vnum regali cœnæ deesse prędicantes, quod vulgo Persi cæ gentes facerent vt & fœmine conuiuijs inter fuissent. Ibi Amynthas patrio more excusato, con tra eos cœnantes ex domesticis forma & ætate exi mias collocauit. Tum illi vt propius admouerent postularunt. Vbi in eo quoq; indultum est, impu denterq; admoras attrectare sunt ausi, ira simul & indignatio subijt senis animum, sed Darij poten tiam veritus, dolorem suum & dedecus dissimula uit. Contra furebat animo Alexander filius, iraq; æstuare ferox adolescens, fœdassetq; continuo cæ de hospitales mensas, nisi patris veritus præsen tiam, quem ab eo flagitio abhorrere sciebat, iræ tē perandum putasset. Demum ad multam noctem sene in cubiculum ablegato, pollicitus Alexander legatis mulierum concubitum, petit ab eis vt tan tisper darent illis veniam, dum irent lotum corpo ra, interim si ita videretur, subirent ipsi hospitalia cubicula, daturum se operam, vt non multo post puellæ cuiq; sua ordine adessent. quod quum illi iam vino graues fecisset, muliebri cultu adolescen tes ferro succincti, ad eos ingressi, Alexandri iussu persas obtruncant, nec maiori animo domesticam contumeliam Alexander vltus est, quā postea pru dentia & sagacitate patratam cædem occultauit, so rore etiam sua Gygea Bubari matrimonio locata, qui ad inquirendum legatorum casum in Macedo niam venerat. Megabyzus post Pæonas victos in Asiam ad regē profectus est, cuius consilio Histięū Milesiū virū prompto & sagaci ingenio, qa Myr cinum opportuno ad bellum loco ad Strymonē ædificaret, per speciem colloquij. Sardis accersi tum inde penes se habuit testatus rem preciosissi mam esse, amicum solertem & bene consulentem. Nec ita multum deineeps moratus Astreo secum abducto ex Lydia Susa Darius reuersus est, Arta pherne fratre prefecto Sardibus relicto, oræ autem maritimæ Othane, cuius patrem Syssannem, quia pecunia corruptus parum integre iudisset, Camby ses interemit, interemptoq; corium detraxit, detra ctum in lora concidit, quibus tribunal quo ille se dens officio aberrauerat intendit, ibidemq; Otha nem filium sedere imperauit, identidem admonēs vti memoria teneret ex quo tribunali ius diceret. Is Othanes Byzantios & Chalcedonios cepit, & in Troade Antandrum: mox classe a Lesbijs accepta Lennum & Himbrum a Pelasgis ea tempestate ha bitatas Dario subegit. Sed quum Othānes hæc ge reret, Ioniæ terræ status, qui plures annos non sen serat externa arma, in atrocissimos belli casus, excī diumq; miserabile incidit. Fuerant aliquāto prius Milesiorum res domestica seditione concussæ, erāt Milesij & ipsi Iones. Postremo malorum quæ in uicem perpessi fuerant satietate capti, Parios dome sticarum contentionum arbitros Milesij fecerunt. Hi quum Miletum veniissent, omniaq; ruinis op pleta cernerent, campestrem regionem perlustrare se velle pronunciarunt. ibi siqua prędia nitidiore cultu oculis occurrebant, eorum qui possiderent nomina perscribere, mox in vrbem reuersi, popu loq; ad concionem vocato, vrbem his ministran dam commisere, quorum fundos optime cultos in uenissent, præfati videri sibi eos ita publica vt sua curaturos. Cæteri quorum res incultę reperte sunt, quia seditionum studiosi propria neglexissent, me lioribus parerent. Atq; in hunc modum Parij Milesiorum ciuitatem, vtili ad ciuilem vitam in stituendam exemplo, composuisse dicuntur. Vene rant igitur, quod ad primos Ioniæ motus attinet, per id tempus Miletum ex Naxo insula ciuitatis principes a plebe eiecti, hinc ab Aristagora Histiæi qui Susis apud Darium agebat, consobrino preci bus contendere tractabat tunc is rem Milesiam pro Histiæo, ut se Milesiorum opibus in patriam restitueret. Aristagoras futurum ratus, vt si suo be neficio Naxios domum restitui contigisset, ipse Naxiorum opibus ad libitum potiretur, circun spicere cœpit animo, qua potissimum ratione illis reditum conficeret. Nec Milesiorum opes eas esse arbitrari, quę Naxijs tuto opponi possent, qui præter longas naues, quæ multæ numero essent, octo

Othanis tribunal.

Iones. Pariorū cultu sapiens iudiciū.

Aristago ras Na xij belli consilia tor.

octo haberent scutatorū milia, ad Artaphernē Darij fratrem in Lydiam profectus, Cycladū insularū vnā Naxum pecunijs esse & seruitijs egregie opulentā docet. Addit insulam ipsam esse Ioniæ propinquam. Videri proinde sibi quando Cycladum nulla adhuc sub Dario esset, non ab re futurum, si ad eam subigendam, reducendorum exulum prætextu naues mitterentur. Certo scire se Parum & Andrum insulas, quæ cum Naxijs sentirent, Persis opibus simul concessuras, quæres ad Eubœam insulam, haud Cipro multo inferiorem occupandam, viam patefaceret. Maius omnino id negociū Artaphernī visum, quā quod iniussu regis mouere debuisset. cæterum Darij literis confirmatus ad quem de noua expeditione scripsit, ducētas naues Persico Ionicoq; apparatu, Megabate duce, ex Achemenidarū gente, Artapherne in Naxios instruxit. Is Aristagorā expeditionis duce accepto Chiū applicuit velut mox inde in Hellespontum facturus vela, sed re ipsa primis aquilonibus in Naxum transmissurus. Hic contentione inter Aristagoram & Megabatē de principatu orta, quum dux Persa Scylacem Mindium ob nauim parum diligenter noctu in statione asseruatam, vinxisset, vinculaq; ei Aristagoras ademisset, iratus Megabates occulte misit, qui Naxijs eorum quæ pararetur, consilium explicaret. Cuius periculi Naxij admoniti, confestim omnia ex agris in vrbem comportarunt, oppidoq; ad tempus valide cōmunito, quatuor mensium obsidionem facile pertulerunt. Attulit vulgo ea res multum inuidiæ Aristagoræ, vt vanæ expeditionis autori, sed atrocius illi odium est a milibus ortum, vbi promissum ab initio stipendiū non est eis redditum, eratq; ille per hæc vehementer de se Milesiaq; procuratione solicitus, quum p opportune ab Histiæo, qui Susis erat, occulte est ad defectionem impulsus. Videbat ille omnem sibi spem in Ioniam redeundi precisam, nisi ipsius terræ statum mutari contigisset, ad quem componendum sua opera opus esset. Vt sibi igitur hac vna, qua patebat, via reditum conficeret, seruorum fide lissimo caput abrasit, pauca deinde verba quibus ad defectionem Aristagoram hortabatur, cuti significanter impressit, habuitq; nuncium tandiu pernes se, donec capillus altiuscularē renatus, latentib⁹ notis tuto in viam dari iussus est. Tum domestici negocij pretextu ad Aristagoram mittit, tantū verbis monitum vt quum in Ioniam venisset ab Aristagora peteret, vti sibi capillum deronderet. Aristagoras cognita per hæc Histiæi voluntate, nouarum rerum occasionem, velut diuinitus oblatā, libens arripuit, seditiosissimi cuiusq; cetu ad se vocato, cum his primo de Milesiorū defectione egit: variatum est nonnihil sententijs, at posteaquā res decreta est primum omniū placuit regem classem occupari, quæ nuper ex Naxo reducta, Miunti adhuc erat. Iagoras eo missus est a quo classiarijs ducibus inopinato accessu oppressis, facile Aristagoras cæteris est copijs potitus. Tum ille ne sibi sed suis defecisse videretur, reipublicæ formam Mileti primo constituit, vt assertæ libertatis studio Milesij operam sibi diligentius nauarent. Autor deinceps fuit cæteris Ioniæ ciuitatibus, vt tyrannis per partes ejectis, sese in libertatem vindicarent, incredibile dictu est, quanto successu res breui acta sit: quicū q; in tota Ionia tum tyranni erant, paucis diebus alij alio casu, aut cæsi, aut in exilium pulsi sunt, & in his Coes Mytileneus, qui multitudinis incursu est lapidibus obrutus, reductoq; per hæc in singulas ciuitates reipublicæ forma, annuisq; magistratibus creatis, Aristagoras ratus magna aliqua opus esse societate Lacedæmonē nauigauit. Erat tum rex Cleomenes Anaxandridæ filius, quoniam fratrū maximus natu esset, etsi parum alioqui cōpos mētis haberetur, regnabat tamē. Dorileus eius frater, qui ingenio longe præstabat, ægre ferens stolidū fratris ingenium sibi in administratione prælatū, Lacedæmone excessit, coloniscq; secum abductis, in Aphricam nauigauit, vbi apud amnem Cynipem locum totius Aphricæ pulcherrimum cōmuniuit. Triennio post a Macis & Carthaginiensibus ejectus, in Peloponesum nauigauit: hic Anticaris Elonij consilio vsus, oraculi volūtatē prius explorata, in Siciliam nauigauit, Italiæq; orā legens Crotoniatis auxilium tulit aduersus Telyem Sybaritarum regem: In Siciliam deinde aucta classe delatus, consilio Heracleæ apud Erycem condendæ, q̄ regio Heraclidarum esse diceretur, verum a Phœnicibus & Egestanis superatus occubuit. Eurileō, qui se illi comitem in Italia dederat, quisq; infelici illi pugnæ superfuit, Minoam Selinuntiorum coloniam occupauit, Monarchiaq; Pythagorę subiecta, ipse Selinuntis tyrannidem inuasit. Aristagoras vbi Spartam venit Cleomenem allocuturus, Tabulā cream secum, vt dicitur, habuit tabellam in qua totius terrę erat ābitus incisus, mare & flumina circū quaq; errantia, ipse in hunc modum regem affatus dicitur. Miraberis fortasse Cleomenes, quo consilio vel necessitate potius adductus, ex Ionio, per tā vasta maria, huc venerim, sed haud ab re fuit id facere. Ionum progeniem pro libera seruam esse quū nobis ipsis dedecus dolorq; maximus est, tum vero vobis Lacedæmonijs, eoq; maior, q̄ cæteros in terra Græcia fama, & virtute antecellitis. Qd̄ quū ita sit, eripite nunc quæso Iones consanguineos vestros a seruitute, quod præstare (ad sit modo voluntas) facile potestis. Neq; enim Barbari, quibus seruire cogimur, strenui sunt, quum vos contra, virtute rei bellicæ precipium sitis nomen adepti. habēt illi quod ad bellum attinet, arcus, breuia spicula, longas brachas, longasq; capitibus cristas, ac per hoc captu faciliores. Arma, quis non videt? si quis vestratia respiciciat, contemptu ac pene risu digna. Est ad hæc tantum ijs quibus illi imperant, diuitiarum, quantum haud cæteris vniuersis. Aurum, argentū, æs, variæ preciosæq; vestes, iumenta, māsipia, quibus omnibus, velitis modo, haud dubie potiemini. Sunt Ionibus affines Lydi, qui terram incolunt, tum aliarum rerum, tum argenti & auri feracissimam: his Phryges adiacent ad auroram, pecorum copia, & terræ vbertate, omnium quos nouj beatissimi: Vicini Cappadoces, quos nos Syros appellamus, mox Cilices huius maris accolæ, in quo Cyprus est quę annuum pēdit Dario tributum. Attingunt Cilices Armenij & ipsi rei pecuariæ supra modum abundantes. Sequuntur Matieni, quorum terræ Cyssia est confinis, in qua Coaspes est fluuius, hic Susa sunt, vbi Darij regia, Persici thesauri, commōstrareq; ille interim hæc omnia ex tabella figuratione. Hanc vobis vrbem capere si obtigerit, iam cum ipso Ioue opibus vos Lacedæmonij certetis licet. Nec pro Messenij agri, quod sæpe fecistis, angustia vobis est bellandum, neque pro Archadiæ pascuis, Argiuique agri sterilitate, vbi nihil auri est, nihil argenti, nihil prędæ, periculi vero multum, merito Spartani post hac imprudentes haberi poterunt, si potiundæ Asiæ occasione oblata, aliud quippiam, quum nihil sit in terris opulentius, optabunt. Quum Aristagoras hæc dixisset, Cleomenes

Ducū discordia pernicioſa.

Hiſtiæus ſerui caput inſcribit.

Coes.

Doriles quibus ſit caſib⁹ iactatus.

Ariſtagoras Athenas profiſciſcit.

Alcmeonidę Delphicū tēplū ædificant.

Oro Aristagoræ ad Cleomenem.

Lacedæmonij cōmoti Anchimolio Asteris cum exercitu mittunt ad Pisistratidas Athenis ejciendos, tametsi Sparta ni nominis veteres hospites, antiquiora tamen habenda rati diuina iura q̄ humana. Anchimolio cōpias ad Phalerū exposuit. Erat is locus haud procul Athenis, inter Pyreum & Alimusiū. Miserant interim Thessali mille equites cum Cinea rege viro Comeo auxilio Pisistratidis, qui suis sociorūq; viribus freti, Phalereorū planitie in hunc vsum purgata, equitatu repente immisso, Spartiatas cum multa cæde ad naues compulerunt, eorū duce Anchimolio obtruncato. Nec ita multo post Lacedæmonij, reparato exercitu, cū Cleomene Anaxandridæ filio, terrestri itinere, in Atticā venere, quibus quū Thessalus equitatus ferociter occurrisset, primo congressu difficetus est: pauci ex terrima illa cæde in Thessaliā abierunt. Cleomenes ad vrbem progressus, vna cū his, qui tyrannidē insensæ oderant, Pisistratidas intra pelasgicum murū redactos obsedit, neq; Spartiatæ eos oino eiecere, quippe q̄ cibo erant & potu optime instructi. Tenuit itaq; obsidio aliquot dies, Spartanis inde abeuntibus interceptisq; Pisistratidarū liberis, qui procul domo occultē ablegabant, ne quid crudelius in suos statueretur, pacti sunt cum libertatis assertoribus, vt filijs receptis, intra quinq; dies ex Attica excederent. Athenis igitur Pisistratidæ digressi in Sigæū, quod est supra Scamandrū, concesserunt, quū sex & triginta annos Athenis rerū potiti essent, ipsi ex Pylo a Neseo oriundi. Et hoc quidem modo tunc Athenæ a tyrannis liberatę fuerant. Cæterū quib⁹ deinceps casibus ipsa iactata sit ciuitas, post Pisistratidarū tyrannidē sublatam, ad Aristagorę aduētum haud quidem alienū erit ab historia explicare. Sed motus illi rerum, ex Clisthenis & Isagoræ in Rep. administrāda ęmulatione ortj videri possunt.

Peroratio.

Lace. vincūtur ab Athenī.

Pisistratidæ Athenis ejiciūtur.



nes triduū petijt ad respondendū. Tertio deinceps die hospitem ad se vocatum Cleomenes percōtat, quot dierum iter ab Ionio mari esset ad Darij regiā. Tum ille, vt vere ita parum accurate trium mensium respondit. Tam procul ergo domo, Cleomenes ait Lacedæmonios abducendos putaſſi Milesie hospes, ausus insuper eam victoriā facilem appellare, quę per tam longa terrarū spatia sit quærēda? tam procul terminanda, vt si in fidem recipiendæ tot gentes essent, nō debellandę, vix ætas hominis tanto suffectura esset negocio; Quare ab hinc cum temerario isto cōfilio, ac priusquā sol occidat procul hinc facesse. Nec alio Aristagorā verbo Cleomenes dignatus, domū abijt. Ille cum grandi pecunia domi promissa, precibusq; insuper adhibitis, regis aīm fatigasset, nec flectere potuisset, ex Sparta infecta re Athenas super tyrannide liberatas nauigauit. Siquidē Hipparcho Pisistrati filio & Hippię tyranni fratre in Panathenaica pompa, Aristogitone & Harmodio apud Leucoriū Phanū interfecto, Hippiasq; aliq̄to infestius Alcmeonidas & alios exules, qui per eam cædē reditū in vrbē tentarant, infectaret, Alcmeonidę Lypsindrio super Pæoniā cōmunito, ab Amphictionibus, erat id amplissimū Græciæ concilīū, templū Delphis ædificandū coduxerunt, vt ex ea reverior sibi materia pararet nouarū rerū in Pisistratidas moliendarū. Extruxerunt tum illi templū, multoq; sumptu osius, q̄ pacti essent, ex pario lapide interiora templi contexerūt. Hoc itaq; prętextu Alcmeonidę circa Delphos sedentes. Pythiā pecunia corruperunt, vt quoties virī Spartiatæ eo venirent, siue publice, siue priuatim, oraculū consuluri, Athenas illis proponeret liberandas. Qua demū voce Lacedæmonij cōmoti Anchimolium Asteris cum exercitu mittunt ad Pisistratidas Athenis ejciendos, tametsi Sparta ni nominis veteres hospites, antiquiora tamen habenda rati diuina iura q̄ humana. Anchimolio cōpias ad Phalerū exposuit. Erat is locus haud procul Athenis, inter Pyreum & Alimusiū. Miserant interim Thessali mille equites cum Cinea rege viro Comeo auxilio Pisistratidis, qui suis sociorūq; viribus freti, Phalereorū planitie in hunc vsum purgata, equitatu repente immisso, Spartiatas cum multa cæde ad naues compulerunt, eorū duce Anchimolio obtruncato. Nec ita multo post Lacedæmonij, reparato exercitu, cū Cleomene Anaxandridæ filio, terrestri itinere, in Atticā venere, quibus quū Thessalus equitatus ferociter occurrisset, primo congressu difficetus est: pauci ex terrima illa cæde in Thessaliā abierunt. Cleomenes ad vrbem progressus, vna cū his, qui tyrannidē insensæ oderant, Pisistratidas intra pelasgicum murū redactos obsedit, neq; Spartiatæ eos oino eiecere, quippe q̄ cibo erant & potu optime instructi. Tenuit itaq; obsidio aliquot dies, Spartanis inde abeuntibus interceptisq; Pisistratidarū liberis, qui procul domo occultē ablegabant, ne quid crudelius in suos statueretur, pacti sunt cum libertatis assertoribus, vt filijs receptis, intra quinq; dies ex Attica excederent. Athenis igitur Pisistratidæ digressi in Sigæū, quod est supra Scamandrū, concesserunt, quū sex & triginta annos Athenis rerū potiti essent, ipsi ex Pylo a Neseo oriundi. Et hoc quidem modo tunc Athenæ a tyrannis liberatę fuerant. Cæterū quib⁹ deinceps casibus ipsa iactata sit ciuitas, post Pisistratidarū tyrannidē sublatam, ad Aristagorę aduētum haud quidem alienū erit ab historia explicare. Sed motus illi rerum, ex Clisthenis & Isagoræ in Rep. administrāda ęmulatione ortj videri possunt.

Cliſthenes vir Alcmeonides maternū auū habuit Cliſthenē Sycionis tyrānū, qui ob ſuum in Argiuos odium quibuſcum diuturnum geſſit bellum, oniū odiū vt Homeri carmina tolleret, quia Argiui ciuē ſuū Ādicarēt, ꝙa poematū certamina Sycione ſuſtulit. Argiuos.

Quin & Adraſtū cui⁹ monumētū in ipſo erat foro cōſtitutū, ānuaq; veneratiōe cōſecratū, inde pellere adortus (fuerat em & ipſe Argiuus) qa oracuło id facere, phibebaſ, Menalippi Thebani corp⁹, q̄ Meciſtem Adraſti fratrem occidit, & Tydeum eius generum a Thebanis impetratū, Sycioni intulit, eicq; Phanum & annua ſacra quæ Adraſto reddi conſueſſent, inſtituit: ita euenturū arbitratus, vt Adraſti geni⁹ Menalippi odio ex Scyone migraret. Reliquus Cliſthenis in Argiuos conatus, in Tribuū mutatione extitit, quas ne eadem nomina cum cæteris Dorienſibus haberent, ridiculis appellationibus inſigniuit, vt Hyatæ, Oneatę, Chireatæ, a Sue, Aſino, & Porco dicerentur. Hocq; animo Sycionius Cliſthenes in Argiuos fuit, quem Athenienſis Cliſthenes eius nepos, in Tribuum mutatione imitatus videtur, qui Athenis ex quatuor tribub⁹ tot enim tunc erant numero, decem inſtituit, clariſq; cognominibus, quod vnum fuit ab auito inſtituto diuerſum, inſignes fecit, vnde illi tanta cum populo gratia inita eſt, vt multo iam Iſagora potētior in rep. haberetur. Ferre id Iſagoras iniquo animo, ſtudioq; æmulationis accenſus, ad Cliſthenis opes euertedas, ad Cleomenē Lacedæmonium miſit, qui iam inde ex quo Piſiſtratidas obſedit, ad eiꝰ vxorem ventitaſſe dicebatur, ab eoq; multis precibus contendit, vt Cliſthenē Athenis eijceret, quādo Athenienſes, ob recens eius, in Piſiſtratidis expugnandis, meritum nihil illi denegatum vellent. Paucis itaq; diebus Cliſthenes vrbe pellit, aſſuitq; nihilo ſecius Cleomenes cū Spartiatarū manu, tū ibi ſenatū ſoluere aggreſſus, tumultu ab ea re in ciuitate orto, cū ſuis trepide eſt in arcem compulſus. Fide deinde data & accepta, triduo poſtquam obſideri cœperāt, Spartiatæ ignominioſe ex Attica cū Cleomene abſceſſerunt. qui cū Iſagora Cleomenē ſecuri arcē occuparāt, partim in ea recipiendā iter feci ſunt, partim ad ſupplicū ſeruati, vltro mortē oppetiuere. Athenienſes Cliſthene in vrbē reuocato, cū ſeptingentis familijs militarib⁹ quas Cleomenes & Iſagoras vrbe ablegauerant, Lacedæmonū opes veriti, ad Artapherne Darij fratrē, in Lydium mittunt, qui Perſarum ſocietatem publico Athenienſium nomine peterent. Perconta-tus Artapherne ſqui hominum Athenienſes eſſent & quam terram incolerent, vbi, qui, & vnde eſſent audiuit, ea conditione ſocietam illis detulit, ſi terrā & aquam Dario tradi diſſent. Artaphernis poſtula ta quum legati, iungendæ ſocietatis ſtudio, non recuſaſſent, vbi Athenas reuerſi ſunt, grauiter ſunt increpati, quando vulgo interpretarentur terram & aquam tradere haud aliud eſſe, quam alienæ dationis fieri. Nec Cleomenes multo poſtquam legati reuerſi ſunt, cum nouo exercitu Atticam ingreſſus Eleuſinem inuaſit, vim ſibi ab Athenienſibus intentatam vindicaturus, quanquam iam antea eius animum cupido inceſſerat, Iſagoram Athenis tyrannum conſtituendi. Populabantur interim Chalcidenſes & ipſi Atticæ fines, qua iniuria in aliud tempus dilata, Athenienſes omnem impetum belli in Spartiatas vertere, egreſſiq; ad Eleuſinē, quum aduerſæ acies iam in procinctu ſtarent, Corinthij qui cū Lacedæmonijs erant, ſubita eorū quæ fierent pœnitētia adducti, in pugnam ſe nolle ire profeſſi ſunt. Idē & Demarathus Ariſtonis filius

Cliſthenis Sycionis tyrānū.

Terrā & aquā tradere.

Cleomenes Athenienſes bello repetit.

nis filius fecit, Spartiatarum & ipse rex tum cæteri socij vbi Corinthios cōmilitiū detrectare viderūt, nec regibus inter ipsos de summa rei satis cōuenire ex Eleusine in pacatū abierunt, Cleomenes & ipse infecta re ex hostico cessit. Lacedæmonij intempestiua Cleomenis & Demarathi dissensione offensi ne talis postea discordia reipb. officeret, lege sanxere ne posi id tēpus ambo reges ad vnū proficiscerentur bellū. Nec Athenienses, hostibus Attica digressis quierunt: sed Bœotios & Chalcidenses adorti, qui medio ardore belli Atticos fines fuerant populati. Bœotios citra Euripū, Chalcidenses vltra vno die prælio superant: tum quatuor colonorū milibus in insula constitutis, plurimos vtriusq; gentis captiuos Athenas perduxere. Siquidē Athenienses quādiu sub tyrannis fuere, Græcorū omniū ignauissimi existimabant. mox in libertatē asserti multo omniū pstantissimi extitere, manifesto documento fortius sibi q̄ cæteris ipsos mortales dimicare. Thebani Bœotiorū cladem vindicare volentes oraculum de ratione belli consulūt, iussiq; proximos in societatem vocare, nō defuit qui Aeginitas ab oraculo socios demonstrati interpretaret, qa Aegina & Thebæ Asopi filiæ fuisse dicerent. Erant ad hæc Aeginitis veteres cū Athenienſibus inimicitiæ, q̄ quum Epidaurij Oleaginā ab Athenienſibus materiā petissent ad duo simulacra, q̄ ab oraculo ob agri sterilitatē consecrare iussi fuerant erigenda (in sola Attica tum olea fuisse traditur) ob eā rem, nescio quid annui tributi, cum Athenienſibus pacti. Verum qa procedēte tēpore ab Aeginitis delubra illa furto fuerant ablata, sublata pensionis causa, tributum haud reddendū amplius censuerūt. Athenienses eam iniuriā minime ferendā rati simulacra ab Aeginitis repetunt. sunt qui tradant nauim ad id vnā publice missam, cui Aeginitæ facile cessserint, cæterum adortos qui eo venerant statuas in de auellere, subito furore perculsos, mutuis se vulneribus confecisse. Aeginitæ plures Athenienſiū naues ob id ipsum adse missas memorabant, Argiuorumq; interuentu, qui sibi auxilio venissent, deletis Athenienſibus, vnū cladi superfuisse. Verū siue vnius siue plurīū nauiū classis hostiliter ibi cōsumpta est, qui acceptæ cladis nuncius Athenas venit, ob fœminarū incursum, de suor̄ casu scisciatari contendētiū, vestimentorū fibulis cōsauciatus perijt, ob idq; Doricæ vestis vsus mulieribus iam in de publico decreto adēptus, permissumq; vt lineā tantum gestarent, quæ nullis esset fibulis prædita. Aeginitæ igitur veteris adhuc odij memores haud grauate Thebanorū societatē secuti, in Athenienses arma induerunt, iunctisq; vna copijs Atticos sunt fines populati, nec fortassis eā iniuriā impune tulissent, nisi moniti Athenienses oraculo, vt trigінta annos ab Aeginitis abstinerēt, in aliud tēpus vltionē distulissent, q̄q̄ sic quoq; vix ire tēperatū esset, nisi noui Lacedæmoniorū motus interuenissent. Siquidē hi Pythiæ fraude deprehensa, Hippiam Pisistrati filiū, quē Athenis deiecerant, ex Sigæo Hellespontī reuocasse dicebantur, vt in pristinū restituerēt principatū. Cæterū vbi rex frequenti sociorū cōuentu Lacedæmone cōsultari cœpta est, Pythiæq; fraude accidisse diceretur, vt Pisistratidæ Lacedæmoniorū opibus principatu excidissent, æquum videri, vt qui hospites & amici, nihilq; tale meriti, ea clade affecti essent, per quos id vulnus accepissent, per eosdem sanarent. Verūemuero sociorum consensu ad eā rem auxilijsq; opus esse dicebātur, vt omnia ex dignitate fierēt. Neq; clamor vllus ad ea quæ postulabant, neq; assensus est secutus, sed mœstum potius silentiū, donec Soficles q dam Corinthius rei indignate motus, omnia prius fieri posse prefatus est, q̄ vt Spartani Pelopōnesiacis persuaderent, tyrannos in liberis vrbibus constituendos esse, oppugnandāve alienā libertatem, vt vnius libidini populus seruiret. Q̄z si rem pulchram venustamq; tyrānidē arbitrarent, oportuisse Spartanos prius exemplū id inducere, vt veteri forma reipublicæ sublata, suis vltro ceruicibus seruitutis iugum imponerent, inde alios ad id ipsum hortari: tū vero inhumane agere, vt cū ipsi præcæteris mortalibus suam libertatē studiose tueantur, alienā gratis conētur euertere, ob id fortasse venia digni, q̄ q̄ pestilens res esset seruitus, non essent ad huc experti, at Corinthios, qui vtriusq; status haud ignari essent, longe aliter sentire. Inde a duplicis oraculi monitu, quo omnia mala, quę ex Fetionis stirpe passuri erant Corinthij, exorsus, vt malo ciuitatis fato paucorū stultitia Cipselus infans seruatus esset, vnde etiā puero nomē inditum fuerit, qa in Cipsela frumentaria mensura infans latuisset. Executus inde qua vi ille patriā inuasisset, quibus rapinis & sceleribus deformasset, quæ mox sub Periandro eius filio ciuitas passa esset, qui Trasibuli consilium secutus crudelior patre extitisset, experiē tiam rerū omnium magistrā ea esse dictitans, quæ Corinthios ab eo consilio nō solum deterreret, sed cogeret etiā a Spartiatis precibus & obtestatione contendere, ne pergerent alienę libertati insultare, vt tyranno iter ad principatum facerent, quo nihil esset miseris mortalibus infestius, nihil magis inimicum, vel si in consilio perstarent, scirent Corinthios eius sceleris exptes futuros, qui si tueri nobilissimæ ciuitatis libertatē nequirēt, saltē ne impie oppugnasse dicerent. Multis sociorum Soficlem secutis, conuentus ille impune est solutus, Hippias q̄ omni recuperandæ tyrannidis spe deiectus, in Asiam reuersus, ad Artaphernem se contulit, apud quem Athenienses assidue criminādo, eo Barbarū impulit, vt Athenas miserit, qui publicæ de tyrannis in vrbem recipiēdis suo nomine agerent, si in Darij amicitia permanere vellent. Athenienses omnia prius se pati male responderunt, q̄ tyrannidis iugum semel excussum reciperent, erantq; ob hęc res ipsius ciuitatis parum quietæ, quum Milesius Aristagoras ex Lacedæmone in Atticā nauigauit, qui eadem quæ & apud Cleomenem de Asia Persicoq; bello memorans, vno etiam adiecto q̄ Milesij Athenienſiū coloni essent, dignicq; ob id vt ab omni externa iniuria eorum præsidio regerent, eo triginta Athenienſium milia perpulit, quū vnum Cleomenem nequiuisset, vt viginti nauium classis sis ſi Ionibus auxilio decreta.

Lacedæmoniorum decretum.

In sola Attica olim Olea.

Nuncius a mulieribus oppressus.

Concio Soficlis Corinthij.

Aristagoras Athenienses ī belli societatem trahit.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO. ENNEADIS SECVNDAE LIBER IX.

ATHENIENSIVM Societatem adeptus Aristagoras, cōtinuo ex Attica in Ioniam transmisit, qui vbi Miletum venit, Pęones, qui in Phrygiā erant Darij iussu traducti, ad transfugiū solicitauit, pollicitus fore, vt Ionibus iuuantib⁹ in pristinas sedes restituerent. Tantiviri autoritatē Pæones secuti, populariter ad mare primō, mox in Chium transmisere. Medicus equitatus ad eos retrahendos missus, quum fugientium vestigia ad mare

Pæones in pristinas sedes pfugiūt.



mare tenuisset, edoctus Pęonas in chium transisse, eo misit qui transfugas in Phrygiam Artaphernis iussu reuocaret. Illi vero omne Persarum imperiū aspernati, ex Chio in Lesbum traiecere. Mox inde a Lesbijs Doriscum deportati, terrestri se itinere in Pæoniam receperunt. Nec ita multo post Athenię ses cum viginti nauibus ad Aristagoram venere, & cum his quinq; Erethriorum triremes. Fuerant olim Erethrienses a Milesijs aduersus Chalcidēses adiuti, cuius rei memores parem in libello gratiam a se veteribus socijs relatam voluerūt. Aristagoras vbi eiusmodi copiæ a sacijs affuere, Charapinū fratrem, & Hermophantum Milesium, cum classiario rum manu in Lydiā misit: hi pter Caistrum amnē iter ingressi, qua Ephesij locorum gnari ducebant, per Tmolum Sardis puenere. Oritur Caister in cui⁹ mentionem sermo incidit, in Cilbianis montibus pluribusq; fluminibus auctus, sub Pionio monte Ephesum alluit. Improuisa res efficit, vt pene prius Iones & socij oppidum occuparint, q̄ adesse dicerentur. Artaphernes subito tumultu consternatus, cum metu & trepidatiōe sese in arcē recepit. Iones iniecta domibus flamma, que plurimum arudinacea materia constabant, totam vrbem incendio cō sumpserunt, Persæ oppidanis mixti forū occupant id Pactolus amnis interfluebat, que manus non solum se tueri, sed in hostem quoq; erūpere ausa, metum Ionibus iniecit ibi diutius commorandi. Et ex finitimis plurimi mortales Sardis Artaphernis edicto cōfluebāt, quare veriti ne ab h ostib⁹ intercepti temerarij icepti pœnas luerēt, in Tmolū prīo, mox inde in pacatū cōcesserunt. Vix inde Iones profecti erant, quum qui citra Halim fluuium incolunt, Sardiana clade trepide nūciata, subsidio affuerunt, abeuntesq; hostem e vestigio secuti, prius Ephesum ventum est, q̄q̄ præcepta semel fuga assequi potuerint, ibiq; conserto prælio Iones & socij victi, cum multa sunt, cæde in vrbem coniecti. Ceciderant in ea pugna plerique viri fortes, & in his Eualcides Erethriorum dux Simonidis carmine celebra⁹. Et tum quidem ita est ad Ephesum dimicatum. Athenienses post vnam aduersam pugnam, q̄q̄ Aristagora & socijs multa hortatione & lachrymis frustra retinere conantibus, in Atticam profecti sunt. Iones pręter spem ab Athenienſibus destituti, & si multum ad eam defectionem animi conciderant, desperatione adacti bellum summa ope comparant, Hellespontumq; hostiliter ingressi Byzantiū aliasq; circuniectas vrbes in suam potestatem redigūt: inde ad leuam conuersi, magnam Cariæ partem in societatem belli ascisciunt. Cyprij deinceps omnes, præter Amathusios, a Persis defecere, quos Onesil⁹ defectionis autor & Cyprij iam obsidione fatigabant, quū Sardianæ cladis nuncius est Susa ad Darium perlatus, tum fremēs ille, frendensq;, q̄ ab Ionibus & Athenienſibus vrbs Lydiæ nobilissima latrocinio vastata esset: Ecquinā hominum Athenienses essent rogauit, verum vbi & qui illi essent, & quam terræ regionem colerēt audiuit, sagitta in cœlum excussa, Iuppiter inquit, da mihi precor, vt Athenienses vnde profecta est in me iniuria, aliquando vlciscar, atq; hæc fatus ministro, qui forte aderat, precepit, vt quotidie apposita sibi cœna, ter illud diceret: Dari sis Athenienſium memor. in de⁹ Histieum ad se accersitum, que in Lydia & Ionia facta essent, ordine edocet, mirari se vehementer dictitans, q̄ Aristagoras ipsius procurator, defectionis autor diceretur, nec persuaderi sibi posse Aristagoram sua sponte tantum facinus esse ausum, videret ipse quid sibi suspicandum relinqueretur: Nam quod ad ipsam belli molem attineret, nemini dubium esse, quin res tāta multo maiore indigueri impulsore, q̄ vt ab Aristagora moueretur. Hic Histięus vt pręsenti erat cōsilio, ita accurate constanterq; se purgauit: vt non modo ab ea culpa abesse crederetur, sed sua etiam absentia motum illum accidisse persuaserit, pollicitus si in Ioniam mitteretur, fore, vt non prius vestem exueret q̄ totam gentem ad imperium retraheret. Darius hominis autoritatem secutus, Erat enim Histięus non Nilesiorum solū, sed totius etiam Ioniæ lōge princeps, accepta ab eo fide, vt compositis in prouincia rebus confestim ad se rediret, potestatem illi fecit in Ioniam abeundi. Sed dum is a rege dimittitur: Artybius Persarū dux, tū Phœnicia classe, ex Cilicia in Cyprum, ad Amathusios obsidione leuandos transijt. Cyprij audito hostium aduentu in Ioniam miserant, ad auxilia inde accersenda, quibus benigne impetratis, auxiliares Ionum naues Cyprij Phœnicibus oppoſuerunt, ipsi in Salaminijs campis aduersus Persas in aciem descendere. Erat Artybio equus bellacissimus, quippe qui primo pugnæ congressu, in hostium laniatum assurgeret, morsu, calcibus, impulsu, late stragem facere assuetus. Id quum Onesilus resciuisset, ad satellitū vnū, cuius opera in pugna quia militaris rei peritissim⁹ esset, valdeq; manu promptus, præcipue vtebatur, aut Artibium inquit peras necesse est ad primum eius occursum, aut equum hunc quem ita in prælio sæuire aiunt: partiamur opus est inter nos pugnæ huius laborem, vt prælio feliciter defungamur, tu vide ferum an hominem petere malis, vtram partem mihi reliqueris, eā fortiter capessam, nā quod ad pręsens consilium attinet, constituī cum Artybio manum conserere. Rex cum rege potius cōcurrat: ille ait, ac famulus famulo, vt siue victor, siue quod nolim victus, Onesilus fuerit, alterutrā fortunam honestius experiatur. nec equi ferociam pertimescas inquit, dabo ipse operā, vt nō modo regi, sed nemortalium cuiq; obesse possit amplius. Nec magna deinceps mora fuit, signis canētibus vtrinq; ferociter est concursum. Iones nauali certamine egregie vicerunt, in qua pugna obeunda Samiorū precipua fuit virtus. Dispari in terra est euentu dimicatum: nā vbi primū aduersę conflixerūt acies, ipsiq; duces obuij manum cōseruere, Onesili minister nalide, vt fuerat pollicitus, Artybij equo anteriores pedes, in regis scutū, piectos: falcis ictu recidit, supra quē cadentem cum totis armis Artybius corruit, eratq; Cypria res sine dubio superior, quū subita Stesenoris Cariorum tyranni, & Salaminiorum defectione concidit. Destituti Cyprij suis ipsorum viribus, fusi primo sunt mox strage multa passim disiecti. Perijt itaq; Onesilus, & Soliorum rex Aristo Cyprius Philocypri filius, eius qui cum Ione hospitium iūxit, ab eoq; est carmine celebratus. Onesili caput Amathusij supra portam vrbis suspenderunt, in quod demū exinanitum apū exanimen ingressum fauis refersit: ob eamq; rem loci incolæ oraculo monuiti sepeliuerūt. Onesiloq; quotannis vt Heroi sacra instituerunt. Cypriarum vrbium Sole omnium nouissima a Persis recepta est. Insulani quum per annum liberi fuissent, denuo in seruitutem relabuntur. Iones sociorum opibus in insula afflictis, cursum subito in patriā auertūt, vbi nihilo illis melior erat fortuna. Omnes & alij Persarum duces, vbi Iones, qui Sardis incenderant in Ephesum compulerant, vrbium oppugnatiōes inter se pertiti, Dauriſes Hellespontum fortitus (erat is Darij gener) Dardanum cepit, Abysum, Lāpsacum

Histięus, in Ioniā reuertit.

Artibij equ⁹ bellacissim⁹

Onesili caput.

Ioniæ vt bes bello affliguntur.

Marsias flu.

Caresprelio superantur.

Perse insidijs excepti cedūtur.

Aristagoras in Thraciā transijt.

Aristagoræ exitus.

Histiæi mendacium.

psacum, & Peson, singulos singulis diebus Cui a Peso ad vrbem Parion contendenti, nuncius allatus est, Cares a Persis ad Ionas defeciſſe, conuersoq; ab Helleſponto in Cariam ductu, ad Marſiā amnē primo caſtra fecit. Fluit ex Hidriade regione, Męandro immixtus nomen amittit. nec ita multo poſt eodem loco cum hoſtibus conſlixit: pugnarunt eo die Cares fortiſſime, ſed paucitate magis q̄ hoſtiū virtute ſuperati, ad decem milia hominum amiſerunt, nec Perſis incruenta victoria obtigit, duobus milibus in pugna amiſſis. Receperunt ſe Cares ad Labrydem in militaris Iouis templum, conſultantes, dederunt ne ſe Perſis, an Aſiam penatus relinquerent. cæterum hæc agitantibus Mileſij & ſocij ſubſidio ſuperuenere, id omni conſultatione reiecta iterum ſe prelio accingunt, fuitq; pugna hæc nihilo Ionibus felicior, q̄ prior illa ad Marſiam fuiſſet, multiſq; Mileſiorum cadentibus, cæteri fuga dilapſi, alij alio abierunt. Nec Cares, q̄q; bis acie victi, minus ferociter in armis eſſe perſeuerauerunt: quippe qui vbi vrbes ſuas a Perſis inuaſum iri, per exploratores cognouerunt, via que in Miląſſa ferebatur inſidijs conſederunt, in quas noctu Perſę imprudenter delapſi (nihil enim minus q̄ inſidias ab eo hoſte timere, quem ſemel atq; iterum paucis diebus viciſſent, ſed nulla res in libello pernicioſior q̄ nimia ſecuritas) obtruncati ſunt cum Dauriſe duce & Myrſe Gygis filio. Hymeas q & ipſe aliam Darij filiam in vxorē duxerat, in Propōtidem conuerſus Cyen cepit & Myſiam: mox Dauriſis & exercitu expeditione in Cares cognita, ex Propontide in Helleſpontum tranſijt, ſubegitq; Aeoles omnes, qui Illiąndem oram incolebant. Subegit & Gergithas, qui a priſcis Teucris relicti fuerant in ea terra, quam ad id tempus incolebant: hiſq; rebus proſpere geſtis, morbo in Troade perijt. Artaphernes & Orthanes omnem vim bello in Ionas verterant, eius gentis Clazomenas primo moxq; ex Aeolibus Cumam vi ceperunt, turbatoq; per hæc conſuſſorum etiam Ioniæ ſtatu: Ariſtagoras, qui fax eius fuerat belli, vbi omnia in peius ruere vidit, nec fortunam ſiſti poſſe amplius, cum Mileſiorum principibus de fuga agitare cœpit, vt relicta vrbe in Thraciam populariter abirent, in patriam remigraturi, ſi malorum procella illa, quę tunc omnia quatiebat, aliquando remiſiſſet. Variatum non nihil eſt ſententijs inter eos, qui de colonia conſultabant, aliįs alio eam deducendam ſuadentibus, perualuitq; Ariſtagoræ vorum, vt Mircinū Traciæ, quod a Dario Hiſtiæus dono acceperat, occuparēt. Pythagora igitur viro inter Mileſios conſilio & ſtrenuitate claro ad vrbis cuſtodiā cum robore iuuenturis relicto, ipſe cum voluntarijs in Thraciam nauigauit: vbi haud multo poſt cū ſuis eſta Thracibus interfectus, talemq; Ariſtagoras fortitus eſt exitum. Receperat ſe interim Sardis Artaphernes, venitq; eo Hiſtiæus, qui magnis itineribꝰ ex Suſis in Ioniam feſtinabat, tum ibi ab Artaphernе interrogatus, Ecquis hominum Ionas ad defectionem impuliſſet, negaretq; Hiſtiæus ſe id ſcire, ſic habet inquit Artaphernes (Iam enim compertum habebat noui illius motus eum autorem fuiſſe) hunc tu calceum conſuiſti: Ariſtagorasq; ſibi induit. Negare factum Hiſtiæus cæterum timens ſibi ab Artaphernе, proxima nocte fuga ad mare ſe proripuit: in Chiumq; primo tranſmiſit, vbi in vinculis tam diu eſt aſſeruatus, quoad ſatis compertum Chijs eſt a Dario eum perfugiſſe. Ibi quoq; familiariter rogatus, cur Ioniæ ſtatum in apertum diſcrimen coniecſſet, compertum habuiſſe ſe reſpondit darium in animo habere: Phœnicas totam Ioniam quaſi in colonias habitatum traducere, ipſoſq; totius orę ac colas, ad illorum ſedes obtinendas mittere: quod mendacium ſatis valuit ad inuidiam in preſentia leniendā. Inde Chio profecturus dat Hiſtiæus Hermippo cuidam literas ad Perſas, qui Sardibus erāt, cum quibus fuerat de proditiōe locutus. Hermippus ad Artaphernem eas detulit, ille omnibus que agebantur cognitis, iubet Hermippum eas reddere, quibus Hiſtiæus mandauerat, & quæ viciſſim illi reſpondiſſent ad ſe deferre. Ita rebus palam factis Artaphernes Perſarum plurimos ſupplicio affecit. Hiſtiæus a Mileſijs non receptus (cœperant enim iam libertatem guſtare) in Leſbū nauigauit, a quibus octo triremibus ſumptis Byzantium conceſſit, ibi locorū opportunitate frętus nauigia e ponto per Boſphorum prodeuntia, partim opprimere, partim voluntaria ſibi adiungere. Sed dum Hiſtięus ſuas circa Byzantium firmat opes, Perſæ terra mariq; Miletum obſidione cingunt, viſum eſt ſocijs opem Mileſijs ferre, omiſſoq; omni terreſtris auxilij apparatu, qua belli parte plurimū Perſicæ opes pollebant, trecentarum ſexaginta trium nauium claſſem ornant, quum pene duplo maior eſſet hoſtibus. Erant Phœnices, qui Perſis militabant, Cyprij, Cilices, & Aegyptij, Mileſiorum auxiliares erant Prienſes, Chij, Erithræi, Phocenſes, Leſbij, qui Aeoles erant, & Samij ad Ladam inſulam, quæ Mileto obiacet, eſt concurſum, Mileſijs cornu quod ad auroram erat obuerſum, claudentibus: alterum Samijs cum nauibus ſexaginta. Barbari ducesq; veriti, ne ſi claſſes concurriſſent, aliqua inſignis clades ſibi adeunda eſſet, pugna in preſentia abſtinuerunt, per tyrannos inde qui ab Ariſtagora fuerant eiecti, ſingulorum animos, ad eam populorum conſpirationem ſoluendam, tentare incipiunt, propoſita omniū, quæ geſta eſſent, impunitate & obliuione, contra virginū raptus, natorum ſupra, ſeruitutem, cędes in armis perſeuerantibus denunciantes. Siue igitur minaciſſima hæc denunciatio fuerit, ſiue Dionyſij Phocenſis ſuperbum in ſocios imperium (haud enim id facile quiſq; dixerit) ita accidit, vt conſpiratione illa paucis diebus ſoluta, nullius imperium (exaudiretur amplius: Tum Samij lucrifaciendam impunitatem rati, perſuaderi ſibi paſſi ſunt, vt a ſocijs deficerent. Itaq; vbi Phœnices in hoſtes adnauigare cœperunt, Ioneſq; & ipſi naues in cornua digeſtas produxere, vix bene prælium conſertum eſt, quum Samij ſublatis velis in altum abiere, decem eorum naues quoq; Trierarchi haud paſſi Samiū nomē tali pfidię nota perpetuo inſigniri, in pugna perſtitere, qb⁹ poſtea publico Samiorū decreto datū eſt, vt eſt ipſorum nomina ac maiorū lapide inſcriberentur. Leſbij & ipſi Samiorum defectione animaduerſa, ea parte fugam capeſſunt: inde alij atq; alij turpiter dilabuntur, ſoli omnium Chij locum ſuum fortiter retinuere, qui ab hoſtium multitudine circumuenti, vagam potius q̄ ſtatariam pugnam ſuſtinuere. Demum capriſ (ex hoſte nauibus) & ex ſuis plurimum amiſſis, Chium verſus fugam intendunt. Horum (quidam, quum ſemilaceras haberent naues, ſequente eueſtigio hoſte, ad Michalen fugientes littoribus ſponte impacti, in terram egrediuntur. Inde quum pedeſtri itinere domum irent, ab Epheſijs qui latrones eos arbitrati, hoſtiliter inuaſerant: prius oppreſſi ſunt, q̄ agniti. Dionyſius Phocenſis in Siciliam nauigauit, vbi aliquandiu piraticam exercuit. Perſæ Ionū opibus per mare diffectis, ad Miletum oppugnandam

Sybarite ingrati i Mileſios

Miletos obſidet.

Ionū maritimę opes.

Zancla.

Greci Zāclā potiūtur.

Soluitur Ionū cōſpiratio.

Soluūtur maritimæ Ionū opes.

Hiſtiæus cruci affigitur.

Mileros capitur.



dam totis viribus vertūtur, omniq; tormentorum genere muris admoto, ſexto poſt primum Ariſtagoræ motum anno: Dariani ab arce oppidum tenuerunt, vrbs direpta eſt, qui cędi ſuperfuerunt, Suſa perducti ſunt. Hos Darius nullo maiore ſupplicio affectos, in Anipa vrbe collocauit, quæ ad Tygrim poſita eſt, qua flu. in rubrum mare labitur. Athenienſes tam moleſte Mileſiorum clademtulerunt, vt vniuerſum theatrum illachrymaſſe dicat, quum Mileſia Phrynici direptio acta eſt, ob idq; autor ipſe mille drachmis, vt Calliſthenes prodidit, eſt mulctatus, quia velut domeſticum vulnus refricuiſſet. Contra Sybaritæ, qui Laon & Cydron incolebāt, haud parem Mileſijs excidium paſſis gratiam retulerunt, qui Sybari a Crotoniatis direpta, quum Mileſij puberes in argum ētum doloris, ob mutuum hoſpitium, ſibi capita raſiſſent, ipſi in tanto Mileſiorum malo, nullum triſtitiæ indiciū prębuerunt. Samij (nam vulgo diſplicebāt quæ Aeaces dux claſſis fecerat) & cum his Mileſij, qui caderte patria effugere potuerunt, in Siciliam curſum tenuerunt. Hi quum Locros appuliſſent, ab Anaxilao Rhegy norum tyranno perſuaſi, Zanclam bellatoribus vacuam occuparunt. Obſidebant tunc Zanclei cum Scythe monarcha ſuo Siculorum vrbem, qui inopinato patriæ caſu perculſi, Hippocratem Gele tyrannum, in auxilium vocant. Vrbem inde Samijs adimere conati, perſeuerantia & ſtudio vinciſſent, niſi medio gerendarum rerum curſu a Tyranno proditi: non modo victoria excidiſſent Zanclei, ſed eorum etiam principibus in vincula coniectis, obſidionem ſoluere coacti eſſent. Græci dimidio prędæ (ſic enim cum eo pacti fuerant) Hippocrati dato, vrbe potiti ſunt. Hiſtiæus Mileſiorū clade nunciata, cū his nauibus, quas habuit, ex Byzantio Chium nauigauit, inſulanoſq; vim primo parantes, mox & prælio congreſſos vicit, cladeſq; hæc recens priori cladi adiecta eſt. Ex nullis Ionum nauali pugna ad Miletum commiſſa, plures q̄ ex Chijs prælio, alijſq; caſibus perierunt. Fuerant ea mala illis aliquanto antea euidentioribus quibuſdam ſignis demonſtrata. Ex centum iuuenibus, quos Delphos ex choro miſerant, duo incolumes in inſulam reuerſi fuerant, cæteris peſtilētia conſumptis. Et literarij ludi tectum repente collapſum, centum viginti pueros, ſubita ruina, oppreſſit, vno duntaxat eo caſu ſeruato. Hiſtięus ex Chio Thaſum tranſmiſit, quam quum obſidere cœpiſſet, audita hoſtium ex Mileto profectione, ad reliquas Ioniæ vrbes expugnandas in Leſbum tranſijt, Leſbijs ipſius copias formidantibus, in prouinciam Arthanis trāſijt, vt ex My ſorum agro frumenta raperet. Hic cum ſuis in terram egreſſus, cum Harpago viro Perſa, qui his locis opulentum ductabat exercitum, apud Malina (id enim eius terræ nomen erat) prelio commiſſo, magna exercitus parte cæſa, viuus in hoſtium poteſtatem venit. Fama eſt vitæ cupiditate Hiſtiæum adductum, quū ignotus a Perſa quodam media acie confodiendus eſſet, Hiſtiæum ſe eſſe alta voce proclamaſſe, atq; ita ſeruatus, vbi Sardis perductus eſt, ab Artaphernе eſt in crucem ſublatus, capite illi priuſ adempto quod Suſa ad Darium miſſum, rex honorifice ſepeliuit. Quo facto multi perſuaſum habuerunt fuiſſe Darium ob vetus in ſe meritum ei veniam daturum, ſi viuus eo perductus eſſet. Sicq; Hiſtiæus quoq; periit. Nauales Perſarum copiæ, quæ circa Miletum in ſtatione erant, ſequenti anno omnes fere inſulas Ioniæ adiacentes: partim vi, partim voluntate Dario ſubegere: Chium, Leſbum, Tenedū vi capras euerriculārunt. Euerriculatio talis fuit. Viri manus ſibi mutuo tenentes: quaſi reſtem vnā texuere, qua ab Aquilonari littore ad meridianum extenſa, totam latentes incolas venando inſulam peragrauere. Sunt Perſæ & Hiadum vrbibus quibuſdam poti: in eaſq; nihilo ſecius q̄ in cæteras ſæuitum. Nam quod ad Ionas attinet, mares execti ſunt, lectiſſimæ virgines ad regem miſſæ, Templa ſubiecto igni concremata. Atq; in hunc maxime modum tertio Iones in ſeruitutem ſunt redacti: bis olim a Lydis, mox ob defectionem a Dario factam. Maritimæ copiæ ex Ionia cum nauibus profectæ, quia dextera ora iam antea Perſicis fuerat armis ſubacta, omnem bellorum vim in leuum latus deflexere. Erant in eo tractu, Perinthus, Sylembria, & Byzantium, loca prę cæteris illuſtria, horum Byzantij, Phœniciæ claſſis appulſu non expectato, in interiora Euxini conceſſere. vbi Meſſambriam condiderunt, Phœnices maritimis vrbibus incenſis, Proconeſum, & Artacem capiūt, captaſq; pari clade afficiunt: inde in Cherſoneſum reuerſi, cæteras vrbes, quibus primo acceſſu abſtinuerant, ſubuertunt, ſoli Cyziceni, qui iam antea ſub Perſis erant, eius cladis expertes fuere, & Cardiani qui ſubigi nequiuere. Horum per id tempus tyrannus erat Milciades Cimonis filius, nepos Steſagoræ qui a Milciade Cipſeleli filio, eius terre imperium acceperat. Milciades ille maior a Dolonchis Thracibus inuitatus, vt in Cherſoneſum duceret coloniam, pertæſus Piſiſtrati tyrannidem, cū voluntaria ſuorum manu Athenis profectus, quę Dolonchi locum ad inhabitandum dedere, tenuit: quod illi facere fuerant oraculo iuſſi, quum de euētu belli, quod cum Abſinthijs habebant, ſoliciti Delphos conſultum miſiſſent. Pythia ita Dolonchos monuit, vt domum abeuntes inde ſibi coloniæ in ſuam terram ducendæ autorem ſumerent, vbi primo hoſpitaliter inuitati eſſent. Accidit igit vt Athenis peregre tranſeuntes, a Milciade in hoſpitium adducti ſint. Vbi ergo in eam terram venit, ad arcendos Abſinthiorum aliarumq; gērium incurſus, Thraciam Cherſoneſum, ab extrema Iſthmi ora, ad alteram, ſex & triginta ſtadiorum ſpacio, mœnibus cōmuniuit. Is quum forte Lampſacenis bellum intuliſſet, in fidijs captꝰ, terribili Croēſi regis ad Lampſacenos denunciatione eſt dimiſſus. Caduceator qui a Croeſo venerat, vbi Lampſacum venit: his dicitur verbis vſus (erat Milciades ipſi regi chariſſimus) Niſi Milciadem Lampſaceni viri miſſum feceritis, denuncio vobis futurum, vt a Croeſo in morem pini exteramini. Hic quū Lampſaceni inter ſe quærerent, & quid eſſet quod rex ſe vt pinum diceret extriturum, vix tandem quidam grandis natu docuit, naturam eius arboris eſſe, vt ſemel excifæ nulla amplius ſubnaſcatur ſoboles, ſed radicibus intereat, quod illi excidium veriti, cōfeſtim Milciadi vincula ademere: Atq; ita ille Croēſi eſt beneficio ſeruatus: Reliquit hic moriens Steſagoræ filio Cimonis germani fratris e matre regnū durante deinceps cum Lampſacenis bello, Steſagoras apud curiam, a quodam qui trāſfugæ nomine ad eum venerat, ſecuri percuſſus periit. Succeſſit huic Milciades frater, quē Piſiſtratide ex Athenis cum triremi miſerant in Cherſoneſum ad res fratris repetendas. Ad hunc magnus eſt Cherſoneſitarum concurſus factus ad Steſagore caſum cum eo deplorandum, quibus in vincula cōiectis, ipſe tota Cherſoneſo potitus eſt, cōductiſq; auxiliarijs

Byzantij Meſſambriam cōdunt.

Milciades.

Exterere vt pinū.

Dolōchi.

filiam Oloris Thraciæ regis duxit vxorem. At nihilo secius ipse quoq; grauibus est casibus iactat⁹, tertio anno ex quo Cherſoneſum occupauerat, Scytharum metu, qui Dariano bello iritati, hucusq; proceſſerāt, ex ea terra profugit, Scythiſq; digreſſis a Dolonchis triennio priuſq; cæteris curis impliceretur, fuerat reductus. Is quia eius ſententiæ auror fuit, vt Ioneſ pontem qui Iſtro fuerat impoſitus, Dario excluſo diſſoluerent, Perſicas opes veritus, vbi Phœnices Tenedum veniſſe ſenſit, cum quinq; triremibus, quas precioſiſſimis rebus referſerat, ex Cardia Athenas curſum intendit, ſed dum Negritem ſinum tranſmiſſa Cherſoneſo nauigaret, a Phœnicia claſſe circunuentus ægre cum quatuor triremibus in Imbrum, ex Imbro Athenas euaſit, quinta in qua erat Metiochus filius maximus natu, non ex Oloris filia, ſed alia vxore procreatus, capta eſt, quem ad Darium miſſum tantū abfuit vt ob patris perfidiam rex aliquo malo afficerit, vt domo etiam & fortunis ampliſſimis in Perſis collocarit. Sed cęcę in Dario mite, vt apparet, fuerit ingenium, vix tamē tam in eo ornādo naturā ſecutum crediderim, cę vt in bello, quod in Athenienſes aīo moliebatur, tam iuuenis animum cę patris, ad rem opportunius gerendam, beneficio occuparet. Atq; hactenus perhæc in Ionas eſt ſeuitum, quorum qui tantis cladibus ſuperfuere, vetigales facti ad tempus quieuere. Sed dum hæc a Perſis in Ionia & Helleſponto geſta ſunt, aut certe non multo prius, nam ex inſtituta rerum explicatione, Romana plurimum externis ſunt anobis pręferenda, triennio poſtq; ad Regillum lacum pugnatum eſt, neq; pax certa, neq; bellum, vt Liuius ſcribit, cum Latinis fuit. Dionyſius poſt cladem ibi acceptam, quum adhuc Poſthumius dictator eſſet, legatos ait ex toto Latio Romam veniſſe, veniam implorantes, ſupplicitercę in curiam peritū, ne Senatus Populuſq; Romanus, ob vnum defectionis crimen, cuius cauſa penes ciuitatum principes eſſet, qui ſuos pōpulares inuitos ad arma cōpulliſſent. Latinum nomen ad internicionem dederent, quin cognitionis originiſq; ſuæ memores, in ſocietatem & amicitiam deditos reciperēt. Aut ſi cum victa gente tam æquis conditionibus non videretur agendum darēt ipſi quas vellent leges, nullas quidē tā duras, & difficiles daturi, quasnō Latini libēter bello prælaturi eſſent. Hæc quæ illos cum fletu, ad pedes Dictatoris obuolutos, multum diuq; precatos, quibus emollita ſenatus ira, plericę patrum prę nimia miſericordia lachrymas dederint. Tum vero haud vnam in curia ſententiam dictam, T. Largium, qui priori anno Dictator fuerat, pacis veniæq; dandę auctorem fuiſſe, & vt parce preſenti fortuna Po. Ro. vteretur, vt vnius viri, ſic ciuitatis ornamentum eſſe dicti tantem, non corrumpi rebus proſperis, ſed moderate ſuos ferre ſucceſſus, felicitates hominum per ſe inuidioſas eſſe, ſed tum multo magis, ſi miſeris & afflictis acerbæ ſint, & contumelioſæ. Meminiſſe adhæc oportere nil minus tutum eſſe volentibus imperare, cę arma adhuc tenentem in extremam neceſſitatem & deſperationem adducere, inſtandum veſtigijs maiorum, qui magnum victoriæ fructum in clementia poſuerunt: Id argumento eſſe cę hoſtium quos viciſſent, alios ciuitate donaſſent, fœdere alios, & hoſpitio ſibi publice & priuatim iunxiſſent, idq; non in Latinis modo, quos ſępius vicerunt, ſed Hetruſcis quoq;, & Sabinis ſedulo factitaſſent: Debere ad hæc imperium quod ſtabile manſurumq; ſit, beneuolentia potius, cę vi & armis muniri, cuius ratio tota in fide & conſenſu parere volentium ſita eſſet, non in terrore, & ſæuitia. Stultum eſſe ab eo fidem expectare cui libertatem, qua nihil eſt homini natura charius, ademeris: quare beneficio non ſæuitia, ſocietate non ſeruitio, ſtudio non metu, cenſere Latinos ad officiū reuocandos; quando nulla re homo homini facilius, cę æquitate copuletur, qua ſublata neq; fœdus, neq; ſocietas vlla diuturna eſſe poſſet. Acceſſerunt huic ſententiæ plurimi patrum. Seruius tamen Sulpitius vnum adiiciebat, vt in fœdere reno uando dimidium agri Latinis adimeretur, in quem Romani colloni mitterentur indigenis mixti, velut in vnum corpus Latini Romanię coaleſcerent, ſic pax Romano firmior certiorq; futura. Secuta Spurij Caſſij ſententia longe atrociſſima, quæ cenſebat vrbes funditus euertendas auto res defectionis ad ſupplicium depoſcendos, cæteram multitudinem Romam traducendam, imitandos conditores vrbis, qui ne Albę quidem, vnde ſe oriundos ſciebant, quia inſanabili eſſet in ſe animo pepercisſent, eſſe inuidiam vitium incurabile, & quod plus omnino, cę tolerari poſſit, ſuis affectibus indulgeat, augericę cum alieno ſucceſſu, nec niſi clade alterius luctuve remitti, nec vllo modo expectandum, vt Latini deſinant Romanis inuidere, quibus quo magis res vrbis huius florebunt in quir, eo validius illis ſuſpectæ erunt & inuiſę. Bellaq; bellis ſerendo, ſi aliter non queant, vanis bellorum terroribus Romanum nomen ſemper ſolicitum, ſuſpenſumq; inter bellum & pacem habebunt. Hæc ſpurio fremente. Dictator & maior pars ſenatus mitiſſimam viam ingreſſi, legatos in curiam reuocatos perhumane benigneq; affati, paceem ſe daturos pollicīti ſunt: ſi quam primum captiuis, & tranſfugis Romam miſſis, Romanos exules ſuis finibus pellerent. Quod quum ſedulo illi feciſſent, ex veteri formula fœdus eſt cum ipſa gēte renouatū, anno quartodecimo, ex quo reges habere Romani deſierant, tum demum Tarquinius Latio eiectus, quum iam nonagenarius eſſet, Cumas ad Ariſtodemum Tyrannum ſe contulit, vbi regno, patria, opibus priuatus, neceſſitudinum omnium inops paucis diebus fato deceſſit. Liuius triennio, vt dixi, poſtq; ad Regillum lacum cum Latinis eſt pugnatum, neq; bellum, neq; pacem, cum ipſa gente fuiſſe ſcribit, quo temporis ſpatio, Aulo Sempronio & M. Minutio conſulibus, ædes ſit Saturno dedicata, trahitq; in dubium tempora, annalium ſcriptoribus parum perſpicue ea digerentibus, illud interim pro certo ponere auſus Ap. Claudio & P. Seruilio conſulibus, qui annus, vt ipſe colligit, quartus a Regillana fuit pugna Tarquinium Cumis mortuum, haud inficiatus fuiſſe quoſdam qui Aulo Poſthumio & T. Virginio, quorum anno cum Latinis ſit pugnatum, Appium Claudium & Seruilium ſubiecisſent, quibus Conſulibus Tarquinij mors Romā ſit nunciata. Eodem anno Signia colonia, quam Tarquinius deduxerat, ſuppleto colonorum numero, iterum deducta eſt. Romæ tribus vna & triginta factæ Idibus Maij ædes Mercurij dedicata. Volſci cum quibus Latino bello nec pax fuerat, nec armis diſcepratum, quia tamen ex confeſſo in Romanos exercitum comparauerant, bello ſunt a conſulibus petiti. Cæterum inopinata re perculſi. CCC. principum filios, a Cora & Pometia obſides conſulibus dederunt, quibus Romam reuerſis,

Miſcia des Athenas profugit.

Metiochus capitur.

Regillus lacus.

Latinorū legati ad Roma. Populū.

T. Largij verba ad ſenatū.

Sp. Caſſij ſententia atrociſſima.

Latinum fœdus renouatur.

Diſcordia ciuilis ob ęs alienum.

Fœdꝰ cū Latinis renouatū.

Targnij interit⁹.

Seditio ciuilis.

Aedes mercurij.

Ap. Claudiꝰ. P. Seruilius cōſules.



uerſis, vix paucis interiectis diebus, bellum occulte reparant. Hernicis in ſocietatem aſſumptis, legatos ad ſolicitādos Latinorū aīos paſſim dimittūt. Latini poſt cladem ad Regillum lacum acceptam non ſolum arma, ſed eos quoq;, qui ſe ad ea recipiē da hortarentur, vehementer odiſſe, eaq; ira effecit, vt Volſcorum legatos iniectis vinculis Romam, cum indicio eorum quæ a Volſcis pararentur, ad conſules & ſenatum miſerint. Id adeo fuit patribus gratum, vt captiuorum ſex milia ad Regillum lacum capta, Latini nominis vrbibus remiſerint, actum demum de fœdere cum ipſa gente renouādo quod ad id tempus fuerat negatum, vt Liuius ait, ad magiſtratus reiecerint. Gauderetum Latini facto, coronamq; auream dono Ioui in Capitoliū miſerunt. Venit cum legatis multitudo ingens eorum qui Romæ ſeruiuerant, gratulaturi ijs, apud quos fuerant, q; liberaliter habiti ab his eſſent, humaneq; in ſua calamitate culti, iungunturq; ob eam rem hoſpitium inter ſe & amicitiam: factumq; his mutuis officijs, vt nunc Latinum nomē fuerit Ro. imperio cōiunctius. Inſtabatq; nihilo ſecius Volſcum bellum, quum grauis Romæ ob æs alienum orta eſt inter ciues diſcordia. Fremebat plebs, q ipſa foris pro libertate dimicaret, domi fœneratorum iniuria circunuenta, fortunis & libertate ſpoliaretur, tutam ſe magis inter hoſtes, cę inter ciues in ſuum tergum ſæuientes, eſſe multos ſui ordinis creditoribus addictos, in dieſq; plures addici, apud quos nexis multo miſerior ſit vita, cę ſi in hoſtiū manus incidiſſent. Actum de libertate plebis eſſe, niſi præſentiinjuriæ iretur obuiam. Hanc inuidiā ſua ſponte gliſcentem, miſerabilis vnius fortuna maiorem in modum auxit, magno natu quidam, ſqualida veſte, fœdoq; habitu, corporis pallore & macie inſigni, ſe repente in forum proiecit, ad hūc viſendum multorum factus eſt concurſus. Efferauerat prolixior barba & capilli oris effigiem, verū quia ordinem duxerat, aduerſaſq; cicatrices honeſtorum aliquot præliorum teſtes oſtentaret, pluribus noſcitātibus, vnde habitus ille tetraq; deformitas, circunfuſa multitudo ſciſcitabatur. Tum ille duo ſe de triginta ſtipendia feciſſe teſtatus, multaq; pro publica libertate pericula adiuiſſe, quorum plurimæ toto corpore cicatrices teſtes eſſent. Sabino bello fructibus & pecore ab hoſte direptis villaq; incenſa, ob tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe, idq; ſemel conflatum perpetuis vſuris paterno ſeagro primum exuiſſe, mox & auito, inde fortunis alijs, poſtremo ad corpus velut tabem quandam peruenisſe, ductū ſe a creditore cum duobus filijs, non in ſeruitutem, ſed in ergaſtulum & carnificinam ſæuiſſimā. Oſtentare tergum recentibus verberibus fœdum, multiſq; cum lachrymis Quiritium fidem, aduerſus ea quæ indigne paterentur, implorabat. Ad hęc viſa auditaq;, tanta animorum indignatio orta eſt, vt toto foro primum tumultuatum ſit, clamor inde & trepidatio totam vrbem peruaſit, vincti ſoluti q; in publicum ſe proripiunt, nullo deeſt loco volūtarij ſeditioſis comes, diſcurritur paſſim totis vijs, nec ſine periculo patrum, qui tum forte in foro erant, a quibus violandis concita multitudo haud abſtinuiſſet, ni propere conſules Ap. Claudius & P. Seruilius opportune ad ſeditionem oppriměndam occurriſſent. Tum in eos multitudo omnis conuerſa, vincula & fordes corporis oſtentare, ibiq; ſuam quiſq; militiam exprobrantes querere an miſeri id ciues meriti eſſent. Irent & ſenatum in curiam vocarent, ſe conſilij, arbitros moderatoreſq; futuros. Pauci admodū patrum, qui tum forte in foro erant, in curiā coiuere, cæteri meturſe in priuato tenebant. Verū quum nihil per infrequētiam tranſigi poſſet, obſtrepere multitudo, de induſtriaq; id fieri, impediendæ rei cauſa, patres non adeſſe, miſerias ſuas ludibrio ſenatui eſſe. Iam & conſules haud dubie tergiuerſari, vt ea actio ingrata patribus, longeq; odioſa interiecta mora diſcuteret. Sæuire iraq; multitudo nec procul abeſſe, quin cōſularis poteſtas violaretur: tū demū periculo rei, ne diſcordia ad cædem prorumperet, frequētior curia facta eſt. Hic nō modo inter patres, ſed inter conſules ipſos parum conueniebat. Appius homo violento ingenio motū illū vaniſſimū cōprimi oportere arbitrabatur, vno atq; altero ad ſupplicīū arrepto, cæterā multitudinē quieturā. Seruilius iratos animos, lenib⁹ remedijs flecti, magis cę vi frangi tutius putabat. Afferunt interim tumultuoſo nūcio Latini equites Volſcos infeſto exercitu ad vrbem venire. Is nūcius lōge aliter patres, ac plebem affecit, gaudebat hæc preſenti terrore, deoſq; ſuperbiæ patrū vltores adeſſe clamitabat. Hortabā turcę alius alium, ne darent nomina, ſatius cum cæteris, cę ſolo ſperituros. Patres contra ancipiti malo detenti, de ſalute ſua, deq; ſumma rei vehemēter eſſe ſolliciti, adeo ſeditio ex vna ciuitate duas fecerat. Hic quū nihil præ nimia trepidatione expediri poſſet, Seruilius cui ingeniū mitius, magiſq; popularе fuit, hortatu patrū in cōcionē prodit, oſtenditq; circunfuſæ multitudini cauſam plebis curæ patribus eſſe, iamdudum de eius cōmodis deliberabundos ſedere, cæterum interueniſſe preſenti cōſultationi, quæ ad partem ciuiū pertineret, maiorem alterā de vniuerſa Repub. nec quum hoſtes haud procul a mœnibus eſſent, negocium bello præuerti vllum debere, nec ſi res dilationem patiatur, honeſtum plebi eſſe, niſi mercede prius accepta, nolle pro patria militare, neq; patribus decorum videri, metu & neceſſitate ſuorum ciuium fortunis, nō voluntate conſuluiſſe, concioni deinde addidit fidem edicto, quo ne quis ciuem Romanum vinctum, aut clauſum teneret, imperauit, quo minus edendi nominis apud conſulem poteſtas fierer. Neu quis bona militis, dum in caſtris eſſet, poſſideret, aut vēderet, nec liberos nepotesve eius morare tur. Ad id nouum edictum ex tota vrbe fact⁹ eſt ad conſulem concurſus, vis nexorū ingens ex priuato ſe proripientium in publicum proceſſit, magno q; omnium ſtudio conſul legiones in hoſtem duxit. Tentarūt Volſci Romana caſtra, an ob ſeditionem nuper motam, tranſitio aliqua ad ſe fieret. (Enimuero Romanæ diſcordiæ fiducia bellum eagēs reparauerat, ſatis cōſtāti fama priuſq; vlla aperta ſeditio erupiſſet, plebē a patribus alienatā) ſenſerunt vigiles hoſtiū acceſſum, cōclamatumq; eſt in caſtris ad arma. Volſci vbi id ſibi incœptum irritū ceſſit, reliquā partē noctis quieti dederunt, poſtero die, vbi primū illuxit, Romanū vallū ferociter inuadunt. Continuit parumper ſuos Seruilius, vbi vero ſenſit ſignum ab omnibus efflagitari, militē auidum certaminis in hoſtem emiſit. Volſci ad primum congreſſum fuſi, fugatiq;, ſe trepide in caſtra receperunt, quibus poſtea metu relictis cum omni præda Romanus potitus eſt, inde ad Sueſſam Pometiam Romana caſtra admota, quæ paucis diebꝰ capta, prædæ militibus ceſſit. Cæterum dum foris hęc a Seruilio geruntur, Appius cōſul, vt Volſcorum ſupplicium alijs documento eſſet, ne datis ob fidibus fœdera violare amplius auderēt, trecentos ccc. cæeius gētis obſides in foro ſecuri percuſſit. Mecetra-

Sedatur diſcordia autoritate Seruilij

Volſci acie vincuntur.

Obſidū ccc. cædes.

ni Volſci Pometina clade territi Seruiliũ Romam decedentem adeunt, pacem implorant, pax illis ex ſenatus conſulto data, ager tamen adẽptus. Sabini & ipſi non nihil terroris iniecere, ſubita in Romanũ agrũ incurſione. Tumultus fuit is verius q̃ bellũ, nam noctu trepide nunciatum eſt Sabinos per Ro. agrum ingreſſos, late omnia vaſtare circa Anienem, ſimulq; Aulus Poſthumius (Liui⁹ Aurelium pro Aulo ſcribit, fuerat is Latino bello Dictator) cum toto equitatu eſt in hoſtem miſſus. Secut⁹ Seruilius conſul, cum robore copiarum. Sabinorum perq̃ pauci ſunt in agris reperti, plures quidem cibo & vino graues in villis oppreſſi, cæteri Romanorum occurſum veriti in pacatum trepide abierunt. Res tanta eſt celeritate confecta, vt nocte vna auditum ſit & finitum bellum Sabinũ. Dionyſius maiore quadam vi & quaſi iuſta acie in Sabinos dimicatum ſcribit. Poſtridie, ne belli aliquando materia deeſſet, legati Arunci ſenatum adiere, bellum ni agro Mecetranis adempto decederetur, indicturi. Auruncus exercitus cum legatis domo profect⁹, circa Ariciam eodem die conſpectus, tantã ciuitati trepidationẽ incuſſit, vt ne legatis quidem pacate reſponderi potuerit. Infeſto itaq; agmine in Aurũcos itum, nec procul Aricia collatis ſignis, proſpera pugna debellatũ eſt. Ciues paucis diebus toties victores conſulis promiſſa expectabant. Appius cũ inſita ſuperbia, tum gloriam bello partam inuidens collegæ, primo ne triumphus ei decerneretur autor fuit inde vt eius fidẽ irritã faceret, ius aſperrime de creditis pecunijs dicere. Et iã qui nexi fuerant reddebantur creditorib⁹, nectebant alij, tum vero vndiq; ad Seruiliũ concurſus fieri, ab eoq; auxiliũ implorabat ciuitas, rogare obteſtariq;, ne ciues ſuæ fidei creditos fœneratorũ crudelitati proderet, ſed fidem plebi datam exolueret. Audire ille preces, cæterum patrũ cõſpirationẽ veritus, tergiuerſari, ita medius inter vtrunq; ordinẽ agens neutrius gratiã reportauit. Patres mollẽ cõſulem & ambitioſum, plebs perfidũ arbitrari, eoq; odij ciuitas euecta eſt (Appium enim iã antea oderat) vt orta inter cõſules ipſos cõtẽtione, vter Mercurij ædẽ dedicaret (fiquidẽ hoc anno ſecũdũ quoſdã dedicata eſt) patres q; ad plebẽ id decretũ reieciſſent, additumq; eſſet, vt cui populus eã dedicationẽ demandaſſet, is vrbicę annonę præeſſet, mercatorumq; collegiũ inſtitueret. Populus conſulibus poſthabitis M. Lectorio primipili centurioni, ad vtriuſq; conſulis ignominiã, honorẽ demandarit. Per hæc q; iã anno circum acto Appius & Seruilius magiſtratu abiere. Secuti conſules Aulus Verginius & T. Vetuſius. Principio huius anni plebs vno cum patribus certamine ferocior facta, incerta quales habitura eſſet conſules pars in Exquilijs, pars in Auentino, nocturnos celebrat cœtus, de ea re quũ conſules ad patres retulliſſent, totus ordo in eos inuectus, ipſorum culpa id accidere vociferatur, ſolutũ eſſe deiectumq; corpus reipub. conſulum ignauia, vnũ virum pluſq; conſulẽ in republi. ſuperiore anno fuiſſe Ap. Claudiũ, qui eiuſmodi cœtus momento tẽporis diſcuſſurus fuerit. His vocibus male habiti cõſules, quũ quæ fuiſſent, quid patres fieri vellent, decernunt, quando perſpicue appareret multitudinẽ ocio laſciuire, vt q; acerbiſſimũ habeant delectum. Dimiſſo ſenatu conſules tribunal aſcendunt, cirantq; nominatim iuniores, quũ ad nomẽ nemo reſponderet, negaretq; circũfuſa multitudo plebẽ decipi poſſe amplius, nũq; militẽ vnũ habituros niſi ciuibus promiſſa ſoluerent, quia haud dubiũ ſi vis tentata eſſet, fœdũ certamẽ mouebatur priuſq; vltima conſules experirentur, in curiã reuerſi, iterũ conſulunt patres, idẽtidẽ teſtati ingentẽ ſeditionẽ excitari, ſi vi agẽdũ ſit. Tum ferociſſimus quiſq; patrũ ad eorũ ſellas progreſſi, magiſtratu abire iubent, ſi imperio vti neſcirent, aut metu nõ auderent. Tũ illi, quãdo vobis ita euenire placet, parati ſum⁹ omnia experiri patres, q̃q; equũ eſſet, vt qui intra parietes curiæ tã ferociter loquũtur adeſſent, preſentis inuidiæ aut ſocij aut ſpectatores. Cũ hiſce in forum reuerſi, quendam de induſtria qui forte in proximo ſteterat, citari iubent, qui quũ tacitus ſtaret, eiq; ne violari poſſet plurimi circunſiſterent, Lictorẽ cõſules ad eum mittunt, quo repulſo indignũ facinus fieri clamitãtes, qui patrũ forte aderãt, ex ſuperiore loco deuolant, vt lictori auxilio eſſent. Tũ impetu a lictore in eos verſo, diſcerpti a multitudine fuiſſent, niſi cõſulũ intercurſu ſedata fuiſſet rixa. Conſulibus iterũ in curiã reuerſis, ſenatus tumultuoſe vocatur, poſtulantibuſq; ijs, qui pulſati erant, queſtionẽ, ibi cõſules tumultũ & vociferationẽ ſenatui exprobrantes, q; nihil plus ſanitatis in curia, q̃ in foro eſſet, ſententiã ordine rogare cœperũt. P. Vergi-nius primus ſententiã dixit. Cenſuit is eorũ habẽdã rationẽ, qui P. Seruilij fidẽ ſecuti, Volſco, Sabino, & Arũco bello rẽpub. iuuiſſent. T. Largius haud ſtẽ-pus adeſſe dicebat, quo merita tantũ exoluerent, to-tam plebẽ alieno ære laborare, haud enim diſcordiã ſemel motã ſiſti poſſe, niſi vna omnibus cõſulatur, quia ſi alia ſit aliorũ futura conditio, accenda-tur magis ſeditio. Ap. Claudius immitis, & ſemper plebi maxime infeſtus, laſciuire magis multitudinem q̃ ſæuire prefatus, ex prouocatione id malum natum dicere, videre plebem minas conſulum, verius q̃ imperium. Irent & Dictatorem crearent, a quo prouocatio non eſſet, tum huius ſi quis periclitari velit lictorem violare audeat, quũ ſciat ius de tergo vitaq; ſua eſſe penes eum cuius maieſtatẽ violarit. In hac ſententiarum varietate etſi ferox nimis & horrida Appij ſententia videbatur, quę omnia in vi reponebat, verum quia Volſci & Equi in armis erant, vt Latini nunciabãt, & Sabini iam bellum erant illaturi, quod ex Cruſtumeria nũciabatur, tot tantiſq; difficultatibus circũuenti patres, conſulibus mandant, vt Dictatorem creent, populari, manſuetoq; ingenio, ne in ſubita terribilis per ſe magiſtratus creatione aliquis maior motus orire tur. Cõſules M. Valeriũ Publicolę fratrẽ Dictatorẽ dixere. Is propoſito edicto, nihil fere a Seruiliano illo ſuperioris anni diuerſo (erat ad hæc Valeriorum nomen, & ob eiectos tyrannos, primumq; cõſulatum ſatis populare, plebiq; minime formidoloſum) iuniores citati, omni omiſſo certamine, nomen confeſtim dedere, decem legiones conſcriptę, quantus ad id tempus nullus antea exercitus, nec bellum dilationem patiebatur: iam Latini nunciãtes ſuum ab Equis agrum vaſtari, petebant a ſenatu, vt aut ipſi legiones mitterent, aut permitterent Latinos per ſe ſuos fines tueri. Vetuſius (nam non placebat Latinos arma retractare) cũ parte copiarũ in hoſtes primo miſſus, qui ſuo acceſſu populationem inhibuit, ceſſere. Equi in altiora mõtium, magis locorũ natura q̃ armis fræti. Verginius in Volſcos profectus vaſtatione agrorũ hoſtes in aciẽ exciuit. Qui cũ multitudine abundarent, contẽptim iniuere pugnam: Cõſul defixis pilis iuſſit ſuos immotos ſtare, vbi vero hoſtis ad manus veniſſet, vibrarent gladios. Intulerunt ſe igitur Volſci Romanis, velut metu ſtupẽtib⁹, mox vero impreſſiõe ex aduerſo facta, gladijſq; circa ora micãtib⁹, territi, tanq; in inſidias præcipitati, terga vertunt, vbi ne ad fugam quidem ſatis vires ſupperebãt, quum temerario, ꝓcurſu nuper inuecti corpora fatigaſſẽt. Fuſos igitur Romanus agit, ægreq; fugã moliẽtes facile adeptus, in eorũ caſtra agmine pene mixto irrũpit. Quibus potitus, pergit abeuntis agminis terga carpere, multaq; fugientiũ agentiũq; pertinacia, Velitras vtrũq; agmẽ vno tpe puenit, quo cõtigit, vt Volſci Romaniq; ſimul vrbẽ ſint ingreſſi. Tum cædes ibi promiſcue oĩs ſexus & ætatis edita pauci ſeruati, qui abiectis armis veniã petiere. Hęc in Volſcis gerebantur, quũ Valerius Dictator Sabinos acie vicit. Equite repente immiſſo, turbauit primo hoſtium aciẽ, inde cornua late producẽres, priuſquã a pauore animos reciperent, pedites mediam aciem, ordinibus parũ ibi apte coeuntibus, inuadũt, inde facilis victoria ſecuta, fuſis hoſtibus Dictator caſtris potitus eſt. Romã deinceps reuerſus de Sabinis iterũ triũphauit. Locus ipſi ac poſteris in circo ad ſpectandũ publice datus. Veliternus ager Volſcis ademptus eſt, Coloniq; Velitras miſſi. Bellũ cum equis qui ſe montibus tenebãt adhuc itegrũ erat, fuitq; ea mora militi ſuſpecta, velut de induſtria bellum traheretur, vt priuſquã Romam itũ eſſet, Dictator ſe poteſtate abdicaret, eiuſq; promiſſa irrita vt priore anno Seruilij cõſulis, caderẽt, Perpulerunt itaq; conſulẽ huiuſmodi querelis, vt nõ ſine periculo in aduerſos montes agmẽ temere direxerit. Hoſtiũ ignauia effecit, vt res ſtulte nimis & præcipitanter mota, feliciter ceſſerit. Territi Romanorum audacia Equi, caſtris, quæ arduo munitiſſimoq; loco habebant, turpiter relictis, in ſubiectas valles pro victis abierunt. Fuit victoria eo lætior, quo minus expectata, prædæq; affatim in caſtris quæſitũ, ſicq; triplici bello ciuitas defuncta, tota in domeſticorũ certaminũ euentũ ſeſe erexit. Verumeñuero fœneratorũ gratia adeo præualuit, vt quũ Valerius in curia de nexis retuliſſet, quę prima poſt reditum fuit illi actio, oſtendiſſetq; quid ſibi fieri placeret, reijciente eam ſenatu relationẽ, ſe magiſtratu abdicauerit, teſtatus ſe ciues, qui ex ſua fide ad eã diem pependiſſent, haud ſpe vana fruſtraturum amplius, videre tamẽ, ſua velut ea q̃ oculis videtur, fore, vt nõ multo poſt optarent patres, vt tales plebs Romana haberet patronos, qualẽ ipſi concordię autorẽ in curia repudiaſſent. Nam quod ad ſe attineret, pace foris parta non eſſe cur in Dictatura amplius permaneret, priuatus potiuſquã Dictator ſeditioni interfuturus. Eum curia egreſſum frequens plebs fauore eſt & laudibus domũ profecutа. Satis conſtabat, quia fidem publicam exoluere nõ poſſet, ſe Dictatura abdicaſſe. Vix crediderim pro concione eum, quod Dionyſius ſcribit, accuſaſſe patrum perfidiam, queſtumq; multum de eo ordine, quia ſeptuagenari⁹ eſſet, excuſata corporis imbecillitate, magiſtratu abiiſſe. Fuiſſet id quidem imminenti ſeditioni, vt citius in apertum erumperet, gradum facere, ſub dereq; plebeio furori faces. Verecundior abdicatio illa, quã Liuius celebrat, multoq; ad multitudinem in officio continendam, ſalubrior. Patres veriti ne demiſſo exercitu, occulta rurſus conſilia, coniuratione aliqua fierent, conſulibus mandant, in quorum verba miles iurauerat, vt per cauſam renouati in Equis belli, legiones vrbe educant. Nec plebem latuit quorſum tenderẽt ſenatus conſilia. Cõfeſtim ad vim conuerſi animi, primoq; inter milites agitatum de conſulum cæde & ſacramento milites ſoluerentur, tantum tunc apud omnes valebat ſacramenti metus. Docta deinde multitudo religionem non ſolui ſcelere, Sicinio duce viro ad

Diuerſi bellorũ motus.

Appij Claudij i collegã inuidia.

Seruilius patrũ, & plebis o-diũ incur-ſit.

Aulus Verginius.

T. Vetuſius conſules.

Fœdum certamẽ.

Tres ſententiæ di-ctæ in ſe-natu.

Marcus Valerius Dictator

Volſci acie vin-cuntur.

Capiunt Velitras.

Sabini a Dictatore prælio ſuperan-tur.

Equi vin-cuntur.

Valerij in ſenatu oratio.

Valerius ſe Dicta-tura abdi-cat.

Nouapo puli ſedi-tio.



id tempus ignobili iniuſſu conſulum in montem tria milia paſſuum ab vrbe, qui fuit poſtea facer dictus frequenti agmine ſeceſſit. Dionyſius cui libenter accedo autor eſt, legionibus extra vrbem (vt iuſſi erant conſules) ductis, caſtriſq; bifariam factis ſeceſſionem vtrinq; Sicinij ductu factam. Fuit hic annus ab vrbe condita ducenteſimus ac ſexageſim⁹, ab eo vero, quo libertas parta erat ſextuſdecimus. Hic igitur cõmunito ad tempus loco, pacatæ legiones, nihil præter quæ ad victum erãt neceſſaria ex proximo ſumentes, plures ſeſe dies tenuerunt. Mutuus interim pauor ciuitatem agitabat. Timebant patres reſidem in vrbe multitudinem, contra inermis turba a ſuis deſtitura, iratũ ordinem vehementer formidabat, omnia incerti mutuiq; terroris plena, nec facile ſenatus expedire poterat, qua potiſſimum via ingreſſus, præſenti malo iret obuiam, eratq; ſuſpectior lõgior mora, ne ſi ciuili ſeditioni hoſtes interueniſſent, de ſumma rei periclitandum eſſet, nam & Volſci & Hernici in armis eſſe dicebantur, & Sabini, ne quis terror deeſſet, ipſi quoq; minaciter bellũ oſtentabãt. Nulla igitur, niſi in ciuium cõcordia, reliqua ſpes erat. Eam per æqua & iniqua in ciuitatem reuocandam patres rati, Meneniũ Agrippã ſiue Mẽmiũ, vt Plutarchus ſcribit, virũ multa facundia, & quia plebeis orum natalibus, multitudini non medio criter charum, in caſtra, de recõſiliatione acturum, mittunt. Is vbi eo venit, ſteritq; in medio dicturus fabulari narratione, eaq; perbreui, ita multitudinis animos verſauit, vt continuo ad pacem inclinauerit. Sermonis illius ſumma hæc fuiſſe traditur. Cõſpiraſſe olim in ventrem cætera membra corporis quum non omnia in vnum vt poſtea conſentirẽt. Enimuero ocium illi & voluptatem inuidebant, indignũq; arbitrati, ſe omnia vitæ miniſteria obire, eum ſolum in medio quieſcere, ciborumq; voluptate perfrui ambulare pedes, operari manus, audire aures, oculos videre, olfacere nares, linguã loqui, dẽtes cibum ſubigere, vnum ventrẽ eſſe in toto corpore, qui nihil niſi voluptatẽ ſentiret, cõſpiratũ ob id cæteris partibus in hunc vnum, ne ipſi⁹ deſideriꝭ occurrerent, ne manus cibũ darent, ne os datum acciperet dentes ve cõficerent, factumq; hac ira, vt dum ventrẽ inedia domare cõtendunt, membra ipſa ſint cũ eo extrema tabe cõſumpta, ac tum demũ apparuiſſe, vẽtris quoq; haud ſegne in alendo corpore eſſe miniſterium, quippe qui ſuggerẽs vitalem in oẽs venas ſanguinẽ alat ipſe potius cætera mẽbra, q̃ ab eis alatur. Atq; huiuſmodi illũ ſimilitudine vſum, plebis iram in patres, qui domi reſiderent, præſentẽq; ſeditionẽ, fabuloſe illi cõparando, ita multitudinẽ flexiſſe fertur, vt facilis ſecuta ſit recõciliatio: tum primũ plebi datũ eſt, vt ſuũ haberet magiſtratũ, qui ſacroſanctus eſſet, cui auxilij Lacio aduerſus conſules foret. Diſtercq; expreſſum, ne patrũ cuiquã eũ magiſtratũ capere liceret. Ita Tribuni duo primũ creati, C. Licinius, & L. Albinus, qui tres ſibi collegas cooptarũt, quorũ vn⁹ Sicinius ſeditionis autor fuit, qui duo reliqui fuerint parum conuenit. Et hæc breuiter Liuius vt cætera. Dionyſius variꝭ inter patres ſententijs certatum ſcribit, eſſet ne plebs ad concordiam reuocãda, an qui ſeceſſiſſent pro exulibus habẽdi, atq; ex Latio & oppidis circuniectis accerſendi qui vrbẽ incolerent, ſeruiq; libertate donãdi, quibus in bello vterẽtur, quod fieri oportere Appius Claudius in primis cenſuiſſet, homo vehemens & qui cum M. Valerio, non ſolum ſententia, ſed conuicio etiam in ſenatu diſceptauit, hoc ſuperbiam Appio

Secedit plebs in ſacrum montẽ.

Meneni⁹

Meneniꝭ fabulare exemplũ

C. Licinius, L. Albinus primi tribu. pleb.

factionemq; exprobrãte, Valeriæ genti illo ambitionẽ tyrannicumq; studiũ. Dicta & a Menenio ait primo loco sententiam, quam cum ferociores patrum (erat enim pacis autor) minus probarent, Sp. Cassij & Posthumij Cominij cõsulum, qui per secessionem magistratum iniuere, denunciatione territi tandem quieuere. Siquidem consules interfari, in summo reipublicæ periculo, quãdo plures in fœneratorum gratiam turbatores pacis essent, appellaturos se de republica seniores tantum, in eorumq; sententiam passuros senatusconsultum fieri. Atq; ita quiescentibus cæteris Menenij sentẽtiam tenuisse, missos in castra ipsum sententiæ autorem Menenium, M. Valerium, P. Seruilium, Q. Posthumium Tubertum, T. Eburtiũ, Seruium Sulpi. Au. Posthumiũ & Aulũ Verginiũ, oẽs præter vnum consulares, vbi quĩ legati leniter audax facinus multitudini exprobrarent, contra qui plebis causam tueri, oẽm discordiæ culpã in patrũ superbia, & cupiditã reijcerent, Menenij fabula tẽpestiue adhibita, aios ad pacem inclinasse, nec duos tum primũ Tribunos, sed quinq; numero creatos L. Iunium cognomẽto Brutũ, C. Sicinĩũ Bellutũ, C. & P. Licinios, & C. Iuslium Riuganũ, ac sacrata lege magistratũ inuiolabilẽ factũ. Legis formula talis ad posteros est tradita, Tribunũ inuitũ tanq; vnũ e multis nemo vllum cogito agere, neq; verberato, neq; alteri vt verberet imperato, neq; occidito, neq; occidi iubeto. Si quis horũ aliquid fecerit, impius execrabilisq; esto, bonaq; eius publicantor ad sacra Cereris, & qui aliquẽ hæc agẽtium occiderit, cædis expiatus esto. Iuratum inde in præscriptũ legis, araq; vbi castra fuerunt Ioui metũ soluenti erecta, ibiq; sacra peracta sunt, quæ res loco postea nomen dedit, vt mons sacer diceretur. Hæc Dionysij tanto longiore q̃ Liuius sermone, vt si verbo sum vnius stilum mihi sequendũ proposuissem, nunq; vel sero institutũ opus ad exitũ perduceretur. Ciuitatis statu in hunc modũ pacato, delectu a consulibus habito, Posthumio, collega ad vrbis præsidiũ relicto, in Volscos legiones duxit, Antiatibusq; Volscis leui prælio fugatis, Longulamq; cõpulsis oppido breui potitus est. Mox Mucamitẽ (Dionysius Polum scribit) ex eadẽ gente vi cepit, tum Coriolos consul magna vi est oppugnare adortus, erat in his castris Cn. Martius patricio genere iuuenis, validoq; manus promptus, cui Coriolano, ab præclaro facinore in oppugnatione illa edito, postea cognomẽ fuit. Eratq; is forte eo die in statione, quũ Volscæ legiones eximprouiso cõspectæ, tumultũ in castris exiuere. Is cætero exercitu ad excipiendũ hostẽ conuerso, cum ijs, quos secum in statione habuit, non solum eruptionem ex oppido factam sustinuit, sed pulsos etiam vi hostes, porroq; ad vrbẽ fugatos, persecutus per patentem portam ferox intra mœnia irrupit, cẽdeq; in proximo edita, ignem temere arreptũ, in tecta pomœrio cõtigua cõtorsit quæ res hostib⁹ terrorẽ, Romanis fiduciã auxit. Fumus procul cõspectus clamorq; ex vrbe redditus, speciẽ sociis præbuit, capti ab Romano oppidi, ita vno tẽpore Antiates & Volsci perculsi aio, fugati sunt, atq; oppidũ captũ. Dionysius Martij operam non minus clarã in acie eo die, q̃ in expugnãdo oppido fuisse ait, quippe qui Coriolis captis, ipse ad consulẽ gestæ rei nũcius aduolarit, periteq; eum sibi locũ dari, qua maxime hostes impressionẽ sumpturi viderẽtur, factumq; vt in mediã hostiũ legionem perrũpens, circunuẽtusq; magna suorũ strage maiore hostiũ, tam diu in orbẽ pugnauerit, quoad milites partim pudore, partim minis cõsulis victi, in hostẽ ruentes, refractis cuneo ordinib⁹, sese Martio iunxerint, ac tum demũ hostes, non solũ gradu summotos, sed multa cæde strageq; passim edita fugatos. Cõsul postridie Martiũ, p̃ opinione laudatũ falerato equo donauit, & ex captiuis, quos ipse legisset, decem numero adiecit, & magnũ argẽti pondus, lectasq; ex omni præda primitias, & hæc cõsul illi magno circunfusæ multitudinis fauore & consensu detulit, cui Martius quĩ gratias egisset, equũ in vsum belli accipere se dixit, et ex captiuis vnum priuatũ hospitẽ, vt liberũ dimitteret ad suos, cæteris muneribus abstinuit. Conciliauit ea liberalitas apud milites maiorẽ adhuc fauorẽ Martio. Volsci bis acie victi, aliquot oppidis eo bello amissis, quieuere: fœdus deinceps cũ Latinis ictum est, vt Liuius & Dionysius scribunt, nec mihi excidit, quod loco haud multũ hinc diuerso scripsimus, post pugnam ad regillũ lacũ cõmissam, fœdus cũ Latinis renouatũ, cuius rei est Dionysij⁹ autor, Liuius hui⁹ tantũ meminit, ille vtrunq; posuit. Cuius fœderis forma hæc fuerit. Romanis atq; oĩbus Latinis vtrib⁹ inter pax esto, donec cœlum terraq; eundẽ habebunt statum, neq; bellũ inferentibus vllis tutos transitus præbento, bellumq; gerẽtibus opem ipsi ferunto totis viribus, spoliorumq; & prædę de hostibus cõmunibus vtrinq; æquã sortiuntor partẽ, priuatorũq; contractuũ iudicia intra decẽ dies conficiuntor. His fœderibus nihil addi adimiq; liceat, nisi Romanis oĩbus Latinisq; aliquid addendum adimendũq; videbitur. Hæc q̃ fœdera Romani Latiniq; tunc inter se sanxerunt. Alter consul Cassius, dum foris hæc geruntur, ædem Cereris, Liberi, & Proserpinæ quæ supra circũ constituta est, dedicauit. Eã ædem Dionysius, qui est hui⁹ dedicationis autor, a Posthumio Latino bello votã, memoriæ p̃didit, nec ita multo post adiecit, Latinis ferijs diẽ vnum in plebeæ reconciliationis memoriã additum, quum duo antea omnino fuissent. Quorum vnum Priscus Tarquinius sacrũ sanxit, ob Hetruscos a se bello victos. Alterum ipse popul⁹ regib⁹ ciuitate eiectis, ob assertã libertatẽ. Menenĩ⁹ Agrippa q̃ publicæ recõciliationis autor fuit, hoc quoq; anno mortuus est, re domestica tam tenui, vt sumptus funeri deesset, extulit eum plebs sextantibus in capita collatis. Miror Dionysium scribere eum consulem vita decessisse, triumpho nuper de Sabinis acto. Liuius Cassio & Cominio consulibus T. Geganium & P. Minutium statim subijcit, omni interim Sabini belli mẽtione suppressa, nec quod eam fidem adhuc magis eleuat, ipse qui rei huius est autor, quis illi fuerit collega expedit: & ne non semper idem aliquid a Liuio diuersum proderet, quod ad plebis stipem in Menenij funus collatam attinet, autor est, patrum decreto, Menenianas exequias publica impensa instructas, plebem vero, eam pecuniam, quam in hoc ipsum contulerat, nõ recepisse, sed Menenij filijs in patris memoriam dono datam voluisse. Habuit, quo satis constat, sequens annus T. Geganium & P. Minutium consules, secutaq; est horum fasces annonæ inopia ingens, quia per secessionẽ plebis, quæ æquinoctiũ autũni incidit, agri minus culti fuerant, frumentũ primo ex Hetruria aduectũ aliqua ex parte vrbicã leuauit famẽ. Missi erant q̃ & in ora Cãpaniæ, & in Opicis circa Cumas frumentũ coemerent, Chalcidenses & Cumei vrbem ipsam condiderunt, vt diuerso est a nobis loco proditum. Dionysius Erethrienses conditores tradidit, quippe qui procedẽte tempore sint a Gallis & Cumeis eiecti. Mirum est, quod idem autor scribit, sub id fere tẽpus quo

Sp. Cassij Posthumius Cominius consules.

Martij liberalitas

Fœd⁹ cũ Latinis renouatũ.

Sacrata lex.

Fœderis formula.

Quare sacer mõs.

Cereris Liberi Proserpinæ ædes.

Coriolanus vnde dictus.

Menenij mors.

Corioli capiunt.

Menenij interitus.

T. Geganius P. Minutius consules.

Cumarũ condito res.





Tarquinius regno excidit. Cumas a Daunijs, Vmbris, & alijs circũiectis gentibus, tantis opibus oppugnatas, vt quingenta peditũ milia duodeuigin ti equitũ vno tpe Barbari in armis habuerint, accidisse q̃ interim prodigiũ memorabile, q̃ vulturn⁹ & Clanis amnes hostiũ castra præterlabẽtes, retro flexerint cursum: eoq; miraculo Cumanos in spem bene gerẽdæ rei erectos, in pugnã egredi ausos, fræto q̃ locorũ opportunitate immẽsum profligasse exercitũ. Nec ita multo post Aristodem⁹ Aristocratis filius cũ duobus milibus Cumanorũ in Latiũ (vt ille ait) ad Aricinorũ subsidiũ, qui ab Arunte Porsenæ filio obsidebantur, publico Cumanorũ decreto venit, prælioq; circa Aricinã cum Hetruscis conserto, Arunte interfecit, disiectisq; Tuscorũ copijs, postea q̃ domũ venit, primoris⁹ ciuitatis, in quorũ manibus erat res Cumana, in curia obtruncatis dominatũ occupauit, multitudinẽq; duabus tyrãnicis largitionibus, agri alienique ærisdiuisione, delinita, nobiliũ liberos in agros relegauit, ciuibus arma ademit, corruptaq; muliebrib⁹ illecebris iuuẽtute, stabilitã his artibus tyrannidẽ plures annos obtinuit. Nouissime ab optimatiũ sobole, q̃ in agris adoleuerat, nocteq; vna cũ tota domo oppressus perijt. Sed hæc postea. Anno eius principatus quarto decimo, quũ fama et opibus floreret, Romani frumentatores Cumas venere. Ibi ab Roma exules, q̃ eo Targnijũ securi fuerãt, ad iniuriã coorti probris primo legatos incessunt, inde quũ Aristodemus appellaretur, negarentq; Ro. se in mandatis habere, vt de publico negocio vspiã disceptarent, postea q̃ tyrannũ rem ad exules trahere apparuit, nec rem procul ab iniuria abesse, nauibus cũ pecunia relictis, noctu quũ iam nihil obscure custodiri cœpissent, in pacatũ concessere. Liuius frumentũ, quod ibi fuerat coemptũ, ab Aristodemo, pro Tarquinij bonis quorũ ipse hæres esset, retentũ scribit. Nec qui in Pomentinũ agrũ frumentatũ iuerant, hospitali⁹ sunt a Volscis accepti, parũ abfuit quin pro exploratoribus sint capti. Fuerant & in Sicilia missi P. Valerius & L. Geganius, qui triticũ inde emerẽt, hi tẽpestate iactati i insula hyemarũt: eratq; tum Gelo Siciliæ tyrãnus, & nõ Dionysius maior, vt Macer Licinius prodidit. Enimuero Dionysius octogesimo post anno Syracusis regnauit. Gelonis permissu Romani libere in Sicilia frumẽtari, ad quinquaginta milia modiorũ tritici, cuius partem haud modicã dono a tyrãno acceperant, quĩ iam T. Geganius & M. Minutius consulatũ iniuissent, Romã adduxerũt. Nec fames timenda erat amplius, si benigne patres annonã populo remisissent. Cæterũ deliberãte senatu, quãtũ ex eo plebi dari oportet, plericq; patrũ, & in his Coriolan⁹, venisse tps censebãt, quo Tribunatus necessitate patricijs expressus, aliquanto maiore vi a plebe repetereẽ. Fame domandã multitudinẽ, quã ipsa sua stultitia fecisset, nisi tribunitiã potestatẽ patribus remitteret. cur ego, inquit Martius, plebeios in vrbe magistratus video? ego q̃ Tarquiniũ nõ tuli, Siciniũ ferãt? secedat nũc, auocet plebẽ, patetĩ sacrũ montẽ uia, rapiãt si possunt ex agris frumenta, quos steriles & incultos reddidere, vtãtur annona, quã ipsi suo fauore fecerũt. Potuisset fortasse in tanta fame plebs adigi, vt relaxandæ annonę cõditionib⁹ primo se magistratu spoliaret, sed ferox nimis ea patribus sententia est visa, & vt ferox ita ad ciuitatis concordiam parũ idonea. Verũ enimuero ipsa rei mẽtio ita multitudinẽ offendit, vt vulgo fremerent, se velut hostes fame peti, fraudariq; peregrina annona, nisi Gneo Martio & superbissimo cuiq; patrũ Tri-

Prodigium.

Aristodemus Cumis tyrãnidẽ occupat.

Interitus Aristodemi.

Gelo Tyrannus.

Coriolani sententia aduersus trib. potestatẽ

Coriolano dies dicitur.

Coriolanus i exiliũ abit.

Quę Dionysius de Martij iudicio.

Ple. dedãtur, nouũ plebi carnificẽ ortũ, nouum tyrannũ, cui aut seruiendũ sit, aut inedia pereundũ. Fecisset impetũ multitudo in eũ curia exeuntẽ, ni peropportune Tribuni plebis ei diẽ dixissent, tum vero suppressa oim ira, vbi apparuit factã esse multitudinẽ eius vitæ & mortis dominã. Paruisse iam primo Martius Tribunorũ minas, auxilij nõ pœnæ ius Tribunitiæ potestati datũ prædicabat, plebis eũ magistratũ esse nõ patriciorũ. Hęc ille. Verũ adeo infense i id iudiciũ plebs est coorta, vt perspicue appareret, patres fortissimi vni⁹ viri pœna defungi oportere. Restiterunt igit aliquãdiu aduersa inuidia, totius ordinis op⁹ib⁹ in discutiẽdo cõcilio vsi, quod vbi parũ id proceditĩ preces versi, a plebe suppliciter perere, vt vnius viri sibi vitã cõdonarent. Ipse quĩ nihilominus sæuientẽ videret plebem, ad diẽ nõ affuit, absensq; dãnatus, Antium in Volscos abijt exulatum. Hæcq; de Martij exilio Liuius. Cæterũ odium Martij in plebẽ inde Dionysius exordiũ habuisse scribit, q̃ in petitione consulatus vir ingentis spiritus passus fuerat repulsam, secũdumq; eam in annonę causa infectationẽ vim a tribunis illi curia egresso intentatam, ægreq; patriciorum incursu ab eo viatorem repulsum. Longus deinceps sermo de Martij damnatione trahitur Tribunitijs Senatorijsq; contentionibus referetus, Tribunis patres ad populum criminantibus, q̃ Velitras (nam Velitræ & Orba coloniæ eo anno patrum decreto ductæ fuerant) plebis partem ablegassent, vt Veliterno cœlo, cuius pestilens aura eo ipso anno omnes fere loci indigenas extinxisset, miseri ciues illuc missi, extinguerentur, & q̃ populum annona fraudarent, vt multitudinem fame adactam, Tribunitia potestate sublata, in priscam seruitutem redigerent, Martium præ cæteris insectando, q̃ in Tribunitiam potestatem, vniuersamq; plebem superbe fuisset inuectus, consulibus aduersa inuidia resistentibus, mitissimisq; actionibus iratam plebem lenientibus, recriminantibusq; Tribunos, vt superbos & insolentes, qui non paterentur integrum esse patribus, in curia quod de republica sentirent loqui, negantibus senatusconsultum vllum factum, vt horrea populo claudererentur, rem ipsam tantum in consultationem venisse. Cæterum quia liberius sententiæ cœptæ dici essent in curia Tribunitio furore discussam, paratum esse senatum omnia plebi, quæ honesta & vtilia essent, vltro exhibere, modo beneficij loco collata, non vi Tribunitia expressa credi vellent. Perseueraſſe deinceps ait Tribunos nihilo secius Coriolanum ad populum vexare, ibiq; pro concione, aliquanto contumacius quam antea in plebem & Tribunos Martiũ coortũ, eorũ iussu ad supplicii arreptum, consulũ tamẽ interuẽtu iterũ seruatũ, sed post Trinundinũ, diem illi dictã, certa tumq; inter patres sententijs, vtrũ patricij capitis iudiciũ plebi permitterẽt, Appio Claudio reclamãte seruitutis iugum per speciem Tribunitiæ potestatis haud accipiendũ, contra, M. Valerio ad concordiam retinendã, & liberam eius iudicij potestatem pp̃o permittẽdã cẽsente, idẽridẽq; illud affirmãte, vel ob id ipm vnũ, q̃ sibi alieni capitis potestas facta esset, plebẽ suæ iræ moderaturã, Martij prærea ornamẽta oĩbus nota, pudorẽ haud dubie multitudini impositura, q̃quã de eo viro durius statuẽdi. Arcp̃ita demũ re populo permissa, vbi iudicij dies affuit, multitudine in vrbẽ coeũte, Martiũ intrepida oratione vsum, suaq; in Po. Ro. merita simul & vulnera, quæ pro patria accepisset, militariaq; ornamenta, vario animorũ motu pro cõcione ostendisse,

disse, secundũq; eam actionẽ a Tribunis accusatũ, nec solũ quia in plebẽ fuisset inuectus, atq; in plebis magistratũ, q; ad inuidiã illi faciendã Tribuni iijs actionibus sepe fuerat iactatũ, sed q; tyrannidẽ quoq; affectasset, quod ex eo intelligi posset, quia prædã ex Antiari agro ipsius ductu captã, non in ærarium retulisset, sed inter ei⁹ expeditionis socios partitus esset, vt eiusmodi illecebris, satellitũ sibi manu conflata: cõmodius ad nefariũ scelus aspiraret, atq; ea re quia credita est magis multitudinis iram accensam, tum non centuriatis comitijs, quæ ex Seruij Tulli præscripto fiebãt, in quibus primæ classis, quæ ex ditissimo quoq; constabat, plurimũ suffragia valebant, sed tributis comitijs, quæ ne fierent diu multumq; consules obstitissent, ex vna & viginti Tribubus, quib⁹ tum dati sunt calculi, nouem præsentẽ Martium absoluisse, cæterarũ suffragijs perpetuo exilio dãnatum. Hæc Dionysius & Plutarchus, quo magis miror Liuiũ tradidisse Martium, quia ad diẽ iudicij nõ affuisset, absentẽ dãnari contigisse. Nec satis intelligo, quid Dionysius autor alioqui grauissimus secutus, crediderit, hoc primũ iudiciũ ex prouocatione ad populũ delatũ, q; si post partam libertatem adiecisset accederẽ illi haud grauate, sed excidit illi credo (nam nõ legisse quod scripserat absurdum est dicere) Hostilio rege Marciũ Horatiũ perduellionis reum a duũuiris ad populũ prouocatione certasse, ab eoq; absolutũ. Martij dãnatio vehementi dolore patres affecit, cũ ob tanti viri exiliũ, tum quia gradũ tribunitiæ potestati factũ videbant, ad vexandã deinceps tristibus iudicijs nobilitatẽ. Ipse Martius domũ reuersus vxorẽ & matrẽ muliebriter lamẽtantes consolatur inde ambas ad liberos & domũ concordi animo tuendã hortatus, nemine salutato, Antium in Volscos exulatũ abijt, vbi Actij (erat is Volsci nõ minis longe princeps) hospitiũ adeptus breui illi ob hostilẽ animũ, quẽ in patriã gerebat, insinuat⁹ est Martius. Conferũt itaq; inter se cõsilia de bello in Romanos excitãdo. Verũ quia fieri nõ poterat, vt vulgus temere arma toties infeliciter rẽtata assumeret, arte opus esse rati, vt q; sua spõte multitudo factura nõ videbat, iniuria & vi aliqua externa faceret, sedulo belli seminariũ quærebãt, in quo reperiendo, haud multũ necesse fuit elaborare, breuis facilisq; via est q; ducit ad flagitiũ et scelus. Parabant ex instauratione tum forte Romæ magni ludi. Valerius nunc Plebeios, nunt Circenses eos varie nominauit. Lactãtius Circẽses fuisse prodidit. Dionysius eos ab Aulo Postumio Latino bello vocatos autor est. Ludorũ pompa ex Capitolio per forũ in circũ maximũ mittebat. Rerũ apparatus talis fuisse traditur. Equitũ filij, quibus ætas apta esset pompę equis sedẽtes, quicq; pedibus stipendia facturi erãt, suis alis centuriisq; discreti præcedebant, vt exteris gentibus ostenderẽt qualis quantaq; iuuẽtutis indoles in spem ciuitatis interim subolesceret, hos aurigæ sequebantur, quadrigæ bigæq; & equi desultorij. Mox Athletæ leuiorũ grauiumq; certaminũ, pudenda tantũ velati, cæterũ corpus nudi, cursu, Palęstra, cęstibus certaturi. Saltatorũ deinceps chori, virorũ primus, alter pubescere incipientium, postremus puerorũ. Ordine deide tibicines subsequi, vtres & tibiolas inflantes. Citarœdicq; lyras septichordes eburneas, & quæ Barbita nuncupata sunt habentes. Saltatorũ cultus, tunicæ puniceæ cingulis æreis strictæ, enses lateribus pẽdentes. Tela breuiora viris. Galeæ æreæ, cristis insignes, pennisq; exultæ. Prębant chori viri singuli saltationis & tripudij modum præmonstrãtes, bellicos motus, atq; vehementes, procelęumaticis & rythmis imitantes. Enoplia saltatio i his vsurpata, quæ & Pyrrhica nuncupata est, a Pallade, vt creditur, reperta. Alij Curetes eius saltationis autores arbitrati sunt. Enoplios choros. Satyriscorũ cœtus e vestigio sequebatur. Erant in Sylenos & Satyros figurati, cauillabundo motu, ridicula in magnis imitantes. Atq; hũc demũ ordinẽ tibicines alij & citharœdi, vario sequebantur cõcentu. Ibant inde qui passim thura et aromata thuribulis adolebãt, multaq; odorum fragrantia. Deorũ simulachra auro argentoq; cælata, virorũ humeris ferebant. Tũ demũ Thensam summi vrbis magistrat⁹, magna oĩm ordinũ caterua, religiose sequebantur. Talis Circensium ludorũ fuit põpa, quos tum instaurari contigit, q; quidã e plebe homo T. Latinus siue Tyberius Atinius, vt alij scribunt, per quietẽ a Ioue erat monit⁹, vt cõsulibus nũciaret, nõ placuisse sibi proximorũ Circensiũ præsultorẽ, instare vrbi periculũ ingens, nisi darent operã, vt sibi ludi ex integro fierent. Id ille imperiũ, quũ forte derectasset, veritus ne si fidem non feciss̃et, pro ludibrio abiret in ora hoĩm. ita accidit, vt paucis diebus quibus species illa fuerat homini noctu oblata, filium nulla euidentiore morbi causa amiserit. Ac tum iterũ simili oraculo interrogatus, an satis magnã haberet spreti numinis mercedem, cętetũ quũ rem adhuc in occulto haberet, subita est corporis debilitate afflictus. Tum demum pr̃opinquorum consilio vsus, lectica primo in forum ad consules, mox per illos in curiam delatus, vbi quæ per quietem fuerat iussus dicere, ordine exposuit, miraculo accidisse aiunt, vt in pedes erectus, domum incolumis abierit. Sed malorum dæmonum aliquis Atinio in somnis affuit, qui futurum intelligens, vt paucis diebus ille filiũ amitteret, ipseq; aliquanto breuius graui esset morbo defunctus, vbi scilicet a se affligi desijsset hanc fallẽdi ansam nactus, vt Ro. Po. in maiores adhuc tenebras conijceret, ridiculum illud ludorum schema, oculis cæcę multitudinis offudit. Potuit et Atinius langorem corporis ad tempus simulare, vt fidem magistratibus faceret. Verũ quoquo modo id acciderit (res enim dęmonica, aut humana fraude nõ caruit) præsultorem, quod satis constat, interpretati sunt seruũ, qui ab Antronio cognomento maximo. Circensium die, priusquam pompa mitteretur, fuerat per eiulatus, & dira omina sub furca cæsus. Hoc itaq; prætextu, quũ ludi Romæ ex instauratione fierent, multi mortaliũ ex circumiectis oppidis, totoq; Latio (omnia enim tum pacata erant) in vrbem spectandi studio conuenerant, & in his Volscorum plurimi, Tulliũ Actium siue Amphidium, vt Plutarchus prodidit, secuti. Hic ille, vt domi conuenerat, priusquã ludi cõmitterent ad cõsules venit (Dionysius subornatũ ab eo ait, qui secreti fide a cõsulibus accepta, falsum indicẽ detulerit) Tullius cõsulibus additis, esse ait quod secreto cũ eis de repu. agere velit. Erant tum cõsules C. Iulius & P. Pinarius, viri magis vrbano ocio, q; reip. tractandæ idonei, hos illeremotis arbitris docet, ingentem Volscorũ manũ spectandi studio Romã confluxisse, vereri se, quando mobilia nimis essent ipsi⁹ gẽtis ingenia, ne ciuitate spectaculo occupata, aliquod indignum facinus, vt Sabini paucis ante annis, qui scorta rapere conati essent, perpetrare aggrederẽtur. Non igitur q; aliquid scirer admissum criminatum se suos venisse, sed cautum ne admitti possit. Nam quod ad se attineret, statuisse vt, peracta ab omni culpa abesset, confestim se domum abire, cætera ipsi prospicerẽt, atq; hæc locutus continuo vrbe

Pyrrhica siue Enoplia saltatio.

Satyrisci.

T. Latinus. Tyberi⁹ Atinius.

Dæmonum præsagia.

Præsultor.

C. Iuli⁹. P. Pinarius consules.



vrbe excessit. Dionysius per alium, vt dixi, rem delatam prodidit, quasi coniuratũ a Volscis esset, vt nocte vrbẽ inuaderent, monitos consules ait, vt periculũ caueret, quod indiciũ, quo atroci⁹ videri, maioremq; ob id necessitatẽ Romanis iponebat quæstionis in Volscos, ne tantũ scelus impune abiret, exercendæ, eo mihi veriora videnť, quæ Liuius sequitur, q; leuioris est indicij autor. Cæterũ siue hoc idicio, siue alio res est ad pr̃sules delata, decreto pr̃m in publicũ missi sunt, qui Volscos iuberẽt ante no ctẽ vrbe excedere, ingens turbatio primo Volscis incidit, audita præconis voce, multaq; trepidatione ad res suas ex hospitijs reperendas, discurrunt. Inde vrbẽ egressis, cõfestim indignatio etiã animis orta est, q; veluti impij spectaculo summoti essent, auxitq; multitudinis irã. Actiq⁹, q; suos longo agmine abeuntes, ad caput Ferentinũ excipiens, multa de pr̃senti Romanorũ iniuria q̃stus, nulla dixit Volscũ nomen maiore cõtumelia affici potuisse, quã q; ve lut impij sacro hoĩm cœtu eiecti, oĩbus ciuibus finimicisq; populis, trepida, tumultuosaq; profectione, spectaculo fuissent. Cõiuges & liberos per ora hoĩm pręcipiti festinatione traductos. Quid eos suspicari oportuit, quibus præconis vox audita sit, aut qui agmine proficiscentes viderint, aut profectis obuij fuerint, an aliud existimaturos, q; nos infando aliquo pollutos esse scelere, qui si spectaculo interfuissemus, ludi pure cõmitti nequiuissent, ob idq; piorum sede cœtuq; summotos? Triũphatum, quis nõ videt, hodie de nobis Romæ est, sed quantacunq; est hæc iniuria (est em oĩno ingens) i illi⁹ autores, si viri estis, rescidet, & in eã vrbẽ, in qua fi vno mãsissem⁹ die pereundũ oĩbus fuisset. Iam aperte illi nobis per hæc bellũ indixerũt, bellum vt spero, ipsis funestũ & calamitosum, si tam fortiter hanc iniuriã vlcisci volueritis, q; iniuste cõ tumelioseq; illata est. His Actij verbis, multitudine adhuc magis incensa, iratis animis, in suos q; sq; populos digressi, ingentẽ animorũ motum fecere, nec adeo multis interiectis diebus, magno totius gentis cõuentu de iniuria relatũ, ad quã vlciscendã quũ animi inclinarent, quia in biennij pactæ fuerant cũ Romanis inducię, erant qui tantisper expectandũ putarent, quoad earũ tẽpus exijsset, alij satis iustã dicere sibi materiã rebellandi ab Romano datam. tum in varijs sententijs autore Tullio visum est. Martiũ consilio admoueri, qui vbi in cõspectu stetit, iussuq; de ratione belli dicere quid sentiret, multa prius cũ præfatione veniæ, de suo exilio, de iniuria inimicorũ, de patriæ erga se ingratitudine questus, vbi iustam in Ro. odij & iræ quã præ se ferebat causam adesse ostendit, præclare testatus est, non eam sibi patriã videri amplius, quæ se dignitate repulsum, domo, liberis, vxore, oĩbusq; necessitudinibus priuatũ extorrẽ eiecisset, sed quę eiectũ vt ciuẽ cõplexa esset, gratoq; hospitio foueret. Hęc primo effatus, cętera in eũ est modũ executus, vt diceret, nihil in bellicis cõsultationibus tam sibi necessariũ videri, q̃ vt qui de re bellica consultẽt, quũ suas, tum eorũ, quos futuros sibi hostes destinent, priusquã arma induant vires diligenter pensitẽt, quũ ex vtraq; reputatione, certa ac recta oriretur cõsilia, in agendis rebus cautior administratio, addere etiã fiduciã ijs qui sunt suarũ virium conscij, mox illud admonere, nullius gentis opes magis q̃ Volscorũ Romano formidolosas esse, si in vnũ cõspirarent, cõnixiq; populi oẽs bellũ indicerẽt, de quo inferendo, q̃n quid sentiret corã dicere iussus esset, eã sibi esse sententiã, vt primũ oĩm bellũ rite indiceretur, quando bella parũ iuste illata, raro feliciter administrarẽtur, quare vt nõ solũ viribus, sed causa etiã præstarent: illud identidẽ admonere, hortatusq;, vt pie arma induerent, quod ipsum qua ratiõe fieri oporteret, se demonstraturũ pollicit⁹ subiunxit, obtinere Romanos vrbes Volscorũ & oppida quæda, quę Volsci iuris fuissent, ea per caduceatorem repetenda, tum si res nõ redderent, bellũ legiti me indicendũ, quod vt feliciter gererẽtur, nullã dicebat Volsco nomini occasionẽ maiorẽ a dijs dari potuisse, quãdo Romæ eo anno consules essent rei militaris expertes, magis vrbano ocio, q̃ cornibus & lituis assueti, & quod idubitatã pollicerẽt victoriam, rem Ro. intestina laborare discordia, qua nulla efficacior esset pestis, ad populorum opes soluẽdas. Odisse plebẽ patres, odio contra haberi, adesse malorũ oĩm faces Tribunos Pl. qui militarẽ ætatẽ assiduis concionibus in optimates iritarent, qui ociũ pro labore, contumaciã pro militia suaderet, vt in tanta nuper ciuitate nihil sane esset, quod hostes ipsi formidare possent. Non imperiũ, non ordinem, nõ vererẽ disciplinã. Disiectam fractamq; facere rempu. sine consilio, sine præsidio vllo, magis fama nominis quã viribus fultã. Sumerent igitur arma, eam temporis opportunitatem cõplexi, bellum capesserẽt, hostem desidem, tribunitijsq; actionibus vacantẽ, ferro, flamma, cæde persequerẽtur, occasionẽ ipsam bene gerendarũ rerũ matrẽ secuti, cætera ducibus Dijsq; permitterẽt. Hæc quũ Martius dixisset, vniuersum consilium probauit, missiq; sunt legãti Romã ad res repetendas, & quia haud dubie apparebat, nihil impetratum iri, occulte interim Volsci bellũ, quã maxima vi possunt, cõparant: quod vbi renunciatum est postulata nõ præstari, continuo ostenderunt, summa rei totius Martio & Tullio permissa est. Hic Marti⁹ vt priusquã Romæ legiones conscriberentur, præclarũ ali quod ederet facinus, interim dum Volsci cętera ad bellum expediunt, cum subitariorũ manu, qui spe prædæ nõdũ inautorati ducẽ ipsum secuti sunt, in Ro. agrum eximprouiso erupit, Tullius cũ altera manu i Latinos mittit vt ab omni auxilio Romanis ferendo sociorum studia auerteret. Quo res minus prouisa fuit, eo plures sunt i agris oppressi, villæ & stabula incensa, fruges corruptæ, suntq; pleriq; prædia eiusmodi clade affecta, patriciorum prædia ad mouendã, vt Liuius ait, inter ordines discordiã, ne aliquo modo miles violaret, in primis edixit Martius. Ego priuatũ in eo affectum ducem ipsum secutũ citius crediderim, etsi hostium excursione in vrbẽ nunciata, vbi cõpertũ est patriciorũ res ab hoste nõ violari, pene recens orta sit seditio, plebe criminante ortum sibi bellum consilio patrum, quia vtiq; aliter suam in plebem iram nequirent effundere. Ducem suarum partium, cum exteroexercitu, in suos agros im̃isisse. Negabãt itaq; tueri se velle, si quid Rom. ab hostium iniuria reliquum adhuc esset, derectabantq; ob id vulgo militiam, qua discordia vsus Martius, præda per ociũ abducta, Romanis finibus excessit. Tullius & ipse sub id tempus, grauem ex Latinis prædam reportauit. Nec multum inde Martius cunctatus collega ad præfidium vrbium cum parte copiarũ relicto, ipse cum reliquo exercitu profect⁹, Circeios cepit, vbi Romani Coloni erant veterib⁹ incolis permixti. Liui⁹ Romanos inde Colonos eiectos ait. Dionysius veterotos videtur significare. Id vbi Ro. Latini nunciarũt, permissum est eis vt arma caperẽt, & noui consules Sp. Nautius & Sextus Furius, ipsi quoq; Romæ exercitum cõscripsere, præmissis qui nocturnis luminib⁹, iterdiu fumo ex altis speculis futuros

Martij hortatio ad Volscos.

Discordia ciuitatis.

Coriolani expedi tio.

Vocilf vrbe ei⁹ ciuntur.

Actij verbis Volsci accenduntur.

Martius et Actius Tullius bellum quęritãt.

Ludi Plebei.

Ludi Circenses.

Martij verba in Volscorum consilio.

Primi mot⁹ Coriolani.

Bellum Volsci cõparãt.

futuros hostiũ motus significarẽt. Martius Circeis profectus, in Latinam viam trãsuersis tramitibus trãsgressus, Satricũ de Latinis cepit, Longulã, mox Polustiã, Coriolos & Nouellã, Lauiniũ deinceps, Corbionẽ, Vitelliã, Trebiũ, Labicos, Pedũ, postremo Romã a Pedo ducẽs, ad Cluillas fossas, quinq; milia passuũ ab vrbe castra posuit, vnde populatoribus in circuniectos agros missis, quicquid priore incursu fuerat intactũ, tum demũ fœde populatus est. Dionysius qui oĩa longiore exequit sermone, secundũ Circeios Tolerinos ex Latinis vi captos ꝓdidit, ac direptos, mox & Bolanos, qui bis Volscos Martio absente a mœnib⁹ cũ cæde repulerant. Hos insidijs exceptos, cũ strage & trepidatiõe multa ad vrbẽ insecut⁹, priusquã porte claudi possent, mixto agmine oppidũ irrupit. Boloni e seruiturẽ acti. Prẽda oĩs militi cõcessa est. Labicani & ipsi obsidione fatigati deditionẽ fecere, pari successu Pelani quoq; subacti. Secuta deinde Corbinienſiũ, & Coriolanorũ voluntaria deditio, postremo Bolis & Lauinio deditis, castra ad quintũ lapidẽ Romã admota, ad locũ cui Cluillę fossæ erat nomẽ. Libriorũ credo inscitia accidit, vt Cluillã fossam apud plures sit legere, quũ Ciuiliã Liuium & alios scripsisse similius vero sit. Satis cõstat, locũ pari ab vrbe intercapedine, a Ç. Cluilio Albanorũ dictatore olim munitũ, qui ꝙ ibi prima aduersus Ro. castra fecisset. Ciuiliæ fossæ nomẽ aliquot ætates tenuit. Castris igitur ꝓpius admotis, ingens est in vrbe tumultus secutus. Concitabant tribuni multitudinẽ in patres, velut præsentiũ malorũ autores, vixq; tẽperatũ fuisset iræ, nisi cõis excidij metus, cõcitatos aĩos cõtinuisset, instare patres, vt præter delectum, quẽ consules habuerãt, ex tota ciuitate oĩs generis & ætatis miles conscriberet, plebs oĩa malle q̃ bellum. His senatus difficultatib⁹ cõstitutus, legatos ad Martiũ de pace misit, quinq; ex primoribus patrum in castra iuere, & in his M. Minutius, qui vbi ad Martij conspectũ ventũ est, cæterorũ consensu in hunc modũ ad eũ verba fecit. Nemo Coriolane Tribunorũ & Romanę plebis in te iniuriã nouit, qui tuo in eũ ordinẽ stomacho, ireq; no facile ignoscat, natura oĩbus insitum est, vt huic a quo sis insigniter læsus, quũ possis quoquo modo eidem noceas. Cęterũ illud vulgo mirant oẽs, tuũq; factũ crimi̇nãtur, ꝙ nimia vlciscẽdi cupitate, amicos iuxta & inimicos, eodẽ loco habẽdos duxeris, nec min⁹ hostiliter petas quib⁹ semper chariſſimus fuisti, q̃ qui te iniuria & clade affecerũt, diuina & humana cõfundẽs. Quæso Marti patiẽter audias, si quid de te liberius dicã, meus in te priuatus amor, & legati nomen, quo fungor, faciunt vt audacius agam, q̃ locus hic, aut tẽpus postulet, sed tu vide quæso, q̃ ingrate ne impie dicã, egeris, qui ab vno ciuitatis ordine electus, ac toto quidẽ, vniuersam patriã sis oppugnare adort⁹, nam vt de aliꝭ fileã quib⁹ tua dignitas, tua salus semper fuit curæ, quid pro te senatus, tua illa temporũ nouitate nõ fecit? A te vim tribunitiã bis repulit, tecum vestẽ mutauit, in iudicium descẽdit, suffragijs interfuit, pro te humiliter supplicauit, vicit tribunitius furor, etsi non multo plures reperti sunt, qui te ejicerent, q̃ qui ciuitate retinerent mœrore & tristitia affecti sumus nõ aliter q̃ si vniuersus ordo tecũ dãnat⁹ esset, dãnatum vi Romæ retinere, ne maior in ciuitate discordia moueretur nõ sumus ausi. Tu vero quasi oĩs ordo, sexus ætas, in te perdendo cõspirasset, vrbem hostiliter adortus, muros, tecta, lares sacra oĩa & ꝓphana crudeliter oppugnas, non deos, non hoĩes veritus, nõ matrẽ, vxorem, liberos, ac totam domum respiciens, non cæteros necessarios, qui per te in perpetuo sunt luctu & mœrore, qui siue viceris, siue victus fis, omnino miseri futuri sunt. An non in mẽtem venit, quum huc copias admouisti quam terram oppugnatũ venires? quæ te genuit, aluit, educauit, in qua tot sacra templa, tot aræ, tanta pietas, tanta religio: ꝙ si non sanatus, non patrũ reuerentia, non tot tribus, quot pro te steterũt, suoq; suffragio seruare conatæ sunt, ad deorũ saltẽ maiestas, & vltio mouere debuit, quę quo tardior est, eo ad supplicium vehemẽtior referendũ, q̃q̃ per deũ queſo, qua spe frętus Coriolane, quo cõsilio, qua ope Ro. nominis excidiũ animo proposuisti? an quia Volscis & Equis legionibus imperes? Quid si non cõpertum haberes, quoties Ro. longe minore numero hos ipsos fuderint, fugarint, occidioni dederint, eorũ agros populati sint, oppida vi ceperint, diripuerint, incenderint? Cesserunt tibi Orcei, Coriolli, ergo & vrbs Roma cessura est? Labicani superati sunt & Tolerini, ergo martius ille populus, & ad hunc diem inuictus superabitur? Sed cæca ira est, ira mentẽ præcipitat, non sic profecto non sic euenĩet, domestica discordia frętus, quia nusquã Ro. tibi obuius fuit. Volscorũ signa tuto adhuc circumtulisti, iã plebs vniuersusq; populus, præsenti clade, indignitateq; rei mot⁹, domesticorũ certaminũ oblitus, ad arma respicit, ĩ aciẽ educi postulat. Hoc ipso loco haud multo post acie erit tibi decertandũ qualis sit pugnę exitus futurus, vel ex hoc quod dicam, potes itelligere. Stabit inuicta acies aduersus sæpe victos, plurimi in paucos, hinc Romanus, in de Volscus, pro penatibus hic, pro liberis, pro patria dimicans, ille prædæ & populationis studio, læsus hinc animus & irarũ plenus, timidus inde, & iniuriarũ cõscięntia fluctuãs. Habebit Volsca acies Martiũ vnũ ducẽ fateor egregiũ, habebit Ro. Valerios, Appios, Posthumios, Sulpitios, & alios, consilio & prudẽtia nihil inferiores. Sed fac oĩa æquatum iri, dubiũq; esse pugnæ exitũ, vtrum vincere, an vinci sit tibi minus optabile haud facile dixerim. Si victus acie excesseris, omnẽ male gestæ rei in te culpam Volsci reĩcient, te pacis fuiſq; ociũ turbatorem, sparsi sanguinis, afflictarumq; fortunarum autorẽ dicẽt, oẽm acceptæ cladis irã in te vnũ effundent, distrahẽt, laniabunt, aut certe cõponendi belli studio, te tuis ad supplicium dabunt. Nec tui interim tutiore loco erunt, reposcet illos Po. Ro. ad pœnã et supplicium, extinguet matrẽ, vxorẽ, liberos cũ tota domo, vt vnius familiæ calamitas, sit posteris documẽto, ne quis temere amplius in patriã arma induat. Nec victoria (vt oĩa prospera in acie eueniant) minus tibi funesta erit, minus exitiosa et detestabilis, quãdo cadente patria, qui tibi clarissimi sunt stare non possĩnt, nec tu magis tutus apud hostes futurus ſis, quippe cui si non verbis, animo quidẽ plurimi infesti erunt, inuidebunt primores laudẽ, criminabuntur etiã apud suos, vt suspectũ & tyrannidis cupidũ, dabis nihilominus pœnas: q̃q̃ si hoc quoq; periculo lõge abſis, odiũ & inuidiam vitare nõ poteris, quacũq; ibis tacitis execrationibus, te patriæ hostem, te tuorũ carnificem vocabunt, viri simul ac fœminæ insectabuntur, oderint vt impium & sceleratum fugient, occurrẽt animo furiæ tuorũ scelerum, terrebit patrię imago, peremptorũ vmbræ, quę nõ die, nõ noctu, te quiescere sinent. Iuxta mors, vitaq; grauis, quando superis inferiſq; inuisus, nec finire vitã, vt cuperes, dabitur, nec viuere, vt voles. Sed tu Marti mala hæc longius prospice, & dum potes effuge (potes enim modo velis) senatus nos ad te misit, vt te ĩ vrbem reuocemus, quo te oẽs ciuitatis ordines, oĩs sexus, oĩs ætas revocat, te patriæ, parẽti, vxori, liberis restituũt. Detulissemus tibi plebiscitũ, cũ senatusconsulto, quo tibi in posterũ cauetur, ne fraudi sit tibi eorũ quicquã q̃ exul gessĩsti, adduntur & præmia, pudor obstitit, quo minus ea declararẽtur, ne metu potius quã gratia decreta viderẽtur. Tu Marti caue ne tantã prætermittas occasionẽ, ne agas quicquã pertinaciter. Est em̃ hui⁹ vitij, vt dicitur, comes, solicitudo, Meminerĩs præterea esse humanarũ rerũ vicẽ, nullisq; minus ꝙ prosperis diutius stare datum, quare dum fortuna adhuc tecũ est, dum te patria reuocat, in suũq; gremiũ recipere parata est, dũ te vniuersus populus suis humeris reportat, pristinæ dignitati restituit, noua ornamenta adĵcit, vince te ipsum, irã frena, hostilem animũ exue, patere te ex hoste ciuem fieri, ex exule senatorẽ, ex hostiũ duce ciuitatis principẽ, reipsum dum pores hostib⁹ subtrahe, hãc vnã illis fiduciã adime, & vt breuiter dicam, dum tibi integrũ est, pacẽ amplectere, ne si nunc respuas, postea optatã frustra requiras. Hanc Minutij orationẽ ira Martius excepit, vt dicerer se & Minutio præsenti, & collegis viris ornatissimis q̃ amicissimũ esse, quippe qui suis rebus aduersis, ex omni patricio senatorioq; ordine, cõsilio, sentẽtia, intercessione, sibi præcipue opitulati essent, debere ira q̃ se in tales viros eum esse, qui nisi ingrat⁹ sit, oĩa illorũ causa sit facturus. Cæterũ post illos, neq; ordinẽ vllum, neq; ciuẽ esse, cui quicq̃ præter odiũ deberet. Nam tãtum inquit minuti abest vt fortunã meam, aliquo modo a patribus defensam existimẽ, vt quicquid mali mihi in hoc exilio accidit, vni ordini peneacceptũ referã, q̃ me optimatiũ partes pertinaciter tuentẽ, dum senat⁹ totiusq; nobilitatis inuidiam sustinerẽ, stultæ multitudini, furoriq; tribunitio vexandũ obiecere, obiectũ in exilium agi passi sint, velut vnius pernicioſi ciuis exilio, ciuitatis discordia defuncturi: nec est credo, qui possit mihi crimen vllum obĵcere, quo merito videar hac clade & ignominia affectus, vosq; optimi testes adestis, meorũ in patriã meritorũ, iam inde ab eo tpe, quo iuuenis aduersus eiectos nuper Tarquinios pro libertate est dimicatũ, qua acie quoniã ciuẽ seruaui, hostẽ peremi, locũ obtinui, ciuica sum corona donatus. Transeo quę secuta sunt, quę quo maiora fuerunt, oĩmq; iudicio pluris æstimata, eo iustior ira hæc videtur, iustiorq; causa, talia ĩ ingratissimos ciues audendi. Nec conditiones q̃ a vobis deferũtur hæ sunt, quę tutiorẽ mihi vitã apud vos in posterũ pollicẽtur: haud em̃ video, quo pacto, is qui ex professo hostis fuerit, in ea vrbe tutus futurus sit, in qua ciuis, miles, senator, optimatiũ libertatisq; acerrim⁹ defensor, oĩa infesta & inimica habuit. At vos honestũ nomen impio facto astruentes, nõ me patriæ, parentibus, cæterisq; necessitudinibus restituitis, sed plebi hostiã adducitis, vt meo vnius sanguine tota belli huius expietur inuidia. Quanq̃ si oĩa mihi in tuto sint, ad sitq; De⁹ aliquis mihi futuræ vitæ sponsor, qua fronte, quibus verbis, quo prætextu Volscum nomen, de me optime meritũ, medio belli cursu destituã? tam me hercule perfidus impiusq; essem, q̃ si patriã, quũ ciuis eram tam hostiliter vt nunc petĵssem. Illa me exciue hostẽ fecit, ex senatore exulẽ. Volsci ex hoste ciuem, ex exule imperatorẽ, ab ĵsigitur, quibus oĩa debeo, pacem postulate, cũ his inducias paciscimini, in quorũ potestate et turela Martius est. Bellorũ onera pro amplissimis ipsorũ in me meritis libẽs, vt imperator, obeunda suscepi, cæterarũ rerum arbitrium penes illos esse volui, cõtent⁹ per hæc quę gerũtur, illis eorũ quę in me cõtulere beneficia, aliquã referre gratiã. Nec speciosum patriæ nomen, quod identidẽ iactatis, plus me q̃ res ipsa mouerit, Nam si recta æstimatione hæc pẽsanda sunt, dicite vtra potius patria habẽda est, quæ eiecit & abdicauit, an quę eiectũ & abdicatum complexa est? quæ pro prẽmijs pericula intulit, an q̃ pro iniurijs ornauit, & ad imperij fastigiũ extulit? Colũt me Volsci nec colunt tantũ, sed imperio etiã meo acquiescũt. Pro his nisi ingratus sim, me stare oportet, pro his bellare, moriq; etiã si opus sit. Horũ terra mihi patria, hi ciues, hic domus mihi, hic mater, vxor, liberi, penates, vbi salus, vbi hoĩm gratia, vbi velut tutissimo portu quiescere datũ est: hæcq; nõ grate solum, sed pie etiã a me prædicari arbitror, dĵsq; iniuriarũ vltoribus, me ad hoc bellũ impulsum. Scio ego, ac plane fateor, quibus auspicibus planeq; iuuantibus oĩa adhuc nobis, Volscoq; nomini prospera euenere, nec quæ futura sunt minus feliciter cadura spero. Nihil em̃ fit nõ feliciter: quod Deo auspice fit. Verũ ne vobis oẽm spem pacis præcisam arbitremini, vna ad præsens bellũ soluẽdũ vobis via relicta est, si vrbibus, & agro quẽ Volscis ademistis vltra Romanus cesserit, ad quod ipsum consultadũ, triginta vobis dies statuo, quibus submotis hinc castris per Latinorũ fines circũagã copias, mox nisi res fuerint Volscis restituq; maiore virũ apparatu vrbem arctius oppugnaturus adero. Atq; huiusmodi minaci denũciatione legaris a se dimissis, Martius sublatis signis, ad cęteras Latinorũ vrbes oppugnandas cõuersus, tum demũ Pugulam, Satricũ, vt Dionysius scribit, inde Ecethrã, Couiã, Tusculũ, & Albietas cepit, domitiq; cũ his Mugilani, & Coriolani. Per hæcq; .XXX. diebus consumptis Romã reuersus, castra ad quartũ lapidem, via, qua Tusculũ itur, est metatus. Quo decẽ ab vrbe legati illi præsto affuerunt. Cæterũ quũ hi nullũ pacatius a Martio responsum accepissent, pontifices & oẽs qui sacros honores in vrbe gerebant, cũ suis insignibus supplicatũ in castra venerunt, adeo vigor ille Martius omniũ animis exciderat, aut quod Dionysius credit, veroq; simĩlius est, quia sibyllino carmine, aliove oraculo Po. Ro. sit vetitus acie confligere. Sed intestina discordia in primis obstitit, quo minus Romani eam iniuriã sint armis vlti. Legatorũ sanctitas religioq; Martij oculis obuersata, nihilo q̃ ciuiũ dignitas fuit ad pacem efficatior. Erat proinde ciuitas in luctu & mœrore, mulieres præsenti periculo perculsæ, templa agminibus cõplerant. Deorũq; simulachris cũ lachrymis obuolutæ, pacem precabantur, ceperatq; interim Capitolini Iouis templũ maiestate loci, præcipuaq; amplitudine cœtum muliebrem, multo q̃ cætera templa ampliorẽ, eratq; ibi Valeria Publicolæ soror, fœmina singulari prudentia, hæc cæteras matronas hortata est, vt Veturiã Coriolani matrem, & Volumniã vxorẽ vna oẽs adirẽt (Plutarchus Vergiliam pro volumnia scripsit.) easq; precib⁹ compellerent, vt in castra ad Martiũ contenderent, vrbis excidiũ deprecaturæ, id quũ facile persuasisset, confestim eius ductu est ad Coriolani ædes itum, Valeria pro cunctis dicere exorsa, sermone ad præsentem fortunam accomodato, multis lachrymis vtranq; precata est, vt veterũ Sabinarũ exemplũ secutæ in castra ad Martiũ irent, flexisse tum filias parentes in acie stantes, & cõiuges armatos viros nimirũ si & Volũnia fœmina pudicissima, illi chara sit, filij chariſſimi, accessurashis maternas preces, quas certo sciret plus apud filiũ, q̃ oẽs necessitudines valituras. Darent hoc patriæ ciuibusq; suis, nequid



Coroliani successus. Ciuilia an Cluilla fossa. Oratio M. Minutij ad Martiũ. Articul⁹. Sentẽtia. Perora-tio. Verba Coriolani ad legatos. Antithe-ton. Dilẽma. Antithe-tum. Amplifi catio. Coriolani proces sus. Sacerdo-tum legatio. Valeria Publico-læ soror.

nequidiu publica clade auertenda humanæ opis
Vetruria & volũ nia in ca stra profi ciscunt. prætermissum videretur. Assensa his Vetruria mi serabilem adiecit sermonẽ, multũ de publica et pri uata fortuna cõquesta, inde cũ nuru & duobus ne potibus, quorũ maior vndecim erat annos natus, alter crepundijs nuper egressus, pauciscp ex omni matronarũ numero secum assumptis, in Volscorũ castra est profecta. Vix cœtus ille cœperat vallo ap proprinquare, quum Coriolano nunciatur frequẽs mulierũ agmen adesse, mox ex familiaribus quidã nisi me oculi, inquit, frustrantur, mater tibi Corio lane adest, & cũ ea vxor Volumnia ac liberi. Tum ille amens ab sede cõsternatus pergit matri ire ob uiam, iussis licto ribus, vbi ad conspectũ venissent
Coriola ni & ma tris con gressus, fasces submittere (peculiare fuit Romanorũ magi stratuum, vt fasces ad eorũ occursum demitterent, qui dignitate anteirent) vbi itacp illa cominus ste tit, Martij parũ imperij memor, cum lachrymis in maternos se cõplexus effudit. Vetruria vero iam grandis natu, longocp mœrore confecta, inter pri ma filij oscula deficiens ad terrã defluxit, quæ dum muliebri opera reficitur, cõuersus ad vxorem Mar tius, eius dextra apprehensa, ipsius pudicitiã & fi dem laudauit, cp iam quartũ annum se exule, apud matrẽ & liberos constanter esse perseuerasset. Ad motis deinde ad oscula filijs perfusus lachrymis, matrẽ repetit, eamcp iam refectã humocp alleuatã, ad quid venisset coram fari iubet. Liuius autor est. Vetruriã sub primũ congressum, filium ad oscula & complexum non admisisse, sed quasi illi iratam quẽ fuisse, mater ne ad filiũ, an captiua ad hostem producta esset, inde in lamentationẽ & miserabilẽ querelam egressa. In hoc ergo inquit infelix mater tandiu vitã traxi, vt filiũ primo exulem, mox et pa triæ hostem viderẽ? Tu ne hanc terrã fili quæ te ge nuit, aluit, ijstituit, tam crudeliter vexare potuisti? nec quũ patrios fines hostiliter trãscendebas, illud animo, quãuis infesto, protinus occurrit, ibi mater mea, ibi coniunx, ibi liberi sunt, ibi domus & pe nates, totcp necessitudinũ imago oẽm cõtinuo fre git iramcp tecp impio cõsilio auertit? Ergo nisi ego peperissem Roma nõ hodie oppugnaretur, nisi filiũ haberem in libera ciuitate mori prohibuisset? Sed ego nec quod tibi turpius sit, aut mihi miseri? pati pos sum amplius, nec diu sum in his malis futura, de ijs videris qui ex te procreati sunt, quos si pergis hos tilia agere, aut immatura mors, aut longa seruitus manet. His paucis eã in tanta cõsternatione vsam, libẽtius crediderim, cp longissimos vtrinp sermo nes habitos, orationecp inter Martium & matrem. vt Dionysius autor est, disceptatum. Sed siue hoc, siue illo modo lenita fuerit eius ira. Martius matris dextram tenens. Vicisti inquit mater, victoria tua est, patriæ quidẽ felix, mihi vero, funesta. Inde pau lulum cum suis seorsum locutus, eos in vrbem di misit. Ipse postridie Romanis finibus copias abdu
Coriola ni erga matrem pietas & mors, xit, nec ita multo post Antij ob soluti belli inui diam, multitudinis incursu lapidibus est obrutus, alij ferro trucidatum scribunt. Fabius pictor Ro manarum rerum autor longe antiquissimus, eum in exilio consenuisse prodidit, hancp sæpe exacta iam ætate ab eo vocem vsurpatã, multo miserius sibi seni exiliũ esse, quã iuueni fuisset, sed vtcunp perijt, fuit Martius rei bellicæ oĩm, qui sua tempe state fuerunt, peritissimus, ab omni vitiorũ fœdita
Coriola ni indo les, te abhorrẽs: verũ quia nõ vni oĩa natura dedit, nec mortali semini perfect? gignitur qui squã, pertina ci nimis fuit ingenio, minimecp exorabili, quod naturæ vitium eo hominẽ indomita contentione traxit, vt exul primo, inde patriæ hostis fuerit. Fuit alioqui, præter cæteras virtutes, plus æquo iustitiæ tenax, est em in mediocritate virtus, non in extre mo & quasi fastigio quodam sita, quæ quo magis a medio recedit, eo opinione hominũ fit vitio pro pior. Quæ res summorũ interdũ virorũ fortunas vt Martij euertit. Sed fama ingens illum post mor tem secuta est, domesticumcp & externũ in eius me moria ornanda studium. Volsci honorificẽtissime funerarunt. Matronæ vt Brutum & Publicolã Ro mę per annum luxerunt, nec muliebribus suus ho nor defuit, templũ muliebri fortunę patrum decre to, vt rei gestæ monumentũ esset, est erectum, vbi matronæ calendis Decẽbribus, quo die bellũ fue rat solutũ, rite sacrificarent. Valeria q̃ muliebris le garonis autor fuerat, prima facerdotiũ tẽpli adepta est. Scio vulgo persuasum semel atcp iterũ simula chrum Deæ fœmineum cœtum allocutũ, sed quæ nobis sit de huiusmodi dæmonũ prestigijs senten tia, haud vno Rapsodię huius est loco memoratũ.

Mulie bris for tunæ tẽ plũ & al loquiũ.

## FINIS ENNEADIS SECVNDAE.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO IN ENNEADEM TERTIAM PRAEFATIO.

OVSQVE nostra hęc historiarũ processit series, vt nõ res gestæ vni? alteriusve gẽtis, vt antea, sed totius orbis, vno sint tẽpore explicandæ. Nã præter Romanorũ gesta, pas sim deinceps memoranda, quę per se satis supercp stilum onerare potuerũt, ecce iam & quæ Medi in terra Græcia, quæ Græci rursus aduersus illos, ac postea ipsi inter se gessere, vno propemodũ complexu, sunt nobis referenda. His hærebunt res Macedonũ in Europa prius ge stæ, mox maiore parte Asiæ, & in Libya etiam quę dam valido armorũ conatu, sed fortuna & succes su multo validiore. Quæ materia tam late patet, cp eius olim regni fines patuerunt, tam varia est & multiplex, quam opes illæ tanta indole quæsitæ, in multos abiere principatus & regna. Nec punicę res interim. Palæstinæcp, aut crebri Gallorũ mot? modicæ erunt instituti operis appendices, vt duo bium sit, ne tam ingens humanarum rerum con geries stilum obruat, aut stilo, quod non minus ti meri oporteat, tenebras nimia varietate inducat, quod vitium ne sequatur, dabo enixe operam, vt optimos videar pictores imitatus, qui dum diuer sos rerum actus, quibusdam velut interuallis fi gurant, quum imaginum paucitas patitur, integra reddunt corpora. Contra ficubi turba laboratur, præter ea quæ in fronte statuuntur, in ceteris satis habent, si caput, humeri, pedes, aliacp pateãt extre ma, plura alioqui, vt in conferto agmine, vel arte, vel necessitate, occultantes. Sic nos in densissima historiarũ sylua, quæ maxime visa fuerint relatu digna, vt omni sint ex parte insignia, curabimus cætera breuiore stilo complexi, ita exequemur, vt si non omnia consilia, tamen personarum, fortu næ varietates, & rerum exitus omnino intelligi possint. Quod ipsum tantum abest, vt nouo a no bis exemplo factum videri possit, vt clarissimi etiam

Similitu do picto ris.



bi nomen. Erant Thasij, ob metallorum diuitias, quæ apud illos passim effodiũtur, inter insulanos nihil oscuri. Darius inde in Græciam misit, qui si bi peterent terram & aquam, ab ijs qui insulas & omnem continentis oram tenebant. Pauci omni no postulata fecere, & in his Aeginetæ, quam cri minandi occasionem Athenienses nacti, Lacedæ monẽ mittunt, qui apud Cleomenẽ regem Aegi nitas accusarent. Rex Aeginam nauigauit, in autos res defectionis animaduersurus, quos capere pro hibitus, plures ibi dies altercando frustra consum psit. Demarathus interea (erat & ipse Lacedæmo niorum rex) absentem Cleomenem (parum enim ambobus conueniebat in republica administran da) assiduis concionibus, vt rerum nouarum cupi dum ad populum criminatur, quæ res Cleomenẽ veteris iniuriæ memorem adhuc magis ad vltio nem accendit. Sic & in Attica expeditiõe Demara thi discordia omnem ipsius in Athenienses cona tum reddidit irritum. Leuthichidem igitur occulte Cleomenes instruit, vt Demarathũ ad populũ insi mulet, cp non Aristonis, a quo ranquam a patre re gnũ acceperat, esset filius, productilcp in mediũ te stibus, qui olim, quũ Ephori essent, ex Aristone re ge audiuisse se aiebãt, puerum quem dudum vxor enixa diceretur, quia ante decimum mensem natus videretur, non esse ex se genitum. Placuit, etsi satis constat septimo quocp mense mulieres parere, pu blice oraculum de ea re scisciteri. Qui Delphos ob id publice missi fuerant, conueniens testimonio oraculum retulere, continuocp est regnum Dema ratho abrogatum. Ille præsenti ignominia offen sus, ad Darium in Asiam nauigauit, vbi benigne acceptus, vrbibus & agro est a rege donatus. Leu thichides in eius locũ est surrogatus, qui meritas absenti exoluit pœnas, Pharsalica expeditione ho stium pecunia corruptus, atcp in iudicium arrept?, e Sparta Tegeam profugit, vbi procedente tempo re mortem obijt. Cleomenes Damaratho electo, cum Leuthichide bellum in Aeginitas instruxit, sed eo nondum illato, insulani decem nobilissi mos defectionis auctores vinctos Cleomeni dede re, qui apud Athenienses Aeginitarum inimicissi mos in custodia sunt habiti. Cleomenes quum ob Demarathum electum, populi odium incurrisset, constans fama erat Periallam virginum quæ Del phis fatidicæ erant antistitem ab eo corruptam, Spartanosp ea fraude deceptos regnum Demara tho abrogasse, multitudinem veritus in Archadiã concessit, vbi quum rebus nouis studere diceretur, publico decreto Lacedæmonem reuocatus, in pri stinam est dignitatem restitutus. Nec ita multo post in apertam inuasit insaniam, obuiosp pas sim verberare regio sceptro ob eamcp rem a dome sticis in ligneas soleas coniectus, quum a seruo gla dium imperrasset, se totum a furis incipiẽs ad ven trem dissecuit, & ille infelicem hunc vitæ exitum est adeptus, quem multi ad ipsius impietatem refe rebant, cp Pythiam aduersus Demarathum corru pisset. Alij cp Attico bello Eleusinæ Cereris tem plum populatus esset. Quidam cp Argiuos ad Se piam victos, in luco haud procul Tirynntho, quo se receperant (erat locus Argo facer) arida materia circumiecta concremasset. Lacedæmonij arbitrati sunt eam insaniam ab vini temulẽtia ortam, quã ille ex Scytharum consuetudine traxisset, Scytæ post bellum a Dario illatum, Spartam legatos mi sere, vt fœdere inter se inito, illi per Põtum ingres si, hi ab Epheso copias in Darium & Medos iunge rent. Aeginitæ post Cleomenis interitũ a Lacedæ

Demara thus.

Demara tho re gnũ ab rogatur.

Perialla.

Cleome nis infe lix exit?.

Leuthi chides.



EIVSDEM ENNEADIS TERTIAE. LIBER I.

Mardo nius. MARDONIVS Gobriæ filius, erat huic nupta Darij filia & ob id regi charissimus, alte ro ab eo anno, quo Ioniæ sta tus omnib? circa domitis, fue rat ab Artapherne pacatus, in Ciliciam sub vernum tempus cum validissimo venit exerci tu: hinc terrestribus copijs sub duce in Hellespon tum missis, ipse classe ad tempus instructa. Asiæ oram præteruectus, in Ioniam peruenit: ex Ionia in Hellespontum, qua exercitu in Europam trans misso. Erethrienses bellum Athenienses ibusq; no minatim intulit. Hi enim sub primos Ioniæ mo tus, Sardis in Lydia captas cum Milesijs cremarũt, hic gerendæ rei prætextus illi fuit, quum decreto vniuersæ Græciæ bellum inferret, siquidem Tha sios Barbarus classe adortus, a terra Macedonas, vtrosq; ab initio subegit, quo regendarum rerum principio nulli dubium fuit, Mardoniũ in animo habuisse, quascũq; posset Græcarum vrbiũ, bello subigere. Ex Thaso classis ad Achantum processit. Vnde mox profecta violento Aquilonis flatu dis iecta est, circaq; Athon montẽ, in macedoniæ ora, qua mare maxime est importuosum, fœde afflicta ta. CCC. naues vi maris absumptæ sunt, & cũ his supra viginti hominum milia, quorum plures me dijs fluctibus natandi inscitia sunt absorpti, alios cautibus & scopulis allidens vnda, circa littora ex tinxit, siqui montem tenuere, a feris laniati sunt. Excurrit Athos a planitie in mare. LXXV. milia passuum, radicis ambitus centum quinquaginta milia colligit. Oppidum in eius vertice fuit Acro thon. Xerxes non muto post, atrocissimi huius ca sus memoria territus, montem continẽti terrę ade mit, mille et quingentorum passuum Isthmo mili tari opere effosso, per quem postea est Athos enaui gatus. Stasicrates, qui fuit magni Alexandri tem poribus, mõstrasse illi dicitur, posse montẽ ipsum in humanam effigiem figurari, fuitq; ad id operã suam pollicitus, vt leua Miriandron teneret vrbẽ, decem milium videlicet hominũ capacem, dextra redundantissimos fluminis spargeret latices. Plu tarchus, quod miror, ad Thraciam nõ Macedoniã Athon pertinere credidit, & Mardonius hac est cla de ab initio affectus. Est & altera clades haud mul to post secuta, nam dum Macedonas armis infecta tur, subito hostium incursu, ingens est Persarum cædes edita, & ipse dux grauiter vulneratus. Sed ferox iuuenis non prius destitit incœpto, quam omnem Macedoniæ oram ad deditionem compu lit. Ipse ob duplicem cladem vna expeditione acce ptam, omnibus propemodum inuisus, exercitum in Asiam reportauit. Darius sequenti anno Tha sijs, quia res nouas moliri diceretur, naues ademit, nudauitq; eorũ vrbem mœnibus. Phœnices Tha sum condiderunt, vnusq; ex cõditoribus dedit vr

Mardonij transi tus in Eu ropam.

Naufra gium.

Absciss? Athos a cõtinẽti.

Persarũ cædes.

Thasus.

monijs petierunt, vt viros quos vltro dedissent, essentq; apud Athenienses depositi, aut sibi restituerent, aut ex Atheniensium custodia, qui Aeginiticũ nomen infense oderãt, eximerent. Eam depositionem a rege factam ab initio Spartiatæ iniquo animo tulerãt, & iam erant qui Leuthichidem ipsum Aeginitis dedendum censerent. Cęterum ita demũ comparatum est, vt Leuthichides Athenas iret, Aeginitas ab Atheniẽsibus recepturus, quos illis redditurus se negãtibus, quia quos duo reges deposuissent, haud æquum esset vni restituere, tum Leuthichides Glauci Epicidis filij Spartiatarum optimi, vt fama fuit, exemplo illato, qui quum ingentem pecuniam a Milesio hospite depositi nomine accepisset, eamq; an filijs restitueret Apollinẽ Delphis rogasset, cum tota domo breui extinctus esset, vnius familiæ insigni clade, Athenienses ad depositum restituendum adducere conatus est. Verum quum hac quoq; via parum profecisset, infecta re Leuthichides & Aeginitæ diuersi abierunt. Tum vero Aeginitæ ira adacti: biremem quã Athenienses a memorabili illa Thesei in Cretã expeditione quotannis Delum mittebãt, circa Suniũ promontorium intercipiunt, Atheniensiumq; primores in suorũ vltionẽ in vincla conijciunt. Athenienses supra vetus odiũ recenti adacti iniuria, nihil differendũ rati, cum. LXX. nauibus, quarũ. XX. Corinthij dederãt, qui tum amici erant, Aeginã bello petunt. Iuuit rem Atticã Nicodromi transfugiũ. Erat is inter Aeginitas homo multi noĩs, vrbẽq; Atheniensibus prodere fuerat pollicitus. Etiam veteris vrbis partẽ cum hoĩbus suæ factionis occuparat. Quod si Athenienses ad præstitutũ diẽ affuissent, sine vllo maiore negocio potuit Aegina capi. Cæterũ Nicodromus sociorũ accessu destitutꝰ, cũ modica suorũ manu, ex insula transfugit. Septingenti eius factionis viri in Aeginitarũ potestatẽ redacti extremo sunt supplicio affecti, & in his vnus, qui cũ sacros Cereris postes teneret, abscissis manibus tractus est ad supplicij̃, quo scelere, vt creditum est Aeginitæ polluti cõsternatiq;, nulla prius expiatione adhibita, pari nauiũ numero cũ Atheniensibus congressi, prælio fusi sunt. Necad eã cladẽ illi animũ demisere, sed ad reparandã classem studio conuersi, repente ab Argiuis, a quibus ante fuerãt adiuti, destituũtur. Suis itaq; viribus freti, Athenienses incõpositos adoriuntur, prælioq; superãt quatuor eorũ nauibus, cũ suis turmis in potestatẽ redactis. Erat per hæc bellum iam antea inter Aeginitas & Atheniẽses cõtractũ, quũ Darius Hippiæ, aliorũq; Pisistratidarũ hortatu, multo maiore, q̃ antea conatu, bellũ in Atheniẽses instruxit, abrogatoq; ob rem superiore anno male gestã Mardonio copiarũ imperio, Datim Medum & Artaphernẽ Artapher nis fratris filiũ bello præfecit. Hi in Cilicia primo duxere, ex Cilicia Hippagogis, cęteris̃q; nauigiorũ generibus in quibus triremes sexcẽtæ numero fuere, exercitus Ioniæ oram præterue ctus, Samum tenuit. Inde inter Icariã insulas, vt Athon declinaret, classis circũacta. Naxũ insulã metu a cultoribus relictam occupat. Deliũ & ipsi relicta insula in Tenũ perfugerãt, sed tantũ abfuit, q̃ natalem Apollinis terrã violari passus fit Datis, vt Delijs per caducea torem domũ redire iussis, ipse. CCC. turis libras, super aram Phœbo sacrã adoleuerit. Est Delos Cycladũ media, Apollinis tẽplo, mercatuq; olim insignis. Aristoteles, quoniã repente medijs fluctibus emersisset, id ei nomen datũ existimauit. Eglosthenes Cynthiam dixit. Alij Orthigiam, Asteriam, Lagiam, Certham, Mydiam, Cynethum, quidam & Pyrpilem, quia ibi prius sit ignis repertus. Quinq; milium passuũ ambitu patet Cyntho monte assurgens. Nefas ibi olim canes alere, aut mortuos humare. In Rheena, quæ illi ad quatuor stadia adiacet, Deliorũ sepulchra fuere. Naxus duodeuiginti milia passuum inde abest, nam huius quoq; mentio nuper facta est. Eam Strongilen dixere. Dion Dionysiada a vinearum fertilitate. Callipolim nõ nulli & Ciciliam minorem dixere. Eius circuitus quinq; habet & septuaginta milia passuum. Medis igitur Delo proficiscentibus, insula subito motu terræ concussa est, quod ad id tẽpus (vt Herodotus scribit) nunquã antea acciderat. Quo magis mirari possis Plinium autorem esse, ad Marci Varronis vsq; ætatem, eam insulã immotam mansisse. Per eum motũ mala, quæ Græciæ impendebant, videri possunt demonstrata, quando plures quidẽ sub Dario, Xerxe, & Artaxerxe regib⁹, sit terra ipsa clades experta, quã. XX. aliꝭ ante eos ætatib⁹ fuisset. Erant ipsa regum nomina satis per se formidolosa. Est em̃ Darius coercitor interpretatus, bellator Xerxes, Artaxerxes non bellator solum, sed magnus bellator. Datis itaq; & Artaphernes reliquas circunuecti insulas partim vi, partim metu subigere, & iam in Erethrienses cursum intenderant, quũ illi eorum quę ab initio egissent conscientia, desperata venia, parant sese tueri, quatuor milibus auxiliariorum ab Atheniensibus acceptis. Fuit Erethria in Eubœa insula olim Melanis vocitata, & Arotria, vt Strabo significat. Veteres Erethriensiũ opes columna, quæ in Dianæ amarinthiæ templo fuit, testata est. Andrij, Tenij, Chij, aliiq; insulani circumiecti, eorum ditionis fuere. Post Chalcidem quæ cum originis vetustate tum opportunitate loci, ab initio fuit insulæ metropolis. Erethria semper in secundis habita. Eius conditores varie traduntur, sunt qui ab Erethria, quæ e Macysto Triphyallica descẽdit, profectam arbitrentur. Alij ex Atheniensis ora Erethria, quæ deinceps forum fuit. Eubœa insula, quando ad eius partes explicandas venimus, Bœotiæ obuersa iacet. Ab Atticain Thessaliam modico euripo discreta, nusquã amplius. LX. milibus passuum pandens latera, nec minus. XX. cõtrahens. Patet ambitu. CCCLXV. milium passuum. Multæ præter iam dictas fuerũt in ea insula vrbes, & in his Carystos marmore insignis. Insula olim Chalcodotis dicta est, vt Ephorus & Aristides meminerunt, vt Callidemus Chalcis, ære ibi primum reperto. Dicta & Abantia & vulgo a poetis Asopis. Eubœa ab heroicę indolis matrona, vel vt Strabo suspicatus est, ab antro in littore Aula bouis dicto, vbi Io Epaphum enixa creditur. Erethrienses etsi auxilia ab Atheniensib⁹ implorauerant, terribili hostium fama perculsi, de vrbe relinquenda priusquam obsidione cingerentur, cõsilia agitare cœperunt. Quod vbi Atheniẽses resciuere, confestim in Oropum transgressi, salutem sibi quęsierunt. Nec ita multo post Persæ in Eubœam delati, Erethriã obsidione cinguntꝰ. Erethrienses, quia consilium a principio initum de relinquenda vrbe non placuit, ad sese tuendos totis viribus vertuntur, septem dies sine intermissione oppugnati, multiq; mortales interim intra extraq; occubuerũt. Septima demũ luce, Euphabi & Phligri Erethrienſium proditione vrbis capta, direpta, & incensa est omni multitudine in seruitutem abducta. Nec multo post Erethriam captam, Medi in Atticam Hippię ductu transgressi, in Marathonijs campis concedere. Eodem Atheniẽses & ipsi ad vim arcendam processerunt decẽ sibi ducibus constitutis

Cur glaucus cũ tota domo perierit.

Athenienses bellũ Aeginitis intulerunt.

Darius reparat bellũ in Græcos.

Delos insula.

Naxus.

Darius, Xerxes.

Artaxerxes qd significet.

Erethriẽsiũ opes.

Eubœæ circuit⁹. Vnde Eubœa.

Erethria capitur a Persis.

Marathonij cãpi.



stitutis, in quibus Milciades fuit Cymonis filius, qui ex Chersonneso, eo triẽnio per hostes elapsus, Athenas venerat. Miserant & Philippidẽ quendã ad Lacedæmonios auxilia imploratũ, cui per Arcadiam tendenti, Dæmon quidam obuius fuit, Pan fuisse creditur, horratusq; est vt iuberet Atheniensis forti animo esse, affuturum illis in bello deorum vnũ aliquem, proponerent sibi omnia secunda. Philippidæ fides habita est, eoq; oraculo Atheniensium animi sunt nõ mediocriter ad res gerendas confirmati, ita vt ne expectatis quidẽ Lacedæmonijs, qui se paucis diebus affuturos promiserãt, acie sint cũ hoste congressi. Hic priusquã prælium iniretur, Plateenses quos Athenienses olim aduersus Thebanos defenderant, in fidemq; receperant, veteris beneficij memores, peropportune auxilio venerunt. Variæ interim erant ducum sententiæ, pars hostiũ multitudinẽ veriti, prælio abstinendũ sensebant. Milciades & alij cũ eo plerique fortunam tentandã arbitrari. Cæterũ quum sententiarum diuersitate nihil decerni posset. Callimachum Polemarchũ Milciades adortꝰ est, erat is tum belli princeps. Hunc hortatur ne bellũ trahi patiatur, cernere se haud dubie, futurũ, vt in tãta ducum discordia, paulo post non deessent, qui rem Atticã hostibus proderent, dijs autoribus victoriãq; portẽdentib⁹ præsentem gerendæ rei arriperet occasionẽ. Nulli dubiũ esse quin si Athenienses ea acie vincerẽt, fore, vt iam inde Græciæ principatũ obtinerent. His ille alijsq; hortationibus, quum Callimachum in sententiã traxisset, suffragijs superior factus, vbi sui imperij dies affuit, nam in orbem imperabant, copias in aciem eduxit, quæ ab eo ita instructæ sunt, vt Polemarchus dextrum cornu teneret, sinistrum Plateenses, oẽ robur in cornibus fuit, media acies paucis conferta stetit ordinibus; tum Græci ita instructi, in hostem decurrunt, erãt inter vtrunq; aciẽ octo nec amplius stadia. Mirari primo Barbari Græcorum audaciã, insanire arbitrabatur, qui tam pauci cum immenso exercitu concurrere auderent. nam ad sexcenta hominum milia, vt Trogus scribit, aduersa acie inde stabant, quum decem milia Atheniẽses essent, Plateenses auxiliares mille, fuitq; sic quoq; pugna aliquãdiu anceps, hinc virtute, inde numero superant, viceruntq; Barbari media acie, vt Herodotus meminit, qua Persæ & Sacæ eam perrumpentes in mediterranea fusum hostem egere. Contra vtroq; cornu Athenienses Plateenses̃q; prospere dimicarunt, Mediq; vtrinq; pulsis cornua cõtrahunt. Tum omnis impetus in Persas Sacasq;, qui mediam aciem auerterent, conuersus est. Hi Græcis vtrinq; vrgentibus cum multa cæde sunt ad naues compulsi. CC. milia Barbarorum eo prælio cæsa Trogus, quod miror, scribit, quum Herodotus sex milia &. CCC. occubuisse memoret, ex Atheniensibus duos & nonaginta supra centum nec amplius. Occubuit in eo Persarum numero Hippias Pisistrati filius, eius belli concitator. Is nocte quæ diem pugnæ præcesserat, per quietem sibi visus fuerat cum matre concũbere, & vbi dies pugnæ illuxit, dens illi in littore stanti vehementiore tussi excussus, (erat enim iam grandis natu) quum in arenam decidisset, diligenti cura requisitꝰ inueniri non potuit. Tam strenue prelio ab oibus est dimicatum, vt qui primã ex ea acie laudẽ reportarit, difficile fuerit iudicare. Gestæ nomen rei gloria penes Milciadem fuit. Themistoclem quoq; ad huc adolescentem illius diei pugna strenue obita cœpit illustrare. Perijt Callemachus Polemarchus, & ex ducib⁹ Stesileus & Cynegyrus Euphorionis filius, qui quum Medos ad mare egissent, nauim hostibus honustã intuitus, vt eam ad cædẽ remorarentur, dexteram manũ iniecit, qua bipennis ictu resisa, sinistra eam apprehendit, ea quoq; parci clade amissa, mordicus triremẽ tenuit. Tãta in vno tum virtus fuit, vt nõ cęde multa fatigatus, nõ vtriusq; manus clade victus, in morẽ rabidæ feræ dentibus dimicare sit conatus. Atq; hoc quidem euẽtu est ad Marathonem pugnatũ. Barbari nauibus inde subductis, Suniũ promontoriũ & Phalerũ, vbi Atheniensium nauale erat circũuecti, in Asiam abierũt. Mirũ est, quod de Epizelo Cuphagore filio, viro Atheniensi, memoriæ est proditũ. Is quũ in Marathonia acie staret, sine vllius humanę iniuriæ interuẽtu, repẽte luminib⁹ est captus, memorare solitus dicitur, virũ procero corpore, cuius mentũ oẽm sibi clypeum inumbraret, media pugna occurrisse, mox eam laruam se prætergressam esse prostratũq; a se hostem qui proxime steterat, ac secundum eam cædem continuo luminibus priuari contigisse. Incidit memorabilis hæc pugna in alterum annum Olympiadis septuagesimæ secundæ, q̃ quater mille simus fuit ac septingentesimus nonus a mundi origine, postquã Roma condita est bis centesimus ac sexagesimus quintus, quo triennio Coriolanus & Hippias Pisistrati filius patriam vterq; fuam ex ternis oppugnauit armis. Obtinebat q; interim Macedoniæ regnum Alexander Amynthæ filius, præcessit hic aliquot ætates alterum Alexandrũ, qui in eadẽ gente magnus est cognominatus. Inciderũtq; in hæc tempora Hellanicus historiarum scriptor, Heraclitus Ephesius cognomento Scotinus, cuius libros Crates dixisse fertur Delio aliquo indigere natatore ne illis obrueretur. Librum Theologicũ in Ephesiæ Dianæ templo posuit, obscurius vt crederetur de industria conscriptum, vt soli eruditi legerent. Cuncta ex igne fieri arbitratus est, & in idem elementum oĩa resolui. Mundum animatũ esse dæmonumq; oĩa plena. Xenophanis fuit auditor vt Solon memoriæ prodidit. Quidam autores sunt, ab ineunte ætate inuestigandæ naturæ deditum, sua ipsi⁹ industria profecisse. Laertius autor est, Hesiodum ab eo institutum, Zenophanem, & Hecateũ, si quæ vera sunt, aut retrahi i hæc tẽpora oportet, quæ de Pythagora & Zenophane alio loco, Liuium & Dionysium secuti exposuimus, aut hæc oĩno sunt illis præferenda, quanq; non video qua ratione Heraclitus his potuerit æqualis esse, quum Pythagoras, quem iuniorẽ credi oportet, quia eius fuit auditor, vix ad hæc tẽpora q̃ posuit Eusebius, peruenerit. Sed vtcunq; se res habent, Eusebius Democritum & Anaxagorã Heraclito credidit æquales, quorum hic Clazomenius mentem primus omnium materiæ adiecit, animantium procreationem ad humorẽ et calorem referens. Huius vox illa, audito filiorum obitu, sciebam me eos mortales genuisse. Abderites alter, etsi quidam Milesium fecere, cũ Anaxagora congressus, quanq; ætate minor, Leucippi, cui dedit operam, dogma secutus, ad atomorum concretionẽ oĩa retulit. Constans fama est semetipsum luminib⁹ priuasse, vt oia altius cõtemplaretur. Laberi⁹ aliam subiecit causam radijs inquit solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret ciuibus. Fuit his æqualis Aeschylus qui primus apud Græcos Tragœdiam illustrauit, & hi tum viri illustres in terra Græcia fuere. Datis & Artaphernes vbi Asiam tenuere, Erethrienses captiuos Susa ad Dariũ perduxere, quos nullo maiore incõmodo affectos, in Cissiæ regionis stagno collocauit, Stadia circiter. CC. a Susis. Haud procul inde

Pan.

Milciadis virtꝰ ad Marathonem.

Græci pauci cũ Persis cõfligunt.

Persarũ cædes.

Hippiæ visum.

Milciadis glia.

Cynegyri facinꝰ.

Epizeli cæcitas.

ANNI MVNDI.

Hellanicus.

Heraclitus.

Ephesi⁹.

Democritus.

Anaxagoras.

Putei mirabilis.

inde puteus natura ſupra quam credi poſſit mirabili, ſi vera tradit Herodotus. Dimidiato vtre ac fitulæ loco ad ciconiam alligato, liquor inde hauſtus in oleum, bitumen, & ſalē concreſcit. Poſt Perſarū digreſſum Alcmeonidæ Athenis ſunt proditionis accerſiti, ꝙ parmā, hoſtibus adhuc in proximo agentibus, procul oſtēdiſſent, velut id ſignū excompoſito eſſet datum, ſed id crimen eo eſt facilius diſcuſſum, ꝙ ea familia ſemper fuerat tyrannis infeſta. Alcmeon qui primus eam illuſtrauit familiam Crœſi liberalitate ditior eſt factus. Cōſueuerat is ſponte ſua regis legatos, qui Delphos cum donarijs mittebantur, comiter accipere, acceptoſq; magnifice tractare, quę hominis hoſpitalitate permot⁹ Crœſus, eum in Lydiam accerſiuit. Hic facta illi poteſtate vt tantū auri ex ſuis theſauris ſibi ſumeret, quantū vno ferre poſſet cōplexu, prægrandem tunicam induit, eaq; in ſinum complicata, laxioribuſq; coturnis calceatus, vbi ad theſauros eſt ingreſſus, in aceruum auri procumbēs, cothurnos primo, inde ſinum diuitijs reſerſit, coma deinceps ramento obuoluta faucibuſq; auro refertis, vix ſeſe traducens, in apertum cuicunq; rei ſimilior quā homini proceſſit. Eum Crœſus intuit⁹, hilari vultu cachinnoq; ad ſe receptum, omnia habere permiſit. Milciades, poſt Marathonicā pugnam, ab Athenienſibus petijt vt ſibi ſeptuaginta naues darent, futurum pollicitus vt quicunq; in eam expeditionem exirent breui multa honuſti præda domum reuerterētur. Claſſe igitur publice inſtructa Parios ſubita eſt oppugnatione adortus. Cauſa belli Pariſijs illati ea prętenſa eſt, ꝙ naui vna cum Medis ad Marathonem militaſſent, ſed priuatū odium Milciades ſecutus creditur, ꝙ a Lyſagora Pario, ſub id tempus, quo Medica arma circa Cherſonneſum vagabantur, ex ea terra pulſus eſt. Eſt Paros Cicladum vna inter Delum & Naxum marmore nobiliſ, Platea olim, poſtea Minois nuncupata. Tenuit obſidio ſex & viginti dies Pariſ⁹ muro ſe tenentibus. Milciades noctu maceriem muro proximam tranſcendens, legiferæ Cereris ſeptum ingreſſus, ſubitoq; religionis horrore perculſus, quum in prophanum recurrerit, femur cōcuſſit. Eaq; clade affectu ſpe potiundæ inſulæ deiectus, Athenas redijt. Eratq; tum ille in ore omnium multaq; inuidiæ obnixius, ab Xantippo aq; Ariphonis ad populum accuſatus, ꝙ ciuitatē Paria expeditione circūſcripſiſſet, verum femore magis in dies tabeſcēte, cauſam per ſe dicere non potuit, per amicos defenſus: quibus & Lemnum Pelaſgis ademptā, & Marathoniam pugnam allegantibus, impetratum eſt ne capitis damnaretur. Quinquaginta talentis ea culpa æſtimata, ipſe paucis diebus, putreſcente femore, vita deceſſit. Multam Cymon filius exoluit. Lemnū quod ad Milciadis meritū attinet, Achæi ex attica ab Athenienſibus eiecti occuparunt, qua illi iniuria adacti, ex Baurone Athenienſium mulieres Dianę ſacra patrio ritu celebrantes plurimas rapuere, quarū concubitu, frequens ſoboles orta, quæ quū adolere cœpiſſet, materna nobilitate ſuperbientes quum ijs qui legitimo nati eſſent thoro auderent inſultare, appareretq; ita futurū, vt quum primum per ætatē licuiſſet inſula potirētur. Achæi veriti ne legitime nati quandoq; ſpurijs ſeruirent, Atticas mulieres cū omni virili ſtirpe obtruncāt, qua inſanda cæde veteriq; Lemniadum memoria quæ viros oēs vna nocte cum Thoante, vt Herodotus ait, ſuſtulerant, prouerbio eſt receptū, vt fœda & tetra ſcelera, Lemniaca dicerentur. Achæi ob id facinus peſtilentia, terræq; ſterilitate diu vexati, Delphico ſunt oraculo moniti, vt ad Deorū pacē impetrādā, ſatiſfacerēt Athenienſib⁹. Qui quū ad hoc ipſum Athenas miſiſſent, Lemnūq; illi ſibi dari poſtulaſſent id ſe facturos Achæi recuſarūt. Poſt aliquot deiceps annos Milciades ex Cherſonneſo Etheſijs in Lemnum delatus Achęos inde migrare coegit. Hepheſtinēſes vltro paruere. Alyrrinæi primo recuſāres, quū obſidionē nōnihil tuliſſent, veriti ne maiorē aliquā adirent belli cladē, deditionē fecere. Arcę ita cōtigit, vt Milciadis ductu, quod in damnatione illi profuit, Athenienſes Lemno ſint potiti. Darius poſtquā ad Marathonem a ſuis inferiores eſt pugnatum, multo Athenienſibus quam antea infeſtior factus, totius Aſiæ viribus bellum inſtaurabat, nauibus, equis, militibus frumento, imperatis. Et iam trienniū in eo ornando conſumpſerat, quum Agyptij, qui a Cambyſe fuerant ſubacti, ab eo defecere, ſuper veterem Athenienſis belli curam, & alteram Aegyptiacæ defectionis recentem, maiorem quandam filiorum diſcordia inieçit. Erant Dario liberi tres ex priore coniuge Gobryis filia, quos priuſquam regnare cœpiſſet, ex ea tulerat, horum q; maximus natu erat Artabazanes ex Atoſſa Cyri filia, quam regnum adeptus ſibi matrimonio iunxit, quatuor, eratq; Xerxes primo loco natus. Quum igitur appareret eum regno ſucceſſurum, qui ad bellum mitteretur, Xerxes & Artabazanes ambire cœperunt, & de regni prærogatiua inter ſe diſceptare. Hoc patrium morem celebrante, quia primo natus eſſet loco, & ob eam rem ſucceſſionem regni ad ſe trahente. Atoſſam matrē altero Cyro procreatam, & ꝙ Dario iam rege non priuato, vt Artabazanes fuiſſet natus, vmbra auiti nominis populareq; matris nomen, & quia regia fortuna eſſet ortus, quod vt pro ſe allegaret Demarathus Lacedæmonius monuiſſe dicitur, hæc Xerxis cauſam iuuerunt, vt a patre ſucceſſor ſit regni declaratus. Cæterum quum iam fere omnia eſſent ab bellum comparata, altero Aegyptiacę defectionis anno Dari⁹ vita deceſſit. Anno ſui regni ſexto ac trigeſimo. Trogus id de regno certamē poſt Darij obitum inter fratres ortum arbitratur, totiuſq; rei arbitrium ad Artaphernem patruum ab vtroq; delatum, atq; ita domeſtico iudicio Xerxem Artheme-
ni, vt ille ſcribit, non Artabazani prælatū, tantaq; amborum moderatione diſceptatū, vt nec victor in ſuis frater, nec victus oderit, quin dubio adhuc iudicio inuicem ſibi munera miſerint, iucundaq; inter ſe conuiuia celebrarint, tanto moderatius tunc fratres ampliſſima inter ſe regna diuidebant, quā nunc exigua patrimonia partiantur. Nūc, priuſquā Xerxis geſta exequamur, quæ apud cæteras gentes interim domi foriſq; geſta ſunt, ordine ſunt referenda. Eſtq; relatio prima Romanarū rerum, quæ Coriolano hoſte ſublato, cōſeſtim meliores eſſe cœperunt. Volſcos paucis diebus, poſt Coriolani interitum, in Romanū agrum reuerſos grauis eſt ſeditio adorta. Equis haud amplius Actij Tullij imperiū ferentibus, ex altercatione funeſtū prælium eſt inter eos ortum, quam occaſionē Romani conſules qui in proximo caſtra habebāt adepti, nam Martio abeūte cōſeſtim bina caſtra in aperto fecerāt, binos hoſtiū exercitus pernicioſo certamine occupatos deleuere. Hæc Liuius Dionyſius deleri potuiſſe affirmat, ſed conſulū negligentia hoſtes mutua clade affectos, ſine maiore offenſa diuerſos abijſſe. Secuti deinde conſules C. Aquilius, & T. Sicinius, viri bellicoſo ingenio, & ad res gerendas magis quā ſuperioris anni cōſules idonio, Initio huius anni res ab Hernicis per legatos repetitæ,

Crœſi liberalitas in Alcmeonē.

Alcmeonis auaritia.

Milciades Parios oppugnat.

Milciadis mors

Lēnos.

Scelera Lēniaca.

Darijbellum reparat.

Filiorū Darij cōtentio.

Filiorū Darij laudabile certamē.

Volſcorū & Equorum ſeditio.

C. Aquilius T. Sicinius cōſules.



titę, ꝙ Volſco bello Romanos fines, contra fœdus cū Tarquinio rege ictū, latrocinijs infeſtaſſent, ad ea Hernici quum negarent, regibus ſublatis, ſibi vllum fuiſſe cū Romano po. fœdus, priuatoq; cōſilio, non publico dicerent homines ſuę gētis Ro. agrū violaſſe, nec ob id res redderentⁿ, ſortiti cōſules inter ſe, puincias, Aqlius in Hernicos profect⁹ eſt cū tertia parte copiarū (nā gēs ipſa in armis erat) Sicinio Volſci euenere, cui par exercitus eſt datus, reliqua iuuentus. T. Largio p̄fecto Vrbis relicta eſt, vt ſuburbanā regionē abſentibus cōſulibus ab incurſu hoſtiū tueretur. Aquilius in pręneſtino agro Hernicis occurrit, iuſtoq; prelio vtrinq; eſt concurſum. Ferētarij lapidibus, ſagittis, iaculis, prælio ineuere, inde turmatim equites equitibus cōcurrerūt, pedeſtris deinceps pugna fuit, atq; anceps diu certa mēn, & iam dextro cornu cœperat Romana acies laborare, quū Aquilius ex ſubſidiarijs militibus lectiſſimos in primā aciē eduxit, inde paulatim ſaucios intra ordines recepit, quod fieri Hernicus conſpicatus, ratus id fugæ initiū eſſe, multo acrius con

Acre pręlium.

nixus Romanū vrgebat cornu. Verum vbi præter ſpē reſiſtere aīaduertit, ſegnius ciebat pugnam, faciebat tamen nihilominus Romanis negocium ingens, quū cōſul equites cohortatus in hoſtem immiſit, horum incurſu dextera hoſtium acies pulſa eſt, nec ita multo poſt & ſiniſtrū latus fugatum, cætera multitudo lateribus nudata, & ipſa fugam fecit, Romani fugientes hoſtes ad caſtra cum multa

Hernici acie vincuntur.

ſunt cæde perſecuti. Iam & hoſtium vallum erant oppugnare adorti, quum conſul veritus ne ſubita hoſtiū eruptione fortuna victoriā variaret, cani iuſſit receptui. Caſtra noctu ab hoſte relicta poſtridie Romani diripuere. Progreſſus inde conſul in Hernicum agrum, omnia fœda populatione vaſtauit, & hæc Aquilius, quod miror Liuiū vno dumtaxat

Alterū in Veliterno p̄liū.

verbo, Hernicos acie victos ſignificaſſe, ſed magis mirum ꝙ ab altero conſule Sicinio æque ait marte cū Volſcis dimicatū. Dionyſius autor eſt, in Veliterno agro cum Tulio Actio iuſto cruentoq; prelio concurſum. Sed quū ob collium aſperitatē parum locus equeſtri pugnæ eſſet habilis, Romanos equites ſe eius pugnæ ſpectatores haud fieri paſſos a conſule petiſſe, vt relictis equis liceret ſibi pedeſtrem pugnam capeſſere, qui a Sicinio laudati, per

Alterū in Veliterno p̄liū.

ardua collium a latere & a tergo dexterum hoſtiū cornu adorti, pene totum trucidarūt, inde facta ab hoſte fuga, circa vallum caſtrorum atrocius certamen initum, Ibiq; Actium Tullium fortiter dimicantem, pluribus vulneribus acceptis, mortem occubuiſſe. Ac tū demum paucis fuga dilapſis, qui cædi ſuperer̄at, abiectis armis ſuppliciter veniam petiſſe. Ob rem vtrobiq; bene geſtam ſupplicatum eſt Romæ, Siciniuſq; triūphans vrbē eſt ingreſſus. Aquilio, quia victoriam minoris momenti reportaſſet, minor eſt triumphus decretus qui idē fuit & ouatio. Sequēs annus Sp. Caſſiū & Proculum Verginiū conſules habuit. Verginius in Equos duxit,

Minor triūphus Sp. Caſſius Proculꝰ Verginius Conſs.

qui mœnibus incluſi agros incurſari paſſi ſunt. Romanus conſul haud præda contentus, agros fœda populatione vaſtauit. Caſſius cui Hernici cū Volſcis ſorte euenerūt, Volſcorū fines ingreſſus quæcunq; ſunt in agris reperta multiplici clade afflixit, gentē ipſam ad deditionē cōpulit Hernici & ipſi a Volſcis deſtituti pacē petiere. Legati qui ad Senatum venere iuſſi ſunt ad Caſſium conſulē ire, ipſe videret, quo iure ex dignitate Populi Romani Hernici in fidem recipiendi eſſent. Caſſius triumphum petiit, quaſi præclarā obtinuiſſet prouinciā, impetratuq; nō ſine inuidia egit. Inde quia fœdus cum Hernicis eo iure, in quo cū latinis fuerat olim ictū, percuſſit, parta eſt illi adhuc maior apud patres inuidia. Nec tantū quia æquatū ius amicitiæ Hernicis videbāt cum Latinis Romanorū cognatis, ꝙ ꝙ ager, qui in fœdere Hernicis ademptus erat, plebi & Latinis diuidere ſe velle pronūciauit, adijcere ſe huic muneri aliquantulū publici agri, quem priuatim poſſideri criminabatur. Solicitabat patrū animos ea conſulis largitio, nec tantū priuato incommodo mouebātur, ꝙ ꝙ aperte apparebat immoderate Caſſium multitudini indulgere, nihilq; obſcurelli per hæc gradum fieri ad tyrannidē occupandam. Promulgauit nihilominus agrariā legē Caſſius, multa deinceps ætates magnis Ro. ciuitatis certaminibus agitatam. Reſiſtit Verginius pernicioſę legi, nec tota quidem plebe aduerſante, quæ ſua ſponte faſtidire cœperat munus in ſocios vulgatū. Iactari interim voces ab ipſo conſule, inuidiæ plenæ, peſtilens collegæ munus eſſe, laturos agros ijs qui acciperent ſeruitutis iugū, fieri eo munere viā ad tyrannidē, quid attinuiſſet agrorum diuiſionē in Latinos vulgari, Hernicis tertiam ademptī agri partem reſtitui, niſi vt hæ gentes pro Coriolano. Sp. Caſſium ducem haberent? Hæc ille palam præ dicabat, tāto audientiū aſſenſu, vt iam popularior ipſe diſſuaſor legis, cū autor haberetur. Vtercę diuerſo ſtudio plebi indulgebat, profitebatur Verginius paſſurum ſe aſſignari agros, dum Romano tā tum ciui aſſignarentur. Caſſius in Agraria diuiſione ambitioſus, vt alio ſibi munere plebem reconciliaret, iubebat pro Siculo frumento pecuniā acceptam ciuibus reſtitui, id quoq; plebs nō minus cū certā regni mercedē auerſabatur. Senatus interim de ea re in curia cōſulebatur. Nam Caſſius vbi Roboleius Tri. ple. publice eſt præfatus, paratū ſe ple

Agraria lex.

Conſulū altercatio.

Varię patrum ſententiæ.

bi demōſtrare, quid fraudis in re eſſet, ipſa ſcę conſulū altercationes tēpeſtiua interceſſione diremit, ſimulato corporis languore publico abſtinebat. Duæ itaq; ſententiæ in ſenatu dictę, Appij Claudij vna, quę cenſebat cognoſci quantum publici agri a priuatis teneretur, atq; id ipſum iterum publicari, cōſignari neq; ciuibus neq; ſocijs agrum placebat. Altera fuit Auli Sēpronij, is ciuibus ad concordiā in ciuitate retinendā agrum diuidendū cenſuit. Latinis, Hernicisve eam largitionē fieri haud equidē placebat, ſecūdūq; hanc ſententiā. x. viri ereati, qui publicum agrum recognoſcerēt, ciuibuſq; recognitum aſſignarent. Annoq; per hęc circūacto, Fabius Cæſo & L. Valerius q̄ſtores, Sp. Caſſio magiſtratu abeūti, diem perduellionis dixere. Dānatus populi iudicio ex Tarpeia eſt rupe, vt Dyoniſius ſcribit præcipitatus. Ea enim erat tum Romanis morti dānatorum patrio more animaduerſio. Sunt qui patrem eius ſupplicij autorem ferant, qui cognita domi cauſa filium de more verberatū necarit. Eius pecuilium quoquo modo periit, Cereri eſt conſecratū ſignūq; ex eo ęre factum cū huiuſmodi inſcriptione, Ex caſſia familia datum. Moris fuit ſtatuis ęneis inſcribi, cuius pecuniæ eſſent primitiæ, quæ deę cōſecrarētur. Erant qui Caſſij liberos interficiēdos cēſerent, quæ ſententia atrox nimis & in futurum ſuo exēplo parum ciuitati vtilis, reiecta eſt: quin liberari placuit adoleſcentes, neq; exilio, neq; vlla inſigni nota mulctatum iri. qui mos deinceps eſt Romæ ſeruatus, vt liberi nullis parentū ſceleribus tenerentur, ſiue tyranni patres eſſent, ſiue parricidij proditionisve conuicti. Cornelius Sylla eum morem primus ſuſtulit, proſcriptorū filijs petendorū honorum facultate adempta. Contra Græci, velut neq; probos ex improbis gigni, neq; ex probis improbos

Sp. Caſſius damnatur.

Liberorū impunitas.

probos natura pateretur, tyrannis genitos cum parentibus tollendos censure, & Sp. Cassius vircõsularis fecerit. Cæterũ pœnituit populũ haud multo post Cassiani iudicij, subibat multitudinis aĩm agrarię legis dulcedo, cuius spes videbatur cũ morte viri adempta, criminari Tribunum qui eã actionẽ impediuisset. Criminari cõsules, qui. x. viros ad agrorũ assignationẽ nõ creassent. Patres vt multitudinis aĩm a presenti cogitatione auerterent, iubent consules in Veientes, Volscos & Equos copias cõscribere, nec delectus haberi potuisset prohibẽtib⁹ Tribunis, nisi iniecta mentio esset creandi dictatoris. Cessere tũ tribuni, habitoq; delectu, Q. Fabius in Volscos & Equos duxit. Seruilius Corne. nã hi duo eo anno consules fuere, in Veientes Cornelius Veientanum agrum prædatus captiuos inde abductos Veientibus pacẽ petẽtib⁹ restituit, inducias in annũ dedit. Fabius Equorũ fines populatus in Volscos trãsgressus, quum hic quoq; effuse Romana arma vagarẽtur visum est Volscis incautos aggredi, ab Antio q; auxilia accersunt. Fabius exploratis hostium consilijs, confestim militẽ ad signa reuocat, quo accidit, vt egressi ad pugnam Volsci, vbi hostem presenti dimicationi intentum, sub signis stare viderunt, priusq; signa canerent, fugã occupauerint. Romani fugientes insecuti, alios capiunt, quosdam in fuga obtruncant. Plericq; præcipiti cursu in arduum collẽ abierũt, qui paucis inde diebus quum iam inedia conficerentur, dediderũt sese. Prędam Fabius consul vendidit, in publicũq; redegit, que res inuisum nomen Fabium multitudini fecit. Patres sequẽti anno obtinuerunt, vt Cæso Fabius cum. L. Aemylio consul crearetur. Equi & volsci in armis erant, sortitiq; ob id consules inter se prouincias. Fabius Latinis Hernicisq; cum suo exercitu præsidio fuit. Aemylius in Volscos profectus, haud procul Antio cum hoste acie dimicauit. Fuit ea pugna Romano secũda. Volscos acie fusos in castra compulit, vnde repente eruptione facta, non solum est a vallo reiectus, sed aliquãto etiam maiore cæde, q̃s intulerat, affectus, suos trepide in castra recepit. Diffisus inde ob aceptam cladem loco quem tenebat, nocte silentio profectus, ad Longula castra communiuit, quo hostes p gressi, quum Romanos in pugnam elicere nequirent, aliq̃diu obsidione fatigarunt, donec cohortibus ab altero consule in auxilium missis, Volscos vallũ subire ausos, Romani in subiectos cãpos pcipites egere. Atq; inde factũ vt iam Aemyliani milites, non minus q̃s hostes, in aperto pabularent. Et hęc ad id tẽpus foris gesta. Romæ eo anno Castoris ædes Idibus quintilibus dedicata est a P. Posthumio Latino bello vota. Eius filius duumuir ad id creatus dedicauit. Appetebat iam comitiorum tẽpus. Aemylius ob rem male gestam Romam ad comitia habenda ire noluit. Fabius alter cõsul est ad id reuersus, creatiq; sunt consules M. Fabius Cæsonis frater & L. Valerius, Marci filius, is qui Cassiũ ter consulem accusauit. Eo anno Oppia vestalis incesti damnata est. Tribunis delectũ impedientib⁹, consules extra vrbem sellas posuere, vbi nulla erat Tribunis potestas. Ibiq; siqui ad nomina non respondissent, confestim captis rerum agrestium pignoribus, mulctabant, quo factum, vt Tribunis opitulari nequeũtibus, cõscripte sint legiones. Fabius vt superiore ãno frater socijs Ro. po. præsidio est relictus. Valeri⁹ in Volscos & Equos profectus Post aliquot leuia certamina, nam & ipsi castra in aperto habebãt, totis viribus est vtrinq; cõcursum. Arrox pugna fuit, fortunaq; neutro adhuc inclinante, prelium est diremptum. Parum alioqui pugnabat ad posteros memorabilis fuit. Percrebuit rumor Romanum militem de industria segnius congressum, q̃ nollet patrib⁹, quos ob agrariam legẽ oderat, gratificari. C. Tullius, vt Dionysius ait, & Q. Fabius sequenti anno consules facti, ab his nihil dignum memoria gestum, nisi q̃ ex Veientano agro quo copias eduxere, post effusam populationem aliquid prædæ reportarunt. Sed bello foris indies inualescente, Cæso Fabius & Sp. Furius Consules fiunt. Equi Artonam Latinam vrbem validę oppugnabant, & Veientes cum agrorum populatione vagati, se vrbem oppugnaturos minaciter iactabant. P. Licinius Tribu. ple. venisse tempus ratus agrariæ legis presenti necessitate patribus exprimendæ delectum impedire est adortus. Fuerunt illi impedimento collegæ, quo minus in suscepto negocio perseuerauerit. Appius Claudius primus omnium patres admonuit, posse tribunitiam potestatem suis viribus labefactari, darẽt deinceps operam, vt semper e collegio aliquem ordini amicum redderent satis futuram vnius intercessionem ad omnes Tribunitios motus coercendos. Scriptis ita q̃ legionibus Fabius in Veientes duxit, in Equos Spurius, cui omnia feliciter in prouincia euenere, hostibus nihil congredi ausis. Contra Fabio mai⁹ cũ ciuibus negociũ, q̃s cum Hetruscis fuit. Nã quũ ita cõsul suos instruxisset, vt equite tantũ in hostes misso aduersam aciẽ fudisset, fusum territũq; Hetruscum miles sequi noluit, nec p̃cibus consulis, nec minis compelli potuit, vt gradum acceleraret, quũ periculũ immineret, ne Tuscus in equitẽ cõuersus fortunã variaret. Mœsto itaq; silẽtio vultuq; cõtumacię pleno signa referũt, ipsum cõsulẽ & equites, qui strenuã illi operã nauauerãt, tacite execrantes. Erat miles Cæsoni in primis iratus ob Cassij dãnationẽ, cui⁹ ille autor fuerat. Nec cõsul cuiuspiã supplicio, id flagitiũ vindicauit, vt documentũ posteris esset Reipu. nũq̃ tali discrimine deserẽdæ. Adeo claro ingenio viris citius ars defuit, qua ciuẽ regerent, q̃s qua hostes superarẽt. Haud igitur tam belli gloria aucta, q̃s militũ odio exacerbato Romam rediit. Hoc anno quo militũ perfidia est in Veientes parũ prospere bellatum, Xerxes vt Dionysius colligit, in Greciã venit de cuius memorabili expeditiõe sequenti volumine dicam. Idẽ autor est exercitũ nocte iniussu consulis Romã rediisse, q̃ res ingẽte ciuitati trepidationem incussit. Patres totius ordinis viribus cõnixi, proximis comitijs obtinuere, vt in gẽte Fabia cõsularus maneret, M. Fabio. Cnę. Mallio in sequẽtẽ annũ cõsulibus creatis his quoq; in delectu habendo, T. Pontificius Trib. plebis ab initio impedimento fuit, sed vnius actio facile collegarum intercessione est discussa. Patres. omni genere comitatis tribunos appellando (quam viam ad soluendos eius potestatis conatus Apius Claudius, vt supra memoratum est, primus omnium monstrauerat) facile obtinuerunt, vt cõtra vnũ publici commodi remoratorem, reliqui Tribuni sentirent, quorũ ille consensu fractus, actione destitit. Conscriptæ itaq; a consulibus legiones ad Hetruscũ bellũ. Cõcitauerãt enim Veientes Hetruriæ populos ad arma, apud omnes testati inuictas Po. Ro. vires futuras fuisse, nisi discordia quæ magnarum vrbiũ opib⁹ quo min⁹ æternę sint, semper obfuit, illis interuenisset, laboratum inter eos prius domestica seditione, iam odia in perniciem totius populi in apertũ erupisse, itum sæpe obuiã gliscẽti malo, nunc patrum modestia, nunc patientia plebis. Iã ex vna duas factas esse ciuitates, alios magistrat⁹ plebi,

Q. Fabi⁹ & Seruilius Cornelius cõsules.

Castoris ædes dedicatur.

Oppia vestalis damnat.

Cęso Fabi⁹ & Sp. Furi⁹ cõsules.

Cõsules.

Veientiũ verba in publico concilio.



plebi, alios patricijs esse, quod extremũ Ro. nomini excidiũ esset allaturũ, desrisse militẽ signa in acie obseruare, Ducibus parere, iã enim in Equis prius, mox ea pugna, quam secum extremo loco pugnasset, rem Romanam ab ipso milite ex confesso proditam. Hortari igitur monereq; ne eam occasionẽ desererent, ostenderent tanrum bellum, cætera spõte sua fata deosq; gesturos, Conciuit ea spes Hetruscorum multos, vt iunctis copijs cum Veientẽ in aperto castra fecerint. Iam Ro. Consules & ipsi haud procul ab hoste confederant, recenti tamen militum perfidia territi, suos intra vallum continebant, nec hostem præteribat quid in mora esset, cur Ro. in aciem non descenderent, eoq; ferocius cunctantibus instabat, & nouitatem generis expro brans & domesticum furorem. Minari etiam se vallum rescissurum nisi sibi pugnæ copia fieret. Audire ea miles, non sine tacito pudore, accendebantur quotidiano conuicio ad vltionem animi, glisceb atq; eo magis pugnæ libido, quo impensius consules a prælio abhorrere. Id enim illi præ se ferebant, fore rati, vt tempus militum iras leniret, animosq; ad sanitatem retraheret: credebãt ad hęc, vt quo minus fieret militibus pugnandi copia, eo maius dimicandi desiderium in assiduo conuicio oriretur. Nec spes eos fefellit, nam quum hostes superbe insolenterq; circa vallum in dies magis obstreperent, milites in prætorium frequentes conuenere, poscunt pugnam, postulant vt signum detur. Consules vt maiorem adhuc aderent animis cupiditatem, rem de industria aliud atq; aliud causantes trahebant. Donec Tusci iam vallo occursantes, maioraq; adhuc probra ingerentes, adeo acerbos vltionis animis subdiderunt stimulos, vt nisi continuo signum pugnæ propositum esset, fine imperio milites fuerint in hostes erupturi. Petiit tamen Fabius consul a militibus, vt in se singuli iurarent, non nisi victores ex acie redituros. Iurati atq; omnium primus M. Flauoleius cẽturio, arma capiunt, eunt in pugnã irarum speiq; pleni, nec Hetrusci certamen detrectant. Concursum est ingentibus vtrinq; animis, sed Romanis multo maiore ira & indignatione. Pepulit sinistrum hostium cornu Manlius, qui dextrum Romanorum procurabat, haud multo postq̃ pugnari est cœptum. Magis omnino fuit negocium in sinistra parte in qua erat Fabius consulis frater, legatorum vnus, hac parte miles hostium multitudine degruatus, cum multa cæde cirnuentus est. Fabius fortiter dimicans lancea, vt Dionysius, vt Liuius gladio traiectus occubuit. Ad tam clari strenuiq; viri casum ingens terror Romanis incidit. Et iam res ad fugam spectare cœperat, quum Fabius consul, qui mediam aciem tenebat, eo trepide exitus occurrit. Tum milites in pugnam reuocans, ante Fabij iacẽtis corp⁹ obiecto clypeo vociferari. Hoc est inquit milites, quod omnes ad vnum iurastis, non nisi victores in castra vos hodie redituros? adeo ignauissimum hostem magis timetis, q̃ Iouem & Martẽ, per quos iurati estis? Aderat Cæso Fabius qui prio re anno consul fuerat Is totis viribus connixus in hostem consilis operam iuuabat, ita vt eo die gẽs Fabia, reconciliato militum fauore, ingentem ex ea acie gloriam reportarit. Consulis præsentia pugna ibi non solum instaurata est, sed pulsi etiã sunt cum cæde & strage hostes. Eratq; res Romana hac parte superior quum subito affertur, Manlium alterum consulem hostes agentem, grauí vulnere accepto pugna excessisse, cepissecq; ob eã rem metum & torporem milites, vt iam res non procul a fuga abesset. Consul Fabius cum cohortibus aliquot laborantibus auxilio affuit, cuius hortatu vehemẽtiq; castigatione acies restituta est, hostisq; suo impetu auersus. Superuenit & Manlius qui obligato vulnere se suis conspiciendum reddidit, quo contigit, vt ab vtroq; cornu demum pulsus fit hostis. Miserant interim Hetrusci, vtpote qui multitudine abundarent. Romana castra oppugnatum. Sustinuerunt vim eximprouiso illatam aliq̃diu Triarij, qui ad castrorum præsidium remanserant, hostibus tamen vndiq; irrumpentibus, circa prętorium conglobati, acrem pugnam ciebant. Tum Manlius, hostium acie profligata, ad opem suis ferendam castra repetit, obiectoq; ad omnes portas milite, hostibus viam clausérat. Varij fuerunt illorum procursus, hac atq; illac erumpere conantium. Verum vbi omnia irrita viderunt, desperatione adacti, consulem ipsum in prima acie stantem cuneo inuadunt. hic ille iterum ictus in vulnus abijt, eo cadente magnus terror Romanos inuasit, totisq; castris pro victis ab Hetrusco aguntur, forercq; ad extrema ventum, nisi legatus exanime corpus consulis tolli iussisset, atq; ita via ad erumpendum hostibus data, consternatum agmen castris egressum, in alterum consulem incidit, ibiq; Tusci fusi fugatiq; sunt & ad vnum fere in medio cæsi. Dionysius Romanum Vallum ait non prius ab hoste transcensum, q̃ Manlius multis vulneribus confossus concidisset, retentaq; in aduentum alterius consulis castra ab Hetrusco, nec antea recipi contigisse, q̃ de industria in vnum duntaxat latus omni Romana vi inclinante, datus sit hostibus exitus, inde periculo castris depulso, in aciem consulem redijsse, atq; iam in serum diei prælium dirẽptum: nec re alia Romanum superiorem fuisse, nisi quia nocte quæ proxime secuta est, Hetrusci relictis castris in tutum concessere. Habuit eo die Romana acies, si idem autor vera tradidit, cum Latinorum & Hernicorum appendicibus bellatorum. XL. M. fuit omnino victoria nobilis, sed duobus illustribus viris amissis, parum Romanis læta. Fabius, quod omni triumpho fuit pulchri⁹, ob collegę & fratris interitum triumphare noluit, vtrunq; extulit honorificentissime, publiceq; laudauit. Anno deinde nondum exacto, magistratu se abdicauit, ne in reliquum anni solus consulatum gereret. Proximis comitijs consules creati Cn. Fabius, & T. Vergi- nius. Fabius in curia retulit, quando spes concordiæ inter ordines, præter spem omnium nuper affulsisset, dandam esse operam, vt in dies magis coalesceret, recte proinde patres facturos, si suum munus facere occuparent, vt agrum ex hoste captum populo diuidendum darent. Reiecta est Fabij relatio, vt ambitiosa nimis. Erant qui interpretarentur nimia gloria familiæ Fabium luxuriare. Vterq; consul inde ad bellum profectus. Fabius Cæsonis in Equos duxit, qui tum Latinorum fines infestabant. Ibi late per hosticum euagatus, honustum agresti preda militem Romam reduxit. Veientes & ipsi intra muros post cladem eo anno acceptam se tenebant. Horum regionem Verginius ingressus: quum militem temere prædatum mississet, subita hostium eruptione deletus fuisset exercitus, nisi Sicinius legatus cum globo peditum, quos circa se habuit, hostium vim ad vesperum sustinuisset, mox inclinante die in proximum collem Romanus concessit, vbi est per aliquot dies ab hoste obsessus. Et iam longa inedia miles confecta, de honesta morte obeũda deliberabat, cęterũ Cęsonis alteri⁹ cõsulis iteruẽtu, obsidio discussa ẽ. Consules

Tuscorũ conuicia in Ro.

Cõsulis fratris interitus.

Cæsonis egregiũ facinus.

Cõsules.

Veiētes bellū la trocinīū vertunt.

Consules castris in equum delatis, per ocium oēm Veientanū agrū prędati sunt, nec multis deinceps diebus interiectis Romā cum exercitib⁹ abiere. Veiētes vbi Romanas legiones suis finibus digressas videre, sumptis armis Romanum agrū incursant, & qm apertis virbus nō audebāt, latrocinātiū more per occasionē rē gerere sunt adorti. Quoties Romanæ legiones adesse dicerent tenebāt sese moenibus, rursus illis abeūtib⁹, Romanū agrū tumultuose inuadebāt. Veneratq; res iā in formā latrocinij, eoq; difficilior videri quincia, quia in ceterorū bel log occupatiōe, neq; tuto omitti poterat, neq; hostibus de summa rei certare recusantibus decerni assi duusq; Veiēs hostis magis q; grauis cōtumelijsq; se

Fabia gēs Veiens sibi bellū deposcit.

pius q; periculo insultās ciuitatē solicitā habebat. Tū vero gēs Fabia senatū adijt. Cōsul p tota gente loquit. Assiduo magis inq t. P. cōscripti vt scitis q; magno Veiētanū bellū indiger presidio, vos si placet, alia bella obeūda suscipite, Veiērē hostē Fabijs sustinēdū dare. Id bellū domesticis opibus priuato sumptu gerēdū deposcimus, autores sumus, tutam tibi Romani nois maiestatē futuram. Vacet ciuiras hac vna belli parte tributo, vacet militia. Gratię in gētes consuli actæ, bellūq; cū Veiente vni familiæ decernit. Ipse curia egressus, comitāte Fabiorū agmine, quod i vestibulo steterat Senatus cōsultū expectās, vbi domum venit, oibus edixit, vt postero die armati adessent. Peruasit statim, vt fit, totā vrbē rumor Fabios toti⁹ ciuitatis onus in se vertisse. Veiēs bellum in priuatā curā, in priuata arma versum, si altera ab ea fit in vrbe familia, eo robore ea q; virorū indole, facile & ipsi sibi Volscū deposcāt bellū, possęq; Romano po. pacē agēte finitimas do mari gētes. Postridie Fabij vt imperatum erat circa consulē frequētes cōuenere. Paludat⁹ ille in vestibulo domus stans, suæ gētis instructum agmē lætꝰ inspicit. Inde moris signis per preces & pia vota ciuiis vrbe egrediunt. Ire fortes, ire felices iubēt, cōsulatus cæteros honores pro ea in Rēpu. pietate in

Fabij CCC. ex ad bellū exeunt.

futurū expectare. Hęc Liuius. Sed nemo est ita rerū humanarū ignarus, qui nō a fide abhorrere sentiat. CCC. & sex viros, tot em, vt inter oēs cōstat, Fabij fuere, temere Veientibus obiectos, quos Romanæ legiones ægre nuper sustinebāt. Veriora igit sunt quę Dionysius prodidit, quaternū millū hominū agmen, ex amicis & clientibus, a Fabia gēte cōflatū, nec Cæsonis cōsulis ductu ad Cremerā itū, sed M. Fabij qui superiore anno consul fuerat. Consulem ipsum, quod vero ppitius est, publico exercitu Fabiorū agmen secutū, nec prius ab Cremera absces fisse, q; ibi presidiū extrema ripa fluminis duplici

Cremera

sossa & vallo, vt receptaculū Fabijs esset, militari sit opere munitū, ipsi loco Cremerę quod & fluuio fuit nomē, atq; spe oīm celerius perfecto, consul in auersam Veientani agri partē legionibus repente abductis, multam inde prædā Romam egit. Fabij suam legionē ita sunt partiti, vt quarta pars castello presidio esset. Varie & ex occasiōe Veientanum agrum populare adorti, breui oīa hosti ita infesta

Cōsules.

reddiderūt, vt nō procul ab obsidiōe res Hetrusca esse videret. Securi interim consules L. Aemylius, & C. Seruilius, hyemeq; per hæc circūacta sub principium veris quoniā constans fama esset Veientes ex cæteris Hetruriæ populis auxilia impetrasse, vt præsidium ad Cremeram expugnarent, Aemylius in Veiētes ducere iussus est, cum quo Cæso Fabius qui priore anno consul fuerat, vrbe est egressus. Is a patribus petierat, vt liceret sibi cum cęteris gentilibus suis Veientano bello interesse. In Volscos C. Seruilius alter cōsul profectus est. Sunt adhæc quatuor leg iones Seruio Furio datæ, quas in Equos duceret, Romanæ duæ, totidem Latini Hernicię nois. Is prospere prouincia gessit vnoq; plio Equos auertit, eorūq; agrū per ociū populatus est. Cū Volscis mai⁹ fuit Seruilio negociū, quib⁹ acie congressis, post longum certamen agmē immotū stetit, nec villū deinceps memorabile prelium cū hoste fuit. Aemylius postridiæ q; in hostiū conspectū venit, suos in aciē eduxit, nec Hetrusci pugnā detrectarūt. Fecerant & ipsi in aperto castra, conflictum vtrinq; est admodū ferociter. Cæterū dextrū Tusco rū cornu equitū opera primo est pulsum: mox & lęuū in fugā versum: media postremo acies disiecta, castra q; ad saxa rubra erant, per noctem & integrū

Veientes castris ex uuntur.

diē sine requie oppugnata, demū ab hoste iā labore & vulneribus fesso, sequēti nocte deserta Romanus victor occupat. Prędā ingens parta est, quam benigne cōsul militibus diuisit. Liuius cōpulsum in castra hostē pacē petijsse ait. Cęterū siue tātū acie victi, siue castris etiā exuti hostes pacē petierint, his Aemylius in fœdere partē agri ademit, ipse, ne obsidibus quidē in fidē eorū quę promitterent, acceptis, ex hostico copias abduxit, iussus collegæ ferre opē, qui integrū adhuc bellū in Volscis habebat. Fremere interim cæteri Hetruriæ populi, q; Veientes sua sponte cū Romano bellū soluissent, quū tota ipsi Hetruriā nuper in societatē belli traxissent. Irēt igit & pacē quā ipsi sua sponte cōposuissent, aliquo modo turbarēt peterēt, si cętera deessent, vt presidijs ab Cremera abducerēt, qđ Romani haud temere facturi credebant, atq; ita nō defuturā rebellādi occasionē. Nec id consiliū fefellit Hetruscum: etenim Fabijs recusantibus id facere, nisi publice iussi essent, paucis diebus violata pace ad arma recurrūt. Erat igit bellū vt prius cū Veienti populo, nec incursiōes solū fieri, sed collatis etiā aliquoties signis, æquo est marte dimicatū. Sæpeq; etiam gēs vna populi Romani, ex opulētissima, vt tū res erāt, Hetruscorū ciuitate victoriā tulit. Addere eiusmodi successus Fabijs audaciā: cōtra ferre id iniquo animo Hetruscus, vehementerq; indignari, a tā paucis vinci. Et iā C. Horatius & T. Menenius cōsulatum iniuerāt, duxeratq; Horati⁹ in Volscos binas legiones, quū Menenius, cui Hetruria prouincia euenerat, segnius se ad bellū expediēs, tam diu Romę moratꝰ est, tā tarde egressus, vt Fabij interim in hostiū insidias præcipitati, ad vnū perierint. De illorū casu duplex omnino est sermo. Fuerunt qui traderēt profectos castris Fabios ad gentilitiū sacrū Romæ paragēdū, ab hoste, qui eorum profectionē explo-

Fabiorū casus.

ratā habuisset, insidijs exceptos, fœdeq; obtrūcatos. Sed fama hæc minus celebris, & sane a fide abhorrēs, vt medio belli ardore, iniussu patrū, Fabij sacrorū causa sub signis Romā relicto p̄sidio, abire fuerint ausi, multo illud ad fidē apti⁹ qđ pluresscriptū reliquerūt, crescēte assiduis successib⁹ Fabioꝝ audacia, Hetruscorū subsidia ad agrorū populationē arcēdā missa, sæpi⁹ simulato metu ab vrbe refugisse, eaq; ludificatiōe Fabijs p̄suasum fuisse, nullo tēpore locove sua arma ab hoste sustineri posse amplius, peperitq; ea persuasio contemptū & negligētiam, adeo vt pecora deindustria ex oppido, haud procul ab Cremera in pabulum propulsa intuiti, q̄q; rara hostium apparerent arma, inexplorato velut ad certam prędam decurrerint, effusoq; deinceps cursu insidiarum locum præteruectos, dum passim dispalatum pecus tumultuose agunt, a frōte

Fabij ab hostibus circunuentos, qui ab a tergo a lateribus cum clamore ab hostibus fuisse circunuentos, quæ improuisa vis Fabiorum animos perculerit, coeuntesq; in arctum suam pauci-





Res in Equos p spere gestæ.

tarem insigniorē fecerint. Hic pauci plurimorum impetum perpessi, in omnes partes pugnā exequare conati sunt, superante tamen hostium multitudine, quum telis obruerentur, facto impetu per confertum armatorum agmen fecerunt ferro sibi viā, densoq; cuneo in collem leniter editum fessi prelio euasere. Ibiq; quū animū a præsenti conflictatione paulum recepissent, non solum locum fortiter tuebantur, sed subeuntem etiam hostem procul distinebant, vicissęq; auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens verticem collis tenuisset, ac superior factus, in subiectum, & obnoxium ictibus hostem, ex superiore loco impetum dedisset.

Fabiorū cædes.

Tum vero ad vnum cæsi sunt Fabij. sed haud inulti periere. Dionysius autor est, mediis cadauerum aceruis Fabios se tueri p̄seueraſſe, quoad ferri acies facta sit illis inutilis, dentibus inde, & ferina quadam rabie ab eis dimicatum, ita vt nō prius hosti vincere contigerit, q̄ tertia pars Hetruscorum circa Fabios occubuerit. Itum Inde ad præsidium expugnandum, ibi quoq; nihilo prosperior Romanis fortuna fuit, cæsis qui ad custodiam relicti fuerant, Castellum in hostium potestatem venit. Proximum fabulæ est, quod quidam aiunt, ex tam numerosa nuper gente vnum duntaxat superstitem fuisse, eaq; sola stirpe Fabiam gentim, maximum populo Romano dubijs olim rebus futurum auxilium, reparari contigisse. Dionysius ex tribus fratribus Cæsone, Marco, & Quintio, qui se

De superstitibus.

ptem continuos consulatus gessere, filium prope puberem Marci relictum prodidit. Nec aliā ex his sobolem superstitem fuisse. Et quia in illustrissima totius gentis domo (quū alioqui multę essent) vnus duntaxat relictus diceretur, idcirco factum suspicatur, vt qui rem non altius perpenderint, de vniuersa gente id proditum falso arbitrati sint. Nemo est ita rerum alioqui imperitus, qui non videat haud fieri potuisse, in tanta militaris gratis multitudine, quin plures, cum pueros, tum in cunis adhuc iacentes, domi relictos, qui velut vber semina rium genti alioqui interiturę, fuerint. Sed dubiæ rei fides sit apud eos, q talia tradiderūt, illud quod ad temporum rationem attinet, non possum non mirari: Eusebium ita tempora digerere, vt Fabij ad Cremeram quatuor annis prius cæsi videantur, q̄ Darius vita decesserit, cuius interitus in annum primum incidit septuagesimæ tertiæ Olympiadis:

Quo tpe cęsi Fabij

Quū Dionysiꝰ a C. Horatio & T. Menenio, quib⁹ consulibus ea clades est ad Cremerā accepta, quinta & septuagesima Olympiade honorem initum scripserit. Liuius, post Fabios cęsos: hos ait consules factos, confestimq; a Menenio in hostes itum, a quo parum prospere sit respublica aduersus Hetrusci administrata: quo contigit, vt duplici victoria

Veientes Ianiculū occupāt.

elati, Ianiculum occuparint. Dionysius Meneniū scribit omnia segnius ad bellum comparasse, nec ita multo antequ Fabij cæsi sint, triginta stadia a præsidio castra muniuisse, venissęq; ob id in suspitionem eum, quum posset, quia inuideret vtiq; Fabiorum gloriæ, quum castellum oppugnaretur, laborantibus ferre opem noluisse. Nec multo salubrior dux fuit in suo exercitu tuendo: nam quum iniquo sibi loco, per imprudentiam, metatus esset castra, nec corrigere errorem voluisset, occasionem hosti dedit ex superiore loco insultādi, tum sic quo q̄ prelio temere commisso, pluribus sua stultitia amissis, castra retinere non potuit. Tot clades vna super aliam Romam allatæ, ingentem ciuitati metum attulere. Hostis triplici victoria ferox, ad sexdecim stadia ab vrbe in Ianiculo castra posuit. Af-

fuit nec multo post Horatius consul ex Volscis revocatus, pugnatumq; est ad ædem Spei æquo marte & mox paulo ad Collinam portam, adeo Veiens bellum per id tempus vrbi institit. Hic quum nō nihil res Romana melior fuisset, audaciorem fecit id certamen militē, ad cætera p̄lia prosperius obeunda. Obtinebat tamen Veiens nihilo secius Ianiculū, quū Aulus Verginius & Sp. Seruilius consulatum iniuere. Ab stinebat Hetruscus acie, in Romanum tamen agrum passim, velut ex arce effusus impetum dabat, non pecora vsq; tuta, non agrestes esse poterāt, nec effuse vagādi prius illi finis fuit, q̄ eadem arte, qua Fabij, captus cum multa cæde in castra est reiectus. Seruilius præsenti hostium consternatione frætus, Tyberi superato sub Ianiculo castra communiuit. Postero die luce orta, factus hesterno successu ferox, cæterum rei frumentariæ inopia in dies magis inualescente, necessitate potius q̄ consilio, celeritatē saluti p̄ferens, in aduersum collem aciem erexit. Fuisset ab Hetrusco Ro. miles fœda strage obtritus, multoq; maior cædes esset eo die accepta, q̄ pridie fuerat hosti illata, ni alterius consulis interuentu, exercitum locorum iniquitate cladi obnoxium, seruari contigisset. Dionysius autor est, communi consilio consules binam aciem aduersum montem erexisse, satis constat Hetruscos in medio cæsos castraq; noctu ab eis metu relicta. Sed victoria haud vsq; adeo lęta. Plurimi viri fortes in pugna, velut parum ex æquo commissa, occubuerunt. Veientibus Ianiculo submotis, laxior annona rediit, frumento ex Campania aducto. Trib. Pl. Q. Cossidius, & T. Geminius diem Menenio dixere. Inuidiæ illi erat, præsidium ad Cremerā amissum, quum ipsius castra in proximo essent, nec laborāribus subuenisset. Iuuit illum summopere optimatiū factio, pro eo nō minus, q̄ p Coriolano, totius ordinis viribus cōnixa sed multo magis Agrippæ patris recens memoria, quo factū, vt quū capitis in eum anquisitum esset, duum milium æris damnato mulctam Trib. Pl. in scripserint, Nec ipse diutius iudicio superfuit, homo ingentis spiritus ignominię dolore confectus, paucis diebus expirauit. Pœnituit plebem Meneniani iudicij, nihilo tamen secius Sp. Seruilius vbi cōsulatu abijt, & ipse a L. Cæditio & T. Statio Tribunis plebis maiestatis accersitus. Erant iam cōsules C. Nautius & P. Valerius, neq; is vt Menenius, suis aut patrum precibus, sed multa fiducia innocentiæ, Tribunitios impetus tulit. Dabatur illi crimini, q̄ temere in hostem ad Ianiculū aciem erexisset, multiq; ob id ipsum viri fortes eo prelio occubuissent. Vbi igitur dies affuit, intrepide ante Tribunos constitutus, de sua primo, mox de totius ordinis causa ita disseruit, Si me (inquit) Quirites (aderat enim vt in tali iudicio ingens populi multitudo) ita in iudicium vocari voluistis, vt pugnæ ad Ianiculū commissæ hic corā rationem redderē, sumq; vobis iudicib⁹, nō inimicis, in hac causa vsurus, facile me vobis demonstraturum spero, nihil a me esse factum, quod merito reprehendi possit. Sin ad damnationem & præludicium arripuistis, quia nihil proderit ea dicere, quæ ad innocentiæ defensionem attinēt: Agite nunc, & prius q̄ de re dicere incipiam, accipite hoc corp⁹, ipsum q̄ supplicio quantumlibet atroci, afficite. Verūemuero nutus & fauor vester Quirites hortatur me, ad ea exequenda, quę ad causam hanc pertinent. Dicam igitur vestro consensu frætus, sumamq; inde principium dicendi: vnde vos audire necesse est. Nemo est vestrum, vt arbitror Quirites, qui non satis

intelligat

Aul⁹ Verginiꝰ Sp. Seruilius consules

Tusc⁹ Ianiculo pellitur.

Meneniꝰ mulcta.

C. Nautius & P. Valerius consules. Seruilij concio.

intelligat,quo ſtatu reipub. ego & vir fortiſſimus P. Verginius conſulatum iniuerimus. Hoſtes Ianiculum tenebant,in vrbe ſeditio ac fames erat, duæ terrimæ ciuitatum peſtes, ſuburbanus ager hoſtium incurſationibus infeſtus,res domi foriſq; fractæ. Quare illa prima, vt maxime neceſſaria, cura fuit,reconciliatis ordinibus,hoſtem ex ceruicibus ciuitatis depelleremus.Contigit igitur,vt pri⁹ ab effuſa euagatione hoſtis coerciꝰ ſit,inde a meis caſtris, que inuadere fuerat auſus cum cæde teterrima repulſus,oppugnatus poſtremo caſtriſq; exutus. Nunc hoc ipſum q̄ hoſtes vici datur crimini, negant temere aciem in aduerſum montem dirigi oportuiſſe,quo accidit, vt multi viri fortes ab hoſte, locorum opportunitate fræto, occubuerint,quaſi vero deorum aliquem ſponſorem cæteri duces habere conſueuerint,quū in certaminis diſcrimen deſcēdūt,vt eorū,qui pro ſalute patrię hoſtibus obijciantur, caſurus ſit nemo quod ipſum, quia fieri nō pōt,ſtultū eſt,quis nō videat deſidera re. Addo q̄ magnę magnis ſemper obeunt̄ periculis res.Nec mihi primo in hoſtem eunti, hæc militum iactura accidit,quia neq; æquo loco,neq; paribus cum hoſte viribus ſit concurſum, quaſi fando, nunq; auditū ſit,ſuiſſe ex noſtris ducibus pleroſq; qui aduerſus longe maiores copias conflixerint, iniquo loco dimicarint,omnia extrema ſpe victoriæ tentārint,vicerunt illi.S.ſed nūq; vel raro ſine cruore,vulneribus,& cæde multorum vincere cōtigit.Poſſem ego referre quibus locis& qui ducum ſint eiuſmodi caſus experti ,in quibus non tam conſilium, q̄ felicem exitum vos Quirites ſecuti, ſupplicationes,triumphos,multaq; ornamenta de creuiſſis: Tranſeo eos, qui ob hoc ipſum fuerunt etiam victi,nulla tamē eos in vrbem reuerſos,publica aut priuata attigit ignominia,ſed nolo ea cōditione videri, vt ſi ignominiam, aut ſupplicium meritus ſum,deprecer,ſiue enim Quirites conſiliū meum ſiue fortunam ſpecteris,tā hanc q̄ illud pro bonis neceſſe eſt. Audacter nimis in hoſtem, & temere,vtiſti aiunt, nec ſine multorum diſcrimine, in aduerſum Ianiculum aciē erexi:ſed aut hæc, aut nulla alia(quod ſciā)via,ad victoriam patebat.Si quidē aliter vinci hoſtis nō potuit, neq; in primis vt patriā obſidione liberarē,periculo obiecī, vincere volui,idq; q̄ magno animo cōcepi,tā proſpero euentu fortuna probauit. Nemo erat veſtrum Quirites,qui hoſte Ianiculum tenente, non optaret eam ignominiā & cladem, quoquo modo e ciuitatis oculis ſublatū iri. Neq; alati nobis milites erant, qui in Hetruſcum ſuperne mitterentur, neq; tāta montis moles ſuffodi,aut complanari potuit, vt ex æquo cōgrederemur.Audacia & promptitudine opus fuit,vt in aduerſum iugum euaderem⁹, niſi forte expectandum fuit, vt nobis in plano ſedentibus, ſua ſponte æternus populi Romani hoſtis,noſtrarum cladium miſertus victoria cederet, quod tam vanum fuiſſet,q̄ ſtultum expectare. Habetis credo,quę fuerit noſtri conſilij ratio,cui ſi cætera deſint patrocinia,ipſa cui nemo repugnat,neceſſitas, ab omni reprehenſione & inuidia vindicat. Cæterum,quando ita comparatum eſt, vt rerum exitus non conſilia ſpectentur. Quod hominis cōſilium,ſiue audax,ſiue temerarium dicere velitis,felicioꝛem vnq; habuit exitum? Hoſtem ſubmouimus,cecidimus,caſtris exuim⁹, Ianiculū recepimus, vrbem obſidione liberauimus, liberatæ annonam reſtituimus.Sed magna militū cęde ſtetit ea victoria,adhuc etiam maiore ſtatura, niſi collegatus ſubſidio affuiſſet. Recte quidem, nam niſi illum mihi affuturum putaſſem,tam arduā prouinciam fortaſſis non adiiſſem, mutuis auxiliis ſtant ordines,acies,exercitus,nulluſq; militaris conatus non plurium conſenſu,& velut conſpiratione quadam conſtat. Vellem ego, quod ad militū iactura attinet,eos a vobis Quirites me milites accepiſſe, qui ne in acie quidē violari potuiſſent. Sed ſi tales fuere, vt nō magis inferre poſſent, q̄ accipere vulnera,quid mihi eorum cædes,magis q̄ ipſorū ſorti aſcribit̄,preſertim quū tā ipſe medio ſim p̄lio verſatus,q̄ quis eorū,qui in p̄lio occubuerūt.Sed inuidia ſimul & odiū i me Tribunos armarūt,hi duo affectus non patiuntur eos æqua diſcernere, aut ſi diſcernūt omnino diſſimulant:inuidia ceca eſt,nec aliud nouit q̄ felicitatem inſectari,improbant, accuſant,criminātur,quę ſi facta nō ſint ob hoc ipm quia facta nō eſſent,dicē alicui dicēdū exiſtimarent. Sed vos Quirites nō decet veſtros duces paucorū arbitrio vexare,nam ſileos,qui remp. feliciter adminiſtrant, ſupplicio dignos arbitramini,quid ijs fieri oportebit,qui ſua ignauia, aut ſtultitia clade aliqua affecerint? Nunc quia nō magis Tribunorum inuidia,q̄ odium mihi obſtat,pauca de illorum in me ira Quirites dicam,ne origo & fons accuſationis huius lateat quenq;.Quia in agraria largitione veſtris commodis in meo conſulatu aduerſatus videor, ingens eſt mihi odium apud vos conflatū, at ipſe hic coram libere dicam,quod in curia dicere ſoleo,nec vobis multum expedit aliter loquentem audire:parum modeſte facitis Quirites, qui alienū furorem ſecuti,a ſenatu & optimatibus, quorū eſt ſuo arbitrio vniuerſę ciuitati cōſulere,per inſectationem & fœdum certamen, beneficium obtinere contenditis,quaſi beneficia nō volūtaria eſſe oporteat:quum quę vltro dantur,huic qui dat dulciora ſint, & accipientibus firmiora, q̄ ſi fuerint vi aut metu expreſſa. Id vos minime aduertentes, velut mare alienis flatibus agitati, nullum in ciuitate ocium, nullam quietem eſſe ſinitis,quo fit vt non tā pax rebus noſtris, q̄ bella expediāt:bellādo em̄ creſcunt ciuitatis opes, pace, & ocio, & domeſtica diſcordia ſoluunt̄. Quod ſi cætera ſenatus decreta ſalubria ducitis,reipublicęq; neceſſaria, cur non & hoc ipſum, vt alia arbitraminiꝰ Sin ipſum ordinē nihil opportune ſentire putatis, cur id conſilium non tādem ex vrbe tollitis,ac vos ipſi conſulitis, decernitis,imperatis,omniaq; ad libitum geritiſ? Sed paulatim video ipſum ordinē diſſoluitis,modo vnum exilluſtriſſimis,modo alium tribunitiæ iniurię ſubijcietes.Quanto ſatius fuiſſet in vniuerſum ſemel ordinē inuehi:vt quod iāpridem veſter animus parturiꝰ,aliqñ pareretꝰ Nec vos horū malorū cauſa eſtis,ſed illi qui vos ſuo furore agūt,impellunt,p̄cipitant:quippe qui neq; alios norunt regere neq; ipſi regi volunt, quorum temeritate nauis hæc,in qua omnes ſumus, diu antea naufragiū feciſſet,niſi aliorum prudentia iam latus acclinans erigi contigiſſet. Hæc vobis Quirites ſiue auditu iucunda ſint, ſiue moleſta, tam audacter, q̄ vere a me dicenda exiſtimaui,ſatius ratus in libertate mori, q̄ ad alienam voluptatem loquentem ſalutem adipiſci.Profuit libera oratio innocentiæ teſtis & fiduciæ.Cæterum Verginius collega in iudicium productus,omnem victoriæ laudem cum reo participans,quicquid adhuc minarum a Tribunis impendebat,ſuo teſtimonio diſcuſſit.Trib⁹ in ſuffragium vocatæ,ad vnam omnes abſoluere.Poſt certamen hoc domeſticum,continuo aliud recēs eſt a Veijs exortū.Sabini ob ea,quæ nuper Veientibus feliciter euenerāt,cum Hetruſco arma iunxerāt. P. Valerius

Inuidia cæca eſt.

Perora tio. Abſoluitur Seruilius



Valerius ad id bellū miſſus,noctu copijs ad hoſtē perductis,Sabinorū caſtra, quæ in cōſpectu ſociæ ciuitatis erant,primo aggreditur: pugnatūq; nō nihil in ipſo munitionum aditu,perpaucis Romano manipulis temere occurſantibus.Obtinuerūt nihil ominus Romani vallū,cædeſq; ingēs toris caſtris edita eſt. Multi præcipiti fuga in Veientium caſtra profugerunt, quæ haud procul inde erant, vno fere tempore Sabinus Romanuſq; illorū portis incidere.Hic maior omnino labor:nam & qui in illis caſtris erāt,cū Sabinis iuncti,nō ſolū vallū tueri adorti ſunt,ſed in apertū erūpentes, ferociter manum conſerunt.Aderat ex proxima vrbe altera manus, clamoribus in auxiliū excita:iuſtoq; prælio pugnabatur,quum Ro.eques a conſule in Hetruſcū miſſus,apertā fecit fugam:ita duo exercitus,duæq; potentiſſimæ gentes,eadem hora (vt Liuius ſcribit) debellatæ ſunt.Dionyſi⁹ autor eſt,per reliquū diei & ſequentē noctē Hetruſca fuiſſe caſtra oppugnata.Poſtridieq; ſub lucem a Veientibus relicta,Romanum occupaſſe.Conſul benigne prædā militibus partitus,vbi hoſtē intra mœnia ſe tenere vidit, nec ſpes vlla interim fieret pugnādi amplius in Sabinos tranſgreſſus,late omnē eorum regionē prædatus eſt. Ita cum victore exercitu prædaq; onuſto Romam reuerſus,decreto patrum triūphauit. Erāt tum Volſci quoq; & Equi in armis,caſtraq; in Latino fuerāt agro metati, quē magna etiā ex parte populatione fœdarāt.Eos Latini aſſumptis Hernicis, ſine Romano aut duce,aut exercitu caſtris exuere, caſtrēſq; preda poriti ſunt.Dionyſius per id tēpus ait,vtriuſq; gentis copias cum P.Valerio cōtra Sabinos & Veientes ſtetiſſe C.Nautius,quod ſatiscō ſtat,in Volſcos miſſus,omnē eorum regionē ſegete iam in agris flaueſcente paſſim corrupta terroris & populationis compleuit.Habuit ſequēs annus C.Manillū & L.Furium conſules.Manilio Veientes prouincia euenere,qui bello incluſi,vbi a cæteris Hetrurię populis auxilia impetrare nequiuerūt, pacem ſuppliciter petiere.in XL.annos inducię petentibus datæ,frumēto in exercitus alimoniā,& ſtipendio imperato.Manilio Romā venienti,pro curuli triūpho,quē petebat,ouatio,qui pedeſtris fuit, vt Dionyſius interpretatur triūphus,a patrib⁹ eſt decretus.His conſulibus cenſa ſunt Romę centum tria milia ciuiū.Conſules proximo loco fuerūt L. Aemylius Mamercus & T.Iulius Vopiſcus, ſiue Opiter Verginius, vt Liuius ſcribit.Hoc anno Genutius Trip.quū de lege agraria,conſulibus impedientibus,nihil obtinere potuiſſet,Manilio,& Furio,prioris anni cōſulibus,diē dixit.Crimini illis datum,q̄ decēuiros ad agros diuidēdos patrum decreto non creaſſent.Certi erant patres,rei indignitate moti,pro duorū cōſulariū dignitate,aduerſus tribunū vnum,totius ordinis opibus certare,& iā frequens patriciorū manus in forum deſcēderat,tribunitiam actionem impeditura,quum repente in forum affertur,Genutium domi mortuū inuentū. Perculit inopinatus caſus multitudinē,ita vt momento temporis dilapſa ſit foro,ſed Tribunos prę cipuus pauor inuaſit,collegæ exitu admoniti q̄ parum præſidij ſacratis legib⁹ ineſſet. Habetur igitur a conſulibus delectus:Tribunis nihil impedientibus.Ferre id iniquo animo plebs,tribunitiāq; poteſtatem cum Genutio ſepultam fremere.Eundum obuiam præſenti iniuriæ,nec ad nomen cuipiā reſpondendū:mutuis itaq; hortationibus accēſi,ſtat nomen nolle dare,mittitur interim in Voleronem quendā,qui in conſpectu ſtans ad nomen non reſponderat,lictor.Negare is ſe militē fieri oportere, quoniam ordinem duxiſſet.Hic tribuni appellati cū nihil auxilio adeſſent:prouoco inquit Volero ad populum.Cæterū quum nihilo ſecius a lictoribus traheretur,virgaſq; in ſe expediri cerneret,prædi autor. terant,lictores a ſe repulit:tū vero conſules advim cohibendā e tribunali decurrētes,concitata multitudine,facile experti ſunt,parum tutam eſſe ſine viribus maieſtatē.Violatis lictoribus,facibus diſiectis,e foro in curiam cōpellūtur,incerti,quatenus Volero eſſet victoriam exerciturus.Conſulitur ſuper ea conſternatione ſenatus,queſtiq; ſunt conſules ſuam iniuriam.Multæ ferociter ſententiæ efferuere ira dictæ,vicere tamen ſeniores patrum,qui ab omni certamine abhorrebant.Hi ſedandā quoquo modo diſcordiā,non vltione augendā cenſuere L.interim Pinarius, & P.Furius conſulatū iniuere. Eo anno matronæ plurimæ abortum enixæ cōri⁹ P.Feſtiū exanimatæ ſunt:Vrbiniaq; veſtalis inceſti rius conſules. nuicta,viua eſt deſoſſa.Plebs Voleronem cōple xa Tribunum proximis comitijs creauit.Tulit ille Vrbinia, ciuiliter priuatam iniuriā.nec(quod omnium erat Tributa. expectatio) quicq; grauius ſtatuit in prioris anni Comitia conſules,q̄ prouocationi non ceſſiſſent.Rogationem tulit ad populū,vt plebei magiſtratus Tribunitis comitijs crearētur.rem ſpecie minime atrocem, ſed quę patricijs poteſtatē per clientū ſuffragia quę vellent Tribunum creandi,adimebat.Gellius autor eſt,Lælium Felicem eo libro, quem ad Q.Mutium ſcripſit,tria comitiorum genera Romæ olim vſurpata prodidiſſe,Curiata quū ex generibus hominum ſuffragiū ferretur,nomēq; ideo rei datum, q̄ curiatim per lictorē calarentur.Cēturiata,quum Centuria ex cenſu & ætate fierer,quorū ratio abunde alio eſt ta. loco relata,cæterum vtilla per lictorē,ita hæc per cornicinem calari ſolita.Tributa reliquū genus ap Tributa. pellatū,ex regionibus et locis conflata.Reſtiterunt ſumma ope patres,eam actionē per ceteros tribunos impedientes.Plebs & ipſa,haud ſuorum commodorum oblita:Voleronem ſequēti anno tribunum refecit,apparebatq; extremum certamen cum plebe inſtare,quod veriti patres ipſi quoq; violentum infeſtumq; multitudini conſulem Ap.Claudium dedere,cui T.Quintius eſt collega datus.De turbulenta horum adminiſtratione,ſuo poſtea loco memorabitur.Proxim⁹ liber ea quæ Xerxes rex Perſarum in Athenienſes,& totam pene Græciam geſſit(in hæc enim tempora inciderunt)ordine explicabit.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIAE. LIBER II.

DVPLEX bellum velut hæreditariū Xerxes a patre accepit.Aegyptiacū,quod tāta celeritate confecit,vt de eo nihil ab ijs rerū ſcriptoribus, quos ſequimur, ſit proditū memorię. Europeū alterū aduerſus Athenienſes,& magnā Græcię partē, tā diuerſo euētu ab priore illo adminiſtratū,vt dubiū ſit vtrū maior in eo inferēdo terror fuerit,an in illato ludibriū.Bellum ipſum etſi magna ex parte fuerat a patre inſtructū ſumma ope ornare perſeuerauit,multis ad id exequendū ambitioſum ſua ſpōte regē impellētib⁹,& in his Mardonio iuuene im-

Xerxis bella.

pigro, rerũq; nouarum cupido, ex Gobrye & Darij sorore genito. Solicitabant & Alebādae Thessaliae reges Persarũ in Europā accessum, & Pisistratidae Athenienſiũ exules. Iis ille stimulis enixus aliquā to bellũ inferre adortus, quum altero a Darij morte anno Aegyptiũ inchoasset, miraq; celeritate confecisset, cōsectim illi Europeũ subiecit, q̄q; in eo cōparando quadriennio cōsumpserit. Cæterũ ne tempus a se initum videretur, frequēti suorum concilio multa de se magnifice præfatus, quid in animo haberet ostēdit: cæteris vero assentiētibus, ab Artabano patruo monitus dicitur, ne Mardonij & aliorum vanitatē secutus, Græcos fortissimũ genus hominum, vt imbelles contēneret, monuisse olim se Dariũ patrem eius, ne Scythis bellum inferret, quādo ex ea gente maius periculũ immineret q̄ futurae prædae spes vlla sperari posset. Euētum expeditionis illius plane ostendisse, conducibilius regi fuisse, fratrem audire, q̄ temerariũ aliorum consilium. Quod, ne ipsum quoq; Xerxē talis postea pœnitētia subiret, idētidem monebat, vt iterum atq; iterũ seipsum rex cōsuleret, quando recta cōsultatio maximum deliberanti esset lucrum. Quod si fortuna etiam consiliũ superasset, quia bene consultũ esset, leuiora fierent aduersa. Vides inquit, vt prægrādia animalia eminētioraq; loca sepius q̄ humilia ecce lo feriātur: Deusq; sublimia & ardua deprimat, nec quicq̄ patiatur in terris diutius insolescere. Res haud dubie properādo errorem pariunt. Nec quia innumeris imperes gentibus, alienas opes contemnas, sæpe immēsi etiam exercitus ab exiguis copijs superati sunt, quod his paucis annis ad Marathonem accidit, vbi sexcentra hominũ milia vnius populi viribus cessere. Nolim in tanta re inchoanda fando mali aliquid ominari: verũ paratus sum cum Mardonio sponsione atrocissima certare, vt ducat ipse quantas velit copias in Græciam, ac si inde victor redierit, tum ego cum filijs extremo affici supplicio non recusabo: si victus, ipse cum suis capite puniatur. Ita fore, vt Mardonius suo periculo sentiat, aduersus quales viros Xerxi bellũ persuadere contenderit. Iniquo animo tulit Xerxes ominosam Artabani sententiam, fuissetq; eius iussu continuo ad supplicium raptus, nisi necessitudo & maiestas homini obstitisset. Fuerat is Darij frater, notauitq; tum illũ ignominia vt futurae expeditionis comitem repudiauerit, præfatus fore, vt sine tali comite, destinatum bellum conficeret, stare sententiam eos vlcisci a quibus Persae primum iniuria affecti essent, propositum esse aut agēdi certamen, aut patiendi, aut omnia Persarum sub Græcis, aut quae eorum essent sub Persis futura. Nullum esse inimicitiarum medium, nec de euentu belli se nimium solicitari, quando se in eos bellaturum sciret, quos Pelops Phryx Persarum seruus ita olim subegisset, vt ad sua vsq; tempora, & regio ipsorum non parua, & regionis incolae cognomen ab eo tulerint. Sic Xerxes in Artabanum patruum stomachatus, vbi se domum recepit, alia atq; alia pensitando, eo propemodum peruenit, vt Artabani sentētia non amplius displiceret, & iam de belli cura deponenda secum agitabat, quum somno pressus, per quietem moneri sibi visus est, esse bellum exequendum, & rursus altero insomnio oleagina corona præcinctum sibi caput videri, cuius oleae ramis vniuersa occuparetur terra. Iam et Artabanus quoq; multis minis per noctem ab incerto dæmone territus, ne pergeret destinatum bellum impedire, regi reconciliatus bellandum censebat. Per hæc Xerxes adhuc magis in bellum incensus, ratus numen etiam propitium ad id gerendum sibi affuturum, Athon mōtem a copijs naualibus, quae ad Eleuntem Chersonnesi in statione erant, in Isthmo a continente præcidi imperat, opus maioris ostentationis q̄ vsus. Quinq; vrbes cum suo monte sunt a continenti ora rescissae, Dion, Olophyros, Acrothoon, Thyssus, Cleone. Euripus Classiariorum opera factus duarum triremium capax: commeantibus præterea ad mare pari studio deportatis, ipse a Critallis Cappadocię huc enim edictum erat, vt vniuersae copiae conuenirent) Sardis versus mouit. Haly deinceps fluuio transmisso per Phrygiam Celenas duxit, vbi Mæandri fontes oriuntur. Fabulari videtur mihi Herodotus, qui hic Sileni Marsiae pellem, in vtris spectem suspensam, sua ait tempestate fuisse, quae ab Apolline illi detracta diceretur. Nec minus mirum: etsi vero propius, quod de Pythio Atygis filio memorat. Habitabat his homo Cēlenis. Xerxem & omnem eius exercitum ob diuitiarum affluentiam hospitio accepit. Miratus rex hominis liberalitatē, scisciatus est, ecquis hic Pythius esset, vbi Celenium esse, mortaliumq; omnium secundum se ditissimum haberi cognouit pro magno habuit negocio, talem virum appellare. erat enim iam inde, a Dariana illa in Scythiam expeditione, pluribus notus. Dederatq; tunc ille regi auream platanum dono, & vitem auream. Xerxes hominem ad se accersitum, ecquātum pecuniarum possideret interrogauit: cui ille, haud te inquit celabo regum maxime, neq; dissimulare fas est. Posteaq; accepi te celerrime ad mare ventурum, volens tibi ad bellum pecuniam dare, subducta mearum pecuniarum ratione, comperi mihi esse argenti bis mille talenta: auri vero quadragies centum milia, nūmum daricorum septem milibus minus, quae omnia ad vsum belli huius do tibi Xerxes dono: nam mihi victus ex mancipijs & agricolis abūde suppetit. Hæc ille. Cui hilari vultu Xerxes. Ego (inquit) Lydae hospes, ex quo Persidem egressus sum, neminem adhuc sum nactus, qui in meum exercitū tali fide hospitalitate vsus, tantūq; auri vltro dono obtulerit. Ob quae vicissim ego te meum facio hospitē, & ne ad ista quadragies cētena milia aliquid desit, septem milia aureorū nummū tibi ex meo numerari iubeo. Tu hæc & cætera quae ad hunc diē posse dicti libere habeto, talemq; te semper geras hortor, neq; enim vnq̄ pœnitebit te, tuae in regem liberalitatis. Celenis inde Xerxes digressus, Colossas venit, vbi Lycus amnis hiatū terrae subiēs occultur, rursusq; post quinq; stadia in apertum euadēs Męandro infunditur. Inde ad Cydra oppidum promota sunt castra, vbi Cippo a Crœso erecto Lydiae Phrygiaeq; fines disterminās. Hinc per Lydiam ducens: Calletabum prętergressus, vbi ex myrica & tritico conficiēdi mellis ratio tenebatur, Sardis versus ad dexteram flectens, in pulcherrimā Platanum incidit, cuius specie delectatus, aureo monili donauit, eamq; perpetuo tuendam iussit. Sequēti deinde die Sardis venit: vnde caduceatores in Greciam misit, qui terram sibi & aquam peterēt ab omnibus eius gētis ciuitatibus, prætersq; a Lacedęmonijs, & Athenienſibus, a quibus caduceatores olim ad hoc ipsum missi, in puteos proiecti fuerant. Mandat adhæc circa Abydum & Sestum, qua vtrūq; littus ab altero septem distat stadia, vt pons Eurip̄o imponeretur, quē iam iūctum subita dissoluit vis pelagi. Quod quum Xerxi nunciatum esset, indigne ferens, trecē ta Hellesponto iussit verbera infligi, compedesq; in imum vadum demitti. Fama est missum ab eo sponto. qui &

Athos a continente abscinditur.

Lycus amnis.

Platanus aureo monili ornatur.

Mœandri fontes.

Marsiae pellis.

Pythij Celenij diuitiae.



qui & stigmata Hellespontо inureret. Satis cōstat eiusdē imperio colaphos mari incussos, barbaraq; voce increpitum, q̄ Xerxem nihil de eo male meritum lęsisset, verū fore vellet nollet, vt ab rege ipso pedibus transiretur, merito ei vt doloso & amaro flumini a nullo sacrificari. Et Xerxes in hunc modum fæuijt in Hellespontū, manifesto barbaraе vanitatis argumēto. Qui pontem fabricati fuerāt exemplo sunt supplicio affecti. Pons duplex inde mari impositus, sexcētis septuaginta quatuor triremibus biremibusq; tenaci nodo connexis, codices inde lignorum in latitudinem ratis adæquati, nauibusq; instrati sunt, superneq; connexi, mox & materia congesta munitis vtrinq; lateribus, ne iumenta & equi maris aspectu exterrerentur, hyemeq; per hæc exacta ineunte vere, cum toto exercitu ad mare descensurus, magno est ostento territus. Sol sereno cœlo sese repēte subtraxit, noxq; terris inducta est. Scisciatus rex Magos de prodigij ratione, ad Græcos pertinere responderunt, quorum id numē esset, vt Luna Persarum, defecturum haud dubie Græciae terrae statum. His rex confirmatus, quum iam ex Lydia moturus esset, Pythius hospes ab eo precatus est, vt ex quinq; liberis qui Medica signa sequerentur, maximum natu sibi relinqueret, qui se iam grauem ætate in re domestica administranda iuuaret. Tulit id Xerxes iniquo animo, omen vt credere par est, auersatus: Pythioq; amarissimis verbis increpito, q̄ extra tot mortalium sortem, filium sibi ponere esset ausus, præsertim quum rex & regis liberi præsenti essent bello affuturi, quem sibi pater depoposcerat, in duas partes dissectum, dimidium hoc ad dexteram viæ, reliquum ad lęuam statui iussit, exercitumq; per hominē ita dimidiatum traduxit. Sardibus digressum duplex Persarū equitum ordo duplex & peditum sequebatur, ipse curru sedebat, cui Hyrei equi erant iuncti. Est Medi cæ regionis campus ingens, vbi prægrandes alebantur equi. Præibatq; regium currum venerabilior alter Ioui sacer quem octo equi cādore insigni trahebant. Post Persicos ordines reliquus promiscue exercitus agebatur. Primo ad Caicum flumen ventum: inde per Thebæum campum, & Antandrum in Ilienſem terram descendit, vbi sub Idæ radicibus exercitum pernoctantem grauis e cœlo tēpestas est adorta, ita crebro fulminum casu, vt plerique exanimati sint, inde ad Scamandrum rex processit qui impares porantibus Medis aquas habuit. Est Scamander qui & Xanthus, vt Plato demonstrat, ex Ida oritur Iliumq; prætersluens Hellespontо apud Sigæum infunditur, nec Simoenti misceatur vt quidam falso arbitrantur. Xerxes Ilium ascēdit, vt Priami vrbem inuiseret, immolauitq; Iliacę Mineruae boues mille: Ilio digressus, præter Rhetheion iter ad mare intēdit. Inde per Ophyrnum & Dardanum in Abydenos descendit campos. Erexerant illi Abydeni aliquanto antea prætorium, ex candido lapide, loco paulo editiore. Vnde & mare nauibus coopertum, totamq; planitiem bellatorū multitudine oppletam rex contemplatus, & se felicem testatus est, & lachrymas in tam lætum spectaculum dedit. Aderat tum forte illi Artabanus patruus, qui vbi & ipse est belli autor factus: pristina ignominiae nota abolita. Graiae expeditionis comes a rege ductus. Is intempestiuas Xerxis miratus lachrymas, duos (inquit) rex diuersos animi affectus præ te fers vno tēpore, gaudium quum te vere beatissimum prædicas, tristitiamq; & mœrorem illachrymās, nisi lachrymae illae, præ nimio, vt fit, gaudio manant. Reputabā (rex inquit) mecum, q̄ breue sit humanae vitae spatiū, subijtq; nostrae sortis miseratio, q̄ tot hominum milia, quod subiecta oculis habemus, ante centesimum annum sint ad vnū interitura. At miserabiliora his in vita patimur (inquit Artabanus) q̄ in tam breui etiam vita, nemo adeo felix extitit, cui non sæpius subierit animo moriendi voluntas. Calamitates & morbi crebro vitam perturbant, efficiuntq; vt quum brevis sit, nimis tamen lōga multis videatur: estq; obid mors optatissimū tristioris vitae perfugium, sed quia dulci quodam rerum gustu hāc natura respersit: fit certe vt minus illa homini videatur optabilis. Hic Xerxes, vera sunt ista quae prędicas Artabane, sed age nunc, & quia iucunda in manibus habemus, nulla tristium fiat mentio. Illud potius dicas velim, nisi nocturna te species illa a proposito reuocasset, pœniteret te hodie suscepti belli, quum tantum rerum apparatum habeas oculis subiectū? Pœniteret inquit, ac nescio quonam modo in dies magis pertimesco, ne grauem aliquē hoc bello sæuientis fortunae experiamur impetū, duoq; me magnopere terrent, & q̄ scio nullum esse portum, qui tam numerosae classis sit capax, q̄ si sit in anchoris standum, cœlum & aquae formidandae sint nec terra vlla nobis petenda, quae tam validum possit alere exercitum, quo fit vt præter bellorum casus qui incerti & varij sunt, fames magnorum exercituum teterrima pestis sit timenda. At vir ita demū optimus est, qui deliberando, quae accidere possunt, prę uidet, præuisa ponderat & metitur, ac q̄ in his solers sit, tam in illis gerendis audax & inuictus. Secū dum eū sermonē plura Xerxes subiecit, quae metū eleuabant: Summa tamen ea fuit, vt diceret satius esse omnia alacriter aggressum, dimidium ærumnarum pati, q̄ omnia præsumpto metu, etiā si prospera sint, solicitudine corrumpere. Nec illud Artabanus obtinuit, vt Ionum opera Xerxes eo bello nollet vti: quippe qui ob veterem cum Græcis cognationem, merito suspecti essent. Nec ita multo post exercitus Hellespontum duplici ponte superauit. Eo qui in Bosphorum spectabat, equites & peditatus omnis traductus: altero ad meridiem verso iumenta cum impedimentis. Verum priusq; Hellespontus sit superari cœptus, mane Xerxes soli sacrificans vota suscepit, si sine aliqua maiore clade Europam subigere contigisset. Peracto sacro aureū craterem in mare proiecit, & cum eo Acinacem (est is Persicus ensis) dubium, Soli an Hellespontо, q̄ pristini facti pœniteret. Septem dies & totidem noctes sine intermissione in trāsmittendo exercitu cōsumpti. Tetrum regi, & qui cum eo in Europā sunt transgressi, cōfestim est prodigiū oblatū, quo recte coniectātibus prospici potuit, qualis futurus esset eius belli exitus. Equa leporē est enixa, animal fugacissimum, & quum Sardibꝰ adhuc esset Xerxes, mula est mulum enixa ambiguis genitalibus praeditum. vtrumq; ostentum Xerxes iuxta aspernatꝰ: pergit exercitū porro agere, ducebatq; terrestreis copias per Thraciā Chersonnesum, vbi Melane flu. qui & Niger dici potuit, aquātibus non suffecit copijs, transmisso amne, ad sinum cui id flumē dedit nomen, Medus iter flexit, vbi vero in Dorisci campum ventum est, locus haud inhabilis visus est ad recensendas copias. Exercitu itaq; per partes recenſo, habuit terrestris apparatus Myriades cētum sexaginta, qui numerus habet decies septies centū armatorum milia, estq; summae autor Herodotus, Trogus decies centena milia fuisse prodidit. Erant sub signis Persae. Cephenes olim a Grǽcis dicti, a se ipsis Artei, Perseus Danaes filius, siue Perses Per-

Pons mari imponitur.

Eclipsis solis.

Pythij filius dissectus.

Ordo copiarum.

Currus Ioui sacer.

Scamander epotꝰ

Mille boues immolat Xerxes.

Xerxis lachrymae.

Xerxes verbera infligit Hellesponto.

Traijcit exercitꝰ.

Prodigia regi oblata.

Melane epotus.

Xerxis copiae.

Artabani sermo



Graij belli impulsores.

Artabani consilium.

In celeritate error

Xerxis indignatio in Artabanum.

Pelops Persarū seruus.

Xerxis somnia.

seo & Andromeda genitus, vt quidā scribunt, ipsi genti postea nomen dedit. Erant & Medi, Hircani, Assyrij, quos Græci Syros dixerunt, & cū his Chaldæi, Bactrij, Sacæ Scythicum genus Indi, Arij, Parthi, Choramnij, Sogdij, Dadicæ, Pactyes, Vtij, Myci, Paricani, Arabes, Aethiopes, Pœni, Paphlagones, Lygies, Macieni, Mariandyni olim: mox a Lydo Atys filio nomē adepti, Mysi, Bithyni ex Thracia profecti, Strymonijq;, Cappadoces, Phryges olim quum Europei Macedonum accolæ fuere, Bryges dicti, Lydi & ipsi Meones olim a flu. nuncupati, Minyc, Moschi, Tibareni, Mocrones, Mosynœci, Colchi, Alarodij, Aspires, & cum his Insulanæ gentes, ex rubro mari. & hi terrestria sequebātur signa, eranteq; singulis gentibus sui duces. Copiarum tamen omnium imperium penes Mardonium fuit Gobryæ filium, & duos Xerxis patrueles Tritantechmen Artabani, qui bellum ab initio inhibuerat, et Smerdomenem Othanis filium. Triremes fuere mille. CCC. & amplius. In quib⁹ Phœnices erant. Cyprij, Cilices, Pamphilij, Lycij, a Lyco Pandionis filio: Dares, Asiatici, Cares, Iones, Aeoles, & Hellespōtij. Nauium imperium habuit Prexaspes, Aspathemis, Megabizus, Megabatis, Achemenes, & Arabignes Darij filij. Aderāt & sui duces singulis classibus, qui horum imperio parebant, & in his Artemisia Lygadamis filia. Paternum illi genus ex Alycarnasso, ex Creta maternū. Mausolo nupsit, quo vita defuncto, quum pupillari filium ætate ex eo aleret, ne accersita quidem, quinq; naues ad bellum optime instruxit. Nullius ducum, neq; consiliū, neq; in prælio opera fuit illustrior. Xerxes vbi terra mariq; copias recognouit, immēsa rerum opulentia exultans, Demarathum regem, qui Lacedæmone ejectus exul ad Darium venerat percontatus est, an tota Græcia esset tanti, vt tuto eam vim hominum expectaret. Ille medio belli apparatu Lacedæmonem ad magistratus litteras dederat, quibus significabat, quanta belli moles Græciæ immineret. Cæterum Demarathus vt occultius res tanta ad suos perferretur, tabellæ Græcis literis notatæ ceram superinduxit, a Xerxe igitur rogatus, vt vere fortassis ita parum opportune de suorum virtute locutus, vehementer regis animum offendit. Summa eius sermonis hoc de Græcis ad regem habuit, vt diceret Græciā semper pauertatis fuisse alumnam, hospitēq; virtutis, quam a seuera disciplina sibi ab initio asciuisset. Conflicturos, vt de suis ciuib⁹ loqueretur: Spartiatas mille, si non sint plures, aduersus omnem Medorum exercitum, atq; id patria lege facturos, quæ iuberet aut vincere, aut mortem occumbere. Ex Doriscō Xerxes profectus: Samothraces prætergressus muros, ad Lysum amnē venit, cuius aquæ & ipsæ frequenti aquatione defecerunt. Post Lysum præterfecit vt Scamander Pysirum stagnum exaruit. Per Thraciam inde progressus, post Pieres dextrum Pangeum habens, ad Strymonem fluuiū peruenit, vbi albis equis Magi patrio ritu litauere. Mox ad locum est ventū vbi Strymon erat pōtibus iunctus. Erat hic locus quē nouem Hedonorum vias accolæ dixerūt, totidem ibi pueros virgineſq; indigenas viuos Magi defodere, dirum ritum & execrabilem, cæterum Persarum genti peculiarem viuos humare. A Strymone per Bisaltiam ductus ad Acanthū consedit exercitus, vbi Xerxes Artacheem amisit virum genere Achemenidam, cui quatuor digiti fuere ad quinq; regiorum cubitorum lōgitudinem. Vniuersus defuncto exercitus tumulum congessit. Ex Doriscō ad hęc loca instructus processerat exercitus, inde locorum difficultatib⁹ tripertito ductari cœpit. Mardonius & Massises secundum mare classem secuti sunt: Pechaes & Gergis remotissimum a mari iter ingressi, inter vtroſq; Xerxes suum egit agmē. Nauales exercitus postq; a rege discessit, pertossam ad Athon nauigauit, præterrectusq; Amphelon & Toroneum promontoria ex Sitoniæ ora, & mox ex Pallena, quæ & Phlegra olim dicta est, commilitium accepit: Crosseam oram Thermeo sinui cōterminam perstringens, qua Axius mari infunditur: constitit hic classis iussa regem expectare. Ipse ex Acantho profectus, per Peneum agrum & Crestonicum iter faciens, super Chidorū amnem Leones, nullo alioqui homine aut iumento violato, in Camelos qui commeatum portabāt impetum dedere. Sunt his locis Leones multi, sunt et agrestes boues vastis cornibus. Leonum terminus est Nestus flu. & Achelous, qui per Acarnaniam fluit, si vera scribit Herodotus, vltra Acheloum ad occasum in Europa indigenam leonem vidit nemo, neq; vltra Nestum ad ortum. Xerxes vbi Thermam venit, vnde & Thermæus sinus, substitit inter Borrietidem & Macedonicum agrum. In his quoq; locis Echidorus amnis Xerxianis copijs impar fuit aquantibus. Rex a Therma Sidonia sedens naui ad Penei ostium visendum nauigauit. Labitur Peneus in mare inter Olympum & Ossam mōtes angusto meatu. Tempe eam intercapedinem vocant. Tradunt Thessaliam, quia continuis sit montibus circundata lacum fuisse olim, priusq; Peneus exitum sit adeptus. Sed vehementi ne aliquo motu terræ id acciderit, quod ipsi indigenæ persuasum habuisse videri possunt, qui duorum mōtium dissidium ad Neptumnum motorem terræ referebant. An Herculis (quod quidā scribunt) alteriusve mortalis id opus credi oporteat, non habeo dicere. Xerxes locum contemplatus retro ad exercitum abijt. Vbi præsto illi affuerunt legati, quos a principio miserat in Græciam. Populi qui per terram & aquam legatis deditam imperium accepere, fuerunt, Thessali, Dolopes, Aemenses, Perrhebei, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi, Phthiotæ. Thebani, cæteriq; Bœotij præter Thespienses & Plateenses, qui cum Græcis aduersus barbaros percusserant fœdus. In fœdere ita erat expressum, vt quicūq; Graeci, nulla necessitate adacti, sese Medis dedidissent, eorum decimus quisq;, rebus Græciæ bene cōstituris, facer deo esset. Athenas & Spartam non miserat Xerxes, quoniam a Dario patre olim missos in profundissimum puteum præcipites egerant, iubētes inde eos terram Regi & aquam quærere. Spartani quum post legatorum necem deorum iram incurrissent, nec aliquo modo lætiora exta obuenirent, publico decreto statuerūt, suorum sanguine barbaro satisfacere, repertiq; sunt duo Spartanis, & Bulis, qui se pro patria vltro morti deuouerunt. Mirum est quod de amborum constantia Herodotus scribit, in maritimam Asiæ orā appulsos, vt inde Susa ad regem irent, pœnas pro Spartanis omnibus & supplicium expensuri, quū ab Hydarne regis præfecto, hospitio accepti: ad persarum imperium recipiendum hortarentur, respondisse dicuntur, Hydarnem non intelligere, quid suauitatis haberet libertas, quam si aliquando delibasset, suasurum Spartanis fuisse, vt non solum hasta, quod facerent, sed securi etiam pro ea dimicarent: inde in Persidem profecti, ne adigi quidem potuere vt regem Persico more adorarent, quin ambo

Gētium et ducum nomina.

Triremes.

Arthemisia.

Demarathi verba ad Xerxē

Lysus amnis defecit vt Scamander Pysirum stagnum.

Artachees.

Triperto duxit Xerxes.

Pallena.

Vbi leones in Europa.

Echidorus, epot⁹.

Tempe.

Thessaliæ situs.

Populi q; terram et aquā hostibus dedere.

Spartanis & Bulis.

Verba p libertate.



quin ambo contumaciæ & fiduciæ pleni ad eius conspectū constituti, sed ad suppliciū & pœnas, pro legatis lacedæmone perēptis, publice exoluendas, venisse testati sunt. Digni quorū memoria ad posteros duret, sitq; æuis omnibus mansura. Negauit Barbarus se Spartiatarum exemplum imitaturum, per quos ius esset gentium violatum, atq; ita eos intactos a se dimisit. Nec Græcia tantam bellorū procellā clausis, vt dici solet, excepit oculis, quin Athenienses qui præ cæteris proximi inuidiæ erant, fama eorum quæ pararentur ab initio perculsi, Delphos de futuro statu ciuitatis consultum miserant. Minacissimum oraculum primo loco redditum, adeo ciuitatem exterruit, vt rursus legati sint Delphos missi, cum olearum palmis veniam imploraturi. His Aristonice Pythia pluribus carminibus respōdit, in quibus hæc fuere. Iuppiter e ligno muris tritonida donat. Qui soli iuncti tibi sint natisq; saluti. Id oraculū, quum alij aliter interpretarētur, Themistocles Neoclis filius, numē significare ostē dit salutē ciuiū in nauibus esse. Ornandā pro mœnibus classem, in ea Athenienſium salutem cōtineri. Tenuit ille huiusmodi interpretatione, vt oēsnaues quæ ad Aeginiticū erant bellū decretæ, in hos casus instruerētur. Placuit interea mittere, q; in Medorū castra penetrarēt (venerat iam in Lydiā Xerxes) hostiū copias exploraturi. Hi deprehēsi, nō modo non supplicio sunt aliquo affecti, sed oīa oculis lustrare iussi sunt, incolumesq; dimissi. Adeo Xerxes suis opibus confisus, in certa spe victoriæ erat, vt ne hostes quidem eas latere voluerit. Miserunt Athenienses Argos, miserūt & in Siciliā ad Gelonē tyrannū Dinomenis filiū, in Cretā quoq; et in Corcyram missi sunt legati. Argiui odiū suum in Lacedæmonios præfērentes, cū quibus vetus erat certamen conflatū, publice cōfessi sunt malle se a Barbaro sibi imperari, q; Lacedæmonijs cedere, q; iā antea haud obscuri rumores erāt, Argiuos cū Xerxe fœdus occulte ictum habere, vererē cum Persis consanguinitatē secutos, quū a Perse oriundi dicerentur, qui Persei Danaes & Andromedæ Cephei fuit filius. Gelon ad quē legati in Siciliam venerāt fatelles fuit Hippocratis, qui Cleandri Pararei fuit frater, septem annos Cleander Gelæ Tyrannidem exercuit. Hic igitur bellis quib⁹ Hippocrates, post mortē fratris, Zācleos & Leontinos superauit, magnumq; cum Syracusanis bellū gessit, Gelon quia strenuā tyranno vbiq; operam nauasset, præfecturā equitū primo adeptus in qua administrāda adeo Hippocratis opes auxit, vt pter Syracusanos, quos ad Elorū amnē prælio superatos Corinthij, Corcyreiq;, a conditione liberarūt, vt Camerinā, quæ ipsorum fuit, Hippocrati traderēt, cæteras circūiectas vrbes vi & armis tyranno subegerint. Sed Hippocrate ante Hiblā cadēte, huius liberis tutor relictus ad se Gelon principatū traxit. Nec ita multo post, per Syracusanos exules a plebe eiectos, ab eoq; restitutos, Syracusis est positus. Tum vero Gelę principatu Hieroni fratri permisso, ipse iam inde Syracusis fuit, quam vrbē magnopere auctā reddidit. Geloos & Camerinos euersis eorum vrbibus, Syracusis traduxit. Megarensiū deinceps locupletissimos quoq;, qui vltro ei bellū intulerāt, ad deditionem cōpulit. Ad hunc Gelonē Lacedæmoniorū & Athenienſiū legati venere, socieratē & auxilia aduersus Xerxem petituri. Gelon etsi eo bello, quod haud multū antea in Egestanos & Carthaginienses gesserat, nulla a Græcis auxilia impetrarat, ea tamē cōditione ducentas triremes, cum viginti milibus armatorū est ad bellum pollicitus, si sibi maritimi vel terrestris exercitus imperiū detulissent, idq; legatis aduersantibus, prædicātibusq; milite non duce Græcos indigere, renidēs Gelon, vos inquit Græci habetis qui apud vos imperēt, at qui imperantibus pareāt non habetis. Ite igitur hinc retro vestris ciuitatibus renūciaturi, ver ex anno illis exaruisse, & ex Sicilia hæc a Gelone relata. Putarunt quidam negata a Gelone auxilia, ob bellū, quod ei cū Carthaginiensibus, & alijs plerisq; populis instabat, a Terillo Himerensi conflatū. Qui tyrānide ejectus a Terone Agrigētinorū principe ex Phœnicibus, & Pœnis, & alia gentium colluuione, ad. CCC. hominum milia cōtraxerat, duce Amilchare Annonis filio, Carthaginiēsiū, vt Herodot⁹ ait, rege, fuisq; Gelonem eo die victorē in Sicilia victo Amilchare, quo & Græci ad Salaminē aduersus Xerxem dimicarū t. Erat Amilchar Carthaginiēsi patre natus, matre Syracusana. Mirū q d' de eo rerū scripto res memoriæ prodiderunt, eum acie victum, e conspectu ablatum, nec usq; gentium viuum, aut mortuum extitisse amplius. Carthaginienses memorare soliti dicuntur, prælio a prima luce ad crepusculum noctis extracto, quum Amilchar tum forte sacrificaret, accēsa pyra, vbi suorum fugam inclinare vidit, se viuum in eam iniecisse. Corcyrei se opę Græciæ laturos polliciti. LX. triremes ad bellū instruxere, quæ circa Tænaron sedētes, Salaminię pugnæ non interfuerūt, noluerint ne adesse Xerxianas opes veriti, an per Ethesias, vt ipsi postea prædicare soliti sunt, nequiuerint, haud quispiā in re tam vetusta facile dixerit. Nec Cretenses auxilio fuere, exprobrata illis ab oraculo velut ignauia q; cæteras gentes tueri aggrederētur, Minoem regē suum vlcisci nequiuissent. Obsedere enim Cretēses Camicum quinquēnio in Sicilia, vnde cum infecta re ab scessissent, Italiæq; oram nauigarēt, tempestate disiecti, vbi fractis nauibus spem in Cretam abeū di sibi omnino adēptam viderunt, mutato nomine se pro Cretibus Iapyges & Mesapios vocitātes. Hiriam condiderūt. Thessali quia non vulgo proparentur quæ Elenadæ per se non publico consilio mouissent, pro Græcia ab initio sentire creditī ad. x. hominum milia, duce Themistocle Neoclis filio, ad præsidium Thessaliæ impetrarunt. Insedērantq; angustias inter Ossam & Olympum, quum ab Alexandro Amynthæ filio certiores facti, cum numeroso, & ob id inuicto exercitu Xerxē ad Hellespontum venisse, veriti ne hostium multitudine proculcarentur Græci, ad naues reuersi ad Isthmū Corinthiacum sese receperunt. Horum discessus secit, vt & Thessali aperte ad medos defecerint. Græcis ex Thessalia in Isthmum reuersis, magno ibi cōuentu consultatum, decretumq;, vt Thermopylarum angustias præsidio obtinerent, classiq; ad Artemisium statione haberet. Est is locus haud procul Chalcidico freto, inter Sciathum insulam & cō tinentē Magnesiæ oram. Breuis ibi traiectus, Thermopilisq; vicinus. Quod ad Thermopylas attinet aditus in Græciam arctissimus, vt quibusdā in locis vix ad vehiculum agendū sufficiat. Quod montis ad Hesperum vergit, inaccessum, & ptæalti præcipitiq; vsq; ad Oetham montem. Quod viæ ad auroram vergit vadoso mari excipitur, in eo ingressu fuerunt calida lauacra, ollas locorum indigenæ vocitabant, ab aquarum feruore, desuper ara Herculi extructa. Ad os ingressus murum Phocenses Thessalorum metu exædificarunt. Super quem Pylæid est, portæ erant, quæ res nomen loco attulit, vt ab aquarum ibi scatentium tepore, & Phocaicis portis sint Thermopylæ nūcupatæ. Murum vetustate

Gelonis adagium in athen. & Lacedæ. Siculorum opes.

Amilchar.

Cretēses q in Italia sedē runt.

Thermopylarum descriptio.

collapſum Græci ad tẽpus reſarſerunt. Ad hũc igit̃ locũ inſidẽdum, ex Iſthmo digreſſi ſunt Græci, ibi Græcarũ nauium fuga. Xerxẽ in Pieria eſſe cõpertũ habuere, & claſſis eodẽ tẽpore eſt ad Artemiſiũ admota. Ex Therma. X. ve lociſſimæ regis naues Sciathum verſum curſum te nuerũt. Has plenis velis ad ſe veniẽtes procul conſpicatæ, tres ſpeculatoriæ Græcorũ naues cõfeſtim fugã fecere. Has Barbari inſecuti Aeginetică primo oppreſſerunt, mox & Troezeniã. Attica circa Penei oſtiũ littorib⁹ impacta p tẽpe, q̃ in ea erãt & Theſſaliã dilapſi in Atticã ſe receperũt. Hoſtiũ acceſſus ex Sciatho nocturna flãma ĩjs q̃ ad Artemiſiũ ſtabant, ſignificatus, tãtũ illis terrorẽ iniecit, vt continuo relicta ſtatione ad Euboicũ euripũ ſeſe recepe rint. Nec ita multo poſt cętera claſſis in orã Magneſię venit, manſerũtq; barbaro huc vſq; nauales terreſtreſq; copiæ incolumes, quũ ducẽta quadraginta hominũ milia in nauibus eſſent, ſub terreſtrib⁹ ſignis decies ſepties cẽtũ milia. Mox alia Herodotus ſupputatione vſus, ex omni genere hoĩm, qui Xerxẽ ad Sæpiadẽ Thermopylas ſecuti ſunt, colligit Myriades quingentas viginti octo, & amplius q̃ ratio habet bis ac quinquagies cẽtũ octoginta tria milia hominũ. Mirũ eſt qđ idẽ auctor prodidit, in tãto mortaliũ numero, Xerxe cuius in tot cẽtena milia hoĩm fuit imperiũ præſtantiore forma, proceriore ve ſtatura fuiſſe neminẽ Nauales regis copiæ priſtina ſtatione digreſſæ, terræ Magnæſiæ orã tenuerũt Primę nauiũ littoribus applicitæ, alię in anchoris ſtetere ad octauũ vſq; ordinẽ in altum progreſſæ, quietecq; ibi pernoctatũ, ſub diluculũ ex ſereno cœlo, & trãquillo quũ mare eſſe⁹ueſcere cœpiſſet, atrox eſt tẽpeſtas naues adorta, ſecutus inde violentus ſubſolani flatus, qui a matutino æquinoctio ſpirãs, præter naues quæ ſubductis ſubito anchoris in altum abierunt, cæteras atroci cõflictatione vexatas, mutuo primo concurſu propinquis mox ſcopulis diſiectas fœde lacerauit. Amiſſarum nauiũ numerũ qui minimũ poſuere, haud quadrin gentis pauciores fuiſſe meminerũt, virorũ ſupra q̃ dici poſſit vis ingẽs abſumpta, triduũ tẽpeſtas tenuit, quarto demũ die, quũ remittẽre vẽto, ſtrati ia cuiſſent fluctus, Magneſiæ promõtoriũ circũuecta claſſis, in ſinũ qui ad Pagaſen pertinet, rectũ tenuit curſum. In ea ora Hercules, quum ex Argo nauigaturũ exiuiſſet, ab Iaſone & Minyis relict⁹ credit. Aphete locus ex ipſa re dictus Hæc Herodot⁹. Strabo non, quia Hercules ibi fuerit relictus, ſed q̃ argonaute ex eo littore in põtũ dimiſſi ſunt, nomen loco inditũ prodidit, Herculẽq; plures in Bithynia ob caſum Hylę, ſub ẽdiſſe memorãt. In eo appulſu quindecim Xerxianę naues a Græcis captę quas Sandonices præfectus Aeolides agebat. Is quũ a cętera claſſe procul aberraſſet, Græcos ad Artemiſiũ ſtantes cõſpicatus, nã eo Græci, poſt hoſtiũ claſſem tẽpeſtate diſiectam, ex freto Euboico redierãt, ſuos ratus Sandonices ſe videre, in Græas naues temere curſum deflexit. Ad Apheteę Medica erat claſſis. Xerxes per Theſſaliã iter faciẽs, magnitudine exercitus Honoriũ amnẽ ad vadũ exiccauit. Per Achaiam in de in Melienſes venit, in Trachiniaſq; cãpis conſedit, Thermopylis proximus. Græci qui locorũ anguſtias inſederant ad quatuor milia fuere & octingenti, præeratq; his Leonides Spartanus, qui vigeſimus erat ab Hercule. Et iam aduentante Xerxe, cęteri metu perculſi, abeũdũ inde cẽſebãt Iſtmumq; præſidio obtinendum, ſolus Leonides in ſtatione permanendum contendebat, Græciæ ſalutem in eo vnico præſidio ſitam eſſe affirmãs. Acceſſit interim Medus eques ad Thermopylas explorãdas, & quo præſidio locus teneretur ex proximo cognoſcendũ. Accidit forte vt Spartani, qui tũ in ſtatione ſtabant, ſint ab eo tantum conſpecti, cæteris intra murum agẽtibus, qui in aperto ſtabant, pars gymnaſticum ludum exercebant, pars ſibi capillos comebant. Hęc ille ſpeculatus, contempta paucitate, quę oculis occurrerat, nunciat regi quæ viderit. Mirari Xerxes hominũ audaciã, nec cõiectare poterat quam ſpem tam pauci alerent. Tum Demarathus, hæc ſunt inquit rex, quę circa Helleſpontum de hominum virtute prædicaui, nunccq; iterũ prædico lõge grauius, cũ pro numero hominum credi poſſit, video his locorum anguſtijs tibi & tuis inſtare certamen. Nam cũ capillum ſibi comunt, non ea gentis mollities eſt, vt cultũ in re ſeria quærãt, ſed Spartiatarum peculiare, vt quũ animæ periculum aditurí ſint, tum ſibi capillum componant. Ridere Xerxes Demarathũ, vt vanũ, ac ratus fore, vt Græci inde ſua ſponte faceſſerent, quatuor dies pugna abſtinuit. Cęterum quinto die haud vltra expectandum ratus, Medos & Ciſſios in eos immiſit. Hi conſerto prælio, quum nihil proficerent, nec Græcos gradu ſubmouerẽt, quin caderent ex ipſis cũ plurimi, nec procul abeſſet quin in fugã verterentur, Perſæ præſidium iniuerunt. Clara erat Græcorum pugna, ſed Lacedæmoniorum multo clarior, qui perite inter imperitos inſigniter pugnabãt, conferti cedere, interdum repente aduerſis pectoribus hoſtium agmina, ex pylas dicipiẽtes, proximos proſternebant. Fertur Xerxes quum pugnæ ſpectator adeſſet, ter e ſolio reſiluiſſe ſuorũ periculo commotus. Die itaq; vno per irritum certamen, cruentum alioqui Barbaris valdeq; funeſtum conſumpto, poſtridie Perſæ iterum prælium inituri adſunt, rati fore, vt Græci, labore feſſi, vulneribuſq; graues, pugna abſtinerent. Verũ vbi compoſitius aliquanto, ac ferocius cũ antea ad pugnam ſeſe expedire viſi ſunt, appareretq; nil ibi præter ignominiam, lucrifieri, ſine maiore vllo certamine Perſę caſtra repetunt. Obtinebant valide locum Græci, niſi Epialtes Trachinius regem cõſilij inopem docuiſſet, occultum eſſe tramitem qui per iuga montium Thermopylas duceret. Quę res omnem Græcorum ſpem, conſiliumq; propulſandi hoſtis haud dubie fregit. Is ſe Perſas per montes circũducturum pollicitus, cum Hidarne & ĩjs quos a rege Hidarnes accepit Aſopũm amnem tranſgreſſus, iter tota nocte fecit, a dextra Oetheos montes, lęuaq; Trachiniorum terram habens. Sub exortũ ſolis in caeumen montis euaſit, vbi mille Phocenſium erant, ad præſidium locati. Subitus hoſtium acceſſus (nam arborum denſitate pręuideri non potuerunt) perculit Phocenſes, ita vt ne tentato quidem certamine præſidio ceſſerint. Iã Perſæ ex ſummo montis vertice rapidi decurrebant quum Megiſtias vates extis de more inſpectis, indicauit mortem ĩjs qui ad Thermopylas erant imminere, tranſfugę etiam notum fecere, Perſas montes circuire, iã & ſpeculatores tertio loco id ſignificabant: cęteris itaq; metu dilabentibus, Leonidas cum Spartanis, Theſpienſibus & Thebanis, quos obſidum loco retinuit, præſidio locum obtinere perſeuerauit. Fertur dux ipſe de aliorum ſalute ſolicitus, alios hortatus, vt dum liceret, in paccatum abirent, ſibi non licere crediram ab omni Græcia ſtationem turpiter deſerere, quin aut retento loco ſibi deinceps honeſtę viuendum eſſe, aut in veſtigio cadẽdum pro ſalute patrię. Scio quibuſdam perſuaſum fuiſſe, eum certo moriendi conſilio præſidium retinuiſſe, vt

Thermopylarum præſidiũ.

Laced. capillum comunt.

Biduo ad Thermopylas dimicatũ.

Epialtis indiciũ.



ſuo

Oraculũ. ſuo periculo interitũ qui patriæ imminebat, depelleret. Fuerat ſub initium belli ex Delphis oraculũ Lacedæmonem allatũ, aut vrbẽ ipſam aut regem proximo bello interiturum: Pythium carmen fuit. Vobis ampliuagæ colitis qui mœnia Spartæ, Aut vrbs clara dabit Perſa victore ruinã, Aut ſi nõ erit hoc oriundus ab Hercule quidã. Flebitur extinct⁹ rex in Lacedæmonis ora. Xerxes ſub exortũ ſolis, tempore quo Epialtes dixerat, obſeruato, in hoſtẽ mouit. Leonidas & qui cum eo erant in apertum egreſſi, pugnam capeſſunt. Atrox ibi certamen initum, Perſis ſeſe præ nimio dimicãdi ſtudio vrgentibus, adeo vt nonnulli in ſubiectũ mare præcipitati ſint. Spartani lãceis primo, mox his fractis hoſtem gladijs excipiunt. Fit cædes ingens, multis vtrinq; cadẽtibus. Tantum abfuit vt Spartani eo die ob paucitatem remiſſius dimicarint, vt longiꝰ quam antea a muro veniẽtem hoſtem exceperint. Leonidas igitur fortiter dimicans qua maxime prę lium exarcerat, mortẽ occubuit. Perierunt & ex Perſis inibi plerique viri illuſtres, & in his duo Xerxis fratres, Abrocomes & Hiperantes, qui ſuper Leonidæ cadauer dimicantes, alius ſuper alium concidere, adeo vehemẽti Lacedæmoniorũ Perſarumq; conflictu, vt ter hoſtibus in fugam verſis, Spartani Leonidæ corpus ſubtraxerint. Fecerũtq; deinceps tam diu ambiguum certamen, quoad Epialtes & alij a tergo affuerunt. Tum intra murũ recepti, tumulũ qui in proximo forte fuit, occupãt. Hic Thebani, priuſquã inſtauratũ ſit prælĩũ, teſtati ſe Thebanos eſſe, inuitoſq; militare, tranſitionem fecere. Cæteri ad vltimũ dimicantes, eo quo circunuenti ſunt loco occubuerunt, quorũ deinceps Spartanus maxime celebratur. Is quũ a Trachiniæ quodam audiuiſſet, tantã vim ſagittarũ ſpargi a Barbaris in prælio, vt ſolis cõſpectus adimeretur, nec illud inquit inutile erit, ſub vmbra, non in ſole, pugnabimus. Trogus autor eſt Leonidam poſt aliorum digreſſum ſuos horratum, vt ea poſtremo virtute pugnarent, quæ maxime Spartano eſſet digna nomine, ne fortius manſiſſe cũ dimicaſſe viderentur, nec expectandũ vt ab hoſte circunuenirentur, ſed in caſtra hoſtium erumpendũ, atq; ita, quando nihil facilius cũ honeſtũ perſuadeatur, morti, quę inſtabat deuoti ad hoſtiũ caſtra cõtenderint. Sicq; vaſta cædę a principio noctis vſq; ad magnã partem ſequẽtis diei, velut inter inertia pecora euagatos, inter quingentas cæſorum cateruas Leonidam, & alios pulchre mortẽ occubuiſſe. Sed mihi propiora vero videntur ea quæ priore ſunt loco relata, quorũ eſt Herodotus autor. Amphyctiones Græciæ hoc carmine memoriam eorum, qui ad Thermopylas dimicarunt, inſigniandã curarunt. Terdecies centum hic certarunt milibus olim. E Peloponneſo bis modo mille viri. Ex omni Spartanorum numero Eurytus & Ariſtodemus feruntur, ob extremam lippitudinem e caſtris a Leonida remiſſi, ſed de Ariſtodemo non vnus fuit ſermo, quo modo ſit domum reuerſus. Tertius qui cladis nuncius rediit, tãto fuit apud ſuos opprobrio, vt ignominiarum impatiens ſibi vim intulerit. Xerxes Thermopylis potitus, Demarathi conſilium in Sparta ſubigenda requiſiuit, fuiſſetq; eo vſus, niſi Achemenes Xerxis frater a propoſito auertiſſet, identidem prædicans perfidos eſſe Græcos, & qui aut fortunato inuideant, aut meliorem oderint, nullam proinde fidem genti habendam, accedere ſe Achemeni conſilio Xerxes dixit, cęterum non eſſe cur Demaratho eo nomine conuicium fieri debere, ſolere ciuem ciui inuidere, hoſpite vero ergo

Leonidæ interit⁹.

Thermopylæ expugnantur.

Spartani dictum.

Lacedæmoniorũ virtus.

Acheme nis conſilium.

hoſpitẽ proſpera fortunna vtentẽ nihil beneuolẽtius eſſe, rectiuſq; cõſulere: abſtinendũ proinde ab eiuſmodi infectatione eſſe, nec Demarathum fidũ hoſpitẽ in perfidiæ crimen deuocandũ. Hæc ille. Verũ Achemenes haud interim vana prædicabat, iam em̃ Demarathus, vt dixi, occultiorib⁹ tabulis ſuperinducta cera, q̃ in Perſide parabantur Ephoris ſignificauerat. Ambiguã tabularũ ratione Gorgo Leonidæ vxor magiſtratibus noua ſpecie hærẽtibus demõſtrauit. Et hæc quidẽ ſic ad Thermopylas geſta dicũtur. Græcorum naues q̃. CC. numero vnaq; & ſeptuaginta, & cũ his nouẽ penticõteri, ad Artemiſiũ interim ſtabant, eratq; oĩm imperiũ penes Euribadẽ Lacedæmoniũ. Athenienſes etſi numero nauiũ peritiaq; rei maritimæ priores ſibi partes alioqui vendicabãt, quia tamen ſpes oĩs retinendę libertatis in cõcordia ſita erat (etem̃ inteſtina ſeditio tãto deterior eſt bello, quanto bellũ ipſm̃ deteriꝰ eſt pace) nequa diſcordia ob eã rem moueret, paſſi ſunt claſſis imperiũ apud externũ hoſtem manere. Medo igitur & Aphetas appellẽte cõſultatũ eſt inter Græcos de fuga, Chalcidenſes Euribadẽ obſecrant ne claſſem ſubduceret, priuſq; vxores & liberos periculo ſubtraxiſſent. Scire ſe confeſtim ipſis abeuntibus, torã Euboeam Barbaro prędæ cõceſſurã. Id illi ab Euribade quũ impetrare nequiſſent Themiſtocli Athenienſi octoginta occulte talẽta pollicentur, ſi ibi Græcos in certũ tẽpus remorarẽtur. Præerat Themiſtocles Atticæ claſſi, etſi omnia alioqui erãt, vt dixi, ſub Euribade Chalcidẽſi. Igitur pecunia Euribade & Adimãto Corinthiorũ duce a Themiſtocle corruptis, in eadẽ ſtatione eſt per ſeueratũ. Barbari vbi Aphetas venere, audito quã proximo loco eſſent hoſtiũ naues (ad octoginta ſtadia Artemiſiũ inde aberat) vt Græcos interciperẽt CC. trirẽmes ex oĩ numero delectas, extra Scyathũ circũagunt, iuxta Capharea & Gereſtũ promonto ria, ad Euripũ, ne Euboeã hoſtes circunuecti ab hoſte cernerẽtur. His nauibus dimiſſis, quia interclu ſo Euripo, oĩs ſpes fugæ Græcis videbat adẽpta, in, ſequentẽ diẽ ſignũ ab ĩjs, qui miſſi fuerant, expectabat cætera craſſis quæ ad Apheras ſtabat, erãtq; interim recẽſendis nauibus occupati claſſiũ præfecti, quũ Scyllias Sicyonius, qui inter hoſtiũ claſſia rios erat, oĩm qui ea tẽpeſtate fuerũt vrinator optimus, ad Græcos tranſiugit. Ab Aphetis ad Artemiſium octoginta ſtadia ſub aquis natare traditur, res fabulę q̃ fidei propior. Herodotus, quod min⁹ a vero abhorret, nauigio eũ delatũ exiſtimat. Sed fiducia arbitror ſub aquis in tutũ euadẽdi, ſi neceſſitas coegiſſet. Is quę apud hoſtes pararent ordine expoſuit, quot naues circũagi iuſſæ eſſẽt, Euripiq; anguſtias infidere, cũ & valide ꝓcuſſa fuiſſet nuper hoſtiũ claſſis, placuit, priuſq; illę q̃ circũmiſſe fuerãt, adeſſent, fortunã experiri, aggrediq; claſſem ad Aphetas ſtantẽ, dum nihil minus cũ hoſtẽ expectaret. Barbari Græcarũ nauiũ paucitatem aſpernati, pateſacto aditu, Græcos temere inuectos in mediũ accipiunt, illi puppibus repente obuerſis pugnam intrepide capeſſunt, trigintaq; Xerxianas naues a fronte excipiunt, fuit certamẽ hoſtib⁹ grauius oĩno cũ animo conceperant, cæterũ prælio in plures horas extenſo, quũ nunchi, nũ cilli ſuperiores eſſent interuẽtu noctis pugna direpta eſt. Dẽſus himber, cum magno cœli fragore, crebriſq; fulminibus noctę, quæ ſecuta eſt, vtranq; claſſem ſolicitã habuit. Triremes interim, quæ inſulam circuibant, eadem tempeſtate diſiectæ, incuruis Euboeæ petris alliſę, noctu perierunt. Poſtridie quã ad Aphetas nauale prælium fuerat cõmiſſum, quinquaginta Atticæ

Demarathi tabulæ.

Scyllias vrinator

Naualis pugna.

Biduo Græci æquo mare dimicant.

naues superuenere, quib⁹ aucti Græcorum animi, iam & speculatoriæ naues nunciabãt. CC. illas hostium, quæ vt Euripum insiderent ab Aphetis solueranr, circa Eubœæ littora proxima tẽpestate absumptas, in Cilicũ naues ex improuiso impetũ dedere, quibus corruptis priusquã maius prælium consereretur, nox vtrãq; classem ab altera diremit. Tertio deinceps die Xerxianæ classis duces iniquo animo ferentes, tot milia nauiũ a tam paucis vexari, nõ expectato, vt a Græcis quicquã moueretur, ipsi sua sponte in altũ euecti, patefactis cornibus, quũ lunata specie classis in procinctu starer, ex aduerso Græci i pugnã processerũt, magnis vtrinq; animis aduersæ naues cõflixere, fuitq; pugna atrox per reliquũ diẽ, Barbaris multitudine in prælio stantib⁹, iam vbi primũ pugna iniecta est, ijs qui principes manũ cõseruerant cedẽdi facultas adẽpta est, multitudine a tergo ingruente. Multi interim Græcorum cadebant, sed Barbarorum multo plures: certamine itaq; in serum diei distracto, neutroq; ad huc fortuna inclinante, diuersi in suam vtriq; stationem abierunt, fuit tamen res Persica eo die melior, q; quinq; Græcæ triremes ab Aegyptiaca classe circũuentæ cum suis turpis in hostiũ manus venere, Atticæ naues ad hæc plus dimidio concussæ, multisq; hominũ vulneribus male affectę, quę res in causa fuit, vt cõtinuo cœptũ sit agitari de classe in interiora Græciæ reducẽda. Superuenit his incõmodis & alius atrocior nuncius, Leonidã & Spartanos ad Thermopylas cęsos, hostẽ viarum augustijs potiri. Tum Vero Græci nil amplius cunctandum rati e vestigio ex Artemisio soluunt, Themistocles in litus egressus, in his locis vnde hostem, si ad Artemisium venisset, aquaturũ certo sciebat, hæc in lapidibus scripsit. Viri Iones haud iuste facitis q; aduersus patres vestros militatis, & Græciã in seruitutem redigitis, sed quod præcipuum fuerit stare a nobis, sin hoc facere nõ potestis, saltẽ nunc sitis in medio, quod & facite, & Cares vt ipsi idem faciant obsecrate. Quod si horũ neutrũ licet agere, vt maiore sitis necessitate obstricti, quã vt vobis integrũ sit commilitiũ mutare, in re saltem gerẽda dum pugnã cõferimus imbellius agite, memores vos a nobis oriundos esse, & inimicitiarum nobis cũ Barbaro a vobis principũ extitisse. Videt mihi Themistocles ambiguo hæc consilio scripsisse, vt si literæ Barbarũ laterent, misericordia flecteret Ionas, traheretq; in partes: si minus, suspecti fierẽt regi, ac propterea minus illi vtiles in pugna, quorũ non esset opera vsurus. Xerxes vbi Thermopylarum est angustijs potitus, primum oĩm eos qui in pugna ceciderãt sepeliendos curauit, q ad viginti milia fuisse dicuntur. Horum mille ferme insepultos, vti casu occubuerant, iacere permisit, cæteros in altissimam soueam ad hunc vsum occulte excauatam, demitti imperat, terramq; studio cõplanari classiarijs deinceps præconem potestatem fecit loci adeundi, vt sciri posset quem exercitũ habuisset temerarius Græcorũ conatus. Leonidæ regis ea dauer capite prius adẽpto cruci prę nimio odio affixit, frequenter ex Histiæa (nam eo classis processerat, postquã ex Artemisio Græci profecti sunt) ad Thermopylas itum, visendæ rei studio. Interim regi nunciatur Græciã occupatum esse in Olympiaco Agone spectando. Hic quum Xerxis filius Tritantechines interrogasset, ecquod id prẽmium esset quo Græci tam alieno tempore allecti, satis cerraminibus vacarẽt, vbi oleaginã coronã, victorem præmiũ ferre didicit, in Mardonium conuersus exclamauit. Proh quibus viris Mardoni nos bellum inferrẽ voluisti, qui non certamen pecuniarũ agitant, sed virtutis. Thessali interim ira in Phocẽses accensi, ob varias clades, quibus haud vno tempore fuerant ab his affecti, nam tria milia Thessalorũ circa Parnasum, sexcenti Phocensium gypsati nocte vna cõfecerant, & rursus eiusdẽ gentis equitatum insidijs exceptum male perdiderãt, postremo cum tota Thessalia ad Barbaros defecisset, soli ipsi Græcię studiũ secuti, in partibus mansere, his irarũ stimulis agitati Thessali autores Xerxi fuerunt, vt per Doridẽ, quę media inter Phocenses iacet & Melienses, duceret, futurum rati, vt illorũ res, Barbarorum multitudẽ, breui obruerẽtur. Abstinuit Persa ab omni Dorienſium iniuria, enimuero occulte cũ rege sentiebãt. Phocensiũ pauci capti, quippe qui ante hostiũ accessum, partim Parnasi iuga insederant, partim ad Ozolas Locros profugere. Eorũ ager incursatus, fœdaq; vastatione affectus. Vrbes Thessalis hortantibus direptæ & incensæ, ita vt ne sacris quidem ædibus sit tẽperatum. Drimonem, Charadrã, Grochũ, Tethroniũ, Ampluceã. Neonẽ Triteas, aliasq; plerasq; vrbes hostilis flãma opsum pſit Phocensiũ quosdã per mõtana insecuti hostes ceperunt, & cum his mulieres etiam aliquot, quæ stupro supra modum vexatæ perierũt. Vbi ad Penopeas est ventum, bipertito Barbarus ducendũ ratus, ipse cum dimidio copiarum Athenas versus flexit. Cæteræ copiæ sub ducibus Parnasum dexterum habentes, ad templum quod Delphis erat diripiendũ, processerunt, Panopeorũ oppido Dauliorumq; & aliꝰ quibusdã Phocensiũ locis obiter incensis: horũ expeditio eo tẽdebat, vt direpto quod Delphis erat tẽplo, omnẽ regi pecuniam repræsentarent. Delphi ad famam appropinquantis hostis territi, sacros thesauros, siue oraculo moniti sunt ne quid mutarent, quũ ab initio in aĩo habuissent, eos humi cõdere, siue religione fraeti, cuius Babari postremo admoniti futurum sperabãt, vt nefario sacrilegio abstinerent, fugã molientes in aperto relinquunt. Ipsi Parnasi vertices transgressi, ad Corycum antrum quidũ, alij ad Amphissam Locridem cõrendere, plures cũ liberis & vxoribus in Achaiã cõcesserant. LX. circiter viri cũ vate vno i oppido remãsere. Vbi eo Barbari peruenerũt, magna tum rerum miracula sunt eorũ oculis oblata. Nunquã mali dæmones, quorũ haud dubie fuit domiciliũ illud, maiorẽ hominũ capturam sibi oblatã videre quã quũ ea tempestate, Xerxem & totum orbẽ quẽ ille secum trahebat, nouæ licebat superstitioni addicere. Duo igitur scopuli ex Parnasi vertice repente concussi, in subiectos hostes deuoluti, multos subeuntium obtriuere. Fulmina ad hęc de cœlo cũ fragore deiecta, & sacra arma sua sponte e penetralibus mota, vociferatioq; ex proximo Mineruæ tẽplo exaudita, subitam Barbaris consternationem iniecit, vt præcipites se inde quasi furore perciti per decliuia montis eiecerint, in quos Delphi saxa & rela torquentes, stragẽ ediderunt insignẽ. Hisq; phasmatũ ambagibus tẽplũ inuiolatũ mãsit. Trogus quatuor milia hoĩm Delphos venisse ait, quæ manus tota sit fulminibus fœdaq; tẽpestate cõsumpta, ac rum demũ palam factũ, quãto maior offensa est Deorũ q; homimũ, tanto præsentiorẽ pœnã grauioręq; sequi oportere. Sed dum hæc circa Parnasum geruntur Græci qui non paruã spem in Peloponnesiacis armis repositam habebant, vbi eos Isthmũ munire audiuere, vt cætera Græcia excluſa suã duntaxat terrã tuerẽtur, consiliorũ dubii, rantisper Athenienſium rogatu ad Salaminem substitere, dum illi rebus suis cõsulerent. Proposito itaq; edicto

Phocenſium facinus.

Vrbes Phocenſium diruta.

Themistoclis ars.

Xerxis cõsilium in regẽda suorum clade.

Miracula circa delphos.



edicto, vt quo quisq; posset vxores & liberos emitterent, Trœzenẽ quidã, alij Aeginam nonnulli Salaminẽ nauibus auexerũt. Plutarchus autor est, canem Xantippi qui Periclis fuit pater, in littore relictum, quũ abeuntis domini desiderio ferre nõ posset, triremem secutũ Salaminem vsq; nando peruenisse, ibiq; longa maris iactatione confectum, expirasse. Cæterũ his ita se habentibus, tantus Græcarũ nauiũ numerus Salaminẽ confluxit, vt trecentarũ quinquaginta octo sit paucis diebus ibi classis expleta. Aeschylus centũ octoginta Atticas naues in ijs fuisse prodidit. Xerxianas mille, nec amplius, Plutarchus, quod miror a tota Græcia Athenienſes destitutos ad Salaminẽ suis duntaxat viribus stetisse significat. Sed nos Herodotum libentius sequimur. Euribades igitur & alij cõsultare, quo potissimum loco cũ hoste nauale prælium conſererẽt. Erãt qui dicerent, circa Isthmũ potiusquã apud Salaminem, quia si hic vincerent, nulla spes subsidij adesset Salamine obsessis, ibi vero ob Peloponẽsi situ omnia tutiora. Tenebat adhuc ea consultatio, quũ trepide nũciatur, Barbarũ Atticã terrã ingressum, omnia circa Athenas ferro & igni vastare. Xerxes castris Athenas admotis vrbẽ multitudine exhaustam occupauit. Arcis oppugnatio aliquandiu victoriam remorata est. Plerique infimi ordinis, qui ob inopiam effugere non potuerũt, ligneo vello eam munierunt, oraculũ quod Delphis fuerat relatum secuti, breui tamen Xerxes ea vi potitus, quicunq; intus fuere obtruncatis, templũ cum ipsa arce diripuit, & incendit. Et hæc quarto circiter mense euenere, ex quo Xerxes Hellesponto copias traiecit. Quibus Salaminẽ nunciatis, consternati duces fugam per se quisq; moliri, tẽpestiua tamen Themistoclis ad Euribadem hortatione factũ, vt illic hostem expectare sint ausi. Ferũt Themistoclem multa in eam sententiã disserentẽ, vt si classis inde proficisceretur, actum videri de totius Græciæ salute, ab Adimantho Corinthorũ duce interpellatum, qui indignũ diceret, vt in tãto negocio is audiret, qui sine patria esset, alludens scilicet ad præsentem Athenarũ fortunã. In quem Themistocles ferociter inuectus, & solũ & vrbẽ multo firmiorẽ Athenienſibus q; Corinthijs esse testatus est, quũ ducentæ ferme naues instructæ starent, quas Græcorum nemo posset appellere. Sequenti igitur die sub ortũ solis mare & terra horrẽde mota est. Iam & ad Pharum Barbara classis erat, ibi rex per Mardonium classiariorũ ducum sententiã de futuro certamine scisciratus, cęteris consligendũ esse cẽsentibus, sola Arthemisia regina in hunc modũ dicitur locuta. Ego inquit Mardoni neq; pręlijs q̃ circa Eubœam gessimus, fui omnium ignauissima, nec; minima ab initio ad bellũ contuli, quæ cũ sim talis, æquũ existimaui ea quæ in rem Persarum esse sentio, hic coram fari. Itaq; hoc primũ suadeo, vt rex nauali prælo, si fieri potest, abstineat, nec cũ is nauale prælium depugnet, qui tanto cæteris viris in mari præstant quantum vos viri præstatis nobis mulieribus. Enimuero quid quæso attinet venire in discrimen naualis pugnæ? Athenæ Medorũ sunt, quarum gratia bellum hoc hortũ videri potest, nonne & reliqui Græci (nemo em̃ regi obstabat) qui illi? sese opibus opposuere, tam celeriter obtriti sunt, quã temere arma induerũt? Persica res in possessione est victoriæ, nunc audi in quo res hostium statu sint. Si nostra hic classis esse perseuerabit, Rexq; terrestribus copijs in Peloponnesum ire perget, consensus hic Græcorũ soluatur necesse est, si vno tempore Athenienſes hic & Peloponnẽſes illic rebus consultum volent suis. Cæteri auxiliares in suas quisq; vrbes, ne liberis & fortunis domi pericliten tur, dilapsi abibunt. Addo q; ne commeatus quidem affatim hostibus adsunt, quibus diutius classem alere possint. Quare nisi res præcipitetur, plura quidem indubitatã pollicentur victoriam, contra, qui rei maritimæ fortunã experiri malunt, videant ne res naualis male gesta, terrestribus sit copijs exitio. Metuo & illud, quod sępe euenire solet, ne bonis quidem dominis mali sint serui, vt malis boni, & nunc quidem inquit, quum Xerxes regũ omniũ sit optimus, serui sint mali: quippequi quũ plurimi simus, vel ignauia, vel perfidia fit, vt hac belli parte, non magis Xerxes timendus sit, q̃ eum timere oporteat. Tam libera oratio ciuilius q̃ consueuerat, est a Xerxe Mardonio referente excepta, laudataq; reginæ indoles, aliorũ tamen cõsensum secuto signũ pugnę proposuit, ipseq; spectator adesse cõstituit. Procedebant interim Isthmũ versus terrestres regis copiæ. Insederãtq; has Peloponnesi angustias, quę inter Ioniũ sunt & Aegeum. Lacedæmonij, ac plerisq; alij, eius terræ populi, duce Cleombroto, Leonidę, qui ad Thermopylas perijt, fratre: valido muro a mari ad mare, irrequiero opere deducto. Et iam certi erãt vi inde hostẽ arcere, cũq; Peloponnensium quidã cũ Medis sentire crederentur, nec enim gens vna terram ipsam ea tempestate incolebat, sed septem in ea censebantur gentes. Indigenæ duæ Arcades & Cyaurij. Et vna Achaica, quæ nunquã Peloponneſo excessit, quanq; sedem quãdoq; mutauerit. Aduenæ quatuor, Dorienſes, Aetoli, Dryopes, & Lemnij. Hæc gẽtium varietas, varia alebat studia, vt non vna tum voluntas esset in Græciæ libertate tuenda. Nec his quoq; multũ conueniebat, qui ad Salaminem stabant, de statione asseruanda, Corinthijs & alijs plerisq; vbi audi tum est Persas Isthmum versus ire, reclamantibus indignã rem ab Euribade fieri, qui dum Athenienſes audiat, Peloponnesum patiatur sine præsidio esse. Noua igitur disceptatio inter Græcos orta est, iterumq; de re consultari cœptum, ibi Peloponnesiacis obtinentibus, vt loco deceretur, Themistocles per Siciniũ filiorũ pedagogũ, hostibus consilium Græcorum noctu deferendũ curat, ac velut rebus Græciæ iam perditis Xerxi gratificari veller, suo nomine iubet Barbarũ monere, vt priusquã inde Græci dilaberentur, pugnæ locum occuparet, futurũ haud dubie, vt quicquid Græcorũ adhuc in partibus esset, paruo negocio opprimeret. Propero opus esse, ne si quæ sua sponte sese offerret, occasio negligeretur, mox paulo quum frustra id fieret requirẽda esset. Hæc Sicinius Themistoclis nomine ad hostem detulit, quibus eo maior fides est habita, quo in maiore res Græciæ discrimine sitę erãt. Psyttaleam igitur insulã & Ceon Cynosuram & quicquid freti interiacet Munichia tenus, et alia circa Salaminẽ loca, noctu hostes occupant, nequa Græcis pateret effugiũ, & hæc occulte, multoq; silentio veriti ne si hostis se circũueniri sensisset, priusquã illucesceret, noctis vmbra vsus fugam occuparet. Sed hęc oĩa, aliquanto priusquã facta sint, oraculo fuerãt prædicta, haud obscura significatione eorũ, quæ in pugna erant euentura. Carmen Delphis relatum hoc habuit. Aurícome postquã Dianæ litora iungent Nauales pontes cũ littoribꝰ Cynosurę Spe stolida sortes & Athenas Marte subegit. Compescet iuuenẽ miritissima pœna superbũ, Isthmę tum furijs sibi cedere cuncta putantem. Nam misscebitur æs æri mars sanguine pontum Inficiet, Graijs tum libera tẽpora reddet. Saturno genitus, simul

Canis xãtippi.

Athenẽ. naues.

Terræ motus.

Arthemisię vtilis oratio.

Themistoclis cõsilium.

Persarũ conatus circa Salaminẽ.

Oraculũ delphicũ

simul & victoria pollēs, & hæc sub initiū belli ex Delphico illo dæmonū sacrario fuerant Athenien-
Aristides sibus relata. Aristides interim, qui Athenien sium optimus habebatur, ex Salamine, quo per Themi-
stoclē & alios eius factionis viros Athenis eiectus se contulerat, ad Themistoclē venit, ratus tali tēpo-
re reip. priuatas inimicitias publicæ saluti posthabendas, Themistocli nunciat circunuentos esse a
Xerxianis Græcos, dimicandum esse fortiter, aut si Græci nō viri sint turpiter moriendū. Probat The-
mistocles Aristidis officiū, hortaturq; vt quæ de hostium consiliis ad se detulisset, Euribadi & cæte-
ris ducibus nunciaret, maiorem inquit illi fidem tibi habebunt hæc dicēti, q; mihi, qui iam dudum
Græci se hic manēdi sum autor, quod quum Aristides feci-
ad pugnā ser pugnandi necessitate impositā omnes a fuga ad
expediūt prælium animum conuertunt. Dubius adhuc con-
sensus erat, non omnibus Athenien si viro fidem
habentibus, quū Teniorum naui transfuga eadem
nunciante, nulli amplius dubium fuit, quin vbi
primū illuxisset, de summa rei, deq; vita esset cum
hoste dimicandum. Themistocles vehementi ora-
tione vsus, suos ad virtutem hortatur. Fama est
Euphrantide vate iubente tris Barbaros adolescen-
tes Sandanes regis fororis filios, Omestiæ Diony-
sio immolasse. Inde animis ad pugnam deuotis,
naues Græci soluunt. CCC. & octoginta numero
fuisse dicuntur. In hos mouentes continuo Barba-
ri, ex aduerso cursum intendunt. Athenien sibus
Quo or- Phœnices occurrunt, Iones cōtra Lacedæmonios
dine clas stetere, qui id cornu tenebant, quod ad aurorā erat
ses instru obuersum. Athenien sium triremis initium pugnę
ctæ. fecit, Aeginitæ a se ortum postea memorare sunt
soliti. Græci gratum seruantes, prælium q; non mi-
nore ratione, quā animo capessentes, magnum ab
initio Barbaris, temere incōsulteq; ruētibus, nego-
cium iniecere. Nec vtri sq; idem animꝰ, nec par stu-
dium. Græci fortunas, libertatem, vitam ipsam, in
aperto discrimine stram videbant. Nullū erat me-
dium, aut vincendum sibi esse arbitrari, aut caden-
Arthemi dum. Contra Barbari de aliena gloria, & imperio
siæ virtꝰ. dimicantes, magis numero q; viribus fræti, cōfuse
& incōstanter prælium ciebāt, quo accidit, vt primo
concursu res Graia superior esse cœperit. Eorū qui
a Xerxe eo die steterūt Arthemisia regina neq; for-
tius, neq; cōstantius pugnauit quisquā. Regis vox
post obitam pugnā audita est, fuisse eo die sibi vi-
ros fœminas, fœminas viros. Satis constat medio
ardore pugnæ, Calyndensium triremē ab Arthe-
misia depressam, dubium, casu an cōsilio, feliciter
illi cessit q; nemo Calyndēsium seruatus est qui ad
regem accusator extiterit; quo igitur longius extra
Persarū hebatur prælium, eo plures regiarum nauiū corrū-
clades, pi a Græcis aut capi. Et iam multæ aut captæ aut
depressę erāt, quum fuga cœpta est fieri. Tum mul-
to maior clades regiæ classi incidit, dum Barbaræ
naues cæcæ ruunt, seq; mutuo affligunt concursu.
Quibꝰ depressis nulla superesse Barbaris salus nan
di imperitis. Contra Græci aut ad proximas suorū
naues, aut ad littora euadebant brachiorum cru-
rumq; solerti iactatione. Inclinabat iam vt dixi res
Iones p- Persica, quum Phœnices corruptis nauibus ad re-
ditionis gem cōrendūt, Ionas proditionis insimulatus, Ce-
insimulā rum ita accidit, vt tantisper dum illi genti inui-
tur. diam faciunt, Ionica triremis Atticam vnam insi-
gni certamine vicerit, quo spectaculo Rex ira in
Phœnices accensus, erat enim supra modum mœ-
stus, extremo eos affecit supplicio, hęc adijciēs. Sic
perire oportere imbelles, qui meliores insimulant.
Et ipsi quidem Phœnices ita regis iussu interfecti
sunt. Trogus autor est, Iones, vt moniti fuerāt, ab
Athenien sibus se prælio subtraxisse, quorum defe
ctione regia sit classis victa, Barbaris acie dilaben-
tibus ad Phalerū fuga inclinauit. Aeginitę, Salami
nio freto insesso, fugiētes excipiebant. Plures tamē
Phalerū vnde soluerāt, peruenere, & in his Arthe-
misia, cui fugiēti insesto cursu institit Athenien sium
Trietarchus: indigne ferebāt Athenienses fœminas
quoq; in se arma induisse, decēq; milia dragmarū
præmiū proposuere, qui eā viuā cepisset. Aristides
qui ante initā pugnā Salaminē se receperat, ipse ea
parte rem Graiā pro viribꝰ iuuit. Plerisq; Athenie-
sium qui ad Salaminiū stabāt secū assumptis, i Psyt-
taleā transijt, subitoq; accessu Barbaros oppressit,
qui in statione ibi erāt. Atq; in hūc maxime modū
cōstat ad Salaminē a Græcis in Medos nauali præ-
lio dimicatū. Xerxes vbi res suas mari afflictas vi-
dit, veritus ne Ionū aliquis a Græcis subornatꝰ, ad
soluēdos pontes in Hellespontū nauigaret, ipseq;
in Europa deprehēsus vita periclitaretur, fugā me-
ditatus, turpissimo consilio nouū schema astruxit, Xerxes fu
aggerēq; aggredit in Salaminē deducere, in quem gam me-
vsum mandat Phœnicū onerarias cōnecti, constā diratur.
tiam eā alij credere, cæterū Mardonius quē nō late-
bat regis ignauia, ad fugā rem spectare arbitratus,
regi suadere est adortus, quod ille sua erat spōte fa-
cturus, vt. CCC. milibus lectorū hoīm secum reli-
ctis, ipse ne quos regni motus aduersi belli fama cō-
citaret, ex Europa cū cæteris copijs in Asiam transi
ret. Sciebat Mardonius ingens odiū sibi apud regē
& alios conflatum, q; eius belli autor fuisset, satius
ducens aut Græciam subigere, aut magnum opus
aggressus, si minus conficeret, honeste mortē occū
bere. Xerxes in Persidem misit, qui aduersam pu-
gnam nunciaret, tanta pernicitate Persæ vsi dicun
tur in rebus subito nunciandis, vt nihil in huma- Cursorū
nis transcurreret celerius, id negociū ita est ab ipsis pernicis
excogitatum, vt quod dierum itinere via consta- tas.
ret, tot viri ad cursum exercitati, paribus interual-
lis, locati starent, hicq; per manus, alius alij, literas
tradentes, irrequieto cursu suum conficiebant spa
tiū. Apud Græcos fascē cursores per vices ferre per-
seuerabant. Herodotus autor est eam equorū apud
Persas cursitationem, Angartion vocatam. Prior
nuncius quo significabatur Athenas a rege captas
Susa perlatus, tantum lætitiæ omnibus attulit, vt Nuncio-
viæ myrto stratæ, odoramenta multa passim ado- rū diuer-
lerēt. Salamiæ cladis recētior nunciꝰ adeo oīm ani sitas.
mos affecit, vt vulgo vestes laniarent, vociferatio
neq; & eiulatu irrequieto publicū testarentur dolo
rem, Mardonium vulgo execrantes, qui eius belli
fuisset autor, non tam de classe, q; de rege soliciti.
Xerxes Mardonij consiliū cupide cōplexus, atq; eo
cupidius, q; Arthemisia præsenti cōsultationi ad-
mota idē sentire visa est. Eā rex Ephesum dimisit,
cū liberis suis, & Hermotimo Perdusiēsi eunucho-
rum sibi gratissimo, Hic Pœniū Chiū mangonē, a
quo puer ipse fuerat exectus, in vltionem iniuriæ
quatuor liberos coegit testibus priuare, atq; ipsum Eunuchi
iam grandē natu filijs castrandū dedit, adeo inter- vltio.
dum vltio, etsi sera, multo tamē grauior acerbior-
q; iniuria sequitur. Nocte quæ diem pugnæ secuta
est, præfecti nauium ex Phalero soluere sunt iussi,
celeri q; cursu in Hellespontū ire, vti aduentū vsq;
regis præsidio pontibꝰ essent, nequa Græcorū ope
ra interim soluerent: Greci abeūtē classem Andro-
tenus secuti. Themistocles in Hellespontū eundū
censebat, pontesq; abrūpendos subita vi. Euriba-
des cōtra, satis in præsentia Græcos habere a iebat,
si præsenti bello seruarētur, nec inuitum hostē re-
tinendum



tinendum, quippe qui cum pugnandi necessitate
ferotior factus esset, periculū esse, ne Græciam ma-
gna ex parte afflictā ad interitū perduceret. Assen-
tiri huic sententiæ Peloponnesiaci duces, Athenię
ses contra continuandum cursu arbitrari, ac si so-
cij ire recusarent, suis viribus egregium facinus ten-
tandum. Hic Themistocles humanę vitæ casus se-
Themi- cum reputans, vt suum dum liceret apud Xerxem
stoclis nū meritum collocaret, ad quem tutum sibi pateret
cius ad effugium, si se casus aliquis præsertim q; ciuium in-
Xerxem uidia, quandoq; patria eiecisset, quod non multo
post præsaga mens futurū præuiderat, autor Athe
nien sibus fuit haud vlterius sequēdi. Sicinū dein-
de ad regem occulte mittit, qui eum doceret quæ
Athenienses de persequenda classe, pontibusq; sol
uendis, consilia agitarent. Igitur q; maximo posset
silentio properandum ad pontem, si incolumis cu
peret in regnum abire. Hic non vnus de Xerxis in
Xerxis Asiam reditu celebratur sermo, quidam, in quibus
reditus. est Trogus, accepto Themistoclis nūcio, cōsestim
sese fugæ expediuisse aiunt, relictoq; ducibus exer-
citu, ipsum magnis itineribus ad Hellespontum
contendisse, vbi quum marinis tempestatibus so-
lutos pontes offendisset, piscatoria scapha Helle-
spontū traiecerit, magno fortunæ ludibrio, vt is
paruo sordidoq; lateret naugio, quem nuper vix
totū mare ceperat, omniq; seruorū cateret ministe-
rio, cuiꝰ exercitꝰ propter multitudinē terræ & aquis
graues essent, fluminaq; aquantibus nō sufficerēt.
Herodotus Mardoniū ait cum lectissima parte co-
piarum in Thessalia relictum, inde regem ægre tra
here cepisse reliquū exercitū, laboratumq; interea
tanta cōmeatuū inopia, vt ne ab herbarū quidē ra-
dicibus, foliisve arborum, ac corticibus miles ab-
stineret. Ex inedia, vt assolet, pestilentia exercitum
inuasit, corporaq; duplici clade affecta, passim effla
bant animā, bestijs volucribusq; cadauerum sagi-
nam sequentibus. Ad postremum quia pontes so-
luti essent, aiunt exercitū nauibus Hellespontо tra
iectū. Est & alius de ea re sermo, Xerxē Athenis cū
exercitu profectū, ad oram vsq; sup Strymoas per-
uenisse, ibi vero copijs Hiderni relictis quas ad Hel
lespontū perduceret, ipsum Phœnissa exceptū na-
discrimē ui, cursum in Asiam tetēdisse, ac tum fœda tēpesta-
Xerxis et te coorta in discrimen vitæ adductū, qui quū a re-
comitū. ctore nauis quæsiuisset, an spes salutis superesset
vlla vectoribꝰ, nulla præter vnā, ab eo respōsum,
si vectorum multitudine leuaretur nauis. Erāt plu
rimi nobiles cū eo viri, tum rex suos hortatꝰ est, vt
siquā sui curam haberent, suo in mare desultu na-
uem exonerarent, quæ quū dixisset, illos rege ado-
rato cōfestim e naui in fluctus desiliisse. Idem quū
alij non pauci fecissent leuata naui rex incolumis
Asiam tenuit. Tum ibi gubernatorē nauis, quia re
gis aiam seruasset aurea corona donauit, donatūq;
ob eorū iacturam qui in subiectum mare sese naui
deiecerant, capite mulctauit. Sed postrema hæc fa-
ma minus celebris. Verum quoquo modo ille in
Asiam reuersus est, fugienti similis Græciam reli-
ANNI quit. Fuitq; hic annus, quo est ad Salaminē pugna-
MVN- tum quintę & septuagesime Olympiadis primus,
DI. si recte tēpora digerit Eusebius, idem vigesimus
primus supra quatermillesimū ac septingētesimū
a mundi origine, ab Roma condita ducentesimus
sextus, siue quintus, vt alij colligunt, ac septuagesi
mus, quo magis miror Eusebium tradidisse. X. fer
me annos post Fobiorū cædē a Xerxe in Græciam
descensum. Quum Dionysius autor sit illā Fabio-
rum cladem in eos annos incidisse, quibus Medi
Xerxis ductu Græciā bello inuaserūt. Nepos Cor-
nelius quarto anno, postquam ad Salaminē naua-
li prælio est dimicatum, Fabios ad Cremeram cæ-
sos prodit. Græci post Xerxis discessum, Andrum
insulam obsedere. Primi ex insulanis Andrij recu-
sarunt poscēti Themistocli pecunias in stipendiū
dare. Cui alleganti Athenienses ire illuc duobus ma
gnis numinibus impulsos, suadela & necessitate,
alij vi dicunt & necessitate, duo apud se quoq; ma-
gna esse numina Andrij respōdisse dicunt. Inopiā Duo An
& impossibilitatē, quibus Dijs obnoxij pecuniam driorum
daturi non essent. Fuit in Themistocle ingeniū su- dij.
pra quā dici possit versatile, & ad Apophthegma- Themi-
ta illa quæ in ciuilis vitæ partem reponuntur extē- stoclis in
porale, quod a pueris præceptorē non latuit, cuius genium.
vox memoriæ prodita est, nihil paruum se cernere
in puero, sed eum magnū aliquid, siue bonū, siue
malum futurū augurari. Stesimbrotus eum Ana-
xagoræ studiosum fuisse prodidit. Fertur & Melis-
so Samio operam dedisse. Mnesiphilus eum Phrea
rij auditorem fuisse arbitratus est, qui neq; orator
fuit, neq; physicus, sed quandā rerum gerendarum
prudentiam & cognitionē docuit. Fuit Themisto-
cles splēdoris & gloriæ supra cæteros mortales cu
pidissimus. Huius vox illa, quā Pindarus est in Ar
temisij prælio securus, initium vincendi esse fidu- Initium
ciam. Neq; illud minus vrbanę colligebat, anteire vincendi
filium sum cæteros Græcos potentia, Græcis Athe- fiducia.
nien ses imperare, se Athenien sibus, sibi cōiugem,
coniugi filiū. Filias matrimonio locare volentibꝰ
magis virū sine pecunijs, q; pecunias sine viro quę
ri oportere præcipiebat. Andrij ex cōtumacissimo
responso aliquandiu sunt obsidione fatigati. Est Andrus.
Andrus Cycladū vna, trium et nonaginta milium
passuum circuitu. Myrsilus Cauron primo, mox
& Antandron dixit. Callimachus Lassiā. Alij No-
nagrā, Hydrusam, Epagrim. Græci vbi Andrū ex
pugnare nequeunt, Carystio agro populato nam
hi quoq; ad Medos defecerāt) Salaminem rediere,
Hic votis rite solutis Isthmū nauigarūt, præcipuū
ibi præmiū daturi Græcorū meritissimo, qui rem
p̄senti bello oīm optime gessisset. Ibi quū primo
loco singuli principes singulos calculos haberēt, Præcipu-
in secūdo Themistocles multo superior fuit. Obsti- us honor
tit haud dubie liuor, quo min id iudicium sequeret. Themi-
Themistocles ex eo cōuentu Spartā venit, vbi ho- stoclis.
norificētissime est accept, inde proficiscentē, quod
nulli hospitū ad id tēpus fuerat datū, multi ad Te-
geaticos vsq; fines persecuti sunt. Idem dem Athe
nas reuersus ab ignobili quodā iurgio exceptus, q; Themi-
non ipsi sed Athenien sibus eū honorē Spartani ex- stoclis &
hibuissent, ita occurrisse fertur, res sic habet vt ais, Seriphij
neq; ego si Belbelinianus forē, sic a Spartanis ho- hois iur-
noratus essem, neq; tu si etiam Athenien sis. Sic gium.
Herodotus quem in his libens sequor. Plutarchus
Seriphium eum hominem fuisse ait, a quo cōuicio
iactatus, q; eum Athenarum celebritas, non virtus
illustrasset, ita responderit, vera sunt hęc inquit ho
spes, at si ego Seriphi essem natus, neq; ignobilis
forem, neq; si tu Athenis, clarus fuisses vnquā. Hęc
Græci post regis fugam. Artabazus cū. LX. milib
hominum quos a Mardonio accepit Potideam &
Olynthum obsedit, renebant eam vrbem Bottici
e sinu thermeo a Macedonibꝰ eiecti. Hos obsidio-
ne captos ac in paludem deiectos Artabazus truci-
dauit. Trogus Olynthum ait a Mardonio captam, Barbaro
nō ab Artabazo, vt scribit Herodotus. Potideam rū clades
quum tris menses obsedissent Barbari, postremo
maris æstu inde depulsi, in Pallenem concesserūt,
plus dimidio copiarum amisso, qui maris alluuio
ni superfuere, a Potideatis ferro excepti, ad vnum
interfecti

interfecti sunt. Artabazus secũdum hanc suorum cladem in Thessaliam ad Mardonium qui in ea terra hybernabat, se recepit. Classis regia ex Hellespõto in Samũ trãsmissit, ibiq; hybernauit. Erãt trecentæ numero naues contentæ si Ioniam a defectione continerent. Græcorũ triremes. C. ac decẽ in Aegi nam sub initio veris cõuenerãt. Cęterũ iuxta Græci Barbaricq; ex Mardonij motibus pendebãt. Qualis illi⁹ fortuna in administrãdo bello futura esset, talia & rerum in mari gerendarum cõsilia vtrinq; emersura. Erat Aeginæ Græca classis, Dux Leuthichides ab Hercule oriundus. Athenienſiũ dux erat Xantippus Ariphronis filius. Hic illis sedentibus legati ex Ionia superuenere, rogãtes, vt Ionas progeniem suam seruitute liberarent. Vix multis precibus tenuerunt, vt Delum vsq; classis processerit, vbi terione nauigatione abstinuerunt, cætera rati ad Ioniæ oram vergentia hostium præsidijs teneri.

Mutuus Græcorũ et barbarorũ metus.

Sed iuxta Græci Barbaros, Barbari Græcos formidabãt, neutri nisi per occasionem sua statione moturi. Sic mutuus timor vtrosq; rebus gerendis aliquandiu abstinuit. Mardonius interea Alexandrũ Amynthæ filiũ, cuius sororẽ Gigeã sibi matrimonio iunxerat, Athenas misit, vt si fieri posset Athenienses traheret in Medorũ partes, ita futurum ratus, vt si societatis specie a cætera Græcia Athenienses abduxisset, haud multo post terra mariq; victor existeret. Fuerunt Macedonũ reges a Perdica oriundi. Is cum Aeropo & Gauane fratribus ex Argis profugus, Cæterum a Themeno oriundus in Illyricum primo, inde in Macedoniã transgressi, mercenariam operam eius terræ regi locauere, alendis equis vnus & bobus alter, tertius pecorib⁹ pascendis. Accidit autẽ, vt dum panis a Perdica coquerẽtur, duplex fieret, id quũ semel atq; iterũ esset animaduersum, rex prodigiũ auersatus, domo fratres expulit, quib⁹ emeritã mercedẽ poscẽtibus, radios solis per fumariũ insertos, se illis mercedis loco dare respondit, ibi solẽ ense circunscriptũ se Perdicas accipere dixit, hãustuq; parentis sinus velut cõplexum se ferre prædicans, abijt, erat is fratrũ minim⁹. Rex secum reputans quorsum omen illud tẽderet. equites in eos abeũtes immisit, vt assecuti obtruncarent. Verũ sic accidit, vt amne ab eis transmisso, subito pleno alueo fluxerit, ita vt qui vestigio herebant, tumidũ nequiuerint amnẽ trãsnare, per hęcq; illi periculo seruati, in diuersam Macedoniq; plagã trãsgressi prope hortos habitarũt, qui Mydæ Gordio geniti fuisse dicebãtur. Genuit Perdicas qui regnum condidit, de cuius successu alio est a me loco memoratũ, Argeum, Argeus Philippũ, Philippus Aeropum, Aeropus Alcetam, Alcetas Amynthã, Amynthas Alexandrũ, qui Athenas est a Mardonio missus. Is ob vetus cũ Athenięnsibus hospitiũ multis hortationibus egit, vehementerq; est adnixus eos in regis societatẽ & amicitiã trahere. Aderant forte Lacedæmoniorũ legati, hi multũ diuq; sunt Athenienses hortati, ne se totãq; secũ Græciã funesta societate perditũ irent, meminisse eos oportere, bellũ quod vniuersam Græciã peruaserit ipsorum causa susceptũ, nec Barbaris esse fidẽ vllã habendã, qb⁹ neq; fidũ, neq; sanctũ esset quicq;. Nec multo plus Alexãdro, quia Athenienſiũ sit hospes

Macedonũ regũ successio.

Respondẽt Athenięnsium ad Alexãdrum.

credęd ũ, q tyrãn⁹ tyrãno operã nauatã velit. Athenienses deide sunt locuti, summa oĩm q̃ renũciari voluerũt fuit hæc, vt dicerẽt quãdiu sol eodẽ itine re mearet, neq; amicitiã ne societatẽ sibi cũ Barbaro futurã. Postremo et ipse monit⁹, ne deĩceps talia suasũrus Athenas veniret, ne hospes ab hospita ciuitare, q̃ nollet, alieno odio patereť. Cũ his Alexãdro dimisso, Lacedæmonios hortati sunt, vt quãdo iam ver appeteret, nec dubiũ esset, quin post Alexãdri reditũ cõfestim Mardonius in Atticã moueret, vt cõtractis copijs secũ in Bœotiã irent, vbi ad hostẽ procul distinendũ primas belli partes ĩ aliena terra occuparãt. Id Athenienſiũ consilium tunc erat, quum Mardonius auditis, quæ Alexander ex Athenis tulerat, nihil amplius moratus cũ oĩbus copijs per Bœotiã Atticos fines ingressus Athenas iterũ occupauit, decimo mense ab eo quo Xerxes eas ceperat. Ex Athenis Barbar⁹ Salaminẽ misit ad Athenienses, qui eo populariter migrauerãt, Mutichidem quendam Hellespontium, cũ his fere mandatis, quæ nuper Alexander Athenas tulerat, ratus quoniã armis subacta esset Attica, Athenienſium ferociã magna ex parte remissse, eoq; rerum oĩm desperatione adductos, vt iam de pace cogitare inciperent. Is vbi in senatu exposuit, quæ essent Mardonij postulata, Lycidasq; vnus e senatoribus sententiam dixisset, videri sibi de ea re esse ad populũ referendum, corruptus nepecunijs a Barbaro, an metu incertum: verum adeo iniquis animis ea sententia excepta est, vt multitudo facto in Lycidam impetu, lapidibus obruerit, nec virorum tantũ ea vltio fuit, quin & mulieres ipsæ, in Lycidæ domũ ruentes, vxorẽ & liberos lapidarunt. Sub id tẽpus Athenienses Lacedæmonẽ ad Ephoros miserunt, qui se proditos ab eis quererenť. Lacedæmoniorũ hortatu, honestissimas ab hoste cõditiones sibi nuper oblatas repudiasse, vt cõmuni Græciæ cõsensu libertatẽ tuerentur. Iam primũ oĩm neq; eos quod se facturos receperant militẽ misisse, vt primis hostium motibus in Bœotia occurreretur, neq; vbi hostis Atticã esset ingressus, afflictas rẽs Athenienſium respicere. Quare viderent, ne Athenienses socĩorũ perfidia ac vi hostiũ coacti cogerentur fidem cum re mutare, abiectisq; armis dare aditũ Barbaris ad reliquã Græciam subigẽdam. Ephori vbi legatorum postulata audiuere, in aliquod dies respõsum distulere. Persuasum plerisq; habuere fuisse Ephoris animũ negandi auxilia, verũ tantisper ex pectatione decreti legatos ludificari, donec murus ad Isthmũ qui iam ad exitũ spectabat, cõficeretur. Cæterũ Chilei sententia palam in curia prædicatis cernere se excidiũ Græciæ parari, si Athenienses ad hostes deficerẽt, quinq; milia hoĩm cõtinuo cũ Pausania ad bellũ misere. Erat is patruelis frater & tutor Philistarchi Leonidæ filij. Cleombrotus Pausaniæ pater haud multo antea vita decesserat. Spartanis Isthmũ versus ire maturantibus Argiui confestim ad Mardonium mittunt, qui illi nunciarent Lacedæmoniorũ iuuentutẽ ire Athenienſibus auxilio, ipse consiliũ ad eos accessu prohibendos mature adhiberet. Turbatus eo nuncio Mardonius, quia Attica regio parũ erat equitabilis, cæterum si vinci cõtigisset, neq; ad euadendum nisi per angustias habilis. Athenis incẽsis ac dirutis, retro ĩ Bœotiam abijt, vbi & Thebę vrbs amica, & regio equitatui idonea erat. Hic Mardonius iuxta Asopũ amnem ab Erythris, secundũ Lysias agrumq; Plateensem castra extendit, ita vt in frontibus dena essent stadia nec amplius, eaq; in hunc modum dispositа valide cõmuniuit. Herodotus autor est audiuisse se ex Thersandro Orchomenio, viro spectatę fidei qui iam grandis natu memorare esset solitus non multo priusquã fit ad plateas dimicatũ, Thebis se conuiuio interfuisse, quod Mardonius & quinquaginta honoratissimi Persarũ celebrabant, cũ totidẽ Thebanis, ac tum ex Barbaro quodam qui proximę accubuerat audiuisse, futurũ, vt paucis diebꝰ ex

Athenæ iterum a Barbaris occupãtur.

Athenięnsium factio.

Athenięnsium vltio in Lycidã.

Græci ad Citheronẽ castra faciunt Masisti casus.

Querelæ Athenięnsium ad Lacedæmonios.

Copiarũ numerꝰ.

Egesistratus.

Athenæ diruũtur & cremãtur.

Audita pręsagiũ Mardonij cuiusdam.

ijs Persis, qui cœnæ adhibiti essent, quicq; in castris agerẽt, q̃paucissimi superessent, ac cui his vbertim lachrymas effudisse, eũdemq; a se admonitũ, videret an expediret id Mardonio significare, ita occurrisse. Hospes quicq; euenire operter, id homini inuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicenti, quum fatalis necessitas instar, vlla haberetur fides multi quidẽ Persarũ quũ id sciamus, Mardoniũ tũ necessitate coacti sequimur. Est hoc in hoĩbus acerbissimũ, cũ qui multũ per se sapiat, minime potẽtẽ eẽ. In ea castra q̃ Mardonij⁹ in Bœotia fecerat, oĩm auxiliarium nouissimi Phocenses millevenerunt. Hos Mardonij⁹ iussu in aperto stãtes Persicus equitatus eximprouiso circũsteterit, percrebruit interim rumor totis castris, iussos Phocenses ab equitatu iaculis confodi. Tũ vero illi periculi magnitudine cõmoti, quum ad pulchrũ se certamen expedirent, appareretq; haud multos mortẽ obituros, sponte cessit eques, ipsiq; a Mardonio appellati vt strenui & fortes viri iussi sunt bene sperare, futurũ, vt si in fide perstarent, neq; se, neq; regẽ beneficijs vincerẽt Lacedæmonijq; Pausania duce Athenienſibus auxilio missi sunt, nonnihil circa Isthmum substiterẽ, quoad eo cæteri Peloponenses copias quisq; suas misere. Inde ad Eleusinem castra faciunt, quo Athenienses ex Salamine trajicientes, iunctis, copijs ad Erythras in Bœotia confederunt. Hi certiores facti Mardonium ad Asopũ castra habere, confestim & ipsi eo progressi, in conspectu hostiũ sub Citheronis radicibus muniũt castra. Persicus equitatus in eos statim est missus, Græci ab initio pugna abstinuerũt, in quos cẽtẽ probra multa a barbaris iacerenť, abstinuere tamẽ congressu. Adequitabat in fronte Masistius vir apud Persas inclytus Nyseo equo sedens, habebantq; Megarẽses ea parte, qua Medicus equitatus impetum dederat, stationẽ. Hi quum aliquandiu fortiter restitissent, hostium tũ impressione degrauati ad Pausaniã mittunt, sustinere se adhuc hostẽ, verũ nisi recens miles subsidio adfit, fore, vt nõ multo post victi statione decederent. CCC. Athenienses, Megarensibus iam fessis succedere sagittariorũ manu secũ assumpta, tũ pugna ibidẽ instaurata, Masisti equus insigni ardũitate sagitta percussus, vehemẽti calcitratu sessorem excussit. Circunsistunt Masistum cadentẽ Græci, multisq; vulneribꝰ petitus ob aureũ thoracẽ ali quãdiu violari nõ potuit. Oculo demũ pcusso collapsus interijt. Atrox ibi pugna orta supra iacentis corpus, cruentũq; vtrinq; prælijũ victoriã aliquan diu ancipitẽ fecit. Postremo Græci Masisti corpore potiti sunt. Tanti viri interitus adeo fuit barbaris luctuosus, vt se, equos, iumenta, more patrio totũ derint. Græci secundũ hanc pugnã audaciores facti ex Erythrys ad Plateas vt commodius inde aquarenť castra transferunt, inibiq; ad Gargaphiũ fontẽ vallũ proferunt. Lacedæmonij dextrũ latus tenuere, lævũ Athenienses. Summa copiarũ omniũ tã leuis q̃ grauis armaturæ, centũ & octo milia ac ducentos habuit. Mardonius Persas Lacedæmonijs obiecit, Athenienſibus Bœotios, Locros, Melienses, Thessalos, & mille Phocenses. Barbaroq; copiæ cũ Græcorũ appendicibus, numerũ trecentorũ quinquaginta miliũ expleuere. Fuisset a principio concursum, nisi Egesistratus Eleus arusper Mardoniũ nouisset, nihil se lætа ex inspicere. Erat Egesistratus Lacedæmonijs infensus, q; ab eis olim captus cõiectusq; in ligneas soleas sibi vt euaderet calcaneũ amputare est coactus, sed exercitũ in Lacedæmonios odiũ ei in exitiũ vertit. Emuero mox in Zacyntho captũ Lacedæmonij extremo supplicio



affecerunt. Decẽ igiť dies sine vllo memorabili pręlio transiere, vbi vero vndecimus illuxit, Mardonius cũ Artabazo de summa rerũ in colloquiũ venit. Ibi Artabazi sententia erat, vt copijs Thebas reductis, qũ frumẽto & pecunijs abundarent, pręlio abstinerent, daretur q; interim opera, vt consensus ille Græcorũ solueretur, ciuitatũ principibus pecunia corruptis. Id sentire & Thebanorum plerisq;, qui rei consultandæ fuerant admoti. Audire Artabazũ & alios Mardonius longioris tũ moræ impatiẽs, pśuasum eĩ habebat, se exercitũ longe meliorẽ q̃ Græcos habere. Cernebat pterea suas opes in dies deteriores fieri, Græcorũ transfugijs produ ctis itaq; Græcis & alijs in concionẽ, rogauit an esset qui sciret oraculũ vllũ extare, quo significaretur Persas in Græcia perituros, ad quã vocẽ quum partim rerũ ignoratione, partim metu silentiũ tenuisset, at nihil est, vt video, inquit, qd̃ vereri debeamus, nã qd̃ in fatis esse aiunt, si a Persis delphicũ tẽplũ diriperetur, tũ forte, vt gens ipsa in Græcia periret, enixe est a nobis cautũ, ne huic fato essemus obnoxij. Id ille. Herodotus tale oraculũ nõ Persis redditũ fuisse ait, sed Illyrijs & Encheleorũ copijs. Signũ itaq; Mardonius dari iussit, vt sequẽti die sub lucis exortũ sese pĺio expediręt. Alexander silentio noctis Arheniẽsiũ stationẽ adequitãs, certamẽ de summa rei instare ducib⁹ occulte significauit. Hortatusq; est, vt fortiter dimicarent, scirentq; Mardoniũ cõtra auspicia dimicaturũ. Athenienses duces rẽ ad Pausaniã deferũt, ab eis petijt, vt qñ Athenį. iã ĩ de a Marathonia pugna Persicis essent viribꝰ assueti in dextrũ cornu trãsirẽt, ipse aduersus Thessalos, & cætera hostiũ auxilia operã nauaturus. Id Athenį. nihil grauate pśtiterũt, quippe q nisi pudor obstitisset, sua sponte fuissent id a Pausania petitu ri. Bœotij sub lucẽ cõspicati cornua ab hoste mutata, statim id Mardonio significant, tũ Persa & ipse conatꝰ est ordines mutare, sed quũ rursus apud hostes id fieri vidisset, caduceatorẽ Mardoniꝰ ad Pausaniã misit, ipsi duci Spartaniscq; ignauiam exprobrãs, q quũ Græcorũ fortissimi haberi vellẽt, pĺicu lo in Athenięn. ablegato, ipsi, nõ nisi ex tutiore loco, essent manũ cõserturi. Cęterũ egregie Pausania facturũ, si pari bellatorũ numero de summa rei fecum velit pugnã decernere. Caduceatori nullũ est redditũ respõsum, quo Mardoniꝰ ferocior factus, subito equitẽ in hostẽ misit, vtrebat barbarus fagittarijs equitibus, q incredibili telorũ multitudine in Spartanos missa, cõtinuo Gargaphiũ fontẽ, ad quẽ illi stationẽ habebãt, cõfudere obstruxerũtq;, ex eo fonte vniuersus pene exercitus aquabat. Ex Asopo amne ob sagittiferos eqtes nõ licebat. Græci hmõi difficultate derenti, iter se cõsilia agitabãt, de castris in Asopi insulã transferẽdis, si eo die Mardonius pugnæ copiã nõ fecisset. Labit Asopus ex Citherone, atq; in subiectos cãpos egressus, diuortia facit, rursusq; intercapedine trium stadiorũ, iterũ in vnũ coit, huic insulæ nomẽ est Oeroe, qua Asopi filiã indigenæ fuisse aiunt, hũc locũ castris occupate scꝺa noctis vigilia Græci in aĩo habebãt, atq; inde partẽ copiarũ ad seruitia ex Citherone recipiẽda mittere, q̃ frumẽtatũ ierant, insessaq; erant ab hostiũ equitatu. Prælio itaq; sub noctẽ remisso Lacedæmonij, vt quã longissime equitẽ effugerẽt, ad Citheronis radices concessere. Athenienses secuti humiliora loca tenuere. Sociorũ plurimi ordinibus desertis, alij alio diuersi abierunt. Attulit ea res Pausaniæ multũ solicitudinis. Mardonius vbi primũ illuxit, hostiũ fuga animaduersa, Persas Asopo flumine transmisso Græcorũ vestigijs iubet insistere,

Persarũ consulta.

Athenį. facinus.

Mardonij cõsilia.

Græci ad Citheronẽ concedunt.

Instant Græcis Persæ.

reliquę copiæ sublatis signis sine ordine, sine imperio viam ingressæ, ducem sequuntur. Pausanias vbi Persicum equitatum cum tremitu aduentare vidit, ad Athen. mittit, qui nunciaret vltimum instare certamen, eam lucem aut perpetuam Græciæ libertatem, aut seruitutem allaturam, proditos esse se a sociis, duorum proinde populorū viribus stan dum, properarent secum copias iungere, quando iam aduersus se equestre prelium initum esset, aut si ipsi diuerso certamine occupati, subsidio adesse non possent, saltem ad vim equitum arcendam sagittarios ad se mitterent. Enimuero tanta sagittarū vis in Spartanos primo hostium accessu est immissa, vt præter alios multos, qui dum se pugnæ expediunt consauciati sunt, Callicrates quo præstantior ad id bellum ex tota Græcia venerat nemo,
Callicratis interitus. Pausaniæ sacrificanti astans sagitta ictus concidit. Fertur moriens dixisse, non dolore sibi, q̄ pro Græcię libertate perirer, sed q̄ nihil manus fus, nullaq̄
Acris pugna. eo prelio adhuc nauata opera, deficeret. Athenienses parari erant ad socios euadere, quum subito & ipsi prælio deprehensi, in vestigio pugnare coacti sunt. Diremptæ erant Græcorum acies, nec locorū iniquitate inter se conspicuę, ita Lacedæmonij tria & L. milia numero cum Tegeatibus ad prelium cō uersi, cum equite manum conserunt, pugnandiq̄ peritia Medicum equitatum lanceis prosternunt.
Mardonij iterit? Mardonius ea parte qua pugnam ciebat, magnum Lacedæmonijs negocium attulit, qui quanditu superfuit, per se nō solum restitit, sed Lacedæmoniorum etiam plurimos acie prostrauit. Posteaquam q̄ dux ipse, ab Arimneſto Lacedæmone saxo caput
Persarū fuga. saucius concidit, & mille lectorum equitum qui circa illum strenue dimicabant, labore & vulneribus occubuerunt, cætera multitudo subito terga vertit, sed quo illis fuga impeditior, locorum difficultate fuit, eo maior fugientium est cædes edita. Et hæc circa Lacedæmonios acciderunt, cum Bœotijs & cæteris auxiliaribus acre certamen Athenien sibus fuit, cruentoq̄ marte, & aliquandiu ancipiti euentu est vtrinq̄ pugnatum, cæterum hac quoq̄ parte fortuna belli nihilo fuit hostibus felicior. Fusi fugatiq̄ Bœotij, Thessaliq̄, & alij qui a barbaris
Castrēsis ædes. steterant, Thebas versus fugam inclinant, Castra quæ Mardonius operose muniuerat, aliquandiu sunt a barbaris retenta. Omnis fere multitudo, vbi res perditas viderat, eo flexerat cursum. Postremo hæc quoq̄ capta, omnisq̄ opulentiæ referta Græcis ad prædam concessere. Teterrima ibi hominum cædes edita, tātaq̄ cupiditate ferrum in hostes euagatum, vt ex triginta myriadibus exceptis ijs cum quibus Artabazus aufugit, ne tria quidem milia hominum superfuerint. Trogus quod diuersum est ab ijs, quæ Herodotus scribit, Mardonium ait viuum ex acie excessisse. castrisq̄ victores Græcos sine certamine potitos. Plurium opera eo est bello celebrata. Lacedæmoniorū tamen prima fuit laus, qui hostilem equitatum superant. Athenien sium
Sophones. virtus secundo loco celebrata est. Et in his Sophones Eutychidis maxime illustratus. Is ferream anchoram in acie circumtulit, qua in hostes proiecta plurimos a fuga remorat? est. Vt stabilior esset pugna, omnis præda Pausaniæ iussu est vnum in lo
Preriosa Persarū spolia. cum coacernata. Crateres, Phialæ, Lebetes, Mensæ, Torques, Acinaces, lecti, & alia ornamēta ex auro & argento stupori fuerunt spectantibus. Decimæ sepositæ, ex qua pecunia tripodes sunt Delphico Apollini dati, Iuppiter æreus. X. cubitorum in Olympia dedicatus, & ex eadem materia Neptunus in Isthmo septenum cubitorum. Cætera præda ex æquo diuisa. Secundum eam victoriam Græci communi nomine Ioui sacrificaturi Pythij monitu vt purum ignem sacris adhiberent, Delphos Euchidam Plateensem misere, vt inde ignem ad peragenda sacra deportaret. mirum est quod de eius celeritate Plutharcus & Plinius tradūt, vno die eū
Euchidæ celeritas. ne in mora esset, ignem ex Delphis Plateas attulisse, mille stadia emēsum, atq̄ Græcis salutatis igniq̄ reddito ad terram concidisse, nec ita multo post nimia lassitudine expirasse. Ferunt peractis sacris Pausaniam iussisse Persarum pistores & coquos si
Cœna Persica. sibi cœnam vt Mardonio assueuerant opipare instructam parare, cuius splendore insuetoq̄ luxu pmorum confestim iussisse & Laconicam cœnam inferri, Græcorumq̄ ducibus eo accersitis videris ne viri fortes dixisse, quam manifesta Medi laborēt amentia, qui cum tam laute cœnent Græcos parcissime victitantes subigere conati sint? Herodotus memoriæ prodidit procedente tempore ex Plateensi agro vbi fuerant hostium castra, humanum ca
Caput si ne futura put relatum nullam habens futuram, sed ex vno solidum osse, maxillam ad hæc inuentam indiscretis dentibus, sed os vnum fuisse pro dentibus. Sunt q̄ & quinum cubitorum eisdem locis ossa quædam reperta. Thebani deinde bello petiti, qui cum Medis in acie steterant, eorum ager populatione vastatus. Eminebant inter suos populares præcipua inuidia Timegenides & Attaginus, Thebanorum longe principes, fuerantq̄ hi ab initio ad supplicium requisiti, cæterum procedente obsidione, Timegenides autor fuit ad populum, vt ipse & cæteri qui ad supplicium deposcebantur, Græcis dederentur, modo ciuitas præsenti solueretur bello, ratus fore, vt nulla atrociore pœna, sed pecunia dū taxat mulctarentur. Thebani defectionis autoribꝰ deditis, bello soluuntur. Attaginus priusquam deditio vlla fieret solum voluntario exilio vertit. Eiꝰ liberi ad Pausaniæ conspectum constituti, vt pro patre pœnas luerent, eos Spartanus dux dimisit in columes, negans pueros Medicarum partium, sed puerorum parentes adiutores fuisse. Qui dediti fuerant Corinthi Pausanias securi percussit, Artabazꝰ cum his copijs quibus acie excesserat magnis itine
Thebani supplicio afficiuntur. ribus per Thessaliam & Macedoniam in Thraciā peruenit, nauigijsq̄ Bizantij paratis in Asiam traiecit, passim socios cum fugeret iudificatus, quasi a Mardonio qui cum reliquis copijs paulopost affuturus esset, ipse ad negocium in Thracia obeundū properaret. Eodem die quo est ad Plateas dimicatū ad Mychalem quoq̄ in ora Ioniæ ingens victoria a Græcis perta est. cōfederat Græcorum classis Leuthichida Lacedæmonio duce in Delo. Samiorum legati inde Græcos occulte accersunt, pollicīti fore, vt regiam classem quę erat Sami si eo annauigarēt nullo maiore negocio opprimerent. Cæterum nihil æque dux Lacedæmonius secutus creditur quā Euthichidis qui inter legatos erat nomen. Barbari audito Græcorum accessu quia a prelio abhorrebant continētem oram quæ Michalæ prætenta est, naues contraxere, valido præsidio fręti quod ad oram Ioniæ tuendam his erat locis sub Tigrane omnium Persarum specie & statura eminentissimo. LX. peditum milia naues huc subductas vallo muniunt. Græci vbi Samum venere, hoste illic non reperto inter se consultant, petant ne Hellespontum, an retro pacato mari abirent. Neutrum placuit, sed recta visum est ad Michalam procedere, quo naues hostium concesserāt. Omnibus itaq̄ ad pugnam diligenter instructis classeq̄ infesto litori appulsa, vbi barbarum terrestri pugnæ paratum



tū videre, Leuthichidis hortatu Græci in littus desiliūt, Persæ priusquam prælium iniretur, Samios suum cōmilitium secutos armis exuunt, rati id qd̄ erat Græcos ab eis ex Delo ad ea loca accersitos. Milesios per speciem insidendorum a tergo itinerum procul inde ablegant. Nam & ipsi in defectionis suspitionem ac proditionis venerant. Mox tesiudine ex Gerris facta sese stipant, Græci contra animorum robore connixi, in hostē ira instructū impetum faciunt, quibus ad pugnam euntibus per vniuersum exercitum subito manauit rumor ga caduceum supra fluctum apparuisse Mardonij exercitum cum ipso duce ad Plateas deletum. Ea fama quoquo modo illuc delata est (merito enim miraculi locum obtiner, quāquam, Plateis dilucio sit pugnatum ad Mychalam vesperi) multo ad id certamen capessendum Græcos ferociores reddidit. Fuit & illud memorabile, q̄ vtrobiq̄ apud
Pugna terrestris ad Mychalam. Cereris templum est eo die dimicatum, duplex q̄ victoria parta, Plateensi agro, & apud Michalam eius deæ erat templum. Athenienses in littus & planicem alterum cornu tenebant, per confragosa loca & mōtes Lacedæmonij. Qui dum circumagūtur Athenienses interim acre prælium ciebant. Persæ quoad sibi gerra mansere, pulchre se tuentes, nihilo erant hoste inferiores. Athenienses autem cuneo mutuaq̄ hortatione innixi, restudinem infringunt. Restiterunt sic quoq̄ aliquādiu Persæ demū solutis ordinibus conati sunt sese intra munitiones recipere. Quibus Athenienses Corinthij & Si
Græcorū victoria. cionij mixto agmine vna irrumpunt. Vbi igitur mutus captus est tum demum barbari pugnæ immemores fugam capessunt. Persæ soli omnium pugnam extrahere, etsi ad paucos redacti, quum Lacedæmoniorum manus per montes circumacta pugnam ægre sustinentibus superuenit. Tum in medio Persæ trucidantur, caduntq̄ Mardontes vir clarus, & Tigranes dux pedestrium copiarum. Nec victoria Græcis incruenta obtigit, multi acie perierunt, & in his Sicyoniorum dux Perilaus. Samij vbi prælium initum videre, continuo arreptis armis temere iacentibus Græcis suppetias tulere. Se
Persæ Ionia deiciuntur. quuntur cæteri Iones & in primis Milesij, qui ad mōtanos tramites insidendos missi. Persas ex acie fugientes, velut insidijs exceptos passim obtrūcāt Atq̄ per hæc quæ dixi Ionia iterum a Persis defecit. Græci plurimis barbarorū partim in acie, partim in fuga cæsis, hostium naues igni consumpsere, prædaq̄ in suas congesta retro Samum abierūt. Inde in Hellespontum vela faciunt soluendorum pontium consilio, quos vbi disiectos viderunt, Lacedæmonijs in Peloponnesum abuntibus, Athenienses Xantipo duce Sestum in Chersonneso oppugnant, obsidio illa tam diu tenuit, vt qui obsidione tenebantur, lectorum funibus elixis vescerētur, omnium demum rerum inopia adacti deserto Chersonnesi muro Persæ noctu cum Artaycle &
Athenię ses Chersonneso potiunt. Oebazaro ducibus fugā capessunt, vbi vero dies illuxit Chersonnesitæ e turribus rem Athenienses bus indicant portasq̄ patefaciunt. Oebazarum in Thraciam fuga delatum, Abſynthij Plestoro indigenę deo ritu suo immolarunt. Artaicles cum filio super Egos fluenta captus, Sestō est retractus, vbi circa Hellespontum qua Xerxes ponte copias traiecerat, filio ante oculos lapidibus obruto, ipsum Xantipus dux tribus tigillis humi defixis suspendit. Nec aliud memoria dignum gestum est foris eo anno. Athenienses in Atticam reuersi sunt, quū alias secum pecunias portantes, tum vero Hellespontiacorum pontium instrumenta, quæ Sesti
Persarū suppliꝯcia. erant, vt rei gestæ ad posteros monumentum essent deorum templis illaturi.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE LIBER III.

IRAT Græcia graui defuncta bello, quum Romæ intestinæ discordiæ fasces maximæ, vt siquando alias, inter patres & plebem exarserant, hinc cōsulibus inde Tribunis Repu. corpus in partes distrahētibus erantq̄ hoc anno quo id malū validius incubuit, App. Claudius & T. Quintius consules. His magistratum ineuntibus, Volero & C. Lectorius Volerone vehementior militari gloria præferoces, legem de Tribunis comitijs assiduis concionibus celebrantes ciuitatem in apertum certamen traxere. Sed maius omnino fuit consulibꝰ negocium cum Lectorio, qui quum de nulla re frequentius quam de lege loquereturr, nihil interim a consulum insectatione abstinebat, Appium super bissimamq̄ eius filiam criminando, eum non consulem a patribus sed carnificem ad vexandam plebem datū clamitabat. Erat in eo rudis lingua, nec publicis disceptationibus assueta. Deficiente itaq̄ oratione, quoniam inquit qurites haud facile loquor quæ vellem, paucis vos moneo vt crastina die adsitis, aut enim hic in conspectu vestro moriar, aut legem perferam. Occupant Tribuni tem
Vrbana seditio. plum postero die, circunsistunt consules eorum actus impediturī cum nobilium caterua. Hic consulibus petentibus, vt sibi pauca de repu. ante legis larionem pro concionce loqui liceret, facta a Tribunis & populo dicēdi potestate, Quintius molli popularíq̄ oratione ita flexerat plebiorum animos, vt multo plures legem abrogaturi si continuo itum esset in suffragia, quam probaturi viderentur. Secutus inde Appij sermo tam a Quintij cōcione diuersus, vt vix ille tantum fauoris nobiliū causæ conciliarit, quantum hic odij & inuidiæ, q̄p pe quia plebis ignobilitate exorsus eo descēderit, vt tribunatum rem pernicioſam ciuitati diceret, solere affirmans ex bonis seminibus felicem vberēq̄
Inuisa Appij cōcio. prouenire frugem, ex malis autem malam & pernicioſam, tribunatū ex secessione plebis & discordia ortum, præter temeritatem & violentiam eum magistratum habere non posse. Verum illud multo iniquius ferendum, vt ij quibus necq̄ aræ essent, necq̄ foci, leges ciuitati præscriberent. Quæ auditu grauia adeo tribunos irritarunt, vt Lectorius confestim Appium iusserit e concione abire, qui quum minus pareret, missus est in eum tribuni minister, quem quum lictores contemptim repulissent, Lectorius cum parata hominum manu eo violenter occurrit, maiestatem vindicaturus, restitit tamen Appius nobilium globo stipatus. Liuius in priua tos quosdam viatorem a tribuno missum scribit, qui iussi templo facessere non paruissent. Verum negante Appio iusu vllum tribuno esse in patricios ministrum a Lectorio in ipsum cōsulem missum, contra, a consule lictorem in tribunum. Qui haud dubie violatus esset nisi tota concio atrociter pro suo esset magistratu coorta. Et iam ex tota ciuitate fiebat concursus in forum, fuissetq̄ nō fine cruore certatum, nisi Quintius dato consularibus viris negocio, vt collegam e foro abducerent, ipse nunc sæuientē plebē leniendo, nunc tribunos rogando,

vt concilium dimitterent, darentq; iræ spatiũ, non ius suum illis tempus adempturum, sed gerendæ rei additurũ consiliũ, futuros patres in populi potestate, consules in patrũ, funestã ciuitati pressit seditionẽ. Aegre lenita est a Quintio multitudo, sed multo ægrius cõsul alter a patribus. Dionysius autor est, Quintio suadente cõcessisse Lectoriũ vt delatione legis senatus arbitrio staretur. Ac tum P. Valerij sententia ad tollendã discordiã permissum, vt Tribus in suffragia mitterent, reclamãte Appio deos hoiesq; testãte p metũ pdi rẽpu. ac deseri. Nõ cõsulẽ senatui, sed senatũ cõsuli deesse. Grauiores accipi leges q̃ in sacro monte paucis ante annis acceptæ fuissent. Cæterũ patribus a certamine abhorrentibus, petentibusq; ab eo vt tantã cõsularẽ maiestatẽ esse veller, q̃ta in concordi ciuitate esse posset, nedũ tribuni consulesq; omnia ad se traherent, nihil publici iuris i medio relinqueret. Appius cõ sensu patrũ victus queuit. Lexq; sine vlla maiore altercatione plata est. Cœperũtq; tũ primũ Tribuni & Aediles sine auspicijs, sine religione tribunitijs comitijs creari. Calpurnius Piso tres priori numero tribunos tũ additos prodidit, ac quinq; tantum creatos scripsit, quo apparet duos a principio Tribunos creari solitos, Quod Dionysij opinioni repugnat. Liuius Pisoni astipulatur. Volsci & Equi discordia ciuitatis fræti, in Romano agro castra fecerant, quẽ late populati expectabant an vlla fieret a plebe secessio. Cæterum sublata discordia continuo hostes retro abierunt. Consules delectu habito Appius in Volscos, in Equos Quintius duxere, dispari fortuna vsi, vterq; suo ingenio similia expertus. Oderat Appius exercitũ suũ, residuoq; ciuilis certaminis odio militẽ vexabat, odere qui in exercitu erãt ducẽ, segniterq;, ociose, cõtumaciter oĩa agere, nõ metus cuiq;, nõ pudor obstabat. Si agmẽ consul properare iussisset, tardius incedebat: si operis spectator adesset, rem sponte motã remittebãt, execrabantur abeuntẽ, irascebatur inuictus ille animus nec cũ militibus aliq̃d agebat amplius. Coruptũ a cẽturionibus exercitũ dictitans, eosq; cauillans Tribunos plebis & Volerones appellabat. Volsci q horũ nihil ignorabãt, vehemẽter pugnare cupiebãt, rati Appiũ acie cõgressum, nihilo vtiliorẽ habiturũ militẽ q̃ in Hetruria Fabiũ habuisset. Sed multo ille infestior fuit Appio, quã Fabio olim Haud eñ hic vt in Veijs vincere noluit, sed qđ atrocius violẽtiusq; fuit, se vinci est passus. In aciẽ, pductus victo fusoq; similis, turpiter castra repetens nõ prius restitit q̃ hostiũ signa castrorũ munitionib⁹ inferri vidit. Dionysius autor est, potuisse eo die Romanũ exercitũ deleri, nisi hostis veritus esset, ne in insidias ꝑcipitaret, nã verã esse eã fugã, credebat nemo, q̃n pene priusq; man⁹ cõsereret, inclinasset. Necessitas vim militi expressit hostẽa valo repellendi, apparuitq; tñ eo die castra capi noluisse, cætera de industria in consulis odium acta. Fremebat Appius, desertore esq; patrio more punire adortus, concionẽ aduocari iubet. Legati Tribunicij circunfusi orant, ne imperiũ cuius vis in obedientiũ consensu sita esset, tam alieno tẽpore experiri vellet. Negabat miles se ad concionem iturum postulabatq; palam, vt ex Volsco agro castra moueretur, magnam cladem accepturam, sed maiorem omnino instare nisi fusus fugatusq; exercitus in pacatum abduceretur, Appius in sequentem diem iter pronunciari iubet. Postridie prima luce signo profectionis edito, agmen castris egressum porro ire cœperat, quũ repente hostis extremos adortus trepidationem & tumultum iniecit. Qui terror ad primos perlatus signa & ordines turbauit, mox & fuga orta, tũ vrgente hoste per corporũ armorũq; stragem milites elapsi, non prius fugiendi finem facere, q̃ hostes insequendi. Collectis demũ ex dissipato cursu militibus cõsul in pacato castra posuit. Ibi atrociter in desertores inuectus, vbi signa, vbi arma essent fremens requirebat. Nec vltionem distulit, signiferos centuriones & duplarios virgis cæsos securi percussit. Ex cætera multitudine decimũ quẽq; pari affecit supplicio. Cõtra in Equis beneficijs est inter ducem & exercitum certatum. Quinti⁹ natura mitis, exemploq; collegæ adhuc mitior factus, benigno moderatoq; imperio sibi militẽ ad omnia deuotissimum reddidit. Qua ducis exercitusq; concordia perculsus hostis, agrũ vastari passus est. Præda ingẽs in agris parta militiq; data, ob quę tum duci tum propter ducẽ patribus placatior rediit exercitus, sibi parentem, alteri exercitui dñm nõ ducem a senatu datum dictitans. Turbulentior inde annus secutus L. Valerio & Tito Aemylio cõsulibus. Publium pro Lucio, & pro Tyto Tyberiũ apud Dionysiũ legere est. Lex agraria reuocauit ordines in certamẽ. Appium iudicium ciuitatẽ in diuersa studia accendit. Stabat Appius priuatus pro possessoribus cõtra agrariã legẽ non minus tribunitios conatus infringens, quã si tum consul esset. Quam hominis audaciã M. Duillius & C. Siccius Trib. plebis iniquo animo ferentes, ei diem dixerunt. Capita accusationis fuere, q̃ plebẽ ludibrio haberet, excitaretq; in vrbe seditionem. Et q̃ contra sacras leges Tribuno manum intulisset, esseretq; ipsius culpa in Volscis male dimicatum. Nullus vnq̃ reus magis tribunos & plebem contempsit. Adeo vt ne patrum quidem hortationibus perpleti potuerit, vt reus vestem de more mutaret, aut rogando prehensaret quẽq;. Semel omnino cãm dixit, non timido vt reus, sed accusatorio spiritu, tanta q; constantia vt non minus plebi formidabilis tunc esset, q̃ quum consul fuit. Ipse priusquam iudicij dies adesset morbo decessit. Defuncti laudationem, quam frustra impedire tribuni adorti fuerant, multitudo tam libenter audiuit quam viui accusationem, exequiasq; frequẽs celebrauit. Dionysius autor est a filio adolescente pro rostris eum laudatum, Appiumq; sibi mortem consciuisse credidit. q̃q; necessarij eum morbo extinctum dicerent, vt minus esset eius exitus infamis. Post hæc Valerius ad Equicum bellum profectus, Aemylius in Sabinos; nam & hi ciuili Romanorum discordia fræti, in Romanum agrum hostiliter irruperant. Tenebant se Sabini in oppidis, estque libere eorum agera consule igni & ferro fœdatus. Traxit clades illa Sabinos in apertum, vt prædatoribus occurrantes prælium ex occasione committere sint ausi, ancipiti q; prælio digressi, postridie in tutum abierãt. Id satis visum consuli, atq; pro victo relinquens hostem, Romã decessit. Valerius in Equis aliquot leuiora prælia cum hoste fecit, compulsumq; intra vallum quum oppugnare adortus esset, fœda tẽpestas cœlo deiecta ab opere deterruit. Est res prodigij loco accepta, q̃ reductis in castra legionibus serena & tranquilla dies ex obscura & turbulenta subito est facta. Castra igitur velut aliquo numine defensa, iterum oppugnare consul non est ausus. Reliqua vis belli in agrorum populatione fuit. Secuti deinde consules T. Numitius & Au. Verginius. Principio huius anni grauis ob legem Agrariam impendebat seditio, haud multo post in perniciẽ ciuitatis eruptura, quum ex villarum fumo & agrestium fuga hostes, appropinquare est cognitum.

Erant

Prima comitia tribunitia.

Supbia Claudij in exercitu vexando.

Exercit⁹ cõtumacia in Claudiũ cõsulem.

Claudi⁹ milites animaduertit.

Mutuũ ducis & exercitus studium.

Valerius & Aemylius consules.

Appij Claudij cõtumacia & mors.

T. Numit. Au. Verginio cõsules.



Erant hi Volsci, qui consulum accessu non expectato, in pacatum confestim abierunt. Nec ita multis interiectis diebus Numitius Antium aduersus Volscos est profectus, Verginius in Equos, qui nõ ausi aperte congredi, insidias circa syluas qua consul ducturus videbatur, occulte disponunt. Nec latuit Romanos hostium consilium, paratusq; & instructus pugnæ subijt consul syluas, ibi Equorum cæde edita incolumis miles in apertum euasit. Liuius rem ait in discrimen temeritate consulis adductam, militisq; virtute restitutam. Equi quod satis constat ea clade fracti, pro victis iam inde prælio abstinuerunt. In Volscis susi primo congressu hostes, in Antium vrbem compulsi, id oppidum in Volscis opulẽtissimum Numitius oppugnare nõ est ausus. Ager populatione vastatus & Cœno oppidum ex Antiatibus captũ. Sed dum hæc in Volscis geruntur, Sabini consulum exercituumq; absentiam nacti ad vrbem vsq; populabundi processerunt. In hos ambo consules omnem vim belli vlsciscendi stolo vertunt, pauciscq; diebus multo maiorem Sabini quam intulissent cladem acceperunt. Reliqua parte anni ab externis armis quies fuit. Creati in sequentem annum cõsules P. Quinctius Q. Seruilius. Sabini in crustuminos cãpos subita populatione effusi, villis circa Anienem in censis ad vrbem vsq; Romanum agrum incursarunt, prædã hominum pecudũq; ingentem ex ipsis prope mœnibus egerunt. Quos Seruilius infesto exercitu insecutus, equis locis adipisci non potuit, iram accepræ cladis in agros vertit, in quibus nihil bello reliquit intactum, prædaq; multiplici capta Romam rediit. Nec minus prospere in Volscis Quintius bellum administrauit. Primo collatis signis cum hoste conflixit, qui Volscis auxiliarib⁹ in societatem belli assumptis multitudine abundabat, ad meridiem vsq; equo marte dimicatum. consul adductis in dextrum cornu, vbi suos hostium multitudine degrauari sensit, subsidiarijs equitibus, ibi ad terram desiliens. vt cęteri idem facerent hortatur. Felici deinde mendacio alterum cornu hostium fusum fugatumq; inclamat, iuuarent ipsi altera parte victoriam, & cum his impressione facta cõfestim hostem loco submouit. In quos haud dubie turbatos equitem resumptis equis immisit. Inde celeri cursu veraq; fugæ nuncius in alterum latus deuolat, vbi sua præsentia nunciog; inchoatæ victoriæ suos ita erexit, vt momento temporis hac quoq; parte perculsi hostes fugam fecerint. Nec cõsul cedentibus nimium instandum putauit veritus ne si redintegratum fuisset prælium, sui vulneribus & labore fessi vincerentur. Paucis inde diebus velut induciæ vtriq; fuerunt. Interim hostis supplementis ex vtraq; gente accersitis, suas opes studio auxit, ferociorq; ex eo factus, tertia noctis vigilia Romana est castra oppugnare adortus. Quintius sedato tumultu qui sub primum hostium accessum inciderat, cohortem iubet ante vallum instructam stare, ibiq; cornicines tibicinesq; equis sedentes per reliquum noctis canere. Id tempus in castris quieti datum. Interim vero equorum hinnitu concentusq; tubarum & lituorum tanquam Romaniamiam in prælium erupturo hostem solicitum habuit. Vbi autem illuxit, Quintius militem satia tum sumno in prælium mittit, missus fessum hostem stando, peruigilioq; noctis affectum primo impetu fudit. Collis erat quidam medio fere spatio inter bina castra, huc se perculsi hostes trepide receperunt. Quintius suorum impetum sistit, ne si fortuna victoriam variasset, temere fecisse crederetur: q̃ iniquo loco paucos aduersus plures pugnare coegisset. Militibus tamẽ reclamantibus infandumq; perculso hosti dictitantibus, quum & equites affirmarent se ante signa ituros reintegrato clamore pilisq; humi defixis, vt leuior esset ascensus in aduersum collem subeunt. Hostes effusis ad primum impetum missilibus saxa pedibus obiacentia in Ro. subeuntes deuoluunt. Obrutum est ruina quadam sinistrum cornu Quintio, & iam præceps pernicio sacq; fuga instabat, quum consul temeritatem & ignauiam militi exprobrando, metum pudore excussit. Resistunt itaq; obstinatis animis, inde ausi inferre gradum sublato clamore commouent, aciem connixiq; vna exuperant loci iniquitatem. Euaserãt propemodum primi in summum cliui iugum, quum hostes fuga dilapsi, per ipsa colis decliuia præcipites abeunt. Plurium fuga ad castra inclinauit, victor Romanus vestigio hærens cædebat fugientium terga, ita vt vno pene agmine fugientes sequentesq; castris inciderint. Captaq; sunt eo pauore castra: qui ex acie effugerant Antiũ sunt fuga delati, ad quod haud multo post sunt Romana signa admota. Oppido consul paucis diebus voluntaria deditione est potitus. Ob præclare gesta, senatus illi obuiam processit, triumphumq; detulit. Et res Ro. in hoc erat statu, in Palestina nil Dario rege præter ea quę sunt alio loco memorata relatu dignum accidit. Septimo Xerxis anno, si recte Iosephus digerit tempora, Esdras inter homines Hebraici sanguinis adhuc in Assyria agentes prudentissimus, quippe qui Mosaicas leges vel hominum incuria vel iniuria temporum propemodum deperditas, quia omnia memoria teneret, literarum monumentis restituit. Ob celebrem sapientiæ & sanctitatis famam regi non ignotus facile ab eo impetrauit, vt ex Babylone populares suos secum migrare volentes in Palæstinam deduceret. Xerxis literarum quas Xerxes ad illum dedit hæc fuit forma. Rex regum Xerxes, Esdræ sacerdoti diuinæq; legis interpreti salutem. Ad nostram clementiam attinere credidi, vt si qui Iudęorum qui adhuc in Assyria agunt Hierosolymam inuisere velint, his visendi potestatem facerem, sic mihi septęq; meis conciliarijs visum, vt ire volentes ritu gentis & ex lege dona Israelitarum Deo ferant, quę ego & amici vouimus, quicquid prętera auri et argenti in terra Assyria deo dicatum inueniri potest, id omne Hierosolymam ad sacrorum ministeria deportet: ac quicquid ipse ex vtraq; materia conflare voluerit, id tibi tuisq; fratribus liceat. Sacra vasa quę tibi tradita sunt, illic statuas, ac si quid in mentem venerit, quod fieri oportere credas, in id pecuniam ex regijs thesauris tibi dari iussimus, scripsiq; custodibus pecuniarum Syriæ & Phœniciæ, vt dilligentiam adhibeant ad omnia Esdræ sacerdotis diuinarumq; legum interpretis desideria. Nequa insuper me nepotesq; meos cœlestis vltio sequatur. Centum tritici modios deo ex lege dari præcipio. Nec a sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ministris, ianitoribus, scribis sacri templi, tributum exigi volo. Tuq; Esdras da operam, vt diuinæ leges per eos, quos tu ad hoc ipsum constitueris tota Syria & Phœnicia vulgentur discendæq; ignaris tradantur, vt si quis tuæ gentis sui dei legem fuerit transgressus, rite puniatur, tuoq; cognoscentis arbitrio, aut morte aut pecunia plectatur. Vale. Hæc tum Xerxes. Esdras regis epistola inter suos vulgata multos Hebraici generis ad Hierosolymam visen

Acie fun duntur Equi.

Quintij stratagema.

Esdręme moria.

epistola ad Esdrã

Tẽpli ſu pellex.

dam pellexit. Secuti ſunt eum ſacerdotes & leuitæ plurimi, ipſe cum magna manu Euphrate trãſmiſſio in Paleſtinam venit. Temploq; intulit vaſa argentea talentorum centum, Aurea talentorum viginti: Erea duodecim, Et hæc cum regis tum Hebræorum Babylonem incolentium donaria fuere poſt Eſdræ reditum delata ſunt ſacerdotum quorũdam & leuitarum nomina, qui ex vxoribus alienigenis contra legis præſcriptum liberos procreaſſent. Vulgo igitur ad expiãdum ſcelus ſecuta ſunt diuortia. Cautumq; ne deinceps quiſpiam tali ſe flagitio obſtringeret. Nec Eſdras diu ſuperſtes fuit.

Neemias.

Quo Neemias nihilo pietate in ſuos fuit inferior. Is quum Xerxis pincerna eſſet, miſerando ſuorum ſtatu commotus, qui ludibrio finitimis eſſe dicerẽtur: quoniam vrbem mœnibus nudam incolerent eſſentq; ob eam rem omnium iniurijs obnoxij, eximia pietate a rege contendit, facileq; impetrauit, vt non modo liceret ſibi vrbem Hieroſolymam muris cingere, ſed pecuniam etiam ex regijs theſauris quanta ad id opus ſatis eſſet, accipere. Cum his a rege dimiſſus Babylonem venit, inde non parua

Hieroſolymæ inſtaurãtur

ſuorum popularium manu ſtipatus, Hieroſolymã petijt, populoq; ad concionem vocato, docuit priſmo quæ a Xerxe Perſarum rege impetraſſet. Multitudinem inde ad murorum ædificationem hortat⁹ vbi commune ſtudium eſſe vidit, dimenſo murorum ſpatio, æquis portionibus conficiendum opus, vicatim populo regionatimq; diuiſit. Aſſuitq; incepto operi confeſtim finitimorum liuor. Sed quum metu regis deſtinato operi ire obuiam nequirent, occulte in cœmentarios opifices cæteramq; multitudinem operibus intentam, latrocinantium more graſſari, obtruncare improuiſo acceſſu alios, alios vulnerare, rapere inſtrumenta, cætera diſturbare, tantuſq; ex ea re metus cæterorum animos inceſſerat, vt haud procul abeſſet, quin opus deſperatione intermitteretur. Percrebuerat ad hęc rumor ſubornatos a finitimis eſſe, qui Neemiam ex occaſione obtruncarent. Quibus ille in fidijs inſtinctus latus cuſtodib⁹ muniuit, auctorq; fuit ſuis vt ferro accincti muros molirentur. Diſpoſuit præterea circa vrbem ad quingentos paſſus, ſpeculas vnde latronum acceſſus claſſico ſignifica

XII. annoꝝ op⁹

retur. Et ille per hos labores. xij. annorum ſpatio vrbem valido muro cinctam reddidit. Inciditque operis conſummatio in annum, vt Ioſephus ait, xxviij. Xerxiani regni. Sed duo faciũt vt Ioſepho, qui horum eſt autor, nõ temere accedam, & q; Xerxes. xx. non amplius regnauit annos, vt Euſebius colligit, & hæc quæ ille de Eſdra & Neemia prodidit, Euſebius idem autor in Artaxerxis qui Perſarum regnum poſt Xerxem tenuit reponenda credidit. Sed ſiue hoc ſiue illo rege hæc acta ſunt, nam autores quos ſequimur in diuerſum trahunt, Neemias poſt murorum ædificationem enixe dedit operam, vt multitudine, quæ in agris vicatim agebat, in vrbem traducta, frequentius Hieroſolyma colerentur. Et hæc tum in Paleſtina, in Græcia vero poſteaquam mari terraq; feliciter eſt a Græcis in

Athenæ inſtaurãſes

Medos bellatum, ceſſatumq; ab armis, Athenienſes præmijs belli rerumq; geſtarum gloria auctꝰ, vrbem a Medis dirutam inſtaurare agreſſi ſunt. Qui murorum circuitum multo ampliorem eo qui antea fuerat complexi, ſuſpecti eſſe cœperunt Lacedæmonijs, ſuccurrebat illud animis, quo proceſſura eſſet munita ciuitas, & cui tale incrementũ excidium & ruina dediſſent. Venerunt itaq; eo Lacedæmoniorum legati publico nomine nunciantes, nihil operæpretium fieri, q; Athenienſes munimenta hoſtibus receptaculumq; futuri rurſus belli extruerent. Senſit Themiſtocles, ſenſerunt alij ſpem vrbis inuideri, reſponſum eſt ituros ex Athenis Lacedæmonem qui cum ipſis de re conſultarẽt. Sicq; Spartanis dimiſſis hortatur ſuos Themiſtocles, vt maturarent opus perficere. Ipſe deinde aliquot interiectis diebus in legationem proficiſcitur, inter eundumq; nunc valetudine ſimulata, nunc colle-

Ars Themiſtoclis in ſalãdis Lacedæmo.

garum cunctationem excuſans ſpatium perficiendo operi querebat. Nunciatur interim Spartiatis opus ab Athenienſibus ſtudio maturari. Mittunturq; ob eam rem iterum legati an vera eſſent, quæ dicerentur coram inſpecturi, Themiſtocles magiſtratibus ſcribit, vt legatos ſecundo loco miſſos vincirent, & velut pignus nequid in ſe grauius ſtatueretur in cuſtodia haberent, pro cõcione deinde aperuit quod actum eſſet, Athenas docet valide munitas eſſe, poſſe iam Athenienſes non ſolum armis, ſed mœnibus etiam illatũ bellum ſuſtinere. Caſtigat deinceps ipſorum ambitionem qui ſocio rum imbecillitate potentiam ſibi quærerent. Hæc ille audacius effatus, nec enim iniuriam ab his veteri, quorum ſciebat legatos iamdudum in ſuorũ poteſtate eſſe. Mox incolumis dimiſſus velut Lacedæmone triumphata, multo honore a ſuis eſt ciuibus acceptus. Sed quum per hæc Themiſtocles maior eſſet factus, quam libera ciuitas diutius latura eſſet, Oſtraciſmo eſt Athenis eiectus. Moris fuit

Exilium Themiſtoclis.

Athenienſibus eorum aliquem, qui opibus & potentia ſuperbirent, eſſentq; ob aliquid inſigne animi vitium ciuibus graues, multitudinis ſuffragio in. X. annos procul Athenis ablegare. Tulit eam

Oſtraciſmus.

ignominiam parum ciuiliter Themiſtocles, qui quum Argis eſſet conſilia agitare cœpit, de Græcia barbaris prodenda. Inde recens occaſio hominib⁹ aduerſę factionis data ipſius ad populum criminãdi, facile obtinuerunt, vt publice Argos irent qui eum caperent, ad ſuppliciumq; Athenas deportarent. Præſenſit ſe ad pœnam requiri Themiſtocles aufugitq; primo in Corcyram, mox inde ad Admetum Moloſſorum regem. Proſtremo in Aſiam

Themiſtoclis ſermonis natura.

naui delatus ad Xerxem ſe contulit. Vt Ephorus Dimon & Clitarchus ſcripſere, vt Thucydides & Charon Lampſacenus ad Artaxerxem eius filium. Cum rege igitur congreſſus iuſſuſq; de rebus Græciæ diſſerere reſpondiſſe fertur, periſtromatis eſſe hominum ſermones perquam ſimiles, quæ quum collecta ſint & conuoluta, nullam rerum perfectũ exprimant formam: quum vero extenſa & explicita omnia fiant conſpicua. Rex eiuſmodi adagio delectatus, ab eo quæſiuit quantum temporis ſpatiũ ſibi poſceret, ad rem ipſam ſermone demonſtrandam, annum ſibi dari petijt, id ille tempus credidit vt quidam arbitrantur ſatis ſibi ad Perſicum ſermonem condiſcendum. Tum Xerxes ſiue eius filiꝰ ille fuit, in panem vinum & obſonium treis dono

Tres vrbes Themiſtocli datæ.

vrbes ei detulit Magneſiam, Lampſacum, & Miun tem. Neanthes & Phanius duas alias adijciunt Percotum & Paleſephim ad veſtitum & ſupellectilẽ. Huiuſmodi regis liberalitate, quum iam opibus & gratia Themiſtocles floreret, eſſetq; laute ſtructa ſibi & ſuis cœna, accubarentq; cum eo vxor & liberi, ad eos conuerſus perieramus inquit filij niſi periſſemus. Vexabat interim Athenienſium claſſis Ciliciæ



Ciliciæ oram & Cypron Cymonis ductu, latęq; patebat toto mari ipſius vrbis imperium, & iam Aegyptus Atticis opibus fręta ad defectionem ſpectabat. Rex his hoſtium ſucceſſibus motus, ad Themiſtoclem mittit, qui ſuo nomine eum moneret, vt quando ingẽteis copias in Græcos armaſſet, ſeſe præſentem ad expeditionem accingerer, proThemiſtoclis exitus.

miſſaq; de bello Græciæ inferendo exolueret. Eo nuncio accepto dubium caritate patriæ ne ſuo ductu Græcia violaretur, an quia promiſſa præſtare non poſſet, taurino ſanguine Magneſiæ epoto, anPauſaniæ prodi-

no quinto & ſexageſimo perijt. Nec Pauſaniæ exitus multo felicior fuit. Quem Græcia Medico defuncta bello ducem ad Perſicas opes mari infeſtandas delegit. Is pro ducatu regnum affectans, proditionis præmium cum hoſte regiæ puellæ nuptias paciſcitur. Cui vt aliquo modo ab initio gratificatus videretur, captiuorum vim ingentem gratis reſtituit. Scripſit præterea ad ipſum Xerxem vt quoſcunq; deinceps in Perſidem miſiſſet eos interficeret, ne cuiuſquam indicio amborum ſecreta proderentur. Præerat tunc Athenienſium claſſi Ariſtides belli ſocius. is Pauſaniæ conatibus ob uiam eundo maturiuſq; conſulendo, nefaria eius proditionis conſilia diſcuſſit. Inuiſa erat ad id vulgo Pauſaniæ ſuperbia, ſimul & auaritia, quæ ſummi alioqui ducis vitia vehementer Græcorũ ſtudia a Lacedæmonijs alienarunt. Iracunde, aſperę, & contumelioſe rogare reſponderecę. Contra,

Ariſtidis equitas.

æquitatem Ariſtide, & in Cymone facilitatem ſoCymõis facilitas.

cij complexi, mirifice Athenienſibus fauebant. Demũ eo proceſſere ſtudia, vt Chij, Samij, Leſbij, cum Ariſtide egerint, vt ſociorum cauſam ſuſcipe ret. Secuti deinceps alij quorum conſenſu imperiũ eſt ad Athenienſes delatum. Pauſanias vt Trogus ſcribit, a ſuis capitali eſt ſupplicio damnatus. Mira

Ariſtidis æquitas.

videri poſſunt quæ de Ariſtidis æquitate memorię ſunt prodita, laudare ſolitus dicitur eum reipubli. ſtatum, in qua primus optimatium eſſet locus. Fuerunt in eo conſtantia, modeſtia, & æquitas, quę virtutes Themiſtoclis vitijs haud mediocriter repu-

vita Themiſtoclis.

gnabant. Erat ille callidus, leuis, & temerarius, qua animorum diſſimilitudine, grauiſſimæ inter eos contentiones in republica extiterunt. Sitq; Ariſtides ipſe quandoq; teſtatus, Athenienſium ciuitatẽ nunquam quieturam, niſi ſe & Themiſtocle ſubla tis. Videtur mihi vir ille virtutem (quod vnum homo poteſt) in deo ſtudioſe imitatus. Nam quũ maieſtas illa ęterna immortalitate, poteſtate, & virtute, omnibus longe præſtet, pars vna nobis in eo

Ariſtidis virtutes & exiliũ.

imitabilis relicta eſt. Virtutis itaq; ſtudio tantum profecit, vt iuſtus ſit vulgo cognominatus: ob eã cauſam ab Athenienſibus in exilium actus, quia non poſſet æquis auribus ambitioſa ciuitas audire eum vbiq; iuſtum prædicari. Ferunt publice dixiſſe, poſſe ſe honeſtius veriuſq; ſua inopia gloriari, quam immenſis opibus quas poſſideret, Calliam Athenienſium ditiſſimum. Complures inueniri, qui fortunas ſuas in turpes vſus collocarent, qui paupertatem generoſe ferrent perquam paucos eſſe, nec paupertatem cuiquam niſi inuitis eſſe inde coram. Perijt itaq; tam pauper, vt domeſtico ſumptu funerari nequiuerit. Eius filiæ paternæ virtutis cauſa publico ære ſunt matrimonio locatæ. Cy-

Cymon.

mon, qui cum Ariſtide Atticæ claſſi præfuit, Miltiadis cuius nomen Marathonia eſt pugna illuſtratum, fuit filius, a pueris ſtultus & inſolens, cęterum procedente tempore, cum pater in vinculis expiraſſet, vt corpus ſepulturæ redderetur, ſe defunctũ loco vinciri eſt paſſus. Acceſſit huic pietati facilitas viræ & liberalitas tanta, vt agros & pomaria amiciscommunia peregrinuſq; fecerit, mandauerit-

Cymõis munificentia.

q; aſſectatoribus ſuis ſumptuoſius cultis, vt quiſquis ciuium grãdis natu ac veſtis indiguus ſibi obuius fuiſſet, ad commutandam veſtem comiter inuitaret. Vnde ea liberalitatis eſt ei fama conciliata, vt Critias, qui vnus poſtea ex triginta tyrannis fuit, Scopadum diuitias ſit ſibi optare ſolitus, victoPheſei oſſa.

rias Ageſilai, & Cymonis liberalitatem. Atq; ille, quum talis eſſet moribus, imperio ſociorum conſenſu circa Bizantium recepto, in Perſas qui Eronẽ circa Strymonem flu. tenebant primo nauigauit, Infeſtabant barbari vicinas Græcorum colonias, claſſe in Thraciam appulſa, hoſtem in prælio victum in vrbem compulit, circunlectam inde regionem adeo populationibus vaſtauit, vt Butes præfidij præfectus fame inopiaq; rerum omnium adactus vrbem incenderit, opibuſq; rogo impoſitis, ſeſe cum amicorum pleriſq; ſuperiniecerit. Eronẽ Athenienſes nouos colonos miſere, Scyrum deinde inſulam Dolopibus loco electis Cymon ſubegit, vnde Theſei oſſa ſepulchro multa cura inquiſito, triremi vna Athenas deportauit, in cuius rei memoriam tum primum conſtitutum eſt Poeticũ certamen, in quo Aeſchylus a Sophocle victus ex Athenis in Siciliam nauigauit, voluntarij exilij cauſa ibiq; vita defunctus apud Gelam ſitus eſt. Cymon ex Atticis turmis triremes ſuppleuit, eoq; breui contigit, vt aſſidua rei maritimæ exercitatione, cæteris domeſtico ocio deditis, ſoli Athenienſes Græcorum fortiſſimi maximeq; opulenti euaQuibus rebus creſcerint, ita vt non admirationi ſolum, ſed terrori uerint etiam finitimis eſſent. Acciditq; vt plerisq; eorum Athenię qui ſocij fuerant Athenienſium veſtigales ſint faſes.

ctι. Ipſe opes regis terra mariq; proximo bello fractas opportune adortus, omnem Aſiam ab Ionia vſq; ad Pamphiliam Perſicis præſidijs liberauit. Nec ita multo poſt Gnidum vbi Cymon claſſem habebat, affertur, magno regis exercitu ingentiq; claſſe Pamphiliam obſideri. Quod vbi ille compertum habuit, cupiens maritimæ aditum oræ, quæ intra Chelidonias iacet hoſtibus, precludere cum ducentis triremibus ad celeritatem & curſum affabre conſtructis, in Phaſelitas primo nauigauit, Phaſelihorum agri etſi Græci erant, verum, quia ad defetæ.

ctionem perpelli nequiuerant, primo vaſtati ſunt. deín ſigna ſunt ad vrbem admota. Chij qui cum Athenienſibus militabant, veterem cum Phaſelitis amicitiam ſecuti, Cymonem leniendo, literaſq; ſagittis alligatas ad hoſtes faciendo, ea victos conditione in partes traxere, vt. X. talenta Cymoni darent, & in barbaros commilitium facerent. Pergit inde Cymon in hoſtes iræ, cum quo Titrauſtes regiæ claſſis præfectus, vt Ephorus prodidit, prælio congredi non auſus, ad Eurimedontem fluuium receſſit, pugnam dilaturus in Cypriæ Phœniciæq; claſſis aduentum, quas in horam expectabat. Nec hoſtium conſilium latuit Atticum ducem, qui vt auxiliares naues cætera claſſe excluderet, ad Euri-

Eurimedontis fluuius.

medontis oſtium contendit, Hic barbarus ne inuitus manum conſerere cogeretur, intra flumen naues adigit, quibus cedentibus quũ Atticę naues pertinacius inſtarẽt, indignitate rei cõmotus Titrauſtes, cõfeſtim ex fuga pugnã capeſſit, Phanodemus ſexcẽtas naues Perſis aſſuiſſe prodidit. C C C. Ephorus & quinquaginta. Cæterũ nil tãtis opib⁹ dignũ eſt

eo prælio gestum, pugna vix bene conserta, barbarus pro victo classem proximis ripis impegit, ac qua cuiq; proximum fuit in amica castra, quæ haud procul aberant a flumine, turpi se fuga proripuit. Præerat terrestribus copijs Ferendaces, vt Ephorus prodidit, vt Callisthenes Ariomandes Gobriæ filius. Ducentæ naues cum ingenti hominum multitudine a Cymone captæ, præter alias multas quę partim suppressæ sunt, partim dextra lævaq; ripa allisæ. Qui in castris erant fuorum rebus iam perditis ad naues descendūt. Cymon aciē in procinctu stantem intuitus, aliquandiu deliberabundus stetit, an terrestri pugnæ classiarios navali prælio fessos crederet. Ad quod facinus cum sua ipsius audacia, tum militum alacritate impulsus, statim dat signum ad erumpendum. hic celerius quam credi possit ordinibus explicitis, clamorem Græci tollunt, simulq; in hostem decurrunt, Nec barbari pugnam detrectauere. Fit atrox prælium, multi Græcorum atq; iidem fortissimi primo congressu perierunt. Cæterum virtute & audacia hostem ad extremum fundunt, fusumq; castris multę opulentiæ refertis exuunt. Duplex his locis erectū est a Cymone tropheum, Salaminio & Plateensi neutrum inferius. Conuersus inde dux ad octogonta Phœnicum naues opprimendas, quę barbaro affuturæ dicebantur, ad Hydropem quo eas appulisse cognouerat, priusquam res Persicas accisas cognoscerent, celeri cursu ire pergit, his ex Hydrope altum tenentibus, atq; ignaris eorum, quæ ad Eurimedontem facta fuerant, victrix classis ex improuiso obuiam facta tantum terrorem iniecit, vt momento temporis hostis cum multa cæde in Græcorum potestatem venerit. Multiplex hæc clades tantum Persarum regno terrorem incussit, vt rex in vulgatissimas illas pacis conditiones descenderit, quibus diserte expressum est, vt ad equi cursum intra Cyaneos et Chelidones fines Medus se Graio mari abstineret, ne longa nauigaret. Graium mare idcirco (vt arbitror) est in fœdere positum, quia a Thracio Bosphoro cui proximi sunt Cyanei scopuli, in Pamphiliam, totam maris oram plurimum Græcanicæ accolebant gentes, Aeoles, Iones, Dores. Quod vero ad equi cursum attinet, parum, vt ingenue dicam, mihi constat, quantum nos spatij per eum cursum accipere oporteat, nisi ad stadij mensuram totum hoc aliquis referat. Callisthenes non illa pacis fœdera ait fuisse, sed regem tot cladibus perculsum haud ausum esse amplius latius vagari. Cratherus in conditionibus pacis ea diserte credidit expressa. Satis cōstat pacis aram ob id ipsum Athenis postea dedicatam. Cymon in Atticam reuersus partem vrbici muri quandam proprio sumptu extruxit. Academiam quę ad id tempus fuerat aquarum indiga, fontibus irriguam reddidit. Interea Persæ q Chersonnesum adhuc tenebant, Thracum auxilio freti terra decedere nolu erunt, Cymon cum paucis triremibus huc missus haud multo postquam in prouinciam venit, cum hoste maritimo prelio congressus, quatuor Atticis frætus tredecim eorum naues cepit, barbarisq; tota Chersonneso pulsis, omnem eam terram cum Crissea & Thasia ora Athenienſibus subiecit. Inde tot rebus terra mariq; gestis, Athenas reuersus, inuidiam felicium rerum alumnam vitare non potuit. Periclis diuersum in republ. studium primo offendit, mox & vetus sororis incestum probro esse cœpit. Sic enim comparatum est, vt hominum vitia cum ipsa laude illustrentur. Cū sorore Elpinica adolescens ille stupum feciſſe credebatur. Quod tum demum fuit in ore omnium. Habebatur ad hæc Lacedæmoniorum studiosus, q illud vsurpare esset solitus, Ar Spartani nō tales. Postremo exilij quo damnatus est, causa inde illi orta est, quod quum motus terræ ingens Spartæ accidisset, quem Anaximander Milesius futurum Lacedæmonijs prędixerat, cōuulsisq; Taigeti montis lateribus atq; in subiectam vrbem effusis, quinque duntaxat domibus exceptis, cætera ædificia publica & priuata subita fuissent ruina depressa, magnus rapiendarum rerum studio ex propinquis vrbibus eo factus est mortalium concursus, fore arbitrantium, vt in tanta animorum consternatione impune omnia rapere liceret. Cymon Athenienſibus author extitit prędij Lacedæmonem mittendi contra finitimorum rapinas, ipseq; prędidij dux est in Laconiam missus. Procedente deinde tempore, quum Athenienses suppetias eisdem aduersus Messenios tulissent, soli omnium sociorum tanquam nouarum rerum cupidi, a Spartanis militia abdicati sunt, qua illi ignominia instructi, omnem iram suam in Cymonem Lacedæmoniorū amicū flexere, Ostracismoque damnatum in. X. annos de more relegarunt. Messenij quādo in eorum mentionem incidimus, longo bello domiti, de quo alio est a me loco memoratum, octoginta circiter annos sub Lacedæmonijs fuere. Sub quibus omnia mala passi quę captæ ciuitates perpeti solent, desperatione melioris fortunæ a Lacedæmonijs defecerant. Hi oraculo moniti, vt ex Athenienſibus ad id bellum ducem sibi quererent, Cyrtheus poeta claudus ipsis per legatos id petentibus est in contemptum datus, Lacedæmonij huius ductu triplici prelio a Messenijs fusi, in eam desperationem venere, vt in supplementum copiarum seruos militiæ ascripserint, interfectorum matrimonia victoribus polliciti, vt quum se non solum ciuium numero, sed dignitati etiam successuros scirent, fortius bellicam ciuitati operam nauarent. Iam eo sedendo processerat desperatio, vt de exercitu Lacedæmonem reducendo, reges ipsi inter se consilia agitarent, ne si super cęteras clades recentior aliqua accidisset, rem Spartanam pertinacius bellando perditum irent. Solui ſſent illi obsidionem, ni Cyrtheus interueniſſet, qui compoſita a ſe carmina pro concione recitasset. Quibus ille hortamenta virtutis, Damnorum solatia, Belli consilia complexus, tantum mi litibus ardorem iniecit, vt nō tam de salute quam de sepultura soliciti, tesserulis brachio alligatis, quibus sua parentumque nomina continerentur, vt si tum quoque infeliciter fuisset dimicatum, omnesque extremus belli casus absumpſiſſet, confusis alioqui facierum liniamentis ea inter se ratione discreti iacerent reges ipsi vbi animatum videre exercitum in pugnam procedunt. Nec Messenij prælium detrectant, tantaq; animorum ferocia est vtrinq; concursum, vt raro vnquam crudelius fuerit prelium, fuit tñ apud Lacedæmonios victoria. Sed hec aliquanto antea gesta fuerant, mox temporis interuallo, Messenij tertio in Athenienſes bellū reparauere, ad quod transigendum Lacedæmonij inter cęteros auxiliares ex Attica quoq; copias acciuere, Athenienſes qui in castris velut parum fidi socij dimiſſi fuerant, eam in Cymone iniuriam Ostracismo, vt dixi, vlti sūt. Aberat is exilij causa, quum Lacedæmonij Delphos a Phocenſibus liberaturi in Tanagra metati sunt, quibus Athenienſes

Cymonis naualis victoria.

terrestris eiusdem successus

Recens Cymōis victoria.

Inuidia felicium rerū alūna.

Terræ motus Lacedæmonem diruit.

Cymōis exilium.

Cyrthei poeta.

Cyrthei poetę carmen.

Audi qd Cyrthei carmē, p fecerit.



Cymōis modestia.

ſes dimicationi inſtructi occurrunt, venit eo Cymon Atticas opes adiuturus, tum ibi ab hominibus diuersæ factionis in ſuſpitionem proditionis adductus, iuſſuſq; caſtris abire, arma quibus in pugna vti conſueuerat ſuis tribulibus reliquit, eoſq; vt fortiter pro patria dimicarent, diſcedens hortat' eſt. Eius ſermo tanti fuit, vt quum centum ex vna tribu eſſent, nemo ex acie viuus diſceſſerit. Victi ibi Athenienſes, quum ſub vernum tempus Lacedæmoniorum exercitus in Atticam venturus dicetur, Cymonem ab exilio reuocarunt. Fama eius reditus omnes belli minas diſcuſſit, veritus inde ne iuuentus Attica bellis aſſueta domeſtico ocio la ſciuiens, bellum aliquot ciuile concitaret. CC. inſtruxit naues aduerſus Phœnices & Cyprios qui in fide regis adhuc erant, prodigiū illi paulo prius quam e portu ſolueret, tale eſt oblatum: per quietē imaginatus eſt ſe canem cernere ſibi alatrantem, quæ confuſa id carmen voce ederet. I mihi teq; meis catulis facturus amicum, alterum, quum libero ſacrificaret ſacerdos victimæ exta ſine capite ili oſtendit formicarum concurſus eſt ad ſanguinē victimæ concretum repente factus, ad pedes ducis tabum congerentium. etſi haud ambigue conſtabat vtrumq; ad vitæ diſcrimen pertinere, veritus ne recens ciuium odium incurreret, q; in tanto rei bellicæ apparatu, erectam expectatione ciuitatem deſtitueret, in altum ſoluit, primum itaq; omnium LX. nauibus in Aegyptū tranſmiſſis, ipſe curſum in hoſtes intendit, quibus obuius factus regiam claſſem in quam Phœniſſæ & Ciliciæ naues erant validæ profligauit. Inde maritimas vrbes victor adortus, haud magno negocio ſubegit. Victoriæ deinceps curſum ſecutus in Aegyptum vertit omnem belli molem. Nihil humile amplius inuictus ille agitabat animus, ſed in ſpes ampliſſimas ſeſe attollens, ſemifracto Perſarum imperio molie batur exitium. Subibant ad hæc acriores ſtimuli ducis animum, q; fama erat Themiſtoclem tantū apud regem gratia & autoritate florere, vt bellum quod tum ille in Græcos ſumma opere parabat, Themiſtocli vt imperatori optimo adminiſtrandum deſtinaſſe diceretur. Quidam perſuaſum habuere, eam Themiſtocli fuiſſe cauſam mortis ſibi conſciſcendæ, q; inſuperabilem Cymonis virtutē crediderit, nec ob eam rem pręſtiturum ſe regi, quę ab initio recepiſſet: cæterū ſiue ſub id tempus quo ad Eurimedontem Cymon maritimo terreſtriq; prælio Perſas vicit, iuſſus eſt Themiſtocles ſe bello accingere, ſiue quum hæc circa Phœniciam & Cyprum geſta ſunt, ſatis conſtat, taurini quod dixi mus ſanguinis hauſtu vltro vitam finiuiſſe. Cymon poſt tot res feliciter geſtas claſſe in Cyprum delatus ad Hammonis Iouis oraculum miſit neſcio quid ſciſciratum. Sed qui miſſi eo fuerāt ab ipſo templi aditu repulſi, retro abire iuſſi ſunt, moniti non eſſe cur de Cymone qui apud ſe ageret ſolicici eſſent amplius: in Cyprum igitur reuerſi vbi eum extinctum audiuere, diem obitus cum oraculi prædictione conferentes, haud dubie ſenſerunt eū tum vita defunctum, quum id reſponſum ab Hāmone accepiſſent. Perīt Cymon quum Cyprum obſideret, mortis cauſa haud vna traditur, morbo eum abſumptum quidam prodiderunt, aliį vulneris dolore quod circa oppidum acceperat, aiunt extinctum. eius interitus tam diu in occulto fuit, donec claſſis cum nauali exercitu domum ſit reducta. Et hæc procul domo ab Athenienſibus iam inde ex quo ad Plateas & Mychalen proſpere eſt in Perſas dimicatum ad Themiſtoclis vſq; & Cymonis interitum. Hæc etſi aliquot poſt annos geſta ſunt, quam vt in hunc locum omnia reponi debuerint, vt tamen in vniuerſum de Cymone ſermo habeatur, in arctum coniecimus, tantum alibi admoniturі, quo queq; loco memorari debuerint. Claruerunt his temporibus Diagoras phiſicus, cognomē to impius. Suſtulit his prouidētiam, ac quum in Samothraciam veniſſet, ibiq; imperitiæ a quodam appellatus, q; deos eſſe inficiaretur, tollereq; non minus inſcite quam impie prouidentiam, quum tot vno loco votiuæ tabellæ teſtarentur hominū vota extremis rebus a dijs exaudita, renidens ille reſpondiſſe dicitur. Sic eſt vt ais, ſed qui voris iam nūcupatis naufragium fecerint, in albo nō referūtur. Fuit & Sophocles Athenienſis tragœdiarum ſcriptor horum equalis, qui ad centeſimum vſq; annum vixit. Euripides & ipſe tragico cothurno clarus ac tam vterq; alteri par, vt in diſpari dicendi via vter ſit melior adhuc inter plures quæratur. Fuit his Herodotus Alicarnaſſeus interiectus, qui quum hiſtoriam quam candido tereriq; filo ſcripſit Athenis recitaſſet, publice ſunt ei honores habiti. Vixit cum his Pindarus Cadmeis Thebis natus, Lyrici carminis autor, quem Flaccus nemini credidit imitabilem. Eius memoriæ Alexander Macedonum rex qui magnus eſt cognominatus, Thebas direpturus ædium & familiæ incolumitatem donauit. Zeuſis Heracleotes pictor eadem tē peſtate claruit, qui cum vuas tam veris ſimiles expreſſiſſet, vt aues deceptę ad puerum eas tenentem aduolaſſent, velut operi iratus tabulam deleuit tāquam cauſatus, q; non tam in fruge explicanda naturam eſſet imitatus, quam in deliniendo puero procul aberraſſet, argumento haud inepto, q; niſi ita haberet, aues hominis imagine deterritæ temerario incurſu abſtinuiſſent. Per hæc quoq; tempora ſum decidit ingens e cœlo ſaxum, cuius caſum Anaxagoras Clazomenius cœleſtium rerum ſcientia, prędixerat. Cecidit interdiu ad Aegos Thraciæ fluuiū vehiculi magnitudine, colore aduſto. Eſt id prodigium factum altero, vt Plinius ſcribit, anno, vt Euſebius vltimo octauæ & ſeptuageſimę Olympiadis. Qui a mūdi origine ſupra q̄ter milleſimū ac ſe ptingenteſimū ſextus & trigeſimus fuit. Vrbis Romæ ducēteſimus ac nonageſimus. Xerxiani regni nouiſſimus. Trogus autor eſt eum, ob res in Græcia infeliciter geſtas, adeo inter ſuos euiluiſſe, vt Artabanus ſpem nactus occupandi regni ſeptem filijs ſtipatus eum in regia trucidauerit. Sed haud mihi multum euiluiſſe videtur, qui dignus tot perculſoribus eſt habitus. Obſtabant Xerxis filij Artabani conatibus, hos vt compos voti fieret, dolo perdere adortus. Securiorq; de Artaxerxe puero, Xerxē patrem (nam autores cædis adhuc in occulto erāt) a Dario maiore natu, vt maturius regnaret, interfectum perſuadet, armatq; per hęc Artaxerxem in fratrem, eoq; media quiete interfecto, Artabanus timens Artaxerxis, qui vnus ſupererat, apertum certamen, capitales illi molitur inſidias. Aſſumit itaq; in conſilij ſocietatem Baccabaſſum quendam, qui præſenti rerum ſtatu contentus, rem omnem ad Artaxerxem deferr, docetq; inſuper patrem ab Artabano & filijs interfectum, fratremq; falſa cædis ſuſpitione peremptum. Poſtremo quæ ab ipſo cædis autore pararentur ordine explicat. Artaxerxes natorum Artabani gregem veritus, noui belli inferēdi ſpecie ingentē cōtrahit exercitū. Tū ibi, rāq; copias recognitur, armis tectus in mediū, pceſſit. Artabanūq; familiariter cōpellās, ſeq; breuiore habere loricā quam vt ſine tædio geſtari poſſet, quæ

Diagoras.

Sophocles.

Euripides.

Herodotus.

Pindarus.

Zeuſis pictor.

Saxi casu Anaxagoras.

ANNI MVNDI.

Xerxis exitus.

Artaxerxes

ſtus,

ſtus, vellem inquit tuam mecum cõmutare. Paruit Arrabanus, conſeſtimq; ſuã ibi coram exuit, rex hominem iniuriæ opportunum ferro tranſigit, filioſq; ſimul vinciri imperat, ſicq; ſtrenuus adoleſcens, paternam cædem fratriſq; parricidium, & capitales Arrabani inſidias vltus eſt vno tempore. Idem autor ſignificare videtur, occupatum fuiſſe ab Arrabano regnum, ac ſeptem menſes poſſeſſum. In Arraxerxis tempora Euſebius reponit, quẽ ego de Eſdra & Neemia Ioſephum ſecutus haud multum diuerſo loco ſcripſi, cui ſi quis inconſideratius accedat, ea quæ ad Eurimedõtem a Cymone ſunt in Perſas geſta, haud in Xerxianum regnum ſed in hoc potius quod illi fuit proximum, incidiſſe fateatur neceſſe eſt. Et res humanæ ſic alibi gentium habebant, quum Romę poſt antium captum

T. Aemilius Q. Fabius conſules

T. Aemilius & Q. Fabius cõſulatum iniuere, eratq; is Fabius ille qui vnus extinctæ ad Cremeram ſuperfuerat genti. Aemilius qui priore cõſulatu ſumma ope Agrariæ legi fauerat, in ſpem maximã adduxit tribunos & plebem, legis eo anno exequendæ, inſtabatq; certamen ingens, niſi Fabij alterius conſulis autoritate ita comparatum eſſet, vt in Antium nuper captum coloni ſcriberentur, ibiq; agrũ volentibus triumuiri ad id creati metirentur. Pepe rit vt fit faſtidium copia, paucicq; omnino nomina dedere, quo contigit, vt & Volſci nominis coloni numerum expleuerint. Fabius in Equos duxit, quibus pacem petentibus reddidit, eam ipſi haud multo poſtquam impetrata eſt temere violarũt ſubita excurſione facta in Latinũ agrum. In Sabinis quo

Sp. Poſthumius. Q. Seruilius conſules.

Aemilius cum exercitu exierat, nihil memoria dignum fieri contigit. Habuit ſequẽs annus Sp. Poſthumiũ & Q. Seruiliũ conſules. Seruilius in Equos miſſus, exercitum morbo implicatum, quia inutilis bello eſſet, in Latinorum finibus ſine expeditione vlla memorabili tenuit. Dionyſius paruam eã

T. Fabius T. Quintius conſules.

manum fuiſſe ſcribit, & ad ſociorum p̃ſidium non in Equos comparatam, nec vllum eo anno exercitum Romæ conſcriptum, incertum, religione aliqua, an morbo prohibente. Sp. Poſthumius templum fidei in Capitolio dedicauit T. Fabius & T. Quintius conſules ſecuti. Fabio Equorum prouincia data, Quintio vt regioni hoſtibus propinquæ p̃ęſidio eſſet. Fabius legatos ad Equos miſit, qui in eorum concilio dicerant ſe armata dextra bellũ afferre, quam pacatam illis antea p̃buerat, quorũ perfidia id fieret deos teſtes eſſe, mox & vltores fore, verum ſi Equos facti pęniteret, mallentq; Rom. pacatos quam hoſtes habere fore vt tutus illis ad Rom. clemẽtiam toties expertam pateret receptus. Sin periurio gauderent, dñs vltoribus geſturum ſe bellum, quod Rom. P. ſibi adminiſtrandum dediſſet. Parum abfuit quin legati in Equorum cõcilio violari ſint. Dionyſius autor eſt, Fabium nondũ conſulem publico nomine ad Equos miſſum, qui violaſſe fœdera dicebantur. Et quod latrocinia Equorum quidam in Rom, exercerent, cpq; Antiates exules recepiſſent. Alter conſul, vbi legati retulerunt nihil eorum fieri quæ poſtularentur, ex vrbe Roma ad id bellum profectus, iunctis cum Fabio copijs autor fuit vt ſtructa acie confeſtim ad hoſtem irent. Cœperat iam dies inclinare, quum Ro. ante hoſtium vallum ſtetit, facturus illis pugnandi copiam. Tum equorum vnus inclamans, oſtentare hoc eſt inquit Rom. non pugnam ciere, in eminentem noctem ſtruitis aciem, longiore ſpatio opus eſt, vt prælium quod inſtat decernamus. Ite & vbi craſtrinus dies illuxit, in planum deſcẽdite. Fiet vobis ne timete pugnandi copia. His vocib? iritatus miles, in caſtra rediit, longam venire noctem arbitratus, quæ moram pugnæ facturæ eſſet. Poſtero die aliquanto prius Romana acies in apertum proceſſit, nec Equi prælium detractauere. Ferox fuit vtrorumq; cõgreſſus, diuq; ancipiti eſt marte dimicatum. Liuius, poſt longum certamen hoſtem acie victum in ſuos fines dilapſum, ſcribit, Dionyſius fortuna adhuc neutro inclinante, ſignũ hinc inde receptui datum. Aliquotq; deinceps tumultuaria prælia, per alterius patris occaſionem commiſſa. Poſtremo partem hoſtium occulte per montes in Rom. agrum irrupiſſe, prędaq; haud mediocri inde abducta, incolumen in caſtra reuerſam idq; cum ſemel atq; iterum hoſtis impune feciſſet ferebant eam ignominiam ægerrime conſules. Exploratis itaq; hoſtium itineribus, agmen prędæ honeſtum inſidijs excepit Fabius, exceptumq; nõ ſolũ prędæ exuit, ſed magna etiam ex parte cæſum multifariam diſiecit. Ea demũ clades in cauſa fuit. vt relictis caſtris Equi in ſuos fines pro victis abierint. Nec inde adueſus eam gentem eo anno eſt memorabile aliquid geſtum. Romanus victor in hoſtico euagatus, vbi nuſquam obuium hoſtem habuit, multa prædа ſecum abducta, prouincia deceſſit. Luſtrum Quintius conſul condidit, cenſaq; ſunt ciuium capita. C. viginti quatuor milia. CC. quatuordecim præter orbos & orbas. Anno qui deinceps ſecut? eſt, cõſules fuere Sp. Furius Fuſcus, & Aulus Poſthumius, apud quoſdam Poſthumiũ Albũ ſcriptũ reperio. Et iã Equi in armis erãt, auxiliaribuſq; ab Ecerrano copijs acceptis, bellum ſumma ope inſtruebãt. Venerat & Antiũ colonia in ſuſpitionem tanquam a Rom. defectura, Antiatum principes Romam accerſiti, rogati in curia a conſulibus, ita ambigue ad omnia reſponderunt, vt ſuſpectiores quã venerant abierint. Bello itaq; haud dubie impendente Sp. Furius in Equos legiones ducere eſt iuſſus. Hoſtes in Hernicorum agro inuenit, late omnia incurſantes. Ignarus conſul quantũ copiarum apud hoſtes eſſet, longe numero inferior pugnam temere commiſit: primo itaq; congreſſu pulſus ſe trepide in caſtra recepit, nec ea pugna eſt Romanus periculo defunctus quin ſequenti nocte & die qui proxime ſecutus eſt, caſtra circũſeſſa ſunt ab hoſte, atq; acriter oppugnata. Hernici Romam nunciarunt conſulem prælio victum, cũ ſuo exercitu ab hoſte circũſederi. Dionyſius leuiora quædã prælia ait ab initio commiſſa, mox vero caſtris a Rom. conſule munitiore loco factis, qa ſub id tempus auxilia non parua hoſtibus ſuperueniſſent, ita accidiſſe, vt Furius conſul hoſtium ſit multitudine circũſeſſus. Nec ab Hernicis, ſed equitibus, niſi forte illi quoq; Hernici fuerint, quos Furius conſul per hoſtium ſtationes miſerit, vt in quo ſtatu res eſſent Romam nunciarent. Ingentẽ ciuitati terrorem incuſſit clades prælio accepta, ſed longe maius periculum quod obſeſſis imminebat Patres T. Quintium proconſulari poteſtate cum ſubitario milite quem Latini & Hernici darent: ita enim tum repentina appellabant auxilia, ſubſidio conſuli ire iubent, alterum conſulem nouas interim legiones Romæ conſcribere. Equi etſi caſtra oppugnabant, multitudine tamen freti, miſerant, qui Rom. agrum incurſarent, eo credo conſilio, vt recenti terrore iniecto, Romanum a ſubſidio ſuis ferendo diſtinerent. Conſul P. Valerio ad p̃ſidium vrbis relicto, ipſe ad arcendã populationẽ occurrit Vigiliæ circa portas ſtationeſq; diſpoſitæ. Nihil itaq; curæ & ſolicitudinis ab vrbem remitteba-

Equorũ ferocia.

Furij conſulis frater interficitur.

Hoſtes cædunt.

Equi inſidijs excipiunt.

Sp. Furius Fuſcus, Aulus Poſthumius cõſules.

Victus acie Furius ab hoſte obſidetur.

T. Quintius procõſularis poteſtas.

tur, quum Furius conſul, qa principio ſe in caſtris tenuerat,



tenũerat. Decumana porta in hoſtes vallo hærentes ex improuiſo eruptione facta, turbauit fudirq; quum fuſos perſequi poſſet abſtinuit, veritus ne qua interim ab hoſte qui multitudine abundabat, fieret in caſtra impetus P. Furius conſulis frater q legatus erat in caſtris ſucceſſu exultans, ſtudioq; ſequendi nimium a ſuis digreſſus, cum duabus cohortibus q̃ cum illo circunuentæ ſunt, pugnando occubuit. Liuius ſolius Furij cadentis meminit. Circunuenti fratris nuncio conſul in pugnam reuocatus, amẽti ſimilis in hoſtem irruit, ibi pugna parum feliciter inſtaurata, graui vulnere accepto ægre eſt ſuorum occurſu ſeruatus. Recens conſulis caſus addidit hoſtibus audaciam, Ro. ademit, adeo vt vix caſtra tuerentur, affuit interim Quintius, Equoſq; vallum ferociter oppugnantes improuiſo acceſſu turbauit, nec qui in caſtris erant vbi ſub fidi clamor eſt exaudit?, in ocio fuere, ſed eruptione repente facta, victoriã magna ex parte iuuerunt. Multi quidem hoſtium in medio occidione occiſi ſunt, multo adhuc plures caſuri, niſi mature fugã occupaſſent. Interea & Poſthumius manum illam q̃ in Ro. agrũ irruperat opportuno loco adortus, fœda fuga diſſipauit. Cæterũ hoſtes in vnum coeũtes, quum cõſternato agmine abirent, in Quintiũ ab leuata obſidione redeuntẽ incidunt, a quo ſubita pugna excepti longe maiorem quam intulerant, cladem accepere. Valerius Antias mille & CCC. Ro. in Hernicis deſideratos, pdidit. Hoſtiũ ad quatuor milia & ſexcentos cum ijs qui a Poſthumio fuerant in Ro. agro oppreſſi. Cœlum hoc anno viſum eſt ardere, ſunt & alia portenta oculis hominum obuerſata, quibus auertendis in triduum ſunt feriæ indictę. Comitia inde habita. Creati cõſules, L. Ebutius & P. Seruilius. Horum annus peſtilens fuit a calendis ſeptembribus tetra vis morbi primo boum equarũq; armenta corripuit, inde ouium caprarumq; greges, paſtores deinceps & cæteros agreſtes attigit. Poſtremo vrbem ingreſſa, Liuius pecus populationis terrore intra mœnia compulſum, multãq; ſtabulentiũ quadrupedũ colluuionẽ prodidit humana corpora inſolito fœtore infeciſſe, ac p̃ter cæteram multitudinẽ, q̃ tanta fuit, vt vulgo cadauera in Tyberim proiicerẽtur, quarũ tam Senatorum partem morbo conſumptam, & cum his conſules ipſos. Domeſtica hęc clades in certam ſpem Volſcos & Equos traxit Romanorum principatus per occaſionem euertendi, icto itaq; in ter ſe fœdere, ſociorum opes affligere ſunt primo loco adorti, vt his fractis cõmodius rem Romanã ſatis per ſe acciſam, funditus perderent. Primo igit omnium Hernicum & Latinum agrum ferro & igni populantur. Hernici Legati eam cladem Romã nunciarunt, auxilium implorãtes, reſponſum eſt Romanã ciuitatẽ morbo affectã iacere, ipſi Hernici cũ Latinis in præſentia res ſuas tuerentur. Q. ſi quies vlla ab deorũ ira ciuitati daretur, tum fore vt ſociorum fortunæ Po. Ro. curæ eſſent, vt antea Dimiſſi legati, pro triſti nuncio, triſtiorem referunt nec facile ſuccurrebat, quibus viribus eũ hoſtẽ ſuſtinere poſſent, quẽ Ro. præſidio fulsi vix ſuperiore anno ferre potuiſſẽt. Nec Equi Volſciq; diu in Hernico morati, Romanos fines inuadunt: inde p omnia cultu deſolata ad tertium lapidem conſedere. Iam Ebutius conſul diem obierat. Seruili? eius collega exigua ſpe trahebat animam. Iuuentus militaris morbo confecta iacebat, vigiliarum mun?, qui per ætatem & inoffenſam valetudinem poterant, per ſe obibant. Circuitio Aediliũ plebis erat, ad eos conſularis maieſtas venerat. Omnia huma-

Furij conſulis frater interficitur.

Hoſtes cædunt.

Roma obſidet.

no præſidio deſerta, vnum affectæ ciuitati proſuit, q; prædonũ mens magis quam hoſtium, tum Eq; & Volſcis fuit, qui potiundæ vrbis ſpe abiecta, a ducibus poſtularunt, vt ex ea vaſtitate ſe cõfeſim in ea loca abducerent, vnde prædæ aliquid agi poſſet. Sublatis itaq; ſignis i Labicanos Tuſculanoſq; colles tranſiere. Hernici inrerea Latiniq;, non miſe ricordia tantum, ſed pudore etiam commoti, ſi nullam obſeſſis ſocijs ea temporũ iniquitate tuliſſent opem, cunctis copijs Romã vſq; proceſſere, hoſteq; non reperto abeuntium veſtigijs inſiſtunt. Accidit vt ex Tuſculano in Albanam vallem deſcẽdẽtib? Latinus Hernicuſq; fuerit hoſtibus obuius, ibi pręlio conſeſtim inito, parum felix ſua fides ſocijs fuit victi magnaq; cum cædę profligati in ſua quiſq; rẽ oppida abierunt. Seruilius interim moritur, Dionyſius quum vrbis adhuc obſideretur extinctum eum prodidit. Defuncti cum eo & alij plerici illuſtres. Supplicatum eſt omnibus templis, matres paſſim ſtratæ crinibus templa verrebant, cœleſtiũ irarum veniam pacemq; expoſcentes. Interea graui ore anni tẽpore acto, corpora morbis defuncta, ſalubriora eſſe cœperunt. Rediit cum ſalubritate ipſa reip. cura P. Valerius interrex L. Lucretium & T. Veturium conſules creat. Iam ſatis valida ciuitate, vt non ſolum arcere poſſet bellum, ſed vltro etiam inferre, nunciant Hernici ſuum ab hoſtibus agrũ infeſtari, reſponſum eſt non defuturum auxilium. Veturius in Volſcos miſſus ad bellum vltro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis ex ſociorum finibus eſt oppoſitus. Veturi? ſub acceſſum cum hoſte propere pugnauit. Volſcorum manus ingens Lucretium in Hernicis ſedentem fefellit, per Prænęſtinos montes in Sabinum agrum tranſgreſſa, Sabinos late deprędati, in Tuſculanũ agrum deflexere. Terror hoſtium ad vrbem vſq; p uenit. Ipſi late peruagati, quum prædа graues ſolutos agmine abirent. in Lucretium incidunt, qui eorũ itineribus exploraris, prælio intentus, ex improuiſo ſeſe illis obtulit, ibi ſuſi fugatiq; hoſtes, & in arctiſſimam vallem deiecti, ad vnum fere occidione occiſi ſunt. x. milia. cccclxx. in pugna fugaq; cecidiſſe dicuntur. Mille. ccl. capti. Liuius etſi tanto numero non omnino accedit, cædem tamen adeo inſignem a Romanis eo die editã exiſtimat, vt Volſcũ ſit nomen ibi propemodum deletum. Ambo deinceps conſules Equorum Volſcorumq; agros ferro & igni vaſtarunt. Quibus cladibus vtraq; gens affecta, iterum in apertum certamen deſcendunt. Hic pari fortuna hoſtes vſi iterum funduntur, fuſiq; ac fugati exuuntur caſtris. Sed dum hæc foris gerebantur, C. Terentillus Tribu. Publi. legem promulgauit de quinqueuiris creandis, qui certis legibus conſularem poteſtatem (videbatur enim vulgo multis immodica) cohiberent. Dionyſius vt. X. viri crearentur ſcripſit, qui leges de publico & priuato iure conſcriptas in foro ponerẽt. nimis libera, vt dixi, habebatur conſulum maieſtas, regioq; iuri quam populari poteſtati ꝓpior. Quintus Fabius p̃fectus vrbis acerbe in eam actionem inuectus, Terentillum aperte criminari, cp præſidio conſulum ſpoliatam Rempu. inuaſiſſet, appellareq; Tribunorum collegium, atq; identidem admonere, vt cogitarent poteſtatem illam in ſingulorum auxilium, non in totius ciuitatis perniciem ab initio quæſitam, ſeque plebis Tribunos, non hoſtes patrum creatos. Orare proinde obteſtariq;, ne deſertam rempublicam a collega vexari paterentur, agerent cum eo, vt rem integram in aduentum conſulum differret, ne mitius Volſci Equicq;

Latini & Hernici rẽ Romanã tuent.

L. Lucretius. T. Veturius conſules.

Volſcorũ cõſpiratio.

Tribunitia. Terẽtilli actio.

Equiq; perpetui Ro. nominis hostes egisse, quã Tribunus plebis videretur, Peperciſſe illos affectæ ciuitati ſuperiore anno, quã magiſtratuũ præſidio deſtituta Tribunorũ vnus hoſtiliter vexaret. Egerũt Tribuni cũ Terentillo, vt eã actionẽ in conſulũ reditum differret, quibus haud multo poſt domũ reuerſis, Lucretius de Volſcis & Equis triumphauit. Collegæ datũ vt ouans ſine militibus vrbẽ intraret P. Volumnius & Seruius Sulpitius ſequenti anno conſules fuere. Cœlũ ardere eſt viſum, & terra horrẽde eſt mota, Bouẽ ad id locutã, & carnẽ pluiſſe proditũ eſt, eã vis auiũ volitando diripuit, qđ ex eo imbre intercidit, p aliquot dies ita iacuiſſe ferunt, vt nihil odor colorve mutauerit. Sibyllini libri a duũuiris aditi, piculũ ciuitati ex alienigenarũ cõuẽtu inſtare dixerũt: ne qs in ſumma loca ipetus fieret, cædeſq; inde ſequeret, fugiendã ob id ſeditionẽ, quæ imminentis mali origo & cauſa futura eſſet. Fremebant Tribuni ac fraude patrũ vanã fingi religionẽ a duũuiris, quo minus lex perferri poſſet. Iã aſſiduis eorũ criminationibus res haud procul ſeditione aberat, quũ vt idẽ bellorũ orbis in ſingulos annos volueretur ab Hernicis nunciatur, Volſcos & Equos bellũ accuratius ſolito inſtruere, Antiũ caput belli eſſe, cuius coloni ad aptã defectionẽ ſpectarẽt. Cauillabant Tribuni, fabulamq; eã eſſe dictitabãt, vt plebs quoquo modo vrbe ablegaret, fingi nouos hoſtes, & pſertim ex his gentibus quarũ opes ſuperiore anno pene in ppetuũ cõciditſſent. Antiates Colonos fideliſſimos in defectionis crimen deuocati. Autores igitur erant ſingulis, ne nomẽ conſulibus delectũ habere parantibus darent, & iam totius collegij cõſenſu plebs detrectabat militiã, patres contra legẽ impediebant, eorũq; iuniores his fere certaminibus intererant. Cõſules & maiores natu ne in tãta colluuione rerũ maieſtatẽ ſuã temere contumelijs offerrent, cõſulto abſtinebant.

Cæſo Quintij filius. Sed omniũ qui a patribus ſtabant, Cæſo Quintij Cincinnati filius, maxime erat plebi & tribunis infeſtus, iuuenis, pręter nobilitatẽ generis, magnitudine etiã corporis & viribus pollẽs. Adiecerat his multa bellorũ decora, par viribus facundia, vt nemo lingua manuve promptior in tota ciuitate haberẽt. Talis igitur omnes plebis impetus tribuniaſq; procellas vnus ſuſtinebat. Hoc duce ſæpe Tribuni pulſi foro, alij quibus obuius fuiſſet, partim diſcerptis veſtibus ſeminudi domũ abibant, partim ſeruiliter mulctabantur. Huic tã ferociter inſultanti Aũ. Verginius Trib. pl. capitis diem dixit.

Dies Cæſoni dicitur. Tantũ abfuit vt futuro iudicio territus, incepto deſtiterit, vt legi, ſiqñ alias, tũ maxime aduerſaretur, plebẽq; & Tribunos ferocius exagitaret. Patiebat Verginius reũ ruere, vt maiores plebis irę in eũ exardeſcerẽt. Tũ demũ Tribunus, Ecquid, inquit, ſentiris Quirites, Cæſonẽ ciuẽ & legẽ quã cupitis vos habere nõ poſſe? Sed quid legẽ q ror? cõmuni ille libertati obſtat, iam ſuperbiſſimos reges faſtu & arrogantia ſuperat, nũ vobis expectandũ, vt is conſul fiat quẽ priuatũ ferre nõ poteſtis? Hæc ille, Aderantq; iam multi qui ſe pulſatos ab eo dicerẽt, Tribunũq; ad rem peragendã incitabant. Apparebat plebem cupide Cæſonem damnaturam, quum iudicij die appropinquante Quintius pater, & cum eo propinqui multi & neceſſarij principes ciuitatis paſſim ſingulos præhenſabant, orabantq; ne tantam ex ciuitate indolem extorrem eiſcerent. Memorabant hi Quintiæ gentis merita in Rempublicã, ipſiuſq; Cæſonis egregia facinora, ptim in expeditionibus, partim in prælio edita. Excuſabant feruorem & audaciam, ætatem dicere illi omnia adẽpturam, quæ in eo vulgo diſplicerent, vitijſq; ſenẽtibus venturam cum annis maturitatem. Hæc alij. Quintius pater ter conſul, filij duntaxat culpã deprecari parce filium laudabat, ne inuidiam cumularet, quin illud orare, vt ſi quid in quempiam Cæſo iuueniliter deliquiſſet, eam ſibi offenſam cõdonarent, ne ſe iam ſenio confectum ſuauiſſimi filij pręſidio ſpoliarent. Quintij pręceps varie affecerunt ciuium animos, alij eas auerſari, vel verecundia, vel metu, alij audire quidem, ſed queri ac minitari, q; aut ipſi aut propinquorum aliqui a Cæſone pulſati eſſent, aliaue contumelia affecti. Sed nihil eque reo obfuit, ac Marci Volſcij accuſatio. Fuerat is aliquot ante annos Trib. pl. qui teſtimoniũ detulit, paulo poſtquam peſtilentia Romæ remiſit, incidiſſe ſe in iuuentutem noctu circa ſuburrã graſſantem, ibi rixa ex illorum iniuria orta fratrem ſuum maiorem natu, qui nondum recte a morbo conualuiſſet, pugno ictum a Cæſone, ſemianimẽ concidiſſe, interq; manus domum relatum, cui hominis offenſæ paucis fuiſſet ille diebus ſuperſtes, nec ſibi rem per ſuperiorum annorum conſules exequi licuiſſe. Id facinus adeo atrox multitudini viſum, vt concitatis animis ægre temperatum ſit, quin impetu populi fuerit reus pro cõcione diſceptus. Eſtq; Liuius horum autor Dionyſius Volſcio non Volſcio illi nomẽ fuiſſe prodidit, eumq; Tribunum plebis, nõ priuatum fuiſſe ſignificare videtur, quum teſtimonium in Cæſonem dixit, in foroq; non in ſuburra, Voluſcij fratrem a Cæſone percuſſum, nec tantum fratrem mortuum, ſed ſeq; pro mortuo relictum. Eaq; P. Seruilio, & L. Ebutio conſulibus, peſtilentia tum late in ciuitatẽ graſſante, accidiſſe. Adeo duo clariſſimi ſcriptores in re minime obſcura diuerſi abeunt. Adijcit Dionyſius, accuſationem, ad id tempus dilatam, quia apud Ebutium & Seruilium, qui non multo poſtquam hæc acciderant morbo vita deceſſerant: Cæſo reus fieri non potuiſſet, nec apud Veturiũ & Lucretium, qui externis bellis occupati in vrbe non fuiſſent. Verginius Volſcij teſtimonio adhuc magis iritatus, iubet Cæſonem arripi, & ad diem iudicij in vinculis ſeruari, ibi magna altercatio orta, ac poſt longam diſceptationem patrum interuentu X. vades Tribuno dati, qui pro eo, niſi ad diem iudicij reum ſiſterent, certam ſoluerent æris ſummã, interim Cæſo liber eſſet, ipſe Vadibus datis ſequẽti nocte iuſſu cõſultum in Tuſcos exulatum abiit. Iudicij die, etſi reus non adeſſet, tribus in ſuffragiũ a Verginio nihilo ſecius miſſæ, cupide abſentem damnarũt. Liuius appellatis Tribunis, nullum de ea re ſuffragium latum ſcribit. Pecunia a patre acerbe exacta, vt omnibus bonis diuenditis, aliquandiu Quintius trans Tyberim tenui contentus prædio vixerit. Nec cum Cæſone ſublata ſunt patrum & plebis certamina, quin quoties Tribuni de lege agerent, toties nobilium manus facto impetu concionem diſturbare, iidem illi legis remoratores quieſcentibus Tribunis blande plebem appellare comitatemq; eximiam præ ſe ferre in ſingulos, perhæcq; anno circunacto conſules facti ſunt Appius Claudius Appij filius, & P. Valerius Publicola. Perſeuerabant interim ſuo ſtudio patricij, plebem omni comitate affectantes, vt Tribunitijs eam concionibus auerterent. Contra Tribuni illos ad plebem criminando varie ſuſpectos reddere. Illatæ ab eiſdem in curiam literæ, quibus ſignificabatur coniurationem inter patricios, aduerſus plebem & Tribunos initam, Cæſonem Coriolani exemplo hoſtium copias ad vrbem admoturum, patricioru manum

Quintij patris modeſtia.

Volſcij accuſatio.

Hiſtoriæ variatio.

Cõſules.

Dãnatur abſens Cæſo.

Tribunorũ pro teritas.

Valerij vehemẽs actio.



manum in Tribunos & principes plebis noctu graſſaturam, negare quæſtionem ſuper ea re decerni poſſe, quando eorum, qui in curia eſſent plerique eius coniurationis participes eſſent, & ob eam rem nullam in ſe quæſtionem decreturi, nec vt ſibi ſuſpectis fidem haberi, poſcere tamen, vt præſenti malo quam primum ab ijs, qui poſſent, iretur obuiam: celeritate opus eſſe, velox periculum inſtare, dilationemq; ſecuritatis in ſubitis rebus ſemper fuiſſe intempeſtiuam. Liuius nihil literarum meminit, nec ait Tribunos hæc in curia, ſed in concione queſtos. Dionyſius, qui prioris eſt opinionis autor hos Tribunitios ſermones a Claudio conſule exceptos prodidit, qui ita præfatus ſit, vt dixerit rerum omnium de quibus ſermo habẽdus eſt, originem primaſq; cauſas ſpectari oportere, quales eas eſſe contingat, tales de his ſermones haberi neceſſe eſſe. Neminem quiritium eſſe, qui ſciret quo animo Tribuni plebis tulerint omnes actiones ſuas ſuperiore anno incaſſum ſuſceptas, qui non idem intelligat omnia eos molituros, qui plebem armare in Senatum & patricios poſſint. Inde quæſitũ a Vergínio & alijs ecquis eas literas attuliſſet, aut a quo redditæ dicerentur, per quæ ridiculum Tribunorum mendacium inſectatus, omnem ordini intentatam calumniam, vt vanam diſcuſſit. Erant nihilominus ordinum animi ad certamen accenſi: Volſci interea, & Equi, quod vnum per ſe diſcordiam ſedare potuit, in armis eſſe dicebantur.

Capitolĩ occupatur. Acceſſit repente & alius timor. Exules ſeruiq; ad quatuor milia, Appio Herdonio duce Capitolĩ et arcẽ noctu occupauere. Erat is Sabini generis, nec obſcuris ortus natalibus, dubiũ, vt ipſe tyrannidem exerceret, an vt Romano principatu ſublato, in Sabinos caput & arcem imperij transferri vellet. Cędes in arce per noctẽ edita, & ad arma repente conclamatum. Conſternata multitudo regi non poterat, hoſtes in arce eſſe dicebantur. Cæterum qui eſſent & quantus numerus ſciri non poterat.

Noctur nũ vrbis metus. Solicita ciuitas reliquum noctis in ſtationibus diſponendis, opportuniſq; locis præſidio firmandis egit. Vbi vero illuxit, qui hominum arcem, & quo duce occupaſſent, vulgo conſtitit. Herdonius ex Capitolio ſeruitia ad libertatem vocabat, qui vt ipſe clare prædicabat, miſerrimi cuiuſq; cauſam ſuſcepiſſet, vt exules iniuria pulſos in patriam reduceret. Serui igitur domi, & hoſtes foris timebantur, ne Volſci & Equi, quorum in Romanos odia nulli ad id tempus ignota erant, aut cæteri finitimi, qui & ipſi Romanos inſenſe oderant, præſentem occaſionem nacti, magno reipublicæ periculo, parte ciuitatis capta, legiones portis admouerent. Hæcq; tunc erant hominum cogitationes, hi metus animos exagitabant. Interea tantus furor Tribunos tenuit, vt non id bellum eſſe contenderent, ſed vanam belli imaginem ad auertendos a legiſlatione plebis animos, patriciorum hoſpites clientęſq; arcem inſediſſe, quippe qui perlata lege, ſua ſponte eſſent inde abituri, concilium inde perferendæ legi cogebãt, plebe ab armis auerſa. Quod vbi in curiam eſt perlatũ: Tribunorum ſuaſu deponi arma, relictiſq; ſtationibus in concilium iri. P. Valerius, collega ſenatum habente, ex curia ſe prorípuit, in templumq; deuolat ad Tribunos, vbi vero in conſpectum venit. Quid hoc eſt Tribuni? procul exclamat, eſtis ne Appij Herdonij ductu hanc rempublicam euerſuri? Tam felix ille fuit in vobis corrumpendis, qui ſeruitia ex arce clamans, corrumpere non potuit? Hoſtes ceruicibus veſtris imminẽt, & vos ab armis ad ferendas leges plebem auocatis. Inde ad multitudinem conuerſus, ſi vos neq; vrbis huius Quirites, neq; veſtri cura tangit vlla, at Deos veſtros ab hoſtibus captos reſpicite: Dij præſides huius vrbis obſidentur, ſeruorum arma publicos premũt penates: Vos concionabũdis Tribunis ocioſe velut oia pacata ſint aſſideris, & hęc ſane ciuitatis forma dicęda eſt? ingens vis hoſtiũ non ſolũ in vrbe eſt, ſed in arce quæ foro imminet, vos comitia celebratis, ſenatus vt in re dubia in curia ſententiam dicit, hic ciues ſuffragium ineunt. Nonne ſtatim oportuit, quicquid patrum, plebis, hominumq; in tota vrbe eſt, in Capitolĩũ currere, auguſtiſſimumq; ciuitatis templũ ab ſceleris armis vindicare? Tu inquit Romule parentis vrbis eam precor da tuæ ſtirpi mentem, qua tu olim hunc ipſum locum auro Sabinis prodium recepiſti, vt nos progenies tua eadẽ via qua tuus olim exercitus ingreſſi locũ obtineamus. En ego conſul quantum mortali licet tua ſecutus veſtigia, ibo obuiam periculo, ac quantum humana virtus valebit, ne diutius hoſtis arce potiatur, efficiam. Summa eius orationis fuit vt diceret ſe arma capere, vocare ad auxilium patriæ ferendum quicunq; rempublicã ſaluam eſſe vellet. Ac ſi quis rem impediret, ſe cõſularis imperij, Tribunitię potęſtatis, ſacrarum legum oblitũ, eum in capitolio, in foro, in ſacro, & prophano pro hoſte habiturũ. Auſurum ſe in Tribunos, ſi tribuni in mora eſſent, quod princeps ſuæ ſamiliæ in reges auſus diceretur. Nec multum profuit tam vehemens oratio, tenuit per diem certamẽ, ita vt neq; lex ſit lata, neq; conſulire potuerit in Capitolium. Ceſſere ſub noctem Tribuni conſulum arma veriti, nec patres præſentem occaſionem omiſere, qui ſe circulis inſerendo, per noctem conati ſunt plebis animos flectere, præſentis periculi, pięratiſq; in Deos identidem admonentes. Interim Tuſculum affertur Romanam arcem, & Capitolium ab hoſtibus teneri, ciuitatemq; inteſtina ſeditione laborare. Erat tum ibi L. Manilius Dictator, is ſuis autor fuit, ne expectarent dum ab vrbe Roma auxilium legari peritum venirent, nũquam maiorem occaſionem Romani nomis demerendi Tuſculano affuturã. Placuit auxilium mitti, conſcribitur iuuentus, arma dantur, Romam prima luce itur. Præbuit agmen Tuſculanorũ auxilia. procul conſpecti hoſtium ſpeciem, Volſci Equiq; venire primo crediti ſunt, vbi vero qui eſſent cognitum eſt, in vrbem accepti in forum ſub ſignis deſcendere. Valerius collega ad portarum præſidia relicto, ipſe in foro aciem inſtruit, pollicitus Capitolio recuperato, vbi demõſtraſſet quid fraudis in lege eſſet, ſe conſilium plebis non impeditu rum. Tum Tribunis neq; quaquam reclamantibus, multitudo conſulem ſecuta eſt. In capitolinum cliuum acies dirigitur, adiungitur Tuſculana legio, certare inter ſe ciues, ſociq; vtris recuperaręarcis laus deberetur, trepidare qui in arce erant, nec tam viribus quam loco confidere. In hos ſigna inferri iubet Valerius, & iam qui primo loco pugnabãt in veſtibulum templi irruperant, quum conſul ipſe inter primores prælium ciens ſuperne ictus concidit P. Volumnius vir conſularis cadentem Valerius conſul ca conſpicatus, dat ſuis negocium, vt corpus & mortem conſulis obtegant. Ipſe in eius locum ſuccedens, ſuos ad pugnam hortatur, tanto ardore, impetuq; res geſta eſt, vt prius miles vicerit, quam ſe fine duce pugnare ſenſerit. Pleriq; exulum ſua ipſi cædę templum fœdauere, quidam viui capti. Herdonius telorum multitudine obrutus, fortiter pugnando occubuit. Atq; in hunc maxime mo-

dit.

dum capitolium recuperari contigit. De captiuis sumptum est supplicium, Tusculani vt socij fidelissimi laudati, Capitolium primo purgatum est, inde ob cædem in eo commissam lustratum. In P. Valerij locum, L. Quintius Cincinnatus Cæsonis pater est surrogatus. Dionysius autor est, agresti operi intentum ab ijs qui dignitatem nunciatum venerant, repertum, eoq; purpuram cæteraq; consularia insignia delata. Consul salutatus paululū se tenuisse dicitur, mox pauca hæc locutus. Ergo inquit agellus hic nō feritura me hoc anno, q; vehementer vereor annuus victus defuturus sit nobis. Liuius tum id accidisse ait, quum Dictator creatus est. Sed quocunq; tempore id contigit, satis constat virtutem ea tēpestate hominibus ornamento fuisse, non diuitias: nec paupertas tunc fuit cuiquā decori, nisi huic qui eam fortiter ferre non posset. Perculit Cincinnati dignitas plebem suarum iniuriarū conscią, nam præter q̄ iratū se consulē habituram videbat, hominis virtus vulgo formidolosa erat multitudini. Accedebat & patrum fauor, tresq; liberi quorum nemo magnitudine animi erat Cæsone inferior. Ille vero vt magistratū iniit, primis cōcionib⁹ nihilo acerbior est visus in plebe coercenda, quam in castigando senatu, qui plures annos passus esset Tribunos immodica lingua vanisq; criminibus in foro regnare. Inde in Aulum Verginium inuectus eum non minus hostem patriæ quam Herdonium fuisse prædicabat, castigabatq; consulum patientiam, qui non prius in eum quam in exules qui capitolium tenebāt, impetum fecissent. Pudere ad hæc q̄ quum exules, seruiq; Capitolium augustissimum vrbis templum tenerēt, prius Tusculi quam Romæ essent sumpta arma. At si plebeiorum aliquis domum suam ab armata familia obsessam nunciasset, continuo Aulus Verginius subueniendum sensuisset, at quum cella Iouis seruilibus teneretur armis, non censuit. Et quū ille cæteriq; Tribuni tales essent, vt sacrosancti haberi vellent, per quos Dij ipsi neq; sacri, neq; sancti haberentur, & quod indignius adhuc esset, diuinis humanisq; sceleribus polluti, legem se laturos prædicarent, q̄ si se consule perferretur, tum omnibus videri vellet, eo peius die cīi republica actum quo ipse consul creatus esset, quam quo Valerius in vestibulo Capitolij periisset. Sed iam inquit in animo habeo Quirites in Volscos legiones, & in Equos ducere: nescio enim quonam fato bellando magis quam quum pacati sumus propitios habemus Deos. Edico igitur vt qui in Valerij verba pro Capitolio recipiendo iurastis, cras ad Regillū lacum mihi adfitis omnes. Conati sunt primum Tribuni soluere militem religione, idēridem prædicātes Quintium tum priuatum fuisse, quum milites in Valerij verba iurassent, eoq; mortuo exercitum non teneri sacramento. Hæc illi, sed milites haud se propterea soluebant, haud enim tunc erat quæ postea secuta est religionis negligentia. Terrebat præter cętera populum ferox Quintij denunciatio, fore, vt quandiu ipse consul esset, procul domo habiturus esset exercitum. Nec se populum ad comitia vocaturum, creandorum consulum causa, Dictatore opus esse, vt aliquando respu. domesticis seditionibus concussa fisti posset. Huiusmodi minæ adeo Tribunos fregere, vt polliciti sint se in autoritate patrum futuros, modo ne exercitus domo abduceretur. Est itaq; inter senatum & Tribunos ipsos comparatum, vt eo anno neq; de lege ageretur, neq; cōsules legiones aliquo educerent. Ocium ab omni vbico externoq; certamine in reliquum anni fuit. Plebs eosdem Tribunos reficit, quo exemplo patres irritati, Quintium parabant consulem reficere, nisi grauissima ipsius castigatione moniti, alienum ab eius ordinis dignitate esse, peccare alterius exemplo, præsenti consilio abstitissent. Consules itaq; creati Q. Fabius iterum, & L. Cornelius Maluginensis. Cœperant Tribuni solicitare plebem, quum Romam allatum est, Volscorum legiones circa Antium esse. Cœperat ea colonia iam antea Romanis suspecta esse. Aegrea Tribunis obtineri potuit, vt bellum præuerti paterentur. Conscriptæ ad bellum legiones Latini Hernicique duas milium partes de more ad bellum dederunt. Volscorum prouincia Fabio data, Cornelius ad præsidium vrbis remansit. Hostis ab Romano vt in pugnam descenderet, compelli non potuit. Tum consul tripartito castra adortus hostē vallo deturbat: Castris inde exutum ac dispalatū, aperto cecidit campo: deletus foret exercitus ni fugientes proxima sylua peropportune texisset. Sed dum hæc ad Antium geruntur, Equi interim præmisso iuuentutis robore, noctu Tusculanam arcem occupant. Reliquus exercitus haud procul oppido constitit, vt subsidio suis esset. Tusculanæ arcis nuncius Romam primo, & ab Roma Antium in castra perlatus, haud aliter Romanos affecit, quā si iterum ab hoste captum esset Capitolium. Adeo Tusculanorum in Romana arce recuperanda recens vigebat meritum. Et quia relata gratia opus erat: confestim consul legiones Tusculum admouit. Dionysius Fabium scribit vrbem egressum huc primum venisse, hostemq; procul Romanas legiones conspicatum, sponte priusquam signa admouerentur, deseruisse arcem. Non defuerunt qui hostium præsidium aliquandiu obsessum scriberēt, hicq; incolumitatem pacti arce postremo abscesserint. Liuius plures hic menses bellatum existimat parte copiarum a consule Tusculanis data, vt ea parte qua oppidum spectat arcem oppugnarent, ipsum interim consulem hostium castra oppugnasse, nec prius Equum arce depulsum quam fames ad deditionem compulisset. Arq; ita deditos sub iugum missos, quos domum abeuntes Romanus ad Algidum consecutus obtruncauerit. Dionysius recepta arce ait Fabium exploratis hostium itineribus noctu rapto agmine in Algedonem, sic ipse Algidum vocat, venisse, ibiq; improuiso accessu hostem fusum, multaq; cum cæde disiectum, ac secundum eam victoriam ad Ecerranam itum vrbem Volscorum ea tempestate illustrissimam, ibiq; aliquot dies protractus hostis quum ad pugnam exciri nequiuisset, agrum fœde populatum, prædamq; in eo partam benigne militibus diuisam. Alterum consulem, quia aperte Antium defecisset, in Volscos qui erant circa Coloniam inuectum, quibus obuiam prodeuntibus, atrox sit prælium cum Romano commissum: ad vltimum victos hostes, in Antium compulsos, quos cum aggere & fossa Cornelius claudere esset adortus, iterum congredi ausos nihilo meliore euentu dimicasse, quin fusos, secq; intra mœnia recipientes Romanum e vestigio secutum, admotisq; muro scalis vi oppidum captum, omne aurum, argentum, & æs, aliamq; pretiosam prædam a consule in publicum relatam, principes Coloniæ cæsos secutosq; percussos, atq; his gestis vtrunq; consulem Romam reuersum. Liuius autor est, post Equos qui præsidio Tusculanæ arcis decesserant in Algido cæsos, Cornelium cum exercitu eo ab Roma venisse, atq; ita consules ambo Equorum fines & Volscorū

Cincinnatus fit consul.

Quintij denūciatio.

Fracti tribuni conſulibus cedunt.

Tuſcula na arx occupatur.

Cōſules.

Audi ſuperbum hoſtium reſponſum.

Equi in Algido cędunt.



Volscorum ingressi, vtranq; regionem late incursarint: nec præterit Liuium fuisse quosdam ex ipso scriptorum numero, qui in hunc annum, quod & ipse Dionysium secutus fecī, Antiatium defectionem reiecerint. Cæterum ab sentibus consulibus Au. Cornelius, & Seruilius quæstores, M. Volscio q̄ haud dubie falsus in Cæsonē fuisset testis, diem dixere, constabat enim neq; Volscij fratrem, vbi semel morbo decubuisset, conualuisse amplius, nec per id tempus in quod testis crimen reiecerat, Cæsonem Romæ fuisse, sed circa signa frequentem, & sine commeatu vllo mansisse. Tribuni in mora erāt, qui prius populū in suffragia ire vetabant, quam lex lata esset, in consulum aduētum vtraq; res extracta, quibus reuersis quia Tributa comitia instabant, Tribuni non tam de lege soliciti, quam vt quarto reficerentur, Volscianum iudicium de industria omiserunt. Consules summa ope resistebant, ne ijdem Tribuni fierent in sequentem annum, victoria tamen apud plebem & Tribunos fuit. Eodem anno pax petētibus Equis est data, lustrumq; decimum conditum, censa ciuium capita centum triginta duo milia. CCCC. XIX. Sequens annus consules habuit Lu. Minutium, & C. Nautium. Apud quosdam L. pro C. legere est. Impediebant consules legem, Tribuni ex aduerso Volscianum iudicium, eratq; maior omnino autoritas in nouis quęstoribus M. Valerio Valerij filio, & Quintio Capitolino, qui ter consul fuerat. Verginius & cæteri Tribuni duos menses cōsulibus assignarunt ad legem inspiciendam, vt populum docerēt, quid in ea occultæ esset fraudis. Et res domi in hoc statu erant, quum foris ab Equis renatum est bellum, confederant hi Gracho duce in Latinorum finib⁹ primo, agrum inde Tusculanum cum præda & populatione incursarunt, & iam prædacea opulentia honusti in Algido castra fecerant, venerunt eo ex vrbe legati sociorum iniuriam querentes repetentesq; res ex fœdere nuper icto. Gracchus successu rerum elatus, indigne inquit, facitis vos Romani iustam vltionem prohibituri, quasi nefas sit Equos a Tusculanis, a quibus prius læsi sunt iniuriarum pœnas exigere, præsertim quum nihil diserte sit socijs in fœdere cautum. Si quid igitur vos læsi estis redden-tur res Romano vt postulatis, sin aliorum causa pœnas exacturi venistis nullus de his erit vobis mecum sermo. Sed ista ad hanc arborem loquimini. Imminebat fagus, siue, vt Liuius ait, quercus prætorio. Tum ex legatis vnus, & hæc quidem sacra arbor audiat, ac quicquid Deorum vbiq; hominumq; est, violata a vobis iura quæ nos iusta vltione exequemur. Post legatorum reditum Patres Minutium ad hostes in Algidum ire iubent, alterum consulem Equorum fines populari. Impediissent tum quoq; vt sæpe alias Tribuni delectū, nisi Equico bello alius recens ex Sabinis superuenisset terror. Sabini ad vrbem vsq; prædabundi venere, qua clade & ignominia plebs consternata Tribunis frustra retinentibus arma induit. Duo exercitus conscripti, Naucius in Sabinos est missus. Castris ad Eretum positis, fuit is Sabinorum vicus Tyberi propinquus, crebris incursionibus hisq; plurimum nocturnis tantam in Sabino agro fecit vastitatem, vt præ cladis huius magnitudine, Romani agri viderentur intacti. Alteri consuli in gerendo bello, neq; virtus, neq; fortuna affuit. Nam vbi in hostium conspectu fecit castra, nulla adhuc clade accepta sese vt victus castrorum munitionibus tenebat, qui vanus metus vbi est ab hoste animaduersus, ferocius instare cœpit, nocteq; castra oppugnare aggressus, quæ quia capere nō potuit, vallo postero die circūsedit, Dionysius in conualle quadam Romanum ab hoste clausum autor est. Cæterum siue metu & ignauia, siue locorum iniquitate fuit exercitus obsidione cinctus, tanta ciuitatem trepidatio inuasit, obsidionis nuncio Romam perlato, quanta si vrbem ipsam hostes obsiderent. Alterum consulem confestim Romam venire iubent, in quo quum in tanto discrimine parum præsidij fore crederetur, Dictatoreq; opus esse qui rem propemodum lapsam restitueret, L. Quintius Cincinnatus Dictator omnium consensū dicitur. Colebat is trans Tyberim quaternum iugerum prata, Quintia deinceps nuncupata. Huc cum mandatis patrum legati vt eum in vrbem deducerent, venere. Constat agresti operi intento sub primum legatorum accessum, a Racilia coniuge togam ex proximo tugurio depromptam, absterſumq; toto corpore puluerem. Nauis illi publice parata, Tyberiq; transuectum tres filij venientem primo, mox propinqui & necessarij, inde patres cæteraq; multitudo gratulabunda excipit. Vigilatum sequenti nocte in vrbe, postridie quum ante lucem in forum veniſſet, L. Tarquinium magistrum equitum dixit, cum quo in cōcionem progressus iustitium indixit, vetuitq; priuatæ rei quicquam in vrbe agi, edicit inde vt quicunq; per ætatem & valetudinem militare possent, cum cibarijs quinq; dierum, vallisq; duodenis sibi ante noctem in campo Martio adessent. Ibi sub nocte composito agmine, Dictator legiones, Tarquinio equitatum vrbe educunt, multa vbiq; alacritas, alius alium hortari, vt gradum adderet, celeraret, dum nox esset, vt ante lucem ad hostem veniri posset, tertium iam diem consulem & legiones obsideri. Quid nox, quid dies ferat, haud plane sciri posse, paruo temporis momento maximarum rerum momenta verti, media ferme nocte ad hostes ventum. Dictator equo eorum castra circunuectus circuitum et formam contemplatur. Hicq; per Tribunos sarcinas vnum in locum a militibus cōijci imperat, inde silētio in suos ordines omnes rediere, tum agmen circunquaq; extensum hostes circundedit, mox vbi signum audiuere, omnes clamore subito vti iussi fuerant, vallum iaciunt. Voces vndiq; aures ferientes hostes territant, Romanis spem & audaciam afferunt. Negat consul morandum esse, iam enim clamore ipso non modo suorum aduentum sed prælium quoq; ab altera parte initum significari, qui igitur in castris erant, sumptis armis hostem pugna lacessunt. Equi exteriore parte opus prohibere cœperant, quum eruptione ab Romanis repente facta, veriti ne per medias castra obsessi ad suos euaderent, introrsum conuersi, pugnam cum Minutio in lucem extrahere. Fossa interim & vallo circundati a Quintianis inuaduntur copijs. Hi cancipiti malo deprehensi, ab armis ad preces versi, nunc Dictatorem, nunc consulem orant, ne in cæde & strage hominum, victoria reponerent. Necessitate igitur coacti in has conditiones descendunt, vt Gracchum Cloelium ducem, principesq; gentis, Dictatori vinctos traderent, Corbione oppido decederent, ipsiq; inermes sub iugum missi abirent. Tribus hastis iugum fiebat, duabus humi defixis, superq; eas vna transuersa deligata. Huiusmodi ignominia hostes a Dictatore dimissi. Prædam Quintius castrensem suo dedit militi habendam, vetuitq; consularem exercitum ex ea quicquam attingere, indignū

Conſul cingitur obſidione.

Quintij ſtratagema.

Sub iugū mittunt Equi.

prædicans, vt præda ex eo hoſte potiretur, cuius ipſe propemodum præda fuiſſet. Inde conſulem affatus: tu inquit Minuti donec conſularem animum habere incipias, legatus in caſtris eris. Tantum abfuit, vt Minutiꝰ aut milites ignominia notati id ægrius tulerint, vt & abeuntem Romam patronum ſalutarint, coronamq; ex auro dono decreuerint. Ipſe triumphans Romam ingreſſus eſt, egitq; Equorum principes ante currum, ſignaq; militaria hoſtibus adempta. Epulæ militibus curſum ſequentibus paſſim tota vrbe appoſitæ, multaq; hilaritate diſcumbentium eius diei pompa traducta eſt. Abdicaſſet ſe Quintius conſeſtim magiſtratu, niſi M. Volſcij comitia tenuiſſent, ne Tubi impedire id iudicium poſſent, in dictatura perſeuerauit. Damnatus Volſcius Lanuuium exulatum abijt, tum & ipſe ſponte ſeſe magiſtratu abdicauit. XVI. Dictaturæ die, quum in ſex menſes tum magiſtratum accepiſſet. Q. Fabius Minutio ſucceſſor in Algidum miſſus. Mirum eſt quod de Quintij continentia Dionyſius prodidit, ſelecta ex omni præda quedam manubiarũ nomine, haud quidem attigit. Et quum neceſſarij & propinqui plura pollicerentur, vt in vrbe permaneret, continuovi poteſtate abijt, in agrum quẽ colebat, ſeſe recepit, paupertate magis quam diuitijs cõtentus. Nautius conſul & ipſe in Sabinis ad Heretrum cũ hoſte feliciter pugnauit, hoſtilem agrum aliquãto antea ferro & igni fuerat populatus.

Quintij triũphus

Dãnatur Volſciꝰ.

Quintij temperãtia.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIAE, LIBER IIII.

CONSVLES ſecuti. Q. Minutius, & M. Horatius, quidã C. pro Marco ſcripſere. Incidit horũ adminiſtratio in annum primum octogeſimę primæ Olympiadis, qui quintus fuit & quadrageſimus, ſupra ſeptuageſimum, ac quater mil leſimum ab mundi origine, a Roma condita nonageſimus ſeptimus, ac ducenteſimus. Tribuni principio anni huius, ob legem ſæpius tentatam, cœperant domeſtica ocia turbare, quum agreſtes fuga in vrbem delati, multa trepidatione nunciant, intra Fidenas & Cruſtumeriam, a Sabinis omnia obtineri. Decernunt patres vt exercitum Conſules ad bellum conſcribant. Tribuni delectum impediũt, negocium nullum bellicum paſſuri, niſi lex Terẽtilla de iure ciuibus æquando, prius lata eſſet, attingi, vincebaturq; conſulare imperium cõſenſu Tribunorum, quum recentioribus nuncijs afferetur Romano præſidio ad Corbionem cæſo, Equos in armis eſſe. Liuius ab Equis priuſquam a Sabinis, rem hoc anno motam prodidit. Tribuni recentioris belli terrore perculſi delectum remittunt, prius tamen pacti, vt decem deinceps Tribuni crearentur, rati ſuam paucitatem ludibrio patribus eſſe, actum primum decem creari cœpti, anno a primis Tribunis ſexto ac trigeſimo. Conſules delectu habito in hoſtes profecti ſunt. Dionyſius (nam eorum quæ adhuc diximus, Liuius eſt autor) Tribunis delectum impedientibus, impetum ait cepiſſe patres, belli per ſe clientibus & amicis fractos excipiendi, cuius ſententiæ erat L. Quintius autor, actum priuſquam hæc extrema remedia quererentur. C. Horatium conſulem cum ſenioribus patrum ante ſuggeſtum locatis, Tribunos & multitudinem ſic ait affatum. Pulchrum Vergini opus, longeq; laudabile, tu tuiq; collegæ ad hunc diem peregiſtis, plebem a Senatu, & quaſi diſcerpto corpore, membra a capite auulſiſtis, ac quantum in vobis eſt perditum itis oĩa hæc bona, quæ partim a maioribus ſunt nobis relicta, partim nos ipſi fortiter belando quæſiuimus. Cæterum nos non ſine dimicatione hæc dimittere certi ſumus, ſed vna cum patriam ſeruare volentibus, decreuimus arma capere. Ibimus igitur in certamen nos patricij ſpem bonam ſecuti ducem, honeſtius ibi, ſi vincere non contingat, perituri, quam ſi hic ſedendo patriam, liberos, penates, noſipſos prodiderimus. Enimuero, ſi quis Deus pie facta reſpicit, ſi fortuna vrbis huius nondum hæc mœnia reliquit: certe eſt aliquid quod ſperemus, ſin aliquod inimicũ numen Romanæ vrbi aduerſabitur, ſitq; tacita quædam inuidia quæ nihil in terris diu felix eſſe patiatur, ſi nulla res alia, certe vna cadentes ſolabitur, q; in patria tuenda, neq; voluntas nobis, neq; ſtudium defuit, eritq; exitus ipſe omnium pulcherrimus, quia pro patria, pro libertate, pro penatibus, pro liberis, pro ijs quæ hominibus chariſſima ſunt, mortem oppetiuerimus. Vos interea fidi generoſiq; vrbis præſides, hic concionabundi ſedebitis, fœminarum more verbis altercantes, quibus neq; vita, ſi vicerimus honeſta, neq; ſi victi ſumus tuta eſſe poterit, niſi forte ſpem illã frigidam alitis, ſore vt patricio ordine extincto, hoſtes mitiores habituri ſitis. Quippe qui omni certamine omiſſo, vobis principatum, cæteraq; habenda relinquant, quæ vos cum recte ſentiebatis, ipſis bellando ademiſtis, adimendoq; trophea & monumenta perpetua inimicitiarum ſtatuiſtis. Sed quid ego plebem obiurgo, quæ ſua ſponte nunquam fuit mala? Cur non te potius & alios Virginij? Quorum quum nihil ſit humile in republica, eam tamen hoſtibus præſidia auferendo proditis, pro quibus vltricem pœnam a Dijs expectare, illi quidem puniũt, quæ homines nequeũt, etſi ab hominibus eſt eriã vltio expectanda, quorũ manus in patriam armaſtis. Veſtra enim diſcordia fræti hoſtes, tam licentioſe hodie Romano nomini inſultant. Aderunt illi poſt patriciorum cladem, hãcq; vrbẽ aut fame domitã aut vi captam diripient, mares fœminaſq; promiſcue trucidabũt, nõ ſexu, nõ ætate vlla abſtinebũt, non Romanorũ quorũ imperare proprium eſt, ſed Barbarorũ crudeliſſima exẽpla ſecuti, ne veſtigia quidem vrbis huius vlla in terris relinquẽt, vt Romanum nil ad poſteros ſit niſi fama, totis viribus curabunt. Vtinam ſim falſus vates, Video excidium ingens patriæ imminere, vos qui hæc nõ videtis, ſiue potius videre diſſimulatis, pergite vt cœpiſtis, concionem aduocate, nouas inferte leges, dum Patricij, dum Senatus, deuotum ſe eunt pro patria, cui tu Vergini, & alij Tribuni, magis inimici eſtis, quam Sabini & Equi, qui nunc noſtra populãtur, ac neſcio amplius etiã magiſq; pernicioſſ. Illi vtiq; ex profeſſo hoſtes, vos noſte ciues, et ciuiũ cuſtodes, re autem pluſquam hoſtes qui finitimis vndiq; in perniciem vrbis huius ruentibus, ciuibus arma adimitis. Tota multitudo mota eſt huiuſmodi Conſulis oratione, ſed maior omnino animorum motus inde ortus, q; maiores natu patricij ordinis, qui in conſpectu ſtabant, tacite ad ea quæ dicebãtur, collachry marũt, tum ciuium inclinationẽ veritus Virginius mitiore ſermone vſus, precatꝰ eſt, vt ſi in præſentia de lege trãſigi nollẽt, hoc

ANNI MVNDI.

Decem Tribuni.

C. Horatius oratio.

Amara exprobratio.

Peroratio.



Concordia ordinum.

hoc ſaltem darent plebi, vt Tributis comitijs decẽ Tribuni crearentur, quod vno Appio Claudio repugnante, eſt a patribus neceſſitate magis quã voluntate, expreſſum. Verum ea cõditione, vt eorum qui tunc eſſent in ſequentem annum nullus reficeretur. Poſt tributa comitia Minutius eſt in Sabinos profectus, hoſtemq; nuſquam in agris adeptꝰ, regionẽ populatus eſt. Horatius cui Equi prouincia euenerant, non ſolum Corbione, ſed Hortana quoq; ſiue, vt Dionyſius ait, Britone de Latinis capta, in Algido hoſtem inuenit. Ibi prælio commiſſo Equi victi ſunt. Corbionis mœnia Romanus victor a fundamentis diruit. Et hæc domi militiæq; eo anno geſta. Qui proxime ſecutus eſt Conſules habuit, M. Valerium, & Sp. Verginium. Ab externis armis ocium fuit ciuitati. Lex de Auentino publicando lata eſt, quum plerique furto multa in eo occupaſſent. Datæ omnibus areæ in eo ædificare volentibus. Fuerat prius modica ſui parte cultus, patet collis ambitu duodecim ſtadiorum. Sed quum de lege huiuſcemodi ageretur, Icilius & cæteri Tribuni ad Conſules miniſtrum miſerunt, petentes vt de Auentino referrent ad patres, impulſus Tribunitius viator ab vno eorum, qui conſulibi apparebant, procul reiectus, ita parcitus Icilius lictorem arripuit e rupe præcipitaturus, vtiuſq; eſſet illico maieſtatem, niſi Tribuni hominis vitam precibus patrum condonaſſent. Tentatum præterea a Tribunorum collegio, vt Senatum ſibi in curiam vocare liceret, quum Conſulum ad eam diem poteſtas fuiſſet, illi duntaxat patres acerſere, nec e curia abire licebat, niſi conſulum alter pronunciaſſet, abire ſi placet, nõ amplius vos moramur patres conſcripti. Et vt conſularis fuit poteſtatis patres morari, ita Tribunitiæ concionem populi tenere, quandiu voluiſſet, ac quum libitum eſſet voce ſoluere. Refecti deinceps ijdem Tribuni, T. Romilio, & C. Veturio conſulibus, qui quum præter cætera, legem celebrarent, opportune nunciatum eſt, Tuſculanum agrum ab Equis vaſtari. Pergrata ea res fuit patribus, qui velut in orbem ſtatum reipublicę variari non ignorabant, vt bello concors ciuitas eſſet, in pace ſeditioſa, augericq; republicam armis, ocio deteriorem fieri. Recens Tuſculanorum meritum effecit, vt Tribuni auxilium remorari non ſint auſi. Ambo iraq; Conſules ad id bellum exiuere, hoſtemq; in Tuſculano adepti, & ad pugnam extractum, cum magna cęde fuderũt, fugarũtq; quatuor milia Equorũ & amplius deſiderata. Præda ingens queſita eſt, ac vẽdita, prædaceæ pecuniæ ob inopiã in ærariũ repoſitæ. Quæ materia criminandorum ad plebem conſulum Tribunis eſt oblata. Nec ita multo poſt Sp. Tarpeio & Aulo Eternio ſiue Termenio conſulibus dies Romilio dicta a C. Claudio Cicerone, & Veturio ab L. Alieno ædile. Romilius decem milibus æris, & Veturius duodecim ſunt damnati. Dionyſius ſignificare videtur a Siccio Trib. pl. diem Romilio dictam, & a L. ædile Veturio, quia Equico bello Siccius cum tota cohorte in apertum mortis diſcrimen ire iniquo eorum imperio iuſſus eſſet. Datum præterea crimini, q; ijdem conſules cum nobilium manu in Tribunos impetum feciſſent, per eoſq; magiſtratum qui ſacroſanctus eſſet, violari contigiſſet. Tarpeius & Termenius conſules damnare aiebant poſſe conſulares viros, & principes Senatus, legem tamen Tribunos ferre non poſſe. Tum Tribuni Terentilla lege abiecta, quæ iam conſenuerat (Dionyſius eam latam exiſtimare videtur, æſtimatamq; per eam mulctæ

Cõſules. Lex de Auentino.

Conſulũ fuit vocare Senatum.

Cõſules.

Lex Terentilla.

Solonis leges.

Cõſules. Peſtilentia & fames.

Cõſules.

Decẽuiri ad cõſcribendas leges.

Empedocles Agrigẽtinus.

Parmenides Eleates.

summam, binis bobus ſiue ouibus triginta, & quod non ſolis conſulibus, vt antea, ſed cæteris quoq; magiſtratibus, aduerſus ſuam poteſtatem delinquentes punire liceret) cum patribus agunt, vt veteribus certaminibus poſitis, ſi plebeiæ leges diſplicerent, ex patribus & plebe creari paterentur, qui leges & ea quæ ad æquandam libertatem attinerent, ciuitati conſcriberent. Romilius qui haud multo antea damnatus fuerat, ſententiam in Senatu dixit, æquiſſima ſibi videri Tribunorum poſtulata, habuitq; ſuper ea re popularem orationem, quapropter non ſolum laudatus eſt a Tribunis, ſed a Siccio & collegis remiſſa eſt ei mulcta, quam homo conſtanti ingenio a ſe nihilo ſecius ſolutam voluit, nequid dicendo ambiuiſſe crederetur. Ita de legibus populo æquandis inter ordines conuenit. Miſſi in Græciam qui præclaras Solonis leges, aliarumq; illuſtrium ciuitatum mores & inſtituta conſcriberẽt. Legati ad hoc ipſum miſſi, Sp. Poſthumius Albus, P. Sulpitius Camerinus & Aulus Manlius. Pro. P. apud Dionyſium Seruium reperio. Fuitq; reliquum anni tempus ab externis armis, & omni domeſtica ſeditione quietũ. Sed annus qui ſecutus eſt aliquanto quietior, P. Curiatio & Sexto Quintilio cõſulibus. Cæterum duo grandia mala vrbem inuaſerunt, fames & peſtilentia omnium memoriæ ad id tempus traditarum maxima, vrbs funeribus exhauſta, & agri hominum pecorũq; ſtrage pene deſolari. Quintilius conſul mortuus eſt, cui Sp. Furius eſt ſurrogatus, mortuus Augur vnus, & tres Tribuni plebis, Flamen vnus Quirinalis. Interim legatis ex Græcia reuerſis, Conſulibus L. Menenio & P. Siccio noua ſcribendarum legum cura ciuitatem inuaſit. Placuit Decemuiros ſine prouocatione creari, nec alium eo anno eſſe in vrbe magiſtratum, aliquandiu controuerſia tenuit, deberent ne ex vtroq; ordine legi, an ex patricio tantum, poſtremo conceſſum, vt ex patribus duntaxat crearentur. Centuriatis comitijs creati ſunt Appius Claudius & T. Genutius, qui fuerant aliquando conſules deſignati. P. Seſtius, Sp. Poſthumius, P. Sulpitius ſiue (vt alij habent) Seruius, & Aulus Manlius, qui leges ex Græcia detulerãt T. Romilij, C. Iulius T. Veturij & P. Horatij. Sicq; publicę adminiſtrationis ratio a cõſulibus ad Decẽuiros tranſlata eſt, vt olim a regibus ad Conſules. Fuitq; hic annus trecenteſimus ſecundus ab vrbe condita, qui primus fuit octogeſimæ ſecundæ Olympiadis in quæ tempora Anaxagoræ interitũ reijcit Ceſarienſis Euſebius, Epheſij Heracliti ſtudia, & Eſdræ acta, quorum ſupra meminimus. Fuerunt præter hos ea tẽpeſtate illuſtres Empedocles Agrigentinus, & Parmenides Eleates Phyſicæ vtercq; diſciplinæ ſectator. Hic Zenophanis & vt alij tradunt Anaximãdri ille Anaxagoræ primus, mox & Pythagoræ auditor Parmenides primus omnium globoſam eſſe terram dixit & in medio ſitam, duoq; elementa ignem & humum, hunc opificis, illam materiæ ferre vicem. Hominum generationem ex ſole ortam, interanimam & mentem nullum eſſe diſcrimen. Idem primus animaduerſiſſe fertur luciferum & veſperum eundem eſſe. Etſi alij ad Pythagoram id referunt. Fuit & Empedocles Medicus & orator, vt Satyrus ſcripſit. Varia & miranda de eius interitu traduntur. Hippobotus Aetnam eum conſcendiſſe ſcripſit, naturam, vt arbitror, loci exploraturum, ac ſeſe in craterem ipſum coniecíſſe, argumento alterius crepidæ ductus, quam ferream fuiſſe memorię proditum eſt, & in ſupercilio crateris repertam.

Sed Pausanias huic famæ non accedit. Solem igneam massam dixit, Lunam habere disci similitudinem. Et vt Pythagoræ discipulum agnoscas, se aliquando puellam fuisse affirmabat, arborem, auem, atq; piscem. Fuit his æqualis Zeno Cittieus Stoicæ disciplinæ longe princeps. Duo posuit principia, Deum & materiam, vnumq; Deum nō plures. Eiusdem illud, non si magnus eris continuo & bonus, sed si bonus & magnus quidem. Idem satius lapide pedibus quam lingua. Octauo & nonagesimo ætatis anno, quum forte schola egressus digitum offendisset, sibi manum intulit. Fuit & Zeno Eleates Dialecticæ repertor. Is vt Satyrus in Epitome prodidit, Nearchum tyrannum deijcere adortus, in coniuratione deprehensus, quum quæstioni fuisset adhibitus, omnes tyranni amicos & coniurationis socios nominauit. Quibus supplicio affectis, a Nearcho interrogatus quæstionem exercente, an plures supplicio afficiendi essent, tu solus inquit patriæ pernicies. Simulās inde se velle quędam secreto dicere, aurem illi dentibus, vt alij dicunt nasum lacerauit. Mox abscissa sibi dentibus lingua in eius sinum conspuit. Vixere cum his Pherecides Syrus historiarum scriptor. Cratinus & Plato veteres comœdiæ auctores. Aristarchus Tragicus. Et hi quidem per id tempus, quo Decemuiri leges Romanis scripsere, ingenij laude claruerunt. Incidit duodecimus Artaxerxis ann⁹ in hęc tēpora, quo vt Iosephus scribit, ille Vasthim vxorem quia ad conuiuium vocata adesse noluisset, patrio more repudiauit, superducta illi Hestere puella Hebraici sanguinis, quam est Babylone accersitam, inter quadringentas pellices ab initio adamauerat. Erat per id tempus regi charissimus Aman Amalechita genere, intercederat ea gens Hebraicis armis, obtuleratq; rex Amanem secundum se vulgo adorandum, omnes itaq; illum æque ac regem venerari, vno duntaxat demptо Mardocheo Hesteres auunculo. Is gentili instituto vnum deum adorandum prædicabat, nec vllam Amani, aut mortalium cuiquam veneration em exhibendam. Erat Mardocheus in Artaxerxis familiaribus, iam inde ex quo Eunuchorum quorundam coniurationem per Hesteren regi detulit. Cæterum magis valuit Amanis odium recens, Mardochei gratia. In cuius inuidiam multa millia talentorum Aman regi pollicitus, multisq; criminibus omnem Hebraicam gentem insectatus, q; contumax hominum esset genus, superstitiosum, cæteris q; moralibus inimicum, facile obtinuit, vt ad omnes prouinciarum præsides ab India ad Aethiopiam regis nomine literæ de Iudæorum cæde darentur. Nec latuit edictum regis Mardocheum, qui sacco indutus squalore q; coopertus regis aulam, nulli tamen exauditus, ambibat. Peruenit auunculi luctus ad Hesteren haud multo post. Quæ quū doloris causam per Eunuchos resciuisset, ad regem ausa est duabus comitata ancillis prævenire, quum capitale esset alioqui siquis eum nisi accersitus adiret. Periculo tamen quod vniuersæ genti instabat commota Hestere, propriæ salutis oblita, intempestiue sese regi obtulit, quam ille venientem quum parum familiari vultu procul esset intuitus, confestim illa tam pudore quam metu confusa, ad eius pedes iacuit intermortua. Commotus puellæ casu Artaxerxes, humo iacentem subleuat, atq; in gremio receptam iubet bono animo esse, diceret, si quid esset quod magnopere a se iperatū vellet, tū puella vix sibi satis reddita, maior est inquit rex dolor meus, quā vt paucis a me verbis explicari possit, suppliciter oro, vt cum isto Amane viro clarissimo apud me eras prandere velis. Annuit ille, seq; cum amico ex condicto affuturum est pollicitus. Nocte vero quæ media fuit, quod Deo credas cordi fuisse, rex mādat sibi ratiocinarium regiorum actuum afferri, ac quum forte alia quædam requirerentur, ecce illud occurrit quo Mardochei indicio Rex capitalibus fuerat insidijs seruatus. Tum Rex ad dispensatores conuersus Ecquid fuerit ne Mardocheo coniurationis indici pro regia beneficētia aliquid datum, requirit. Quum nihil præter conuictum illi respondissent, iubet Artaxerxes Amanen ad se per noctem accersiri, vt cum eo consultaret, quo potissimum præmio prosequendus is esset, cui salus sua in tanto discrimine curæ fuisset. Aman sententiam dicere iussus sensuit (neq; enim cui hominum ea consultatio expediret exploratum habuit) virum insigni equo sedētem purpura & aureo torque ornatum, per vrbem ab vno ex regijs purpuratis circunuehi oportere, qui præcedens clara voce testaretur, tale decus eos manere, quos Rex publice honoratos vellet. Tum ille, recte ais inquit, tuq; quo nemo est mihi amicior Mardocheum sub ista pompa quam proposuisti, vbi primum illuxerit, Susianis conspicuum ostendito. Nihil minus expectatum & quod magis ipsius animum afficeret audire potuit Aman, quippe qui crucem domi paratam habebat ad Mardochei supplicium, Verum quia regis imperium detrectare nō est ausus, Mardocheum in publicum insigni ornatu protrahit. Ludibrio ille se esse Amani ab initio arbitratus est. Cæterum vbi omnia serio agi animaduertit, audiuitq; Artaxerxis iussu fieri, omni squalore abstersо, bene sperare incipit. Erat tamen nihilo secius de suorum salute vehemēter solicitus. Quāta in Mardocheo lætitia erat, tantus in Amane dolor & mœstitia. Qui ita animo affectus quum se domum recepisset, haud multo post per Eunuchū ab Hestere ex condicto ad conuiuiū accersitur, tum qui ad eius domum venerat sublimē crucem intuitus, ab domestico seruo scisitatus, in cuius supplicium id insigne patibulū esset fabrefactum, Mardocheum inquit herus noster fuit huic cruci affixurus, nisi rex aliter de eo statuisset. Hoc Amanis consilio Hestere instructa, cæterum iussa a rege in conuiuio petere siquid vellet, fidēs iam illa suę est gentis interitum deprecata, inde in Amanem inuecta crudeliter eū fecisse testata est, qui gētem pio cultui addictam, nulli nocuā, nulli infestā, in apertū vitæ discrimē conatus esset adducere. Turbatus Artaxerxes Hesteres postulatis in proximos hortos concesserat, interim Aman haud ignarus quantū inuidiæ apud Hesteren sustineret, regine insinuatus vt eorū q̄ in Iudæos molit⁹ erat veniā precaret, vim Hestere inferre parātis potiusquā supplicare volētis, specie regi iterū cōclaue subeunti prębuit, cōfestimq; ob id ad supplicīū raptus, cū tota domo extremo est supplicio affectus. Ipse eadem cruce quā Mardocheo parauerat, pepēdit. Tum Rex Amane sublato tempestiuis Hesteres & Mardochei precibus fatigat⁹, edictū in Iudæos propositū reuocari iussit. Literæ ad prouinciarum præsides (nam dies cædi destinatus nondū aderat) ex Hesteres sentētia datæ, quæ præter alia multa quibus Rex salutem gentis Dinastis & prouinciarum præsidibus magnopere cōmendauit, insertum habuere. Nos autem a pessimo mortalium (quum interim de Amane loqueretur) Iudæos neci destinatos in nulla penitus culpa deprehendimus, contra iustis vtentes legibus

Zeno Cittieus.

Zeno Eleates.

Constantiæ exemplum.

Phereci des Syr⁹.

Cratinus Comic⁹.

Aristarchus Tragicus.

Artaxerxes.

Hestere.

Hesteres facinus.

Amanis sententia.

Mardocheus.

Hesteres preces.

Seruātur Iudęi Hesteres prębus.

Aman crucifigitur.



legibus, filios altissimi maximi semperq; viuentis dei esse, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & ad hunc diem ab omni offensa seruatum. Quare literas quas ille nostro nomine ad vos dederat, nullum habere pondus scitote. Cætera Iosephus suis est commentarijs cōplexus. Dies qui Iudæorum fuerat neci destinatus. XII. fuit mensis duodecimi qui ab Hebræis Adar, Distrios a Macedonibus dicebatur. Fuit lux illa iam inde Iudæis in monumentum rei omni tempore celebris. Fuit & Artaxerxis edicto cæteris gentibus, sub Persarum imperio tunc agentibus. Iosepus autor est Amanis liberos ab Hestere ad supplicium requisitos, eiusq; iussu cruci affixos, quingentos præterea eorum qui ex confesso Iudęis aduersati fuerāt, & in prouincijs supra sex & septuaginta milia a Iudæis cæsa. Præter hæc quæ adhuc scripsimus in Iudaicis rebus nihil relatu dignum reperio, vsq; ad iunioris Artaxerxis regnum qui ex huius sorore est natus. Eusebius autor est ad hæc

Hebraicę historiæ defectus.

vsq; tempora Hebraicam historiam ex gētis annalibus sua serie depromptam. Cætera quę Bibliacis continentur libris ex Iosepho Aphricano & Macabeorum volumine ait excerpta. Quod eo mihi verius videtur, quia & Iosephus quoq; secūdum hæc quæ de Hesterę prodidit ad magni vsq; Alexandri tempora in breuissimum caput contrahit historiā. Fuitq; talis per id tempus Iudæorum status. Decēuiri qui ad condendas leges Romæ creati fuerant, decimo die ius singuli in orbem dicebant. XII. fasces præcedebant eum cuius erat iurisdictio, cæteris singuli accensi, mira in iudicando æquitas, moderatio adhæc tanta, vt quum sine prouocatione

Exēplū i Decemuiris.

creati essent, accidisset q; interim vt in domo P. Sestij fuerit cadauer refossum, C. Iulius Decemuir in re tam atroci cū manifesta, Sestio collegæ suo dicē dixerit. Decessitq; ille suo iure, in re cuius ipse alio qui legitimus erat iudex. Qui quantum de vi magistratus abstulit, tantum Ro. populi adiecit libertati esse in ore omnium iduris exemplum, nec minus vulgo probari, q̄ si ex oraculo fuerit aliquo de promptum. Summa interim expectatio erat legū, quas Decemuiri promulgaturi. X. tabulis æneis cōplexas, in apertum retulere, Populumq; ad concionem vocatum, quod faustum felixq; ciuibus ipsis, Romanoq; nomini esset, ire iubent, singulaq; legum capita per ocium scrutari, se quantum hominum ingenia præstare potuissent, credere satis æquatum ius omnibus. Cæterum plura vniuersam ciuitatem q̄ paucos videre, cognoscerent ipsi conferrentq; simul omnia, siqua addē

Leges. X. tabularū.

da minuendave essent, eas demum Popu. Ro. leges habiturum, quas ipse suo suffragio latas vouisset. Nec ita multis interiectis diebus quum vulgo omnia probarentur, Centuriatis comitijs Decem tabularum leges sunt perlatæ. Inde quū annui imperij exiguum quid temporis ad comitia supereſſet, vocato super ea re Senatu, placuit quando aliqua etiam desiderantur ad Romani iuris corpus explendum, vt in sequentem annum idem magistratus crearetur. Prætextus eius potestatis in vrbe retinendæ hic fuit, cæterum videntur, mihi patres aliud omino secuti, quod & Dionysius præclare est suspicatus, vt Tribunitia potestas, si fieri posset, ex vrbe in perpetuum tolleretur, magna hominum ambitio sub ipsum comitiorum tempus extitit. Principes ciuitatis sine pudore obuios prehēsare, monere, precari, sed omniū maxime Appius Claudius multitudinem ambibat, nec satis discerni poterat, an inter Decemuiros qui comitia habituri erant, an inter cādidatos esset, propior interdum petendo magistratui q̄ gerendo, patres criminari, inter Duillios & Icilios viros Tribunitios, volitabat, per quos plebi insinuabatur. Nec collegæ interim ea clausis oculis spectare, nihil sinceri in Appio arbitrantes nemo erat qui tantam comitatem in tam nota superbia gratuitam existimaret, & q̄ sponte se in ordinem redigeret, non tam magistratu abire properātis, q̄ ad eum continuandum viam quærentis vulgo arbitrabantur. Vt perditam igitur in homine ambitionem mollirent, habendorum comitiorum illi munus iniungunt. Dionysius nullo modo eū ausurū fuisse ait in sequentem annum petere, nisi plebs ad id eum hortata esset, ac pene inuitū impulisset. Sed quocunq; studio ad petendum venit, Decemuir magno omnium consensu primo est loco relatus. Creati inde M. Cornelius Maluginēsis, M. Sergi⁹, L. Minutius, Q. Fabius, Vibulanus, M. Rabuleius, T. Antonius, & tres plebei; Q. siue vt alij habent, T. Petilius, Cæso Duillius & Sp. Oppius. Appius depositа quam ad id tempus finxerat persona, alterius anni magistratum auspicatus, idibus maij mēsis sacrificaturus cum collegis fœdus percussit, vt in nulla sibi re Decemuiri aduersarentur, obtinerentq; perpetuum imperium, neminemq; ad illud admitterent. Quotidie igitur remotis arbitris coibant, ibi prauis Appij consilijs instructi, quæ secreto inter se destinassent in occulto habebant. Rari ad eos aditus patebant, difficiles in sermone, nec in decernendo mites, aderantq; iam Maiæ idus, is ēm dies solennis erat in eundis magistratibus, tū quando prius singuli in orbem fasces habere cōsuessent ingenti lictorum turba, vt singulis. XII. apparerent in publicum processere, centum viginti lictores forum impleuerunt, quo magis insuera res est ciuium oculis oblata, eo formidolosior fuit, magisq; terrifica. Siquidem eiectis regibus Valerius cui Publicolæ fuit postea cognomen, autor extitit, vt fine securibus fasces essent consulibus præterq; ad bellum aut in prouinciā profecturis, quū sub regib⁹ vno cum virgis fasce complexæ essent. Cepit metus ingens ciuitatem, deploratamq; vulgo credere libertatem. Decem reges pro vno quē maiores sui expulissent sibi ortos mussitabant. Paulatim terror a patricijs in humiliores versus. Nam nobilium multi eius conspirationis ob eam causam, quam alio loco retuli, haud inscij fuere. Conniuere itaq; nobilitas illis in plebem sæuientibus. In hanc crudeliter libidinosēq; consulebatur, plerię interfecti, alij in exilium acti, nec in viros tantum sæuire, sed matronarum etiam pudicitiæ, virginibusq; vis intendebatur. Eiusmodi contumelias plerię declinantes, in Latinos & Hernicos cū tota domo migrauere, & quod maiori terrori accederat, non solum omnis prouocatio sublata erat, sed ne intermissio quidem vlla in prouocantis auxilium aderat. ob Decemuirorum consensum, si libera vox cuię incidisset, confestim in eius tergum & ceruicem virgę & secures expediebantur. Anno per hæc circumacto, plebes proxima comitia optare. Iam enim duæ reliquæ tabulæ conscriptæ dicebantur. Exijt interim opinio sine autore, ictum inter Decemuiros fœdus, ne comitia in sequentem annum haberent, quin Decemuiratum ipsi obtinerent perpetuum, quæ fama eo maiorem intulit terrorem, q̄ nulla interim quum iam tempus appeteret, comitiorū mentio fiebat, & iam De-

Patrū cō siliū ad tollēdos tribunos Appij ambitio.

Decēuirā lis sęuitia

Populi metus.

cemuiri qui tribunitios viros (quia id populare habebatur) circa se ab initio ostentauerant, patriciorum iuuenibus septi ius dicebant. Multi partim virgis, partim securibus cædebantur, & ne gratuita esset crudelitas, bonorum direptio damnatorum supplicium sequebatur. Quo sordido questu nobilium iuuentus corrupta, hi enim Decemuirorum latera stipabant, non solum presenti iniuriæ non ire obuiam, sed aperte etiam fateri, malle se presentem paucorum licentiam, q̃ omnium libertatem. Præterierant Maiæ idus, nec magistratu vllo surrogato, & Decemuiri patrio iure priuati, ceterum neq; animis neq; insignibus ad magistratũ inhibendum imminuti, cõsuero lictorum strepitu in publicum prodeunt. Oritur interim bellum a Sabinis, facta in Romanum agrum excursione, fretiq; Romana discordia castra ad Eretum muniunt. Dionysius ad Regillum vrbem scribit. XVII. milibus passuum ab vrbe prope Tyberim sitam. De cemuiri inter plebis & patrum odia destituti consilia conferunt, quid fieri oporteat, nec satis adhuc liquebat quid facto opus esset. Magna dubitatio inciderat vtrum arma darent inimicæ plebi, an tyrannica fieret conscriptio: Patres, an plebes, an neutri fierent futuri delectus autores. In his eorum consultatio difficultatibus hærebat, quum diuersa parte nunciatur Equos Tusculano agro fœde populato, castra ad Algidum vrbem habere. Tum vero necessitate coacti citare iubent patres in curiam, de ratione duplicis belli consulturi, haud ignari quanta sibi inuidiæ immineret procella, q̃ sua culpa agri ab hoste per ocium vastarentur. Certo igitur consilio resistendi, siquis imperium sibi abrogare conaret, atq; ad aliorum terrorem grauiter vindicandi, senatum accersunt. Vox præconis patres ad Decemuiros citantis in foro audita admirationem attulit. Desierant illi diu antea Senatum vocare, suo arbitrio omnia administrantes. Gratias hostibus habendas vulgo prædicabant, qui in causa fuissent vt pristinæ administrationis vestigium aliquod in vrbe resideret. Insignis Senatorum paucitas in curia conspecta turbauit vehementer Decemuiros, sui odio arbitrantes eos in curiam non venisse. Dimissi qui domesticatim eos citarent, caperentq; pignora nisi præsto sibi adessent, scisciterentq; consulto ne publico abstinerent, an maiore aliquo negocio impediti conuenire non possent. Verum vbi renunciatum est multo maximam Senatus partẽ in agris esse, lætius id accepere q̃ si dicti essent imperium detrectare. Ex agris ergo accersiti vbi frequentes in curiam coiuere, post Appij Claudij relationem patres iussi dicere sententiam, M. Horatius Barbat⁹ & L. Valerius Publicolæ nepos, filius ei⁹ Valerij q̃ in Capitolio recuperãdo Cõsul perijt, tum multum excitasse dicuntur, qui petentes vt de rep. libere liceret dicere, prohibiti a Decemuiris ad populum se prodituros denunciarunt, nunc Tarquinios nunc fœuissimos tyrannos Appium & collegas appellantes, identidem monendo viderent ne prohibendo Senatores quo minus que de repu. sentiant libere in curia dicerent, experirentur quanto fortior dolor sit in propria libertate vindicanda, q̃ i iniusta dominatione contra libertatis assertores retinenda. de Sabino eos bello referre tã q̃ non maius domi Po. Ro. bellum sustineret, q̃ qui æquandi iuris essent creati nullum non iuris modo sed ne libertatis quidem reliquissent in ciuitate vestigium. Hæc & alia multo atrociora nunc Horatio nunc Valerio in Decemuiros proclamantibus, cum nec illi interim modum iræ inuenirent, C. Claudius Appij Decemuiri patruus multis precibus est Appium obtestatus, vt Romanæ libertatis societatisq; ciuilis potius q̃ fœderis cum collegis nefarie icti, vellet esse memor. Multo magis id se ipsius causa q̃ reipu. orare. Quippe quæ sia volentibus nequeat, ab inuitis sibi ius suum repetitura. Nemini dubium esse, inuitis ciuibus velle dominari, rẽ tyrannicam esse, ijsdẽ volentib⁹ Aristocraticã. Reijceret ergo discrimẽ continuãdi magistratus in discussionẽ populi, cæturiatisq; comitijs experiretur, vellet ne populus ita euenire, vt præsenti potestate Appius & eius collegæ diutius fungerentur. Nec si quod illicitum fœd⁹ cũ collegis ictum haberet, de eo vi & armis retinendo se teneri arbitrareť, quando seruare fit impiũ & crudele, quia contra patriam, idem vero soluere pium & salubre. Fauere deos iustis conspirationib⁹, turpibus & nefarijs iratos esse. Quare tantisper dum liceret erratum corrigeret, fatereturq; siquid deliquisset, quando natura ita comparatum esset, vt confessis & deprecantibus irati animi facile mitescerent. Sæpe se Appium ipsum admonere voluisse, semperq; ab ei⁹ ianua vt ignotũ & fœdidum contumelioſe exclusum, cæterum tempus & locum ferre omnia pulchra & vtilia loqui, quæ et si sero fortasse dicerentur, tarius tamen ducere se ea tum demum dici ac coram denunciari q̃ nunq̃. Summa eius orationis fuit, vt diceret se plura dicturum fuisse, sed satis illa esse, si deus aliquis eius mentem in meliora flecteret consilia. Contra si in mala & pernicioſa, tam ea quæ dicta essent q̃ quæ adhuc dici poterant superuacua fore, & inutilia. Adiecit & illud, ex magno certamine magnas iras excitari, horrere, se ne ex tam fœda altercatione fœdior sequeretur exitus. Enimuero Appio & cæteris prohibẽtib⁹ quẽq̃ loq; nisi de eo qđ ad presentẽ relationẽ attineret, videri sibi nullũ Senatusconsultũ fieri oportere. His Appij verbis quibus postremo est loco vsus, nulli dubium fuit eiusmodi sententia priuatos eos iudicari. Cui facile accessere Quintius Cincinatus & T. Quintius Capitolinus. L. Lucretius atq; alij patrum ætate principes & autoritate. Dicta & alia sententia, quæ iubebat patres coire ad prodendum interregem: labentecq; iã aperte Decẽuirorũ causa, L. Cornelius Maluginẽ filius Cornelij Decemuiri frater belli curam simulãs, hinc patres castigabat, qui alieno tempore sererẽt discordias, inde Decemuiros admonebat, futurũ, vt paccata fotis repu. rationem redditurí essent in annũ ne creati essent, an donec leges quas scripsissent perlatæ forent, interea placere sibi pronunciauit, præsentem belli curam cæteris rebus præuerti, quando non rebus tempora sed res temporibus seruirent. Quum pars patrum pedibus in eã sententiam iret, Valerius & Horatius ferocius coorti aperte vociferari, nisi liceat sibi libere de repu. dicere, dicturos se ad populum quæ in curia fari prohiberentur. Contra Appius ferociter minitãs satius eis futurum aiebat, nullam nisi de eo quod in consultationem venisset vocẽ emittere, in Valerium negantẽ priuatos senatori obstare posse quo minus sententiam diceret, iratus lictorem misit. Tum illo Quiritium fidem e limine curiæ implorãte, L. Cornelius Appiũ cõplexus obtestatus est, vt Valerio dicendi potestatem faceret, qua concessa quum ille nullã amplius vocem misisset, Decemuiri propositum tenuere. Dionysius autor est, post tumultũ collegas Appium satis popularem orationẽ habuisse, se & rũ purga collegas noluisse cohibere Senatorũ quẽq̃ quo minus

C. Claudij admonitio.

Cornelij Maluginẽsis sententia.

Appij & collegæ



nus libere loqueretur, q̃ vellẽt, sed Valerij & quorundã petulentiã, q̃ prius ad finiam dicendam pro cessissent, q̃ dicere rogati essent. Quod ad magistratus continuationem attineret, paratum se & collegas fore, populo rationem reddere eorum que acta essent, quando non in annum eam potestatẽ accepissent a populo, sed donec omnem constituissent legum lationem. Igitur quę mente cõcepissent perfectis. futurum, vt ipse & alij sponte, potestate abituri essent. Multi Senatorij ordinis Tribunitiæ potestatis odio malebant Decemuiros sponte magistratu abire, quam inuidioſe ad id deponendum compelli. Haud enim tãto consularis imperij desiderio tenebantur, quam plebei magistratus quem infense oderant, abolendi studio & cupiditate. Silẽtio igitur patrum Decẽuiri delectum habuere. Cæterum quia maius propemodum certamen domi quam foris instare videbatur, Appium violento ingenio virum, & ob id ad vrbanos motus cõprimẽdos magis accõmodatũ, in vrbe relinquẽdũ statuere. Bellũ in Sabinos gerendũ, M. Rabulei⁹ & Q. Petilius cum totidem collegis suscipiunt. Marcus Cornelij⁹ cum L. Minutio & Cesone Duillio & L. Sargio in Algidum aduersus Æquos duxit exercitum. Sp. Oppius Claudio ad vrbem præsidio obtinendam adiutor datus. Domi foris q̃ res Decẽuiris infeliciter cessere, militib⁹ quod ad bellum attinet vtrobiq; fugatis, ipsis ne quid ductu auspicijsve eorum quos oderant prospere fieret, ita euenire volẽtibus. Fusi Romani exercitus & a Sabinis ad Eretũ & in Algido ab Equis, ab Ereto noctu fugam milites moliti intet Fidenas & Crustumeriã edito loco castra muniuere, natura loci valloq; magis quã virtute freti, ab hoste qui fuerat e vestigio secutus se tutabantur: in Algido non solũ se vinci aciẽ passi sunt, sed castris etiam exuti Tusculum cõcessere. Fama rei in vtraq; prouincia male gestę tãtum ciuitati terrorem attulit, vt patres Decemuiralis odij obliti vrbem attente custodiẽdam censerent, quiq; per ętatem arma ferre possent, frequentes circa muros excubarent, pro portisq; stationes haberẽt. Supplementum Tusculum mitti placuit, vt inde Decẽuiri digressi militem sub dio haberent, qui circa Fidenas erant supplemento ex vrbe accepto castra in hosticum promouerent. Ad hanc duplicem cladẽ duo nefanda scelera a Decẽuiris addita, L. Siccio viro fortissimo in Sabinis interfecto, qui legati nomine in ea castra missus ab Appio fuerat: depugnauerat is prelia centũ vinginti, si Dionysius vera prodidit, quũ annos. XL. militasset. Quinq; &. XL. ac ceperat vulnera, omniaq; aduerso pectore, a tergo nullum, quatuordecim coronis quernis donatus. Obsidionalibus tribus, octo castrensibus, octogintа torquibus aureis, armilis centum sexaginta, duo deuiginti hastis, Phaleris quinq; & viginti, quarũ nouem ex prouocatione fuerat adeptus: talis itaq; existens quũ in vrbe prius, inde in castris, qua specie honoris ab Appio non multo prius fuerat missus, ad hoc ipsum vt a collegis quoq; modo tollere tur, colloquia haberet de secessione facienda, filius ne hic fuerit eius Siccij qui, author fuit primę secessionis in sacrum montem a plebe factę, haud p certo ausim affirmare. Nec illum ipsũ ert si tempora constare possint, fuisse dixerim, quum diuersi hic fuerit prenomine ab illo. Cæterum quisquis fuit is suspectus Appio & collegis speculatiõis pretextu castris ablegatus, negocio ij; qui cum eo missi sunt occulte dato, centum eos fuisse Dionysius scribit, vt eum opportuno loco adorti obtruncarent, pere gerũt & illi facin⁹. Sed acer bellicisq; casibus assuetus, haud inultus perijt, quippe qui vbi in se impetum fieri vidit, ex equo desiliens valide se tuendo aliquãdiu restitit. Postremo quindecim circa se peremptis telorum multitudine obrutus cõcidit, qui superarant tumultuoſe in castra nunciant Siccium cum suis in insidias præcipitatum, cumq; cum qui busdam ab hoste circũuentum perijsse. Credita primo res est, verum vbi ij, qui ad locum insidiarum missi sunt, ad eos qui ceciderant sepeliendos, Siccium iacentem intuiti, haud quidem ab hoste spoliatum, cæterisq; exaduerso prostratis hostiũ neq; cadauer vllum neq; abeuntium vestigia extarent, a suis eum interfectum pręcãtes in castra retulere, Romam cadauer relaturi, nisi Decẽuiri publica impensa castrensi funere extulissent. Sepultus igitur ingenti militum mœstitia, pessima Decẽuirorum in vulgus fama. Alterum ab Appio flagitium Rome editũ, vñ maior secutus est motus. Cœperat eũ libido plebeiæ virginis vitiãdę, erat puellę pater, L. Verginius qui honestum in his catiris ordinem ducebat. quę Equis circa Algidum fuerant oppositа. Homo seueriorис vitæ, rectiq; exẽpli, & qui vxore suis moribus instituta, dabat operam, vt & liberi sancte instituerentur. Desponderant ille filiam, L. Icilio viro tribunitio, hanc Appius pretio corrũpere adortus, postquam pudore pudicitiaq; omnia vidit sue libidini occlusa, animum ad nouam adiecit fraudem, negocio redigendæ in seruiturem puellæ M. Claudio clienti suo dato, quem ab initio monuit neijs in iudicio cederet, qui postularet sibi ius dari puellæ in libertatem vindicandæ. Persuasum habuit Appius locum, sibi quia abesset pater ad iniuriam relictum. Claudius alienę libidinis minister puellę in forum venienti, ibi enim ludi literarum in tabernis erant, manum iniecit, seruæq; suæ filiam ipsamq; seruam appellans, sed domum sequi iubet. Obstupuit primo puella, inde clamitans nutricis lateri hęrebat, quam cunctantem minaciter ille obiurgat, viq; abstracturus videbatur. Fit eo concursus ad vocem anus, Quiritum fidem implorantis. Confestim Verginij patris, & sponsi Icilij popularia nomina circunstantis, turbę fauorem puellę conciliant. Etiam a vi tuta erat quum ille ad eos, qui pro puella stabant, turbato vultu cõuersus, iure hic inquit Quirites opus est non altercatione, puellam in ius voco, quem euntem autoribus ijs qui aderãt illa secuta est, Vbi, ad Appij tribunal ventum est, tum assertor fabulam iudicij nõ ignoram excõposito peragit, puellam apud se ex seruia natam furtoq; trãslatam inde in Verginij domum, illiq; pro filia a Numitoria cõiuge suppositam. Id se manifesto indicio compertũ habere. probaturũq; vel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars eius cognitionis attineret. Interim æquũ esse, vt ancilla dominum sequatur. Contra puellę aduocati, quando pater reipu. causa abesset, iniquum arbitrari virginem auxilio patris destituram periclitari. Postulare igitur ius & potestatem retinendę puellę in libertate quoad res cognosceretur, ne fi vindiciæ contra libertatem darentur, adulta virgo prius fama quam libertate periclitaretur. Appius placere sibi patrem accersiri pronunciat, interea assertorem iuris sui iacturam facere non oportere, quin eam continuo abducerer, sisteretq; rursus in aduentum eius, qui pater esse diceretur. Nemo non eorũ q̃ aderãt iniquitatẽ sensit decreti. Quod legi quã ipse tulerat haud dubie erat cõtrariũ. Peropportune pus q̃ ide abduceret, P. Numitori⁹ puellæ auũcul, & sponsus Icili⁹ supueniũt. Dat ambob⁹ via i cõferta multitudine ad Appij tribunal, fecitq; suo aduentu

Appij & cretum.

Funerat in castris Siccius.

Nefariũ Appij cõ filium.

Vis Verginiæ infertur.

Siccij cædes.

Decẽuiri delectũ habent.

Decẽuiri bellũ iter se partiũtur.

Ro. ivtra q̃ æquincia vincuntur.

Bellũ duplex orit Roma.

Priuati Decẽuiri pergunt rẽpu. administrare.

Accersit Senat⁹ in curiam.

Discordia incuria.

aduentu spē Icilius iniurię resisti posse, recentem adhuc tribunatum spirans. Lictor decreuisse ait De cemuirum, Iciliumq; vociferantem submouet. Tū animus per se ferox iniuriæ atrocitate accensus vo- Icilij spō si ferocia. cem continere non potuit, ferro hinc ait submouē- dus sum Appi, vt tacium feras quod celari optas. Virginem ego hanc mihi nuptā ducturus sum ha- bituriq; pudicam, conuoca proinde quicquid li- ctorum tibi & collegis apparet, virgas & fecures in me expediri iube, Icilij sponsa extra patrium limē non manebit. Nec si duo Romanæ libertatis pro- fugia prouocationem, & Tribunitiam potestatem euerteritis, est iccirco in coniuges, & liberos no- stros regnum vestræ libidini datum. Seuite in ter- gum & ceruices nostras, pudicitia saltē in tuto sit. Si huc quæ mihi desponsa est vim afferri videro, ego fidem Quiritū qui adsunt pro coniuge, Vergi- nius militū pro filia, implorabimus. Nec tu decre tū istud, vnq; sine cæde nostra tecū feres. Tu Appi tecū considera quousq; pgrediare. Verginius post q̄ Romam venerit ipse de filia videbit, me quod ad istas vindictas attinet, sponsæ libertatē tueri pa rantem, citius vita deseret q̄ fides. Appius quando haud dubium concitata multitudine instabat cer- tamen, enimuero lictores Icilium circunstabant, haud vltra minas progressus, non sponsam ab Ici- lio defendi testatus est, sed locum seditioni ab eo Recens quæri, verum se illi omnem discordiæ materiam Appij de eo die adempturum, nec tunc dicturum ius, modo cretum. sciret Icilius non id sibi dari, sed libertati, & Vergi- nio absenti, qui puellæ pater diceretur. Inde a Clau dio coram perijt, vt decederet iure suo vindicariq; puellam in posterū diem pateretur. Quod nisi Ver ginius mature iudicio occurreret, haud sibi con stantiam in decernendo defuturam. Puellæ necessa rij tam breui tempore ad iniuriam concesso Vergi nium ex castris per impigros iuuenes fratrem Icilij, & Numitorij filium accersunt. Hi citatis equis in quo discrimine filiæ libertas esset in castra illi nun ciatum abiere, plebs suā Icilio operam despondit, quum adhuc frequēs esset forum, quibus ille obor tis lachrymis, pergratum est inquit mihi Quirites studium vestrum, cras quæso adeste, tum si opus fuerit, vtar ego vestra opera, propinqui pro puella despondentes eam domum reduxerūt. Appius pa rumper immoratus ne eius rei causa sedisse videre tur, domum se recepit, inde ad collegas scribit ne Verginio darent commeatum, qui ne quid in ca stris moliri possit custodiri iubeant. Ille vero ve nia domum abeundi sub primam facem impetra ta, auersis itineribus ne retrahi posset multum viæ confecerat, quum Appij literæ sunt in castra delatę. Verginij Vbi igitur Romam venit prima luce quū frequēs redit9 ad ciuitas in iudicij euentum erecta in foro staret, Ver vrbem. ginius sordida veste reorum more amictus, cum fi Preces lia & aliquot matronis eā comitantibus, magna q̄ Verginij ciuium adhortatione in publicum venit. Ibi ille sin & Icilij. gulos circuire, prehensareq; atq; orare vt sibi pro patria, pro ciuibus assidue in acie stanti in vnicæ fi liæ periculo adessent. Quid sibi quid alijs profuturum, qui circa signa frequentes essent, patriamq; ar mis tuerentur, si incolumi vrbe liberi sui ea domi patiantur, quæ ciuitate vi capta patienda essent? Hæc ille concionabundus forum circuibat. Nec multum his diuersa Icilius, muliebris ad id comi tatus tacito fletu plus omnino q̄ virilis vox mul titudinem mouebat. Conscendit interim Appius tribunal, ibiq; pauca Verginiæ assertore querente, q̄ pridie per ambitionem sibi ius dictum nō esset, iterum prioris diei postulata decurrens, est inquit mihi ancilla paterna, cui prægnanti & familiarita- Claudij mēdacium te notæ Numitoria vxor Verginij persuasit, vt in- fantem cuiuscunq; sexus enixa esset, sibi occulte tra deret, fecq; abortum emisisse mentiretur, quod cum illa siue pretio, siue gratia fecisset, puellam subditi- Verginij tiam a quintodecimo inde anno apud Verginium defensio. pro filia educatam. Verginius non a serua sed ab ingenua potius fuisse vxorem suam prolem fusce pturam, si ita facto opus fuisset dicere. Nec fœmi nam sed marem, & q̄ maiora adhuc essent veræ stirpis argumenta, pleraſq; adesse mulieres quæ grauidam per id tempus vidisse Numitoriam suā meminerunt, affuisseq; illi medio puerperio. Et quod omnium maxime indubitabile esset, aluisse eam nonnihil suis vberibus puellam, quod eue nire nequiuisset nisi nuper fuisset enixa. Hæc ille, quando vxore defuncta aliud verius afferri nō po tuit. Appius vero sua natura parum valens sensu, præsentiq; potestate amenti or factus, tumido ani mo & impotentibus stimulis amoris exagitatus, nec quæ dicerentur aduertens, nec dicenda multū considerans, repente interfatus, Ego inquit Vergi ni, & vos quirites qui adestis, haud nunc primum vti res hæc habeat audio, sed longe antea q̄ hunc magistratum adijssem, pater Claudij huius, qui ma iorum vestigia secutus, q̄diu vixit in familiæ no stræ patrocinctu mansit, moriēs hunc puerum mi hi tuendum reliquit, dum igitur sub nostra adhuc tutela esset, indicio comperi quemadmodum Nu Flagitio mitoria Verginij coniunx puellam hanc a Claudij adhuc pueri serua occulte acceptam sibi subdi sa calum disset, verum id negocium me tunc attingere non nia. putaui necessarium, satius fore ratus, vt hic postq̄ per ætatem adoluisset ipse suo in hac re arbitrio vteretur, abducere, ne ancillam vellet suam an alto ribus vel pretio, vel gratia condonare. Nunc ni hil minus, q̄ rei eius procuranti Claudius ipse puel lam ad Tribunal statuit sibi indicio compertum dicens, hanc ex domestica serua natam. Ego ne quid temere facisse viderer, expectandum duxi tan tisper dum res inter ipsos aliquo modo compo neretur. Cæterum quia nihil, vt video, illis con- Appij de uenit, testor ego & decerno Claudium esse puellæ cretum. dominum, fuitq; tale Appij Decemuiri decretum, si Dionysius verus est autor. Liuius quale fuerit velut varie traditum non posuit. Post decretum Feroæ submoueri turbam iubet Appius minaciter de- Appij de nuncians, expedire ijs quorum res illa nihil inter nūciatio. erat: aut domum abire, aut pacatum forum redde re. Conuersusq; ad Claudium, tu inquit tutus, vel per mediam concionem mancipium abduci to, fecures duodecim ne quam vim reformides erunt tibi comites. Fletus & comploratio ingens ad tam crudelem vocem exorta est. Multi sibi pe ctora, & frontem pulsabant præ nimio dolore, stupore alij metuq; defixi vestigio hærebant. Tum Verginius in tanto malo destitutus, consilium in- ijt, sibi quidem ærumnosum, sed præclarum alio qui & forti viro dignum, ad Appium mitiore vul tu conuersus, ignosce inquit precor Appi, si patrio dolori indulgens intemperantius aliquid dixi, ac sinas quæso priusquam puella abducatur, me eam alloqui, vt solus cum sola congressus aliquid dicā aut audiam, quod & meum & illius dolorē leniat. Liuius quasi nutricem percontaturus secretum pe tijsse Verginium scribit. Data ab Appio venia, se- Verginij ducit ille filiā ad tabernas quib9 postea Nouis no filiā cul mē fuit. Ibi puellā paterno affectu cōplexā lachry mis pfundēs, sortēq; cū miseri pīis, tū filiæ q̄st9, su troj trāsfi pmo osculo cōplexuq; a se solutā arrepto ex Lanio- git. nia mēsa



nia mensa cultro, hoc vno inquit quo possum mo do, filia te in libertatē vindico, ferrūq; deinde per puellæ pectus exegit. Conuersusq; ad Appiū te in quit Appi, tuumq; caput hoc cruore consecro. Cla more ad rem tam atrocē exorto, excussus solio Ap pius Verginium capi iubet, ille ferro sibi viam fa ciens iuuenum multitudine stipatus ad portas con tendit, ibiq; equo ad id parato: cum Icilij fratre, & Verginij Numitorio iuuene a quibus fuerat priori die acces redit9 in situs irrequieto cursu abijt in castra, quo apparet, castra. Verginium ab initio habuisse in animo id agere, si per Appij inclementiā non licuisset filiam in libera te retinere. Icilius & Numitorius Verginiæ corpus sublatum circunfusæ multitudini ostentāt, Appij iniuriam, infelicem puellæ sortem, patris necessita tē deplorant, exaudiri etiam matronarum que puel lam in forum comitatæ fuerant, miserabiles quere læ, q̄ tam iniqua conditio procreandorum liberō rū esset, tam indigna muliebris pudicitiæ præmia, sed Icilij vox plena Tribunitiæ potestatis erat, pa triæq; libertatis memor. Appius Icilium arripi iu bet, Cæterum quum lictoribus via ad eum non da retur, per confertam multitudinem ipse furens, ad eum capiendum ire pergit. Erant circa Icilium Ho ratius & Valerius, qui audito Verginię casu spe eo Valerij & rum, que secuta sunt, in forum ranc̄q ad signum ali Horatij i quid bellicum deuolarunt. Hi repulsis lictoribus X. viros priuatum Appium esse dictitabant, non oportere motus. inuitum ciuem priuati dicto obedientem esse. Tū ibi Icilio dimisso, Valerium & Horatium Decem uiri iussu lictores inuadunt. Atrox rixa oritur. Fran guntur a multitudine fasces. Appius in Vulcani tē plum compulsus, populum ad concionem voca bat. Erat id templum in parte Romani fori, eo Va lerius & Horatius intrepide decurrunt. Ibi cum to ta concio populares viros audiret, Decemuiro fari volenti ostreperet, Appius propriæ salutis solici tus, in propinquam domum, obuoluto capite, sese recepit. Dionysius, quod non multum diuersum est, in diuersam fori partem Valerium & Horatiū totam secum concionem traxisse ait, veritumq; Appij fu Appium multitudinis consensum, ex publico ces ga. sisse. Oppius, vt collegæ auxilio esset, in forum tu multuose irrupit. Verum vbi fractum imperium vidit, trepidus patres in curiā vocari iubet. Ibi spe finiendæ potestatis per senatum facta seditio com pressa est. Missi in castra nuncij, que in Vecilio mō te erant, ex patricio ordine iuniores, qui mature De cemuiros monerent, vt a militari seditione castra custodirēt, in quibus Verginij accessus iam omnia turbauerat, ille vbi eo venit, mœsto vultu cruentū habens cultrum, quo filiam trāfixerat, mœstitiam & lachrymas viri, habitumq; insuetum mirati, qui eum transeuntem viderant, partim scisciandi stu dio, quid noue rei accidisset, partim ab eo vocati e vestigio in cōcionē secuti sunt, tum ibi ille lachry Verginij mās, qd actū Rome esset ordine exponit, multa de cōcio ad Appij in se crudelitate questus, decq; ei9 in filiā libi milites. dine, percurrit inde exilia, rapinas, cędes, & alia in fanda Decemuiratus in miseros ciues flagitia. Que quo fœdiora essent eo maiori ope militesniti opor tere, ne diutius ea velut venalitia mancipia pateret tur, postremo eo flexit orationis impetum, vt dice ret rem indignam fieri pro gloria & imperio, Ro manam iuuentutem foris dimicare, domi. X. priua tis hominib9 turpiter seruire. Exegisse patres suos ex vrbe Roma Tarquinium, quia filij iuuenis libi do in Lucretiam immoderatior fuisset, at non satis ijs qui regnum furati essent, lasciuire in libera cor pora, nisi in seruitutem quoq; redigerent. Nec pete re se, vt suam iniuriam vltum irent, quam etsi pa rum humane, fortiter tamen ipse per se esset vltus. Nec se domi habere amplius, quod tali esset pericu lo obnoxium ipsi vxoribus liberisq; suis prospice rent: q̄q; si non aliud ad nefariam tyrannidem tol lendam animos incitaret, libertatem tanti sibi vi deri, vt si ij essent, qui videri vellēt, denicq; suis ma ioribus, tum quum arma in manibus essent, eam vi repeterent, ab ijs qui neq; modum, neq; men suram suæ dominandi libidini facerent cōsensu op9 esse, consilium & vires se vindicare volētibus nō defuturas. Hæc Verginio dicenti, a circunfusa mul Perora titudine succlamatum, nec illius dolori, nec suæ li tio. bertati se defuturos, & iam superuenerāt, qui ex vr be nunciabant, Appiū pene disceptum a multitu dine, ex vrbe, in exilium abijsse, quo nuncio multi tudo ferocior facta, ad defectionem aperte inclinat. Tentarunt per noctem Decemuiri Verginium in prætorium accersitum in vincula conijcere, statim q̄ ad seditionem opprimendam in hostes mouere. Centuriones qui circa illum, ob idipsum credo ne violaretur, pernoctarūt, haud ire permiserunt. Vbi vero illuxit paululum inter milites addubitatum, an sacra signa reuellerent, saluaq; religione duces, in quorū verba iurassent, liceret deserere. Sed Ver ginio demonstrante Decemuiros post annuum tē Milites pus priuatos fuisse, nullaq; lege comparatum, vt qui priuati forent quempiam sacramento adige X. viros rent, discusso metu confestim reuellunt. Decemui deserunt. ris alijs alio occurrantibus, blandeq; appellātibus singulos, nullo responso reddito, castris profecti, Romam versus iter intendunt, tacitoq; agmine vr bem ingressi Auentinum occupant. Hic se sine cu iusq; iniuria renentes, plebem ad repetēdam liber Auenti tatem inuitāt. Appius sibi sui sceleris conscius do num oc mi se tenebat. Sp. Oppius vbi legiōes pacate Auē cupant. tinum insedere, senatum in curiā vocauit, ibi varię sententiæ in vtranq; partem dictæ, nam non dee rant qui in desertores vltimam pœnam statuerēt. Sed rectius consulentes tres legatos ad exercitum decernunt, qui a multitudine quærerent, cuius iussu signa deseruissent, aut quid sibi volentes, auerso ab hostibus bello, patriam obsedissent. Tres consulares missi, C. Iulius, P. Sulpitius Sp. Tarpeius, quibus quia non tam deerat, quid responderi posset, q̄ qui respondere vellet, se præcipuæ inuidiæ offerente nemine, tantum suc clamatum est, vt, L. Valerius & M. Horatius ad se mitterentur. His se daturos responsum. Di missis legatis admonet Verginius, aliquo capite opus esse, enimuero in re parua paulo ante hæsi tatum dicebat, quid in maiori negocio esset fu turum: Placere sibi Decemuiros creari qui sum mæ rei præessent, militariq; honore Tribunos mi litum appellari. Assensum est ab omnibus Vergi ginio. Cæterum quum talis honor ei in primis de ferretur: Vestris inquit meisq; melioribus reb9, ista de me iudicia commilitones referuate, acerbus filię casus haud patitur quicq; mihi hoc tempore iucun dum esse. Nec vobis expedit in hac rerū perturba tione ducem habere, qui proximus sit inuidiæ, si quis vsus mei est capietur, is nihilominus ex me priuato. Tū vero. X. Tribuni creati. Nec qui in Sa binis erant duce Icilio qui eo se contulerat minus sunt interea tumultuati, in quib9 castris ille nō mi X. tribu nores motus excierat, q̄ Verginius in altero exer nos mili citu. Idē igitur vbi audiuit quæ in Auentino acta tib9 creā esserant, autor suis extitit, vt & ipsi priusq; copię iun tur. gerentur. X. Tribunos crearent, nec ita mul to post hę quoq; legiones in Auentinum venere.

Duobus

Duobus ibi exercitibus iunctis, datum. XX. Tribunis negocium, vt ex suo numero duos crearent, qui totius rei summæ præessent. M. Oppius & Sextus Manilius creati. Patres interea, quum de summa rerum soliciti essent, quotidie in curiam, tempusq; magis altercationibus tererent q̃ decretis, patrum plerisq; Appij libidinem, cædem Siccij dedecora militiæ Decemuiris exprobrantibus, censentibusq; Valeriũ & Horatium in Auentinum mittendos, illis se ituros negãtibus, nisi Decemuiri prestare abijssent, Decemuiris querentibus se in ordinem redigi, priusq; leges, quarũ causa creati essent, perferrẽtur. Qui in Auentino erant per M. Duillũ, qui Tribunus plebis fuerat, certiores facti irritis altercatiõibus senatũ quotidie transigi, eoq; affirmãte non prius patres animum ad remp. pacandã aduersuros, q̃ vrbem desertam viderent, continuo ex Auẽtino Nomentana via profecti, in sacro mõte castra locauere, suorum patrum modestiam imitati, qui veteri secessiõe haud cuiq; iniurij fuissent. Secuta cætera plebs exercitum, nemo qui per ætatẽ ire poterat retrectans. Secutæ coniuges, liberiq; miserabiliter querentes, cui miseri relinquerentur in ea vrbe in qua neq; pudicitia cuiq; neq; libertas tuta esset. Reddidit frequens secessio vrbem insigni vastitate desolatam. Nemo in foro erat præter paucos senjorum, Horatius & Valerius in curia clamitantes, ecquid vltra expectatis patres conscripti aiebant, an nisi Decemuiri sua sponte cesserint, passuri estis omnia huius vrbis ruere, & ad excidiũ perduci? Vbi autem est istud imperium Decemuiri, quod amplexum tenetis, an parietibus vrbis iura dicturi estis? Nõ pudet maiorem propemodum lictorum numerum, q̃ togatorum, in foro cõspici? quid queso facturi estis, si hostis ad vrbem veniat? aut si plebs rata se vobis ludibrio esse, armis sua iura repetat? occasu ne vrbis hoc finituri estis imperium? Atqui aut plebs tollenda est, aut Tribuni plebis habendi. Citius nos patricijs magistratibus caituri sumus, q̃ plebs suis. Nec mirum si ipsius sunt magistratus tam cupidi, nos in causa sumus, qui imperijs temperare nequimus, quominus illi auxilij egeant. Quum hæc magno senatus assensu in curia iactarentur: Decẽuiri pronũciãt se in patrũ potestate futuros. Illud orant vt sibi ab ira plebe caueretur, ne suo sanguine patriciorũ supplicijs assueſceret. Tum Valerius & Horatius in sacrũ montem missi ad plebẽ quibus eis videretur conditionibus reuocandã, trãsũ iussi ab ira multitudinis vt Decẽuiris præcauerẽt. Magna ambo lætitia sunt in castra accepti. Nã hi oĩm soli Decẽuiris pro plebe aduersa inuidia ab initio restiterãt, ob idq; veniẽtib? gratiæ actæ. Quærẽtibus legatis ecquẽnã essent plebis postulata, Icilius publicis actionibus ob Tribunatũ antea gestum, assuetus, pro vniuersa multitudine iussus est verba facere. Summa eorum quæ petebantur hæc fuit: vt tribunitia potestas & prouocatio quæ ante Decẽuiros creatos fuerat plebi restitueretur, vt nulli præterea fraudi esset, q̃ milites iniussu ducum castris abscessissent conspirassentq; ad repetendam libertatem. Postremo, vt Decẽuiri sibi ad supplicium dederentur, quos viuos se igni imposituros minabantur. Quod ad Tribunos & prouocationẽ spectat, æqua (inquiunt legati) postulatis Quirites, & que vltro deferẽda fuerint, etiã non petentibus, libertati enim præsidia petitis, sed q̃ hoc mite & moderatum, tam atrox postulatum illud de Decemuiris fuit. Cæterum vestræ irę dignum magis, q̃ indulgendum ducimus. Quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, ac pene priusq; in pristinam libertatem restituti sitis, superbe & imperiose sæuire vultis. Verũ enimuero, si odio & vindictæ studetur, a supplicijs Romana ciuitas quiescet nunq;, nunc patribus in plebem sæuientibus, nunc in patres plebe. Sed nunc vobis Quirites scuto magis opꝰ est, q̃ gladio. Satis quod ad Decemuiros attinet humiliatur, qui in ordinem redactus æquo iure in ciuitate viuit. Quum magistratibus vestris & legibus recuperatis, penes vos erunt judicia, de capite & fortunis cuiusq;, vt quæq; causa erit, statuetis, nũc restituta libertas satis videri debet. Permissum legatis est, vt agerẽt que vellent, qui Romam reuersi in curia exponunt, quæ a plebe peterentur, tunc cæteris Decemuiris quum præter opinionem nulla sui supplicij fieret mẽtio, potestate abire nihil abnuẽtibus, Appius qui præcipua inter alios flagrabat inuidia, quantum mihi & collegis imminear mali, tã aperte video inquit, q̃ ea q̃ oculis vidẽtur, tamdiu aduersus nos certamẽ differtur, donec arma aduersarijs tradãtur, sed quicquid est euenturum, id euenire necesse est: dandus est inuidiæ sanguis, quod etsi futurum video, nihil tamen moror, quin magistratu abeam. Factum senatusconsultum, vt Decemuiri primo quoq; tẽpore potestate abirent, nec fraudi esset cuiq; militũ plebis secessio. Nec ita multo post dimisso senatu, Decemuiri prodeunt in concionem, seq; abdicant magistratu, ingenti lætitia populi. Plurimi ciuiũ concordia ciuitatis læti legatos id nunciãtes in castra comitati sunt, vbi mutuæ gratulationes & magnæ fuere, q̃ libertas & concordia ciuibus restituta esset. Ibi legati pro concione, quod bonum faustũ & felix ipsis & reip. esset, transire inde multitudinẽ in Auentinum iubent, illicq; Tribunos creare, affuturum ibi præsto Pontificem Maximum, qui felici loco, & vbi initia libertatis inchoata essent, comitia haberet. Assensi vna oẽs mira alacritate signa conuellunt, vrbemq; ingressi longo agmine in Auentinum venere. Ibi pontifice comitia habente Aulum Verginium, L. Icilium, P. Numitorium Verginiæ auunculum, C. Sicinium, M. Duillium, C. Aponium, M. Titinium, Ap. Iulium, M. Pomponium & C. Oppium Tribunos creant. Quorum magistratu inito, L. Icilius plebẽ rogauit, & plebs rogata iussit, vt nulli fraudi esset secessio p eos dies facta. M. Duillius & ipse rogationem tulit de consulibus creandis, a quibus prouocatio esset, vt antea ad populum. In pratis flaminijs ea omnia acta, postea circo flaminio loco nomen mansit. Per Interregem inde creati consules, L. Valerius & M. Horatius, qui confestim consularum iniuere. Horum prima actio popularis, nec sine offensa patrũ fuit, legem Cẽturiatis comitijs tulere, vt quod plebs iussisset, vniuersus populus teneretur, quasi ad id tempus parum liqueret, tenerentur ne patres plebiscitis, qua lege acerrimum est telum Tribunitijs rogationibus datum. Altera lege sanxerunt, vt qui Tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, nocuisset eius caput Ioui esset sacrum, familia ad ædem Cereris liberi liberæq; venderentur. Dubitatum est consulibus quoq; & prætoribus, qui eisdem auspicijs quibus consules crearentur, cautum ea lege esset, nec ne, Iudicem consulem appellari interpretabantur quidam, siquidem consulere idem olim fuit, quod & iudicare. Quæ sane interpretatio, ideo nõ vulgo probata est: quia cõsul, vt Liuius scribit, ea tempestate prætor est appellatus, non iudex. M. Duillius Tribunꝰ plebem inde rogauit, atq; idipsum plebs sciuit, vt capitale esset huic, qui plebem sine Tribunis reliquisset, quicq; magistratum sine prouocatione

Secedunt legiones in mõtẽ sacrum.

Decẽuiri in ordinẽ rediguntur

Plebis postulata.

Legatorum verba ad exercitũ.

Decẽuiri abeũt magistratu.

Legiões Auẽtinũ repetunt.

Appij, prouocatio ad populum.

Cõsules. Leges plures.

Conjicit Appius in carcerẽ.

Appius se interficit.



catione creasset. His rogationibus legibusq; vt inuitis, ita non aduersantibus patricijs, plebe aduersus omnem nobilium iniuriam munita, Tribunitum maturumq; rati, Appium & collegas in iudicium rapere, Verginius primus diẽ Appio Claudio dixit, qui nobilium caterua stipatus quum in forum veniſſet, redintegrata est statim iniuiæ porestatis memoria. Tum Verginius. Oratio inquit rebus dubijs Quirites inuenta est, nunc crimẽ quod Appio obijcitur nullo indiget verborum apparatu. Omnia tibi Appi quæ impie nefarieq; per bienium gessisti, sponte remitto, ab vno nisi te crimine vindices, q̃ contra leges, quas tu ipse tulisti, iudicio filiæ meæ a Fuitute cõtra libertatẽ vindicias dederis, in vincula duci te iubeo. Hic flagitij cõuictus Appius tribunos appellat, etsi nullã in eorũ auxilio spem repositam habebat: nullo itaq; morã faciente, arreptus a viatore, prouoco inquit ad populum, cæterum vox libertatis ex eius ore audita, qui contra libertatem ipsam illis ipsis diebus vindicias dederat, mouit neminem. Implorabat nihilo secius Appius fidem populi Rom. maiorũ merita domi militiæq; memorans, suum infelix in coæquandis Popu. Rom. legibus studium, quibus manentibus contra illarum præscriptum in carcerem truderetur. Poscere se vt iudicium populi Romani liceret experiri, non ita inuidiam se extimescere, vt in clementia & æquitate suorum ciuium nihil spei repositum haberet. Quod si causa nondum dicta in vincula raperetur, iterum se Tribunos appellare, monereq;, ne quos mores oderint, imitentur, q̃ si Trubuni conspiratione inter se inita appellati, auxilio esse nollent, ad populum se prouocare, lesesq; de prouocatione nuper latas implorare. Cui plebeio & humili præsidium in legibus fore si Appio non adfuit? se cæteris documẽto futurum, vtrũ dominatio an libertas sit nouis legibus firmata, an innani literarum notatione prouocatio aduersus magistratuum iniuriam ostentata. Et hæc ille. Contra Verginius Appij scelera in Romanam plebem ordine decurrens, infandum filiæ iudicium ante oculos ciuium ponere, quam ex amplexu patris raptam Claudio cubiculi sui ministro condonasset, armassetq; patris dexteram, quia aliter occuri iniuriæ non potuit, in filiam, sponsum virginis & auunculum magis interpellato stupro, quam cẽ de motus in carcerem duci iusserit, quem ipsæ Romanæ plebis domicilium appellare esset solitus. Prouocaret proinde iterum ac sæpius, quando ipse totidem ac sæpius iudicem ei daret, q̃ contra libertatem a seruitute vindicias dedisset. Per hæc Appius non sine magno animorum motu, ob viri celebritatem, in carcerem coniectus est, ita vt sua plebi libertas iam nimia videretur. Interea ab Hernicis & Latinis legati Romam venere, publice gratulatum, q̃ plebs cum patribus in gratiam redijsset, tuleruntq; eo nomine in Capitolium coronam Ioui auream dono. Ex eisdem cognitum Volscos & Equos studio bellũ instruere. iam & Sabini quoq; in armis erant. Iussi itaq; consules inter se prouincias sortiri. Horatio Sabini sorte obtigerunt, Volsci & Equi Valerio. Nullus vnquam delectus in vrbem tam voluntarius fuit. Enimuero haud iuniores tantum vt moris erat, sed emeriti quoq; vltro in vtriusq; consulis gratiam nomina dedere. Appius priusquam dies iudicij adesset, omni auxilij spe præcisa sibi mortem conscíuit. Plericq; opinati sunt Tribunorũ iussu eum in carcere laqueo necatum. Secundum Appij interitum Sp. Oppius a P. Numitorio est reus factus. Crimini datum, q̃

verginiꝰ diẽ Appio dicit.

Oppij in teritus.

Consul pugna abstinet.

Pugnat q̃ victorię admonebant, & q̃ illis ipsis diebus Romanum quem fugerent, intra vallum obsessum, ad pugnam elicere nequiuissent. Huiusmodi castigatione redintegrata pugna, consul diuersa parte iubet suos memores esse, illo primum die Roma. militem liberum, pro libera patria pugnare. Sibi tum demum vincere, non Decemuiris, nõ Appio Instaura duce, sed Valerio consule dimicari, ostenderent per turpu ducem non per militem stetisse, q̃ eodem anno gna. non esset, vt sæpe alias, feliciter in Equos & Vol-

scos pugnatum. Non ab Appio & collegis seruitutem intentari, sed ab multis milibus hostium, quibus si vincerentur, multo maiore indignitate, quã illis seruiendum esset. His ille hortationibus interpedites vsus, celeri inde cursu ad equites deuectus, agite iuuenes inquit, & vt ordine & dignitate, ita virtute quoq; peditem præstate, Fudit pedes hostẽ primo congressu, vos fusum tota planitie agite, & nunc illi magis cunctantur, quã resistunt. concitatus eques quum ducis præsentia, tũ tempestiua hortatione, in hostem iam pedestri pugna turbatum, effuso equorum cursu inuehitur, a fronte a lateribꝰ inuecti partem longe maximam fuga auertunt, cæteri in castra sunt compulsi, quos Romanus oppugnare adortus, paruo negocio, cũ ipsis castris in potestatem redigit. Prosperæ huius pugnæ fama, non Romam solum, sed in Sabiniam quoq; ad exercitũ perlata, vehementer militum animos ad extremũ accendit certamen, quippe qui iam antea ab hoste lacessiti, vel quia numero pauciores essent, aut'recẽtissimæ cladis memoria territi, ad eam diem confligere non fuerant ausi, ijdem vltro ab duce signum deposcunt, queruntur præterea q̃ sine prælio tempus tereretur. Horatius vbi militem sua sponte satis ad pugnam incitatum vidit, cõcione aduocata, militem ad victoriam perpaucis hortatur. Sermonis quem ad exercitum habuit summa hæc fuit, vt compertum se habere præfatus sit, Valerium collegam feliciter ad Algidum pugnasse, fuissecq; ibi exercitum Romanum, qualem esse oportuit. Quod ad futuram pugnam attineret, tale se consilium habiturum, talem animum testatus est, qualem milites fecissent. Cernere se iuxta bellum salubriter trahi, idem & mature posse perfici, Q. si satis animi haberent ad pugnam, decerniq; placeret, clamore id sibi significarent, eum indicem voluntatis virtutisq; militum habiturum. Ingens est clamor secutus, idemq; alacritatis plenus. Tum ille. Ite inquit viri fortes, armaq; & corpora curate, crastina luce, quod vobis Populoq; Rom. bene vertat, prelio cũ hoste decreturi. Postero die vbi Romana acies stetit pugnæ instructa, nullam hostes dimicandi moram fecere. Fuit prælium quale inter duos exercitus fiduciæ plenos esse oportuit, hunc perpetua gloria, illum recenti successu elatum. Sabini nouo stratagemate vires iuuare sunt conati, qui duo milia post subsidia extra ordinem habuerunt, vt medio certamine in sinistrum Romanorũ cornu impetum facerent, qua impressione haud mediocriter Romana est acies impulsa. Fecisset & fugã, nisi duarũ legionum equites, ad terrã desilientes fortunam propemodũ inclinatã, sua virtute erexissent. Pedites equitũ opera prælio restituti, non solũ quẽ omiserant, locũ recipiunt, sed hostẽ quoq; egregie fundunt, fugantq;. Tũ receptis equis in alterũ cornu in choatæ victoriæ nuncij eq̃tes deuolãt, simul & in pauidũ hostẽ impetũ faciunt, nullo; virtus magis eo prælio enituit. Iuuit victoriã & cõsulis p̃sentia qui laudator virtutis oĩm segnioris; pugnæ castigator aderat. Redintegrato itaq; clamore, vndiq; Horatiani cõnixi, hostẽ auertũt, nec deinceps Romanorum virtus sustineri potuit amplius. Sabini late fusi, castra ad prædã Romano reliquere. Duplici victoria parta malignæ patres in vnũ diem supplicationẽ decreuere. Populus sua sponte alterum diem adiecit. Quo aliquanto frequẽtius est circa templa supplicatum. Consules ad vrbem reuersi, quum in cãpum Martium senatum vocassent, vt de rebus a se in prouincia gestis differerent, maligne quidam patrum interpretati, ad terrorem id fieri querebantur, vt senatus castrensibus armis septus, metu cogeretur quæ ipsi vellent decernere, quã calumniã consules discussuri, in prata Flaminia senatũ auocare ab Apollinis æde, Apollinari fuit loco nomẽ. Quibus quum a patribus triumphus negaret, Icylius Tri.ple. ad populum tulit de amborum consulum triumpho. Omnes Centuriæ illis honorem decreuere. Ac tũ primũ fine patrũ autoritate populi iussu est Romæ triumphatũ, quũ ad id tempus senatꝰ non populi id iudiciũ fuisset. Cõsules sequenti anno creati Sp. Herminius & T. Verginius Celimontanus. Hoc anno ocium domi foris; fuit. Secuti cõsules M. Geganius Macrinꝰ, & C. Iulius turbassent Tribunorũ infectationes aduersus nobiliũ iuuentutem ciuitatis statum, nisi Equici Volsciq; belli fama imminenti discordiæ interuenissent. Quiescenti plebi ab iunioribus patrũ iniuriæ fieri cœperant, tanquã aut facere iniuriã, aut pati semper necesse esset. Tribuni & ipsi, in ea altercatione pene violati. Sed citra maiorem offensam, oĩs contentio ad id tẽpus stetit. T. Quintius Capitolinus, & Aulus Furius per hæc consulatũ iniuere. Et iam in horas seditio domestica gliscebat, ad cuius eruptur̃ spem, velut ad classicum quoddã Equi & Volsci exciti arma capiunt, Latinũq; & Romanũ agrũ prædati, ad portas vsq; vrbis tumultuose sunt progressi. Vnde multã post se prædã agentes, Corbionẽ retro a nullo lacessiti abierunt. Tũ Quintius in cõcionẽ egressus, multa de præsenti ciuitatis statu, suaq; fortuna questus, q̃ se quartũ consule, ordinũ discordia ita accidisset, vt Equi Volsciq; qui toties a Romanis victi, castris q; exuti essent, ad mœnia vsq; vrbis impune venissent: Inde ad turbã conuersus ipsius plebis incõstantiã seueriss̃ima oratione increpuit. Q. omnia desideria ab initio ad id tempus indulgentia parrũ adepta, seditionibꝰ & discordijs vt siquã do impensiss̃ime studerer, & dum Tribunitias concliones per ocium celebraret, suos sociorũq; agros contumelios̃e vastari pateretur, maiores suos sub claris ducibus militãtes imperio & fortuna auctos præda & spolijs honustos domũ reuerti solitos, cõtra sua tempestate populo Ro. Tribunitijs actionibus dedito, pro expeditionibus secessiones, p̃ prælijs forenses altercationes cordi esse, sitq; ob eam rẽ factum, vt quãtum olim terrori Rom. nomen hostibus fuisset, tantum tum demũ contemptui ludibrioq; esset. Postremo ita perorauit, vt diceret se non ignorare multo gratiora auditu dici potuisse, sed maluisse se vera gratis proponere, ad qd̃quum ingenium ipsum, tum natura coegisset, satis cupere se suis ciuibus placere, sed multo magis ea loqui quæ ijsdem illis etiam profutura essent, si animo in se minus beneuolo futuri essent. Inde in Tribunos & in eos qui multitudinem a cõcordia alienarant, oblique inuectus, hortatus plebẽ est ad sumẽda arma, victoriam haud dubiam prædamq; pollicitus. Et oratio simul & autoritas mouit concionẽ, & iam iuuentus quę militiam detrectauerat, Quintij verbis accensa bellum & arma optabat. Laudatus Quintius in senatu, & impensius ab vniuerso ordine ornatus laudibꝰ. Orare Quintium senatus & collegam, vt rempu. caperent, orare Tribunos ne essent impedimento quo minus plebs sumeret arma, quo demum impetrato, magno omnium consensu delectus decernitur. Consules qui in celeritate omnem spem victoriæ repositam habebant edicto imperant, vt quicunq; per ætatem idonei militiæ essent, postridie sibi in campo Martio armati adessent, cognituros se post bellum cuiusq; causam, pro desertoribus habituros quorum excusationem non probassent. Omnis vtiussa erat iuuentus affuit, ipsi milites iussu consulum sibi centuriones deligunt, singulis cohortibus bini senatores præpositi, tanta celeritate omnia acta dicuntur, vt signa publica quæ mane fuerant a questoribus ærario deprompta, quarta diei hora sint ex campo profecta. mansit eo die exercitus ad decimum lapidem, postridie in hostium cõspectũ venit, castraq; sunt ad Corbionẽ oppidum collata. Triduo post in pugnam vtrinq; descensum, ira Romanos iritãte, desperata hostibus venia q̃ toties rebellassent bene pugnandi necessitatem imponente. Imperij summa fuit penes Quintium, concedente collegas dextrum cornu in acie tenuit, Alter consul finistrum. Media acies Posthumio Albo legato data. P. Sulpitium alterum legatum equitibus præfecere, ab eo cornu cui Quintius præerat egregie Romanꝰ pugnauit, Volscis exaduerso nihil resistentibus P. Sulpitius cum toto equitatu per mediam hostium aciem perrumpens, pedestri prælio nũdũ defunctus in equestrem incidit. Ibi iussi equites hostilem equitatum spiculis obruunt, stragecq; equorum edita facile propulsant: conuersi inde in peditem omissam pugnam repetunt, & quem subito in cursu turbarant, nunc turbatum passim dissjciunt, mittuntq; simul nuncios rei bene gestæ ad vtrũq; consulem. Rex hostium vbiq; iam laborare cœperant, Romanis felici nuncio fortius connixis, aperte inclinarunt, in media acie primo victi hostes c̃ Romanus equitatus Sulpitij ductu perruperat. Sinistrum inde cornu a Quintio pulsum, in dextro plurimum laboris fuit: ibi alter consul ætate ferox iniquius ferens vbiq; melius quam apud se pugnari, arreptum signum coniecit in hostes, cuius recipiendi studio miles fortiter inuectus, hostẽ & ipse gradu submouit. Tum consules gratulatione copias contrahentes in castra militem immisere, quibus nullo maiore negocio captis exercitum p̃ter res amissas quas recuperari contigit, hostilis etiam prædæ compotem factum reduxere. Consulibus patres etiam non petentibus triumphum decreuere. Spreti honoris aut non sperati causa difficilis dictu est. Liuius in longo temporis interuallo coniectura vsus, credere se ait pudorem Quintio & collegæ obstitisse, quo minus pro dimidia parte peteret triumphum, quum Valerio & Horatio quorum vterq; ex diuerso hoste victoriam deportasset, denegatum a senatu non ignorarent. Accidit per id tempus vt Aricini & Ardeates quum de ambiguo agro diutius disceptassent, multis inuicem cædibꝰ fessi iudicium ambigue rei ad po.Rom. detulerint, qui quum ad causam orãdam vtriq; processissent, cõcilio populi a magistratibꝰ dato, P. Scaptius homo grandis natu præfatus se nõ passurum Po.Ro. in re seria decipi, docuit agrum de quo ambigeret, Coriolanorum finium, secq; prima fere stipendia faciente Coriolis captis populi Romani esse factum. Mirari se quonam more Ardeates & Aricini cuius agri ius nunquam re Coriolana incolumi vsurpassent, eundem se a populo Romano quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos sperarent. Indignari consules, palamq; nullam Scaptio deliro seni fidem habendam censent, nõ tantum po. Ro. intercepto agro rerum quę situm iri, quantum infamiæ & dedecoris, si id soli sibi addiceret. Quando quidem famæ ac fidei damna maiora omnino essent, quam in præsentia æstimari possent. Hæc cõsulibus frustra prædicantibus, tribus in suffragiũ missæ ambiguam soli partem po. Rom. adiudicarunt. Id iudicium fœdius turpiusq; patribus quam Aricinis & Ardeatibus visum. Iniuerunt inde consulatum, M. Minutius & P. Curiatius. Dionysius C. Quintium pro Curiatio posuit. Fuitq; hic annꝰ domi foris; Ro. Po. infestus. C. Cameleiꝰ Tri. ple. rogationem promulgauit, de cõnubio patrum & plebis, vt mixtis per id ordinibus facilius coalesceret ciuitatis cõcordia: abhorrere patres, secq; omnia prius perpessuros prædicabant, quam vt suus cum plebe confunderetur sanguis. Erat; talis promulgatio patribus satis inuisa, quum nouem Tribunorum altera longe adhuc inuisior repente extitit, vt seu plebeium vellet populus seu patricium creare posset consulem. Credere vulgo patres consularẽ dignitatem, si lex perlata esset, non vulgari solum, sed ad plebem omnino transl̃atum iri. Fuit itaq; pergratum audire Ardeates ob interuersi agri iniuriam ad defectionem spectare, finesq; Romani agri a Veiẽtibus infestari reparareq; Volscos & Equos vires ad bellum, ob communitam Verruginem. Tum Cameleius minaciter consulibus denunciat, fore, vt se viuo nunquam delectum esse[n]t, habituri, nisi prius quæ a se & a collegijs promulgata essent, plebs sciuisset. Contra consules rei indignitate accensi, in curia vociferari actum esse de concordia ciuitatis, aut patres tollendos esse, aut Tribunos, quorum stimulis plebs exagitata, per æqua & iniqua rueret. Reminiscerentur qui in curia essent q̃ a patribꝰ maiestatẽ accepissent, q̃ ipsi filijs essent relicturi. Verumenimuero, vt non omnia Tribunitius furor cõfunderet, eas demum leges promulgaret, quibus omnia diuina & humana turbarent iura, promiscua connubia quæri, vt ferarum vitu patrum plebisq; vulgentur concubitus, ne sciri possit cuius sanguinis, quorum sacrorum sit futura progenies dimidia plebis dimidia patrum, nec ipsa quidem secum concors. Et nequa indignationis causa deesset, eo Cameleij & Icilij insolẽtia euasisset, vt iam & consulatum se adepturos sperarent, quoniam, si deo placeret, regię maiestatis imperiũ, ad sordidissimũ quẽq; deuolui oporteret, q̃ milites sibi prius sit moriendum, quam tantum dedecus & ignominiam ferrent. Aperte itaq; prædicabant exterminandos tribunos esse, eundumq; eorum temeritati totius ordinis viribus obuiam. Ausus est inquit Cameleius in curia iactare, nisi suas legesvicti patres acceperint, se delectũ impediturũ. Quid aliud est hoc, quam minitari, se patriam velle hostibus prodere? quid animorum putatis patres cõscripti eam vocem Volscis & Equis allaturam? nõne Cameleio duce sperent se Capitolium & arcem posse capere? Quid animi ergo vobis sit, quid consilij in hoc malo abolẽdo incompertum habem⁹? Satis quod ad nos attinet ambo parati sumus, si ordinis cõsensus adsit, prius in scelus ciuium, quam in hostem totius potestatis vires experiri. Consulibus hæc in curia clamantibus, Cameleius frequenti populi concione, haud multo post pro legibus in hunc modum disseruit. Quantum vos omni tempore superbissimus patriciorũ ordo fastidierit, quum ex multis alijs cognoscere potuistis Quirites, tum vel maxime ex ijs legum promulgationibus, quæ ad æquitatem & concordiam spectant. Fremit curia, rũpit, minat, q̃ cõnubiũ petimus, q̃ consulatum reposcimus, nec mirum, pro ludibrio semper habuerunt, ægrecq; se ferre perbelle confessi sunt, q̃ in eadem vrbe, & intra eadem mœnia viuimus, nunc omni cõsortio & dignitate dejciunt. Sed vos Quirites cognoscite quęso, quid habeant huiusmodi rogationes, & an tales sint, vt ferro petendi simus, quod se consules facturos comminan-





Equi in fugã verruntur.

Horatij verba ad milites.

Victoria Romanorum.

Triũpha tur auto. populi.

Cõsules.

Quintij oratio ad populũ.

Quintiæ orationis effectus.

Celeritas i delectu.

Acre prę lium.

Equitũ virtus.

Consulũ verecundia.

Scaptij testimonium.

Iudiciũ po.Ro.

Cõsules. Tribu. rogationes.

Querelæ consulũ.

cameleij Trib. pl. oratio ad populũ.

tur,quasi hostilia moliamur.Connubiū altera lex petit,quam ipse promulgaui,sed quid hoc inaudi-tum est,quum id externis dari soleat? Nos ciuita-tem,quod maius,est ijs aliquando dedimus,qui & hostes prius,& mox bello a nobis capti sunt. Alte-ra nihil noui fertur,sed qđ totius populi est a pau-cis repetitur,vt quibus velit populus Ro. honores deferat.Quid quęso hoc est? quid inquam,cur cœ-lum terram & omnia confundant? cur modo in cu-ria sit in me pene impetus factus? affirmentq; se sa-crosanctam potestatem violaturos? an quia libe-rum po.suffragium detur,vt quibus velit publi-cos honores mandet? quasi omnem plebeio ho-mini viam ad maiorem dignitatem,etiam si dign⁹ sit,præclusam esse oporteat,nec vrbs hæc stare pos-sit amplius,sitq; de imperio,de dignitate actum,si e plebe aliquis consul fiat. Ecquid sentitis Quiri-tes,in quanto contemptu sitis,quam omnia vestra sordeant,superbissimo huic ordini,qui vitalis hu-ius auræ,æthereæq; lucis,si queat,si fui iuris sit, o-mnino reddat expertes? Qđ viuimus,q; spiram⁹, q; hominū faciem habemus,indignantur. Nunc quoq; si dijs placet dicere audebunt,nefas esse ple-beium consulem fieri,at licet excludamur,ea scim⁹ quæ & peregrini,omnes consules in regum locū
Externi reges. succedere,nec hodie in his maiestatis quicquam est,quod non illis fuerit,Sed nunquam ne fando auditum est,Numam Pompilium,non modo nō patricium,sed ne ciuem quidem fuisse? verum ex Sabinis po.iussu ascitus,patribus autoribus in hac vrbe regnauit.L.Tarquinius non modo non Ro-manæ,sed ne Italicæ quidem gentis,viuis Anci Martij liberis,rex est factus.Quid Seruius Tullus, qui ne libera quidem matre natus,nonne & ipse virtute sua regnum tenuit? Tatius Sabin⁹ nō per-egrinus solum,sed & hostis fuit,regniq; particeps est a Romulo factus. Quid igitur plebei consulis nunc tantopere pœniteat,quum maiores nostri ad uenas reges non fastidiuerint? & ne nō semper vir tuti hæc vrbs pateret,regibus electis Claudia gens in ciuitatem ascita,est in patriciatum cooptata,fiet aliquis ex peregrino patricius,ex patricio consul, Romanus ciuis si ex plebe sit fieri non poterit? an non fieri potest,vt qui plebeio sanguine sit ortus, sit hicidem vir fortis & strenuus,pace,belloq; bo-nus,Numæ,L.Tarquinio & Seruio similis? vel si ne talis sit quidem,non potius salubriusq; guber-naculo reip,ad mouendus,quam Decemuiri illi,q
Magistra patricij fuerunt,omnium mortalium pessimi? At tus noui. nemo (dicet aliquis) plebeius post exactos reges consul fuit,quid postea? an nihil quod nondum fuerit,institui fas est præsertim in nouo populo,in quo multa quidem,quæ nondum fieri cœperunt, vt fiant tamen necesse est? Nec pontifex,nec au-gur fuit Romulo rege,a Numa deinde creati sunt: rursus hoc regnum tenente,nullus in ciuitate cen-sus,nullum classium centuriarumq; discrimen.Ser tio Tullo hęc quoq; facta sunt.Consules nulli fue rant ante eiectos reges,his exactis esse cœperunt. Tribuni plebis,Aediles alijq; magistratus,& ipsi,nec ubi, nec libertati æquales Decemuiri,hoc decēnio scribendarum legum causa creati sunt,atq; e ciuita te sublati.Nec est quisquam ita rerum humanarū expers,qui non intelligat in vrbe æternum condi raq; & in immensum crescente,nouos mores,noua instituta oriri. Ipsum connubium,quod alterius rogationis est,Decemuiri pessimi hominum,pessi mo exemplo,in ordinibus discreuere. Enimuero quæ maior vllā contumelia insigniorve plebi fie ri potuit,quam vel ut contaminatam ciuitatis par tem,connubio indignam existimari? Quid aliud est cauere ne affinitatibus misceamur,quam nos in tra eadem mœnia relegare? Sed quæ ea hæc nobi-litas,quam contaminatum iri nolunt,quam ple-riq; ex Albanis & Sabinis oriundi,non genere,nō sanguine,sed per cooptationē inter patres habēt? connubium patrum & plebis tollunt,cur non cō-ferunt,ne sit connubium diuitibus & pauperibus, ne patricio plebeius sit vicinus,ne eadem via am-bulet,in eodem sit cōuiuio,in eodem foro,duasq; ciuitates ex vna faciunt? Quæ est hæc ordinum cō fusio,si plebeiam patricius ducat vxorē,aut plebe-ius patriciam? Nihil certe iuris mutatur,liberi pa-trem sequuntur,nec nos quum eorum connubia petimus,aliud petimus putamus,quam vt in nu-mero hominum simus,in numero ciuium. Nec pa-tricij,nisi in nostram contumeliam certare iuuet, quicquam in hoc habent quod iure negare conten dant. Postremo meminisse oportuit,summum im periū totius po. esse non patriciorum,eiectisq; re gibus libertatem non illis solū sed omnibus quæ-sitam. Deberet licere po.Rom. quam vellent legē iubere,at vbi primum rogatio aliqua promulgata est,statim delectus pro pœna indicitur. Sacramen-to iuniores adiguntur,minæ plebem circunstre-punt,vis intentatur. Sed iam illi iterum ac sæpius experti sunt,quam parum ipsorum minę aduersus vestrum consensum valeant Quirites,nec nunc li cet multa minentur,certamen erit vllum,animos vestros sæpe illi tentabunt,vires experientur nun-quam. Itaq; hoc consules sciant,siue vera,siue fal-sa sint bella quæ celebrant,habituros exercitum paratum,si reddito plebi connubio,vnam ciuita-tem patres fecerint,ordinesq; mutua consanguini-tate coalescere patiētur,si viris fortibus & strenuis e plebe ad consulatum aditus fiat. Quæ si negare perseuerabunt,multiplicent bella rumoribus,ne-mo Tribunis autoribus nomen dabit,nemo ar-ma capiet,nemo dimicabit pro superbis dominis, quibuscum neq; in rep.communis honos: neq; in Perora-
priuata,societas futura sit. Post hanc Camelij actio tio.
nem,quum consules in forum venissent,orta inter eos & Tribunos altercatione,e collegio vno con-sulem interrogante,quid esset cur plebeium consu lem fieri non liceret? Quia auspicia,inquit alter cō sulum,plebeij non habent. Ad eam vocem adeo iræ exarserunt,q; quasi dijs inuisi auspicari posse negarentur,multitudine calculos perente,quia ap-parebat vtramq; legem vno tempore perlatum iri, rati patres alterum de consulatu antiquari posse,de Lex de
connubio consenserunt.Qua lege perlata,quum cōnubio
Camelęus in ingenti celebritate & fauore esset: ei⁹ enim rogationis autor fuerat,cęteri Tribuni æmu latione accensi,nouum certamen pro lege sua pa-tribus intendunt,tum crescente in dies noui belli fama,nec delectus haberi posset,apparerentq; aut ci-uibus,aut hostibus de victoria cedendum esse.C. Claudij sententia vi & armis tollendos Tribunos censebat.Contra Quintij,Cincinnati,Capitolini a cæde abhorrebant. Cæterum quum diu anceps Trib. mi
consultatio tenuisset,eo T.Genutij sententia decur litum cō
sum est,vt Tribuni militum consulari potestate sulari po
promiscue ex patribus & plebe crearentur,de con- testate.
sulibus interim creandis nihil mutaretur. Acquie-uere huic sententiæ plebs & Tribuni,indictisq; ad hoc ipsum comitijs,quum ex vtroq; ordine plures petiuissent,præter omnium spem Patricios tantū populus creauit,contentus q; plebeiorum ratio ha bita esset.Creati igitur tres tribuni consulari pote state,Aulus Sempronius Atratinus,L.Attilius lō-
gus &



gus & T.Cecilius Sicelus,anno.CCC.decimo quā Roma condita erat.Dionysius in annum tertium
ANNI quartæ & octogesimæ Olympiadis incidisse hæc
MVN- autor est,qui quater millesimus ac septingentesi-
DI. mus fuit nonusq; & quinquagesimus ab mūdi ori gine.Eusebius in annum primum tertiæ & octo-gesimæ Olimpiadis magistratus huius initia rei-cit,manifesto librariorum errore,qui pro militari-bus Tribunis plebeios posuerunt.

## M. ANTONII COCCII SABEL LICI RAPSODIAE HISTORIA RVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE LIBER V.

NOT QVIDEM modis pu blicę administrationis formā, paucis annis, apud Romanos variari cōtigit,sed ne Tribuni cia quidem illa potestas recēs instituta lōgius processit, tres illi, qui omnium primi eum honorē adiere,quia vitio crea ti putarentur,tertio mense quam rempu. adminis trare cœperant,augurum decreto se magistratu ab dicarunt. Tenuit aliquot dies ordinum contentio, patribus consules creari volentibus,contra Tribu nis eundem in ciuitate magistratum retinere conā tibus. Cæterum obtinuerunt illi,vt consularia co-
Cōsules. mitia haberentur,quibus consules declarati sunt, L.Sempronius Atratinus & L.Papyrius Mugila nus. Hoc anno fœdus cum Ardeatibus est renoua tum,quod vnum argumēto fuit ad posteros eos consules fuisse,quum in annalibus priscis,& libris magistratuum alioqui non essent. Liuius Licinij Macrum scripsisse ait in linteis libris,qui ad Mone tæ reperti sunt,eorundem consulum nomina rela ta: Dionysius in annalibus digesta,sed ita vt plu res eos præfectos quam consules traderent. Causa fœderis cum Ardeatibus renouandi,agri abiudica tio fuit,quem sub defectionis denunciatione,nisi restitueret,per legatos illi repetentes moniti fuerāt a patribus suum tempus expectare,daturos se opera ram,vt Ardeates suæ in po.Rom. fidei & constan tiæ non pœniteret. Fuit annus ille alioqui domi fo risq; pacatus: Qui illum proxime est secutus,consu les habuit M.Geganium Macerinū & T. Quintiū
Cōsules. Capitolinum. Primi in vrbe Censores his cōsuli bus creati: mentione primum in senatu facta, ma gistratu opus esse,cui scribarum ministerium, ta bularum cura,censendi formula subijceretur. Res parua a principio,sed quæ procedēte tēpore mul to maiora,quam ab initio credibile fuerit,habuit incremēta. Tanta mox dignatio secuta est,tantaq; autoritas,vt omnis morum ciuili sq; disciplinæ ra-
Primi cē tio,Censorum esset,regimen adhæc senatus, equi sorores. tum,centuriarum,omne decoris & ignominiæ di scrimen,horum priuata publicaq; loca recognosce re,vectigalia po.Rom. suo arbitrio locare. Primi itaq; omnium creati Semproni⁹ & Papyrius,quo rum consulatus ambigue vt dixi traditur. Fuitq; hic annus,qui primos habuit cēsores,trecēte simus ab vrbe condita ac.XII. Domi foris q; ocium erat, cæterum ne non semper aliqua bellandi causa ad-
Discor- esset,legati ab Ardea Romam venere,auxilium & diæ ori- opē afflictis Ardeatiū rebus implorātes. Diuersa fa go. ctionum studia,quæ multis vrbibus exitio fuere, eruntq; semper,ipsius vrbis opes in apertum discri men adduxerant. Contentio ex re parua orta,pene ad excidium creuit. Petebant puellam indigenam plebeia familia ortam adolescentes duo in vxorē, nobilis vnus,alter plebeius. Hic puellæ tutoribus frætus,ille matris fauore,quæ honestissimo matri-monio filiam locatum iri volebat. Cognitione in Discor-
forum delata,secundum matris arbitrium iudica- dia.
tur. Tutores de iniuria decreti palam questi,cum Ardea-
plebeiorum manu vi ex domo matris virginem tium ob
rapiunt. In hos accensus ira iuuenis optimatium puellæ
multitudine septus,impetum facit. Fit prælium, nuptias.
plebs vrbe electa locum mœnibus proximum oc-cupat,nobilium prædia hostiliter populatur. Ve-nere interim his auxilio Volsci Ciuilio duce,qui-bus fręti exules vrbem vallo cingere adoriuntur. Erant q; in aperto discrimine res nobilium sitæ, quum eorum legati Romam auxilium imploratū venere. M.Geganius consul cum exercitu eo profe ctus,Equos exulesq; noctu vallo & fossa cingit, tē-taruntq; circunsessi equis conditionibus inde abi re,quibus responsum est,oportere victos conditio nes accipere non ferre. Quia igitur nulli dubium erat q; fine ignominia abire non poterant,ferro co nari sunt sibi viam facere. Cæterum prælio parum caute inito,quum passim cæderentur,in præceps
Volsco- versi veniam implorant,armisq; & Ciuilio duce rum de-
traditis,sub iugum missi sunt. Eos Tusculani per ditio.
suos fines transeuntes eximprouiso adorti,ad vnū peremere. Geganius,seditionis autoribus securi p-cussis,ocium ciuitati restituit. Ipse triumphans in vrbem rediit,Ciuilio & hostium spoliis ante currū latis. Consules inde fuerunt M.Fabius Vibulanus Cōsules.
& posthumius Ebutius Cornicem,qui quum pax domi foris q; esset,vt celebri monumento aliquo gestæ rei annum suum insignem facerent,agrū in-fami iudicio populi paucis ante annis Ardeatibus interceptum,Coloniæ eo mittendæ prærextu resti tuerunt. Satis quidem fuit pacatus hic annus,vt di xi,sed qui sequutus est adhuc pacatior,C.Furio Pa cilio & M.Papyrio consulibus,quæsita tamen do Cōsules.
mi discordia,a Petilio Tribuno plebis agrariæ le gis mentione iniecta,nulla tamen secuta. Excepit hanc ciuilis status quietem,turbulentior Proculi Geganij Macerini & L.Menenij Lanati annus,fa me,seditione,libertatis pericula insignis. Primo annonæ caritas vrbem inuasit,dubium,deserto agrorum cultu,an cœlo frugibus aduerso,vtrūq; enim traditur L.Minutius est annonæ præfectus: is Minuti⁹
publica frumentatione parum felix: nā præter He annonæ
truscos,vnde aliquid omnino est frumēti aduectū, præfectus.
sed quod in leuanda annona nullum fecerit mo-mentum,apud cæteros finitimos,neq; precium valuit,neq; gratia,vt laboranti ciuitati opem fer-rent. Fame igitur inualescente,ad eam rerum despe rationem est ventum,vt quidam e plebe longio-res vitæ cruciatus veriti,obuoluto capite sese in Tyberim præcipitarint,tanta tum fames ciuitatē inuaserat. Tum Sp.Melius ex equestri ordine ho- Sp.Melij
mo,vt res vrbis erant,prædiues,rem specie vtilem largitio.
sed libertati præcipue inimicam est aggressus. Eme rat hic per clientes & hospites pene quicquid fru-menti fuerat ex Hetruria aduectum,emptumq; multitudini gratis in grauissima annona distri-buit. Conciliauit ea largitio homini tantum fauo-ris,vt quacunq; incederet frequens circa illum ci-uium multitudo conspiceretur,futurum consula-tum haud dubio consensu repromittens. Interea rem malo exemplo moram,peiore cōsilio exequi-tur. Enimuero vt est animus hominis inexplebilis in ijs quæ præsens fortuna spondet,ad altiora & prohibita mentem adiecit. Quoniam igitur consu-

latus erat patribus nō ſine certamine extorquēdus de regno agitare cœpit. Creantur interim conſules T. Quintius Capitolinus & Agrippa Menenius, ad hos & patres Minutius detulit, ſe manifeſto indicio cōpertum habere, in Sp. Melij domo ſecreta cōſilia agitari, ingentē vim armorū eo collatā, coruptos ex Tribunis quoſdā, qui ad prodendā libertatem cū Melio conſpirent, occurrendū periculo, quādo res propemodū ſero in curiam perlata eſſet, ne poſt ea temeritatis argueretur. Tū quia a conſulibus prouocatio erat, viſum eſt ad id malū opprimēdū, Dictatore opus eſſe. Quinti⁹ Cincinnat⁹ dictus eſt. Is Seruiliū Halā magiſtrum equū dixit. Poſtero die diſpoſitis p opportuna loca p̄ſidijs, in forū Dictator deſcendit. Stetit multitudo inſcia miraculo rei defixa, occulteq; inter ſe quærere, quid rei accidiſſet, quapropter ciuitas Dictatore indigeret. Vnus Melius & qui conſiliorū eius erāt nō ignari, ſatis ſcire in ſe vim illam imperij quæſitam. Expectare tamē taciti euentū rei. Poſtq; igitur Dictator reſedit, magiſtrū equitū mittit, qui Sp. Meliū ad ſe vocet. Pauidus ille primo quærere, quid vellet Dictator, vbi vero dicendam eſſe cauſam audiuit, diluendūq; crimen quod eſſet a Minutio ad patres delatum, ſe in cateruam ſuorum recipere conatus eſt, eum tergiuerſantem apparitor magiſtri equitū iuſſu inuadit, quo a circunſtantibus repulſo ipſe Melius fugiens fidem Quiritum implorat, conſpiratū in ſe clamitans a patribus, qa Romanæ plebi benigne feciſſet, ferrēt opē, ne ſinerent ſe inſontē inuidia opprimi. Hæc illum vociferantē Hala magiſter equitum aſſecutus obtruncat. Ipſe peracta cæde, nobilium multitudine ſtipatus, ad Dictatorem reuerſus, Melium a ſe, quia parere noluiſſet, interfectum nūciat: Macte inquit Dictator tua Seruilli virture eſto, repu. liberata. Conſternatā inde multitudinem, ad cōcionē vocari iuſſit. Ibi cauſa Melianæ cædis expoſita, qui etſi nūquā de regno cogitaſſet, iure tamē cæſus videri poterat, q̄ Dictatori nō obediens fuiſſet. Percurrit inde filiorū Bruti. Sp. Caſſij & aliorū exempla, qui aliq̄ cōtra libertatē moliti eſſent, debuiſſe dicens illorū exitū documento eſſe Melio, temerario homini, ne ſemodio farris ſperaret ſuorū ciuū libertatē a ſe emptū iri. Quaſi vero ille po. qui ſenatorem concoquere non poſſet, frumentariū equitem regem laturus eſſet. Placata per hæc multitudine, Quęſtores iuſſi ſunt Spurij bona vendere, pecuniāq; inde exactam in publicum redigere. Domus diruta, monumentum nefariæ ſpei oppreſſæ vt eſſet area Aequimelium appellatum L. Minutius boue aurato, vt alij tradunt, ſtatua extra portam trigeminam eſt donatus. Tribuni plebis queſti ſunt Melij mortem ad plebem, Seruilliū & Minutium accuſantes, quorum hic indemnatū obtrūcaſſet, ille falſum homini intendiſſet crimē, de quo ſi rerum ſcriptoriſſime coniectura in ſimilibus vti licet) non poſſum non vehementer ſuſpicari, ſic enim Melius tunc oppreſſus, ſic Minutius Tribunus, ſic Sp. Caſſius quia plebi gratificati eſſent, fraude patrum potiuſquam vero crimine periere. Immodica ſane fuerunt patrum odia in eum ordinem, propter quem ad interitum inſectati ſint quicunq; benigne ei feciſſent, ſiquidem Tribunis ire obuiam nequeuntibus aut certe nolentibus, ſæpius ab eiſdem plebs circunſcripta videri poteſt, vt in eo, q̄ augurum denunciatione, Tribunos militum vitio creatos videri voluerunt, tertio menſe poſtquam magiſtratū iniuerant, vt per eam abdicationis ſpeciem tacitus fieret ad Cōſules reditus, & ſi minaciſſima Tribunorum denunciatione ſe Melianā cędē vlturos prędicantiū, ſit factum, vt ad plebē leniendā paſſi ſint patres ſequenti anno Tribunos militū creari. Proximis igit comitijs creati ſunt, L. Quintius Cincinnati filius, M. Aemilius & L. Iulius. Eratq; iam magiſtratus ab his initus, quū Fidenæ Romanorum colonia ad Lartem Tolumnium Veientium regem defecere. Sed maius oīno ſcelus eſt huic aditum, legati, qui ab vrbe eo venerant, noui conſilij cauſam ſciſcitaturi, Tolumnij Romāni leſunt iuſſu interfecti, fuerunt qui regē ſceleris abſoluerent, q̄ in proſpero teſſerarū iactu vox eus peream ſit excepta. Cæterum ſiue errore ſiue conſulto cęſi ſunt, qui publico nomine Fidenas venerāt, fuerunt, C. Fulcinius, Clœlius Tullius, Sp. Antius & L. Roſcius, quibus Romæ poſt cædē ſtatuæ ſunt pro roſtris poſitæ. Inſtabat igitur atrox cum Fidenatibus & Veientibus bellum, a tam fœda cauſa ortum, cuius adminiſtrandi ratio vt maiore concordia iniretur, Conſules pro Tribunis creati ſunt Cōſules. M. Geganius Macerinus, & L. Sergius Fidenas, ab ipſo bello, vt credere par eſt, cognomen adeptus. Is cum Larte citra Anienem proſpere pugnauit, obtigitq; victoria illa Romanis haud incruēta, maiorq; fuit dolor ciuitatis ex ciuibus ea pugna amiſſis, quam ex fuſis hoſtibus lætitia. Eſtq; ob id iuſſu patrum Mamercus Aemilius Dictator creatus. Is Dictator Quintium Cincinnati filium magiſtrum equitū dixit. Nec mora deinceps fuit, copijs quibus conſul fuerat vſus ſupplemento expletis, colles trans Anienem, qui inter fluuium ſurgunt & Fidenas, caſtris occupat. Veientes non multo poſt Phaliſcorum auxilijs aucti, caſtra in aperto locant. Prius intra mœnia ſe tenebant. Mamercus caſtris ad confluentem translatis (haud enim procul inde Anio & Tyberis coeunt) vtramq; ripam vallo amplectitur. Poſtridie aciem in hoſtium conſpectu expli cat, nullam pugnæ moram facturus. Variæ exaduerſo fuerunt ſententiæ. Veientes in trahendo bello plus ſpei habebant, Phaliſci contra diuturnam militiam grauiter ferebant: Tolumnius etſi Veientium ſentiam magis probabat, veritus tamen ne a ſocijs deſtitueretur, ſignum pugnæ in ſequentem diem propoſuit. Poſtera luce aliquanto prius Romani in æquum deſcendere, mox Hetruſci & ipſi in apertum prodeunt: eorum acies ita inſtructa ſtetit, vt dextrum cornu Veientes tuerentur, læuum Phaliſci, medij Fidenates ſteterūt. Dictator ſe Phaliſcis oppoſuit. Veientibus Capitolinus legatus eſt obiectus. Magiſter equitum, L. Quintius ante mediam aciem cum equitatu in Fidenates ſtetit. Principio equites a Romanis in hoſtes miſſi, hi primi omniū conflixere. Secuta deinde pedeſtris pugna, quę ex omni parte proſpera Romanis fuit. Neu Diuerſa tra parte Hetruſcæ legiones, Romanorum impetū ruū acierū ſuſtinuere. Equites maxime reſiſtebant qua parte cōflictus, Tolumnius omniū ferociſſime pugnam ciebat, trahebatq; certamen. Hunc conſpicatus Au. Cornelius Coſſus Tribunus militum, idemq; longe fortiſſimus, equeſtrem aciem quocunq; ſe intendebat turbantem, Nimirum hic eſt inquit, ruptor ille humani fœderis, violatorq; iuris gentium, qui nō contentus duorum populorum pacem violaſſe, legatos, quod nulli vnquam barbarorum fecere, interfici iuſſit. Iam ego hunc inferias legatorum manibus dabo, ſi Dij quicquā ſancti in terris eſſe volūt: hæc ille, calcaribuſq; equo ſubditis, infeſta cuſpide in aduerſum fertur hoſtem, quem bellatore equo deiectū, haſtaq; innixū vt in pedes aſſurgeret, Lartis in vmbone impulſum reſupinat, ferroq; ſępius repe- teritus. titū obtrūcat, ſpoliatq; dein victor exangue corp⁹,

iacentiq; caput adimit, adēptū haſtæ affigit, oſtentatq; hoſtibus. Tuſci equites q̄ diu anceps fecerant certamē, ſubito caſu regis perculſi fugā capeſſunt. Inſtat Roman⁹ fugiētibus, & ad caſtra, vſq; cū ſtrage & cæde multa perſequit. Eodē tēpore circa Romana caſtra pari eſt euētu dimicatū, quæ medio ardore pugnæ lectæ aliquot cohortes Tolūnij iuſſu inuaſerant. Triarij principali porta dextra Vibula ni legati ductu eruptione repente facta, nō minus trepida fuga, quā in acie fecerāt, Hetruſcos a vallo repulſos, cū multa cæde auerterūt. Coſſus cū equita tu Tyberi tranſmiſſo, Veiētanū agrū p̄datus, ingētē vim hoīm atq; oīs ariā quadrupedū advrbē egit. Dictator triūphans Romā ingreſſus eſt, vnus oīm oculos in ſe a curru Dictatoris auertit Au. Corneli⁹ opima ſpolia poſt Romulū portans, feretrio Iouī dedicaturus. Ea ſolenni more, vbi in Capitoliū venit, templo intulit. Cæterū q̄a opima ſpolia a maioribus ea nuncupata ſatis conſtat, quæ dux duci detraxiſſet, nec dux niſi is cuius auſpicijs res gererētur appellari conſueſſent, videri poſſunt haud rite ea opima dici, q̄ Tribunus militū, non Dictator, non Conſul, aliuſve magiſtratus cuius auſpicia eſſent, Iouī dedicaſſet. Liuius oēs ante ſe autores Tribunū militū Corneliū ſcripſiſſe memorat, quos Scripto- ita erroris redarguit, q̄ aliquando ex Auguſto prin rū error. cipe audiuiſſet, in feretrij Iouis templo, qđ inſtaurationis cauſa pōtifex ſubijſſet, legiſſe ſe in lintheo thorace. Corneliū Coſſum Conſulē opima ſpolia poſt Romulū dedicaſſe, acceditq; libens autor huic fidei, argumento adductus haud inepto, q̄ paucis ille annis, vt quidam habuerunt annales, Conſul fuit, Tribunus militum conſulari poteſtate, & magiſter equitum, vt non Mamerci dictatura, quę his eſt tēporibus interiecta, ſint Larti ſpolia detracta, ſed Cornelio aut conſule, aut quod magis placet, Conſulari poteſtate Tribuno. Cæterum vtcunq; haber, contigit ea ſpolia dedicari, ſi Mamerco dictatore Coſſus Lartem regem peremit, anno ab eo quo Romulus prima ſacrauerat ſpolia tertiodecimo, ac trecenteſimo, Fuerunt poſt Hetruſcos & Fi- denates victos, Conſules, M. Cornelius Maluginē Cōſules. ſis & L. Papyrius, qui Veiētem & Phaliſcum agrū ingreſſi, hoſte nuſquā reperto, agreſti præda contē ti, domū copias reduxere. Hoc anno dies Minutio Minutio dicta eſt a Sp. Melio Trib. plebis, Meliū publice p dies dicit̄ empti pernecеſſario, & rogatio ab eodē ad populū Cōſules. lata de Seruilij bonis publicādis, q̄ illorū vi ac calumnia Melius fuiſſet oppreſſus. Hominis autoritas fecit, vt omnia ad populū fuerint leuiora. Ēm uero, ingraueſcens morbus, & crebri motus terræ maiori tum curæ erant. Obſecratum eſt a populo duumuiris prœeuntibus. Peſtilentior inde annus fuit, L. Verginio & Claudio Iulio conſulibus, tanq; vbique vaſtitas crebris funeribus eſt ſecuta, vt Veientes, & Fidenates Anienem tranſgreſſi, haud procul a Collina porta conſederint. Non minus igitur in vrbe quam in agris trepidatum. Nocte quæ proxime ſecuta eſt, Verginus Conſul Aulum Seruilium Priſcū, alij Sructum ſcripſere, Dictatorē Dictator dixit. Ipſe Ebutium Eluium magiſtrū equitū ſibi conſciuit. Vbi primum illuxit Dictatoris iuſſu omnis militaris ætas, extra portam Collinam, circa ſigna frequens affuit. Id hoſtes conſpicati in altiora ſe loca recipere conati ſunt. Dictator eueſtigio ſecutus, quum cedentibus moleſtius hæreret, ſecum conferre ſigna compulit, breuiq; prælio fudit. Hetruſcis legionibus Fidenas compulſis, oppidum vallo circundedit. Tenuitq; aliquandiu obſidio, vrbs ſitu & mœnib⁹ munita ſcalis capi nō potuit,



nec fame domari ob vim tritici eo conuectam. Cuniculo igit Roman⁹ in arcē eſt admiſſus. Hetruſcis Fidenatibuſq; ad imas partes vrbis tuendas intentis, clamor ex ſuperiore loco redditus, captā vrbē ſi Fidenæ capiunt. gnificauit. Hæc foris domiq; eo anno geſta C. Fu- Græcor. rius & P. Acilius & M. Geganius cenſores villam diſcor- publicā in campo Martio probauerunt, ibiq; cen- dia. ſus populi eſt primo actus. Atq; is tūc erat rerū Romanarū ſtatus. Græcia interim, etſi ab externis armis erat ociū, ſe ipſam tamen domeſticis vexare cœperat diſcordijs. Iam ēm ex quo Medicis fuit terroribus defuncta, in diuerſa populorū ſtudia æmulatione accenſa, eo uſq; mutuis offenſis proceſſere, vt animis non minus infeſtis in ſe bellarint, q̄ in barbaros aliquot ante annis fecerant. Enimuero Athenienſes Meſſenia expeditione (eſt ēm res hic aliquā to altius repetenda) a Lacedæmonijs, ſoli omnium ſociorum, non ſine ignominiæ ſuſpicione dimiſſi, Cymone, vt alio ſcripſimus loco, in exiliū acto (cha bebatur Lacedæmoniorū ſtudioſus) ſocietatē ſoluerunt, quā cū ea ciuitate iam inde a Medicis tēporibus contractam habuere, iniuerunt cum Argiuis Spartiatarum hoſtibus nouam, eſtq; inter vtroſq; ictum aduerſus Theſſalos fœdus. Interim Meſſenij ſeruij intra Ithomē a Lacedæmonijs obſidebantur. Id enim bellum in decimum eſt annū diſtractū, do nec conditione ſunt accepti, vt tota Peloponneſo migrarent, nunquā in eam terrā reuerſuri. Erāt hi a veteribus Meſſenijs captiuis oriundi & ipſi quidē ſerui, Meſſenijq; appellati. Hos cum filijs & vxoribus Peloponneſo migrare iuſſos, in Lacedæmoniorū inuidiā Atheniēſes in Naupacto collocarūt quam vrbē a Locris Ozolis inſeſſam haud multo prius Atheniēſes ceperāt, ſed hæc aliquāto poſtea. Acceſſerunt ad ea odia q̄ inuicē conflata erāt, q̄ Megarenſes a Corinthijs prælio de finibus inito ſuperati, ad Athenienſes defecerunt, quum antea Lacedæmoniorum ſocij fuiſſent, tenueruntq; Atheniē- ſes Megara, ingenteſq; ibi extruxere muros, vnde primum Corinthiorū odium in Athenienſes exar Corin- ſit. Florebāt per hæc nihilo ſecius Atheniēſiū opes thiorum longeq; rei maritimæ gloria pollebant, qua fama odiū in impulſus Inarus rex Libyorum, qui Aegypto fini Athen. timi habitant, Eratis Pſamnetici filius, quum nō paruam Aegypti partem ab Artaxerxe alienaſſet, Atheniēſes, qui cū Cymone duce claſſem circa Cyprum habebant, in ſocietatem traxit. Hi nihil iam humile aio agitantes, Inari ſocietate freti, in Aegyptum relicta Cypro tranſmittunt, aduerſoq; Nilo in mediterranea inſinuati, duabus Mēphidis partibus breui potiuntur. Pars tertia albus murus nominata, Perſis Mediſq; tuentibus capi non potuit. Cæterum ea expeditio infeliciter Athenienſibus ceſſit, vt ſuo poſtea loco explicabitur. Fuit ſex circiter annos in Aegypto, & circa Libyam Attica claſſis. Interea in Græcia Corinthij & Epidaurij qui partim odio, partim a Lacedæmonijs, qui Atheniē ſibus inuidebāt irritati aperte Athenienſiū hoſtes facti, eos ad Haliā prælio congreſſos vicere. Fuit ea lætitia Corinthijs & ſocijs haud diuturna, quibus haud multo poſt ad Cerypha leam nauali prælio victis, acceptæ nuper cladis Athenienſes vicem repēderūt. Et ne nō ſemp nouæ rer⁹ materia adeſſet, bello cum Aeginitis orto, Atheniēſes totis viribꝰ, Atheniē tum ſuis, tum ſociorum connixi, duce Socrate Stri ſiū claſ bi filio, iterum cum Peloponnenſibus nauali præ ſis Mem lio congreſſi, hoſtes egregie ſuperant, ſeptuaginta phis par- eorū nauibus captis, ipſi victoriam adepti Aegi- te potit. nam obſidione cingunt, quā Corinthij & Epidau- Aeginiti rij eximere obſidione cupientes, trecentos Aegi- cū bellū.

nam præsidio miserunt. Ipsi in Megaricũ agrum transgressi, rati Athenienses duobus exercitibus absentibus haud pares sibi futuros, ad sociorum iniuriam inhibendã. Enimuero valida classis tũ Aeginam cum exercitu circunsedebat, alteraq; omnino maior iampridẽ in Aegypto erat. Athenienses Myronidam, cũ veteranorum & iuniorum manu Megaram miserunt. Is cum Corinthijs æquo marte certauit, quibus abeũtibus Athenienses Tropheũ, vt prælio superiores, hic vbi fuerat dimicatum erexere, Corinthij a senibus qui domi remanserant cõuicio excepti, ad eam ignominiam abolendam in hostium duodecimo post die reuersi, contra Athenienses tropheum, & ipsi suum statuere conati sunt. In eos præsenti operi intentos Athenienses, qui nondum præsidio abscesserant, impetum fecere, prælioq; conserto, haud dubio marte superant.

Corinthij vincunt. Corinthij fuga dispalati, alij alio tendunt, parsvna præcipiti metu in prædium Megarensis agricolæ compulsa, quia prægrandi erat fossa locus vndiq; cinctus fugãq; inde expedire nequiuerũt, ab Athenienſibus qui eo ocurrerant lapidibus sunt ad vnũ obruti. Per hæc tempora Athenienses longos cœperunt muros struere, hunc Phalerum, illum Pyrea versus. Hi duo Athenarũ portꝰ fuere. Phocẽses tũ in armis erant aduersus Dores, qui Bion Cytiniõ & Erineõ tenẽbant. Cæterũ quũ ex his oppidis vi vnũ Phocenses cœpissent, Lacedæmonij Nicomede duce Cleombroti filio, cum suis sociorumq; copijs (ad vndecim milia armatorũ fuere) in Phocenses proficiscunt, vrbeq; per deditionẽ recepta, ambigui quia domũ redirent, nã per Geraniã & angustias Megaricas haud tutũ patebat iter, locis omnibus Athenienſiũ p̃sidio inſessis, apud Bœotios subsitere, cõsideraturi qua potissimũ via domũ reuerterent. Eã Athenienses morã suspectã habuerũt, veriti ne suæ democratiæ a Lacedæmonijs insidiæ pararent. Nã rumor erat Athenienſiũ quorũdã suasu, qui populari erant administrationi infensi, in Bœotijs subsedisse gerendæ, rei occasionẽ expectãtes. Plutarchus vt Delphos a Phocensibus liberarent, ad Tanagrã Lacedæmonios sedisse prodidit, in hos populariter Athenienses egressi, vt cũ sociorum appendicibus ad quatuordecim armatorum milia essent, p̃liocq; ad Tanagrã Bœotiæ cõmisso, magna vtrinq; cæde superantur. Victores Lacedæmonij per Geraniã & Isthmũ domũ reuersi sunt.

Phalerũ. Pyreũ.

Vincunt Athenienses.

Nec diu Athenienses etsi victi armis abstinuerũt. Sed sexagesimo ab eo, quo ita pugnatum erat die, exercitum in Bœotios duxerunt, ibiq; Myronidæ ductu Bœotios prælio superant, omniq; eorum terra a Phocide potiũtur, Tanagrensiumq; muros diruunt. Nec ita multo post & Aeginitæ per deditionẽ recepti ab eisdem muro nudati sunt, factiq; vectigales. Athenienses Aegynitico bello perfuncti, Peloponensi orã classe circũuecti, Tolmida duce, Lacedæmoniorum nauale incendunt. Chalcidẽ Corinthiorum oppidum occupant. Sicyonioſq; in terrã egressi prælio fundunt. Sed dum hæc in terra Græcia gerũtur, Athenienses & socij qui Aegyptũ ingressi fuerant, varijs sunt bellorum casibus afflicti. Miserat ab initio Artaxerxes Lacedæmona Megabazum virum Persam, cum ingenti pecunia, vt Pelopõnenses ad bellum Athenienſibus inferendũ pecunia induceret, quo impetrato, apparebat statim futurum, vt exercitum & classem ex Aegypto reuocarent. Sed quum id consilium non processisset, pecunia incassum absumpta, misit rex Megabazum Zopyri filium, cum ingenti exercitu in Aegyptum, qui breui postquam eo venit Aegyptios & socios terrestri prælio vicit, Græcosq; ex Memphi eiectos, in Prosopi insula conclusit vbi annum & dimidium obsessos, auersis alio aquis, vt iam carinæ nauium in sicco sederent, ad postremũ quũ insula magna iam ex parte continẽs facta esset, oppressit. Pauci ex tãto exercitu peragrata Lybia Cyrenas peruenere, ita res Græcorũ in Aegypto, sexto postquam eo transmissum erat anno, afflictæ conciderunt. Aegyptus, Græcis ex ipsa terra sublatis, præter Amyrteum in paluribus regnã tem (is locorũ difficultate vi nulla subigi potuit) a Persis accepta est. Inarum, qui defectionis fuerat autor, per proditionem captum, Persæ cruci affixere. Sub id tempus, quo hæc gesta sunt quinquaginta Athenienſium & sociorum naues in supplemẽtum missæ, ignaræ eorum quæ in Aegypto facta erant, Mendesium vnum ex Nili ostijs ingressæ, in apertum discrimen inciderunt, Persico peditatu a terra, & a tergo Phœnicum classe circunuentæ, paucæ media trepidatione dilapsæ in altum euasere, cæteræ in fluminis alueo partim sunt ab hostibus depressæ, partim igni absumptæ. Huncq; exitum habuit Athenienſium audax illa in Aegyptum expeditio. Cætera quæ ad Peloponnesiacum vsque bellum, in terra Græcia sunt postea secuta, breuiter sunt a nobis exponenda. Athenienses haud multo postquam hæc sunt circa Libyam & Aegyptum gesta, in Thessaliam pro Oreste & Ethecratide eius filio, ex ea terra pulsis, copias instruxerunt. Atticus exercitus Thessaliæ fines ingressus Pharsalum obsidione adortus, expugnare non potuit, atq; ita infecta re est domum reuersus. Periclem Xantippi filium cum mille militibus, & centum triremium classe, in Peloponnesum Athenienses misere. Fuit Pericles tristiore vultu, multaq; seueritate, capiteq; enormi proceritate, eius statuas ad id vitium occultandum, opifices eius ætatis galeatas plurimum figurare cõsueuerũt, vna semp via in vrbe vsus dicitur, quæ in forum ducebat, nunquam foris præterquam semel in nuptiarum officio cœnauit. Vetus comœdia vim dicendi tantam in eo fuisse testatur, vt corruscationes effundere, ciere tonitrua, horrendum in lingua fulmen gerere putaretur. Verum cũ talis esset, adeo de suæ orationis euentu fuit solicitus, vt pulpitum ascensurus, semper vota faceret. Ex suis prædijs macerias sustulit, vt ad fructus inde percipiendos omnibus pateret aditus, Anaxagoræ credo, cui operam dedit, exemplum secutus, qui animi magnificentia, diuinoq;, vt Plutarchus scribit, furore percitus agrum pecoribus cõpascuit reliquit. Is iam antea, præter alia multa, quæ egregie pro patria gesserat, mille Athenienses colonos in Thracia collocauerat Chersonneso, vallo & aggere ab vno littore ad alterum circa Isthmum ad barbarorũ motus inhibendos, operose producto. In Peloponesum igit aduectus, haud maritima dũtaxat est loca popular, sed in mediterranea quoq; transgressus, alios metu intra mœnia compulit, Sycionios qui venientem prælio exceperunt in Nemea fudit, vbi & tropheum ex fuso hoste monumẽtum victoriæ statuit, hicq; supplemẽto accepto in continentis oram Peloponneso oppositam nauigauit. Acheloiq; ostia præteruectus, Acarnaniam excursionibus vastauit. Illud pene incredibile & ob id ipsum, vt arbitror, memorabile, quod in tã longa expeditione contigit, quum opulentam ille ageret classem, siue fortuna ducis, siue prudentia sic factum, nullum aduersum casum Athenienſium quisquam est interea expertus. Sed ſm hæc q̃ a Pericle gesta sunt, quũ triẽnale interim fœdus, quod

Vincunt Bœotij.

Megabazus Aegipto potitur.

Athen. clades.

Periclis habitus.

Eloquẽtia.

Liberalitas.



quod cum Lacedæmonijs Athenienses ictum habebant, exijsset, in quinq; proximos annos eti renouatũ, in qd' tẽpus incidit vltima illa Cymonis expeditio, de qua iterũ est supra memoratum. Nec ita multo post Lacedæmonij bellũ, qd' sacrũ est appellatũ, susceperũt, rẽploq;, qd' Delphis fuit, potiti, ipsius loci custodiã indigenis tradiderũt, q̃bus inde digressis, Athenienses cũ exercitu eo, p̃fecti Delphis eiectis, templum, Phocensibus habendũ tradidere. Interiecto deinde tempore Bœotiorum quidam ab Atheniẽsibus defecerunt, ad quos recipiendos Tolmidas, Tolmei filius, cum exercitu est missus. Is Orchomenios & Choroneos armis adortus, Cheroniam vi cepit, impositoq; in ea præsidio, quum Athenienses in Atticam abirent, Orchomenij Euboici exules, & Locri, impetu repente in Phocenses facto, partim obtruncant, partim captos ea conditione restituunt, vt Athenienses iam inde tota Bœotia abstinerent. Tum populis velut contagione quadam ad defectionem inclinatis, Eubœa quoq; haud multo post ab Athenienſibus defecit, quo Pericles cum classe & exercitu missus, vix insulã attigerat, quũ eo affertur Megarenses cæso Athenienſiũ p̃sidio, cũ Corinthijs & Epidaurijs societatem iniuisse, & Peloponnenses Atticæ imminere, quo metu Pericles perculsus, cõtinuo est domũ reuersus. Corinthij & socij nihilo secius Attică adorti, ad Eleusinã vsq; populabundi processere, quib⁹ digressis iterũ Pericles in Eubœã transmisit, subegitq;. Secundũ hæc q̃ dixi Achaia & Pisea restitutis Athenienses cũ Spartiatis fœdus in triginta annos percussere. Sexto deinceps anno quã id fœdus est ictum, bello inter Samios & Milesios ob Priẽne orto, Milesij longe viribus inferiores Athenas miserunt. Fuerunt & Samiorũ quidã, qui præsenti rerum statu non contenti Milesijs persuaserunt, vt Athenienses perpellerent ad trãsciendum in Samũ, qd' quũ illi facile recepissent, quadraginta nauibus ad id instructis, populare in Samo statum cõstituerũt. Obsidibus inde assumptis, quos in Lẽno deposuerunt, præsidioq; in insulæ imposito, in Atticã exercitũ cũ classe deportarũt. Athenienſibus insula digressis, Samiorũ, pfugi societate iuncta cũ Pisuthuo Histaꝑs filio, q̃ Sardibus p̃erat, cũ septingentis auxiliarib⁹ noctu Samũ transmiserũt, multitudinisq; victores facti, furto obsides ex Lemno receperunt, quibus receptis aperte Samij rebellarunt. Athenienſium præsidiũ in insula oppressum Pisuthuo tradiderunt, mox bello in Milesios reparando intenti, Bizantios in societatẽ assumũt. Qd' vbi Athenienses accepere, cũ. LX. nauibus Samum repetunt, quarum sexdecim non sunt vsi, partim in Cariam missis ad impediendas Phœnicũ naues, partim in Chiũ & Lesbũ, ad accersenda auxilia. Quatuor igitur & .XL. naues Pericle Xanthippi duce aduersus. LXX. Samias ex Mileto redeũtes, prospere pugnarunt. Quadraginta inde nauibus in supplementum domo missis, Quinq; & viginti ex Chio & Lesbo auxiliaribus Samum Pericles ingressus, pedestri prælio insulanos vicit cinxitq; vrbem obsidione, mox audito Phœniciæ classis accessu, cum. LX. nauibus processit illi obuiam, Interea Samij eruptione ex vrbe facta, castraq; parum munita adorti, speculatorias naues corrũpunt, quæ deinceps dimicandi studio obuia venere prælio superant. Sicq; castris & portu potiti, plures dies citro vltroq; commeatur Samiorũ arbitrio importati sunt, Pericle reuerso, classeq; domesticis sociorumq; nauibus aucta, leue vnum prælium secerunt Samij, quo haud dubie superati, arctioreq;

Sacrum bellũ circa Delphos.

Samij vectigales fiunt.

obsidione pressi, nono demũ mense, q̃ circunsederi cœperant, deditionem his conditionibus fecere, vt nauibus & obsidibus traditis muros demolirẽtur persoluerentq; pecuniã certis pensionib⁹, quãta præsenti bello fuisset insumpta. Byzanty & ipsi Samiorum casu territi, imperata vt antea se facturos sunt polliciti. Et hæc in Græcia, terra mariq; gesta a Medicis temporibus ad Peloponnesiacũ vsq; bellum, de quo tantũmodo incipiã hinc scribere. Inciderunt in hæc tempora viri ingenio clari præter eos, quorũ proxima relatione mentio facta est, qui & eadẽ rẽpestate vixerunt, Prothagoras Abderites sophistarũ ingeniosissimus, qui leges scripsit Thurijs in ora Italiæ, vt Ponticus Heraclides p̃didit. Huius est illud, summa rei obscuritas & hoisvita breuis. Idẽ de dijs ita scribere est exorsus. An dij sint, statuere quidem nequeo. Ob idq; eius libri publice sunt Athenis combusti. Ipse vt impius ciuitate pulsus. Cœperat & Socratis nomen illustre esse, qui primus Ethicen inuexit, sapientissimus in de mortaliũ Apollinis oraculo iudicatus, etsi quidã id dubie tradunt, constanti vir ingenio inuictaq;, vt Phauorinus tradidit, sentẽtia. Quod secutus Timõ in Syllis vafrum oratorem variumq; & subbaticum appellauit. Vnicũ bonũ scientiã dixit, vnicũq; malum ignorantiam. Diuitias & nobiliratem generis nihil in se honestatis habere. Huncq; proxime ad deũ accedere, qui minimis indigeat. Eiusdẽ ea vox celebris, scire se vnũ, q̃ nihil sciret. Impietatis accersitus, & q̃ assectatores corrumperet suos, cicutæ succum extremi loco supplicij hausit. Fuit & Aristophanes his interiectus, veteris comœdiæ scriptor, Socraticq;, vt eius carmẽ declarat, supramodum infestus. Gorgias Empedoclis discipulus, qui centũ & nouẽ vixit annos, adeo multa memoriter tenuit, vt extẽporali quacunq; de re proposita vteretur dissertatione, facerentq; ob id ipsum cuiq; volẽti sui rogandi copiã. Primus Athenis publice Rhetoricen docuit, tam locupleti mercede, vt ex solido auro sibi statuã Delphis dedicarit. Vixerunt cum eo eadem disciplina clari Hippias Aelius, Prodicꝰ Chius, & Trasimacus Chalcedonius, Alcimadas Eleates, Antiphon qui primus orationem scripsit, Polycrates a quo est oratio in Socratem edita, & Lysias q̃ pro eo scripsit. Hi etsi vna vixerũt, fuerũt tamẽ aliquãto minores natu. Fuit his æqualis Phidias Atheniẽsis, diuerso lapidis gñe clarus. Olympium Iouem affabre ex ebore & auro fecit, id opus nemo est postea æmulatus, huius fuit præclara illa Athenis minerua, ex ebore facta, alteraq; ex ære, tãte pulchritudinis vt a forma sit illi cognomẽ datũ. Plinius circa octogesimam tertiam Olympiadem floruisse autor est, anno fere. CCC. ab vrbe cõdita: Potuit tamen vlterius vixisse, vt quem Eusebius in sextam & octogesimã reijciat Olympiadẽ. Fuit idẽ Periclis Atheniẽsis studiosissimus, quẽ insigniter figurauit, hastã super oculos in amaxona tendẽtẽ, credo vt capitis vitium celaret, accusatus q̃ aurũ publicũ ita operi applicuisset, vt sine sensu posset interuerti, in carcerem coniectus, morbo, siue vt alij tradunt, veneno perijt. Fuerunt eius æmuli, eadẽq; rẽpestate clari, Alcamenes, Critias Nestocles, & Negleas. Et hi quidẽ viri in terra Græcia tũ maxime floruerunt. Romæ interim post Fidenas captas, & villã in cãpo a Censoribus probatã, q̃ Cõsules fuerint parũ inter autores constat. Macer Licinius Iuliũ & Verginiũ, qui priore anno consulatũ gessere, in sequentẽ annũ relectos arbitrant⁹ est. Valerius Antias & Q. Tubero, M. Manliũ, Q. Sulpitium scripserunt. Ab alijs Tribuni cõsulari potestate traditi.

Prothagoras.

Socrates

Aristophanes.

Gorgias Leõtinꝰ.

Viri illustres.

Cõsules.

te traditi. Sed quicunq; magistratus tunc in vrbe fuit, tumultuatū Romę est, ꝙ ad phanum Voltūnę oēs Hetruriæ populi, Veientibus & Phaliscis accersentibus, coiuisse dicerentur, de bello cōmuni noīe Romanis inferendo acturi. Ea res in causa fuit, vt
Dictator Mamercus Aemilius iterū Dictator fit creatus, qui Au. Posthumiū Tuberonē magistrū equitū dixit, eratq; interim ciuitas in grauissimi belli expectatione erecta, quū mercatores renunciarunt negata esse auxilia ab vniuersa Hetruriæ gente Veientib⁹ & Phaliscis. Tū omni belli cura discussa, Mamerc⁹ ne non aliquid in sua Dictatura egisse videret, cēsuram, quæ ab initio quinquennalis fuit, in annū & semestre spatiū lege ad populū lata contraxit. Etvt sciatis inq̄t Quirites, ꝙ mihi diuturna nō placeant imperia, Dictatura me abdico. Censores eū in ordinem redactū, qa magistratū Po. Rom. minuere esset ausus, tribu submouerunt, octuplicatoq; censu fecerunt ærariū. Tulit Mamercus eā ignominiā ciuili aīo, causam potius quā rem intuitus. Cōtra tanta populi in Cēsores exarsit ira, vt nullius præterq; ipsius Mamerci auctoritas, ne multitudinis incursu violarentur, Censores protexerit. Tribuni militū pro Consulibus sequenti anno creati patricij oēs. M. Fabius, Vibulan⁹, L. Sergius Fidenas, & M. Folius. Pestis hoc anno fuit, cladesq; in vrbe & agris promiscue hominum ac pecorum, vota Apollini ædes pro populi valetudine. Fames quoq; suspecta fuit, missiq; ob id in Campaniā & Siciliam frumentatores. Sequens annus Tribunos eadem potestate habuit P. Pinarium Mamercū, L. Furiū Me-
Tribuni militares dulinū, & Sp. Posthumiū album. Tribuni plebis non sine patrum certamine legē tulerūt, ne cui liceret petitiōis causa album vestimentū sibi induere. Apparebat nobiliū ambitione fieri, vt quum ad Tribunitiā dignitatē, cōsulari potestate ꝓmiscue nobilibus & plebi pateret aditus, nemo tū plebeius adhuc esset eū magistratū adeptus. Patres haud ignari quorsum tenderet noua illa Tribunorū ratio, totis viribus ordinis adnixi puicere, vt sequēti anno consularia comitia haberentur, quibus T. Quinti⁹ Cincinati filius cui Pœno cognomē fuit,
Cōsules. & Gn. Iulius Mento sunt Consules facti. Nec ita multo post Equi & Volsci delectu sacrata lege habito in Algidum cōuenere. Vtriq; ab alteris paululū discreti, bina fecerant castra, eo maior belli cura patrū aīos inuasit, quo maior ferebat, accuratiorq; hostium apparatus. Placuit itaq; Dictatorem dici, cōsuetū in eiusmodi terroribus remediū. Qđ quū Consules se facturos negarent, hocvno inter se cōcordes, quū in cæteris omnia discordi aīo ad eā diē gessissent, indignari patres Tribunos plebis orant, vt pro potestate cogerent cōsules Dictatorē dicere Tribuni tantā occasionē cōplexi, ꝓ collegio ꝓnūciant, nisi Cōsules Senatui parerent, iussuros se eos in vincula duci. Paruerunt illi, non sine dolore patrum, secū reputantiū telū Tribunitiæ potestati datū, ad Cōsularē potestatē subigendā. Quintius cui
Dictator fors obtigit. Au. Posthumiū Tubertū socerū suū, seuerissimi imperij virum, Dictatorem dixit. Ab eo L. Iulius magister Equitum est creatus. Iustitio primum omnium indicto, Dictator summa, ope arma comparat, cognitionē eorum qui signa non sequerentur post bellum se habiturum pronūciat. Ex Latino quoq; & Hernico nomine auxilia accersit, vtrinq; obnixe Dictatori obeditum. Relicto itaq; Gn. Iulio Consule ad præsidium vrbis, magistrum Equitum L. Iulium in vrbe esse voluit ad omnia quæ bello necessaria essent expedienda. Ipse Au. Cornelio Pontifice præeunte, magnos ludos, tumultus causa, vouit. Profectusq; ab vrbe, diuiso cum Quintio Consule genero suo exercitu ad hostes peruenit. Hic bina castra mille ferme inter se passus distantia, vt hostes fecerant, Dictator Tuscu-
lo propior, consul Lanuuio sunt metati, ita qua tuor exercitus, totidemq; castra modicis distantia spatijs, circa Algidum consedere, vt verum Martis Gymnasium tum Algidum dici potuerit, vt Ephe sum quidam veterum, officinam dixere. Alij Bœo
Officina Martis. tiam Theatrum. Dictator leuibus prælijs iam inde ex quo castra collata sunt, hostium vires experiri non destitit, ex ipsoq; rerum successu spem felicioris pugnę aucupari. Contra, hostes quum nullam in iusto prælio spem repositam haberent, noctu Cōsulis castra adorti, rem in causam ancipitis euētus conijciunt. Nocturnus clamor non solum Consulem, sed & Dictatorem ad arma, conciuit. Quintius Consul, militibus circa portam dispositis, corona vallum sepsit. Dictator Sp. Posthumiū
Dictatoris strata album, cum parte copiarum per aduersa montis in sinuatum, eximprouiso hostem castrorum oppugnationi intentum, iubet ex transuerso inuadere. Quintum Sulpitium legatum castris præfecit, equitem paratum ad erūpendum stare iubet, cui M. Fabius præesset. Sed quum optimi imperatoris partes salubri stratagemate expleuisset, ex eo maio rem quam dici possit est laudem consecutus, vbi exploratum habuit, ex vtris hostium castris, maio res copiæ ad consulem oppugnandum profectæ essent, ad ea inuadenda cū delectis cohortibus M. Geganium mittit, quæ pene prius capta sunt, quā qui in illis erant, se oppugnari sensissent. Signū a Geganio editū peracti operis, Dictatorē subita lætitia extulit. Ad suos conuersus. Ecce inquit castra hostiū a nostris tenentur. nunc illi munitionibus exuti, in aperto sunt trucidandi. Ite alacres, & inchoatā victoriā perficite. Hæc Posthumi⁹, atq; vna in hostem post equitem peditatū immittit. Iā Spurius repente inuectus, impressione in eos qui exval lo consulis pendebant facta, impetum dederat. Cō sul quoq; ex castris eruptione facta hostē vix Spurium sustinentem adortus, multo terrore perculit. Spectabatq; haud dubie res ad fugam, quum Dictator prēmissis equitibus affuit, & iam in medio Volsci & Equi cædebantur, quū Vectius Messius
Vectij Rocia. ex Volscis vir strenuus magis ꝙ nobilis, suorū me tum conspicatus, clara voce increpans, qd hoc est inquit milites indefensi atq; inulti hic hodie casuri estis? quid igitur huc arma tulistis? aut quid tanto studio bellū reparari oportuit? an ocio feroces in bello timidi? Quid spei est hic hærentibus? an deū aliquē, ad hoc ipsum e cœlo lapsum, huc vt nos ꝓtegat affuturū putatis? per hostes via facienda est, quacūq; vi perrūpere fuero adortus, hac & ipsi fortiter sequimini, si domos, coniuges, liberos, si cætera vobis carissima vultis inuisere, ite mecum, non muri non aggeres nobis obijciuntur, armati in armatos ruitis, virtute pares, necessitate quæ vltimū ac maximū telū est, superiores. His Volsci Equiq;
Acre certamen. accensi, in aduersam aciem impetu feruntur, essetq; continuo facta eruptio, ea parte, qua Posthumium Album submouerat, nisi mature Dictator affuisset, Tum eo eius præsentia & hortatione prælio restituto, totū certamē incubuit, multa vtrinq; vulnera breui illata & accepta, multa promiscue cædes edita. Iam ne Romani quidem duces incruenti prælio ciebant. Posthumius perfracto ictu lapidis capite, pugna excessit. Dictator humerum saucius, Fabius femur, Consul brachiū, acie submoueri nō potuerunt. Messius post multos conatus ꝓ iacentium



tium stragem, fortissimorum militum globo nixus, in altera castra quæ nondum capta erant, cursum extulit. Eo dictator omnes copias admouit.
Dictatoris facin⁹ Fuitq; certamē nihilo segnius ꝙ in acie fuerat. Hic Posthumi⁹ intra hostiū munitiōes signū iecisse dicit, & a Cōsule diuersa parte id factū memorant, ac tum demum recipiendorū signorū studio. Romanis in ferrum ruentibus, vbi vallum haud vno loco cœptū est rescindi, hostes abiectis armis supplices veniā implorant. Captis castris præter nobiles cætera multitudo sub corona vænijt. Res latinis Hernicisq; recognoscentibus redditæ. Cæterā ꝑdā Dictator sub corona vendidit. Inde cōsule castris ꝓpositō, ipse triūphans Romā redijt, secq; dictatura post triumphum abdicauit. Rei preclare alioqui gestæ memoriam tristiorem, scriptorum quidam fe-
Cōtra A. Gellium cere, in quibus Gellius, Cornelium credo nepotē secutus, author fuit, filium ab eo in castris securi ꝑcussum, ꝙ ferox adolescēs iniussu patris, cuius erat imperium, per occasionem bene pugnandi, præsidio decessisset. Quibus Liuius ex confesso non accedit, argumento adductus, ꝙ Malliana imperia nō Posthumiana vt seuera vulgo fuerint celebrata, adiecit Mallium ex ea re imperiosi postea cognomen tulisse, quum Posthumius nulla alioqui nota esset insignitus. Sed quoquo modo res habet (traditur enim omnino anceps) incidit Posthumi⁹ dictatura in annum. XXIIII. ac trecentesimum vrbis Romæ, si Gellius recte colligit, quo sane tempore bellum illud celebre est in Græcia ortum, quod Peloponnesiacum est appellatum. Et Carthaginenses, vt Liuius scribit, graues Romani nominis hostes futuri, tum primum in Siciliam, per insulanorum seditiones, exercitum trāsmisere C. Iulius Cōsul Posthumio Dictatore & collega absentibus,
Aedes Apollinis. Aedem Apollinis dedicauit. Sequenti anno L. Papyrio Crasso, & L. Iulio Consulibus induciæ annorum octo Equis datæ, quum fœdus ab ea alio-
Cōsules. qui gente esset a senatu petitum. Lex de mulctarū æstimatione ad populū perlata, Consules em̄ tulere L. Sergius Fidenas iterum & Hostius Lucretius Tricipitinus consules inde creati. Quorum annus nulla re domi forisue gesta insignis fuit. Hos secuti
Cōsules. Aulus Cornelius Cossus & T. Quintius Pœnus. Veientes in Romanū agrum excursiones fecere, quibus Fidenatium quidam immixti fuisse dicebant. Quæstione super ea re habita, eorū nōnuli Hostiā relegati, quoniam cur Fidenis per eos dies abfuissent parum constitit. Additiq; noui coloni veteri-
Pestilentia. bus. Mira eo anno siccitate laboratum, vt non cœlestes modo aquæ defuerint, sed terra ingenito humore pene amisso, vix ad perennes fluuios sufficeret. Exaruerunt torridi fontes, pecorūq; siti morientium passim strages edita, pleraq; scabie absumpta vulgatiq; attactu in homines morbi, primoq; in agrestes & seruitia, mox & ciuitatē corripuit tetra lues, orta ex ea clade multiplex suppūtio, ita vt nō minus animi affecti essent quā corpora. Passim omnibus sacellis vicisq; pegrina & insueta sacra fieri, multiq; sacrificuli tota vrbe existere. Id patres indigne ferentes, negocium ædilibus dedere, vt diligenter aduerterent, ne alio vllo in vrbe ritu, quam patrio sacra fierent. Meminit præter Liuium cladis huius & morbi, quę ea tempestate acciderunt, Thucydides Peloponnesiaci belli autor, ad quod ꝑ pat res explicandum hinc, qui locus erat iam antea destinatus, exordiar. Corcyrensium & Corinthiorū discordia, vt idem autor prodidit, Græciam ad id bellum armauit. Sed vt vna hæc intestinæ illius discordiæ fuit causa, ita meo iudicio non sola. Em̄ uero æmulatio primo mox odiū Lacedæmonios Pelopō-
& Athenienses in perpetuum traxit certamen, ita nesiacū
vt Græcia non prius quiescere potuerit, quam alte bellum.
rius populi qđ postremo accidit, opes interierint. Resederat quādoq; bellum induciarū fœderumq; prætextu, ceterum odia mutari nequiuerunt. Causa quā Thucydides celebrat, hæc traditur. Est Epidannus vrbs in ora Macedoniæ fita, qua terra Ipsa
Ionio alluitur, nomen illi Appianus ab Epidāno Epidan⁹
quodam Barbarorum rege impositum arbitratus Dyrachi
est, qui vrbem condidit. Huius e filia nepos Dyra- um.
chus portum vrbi adiecit, quem Dyrachiū a se nominari iussit. Qua libentius voce Rom. sunt postea vsi, omninosum Epidāni nomē auersari. Dirach⁹ bellum cū fratribus gerens, forte ita accidit, vt Herculem ex Hispania redeūtem in belli societatē asciuerit, agri portionem cū eo pactus, quo cōtigit, vt Dyrachini famam huius rei secuti, telluris suæ incolam fuisse Herculē vulgo prædicare consueuerint. Ferunt ea pugna, quæ est inter Herculē & hostes cōmissa, Ioniū Dyrachi filium ab Hercule per errorē interfectū, ejusq; exangue corpus in mare ꝓ-
iectū, vū sit postea pelago cognomē datū, Ioniūq; Ionium
appellatū. Procedente tēpore Bryges ex Phrygia mare.
delati vrbē tenuerunt. Dein Tabulantij a Polyphemi filio nuncupati. Illyricū id genus hominū. Liburni & ipsi eiusdē gentis Tabulantios eiecere. Hi
celeritate nauium vsi, quę ab gente sunt postea Li- Liburnię
burnicæ appellatæ, proxima loca latrocinijs infesta naues.
bant. Corcyrenses, quorū opes tum plurimum in mari pollebant, Liburnis bello pulsis Tabulātios Corcyrensibus colonis, Phalij Corinthij ductu, admixtis restituere. Ex eoq; factū, vt Græca sit vrbs credita, nam Corcyrenses Corinthiorū coloni fuere. Creuerunt haud mediocriter temporum spatio Epidannensium opes, celebritate & fortunis, cæterum domesticis seditionibus agitati, post multas & varias clades, principes ciuitatis a plebe electi, ad barbaros confugere. Quorum opibus freti, terra mariq; Epidanneos grauiter infestabant. Qui in vrbe erant ad Corcyrenses mittunt, orantes vt aduersus barbaros & exules ferrent sibi opem, a quibus quū nihil impetrare potuissent, Delphici oraculi monitu Corinthū, vnde iussi fuerant sibi ducē & subsidium quærere, legatos mittunt. Corinthij vltionē polliciti tū quia æquū putabant opitulari ijs, qui nō minus sui quā Corcyrensium coloni, ob ipsum coloniæ ducem viderentur, tum in ipsorū Corcyrensiū inuidiā, quos infense oderant, nā quū a se oriūdi essent, ingrate nimis secū ad tps agitabāt, q nō solū nō debitos parēti & metropoli suę redderēt honores, sed qđ inhumanū erat & impiū, ludibrio haberent. Erant tū Corcyrei Græcorū ditissimi, nauticæq; rei gloria ob Phæaces qui iam antea insulam tenuerunt, præcipue illustres. Corinthij Epidannum præsidia miserunt, ac præter suos Ambraciotarum & Leucadiorum pleroscp, eundi eo habitatum facta ire volentibus potestate. Præsidium, quod ex Corintho venerat, Apolloniam primo tenuit, inde ne mari interciperetur, pedestri, itinere Epidannū adijt. Corcyrēses coloniā Corin Corcyrei
thij dedita ægre ferentes, cū valida classe eo ire cōtē rei.
dunt. Iubērq; exules recipi, qui post præsidiū a Corinthijs missum Corcyram supplices iuerant sibi opem implorantes. Sed quū imperata minime fierent, Corcyrenses Illyricis in societatem assumptis Corcyrei
quadraginta nauiū classe vrbē terra mariq; hostili Epidānū
ter circundant, facta hostibus potestate impune ab obsideant
eundi, si intra certum diē præsidio decessissent. Corinthijvbi nūciatū est, præsidiū suū, & Epidānios terra &

terra & aquis oppugnari, Messenijs, Megarensibus Troœzenijs, & alijs plerisq; iuuātibus validam instruunt classem. Affuerunt interim Corcyrensium legati, qui multis precibus egerunt, ne Corynthij authores essent, vt inter cognatas vrbes armis disceptaretur. Cognitionem & arbitrium præsentis causæ quibuslibet Peloponensium, nihil grauate permissuros. Orare obtestarique vt itidem ipsi facerent, nec temere ad arma currerent, quibus inter cognatos populos dimicari non minus impiū esset quā calamitosum. Corinthij haud iudicium detrectabant, verum poscere, vt Corcyrenses & barbari, priusquam res cognoscerentur, soluerent obsidionem. Aliquin parum æqua postulari, vt dum Epidamnenses suæ fidei crediti, præsidiariæq; cum illis copiæ, mari & terra præmerentur, ipsi ociosa secuti iudicia cæteras belli partes omitterent, paterenturq; inerti contentione, suos ad Epidamnum periclitari. Corcyrenses post irritam altercationē infecta re domū abierunt. Corinthij caduceatore præmisso, qui bellum Corcyreis indiceret, ipsi conflatim cū quinq; & septuaginta nauibus, duobusq; milibus militum portu profecti Epidamnum versus cursum intendunt. Classis vniuersæ præfecti erant Aristeus Callicrates & Thimanor Thimantis filius. Militibus Archerimus & Isarchidas Isarchi filius imperabant. In Anactoriæ terræ littus primo classis delata est, vbi templum Apollinis in faucibus sinus Ambracij, eo Corcyrensium Caduceator venit denuncians, ne in classem & exercitum, quem circa Epidanum haberent, vltra nauigarent, q; si pergerent porro ire, futurum, vt iam inde pro hostibus habererent. Verum quum hinc quoq; nihil pacati redderetur, Corcyrenses octoginta nauibus instructis, sup quinquaginta illas, quæ in obsidione erant (tot enim tum naues illis fuere) obuiam Corinthijs eunt, pugnaq; nauali cōmissa egregie vincunt. xv. hostium nauibus corruptis. Eodem die contigit, vt qui Epidanni erant ea conditione deditionē fecerint, vt Corinthij in vinculis haberent, donec victores de his aliud statuissent, auxiliares vero venderentur. Secūm hanc prosperam pugnā Corcyrenses in Leucymna suæ terræ promontorio Tropheū statuere. Corinthios custodiri iubent, reliquos ad vnum obtruncant. In quo videntur Corcyrenses non tam veteris necessitudinis rationem habuisse, quam vt eo exemplo Græciæ populos a Corinthiorum societate aliena rent, si scirent sibi de vita dimicandum, quum inrimij, pro quibus bella adirentur essent extra periculi sortem. Erant Leucadij Corinthiorum coloni, proinde eorū terram Corcyrenses adorti hostiliter populantur, Cyllenēq; Helien sium nauale incendunt, his irati, q; inter Corinthiorum auxiliares venerant se nuper oppugnatū. Pari pene clade affecti socioru plericq; alij donec æstate vertente Corinthij castra in Actio posuerunt, & circa Chimeriū Thesprotidis, vt Leucada tutarētur. Corcyrenses & ipsi Leucymna consederunt, donec æstas per hæc acta est. Sequenti anno Corinthij classem quam validissimā instruunt, ex totaq; Peloponneso auxilia accersunt, cuius bellici apparatus fama Corcyrenses territi, sua interesse rati, vt ex Græciæ populis aliquem in societatem traherent, Athenas legatos mittunt. Quod vbi est Corinthi auditū, mittūt & ipsi ad Athenienses, qui eos præsentis societatis & fœderis admonerent, ne nouos socios veteribus & cū quibus ictū fœdus haberēt, in tanto belli discrimine præferrent. Concione itaq; populi aduocata. Corcyrenses in hūc modū sunt locuti: Aequū est viri Athenienses, vt qui externa velut nunc ipsi facimus implorant auxilia, si neq; meritū vllū, neq; societas sibi cū ijs intercedat, a quibus aliquid impetratū volunt, doceant primū ea que petuntur fore ijs vnde imploranr cōducibilia, aut saltem minime calamitosa, vel si cætera defuerint, parē officio gratiā nō defuturā. Horū si nihil demonstrauerint, haud iniquo animo ferre debebūt, si quæ voluissent impetrare nequiuerint. Qd' cū ita sit, nos Corcyrenses horū singula, pbaturi, ad vestrā societatē pretendā venimus, sed oim primū, illud nobis durū & perdifficile est q; qui nunq; hactenus cuiuspiā voluntarij socij fuimus, ne cui alienā societatē secuti bellū inferre cogeremur, atq; iniurij esse, nūc graui bello obnoxij, omnisq; fœderis & amicitiæ inopes, ad alienā societatē orandā venire coacti sumus. Quo fit vt qd' prudētiæ prius dari potuit, nolle cū exteris societate inita, opibus & fama periclitari, id nunc imprudētiæ detur, & infirmitati, q; supplices aliena petamus. Cōpescuimus, qd' ad rē attinet, per nosmet hoc anno. Corinthios nobis bellū inferentes, verū vbi tota Græciam, vt nō vanis ad nos rumoribus multifariā affertur, in partes belli pertraxerunt, persuasumq; nobis est, nostras opes longe impares Græciæ futuras pro magno negocio habuimus, vndecūq; implorare nobis auxilia, venia vtiq; digni, si qd' opinionis errore inepte fecimus, nunc necessitate corrigamus. Nec dubiū est viri Athenienses, quin ostensuri simus hāc nostrā societatē honestā vobis fore, multisq; de causis vtile, primū q; ppulsantibus iniuriā, nō inferētibus, opitulamini, deinde, q; eos in socios recipiendo, q̄bus p̄cipuū imminet periculū, æternę memoriæ bñficiū apud Corcyreos collocabitis, q; quū, scīm vestras opes in mari polleant, considerate quæ maior occasio vestri successus, queve hostibus tristior esse potuit, quā eā potentiā quam ipsi vobis, quū magna aliqui pecunia, tum totius gentis gratia q̄si tam optaretis, eam nunc vltro vestræ ciuitati obla turi iri, citra periculum, citra sumptum recipiendam, multam apud alios laudem, apud eos, quos protexeritis, gratiam indelebilē allaturam, vobis splendorem & incrementum, quæ commoda perpaucis vnquam in noua societate iungenda cōtingere consueuerunt. Nunquā viri Athenienses vel raro accidit, vt qui belli societatē peterent, præstarent ipsi non minus præsidij & ornamenti q̄ acciperēt. Q̄ si quis bellū vobis in quo vtiles esse possimus non imminere arbitrat, is profecto fallitur opinione, nec intellig it Lacedæmonios, vel metu vestri, vel inuidia & æmulatione, ad bellū spectare. Corinthios q̄ ex professo inimicos occupando viam ad vos inuadendos affectare. Quod quum ita sit, vestræ sunt partes viri Athenienses eos præuenire, nobisq; in societatem receptis, vestras opes aduersus illorum insidias firmare. Dicant fortasse Corinthij iniuste vos Athenienses facturos, q; nos suos colonos in socios recipiatis. Sed dicant illi ita demum fore, vt ipsi a sua honorentur colonia, quum illa ab ipsis, vt optimis parētibus, amari, sibiq; bene fieri senserit. Contra nihil mirari oportere, si sui coloni desciscant & aduersentur, si ea potissimum ratione a se missos arbitrentur, vt seruiant, ijs, q; metropoli relinquunt, quū ex æquo viuere debeant. Nā q; Corinthij in nos iniurij sint, nemo est qui nō perspicue intelligat, quippe qui citati in iudicium de Epidamnio bello maluerunt obiecta refellere, quam iure & æquitate disceptare. Q̄ si in nos progeniem suam tam superbe & contumeliose agunt, quid cæteros expectare oporteat facile per



cipi potest. Nec est cur fœdus, quod cum Lacedæmonijs ictū habetis, violarū a vobis dici possit, si in vestros socios asciscamur, neutrorum enim socij sum⁹, sitq; in ipso fœdere disserte exp̄ssum, si qua Græcorū ciuitatū p̄rerēq; sociarū alterutri partiū hærere voluerit, ad vtram voluerit liceat accedere. Enimuero indignum videri possit, si Lacedæmonijs & Corinthijs liceat ex socijs vrbibus Græcię, & ex ijs, quæ vestræ sunt ditionis, classem instruere, vobis noua societate ab ijs qui hæc faciant interdici. Nunq; præterea vobis inimici fuimus viri Athenienses, qui in tanto discrimine repudiemur, nec si repulsi simus Corinthij & Lacedęmonij vobis minus infensi erunt. Adde q; eorum opes nostrarum accessione longe maiores fient. Contra si recipiamur, ex vestris socijs & auxiliarib⁹ hac de causa classem instruentes, tantum fere virium illis detraxeritis, q̄tū ad nos tutādos fuerit a vobis cōparatum. Quare quum plures, vt ab initio ostēdi, cōmoditates ex nostra vobis ostendantur societate, fides (nihil enim fœdus violatur) classis, qua neglecta nihil sit vobis damnosius, gratia tāto a vobis cumulatior expectanda, q̄to nunc proximio res periculo sumus, & vt iterum dicā, ne fœdera viri Athenienses vos nostra societate deterreāt, quæ p̄rerēq; q; nihil prohibent vos id facere, habeat tñ a vobis, tam religione q̄ metu, custodita p̄dicabuntur, fietq; ex eo occulti hostes lōge ferociores, multoq; audacius vobis insultabunt. Demum sic habete, præter insulæ quam tenemus opportunitatem, quæ & in Siciliam, & in Italiam Græcis dat, & admittit cursum, ex tribus validis classibus, quas Græcia iustruit, quarum vna vestra est, nostra altera, tertia Corinthiorum, si duas in vnum coire patiemini, vt Corinthij, quod nolim, nos victos sibi iungāt, cū Corcyreis & Peloponēsibus nauale geretis bellum. At nobis receptis, plus nauium habebitis, quibus fiet, vt non tam vobis hostes, q̄ vos illis posthac formidolosi sitis. Hęc quū Corcyrēses perorassent, Corinthiorū vn⁹ cōtra huiusmodi est oratione vsus. Si Corcyrei de se recipiēdis tantum verba fecissent, viri Athenienses, satis habuissem id monstrare, cur recipiendi nō essent. Verum quia & illud adiecerunt, bellum a nobis sibi iniuste illatū, necessario de vtroq; nobis dicendum apud vos est. Percurram inde alia, quæ ad causam pertinent, ita vt & quæ nos postulamus facilius, intelligatis, q̄ æqua sint & vobis vtilia, contra q̄ iniqua & pernicioſa, quæ a Corcyrensibus petuntur, Modestiæ studio aiunt se nullorum vnq̄ societatem recepisse, quasi vero nesciamus, non virtutis, sed celandi latrocinij studio, id ab eis fieri, q; cum nullis hominum societatē vnq̄ iunxerint. Quippe q; sui sceleris conscij, neminē habere voluerūt, aut sociū, aut testē, a quo possent humanitatis & officij admoneri. Est enim illorū vrbs ita sita, vt nulli rei sit magis, q; inferēdę iniuriæ, idonea. Adde incolarū mores, q; omniū pene mortaliū cōgressu abstinēt, illuc q; peregre appulsis sæui & immanes nullorū socij esse voluerūt, nō vt alienæ iniutiæ essent expertes, sed vt sine arbitris iniuriam facerēt, licētiosiusq; in quos vellēt grassarenť, vt quum id ipsum latuisset plura adipiscerentur, atq; eorū quæ adepti essent, pudere nō posset. Quod si hi viri essent q; videri volūt, virtutē & mores suos exteris licebat gentibus ostērare, iusta dando & accipiendo. Verū neq; erga alios, neq; erga nos, tales ad hunc diē exiterūt, qui quū sint coloni nostri, quū semper alias in nos sup bi fuerūt & contumaces, tū hoc tpe bellū nobiscū gerūt, aiūtq; non ideo se a nobis in Coloniā trāseri

Iusta illa ti belli causa.

Necessitas.

Iusta pa rendi rō.

Argumē tum a si mili.

Peroratio.

Corinthiorū oratio

Refutatio.

pt os, vt acciperēt iniuriā, q̄bus inuicem respondemus, ne nos quidē iccirco eos misisse, vt ab eis iniuriā acciperem⁹, sed nos vt p̄sides colerēt, & honorē quē nobis aliæ Colonię p̄stārēt, ipsi quoq; p̄starēt, q; quū oim soli nos inuisos habeant, sintq; in nos hostili aīo, quid habent cur queri possint, si bello a nobis petantur, quos sine causa etiā petitos oportuisset nostræ iracundiæ cedere? Cæterum diutius fræti, quæ qua sint illis rone quæsitę diximus, quū plura alia in nos impie egerunt, tum q; Epidanū quę nostrę ditiōis est, quū bello vexaretur, rueri no luerunt, rursus vbi nostro p̄sidio teneri senserūt, hostiliter eā occuparūt, vicę occupatā tenēt. Ne cōrenti illic peccasse huc veneruńt, a vobis iniustam petētes societatē, quin tū potius vos socios sibi ascīscere debuissent, quum procul a periculo aberāt, & nō postq̄ nobis iniuria illata est, ipsiq; aperte periclitantur, nec (quādo vos nullius eorū potētię participes fuistis) nunc ipsis vestras opes imperiatis, & qui procul ab eorū scelere abfuistis, cōtractę culpę participes habeamini. Iā intelligitis, credo, quo æquitatis gressu vos procedere oporteat, nec non illi q̄ violente & auare fecerint. Nunc ne iure quidē hos a vobis socios recipi posse ostendā. Nam quū in fœdere dicitur, licere cuilibet ascriptarū ciuitatū ad vtros velit se conferre, non ita dicitur, vt id fiat in perniciem alterius partis, nec vt auxilium implo ret aduersus illā, a qua defecerit, aut vt ijs a quibus recipitur, bellum pro pace afferat, id quod vobis, si eos audiueritis, euenier. Eniuero nō his tātū auxilia res, sed pro socijs nobis hostes efficiemini, necesse nanq; est, si ab eis steteritis, vtroq; iuxta vlcisca mur. Præstabit igitur, aut non in partibus esse, aut si esse volueritis, pro his potius stare quibuscum fœdus sanctissime ictum habetis, ijs repudiatis, qui et si non hostes, amici tamen vobis nunq; fuerunt. Nec vos tam nouo, q̄ pessimo exemplo eos, qui ab altera parte defecere, in socios recipite. Quoniā quum Samij a vobis deficerent, publicoq; Peloponensium concilio quæreretur, an subsidiū esset illis mittēdū, soli oim nos Corinthij sentētiā dixi mus, non esse prohibendum a suis puniendis quę pia, qd' vt ipsi itidē sentiatis postulamus. Iam si ita demum receptum fuerit, vt qui delinquendo a suis defecerint, ab alijs defendantur, haud dubie vestri quoq; qui non pauciores sunt, ad nos aliquando confugient, fic inductum a vobis exemplum, non minus in suos autores q̄ cæteros recidet, & hæc quæ de nostro iure, secundum Græciæ leges vobis monstranda duximus. Superest igitur, vt vestri hortandi, reposcendæq; gratiæ studio, tantū a vobis petamus, quod vos nobis reddere æquū est. Nā quum aduersus Aeginitas medio bello liburnicarū inopia laboraretis. XX. naues vobis nos Corinthij concessimus. Ob id igitur, & q; Pelopōnēses nobis autoribus Samios non iuuerunt, tantum a vobis impetrare debemus, vt non solum non hostibus auxilio sitis, sed bellico etiam apparatu nr̄as opes enixe iuuetis. Sic enim recte viuitur, si gratia & officio mortales inter se certent. Nec q̄ magnā ad societatem classem pollicentur, propterea audiē di sunt Corcyrenses, non afficere iniuria pares, firma est potentia, & nunc sane rēpus est, quo qui auxilio sit, amicus merito habeatur, qui vero aduersatur, inimicus. Nunc iterum atq; iterū precamur, ne Corcyrenses nobis inuitis socios vobis conscīscatis, nec eos de nobis male meritos tueamini, qd' ipsum a vobis p̄rāstari oportet, quū propter alia multa, tum vt rebus vestris optime consulatis. Corinthij & ipsi tali secundum Corcyrēses vsi sunt

Peroratio.

A oratione

oratione. Cęterũ Atheniẽſes, priorẽ cauſam cõplexi, ita cũ Corcyrẽſibus fœdus iniuere, vt vtriq; auxiliis auxilio eſſent ſi hoſtium claſſis Athenas, aut Corcyrã admoueretur, neutri alioqui tenerent ad bellũ cuipiã inſerẽdum præſtare ſubſidia. Nec ita multo poſt Athenienſes decem naues Corcyrẽſib⁹ auxilio miſere, ducib⁹ Lacedæmonio Cymonis filio, Diothimo Serobichi, & Prothea Epiclis, quib⁹ mãdatũ eſt, vt cũ Corinthijs pugnã nullã cõmitterẽt, niſi aduerſus Corcyram nauigantibus. Et hæ naues Corcyrã profectæ ſunt. Corinthij Athenienſiũ ſocietate deſtituti, nihilo tamẽ ſecius cũ cẽtum quinquaginta nauibus, in quibus Heliorum erãt, Leucadiorũ, Megarẽſium, Anactoriorũ auxilia, in Corcyrẽſes mouerunt. Præfecti eius claſſis Xenoclides Eurydis filius cũ quatuor collegis. In Leucadem primo naues cojuere. Inde claſſis profecta ad Chimerium in ora Theſprotidis conſedit. Eſt autẽ ibi portus, & ſuper eũ vrbs a mari diſtans, in paluſtribus ſita, noĩe Ephire, iuxta quã exit in mare palus Acheruſia, cognomẽ habẽs a flumine Acherõte, q̃ per Theſprotidẽ Ceſtrinẽq; fluit diſterminãs, medioq; tractu Chimeriũ eſt promõtoriũ. Corcyrenſes audito hoſtiũ acceſſu centũ & decẽ naues expediunt, Mityade, Eſimide, & Euribato ducibus. Sederunt q; hi ad Syboram deſertũ portũ Theſprorides. Ibi oĩbus ad pugnã inſtructis, Corinthij triũ dierum cibarijs ſumptis, noctu a Chimerio ſoluunt pugnandi cõſilio, vbi primum hoſtem in cõſpectu habuiſſent. Sub diluculum Corcyreę naues appropinquãtem hoſtiũ claſſem intuitæ, ſine mora exaduerſo in altũ tẽdũt, atq; ita mutuo ſe cõſpectæ, continuo ad pugnã naues & arma expediũt. In dextro Corcyrenſium cornu Atticæ naues fuerunt. Alterum Corcyrenſes tenebant. Quibus Megarenſes & Ambracieſes in dextro hoſtium cornu ſtetere, in medio ſocij aſſumpti. Læuum latus Corinthij ipſi, prexere, vt cũ Atheniẽſibus cõcurrerẽt. Vbi igitur vtrinq; ſublata ſunt ſigna conſligũt ad uerſę claſſes, vtrinq; fagittarij & iaculatores aderãt fuitq; proinde prælium atrox, conſertis nauibus ſtataria erat pugna, nec ob conferta multitudinẽ vlla poterat inſignis eruptio fieri aut irruptio. Magis itaq; animo & robore, q̃ ſcientia dimicabatur. Plurimus vbiq; erat tumultus, ambiguũq; certamen, in quo Atticæ naues eam operam ſocijs nauabant, vt non ſolũ qua obiecti erant hoſtem diſtinerent, ſed ſicubi ſuos ſaragere vidiſſent, ſubito occurſu laborantibus adeſſent, ſuaq; præſentia eriperent, prælio, vt iuſſæ erant pertinaciter abſtinebant. Interim dextrum cornu Corinthijs labare cœpit, qua Megarenſes pugnabant, breuiq; Corcyrenſibus obnixe trudentibus, ea parte fuga inclinauit. Inſtant fugientibus Corcyrenſes ac. XX. nauibus pertinaci curſu ad littus vſq; perſequuntur. Nauibuſq; egreſſi hoſtium caſtra incendunt, pecunias & alia multa diripiunt. Et iam ex vna parte Corcyrenſes egregie vicerãt, quum ab altero cornu Corinthij meliore euentu dimicantes, haud dubiẽ victoriam ſunt aſſecuti. Nam poſteaq; . XX. illæ naues, quæ fuerant hoſtem ſecutæ, longius a ſuis euectæ latus vnum nudarunt, Corcyrenſes continuo cœperunt ſua paucitate laborare, quod vbi ſunt Atheniẽſes intuiti, nihil occulte ſuppetias eũt abſtinebant tamen congreſſu, nec diutius anceps fuit prælium, iam aperta fieri fuga cœpta erat. Corinthij haud aliter q̃ conſerto prælio ſuſtineri poterant, tum præfecti nauium nequid contra publica iuſſa facerent, cum Corcyrenſibus ceſſere, multi in ea fuga cæſi. Corcyrenſium q; plures naues partim corruptæ ſunt, partim demerſæ, quarum ſcaphas remulco Corinthij ſuis religatas attrahentes in ſtationem vſq; victum hoſtem egere, ad ſua deinde naufragia cæſoſq; reuerſi. His actis Corinthij ſuorũ clade adhuc magis irritati, iterũ in hoſtem aciẽ, pugnandi ſtudio, dirigunt. Corcyrenſes veriti ne in ſuam oram hoſtilis claſſis irrumperet, receptas ex recenti trepidatione naues contra inſtruunt, adſunt & Atticæ ſubſidio, etantq; etiã ſub noctẽ vtrinq; cõflicturi, quũ Corinthij. XX. Athenienſium nauibus ex alto conſpectis, remos inhibuerunt. Atheniẽſes veriti, quod iam acciderat, ne paucitate nauiũ Corcyrẽſes i pares Corinthijs eſſẽt, nec ſuæ q̃ decẽ numero erãt tanti forent, vt ſocios tueri poſſent. XX. naues tum demum ſubſidio miſerant. Mirari primo Corcyrenſes, quid eſſet q̃ Corinthij ſeſe pugnę ſubtraherent. Enimuero illi in altum euaſerãt, adeo vt Atticas naues cõſpicere negarent appropinquãtes. Demum vbi ſociam claſſem adeſſe ex ſpecula nunciatũ eſt, tũ quia & ipſi quoq; parum exploratũ habebant, ſocij eſſent, an hoſtes, retro abierunt. Iam enim noctis tenebræ intẽdebãtur, quum Corinthij Corcyrẽſeſq; in ſuas vtriq; ſtationes ceſſerunt. Poſtridie vbi primũ illuxit Corcyrenſes. XXX. Atticis nauibus fræti, haud procul ab hoſtium ſtatione in' procinctu ſtetere. Conſeſtim Corinthij & ipſi in apertum euecti, in mota ſtetterunt claſſe, noua veriti auxilia, miſeruntq; ad Atticos duces caduceatorem, qui diceret, eos iniuſte facere, qui inhiberent Corinthios colonos ſuos rebelles punire, nec ſinerent ſe quo vellent nauigare, belli materiam per ea ſerentes, nemini dubium eſſe, quin cõtra fœdus apte, qd' ſecũ ſancitum habe rent, talia fierent. Ad ea Athenienſes, necq; bellum inicipimus viri Corinthij, neq; rũpim⁹ fœdera, nec eſt cur veſtra vota in aliquo remoremur, ſi alio q̃ Corcyram curſum intenderitis. Ab ea inſula, initæ ſocietatis gratia, quantum in nobis erit, omnem iniuriã arcere parati ſumus. Corinthij his auditis, diſcedere ſtatuerunt, erectoq; apud Sybotem in cõtinenti tropheo, domum conceſſerunt. Corcyrenſes & ipſi in inſula Sybotis e regione ſuũ tropheũ ſtatuunt, veluti victores, tam hi q̃ illi ſibi victoriã trahentes. Corinthij viciſſe ſe prędicabãt, q̃ ad noctem vſq; victores fuiſſent, naufragiaq; plurima, mortuoſq; receperint, captiuorũ non minus mille haberent, nauibus circiter. LXX. depreſſis, Corcyrei quia dextrum cornu hoſtiũ fudiſſent, incenſaq; eorum caſtra eſſent, & q̃ pro victis ſequenti die Corinthij pugna abſtinuiſſent. Quibus cedẽtibus ipſi per ocium ſpolia legiſſent. Domum Corinthij nauigantes Anactorium, quod ſibi cum Corcyrenſibus commune erat intercipiunt. Ex Anactorio in Achaiam tranſmittunt. Hic Corcyrenſium octingenti veniere. Ducenti nobiliores in cuſtodia ſunt habiti. Dataq; opera eſt, vt per eos aliquo modo Corcyra Corinthij potirentur. Athenienſes & ipſi non multo poſt in Atticam reuerſi ſunt. Hæc fuit expeditio illa, quæ in Athenienſes Peloponneſia cum excitauit bellum, quoniã cõtra Corinthios in acie pro Corcyrẽſibus ſtetiſſent. Et iã aperta vtrinq; odia imminebãt, nullũ tamen adhuc bellũ erat, quũ Athenienſes veriti, ne ex ſocijs & vectigalib⁹ vrbibus, Corinthiorum inſtinctu, aliqua a ſe alienaretur, Potideatis qui ad Iſthmum Pallenes incolunt, imperant, vt obſidibus ſibi datis, murum demolirentur, qua & Pallenen Potideæ ſpectaret. Hi etſi ſocij erant tamen & Corinthiorum coloni, & ob eam rem non immerito poſt Corcyrenſem pugnam naualem Athenienſibus ſuſpecti, nec ipſi obſcure

Corinthiorũ claſſis.

Ephire. Acheruſia.

Corcyrẽſiũ claſſis

Acre certamen.

Corinthiorũ fuga.

Corcyrẽſium clades.

Atheniẽſiũ claſſis

Ad Sybotẽ duplex tropheũ.

Potideæ.



obſcure præ ſe ferebant odium in Athenienſes.

Perdicas. Erat & Perdicas Alexandri filius Macedonum Rex Atheniẽſium hoſtis factus, quum iam antea amicus fuiſſet. Inimicitiarum cauſa illi extitit, q̃ Athenienſes ſocietatem iniuiſſent cum Philippo fratre,

Philipp⁹ & Darda fratres. & Darda aduerſus ſe bellum cõiter gerẽtibus. Miſerat igitur Perdicas Lacedæmonem ad concitandum in Athenienſes bellum, & Corinthios ſibi cõciliauit, ſpe Potideæ ab Athenienſibus alienandæ. Solicitauit ad hæc Chalcidẽſes qui Cherſonneſum incolebant, & Bottiæos Perdicas ad defectionem. Quibus Athenienſes inſtructi ad opprimenda ſociorum conſilia, triginta naues mittunt in oram Thraciæ Archeſtrato Leucomedis filio duce. Potideenſes ab Athenienſibus per legatos petierunt, nequid noui aduerſus ſe ſtatueretur. Miſerunt & occulto Lacedemonem ſciſcitatum, an miſſuri eſſent auxilia, ſi ab Athenienſibus deficerent, quibus benigne promiſſis, facta inſuper ſpe, ſiquid Athenienſes in eos armorum molirentur, fore, vt continuo Spartani; Atticam popularentur, Potideatę Bottiei & Chalcidenſes coniurati ab

Defectio Potideæ & aliarũ vrbium. Athenienſibus vno tempore deficiunt, quum Attica claſſis in Thraciam nondum applicuiſſet. Chalcidenſes maritimis vrbibus relictis, partim Olynthum Perdica authore, partim in Mygdoniam migrarunt, quæ eſt ad Bolbem paludem, quam ipſis profugis incolendam Perdicas tradidit quoad debellatum eſſet cum Athenienſibus. Poſtea q̃ Attica claſſis in oram Macedonię venit, audita vrbium defectione in Philippi & Dardæ partibus mãſit, donec maiores domo copiæ adeſſent, & vt ſociorũ viribus adiuti, eos qui defecerãt faci lius ad imperium traherẽt. Corinthij & ipſi ad duo milia cum Ariſteo Adimanti filio præſidium Potideenſibus miſere. Affertur interim nũcius Athenas de Potideæ & aliarum vrbium defectione, continuoq; duo milia militũ & quadraginta naues Calliæ Calliadis filio expediũtur, qui quum in prouinciã veniſſet, iam Archeſtratus cũ priore claſſe Ther

Recẽtior claſſis; Attica. ma fuerat potitus, Pydnãq; oppugnabat. Fuit recẽtior claſſis aliq̃diu circa Pydnã. Interea Athenienſes Perdica ſibi reconciliato, Philippi & Dardę partibus relictis, ſocietatem cum eo iungunt, inde, in Potideenſes mouerunt, tria peditum milia erant & cum his ſexcenti Macedonũ equites. Potideẽſes audito hoſtiũ acceſſu, cum Ariſteo & Peloponneſiacis militib⁹ ante Olynthũ muniũt caſtra, aderãt q̃ & ſociorum copiæ, quorũ conſenſu ſumma totiũ imperij Ariſteo datur, affuit & Perdicę equitat⁹, qui non multo poſt reconciliationem ab Atheniẽſibus defecit. Callias vbi ad Iſthmũ claſſem admouit hoſtẽ ſeſe ad pugnã parantẽ cõſpicatus, & ipſe exaduerſo aciem inſtruit. Ariſte⁹ ea pte qua pugnauit haud dubiam fecit victoriã, fuſis fugatiſq; hoſtibus, alterum cornu qua Potideenſes dimicabant Atheniẽſibus ceſſit, id vſq; ad muros Iſthmi fugatum Atticus victor egit. Hic ab inſequẽdo hoſte deſtitit, vbi ſuorum res perditas vidit ab altera parte. Ariſteus Potideam cum ijs, quos circa ſe habuit cõceſſit. Aberat Potidea ab Olyntho vbi pugna commiſſa eſt, ad ſtad. ſexaginta. Atheniẽſes tropheũ hic vbi dimicatum eſt ſtatuũt, pericrunt ex Potideenſibus trecenti, Attici generis dimidio minus & in

Callias cęditur. his Callias dux. Nec ita multa poſt Athenienſes duce Phormione, Aſopij filio, mille & ſexcentos miſere, qui Pallenen muro cinxere. Interim Potidea obnixe oppugnari cœpta erat ab ijs q̃ ad Olynthũ proſpere dimicarãt, & quum nulla vi hoſtes arceri poſſent, ſed in tuẽdis mœnibus ſpes dũtaxat ſita eſſet, Ariſteus autor ſuis extitit, vt vento & mari obſeruatis, cæteri in pacatũ abirent, vt per rẽ frumẽtariã poſſet obſidio diutius tolerari, ipſe cum quinquaginta ſuorũ & Potideẽſiũ iuuẽtute, vrbi pſidio remaneret, qd' quũ ſuis perſuadere nequiſſet, vt ſine illi⁹ ductu pſidio decederẽt, deceptis Athenienſiũ cuſtodibus vrbe egreſſus, ad Chalcidẽſes ſe cõtulit. Obſidebatur interea nihilo ſegnius Potidea, id, Corinthij ægerrime ferebant, cum multorum igitur populorũ legatis Lacedæmonẽ miſerunt q̃ alij alijs criminibus inuidiam Atheniẽſibus facerent. Poſt Megarẽſes Corinthij ita locuti dicuntur, vt cõmemoratis Athenienſium in ſe & ſocios iniurijs, Lacedæmonios accuſarint, qui autores fuiſſent, vt nequid in Atheniẽſes ad id tẽpus ſtatueretur, cum interim ſociorum alij a ſe alienati eſſent, alij in ſeruitutem redacti, non maiore culpa eorum, qui eos libertate priuaſſent, q̃ qui priuari paſſi eſſent, ſoli Græcorum Lacedæmonij, non vim vi, ſed cunctatione iniuriam repellerent, hoſtiumq; viribus nõ quum orirentur, ſed quum maxime auctæ eſſent irent obuiã. Laudare Atheniẽſes, vt viros, ad excogitandum veloces, & ad ea quæ excogitata eſſent celeriter exequenda, q̃ maiora hominum opinione pericula obirent, & in rebus duris optime ſperãtes, q̃bus ſiquid præter ſpẽ fluxiſſet, id ipſum continuo ſpe noua repararent, ob eamq; rem, eos ſolos pariter habere & ſperare, quæ deſtinauerint, impigros, bellicoſos, non victores, nõ victos ociũ agentes, vt ſi quis eo ingenio Athenienſes iudicaret, vt neq; ipſi ocium pati poſſent, neq; alios quieſcere paterent, ille quidem haud opinione erraret. Contra Lacedemonios pigros, ceſſatores, ſibi ipſis diffidentes, ociũ & quietis, nõ bellorum ſtudioſos, non imperij, non gloriæ cupidos. At ſi viri eſſent, ea gloria & celebritate qua cenſeri vellent, quam a ſuis maioribus accepiſſent, ſi Peloponneſi principes haberi, ab inerti ſomno & deſidia expgiſcerẽtur. Potidearis, qui eorum fidem ſecuti ab Atheniẽſibus defecerant, extremis eorum rebus, ſi pudor ſi in fidem receptorum cura vlla eſſet, mature opem ferrent: nec expectarent, vt illorum excidio cæteri ſocij deterriti, fœdus & iuſiurandum aſpernati, ſuis rebus matura defectione conſulerent. Eſſe fœdiſtragos, non qui coacti fœdera violarent, ſed qui eos deſtituendo, ad id facinus compellerent. Qd' ſi pergerent ocioſis oculis, ſuorum iniurias & clades ſpectare, breui futurum affirmabant, vt hominum ſtudia eo inclinarent, vnde auxilia & opes, pro ſocorũ ſalute & cõmodis perpetuo excubarent. Quum hæc Corinthij in ſociorum conuentu nihil ambigue queſti eſſent, Athenienſium legati, qui tum forte alia de cauſa Lacedæmonem venerant, quia magnus erat animorum motus ſecutus, videbantur q̃ Lacedæmonij multum ob eam orationem ad bellum ituri, etſi nihil, quod de ea re diſceptarent, in mandatis habebant, petierunt tamen, quia videbatur non ab re futurum, ad leuandam ſuorum inuidiam, vt liceret pro concione populi verba facere. Tum facta dicendi poteſtate, multa ibi primũ de Athenienſium virtute, deq; ſtudio ciuitatis in vniuerſam Græciam, magnifice ſunt locuti, quum gratorum multis deinde verbis, quo iure quæſtum ſibi eſſet imperium, oſtendiſſent, quantaq; æquitate & clemẽtia a ſe ad id rẽp ſociæ & vectigales vrbes, habitæ eſſent, eo inſtitutam orationem flexere, vt dicerent, ita comparatum eſſe, vt nullum præſens imperium tam clemens eſſe poſſit, quod hominũ animi non grauiter ferant. Haud proinde mirum videri oportere, ſi nõ deſint q̃ Atheniẽſiũ imperiũ,

Verba Athen. le ad Lacedæmonios.

vt durum & immite, aut insimulent, aut falsa p̄ sua fīōe oderint, monere itaq; Lacedęmonios, atq; idēti dem obtestari ne vanis Corinthiorū criminibus fi dem adhiberent: sed dū res adhuc integra esset boni consulerent, alioqui se deos fœderū testes inuocare testariq; Athenięses eatenus bellum propulsaturos, quatenus a Lacedæmoniȳs fuisset illatum. Quum in hanc sententiam illi multa disseruissent, rem inter Spartanos ipsos, submotis vtrinq; arbitris, agitari placuit. Archidamus rex nihil temere agēdum censebat, incertum dicere, quonam bellū euasurum esset, abundare Athenienses socijs, nauibus, pecunijs, esse bello exercitatissimos, posse bellum inchoari vel ab imbellibus, inchoatum deponere nō nisi victoris esse, quæ si spectanda etiā non essent, standum sibi videri maiorum vestigijs, qui cunctantius ac cautius, de rebus dubijs deliberare consuessent. Esse cunctationem grauitatis & prudētiæ matrē, qua nixi maiores sui, nec̄ prosperis reb⁹ magnopere superbirent, nec̄ aduersis frangerentur: quippe qui ob modestiam bellaces essent, cui⁹ virtutis verecundia esset particeps, verecundiæ animi præstantia, essentq; ob id illi circunspecti quā do satis scirent indoctorum esse leges contemnere Summa autem sententiæ quā dixit, hæc fuit vt diceret mittendū esse ad Athenienses, de Potidea, decp̄ alijs postulatum, bellūq; interim parandū, de quo inferendo, si illi equa facere recusassent, tum demū iure decerni posse. Talia Archidamum dicentem Stenelaides Ephorus contraria sententia excepit. Is arrogantissimam Athenienſium orationē crimina tus, oēm consultationem reijciebat, idēidem testatus, consultare eos oportere, qui læsuri sunt an iniuriam inferant, non læsos, quorū est illatā vlcisci nisi ludibrio esse velint, nec differendam vltionē in eos dixit, a quibus nihil dilara esset iniuria. Sed dijs ducibus bellum inferendum ijs, qui sua spōte iniuriam fecissent. Quibus ille vsus, populū ad suffragia vocauit. Clamore Lacedæmonij, vt alio est loco demonstratum, nō calculis suffragiū ferebāt. Tum vero per discessionem placuit disquirere, an populo rupta viderentur ab Athenienſibus fœdera. Iussit Ephorus (qui ea erat apud Lacedęmonios potestate, qua apud Ro. Tribun⁹ plebis) vt omnes quibus Athenienses iniuste fecisse viderētur, in certum, quem ipse ostenderat, locum discederent, quo quum maxima pars populi cōcessisset, pro decreto acceptum, Athenienses bello persequendos. Miserunt inde Delphos Lacedæmonij, qui de futuri belli euentu scisciterent, responsum est penes eos demum victoriā futurā, qui pro viribus bellassent, se quidē vocatum & inuocatum auxilio affuturū. Tum rursus accitis socijs statuerūt Lacedæmonij, nō nisi illorum decreto bellū inferre. In eo cōuētu iterum Corinthij lōga oratione sunt socios hortati ad bellum capessendū, oēm ignauiam & socordiā aīo excutiendā prę dicantes, oīa adesse que victoriā pollicerentur. Tum vero inito suffragio frequentes ciuitates bellum decreuere. Legati deinceps a Lacedæmone Athenas missi, qui bellum Athenię sibus indicerent, nisi postulata facerent, quorum primum erat vt tollerēt dei piaculum, id vero tale fuit. Cylon quidam, erat is Athenienſis genere, duxeratq; Theagenis Megarenſium Tyrāni filiā vxorem, oraculo frætus, quo monitus est vt die qui Ioui esset præcipue festus, arcem ad tyrannidem sibi cōparandā occuparet. Olympiorū diem significari interpretatus, tota Græcia celebri sacro intenta, cum ea hominum manu, quam a socero acceperat, Athenarum occupauit arcem, obsessus ibi, postlō gam famem, cum fratre, socijs & hostib⁹ deceptis, fugam fecit. Cæteri duce destituti, omniumq; rerū inopia confecti, in templum profugere, vbi alij sa me expirarunt, alij partim abstracti aris, alij circa aras ipsas præ nimia ira & odio trucidati sunt, quo accidit, vt percussores impij habiti sint, nec ipsi solum, sed eorum quoq; progenies. Id impietatis scelus Lacedæmonij expiari iubebant, quod nisi sublata illorum progeniæ (quod olim factum erat) apparebat fieri non posse. Cæterum quia Pericles Athenienſis materno genere tali erat sceleri affinis, eum piaculi prætextu Athenis eiectum iri Lacedæmonij voluissent, vt clarissimo duce excluso, tutius in Athenienses bellum gesturi essent. Id postulatum Athenienses perbelle eluserunt, Lacedæmonios admonentes vt & ipsi piaculum ex tæ naro rollerent, vbi Lacedæmonij fugitiuos suppli ces ex Neptuni templo abstractos fœde trucidarūt quapropter opinati sunt ingentem illum motum terræ, cum magno suæ vrbis excidio, factum. Tollerent & alterum Chalcedoniæ Palladis, ex cuius æde Pausanias rex iam fame confectus est ad supplicium extractus. Postulatum præterea a Spartanis, vt Athenienses decretum antiquarēt, quo portubus & foro Megarenſibus in Attica interdixerāt. Tres nouissime legati affuerunt, denūciantes ea demum ratione Athenienses pacem habituros, si Potidea abstinerent, si quoscunq; Græcorum suæ ditionis fecissent, in pristinam libertatem restituerēt. Tum variantibus sententijs, Pericles ita sententiā dixit, vt monstraret, Lacedæmonios si ea omnia quæ publice postulassent, ab Athenięsibus præstarentur, alia adhuc iniquiora petituros, quibus non solum Athenienses in ordinem redigendi essent, sed postremi etiam Græcorum omnium fierent. Et quia iniqua peterētur, multoq; iniquiora deinceps petenda essent, eorum nihil futuri belli metu dandum censere. Decurrit inde eo vt Pelopōnenſium opes non ita formidabiles esse ostenderet, quemadmodum vulgo haberentur, quando eorum quisq; libentius sibi, q̄ in commune consuleret, nemine opinante sua vnius negligentia Rempub. perditū iri. Idq; quū singuli facerent, ita euenire, vt oēs cōe bonum negligerent. Quāq; si sedulo curam adhiberent, inopes tū pecuniarum, quæ bellorum nerui essent, sibi Pelopōnenses videri nauticæ rei vulgo expertes, & ob diutinum ocium terrestribus bellis parum assueti. Contra vtraq; re Athenienses ob assiduam militiam, iam inde a Medicis temporib⁹ abundare, accedere maris imperium quæ omnínores magna esset, & quasi in cōtinēte res Atticæ bello affligerētur, omnia ad viram necessaria Athenięsibus nihilominus affutura. Cæterum tantum abesse, vt suburbanorum locorū populationē multi faciendam existimaret, vt dicere auderet recte facturos Athenięses, si omnia circa vrbē ipsi sua spōte popularentur, nequid impedimēto esset quo minus Lacedæmonij intelligerent, summo ardore & studio eos illatū bellū capessere. Videri itaq; sibi respondendum, antiquari ab Athenienſibus decretum de Megarenſium cōmercio, si Lacedæmonij non interdicant vsu suæ vrbis peregrinis, restitui, & ciuitatibus libertatē si ipsi Peloponnesiacas vrbes suis non Laconicis institutis administrari patiantur, paratos esse præterea Athenięses de his omnibus iudicio disceptare, qui si iudicio arceātur, bellum quidem haud moturi sint, & vt non moturi, ita aliunde illatum fortiter excepturi. Hæc iusta & ex Attici nominis dignitate omnibus visa, atq; in hanc sententiā factū est decretū, responsumq; ex

Periclis

Perora tio.

Ephorus qui esset. Oraculū.

Piaculū. Cylonis facinus.

Lacedæmoniorū piaculū.

Periclis cōcio ad populū.

Respōsū Athenię.



Periclis sententia legatis. Nec deinceps legatio vlla amplius missa, sed quū ad id tēpus discordib⁹ ciuitatibus commercia tenuissent, tum demum nihil pacati est in medio relictum, vtrinq; bellari cœptū quartodecimo anno, ex quo tricēnalia icta fuerant inter eos fœdera. Thebani qui a Lacedæmoniȳs stabāt, primas belli partes adierunt, quorū. CCC. Plateas vrbē Athenięsium socīā, silētio noctis ingressi forum cum clamore occupant. Plateēses somno excitī, ignari qui hominū essent, a quibus tenerentur, nec quātus hostium numerus, vbi Thebanos esse cognitū est, paululū quieuere, quasi nihil moturi, animaduersa interim per eos, qui in colloquium venerant, hostium paucitate, subrutis domorum parietibus, in vnum plures coiuere, indeq; curribus alijsq; offensaculis per vias tacite dispositis, cum clamore in Thebanos irrumpunt. Illi subita re perculsi in vnum conglobati, aliq̄diu pugnā sustinere. Verū vbi vndiq; tela in eos conijci cœpta sunt, clamore & vlulatu fœminarum, aures circunsonā tibus consternati animo Thebani ex foro dilabuntur, quidam murorum fastigijs sunt præcipitati, alij viarum ignari, in angiportis oppressi. Porta qua fuerant ingressi ad primum clamorem clausa est spiculo pro vecte ferrea traiecto, pauci refracta portarū vna incolumes abierunt. Plurimi quū sese in ædificium mœnibus proximum iniecissent, traditis armis, deditionē fecere. Appropinquabāt interim cæterę Thebanorum copiæ, quæ domo profectæ erant, vt ijs qui Plateas occupatum præcesserant, subsidio adessent, si cōsiliū minus successisset. Distabāt Thebæ a Plateis stad. LXX. Cæterū nox pluuia, & Asopi, qui multus fluebat, vadatio adeo venientes remorata est, vt nōdū ad vrbem ventū esset, quū illi de suorū casu audiuerunt. Deliberantibus an Praesiensem agrum in suorū vltionem hostiliter irrumperent, an Plateas oppugnarēt, superuenit ex oppido caduceator, qui Thebanos iniuste facere dixit, q̄ fœdere adhuc stante adorti essent suā vrbē occupare, monere ne quid in agris violarent, a quibus nisi abstinerent, fore, vt eos quos noctu cepissent, ad vnum trucidarent. Thebani suorū ratione habita, Plateensium finibus pacati excessere. Tum in agros ex vrbe concursum, raptimq; oīa intra muros comportata, captiuiq; cētum & octogīnta numero, cum Eurymacho duce ad vnum interficiunt, nec ita multo post Athenienses, exercitu eo misso, vim frumenti maximā Plateensibus importarunt, imbelliq; multitudine inde abducta, vrbē præsidio muniuere. Et hæc apud Plateas ab initio gesta, per quæ ruptis fœderibus Lacedæmonij & Athenienses suis sociorumq; opibus studio bellū cōparāt. Hi in Corcyrā mittunt Cephaleniā, Acarnaniam, Zacynthū, quæsitū, an hæ vrbes in amicitia mansuræ essent, quibus secum sentientibus, apparebat Athenięses cōmodius circa Pelopōnesum bellaturos. Spartani in Italiā & Siciliā miserūt, vt per eos qui i partibus futuri essent classis instrueretur, certumq; argenti pondus expediretur, ad vsum belli. Multa sub id tempus oracula hominū mētes varijs ambagibus implicuere, multaq; insuper prodigia hinc inde nūciata, metum augebant. Enimuero Delus parū ante tremuit, prius semper immota Græcorū memoria. Sed q̄d alij de eius insulæ motu memoriæ pdiderint quū res a Medis in Græcia gestæ a nobis explicarentur, scripsimus. Erant inter rim oīm studia in Lacedęmonios, ppēsiora, q̄ libertādę Græcię titulū specioſum, & popularē bello pōtēderēt. Fuere itaq; i Lacedęmoniorū partib⁹ Peloponnēses omnes, præter Argiuos & Achęos, q̄q̄ hi

Thebani Plateas occupāt.

Thebani Plateisęq; duntur.

Bellici vtrinq; apparatꝰ.

Lacedæmoniorū socij.

vtriſq; amici erant, soli Pellenenses ex Achæis ab initio a Spartanis stetere, mox vniuersum nomen Achaicum, extra Isthmum, Megarenses, Phocēses, Locri, Bœotij, Ambraciotæ, Leucadij, Anactorij. Ex quibus classem præbuere Corinthij, Megarenses, Syconij, Pellenenses, Helij & Ambraciotæ, & Leucadij: Equitatum Bœotij, Phocenses & Locri: peditem cæterę ciuitates Athenienſibus affuere Chij, Lesbij, Messenij qui erant in Naupacto. Acarnanum pleriq;, Corcyrēses, Zacynthij, & in his Caria quæ ad mare sita est. Dores Caribus finitimi. Ionia, Hellespontus, Thraciæ loca, & insulæ quecunq; supra Peloponnesum & Cretam ad ortum iacent. Melo & Thera exceptis. Ex his naues præbuere Chij, Lesbij, & Corcyrenses. Cæteri pedestres copias & pecuniam. Hiq; socij atq; vtrorumq; belli apparatus fuere. Lacedęmonij igitur in Athenienses mortui edicunt, vt ex omnibus socijs ciuitatibus copiæ ad certum diem circa Isthmū conuenirent, quo quum ad tempus exercitus affuisset, Archidamus rex ita est socios affatus, vt doceret suos, immo moneret, ne plus spei in multitudine q̄ in virtute repositum haberent, quin animo proponerent, fore, vt cum acerrimo hoste res sibi futura esset, opus itaq; esse ordine & consensu maximo in prælijs obeundis, præcer cætera nihil timide agendū, sed vt prompti paratiq; essent pro Græciæ libertate dimicare. Fore sibi & alijs iam inde eā fortunarum conditionem, quam ipsi sibi in prælio quæsissent. Irent ac bellum inituri existimarēt, totī⁹ Græciæ oculos & vota in suis esse defixa dexteris. Darent operam, ne quum piam & iustā causam suscepissent, propugnatorū ignauia male defensa videretur. Hac ille vsus hortatiōe, ex Isthmo mouit caduceatore Athenas præmisso, an Athenięnses audito hostium accessu humilius aliquid sentirent. Cæterum eo in vrbem non admisso, sed finibus iusso ante noctem excedere, vbi nihil pacatius in castra est renūciatum, Archidamus in Atticam ire pergit. Athenis interim ex Periclis auctoritate omnia ex agris intra muros comportata, mi gratumq; inde vulgo in vrbem, pecus, & iumenta in Eubœam, & alias insulas missa, nec terrestri prælio confligendum censuit tuendum esse maris principatum, ad quem defendendum trecentas triremes adesse docuit, quæ recte agi possent, vnde triginta armatorum milia, & pecuniarum affatim. Reliquit & illud testatum apud populum, si agri sui ab hoste non violarentur, quod futurum suspicabatur, vt se ciuitati suspectum redderent, velle se tum omnia quæcunq; intacta essent pro publicis haberi. Reddidit agrestium frequens commigratio vrbem suo incolatu frequētiorē. Lōge enim liceat q̄ Athenarum muri euagabantur, vt eorū ambit⁹ sexaginta contineret stadia, quū dimidiū tantum custodiretur. Sub id tempus quo Peloponnēses circa Isthmū coiuere, Thebani Plateensem agrum fœde populati sunt, eoq; infensi⁹ irę indultū, quo maior in eos Thebanorū ira exarserat, q̄ illi captiuos contra iusiurandum peremissent. Negare tamē Plateenses iusiurandum vllum a se præstitū, aut inconsumitatem illis conditione aliqua promissam. Archidamus primo ad Oenonen venit. Est id oppidū in Atticæ & Eubœæ finibus, eratq; valide munitum, hic plures dies statiua Peloponnenſes habuere, non sine Archidami inuidia, qui quasi Athenię sibus faueret, suspectus esse cœperat socijs, qui vtilis grati ficaretur segnius bellum administraret. Postremo soluta obsidione frumentis iam maturescentibus Atticos est fines Archidamus ingressus.

Periclis prudētia.

Oenone oppidū.

Hic Eleusina & campum Thriasion hostes populati, per Cecropiam, Aegaleo dextro, ad Acharnas vsq; maximum Atticę oppidum, secundum Athenas peruenere. Distabat Acharnę ab Athenis stad. sexaginta. Hic quum castra Archidamus fecisset, effusęq; non agrum solum Acharnis circuniectũ, sed suburbana etiam Athenarum prædia ante oculos ciuitatis vastarer, ferox iuuentus iniquo animo ferre se intra mœnia teneri, dum res suæ interim hostibus prædæ cederent. Flagrare ob eam rem Pericles multo odio, eumq; maledictis tanq; præsentiũ malorum autorem infectari continuere nihilominus ille suos, nec publicæ saluti vanas insectationes præferre. Ne omnia tamen obstinatius fierẽt, equites in Bœotium equitatum emisit, qui pulsi, aliquot etiã in pugna amissis, se trepide in vrbem recepere. Bœotij equites, postridie cę equestre præ-
Funditur lium fuerat, Tropheum hic vbi atticum equitatũ
Atticus fuderant, erexerunt, late inde populatio illa euaga-
equitat⁹. ta, inter Parnethũ & Bridessum montes. Interea cẽ tum Atticę naues ducibus Carcino Xenotimi, Prothea Epiclis, & Socrate Antigenis filio ad bellum instructæ, in Peloponẽsum cursum tenuere, dispo nunt adhæc terra mariq; præsidia, mille tallentis in eorum præmium sepositis, qui optime tandem de repu. meriti iudicarentur, & alia seorsum pecunia in præsentis belli vsum irroganda. Hostes deficiẽte commeatu per Bœotiã vastatis Oroporum finibus domum reuersi, confestim, cp Peloponnesum sunt ingressi, in sua quisq; oppida abierunt. Classis
Attica Attica Peloponnesi oram circumacta, Methonem
classis. in Laconia terra adorta est, muris parum munitam & præsidio vacuam. Cæterum Brasidæ Spartani Thelidis filij subito accessu qui per medios Athenienses cum centum militibus in oppidum irrupit, vrbs seruata est. Auxerãt Atticam classem quinquaginta Coreyrensiũ triremes. Athenienses Methone digressi, Phiam Elidem tenuere, vbi quum biduo hostium agrum multa clade affecissent, pugnatumq; non nihil esset cum Elijs, qui ad arcendã populationem, per valles insinuati ad mare descẽderãt, orta repente tempestate qui in proximo erãt, consensis nauibus, Pisces promõtorio ægre superato, portũ q; in Phia est sunt ingressi. Messenij & alij quidã longius mari prædãdi studio euecti, quia in subita trepidatione, facultas ad naues recurrẽdi adepta est, terrestri itinere progressi Phiam expugnãt, hic in naues recepti, quia magna Eliorũ manus arcẽdę populationis studio, eo occurrerat, alia passim loca improuiso accessu infestare perseuerarũt. Per id tẽpus Athenienses triginta alias naues miserũt, q; Eubœã tuerentur. Cleopompo duce Cliniæ filio, Is terram ingressus, maritima hostiũ loca vi adortus, Tranium capit. Inde apud Alopę, Locros, q; auxilio venerãt, prælio superat. Eadẽ æstate Athenienses Aeginitas cum liberis, & vxoribus e suis sedib⁹
Lacedæmonij Aeginitis dãt sedes. ei ecerũt, exprobrata eius belli culpa, & Colonia in Peloponnesum missa. Lacedæmonij in Atheniensium iuuidiã Thyreã cũ suo agro extorribus colendam tradidere. Diuidit, Thyreatis ager Laconiam terrã ab Argiua, ad mare vsq; pertingens. Hoc anno qui fuit primus Peloponẽsiaci belli legitime in
Therei duo. ternitẽtibus stellis. Per id quoq; tẽpus Athenienses per Nymphodorum Abderitem tentarũt sibi Sytalcę Therei filium Odrisarũ regẽ cõciliare. Thucydides autor est, hunc Thereũ nulla necessitudine attigisse Thereũ illum, qui Procnen Pandionis filiã duxit vxorem, neq; ambos ex eadem Thracia extitisse, quũ vetustior ille Dauliã, quę terrę Phocidos fuit, incoluisset, tunc a Thracibus habitatæ. Cupide igitur Sytalcis societatem Athenienses sunt cõplexi, rati fore, vt per eum Perdicã quoq; Macedonũ Regẽ in partes traherent, quod haud multo post contigit. Attica classis ex Phia digressa, Solion Corinthiorum oppidum expugnauit, Palensibusq; Acarnanum incolendum Athenienses tradiderũt. Astactũ vi captum, Euarcho tyrãno inde ciecto, in
Cephale societatem recepere. Sunt & Cephalenia inde citra
nia. certamẽ potiti. Sita est ea insula citra Acarnaniam Leucadem versus, quatuor olim ciuitatibus prędita. Palensibus, Cranijs, Sameis, & Pronneis, ęstateq; per hęc circũacta classis in Attiam cursum tetẽdit. Vertente deinceps autũno Athenienses, Pericle duce, in Megarẽsem agrum populariter irrumpunt. Accidit tum forte, vt Attica Megaricam orã classis præterueheret, quæ cognita suorum expeditione ad littus deflexit, auxitq; ea parte hostium cladem. Mox ineunte hyeme Euarchus Acarnan. L. Corinthiorum nauibus mille & quingentis militibus septus, Astactum recepit, cæteris inde Acarnanibus ad defectionem frustra solicitatis, in Cephaleniam transmisernt, vbi in Craniorum oram, spe deditionis egressi, insulanorum insidijs excepti compluribus amissis in altum abierunt. Eadẽ hyeme Athenienses Bustum veteri instituto ijs publice fecerunt, qui prę senti bello perijssent, ad quorum memoriam laudandam Pericles Xantippi filius delectus est. Is longiore vsus oratione, ab eleBustum ganti Athenarum situ exorsus, instituta ciuitatis, fortium. mores, studia, ordine executus eorum laudes intuPericles lit, qui p tali patria fortiter bellãdo occubuissent, forteslau eos felices beatosq; dictitans, quibus perpetuũ virdat. tutis monumẽtũ esset, ante suorũ ciuiũ oculos publice cõstitutũ. In quo non magis ipsi siti essent, cę sempiterna ipsorũ gloria. Cæterũ illustriũ virorũ totã terrã sepulchrũ merito dici posse, neq; enim domesticorũ saxorũ inscriptionẽ, defunctorũ virtutẽ solũ testari, sed si nulla etiã existeret, in exteras gentes virorũ fortium memoriã extẽdi, magisq; apud aĩm cuiusq; cę apud vrnã hospitari. Laudauit dein ceps parentũ fortunã, qui tales patrię liberos procreassent, felices vel ex eo appellãs, cp merito oibus natorũ interitu clariores, magisq; venerabiles facti essent, præsertim quum in affecta ætate, in qua nõ magis lucrari oblectamento esset cę venerari. Horatus æquales ac iuniores ad virtutem imitandam fugiendamq; ignauiam, quę contumeliæ perpetua esset comes. Vxores inde eorũ, qui perierãt, laudib⁹ extulit, cp suo non essent sexu infirmiores, sed pudi citię tenaces. Postremo gratę ciuitati sua est laus red Atheniędita, cp prę ter funeris monumentum, perẽptorum siũ gratiliberis ad pubertatis vsq; annos alimenta decreuit tudo. set, vt talibus prę mijs cæteri allecti, pace bello, terra, mariq; studerent patriam demereri. Et hæc fere primo Peloponnesiaci belli anno domi forisq; gesta. Ineunte alterius anni ęstate, Peloponnẽses, eius dẽ Archidami ductu Atticam inuadentes, pari clade, qua superiore anno, eam peruagati sunt. Coorta interim grauis pestilentia, eam ex Aethiopia primo egressam, Aegyptũ, q; illi proxima est, mox & Libyã corripuisse memorant. In Lemnum inde & loca finitima, demũ Athenas transgressam. Crede- Pestilenre ab initio Athenienses puteos hostium fraude ve tia inaunenо corruptos. Vulgato morbo tãta funerum fre dita. quentia secuta est, quanta nunq; antea hominum Genus memoria. Primo acris feruor capitis salubria inua morbi in debat corpora, suffusio deinde roboris, aduslio auditum. cp in oculis existere, statim linga introrsum cum faucibus sanguinolenta visebatur, arctior inde spũs,



spiritus, & cum fœtido halitu meabat, mox sternutatio rauca tisq; prorumpebat, nec diu post labor in pectus, cũ vehementi tussi descendebat, & quũ prę cordijs hæsisset, ea grauiter cruciabat, sequebantur
Apoca- guttæ fellis & humoris, q; a medicis dicuntur Apo
tharses. catharses, & ipse cum ingenti cruciatu, plerisq; inanis singultus incedere, acrem spasmum cientes. Ex terius interim corpus, neq; feruidum tactu, neq; pallidum, sed subrubrum, fuscũ, minutis pustulis ac papulis scatens. Interius autem ita ardebat, vt neq; perquã tenuia vestimenta, aut sindones, neq; aliud quippiam cę nuditatẽ ferre posset. Iucundissimum erat in gelidam aquam se ipsos immergere, quo cõtigit vt plerisq; incustoditi in altissimos se puteos deiecerint, inexhausta siti adacti, quanquã perinde erat nimis ac parce bibere, neq; somnis interim vllaue membrorum quies aderat, neq; morbo inuaiescẽte membrorum langor vllus sentiebatur, sed corpus opinione hominum par morbo resistebat. Plurimi intra septimũ & nonum diem, vitalibus ardore exustis, necabantur, adhuc aliquid roboris habentes, nec si quis discrimen illud dierum euasisset, continuo pro seruato haberi, nonnullis pereuntibus, vtero, vi grassantis morbi, acriter conuulso, languoreq; ex ipso profluuio inducto peruagabatur vniuersum corpus terra lues, a qua alioqui pernicissima si quis cõualuisset, quanta vis eius esset membrorũ detrimenta demonstrabant, ad verenda manuumq; & pedum extrema morbi violẽtia prorumpebat, quibus amissis nonnulli seruabantur, quidam & oculis postremo capti sunt, nonnullos morbo seruatos, omnium ferme rerum cepit obliuio, vt sui quidam ipsorum obliuiscerentur. Illud quidẽ memorabile, cp quum multa corpora insepulta iacerent, alites quadrupedesq; ea non attigerint, aut si quæ id temere fecissent simul periere, manifesto argumento maleficij & veneni, quod in morbo fuit. Accidit & aliud non minus mirum & insolens, quod vni proficiebat, officiebat alteri, quo euenit, vt quum per incuriã multi perijssent, alij nõ pauci nimis diligenti curatione sint absumpti, vulgari morbus ministerio, ita vt multæ domus vacuæ factæ sint, plerisq; in vijs destituti expirabant, circa fontes & puteos multi aquæ desiderio semineces volutari, & hæc Athenis. Liuius anno postquam Au. Posthumius dictator Voscos & Equos vicit, cuius dictatura incidit in primos Peloponnesiaci belli annos, vt Gellius colligit, teterrimo morbo, qui & ipse attractu vulgaretur, Romæ laboratum prodidit. Cæterum hoc genere, an diuerso, neq; ipse explicat, neq; quid ego super ea re affirmare possim, habeo. Thucydides autor est, eam cladem Peloponnesum non attigisse. Duplici ergo malo Athenienses vno tempore impliciti, domi forisq; laborare, dum enim in vrbe vulgo morerentur, Peloponnenses late Atticam populabantur. Athenienses, vt priore anno, sic media hac clade, centum triremibus instructis, hostium terram inuasere, Chijs & Lesbijs cum nauibus quinquaginta comitantibus, profectus est cum classe Pericles, penes quem totius fuit belli summa, quum adhuc hostes in Attica essent.
Epidau Primo itaq; Epidaurẽsem agrum populatus est,
rus. Fuit & Epidaurus oppugnatione tẽtata, inde Troezeniam oram Helladem & Hermionidem pari clade affecit, Prasias in Laconia agro prius vastato vi cepit, & diripuit. Domum inde classis reducta, quum iam hostis Atticę finibus excessisset. Tenuit itaq; morbus quandiu Peloponnesiacus exercitus in Attica fuit, classisq; domo abfuit. Eadem æsta-
Pericles odio habetur.
te qua Pericles Peloponnesiaca fuerat expeditione vsus, altera classis Angone Niciæ & Cleopompo Cliniæ ducibus in Thracia contra Chalcidenses, qui eam terram incolebant, & Potideatas, qui adhuc obsidebãtur, profecta est. Erant in ea quatuor milia militum, & equites. CCC. Vbi nauium præfecti Thraciam tenuere, Potideam machinis cum exercitu admotis expugnare sunt adorti. Sed neq; conatus hic, neq; recentior vllus apparatus processit interueniente morbo, quo paucis diebus sunt mille & amplius consumpti, sic infecta re classis domum est reuersa, relictis ad obsidionem Potideæ copijs, quæ ibi ab initio fuerant. Athenienses morbo & agrorum populatione affecti, damnato bello, animos ad pacem inclinant, & vt Pericle inuito ita non renitente ob metum populi. Legati, qui de pace agerent, Lacedæmona sunt missi, qui quum re infecta domum venissent, tum palam vulgi odio in Periclem exarsere, palam incusabatur, cp pernicioſi belli autor extitisset, illi omnem cladem domi forisq; acceptam referre. Cernens ille præsentem rerum statum multitudini nõ placere, ciuium iram leniturus in medium processit, ac pro concione fari exorsus, incidisse se testatus est in multitudinis odium, neq; nouum sibi, neq; inexpectatum, quippe qui iam multo antea præuidisset, dixisseq; etiam ita euenturum, vt si quid præter spem eo bello accidisset, omnem publicæ priuataeq; cladis culpam penes se futuram. Sed videretur ipsi cui viro irascerentur, qui, quod sine arrogantia diceretur, prudentia non vulgari, consilio, continentia, & quod omnium maximum esset, charitate & studio erga patriam, nulli Athenien siũ esset secundus, quum nõ omnium præuidere esset, quæ in rempublicam forent, ac si qui viderent me tuq; aut gratia dicere nollẽt, perinde esse ac si nesciret. Nec satis esse etiam in futurum prospicere, nisi quæ præuisa essent dicendi facultate persuadibilia fierent. Quæ virtutes si pecuniarum cupiditate vincerentur, non solum non vtiles reipublicæ forent, sed funestæ etiam, valdeq; pernicioſe. Quibus vitijs si quis liber esset, naturaq; & studio eas esset virtutes consecutus, quas ipse ad id tempus inoffense coluisset, ipsecq; Athenien sis populus in se probare esset solitus, merito is suis ciuibus nõ iniucundus haberetur, quod quum adeo verum esset, mirari se aiebat quid esset, cp ita in se ciuitas odijs fæuiret. Viderent igitur, ne priuatæ cladis dolor pluris apud eos, quam publica commoda valerent. Neq; vsqueadeo dolendum, quia Atticus ager bis hostem tulisset, imperio maris incolumi, quod necessario finiendum erat, si bellum declinare voluissent. Stultum præterea esse persuasum habere, bellicis temporibus nullos aduersos casus ferendos. Enimuero vt diuitiæ alumnæ pacis essent, ita bellorum clades & inexpectatæ calamitates. Oportere iandudum Peloponnenses ipsos qui maritima incolerent belli pœnitere, si priuata damna publicæ dignitati præferrent: quippe qui tantum abesset, vt de pace cogitarent, vt ne petitam quidem essent hostibus concessuri. Nec quia cladem domi accepissent, id bello potius quã Deorum iræ referendum. Cætera talia esse, vt si vnquam alias bellãdum censuisset, tum præcipue constanter cp censeret, vel in primis, cp imperij causa id bellum susceptum esset, quod vt assumere inuidiosum sit, ita deponere haud periculo careat. Nec dolori aut odio cedendum, quando vtrunq; subire oporteret eos, qui alijs vellẽt imperare. Hac ille hortatiõe vsus, qua erecti Athenien siũ animi,

omni mentione pacis excluſa, aliquanto impenſius ſuſceptum bellum inſtaurare ſunt adorti.

## MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS TERTIAE, LIBER VI.

POTVIT Pericles a metu ciuitatem ad belli ſtudium reuocare, offenſam effugere nõ potuit, reſidua multitudinis ira pecunijs mulctatus, aliquãdiu publi. adminiſtratione abſtinuit. Cæterũ haud multopoſt magno omnium conſenſu in eam reſtitutus, paucis diebus vita deceſſit, altero Peloponneſiaci belli nondum anno circumacto, quã æſtate Lacedæmonij cum centum triremium claſſe ſunt Zacynthum ingreſſi, ſedet inſula cõtra Elidem, erantq; Zacynthij Achæorum qui intra Iſthmum ſedes habuerunt coloni, ſed Athenienſium ſocij eo bello facti. In terram igitur hoſtes egreſſi, quum inſulanos ad ſeditionem compellere nequiuiſſent, agro hoſtiliter violato, retro abierunt, & ne non omnia ad Atticas opes euertendas Lacedæmonij experirentur, ſub eius eſtatis exitum legatos ad Artaxerxem in Aſiam miſerunt, qui ab eo ſocietatem & pecuniam in vſum belli peterent, & vt iter per Thraciam facientes, Sitalcem tentarent, an ab Athenienſium abduci poſſet ſocietate. Erat cum his Ariſteus Corinthius, Timagoras Tegeates, & Pollis Argius ſuo nomine ad regem iturus, quos Helleſponto in Aſiam traiecturos Sadocus Sitalce filius Athenienſium legatorum qui tum forte in Thracia erant ſuaſu, oppreſſit, vinctoſq; Athenas miſit. Fuerat Sadocus iam antea ab Athenienſibus in ciuitatem aſcitus, gratificariq; ob eam rem illis plus quam ſocium decebat. Legati in Atticam adducti, publico Athenienſium decreto interfecti ſunt, & in foueas deiecti, ſicq; Athenienſes ſuorum ſunt cædem vlti. quos in onerarijs nauibus captos ſub initium belli Lacedæmonij necarant, inſepultoſq; abiecerant. In Ambracia quoq; ab ijs, qui in partibus erant, nonnihil eſt interea bellatum. Fuit in eo terræ tractu circa Iſthmum, qui & ipſe Ambracius dicitur, vrbs vetuſta Argos, quam Amphilocus Amphiarai filius ex Ilio reuerſus condidit, eam Argiui & Barbari locorum indigenæ aliquot ætatibus tenuere. Procedente deinde tempore Ambraciotæ Græcis vrbe eiectis ſoli mœnibus potiti ſunt, Amphilochij ad Acarnanes ſe contulerunt, quorum & Athenienſium opibus fręti amiſſam olim vrbem receperunt. Odere iam inde ſeinuicem ob ea quæ acciderant, Argiui & Ambraciotæ, qui vt amiſſam vrbem iterum ſibi vendicarent, ſub id tempus, quo Legati ſunt Athenis interfecti, ex Ciconum gente aliſq; circumiectis Barbaris, auxilia contraxerant, quibus ſubnixi quum aliquandiu vrbem fruſtra oppugnaſſent, omnem Amphilochium agrum ferro ſunt & igni populati, æſtateq; per hæc circumacta, quum iam hyems appeteret, viginti Athenienſium naues Phormione duce Peloponneſum preteruectæ, circa Criſſeum ſinum ſibi ſtationem delegerũt, quod facere iuſſæ fuerant, nequa hoſtium nauis Corinthum curſum tenderet, aut inde alio abire poſſet, ſex aliæ in Cariam Lyciamq; ad pecuniam exigendam profectæ, quarum dux Meleſander in Lyciæ continentem egreſſus, prælioq; a locorum incolis exceptus, cum magna ſuorum parte obtruncatus eſt. Sub id tempus Potideatę, qui ab initio belli ad eam diem obſidionem pertulerant, quum nullam ſpem in Peloponnenſium auxilijs haberent amplius, neq; enim illorum in Atticam terram expeditionibus laxamenti quicquam ab attenta Athenienſium obſidione ſenſerant, fame inſuper & rerum omnium inopia adeo cõfecti, vt quidam mutuo ſe depaſti dicerentur, his ſe conditionibus dediderunt, vt viri cum ſingulis veſtimentis, mulieres binis, certaq; ad viaticum pecunia egreſſi, vrbẽ Athenienſibus relinquerent. Emiſſi itaq; ex fide in columes, in Chalcidis regionem abierunt. Nec duces reprehenſione caruerũt, q; priuata non publica autoritate quicquam ſuper ea re pacti cum hoſte eſſent. Cæterum lõgioris obſidionis tædio adacti, quippe quæ ad duo talentorum milia decoxerat Athenienſibus, nihil minus qui bellum diutius trahi malebant. Potideam ex Athenis miſſi ſunt, qui vrbem incolerent. Tertio deinceps belli anno ineunte vere Peloponnenſes, Attica expeditione omiſſa, Plateas in Bœotia, Archidami Lacedæmoniorum regis ductu, ſubito bello adorti, quum caſtris haud procul vrbe communitis agrorum populationi imminerent, Plateenſium legati ad Archidamum venere denunciantes, parum ex Lacedæmoniorum dignitate fieri, q; nulla ipſi iniuria laceſſiti, in Thebanorum gratiam eam vrbem armis circunſediſſent, quam Pauſanias & eorum patres, qui Medos illis ipſis locis vicerant, liberam ciuibus reſtituiſſent. Iuſſi vtab Athenienſium ſocietate diſcederent, nec in partibus eſſent amplius, ſi a ſe & ſocijs hoſtilia pati nollent, quum ad id deliberandum aliquot dies legati petiſſent, dum Athenas mitterent, vbi inde reſponſum eſt Athenienſes auxilio affuturos interim cauerent ipſi, ne quid ex fœdere mutarent, placuit ex muris reſponſum dari, omnia priùs pati male Plateenſes, quam fœdus quod cum Athenienſibus haberent violaturi eſſent, præſertim quum liberi & vxores in Athenienſium poteſtate manerent. Ad ea Peloponnenſes irati, primo agrum populati ſunt: inde vrbem corona cingunt, valloq; circundant, ne quis eorũ, qui incluſi mœnibus eſſent, euadere in apertum poſſet, materiaq; ex proximo Cytherone comportata aggerem aduerſus vrbis muros erigunt. Plateenſes & ipſi ea parte lateribus domeſticaq; materia corijs palliſq; contra miſſilia prætexentes, altius educunt, inde cuniculo ad hoſtium operas inſinuati, humum occulte ſubtrahere, mirari primo milites operarij, quid eſſet q; tantum congeſtæ materiæ explere opus nequiuiſſet, illude bantq; per hæc Plateenſes hoſtẽ, nec exiguum illi interea negocium facere, cæterum diffiſi ſuæ paucitati, alium interiori parte murum lunari ſpecie excitant, vt ſi exteriorem poſtremo tueri nequiuiſſent paratum haberent profugium, vnde ſe tutius tuerentur, machinas præterea ex aggere, ad diſturbandos muros propius admotas, quum valide oppidani diſcuſſiſſent, igni petiti ſunt, tota aggeris materia in proximam murorum foſſam a militibus deuolta, atq; ſubito incenſa, tantum flammarum excitauit, quãtum ad id tempus hominũ opera, quod proditũ eſſet, nunquã. Fumo primũ mox æſtu Plateenſes coacti, ea parte muros deſtituere. Nec dubiũ fuit cuiquam, ſi ventus quẽ affuturum ab initio Peloponnenſes ſpectauerant, ſub id tempus ſpiraſſet, vrbẽ ipſam incẽdio correptã nõ capi ſolum

Periclis interitus.

Laced. legati interficiũtur.

Argos.

Amphilochiũ.

Phormio Atticæ claſſis dux.

Meleſandri interitus.

Potideatæ deduntur.

Plateenſium verba ad Lacedæ.

Lacedæ. opera circa Plateas.

Incendium.



ſolum, ſed deleri etiam eo die potuiſſe. Verum non modo non affuit, ſed quod prodigij loco haberi potuit ſubitus e cœlo imber, cum fragore & ſtrepitu deiectus gliſcentem in horas ignem reſtinxit. Hac quoq; ſpe fruſtrati Peloponnenſes parte vna exercitus domum dimiſſa, oppidum muro circundant, foſſa ab vtraq; parte deducta, relicto ad murorum cuſtodiam cum Thebanis præſidio. Sub arcturi exortum quod reliquum erat ibi copiarum in Peloponneſum abijt. Quadringenti Plateenſes, cum octoginta Athenienſibus, & centum decem fœminis cætera turba ab initio fuerat Athenas miſſa, obſidionem deinceps tulere. Cæterum dum hæc circa Plateas geruntur, duo milia Athenienſium cum ſociorum appendicibus, Xenophonte Euripidis duce in Thracia, aduerſus Olynthios, ante Spartolum Botticeæ regionis oppidum, dubio euentu dimicarunt, inde vbi ex Olyntho noua præſidia Thracibus affuerunt, Athenienſes compoſito agmine in pacatum abire conati ſunt, inceſſentemq; a tergo, & a lateribus hoſtem aliquandiu ſuſtinuerunt. Poſtremo in fugam acti, quadringentis & amplius amiſſis, Potideam inſigni clade affecti repetunt. Ambraciotæ per id tempus Lacedæmonijs perſuaſerunt, vt claſſem ex ſocijs ad bellum inſtructam, ſibi mitterent, ſtatuiſſe ſe Acarnanes ab Athenienſibus alienare, quibus adductis fore, vt Zacyntho & Cephalenia, nullo maiore negocio potirentur. Prius Peloponneſiaca claſſis in alteram Criſſei ſinus oram tranſiretauit, quam Phormio, qui erat circa Naupactum cum viginti nauib⁹ vllum hoſtium motum ſentire potuiſſet. Ibi Cnenius Corinthiorum dux, nauibus relictis, per Iſthmum ad hoſtem iter fecit. Ambraciotæ Leucadij & Anactorij præſto illi affuere, & cum his Chaones & Theſprotæ ſine regibus agentes, Moloſſi, Oreſtæ, & a Perdicca auxilia occulte miſſa. His fręnus auxilijs Cnenius Corinthius Acarnanum fines ingreſſus, Stratum præcipuam eius gentis vrbem inuaſit. Tenere ſe muris Acarnanes tantis hoſtium viribus impares, nec Phormio auxilio adeſſe iuſſus, Naupactum relinquere eſt auſus, veritus ne ſe abſente ab hoſte occuparetur. Tripertito Cnenius Stratum verſus mouerat, erantq; Caones dextro latere, qui ſua ferocitate fręti, priuſquam caſtra facerent experiri ſtatuerunt, an vrbem primo acceſſu poſſent irrumpere. Clamore igitur ſublato, quum ad vrbem incompoſiti accederent, Straten-ſes ſubita eruptione ex oppido facta, velut in inſidias lapſos, modico negocio fundunt fugantq;, a longiore inſectatione paucitati ſuæ diffiſi abſtinuerunt. Chaones fuga ad ſuos delati, aliquam omnino trepidationem attulere, eaq; turbatio cauſam præbuit eodem quo proceſſerãt loco, ſtatiua habendi. Noctu Cnenius ad Anapum amnem octoginta ſtadijs a Strato diſtantem ſe recepit, vbi claſſem expectare conſtituit, quæ per eos dies, quibus ad Stratum male fuerat pugnatũ, in Criſſei ſinus angultijs, cum Phormione conflixit. Habebat Phormio naues viginti cum hoſtium ſeptem eſſent & quadraginta, valuit in eo conflictu plus virtus quam numerus, ſuſi fugatiq; Peloponnenſes duodecim nauibus amiſſis Patras & Dimen ſeſe turpi fuga receperunt. Culpati ſunt nauium præfecti, q; ſui tyrocinij immemores veteranæ Athenienſium claſſi, claſſiarios rei maritimæ rudes certamine obieciſſent. Decernuntur igitur plures in ſupplementum naues, qua fama Phormio percuſſus Athenas cum nuncio victoriæ mit-

Extinguitur.

Ambraciotarũ conſiliũ.

Corinthiorũ expeditio in Acarnanes.

tit, qui populum doceret, maiore nauium numero opus eſſe ſi hoſtium conatibus iri obuiam velint. Viginti itaq; naues Athenis in ſupplementum decretæ, paucis diebus ad Phormionem venere, quibus iuſſus eſt in Cretam contra Cydoniatas traijcere, quos Nicias Gortinius Athenienſium amicus facile ſubigi poſſe affirmabat, ſi in inſulam tranſmitteretur. Phormio vbi in Cretam venit Cydonienſem agrum populatus ob aduerſam tempeſtatem plures ibi dies eſt commoratus. Peloponnenſes interea claſſem maiorem in modum aucta iterum in Acarnanes mouent, & iam Phormio ex Creta reuerſus exteriorem Molycriti promontorij partem viginti nauibus inſederat. Eſt Molycritum ad os Criſſei ſinus Peloponneſo ad ſeptem ſtadia propinquum, tantum nec amplius patet ibi fretum. Hoſtes & ipſi Chaicum, quod Molycrito ex aduerſo reſpondet, cum ſeptem & ſeptuaginta nauibus ſubiere, nec interim, aut hi anguſtias egredi, aut illi occupare audebant, vtricq; alteros formidantes. Poſtremo Peloponnenſium duces ſua multitudine fręti, pudore etiam affecti, q; quum multo maiorem ipſi haberent claſſem, cum hoſte congredi non auderent, iterum mari cõfligere ſtatuunt. Cæterum ſuorum animos, vna infelici pugna collapſos tempeſtiua oratione erigunt, culpa eius cladis in ducum temeritatem reiecta, q; claſſem nõ ad prælij, ſed ad traijciendũ exercitum cõparatam, hoſti rei maritimæ aſſueto, ex improuiſo obieciſſent. Alio tunc longeq; diuerſo apparatu dimicandũ, alijs ducibus, alio cõſilio. Nec quia hoſtes eſſent rei maritimæ periti, propterea formidandi eſſent, quippe qui ſua ſponte perculſi, metu quietã ſtationẽ in proximo haberẽt, artem citra præſentiã animi inter agendũ parũ prodeſſe. Metũ memoriã excutere, efficereq;, vt in medio periculo nihil valeat artificium. Magnæ igitur illorũ experientiæ, magnã audaciam opponi oportere, quæ ſi pugnæ affutura eſſet viciſſe Peloponnenſes, quod eã priore pugna ducũ temeritate pactum eſſet, futurũ, vt ipſi qui tum rei ſummæ præeſſent cõſilio, maturitate, experientia, corrigerẽt. Præſenti igitur eſſent animo gubernatoreſq; & cæteri nautę ſuum quiſq; munus exequeretur, nõ locũ, nõ ordinẽ deſerẽtes, cætera quę ad victoriã pertinerẽt duces ipſos mature oĩa prouiſuros, quippe qui audaces & ſtrenuos præmio proſecuturi eſſent, timidos & deſertores ignominia & ſupplicio affecturi. Huiuſmodi verbis Peloponnenſiũ duces ſuos ad pugnã cõcitarunt. Phormio diuerſarum viriũ non ignarus, eaq; fama ſuorum animos labare ſentiens, concione aduocata, mirari ſe vehementerq; indignari teſtatus eſt, q; animaduerteret eos qui nuper victi eſſent: quum nihilo interim meliores fieri cõtigiſſet, tantopere a victoribus timeri, vt non tam qui eſſent ij, cũ quibus iterũ confligendũ eſſet, q; quo apparatu in prælium procederent intuerentur, quaſi vero parum cõpertum haberent, nullã tam numeroſam Peloponnenſiũ claſſem occurſurã, quã vel minima Athenienſium quod ſæpe accidiſſet, nõ facile eſſet ſuperatura: quin reminiſcerentur potius, non nauiũ carinas, non remos, non amplu ſtra, ſed animorũ robur, dextræ prõptitudinem in prælio valere. Habeant illi inquit lignorũ multũ, multũ telorũ, modo plus animi ſit & virtutis apud Athenienſes. Vnum illud a ſe edici, ne in arctũ ſe redigi paterentur, in quo multitudo haud dubie eſſet præualitura, qui nauiũ agilitate fręti eo ordine quo in procinctu ſteriſſent ſignũ obſeruarẽt. Se ab initio & poſt contractũ prælium monſtraturũ, quid facto opus

Molycritum.

Peloponneſiacorum ducũ adhortatio.

Oratio Phormionis ad ſuos.

opus esset. Irent igitur, & quando neq; sibi vires, neq; consilium defuturum esse, animo proponerent, fore, vt eo die aut Athenienses Lacedæmonijs, aut illi Atheniensibus maris possessione perpetuo cederent. His suos Phormio hortatus, quum animaduerrisset hostium classem ex sua statione moueri, & iam alterum cornu Naupactum versus inclinare, veritus ne oppidum sine præsidio, ab hoste interciperetur, dextrum littus secus terram legere occœpit. Hostes Atticam classem eo progressam intuiti, vt iam vndiq; inuadi posset, clamore repente sublato, cornibusq; patefactis procurrunt, vndecim Atticæ quæ præcesserant metu in altum euasere, cæteræ ab hoste circunuentæ partim captæ, partim corruptæ sunt. Reliquę naues, quæ hostem fuga præuerterant, Naupactum adeptæ, obuersis repente proris prope Apollinis templum ad pugnam, si hostis eo annauigasset, sese interim expediebant. Harum vna quæ segnius fugam præceperat, vbi in conspectum suorum venit paululum circumacta Leucadiam vnam quæ proxime sequebatur ex transuerso inuecta vehementi impulsu depressit, qui inopinatus casus Peloponnenses, iam Pæana canentes, non mediocriter turbauit. Inde tumultuose connixi, vt portum tenerent, locorum inscitia, in breuia naues adegere. Quam insperatam hostium collu&tationem Athenienses intuiti, consestim portum egressi, multa trepidatione implicitos ferociter inuadunt. Continuo fuga secuta est, & qui nuper vicerant, vi sui in pristinam stationem, sex nauibus amissis, turpi se fuga corripuerunt. Vtriq; suum statuerunt Tropheum. Athenienses circa Naupactum, vnde hostem non depulerant solum, sed porro etiam fugarant. Peloponnẽses in Achaico promõtorio, ob naues quas sub initiũ pugnæ circa littus oppresserant, & æstas illa per hęc exacta est, Cnenius & Brasidas Pelopõnensium duces Pyreum, Megarensibus id suadentibus, inopinato accessu occupare statuunt, nec eũ præsidio vllo tenebatur, nec locus alioqui humano erat opere munitus, ex Corintho nautæ, cũ singulis remis, sunt Megaram pedibus ire iussi, inde ex Nysea Megarẽsium nauali. XL. nauibus in mare deductis, noctu Athenas versus tacito cursu contendunt. Cæterum neq; vetus illis affuit, ipsiq; circa promontorium, quod Salaminem respicit, sua sponte commorati, tribus Atheniẽsium nauibus, quæ ibi ad Megarensium incursus arcendos forte stationem habebant, ex improuiso oppressis, Salaminem cursum deflexere, vnde nocturna flamma Atheniensibus est significatum, hostes aduentare, continuo & multa cum trepidatione est ad arma conclamatum, nauesq; præpropere in portum tumultuose deductas voluntaria iuuentus conscendit, præsidio inde ad Pyreum relicto Salaminem ire contendunt. Hostes vbi suum accessum patefactum senserunt, & ex Athenis præsidia adesse, suis viribus diffisi, Salaminem peruagati, tribusq; nauibus, quæ ad Budorũ erant abductis, Nysiã reuersi sunt, Pyreũ iam inde Atheniẽses intentius custodiuere claustris ad introitũ oppositis. Sub id tẽpus quo hæc in Græcia gesta sunt, Sytalces Odryses Terei filius bellũ Perdicæ Macedonum regi intulit, illati belli prætextus illi fuit, q̃ sua opera Atheniẽsibus recõciliatus, Philippum fratrem Amynthæ filium, vt fuerat pollicitus, in regnum ad id tempus non receperat, intulit & Chalsidensibus, qui Thraciam incolunt, ita enim ex fœdere Atheniensibus promiserat, vt eam gentem bello adoriretur. Cum Philippo igitur Amynthę filio, & omnibus Thracum gentibus quæ inter Aemum montem incolunt & Rhodopen, Hellesponto & Euxino tenus, ad Istrum vsq; fluuium, & Strimonem rursus amnem, qui in Scomio monte ortus regnum ad septentrionem terminat, & qua Oscius amnis ex inculto monte Rhodope vicino oritur, vnde Nestus & Hebrus defluunt, qui ad occasum id regnum ambiunt. Quibus finibus lõge lateq; Thracia euagata decem dierum itinere ab Abderis ad Istrum patet, tantundemq; a Bizantio ad Leeos qui supra Strymonem fluuium incolunt. Ex hac itaq; terra, Sytalces quum ingentem, Sytalces coegisset exercitum in Macedoniam per fines sui regni est ingressus. Thucydides autor est, habuisse eum sub signis ad centũ quinquaginta hominum milia, quorum tertia pars equitatu constaret. Primo igitur Syralces loca, quæ philippi fuerant, recepit. Inde Ebdomenes Gortynia, Atlanta, & alia quædam oppida, ob Amynthæ amicitiam, cuius Philippus erat filius, vltro in fidem venere. Europum expugnare non potuit. In reliquam inde Macedoniam ingressus Bottiçã, Pieriã, Mygdoniã, quæ regio trans Axiũ Strymone tenus discurrit, Grestoniam & Anthemuntem populatus est. Nec ita multo post Sytalces Chalcidica, terra & Bottiea vastatis, a Seuthe Spardoci filio patrueli fratre, cui Perdicas occulte Stratonices sororis nuptias ob hoc ipsum cum grandi pecunia promiserat, persuasus, hyemeq; insuper ineunte in regnum cum exercitu est reuersus, vno duntaxat iniecto, potiusquam gesto cum Macedonibus prælio, qui quum pauci multitudine obruerentur, facile cesserunt. Et hæc a Sitalce in Macedonas & Chalsidenses gesta. Phormio & qui cum eo erant ad Naupactum, eadem hyeme, cum cohorte vna Messeniorum, alteraq; classiariorum in Acarnaniæ mediterranea hostiliter eruperunt, hic ex Strato, Corontis alijsq; oppidis ambiguæ fidei ciuibus eiectis, Ofinadas solos omnium Acarnanum hostes hibernis pluuijs eorum terrã Achelöo restagnante, inuadere nequiuere. Oritur Acheloüs in Pindo monte, inde per Dolopiam currens Artos Amphilocos primo, moxq; super Acarnanum campum superne Stratõ vrbem, Oeniadasq; interfuit, mariq; postremo miscetur. Eam terram Alcmeon Amphiarai filius, vt loco non multum diuerso est memoratum, post matrem interfectam tenuit, estq; terra ipsa ab Acarnane eius filio nomen adepta. Inde Phormio ad prima veris signa, est cum classe Athenas reuersus, exacto iam tertio Peloponnesiaci belli anno, in quod triennium incidisse mihi videtur, vt supra testatus sum, siccitas illa insignis, quæ Au. Cornelio Cosso, & Quintio Pœno Romanis consulibus in terra Italia Liuius laboratum scribit. Biennio Postquam Posthumius dictator Equos & Volscos ad Algidum, ingẽti prælio superauit, in quo bello filium, quia contra imperium in hostem dimicasset, ab eo interfectum fama ad posteros manauit. Annus igitur qui eam cœli intemperiem secutus est C. Seruiliũ Halam, & L. Papyrium Mugilanum Ro. consules habuit. Bellum Veientibus his cõsulibus indictũ, q̃ priusquam inducię exijssent, quas ad Nomentũ & Fidenas victi suppliciter petierant, rebellasseint. Bellum ipsum gessere non consules, sed Tribuni militum consulari potestate in sequentem annum creati, T. Quintius Pœnus, C. Furius Martiꝰ Posthumius, & Au. Corneliꝰ Cossus, qui ad vrbis præsidiũ est relictus, tres ad bellũ profecti, quũ his nihil in re bellica administranda cõueniret, sed diuersum singuli tenderẽt, viam hostibus ad victoriam

Phormionis spes ratio.

Athenẽ. vincuntur.

Laced. & socij vincuntur.

Achelöus fluuius.

Vñ Acarnania dicta.

Cõsules.

Tri. con. potestate



Ro. vincuntur.

riam fecere. Fusæ ibi fugataeq; Roma. legiones, & quod turpius adhuc fuit, castris sunt ab Hetruscis exutæ, manifesto documento parum vtiliter rem bellicam multiplici imperio administrari. Ferre id ægre ciuitas, vincere non vinci assueta, odissecq; Tribunos ignominiæ aurores. Placuit itaq; consestim dictatorem dici. Au. Cornelius, qui in Vrbe erat, Mamercum Aemilium dixit, a quo ipse magister est equitum ascitus. Iactare interea Veientes suã victoriam, toraq; Hetruria missi, qui populos ad defectionem solicitarent. Nulli Hetruscorum suas res integras cum dubia Veientium fortuna publice iunxere. Voluntarios quidem plures, prædæ cupidos, bene gestæ rei fama temere ad id bellum traxit. Soli omnium Fidenates ciuitas ad rebellandũ nata, colonis, quos eo biennio acceperãt, fœde truncidatis, velut bellũ nõ nisi a scelere inchoari oportuisset, ad Veientes defecere. Fidenas locum ad rem gerendã belli sedem hostes legunt, eo itaq; Veientes, Tyberi traiecto, omnem bellicum apparatum cõtulere. Ro. interea, vbi post aduersæ pugnæ nuncium haud mediocriter fuerat trepidatum, nouus delectus habitus, & ante Collinam portam castra fuerant locata, armati in muris dispositi, iustitium in foro, Tabernæq; dictatoris edicto clausæ. Nec prius metus ille est discussus, quã dictator pro concione ciuitatem increpuit, quæ Veientẽ septies victum, & Fidenas pene sæpius captas q̃ oppugnatas, ob vnam aduersam pugnã, quę magis ducum discordia, q̃ aut exercitus ignauia, aut virtute hostium, male pugnata esset, ita animum abiecisset, vt nõ memor esset eosdem Ro. eosdem hostes, qui per tot annos fuissent, eosdẽ animos, easdem corporum vires, eadem tela gerere. Se quoq; eundẽ dictatorem Mamercum Aemiliũ esse, qui Veientium & Fidenatium exercitus, adiunctis etiã Phalisc̃is, ad Nomentũ aliquãdo vicisset. Eundem magistrũ equitũ Au. Cornelium qui Tribunus militum Tolumniũ Veientiũ regem, in duorum exercituũ conspectu peremisset, peremptũ spoliasset, spolia Ferentj Iouis templo intulisset. Secum itaq; triumphos esse, opima spolia, victoriã. Cum hostibus, Legatorũ scelus contra ius gentiũ interfectorũ, Colonorũ cędẽ, inducias & violata fœdera, quin irẽt, & alacri animo arma caperent, certo scire se gaudium illud, ex ignominia Ro. exercitus, perbreue hostibus futurum, intellecturumq; populum Ro. quãto de repub. melius sint meriti, qui se tertio dictatorem dixerint, q̃ qui ob adẽptum censuræ regnum secundæ suæ dictaturæ labem imposuissent. Tantũ Mamercus pro concione affatus, inde ad hostem egressus, castra citra Fidenas locat, dextra montibus, læua Tyberi amne septus. T. Quintius Pœnus legatus, cum expedita militũ manu, montes est circuire iussus, occulteq; iugum quod hostibus a tergo imminebat capere. Ipse vbi postero die illuxit tantisper cunctatus, dum exploratum haberet iugum a Quintio insessum, magistrum equitũ ad se accersitum, iubet cum toto equitatu intẽtum signũ expectare, quando in hostem impetum fieri oporteret. Tum eo accepto, regiæ pugnæ memor, optimi doni, Romuliq; ac Iouis Feretrij pugnam capesseret. Hæc præcepit, simulq; pedestrem aciem pleno gradu in hostem concitat, confligunt ingenti animo inter se legiones: Ro. odio plenus impium Fidenatem appellat, Veientem prædonem inducriumq; ruptorem, perfidos socios, & imbelles hostes clamitans, dictisq; simul odium suum & iram explet. Eratq; haud dubie a primo congessu res Ro. superior, quum ex Fidenarum portis noua erupit acies, qualem ad id tempus Ro. nemo viderat, ignibus instructa multitudo, phanatico cursu concitata, ardentibus collucens facibus, velut amens in prælium ruebat. Exterruit non nihil Ro. militem insueta pugnæ facies. Tum dictator magistro equitum dat signum, & Quintius e montibus accitus a tergo hostem cum clamore inuadit, ipsecq; ante alios in sinistrum cornu deuolans, vbi maior ad nouam flammarum speciem ingruerat terror, irrumpens militem inter pugnæ fugæq; consilium ancipitem longe increpat. Fumo inquit milites velut apes victi loco cedi tis, non ferro extinguitis hos ignes, nõ faces ipsas hostibus ademptas in eorum perniciẽ vertitis, fusisq; flammis sceleratam vrbem conficitis, quin ite & Romani nominis vestræq; virtutis memores, ipsam aciem impellite, impulsam prosternite: Fidenas quas nullo beneficio placare potuistis, funditus delete. Hoc legatorum manes, vestro rumq; cædes Colonorum, vastati fines a vobis milites contendunt, pieq; efflagitant. Ad hæc dictatoris verba acies commota, faces partim ab hoste emissas, partim vi manibus extortas corripiunt, breuiq; vtraq; acies armatur igni, fumus passim sublatus, puluisq; fumo mixtus omnium rerum prospectum adimit. Huc Romanus eques temere inuectus, frænis equo, ad liberiorem cursum, magistri equitum iussu detractis, stragem dedit hostium ingẽtem. Auditus interim aduersa parte clamor: nam & Quintius dictatoris signo accersitus aderat, vtraq; aciem perculit. Mamercus fuorũ esse clamorẽ illũ clamitans, qui a tergo hostẽ a se circũuenire iussi essent, crescit ab Romanis animus, atq; multo fortius hostẽ degrauãt. Contra Hetrusci qui Romanã vim a fronte iãdudũ vix ferre ponterant: vbi a tergo se circũueniri sentiunt, abiectis armis, quia ad montes Quintianos iter fugæ nõ patebat, fluuiũ petunt: Fidenates per suorũ castra cursum ad vrbem intendũt, passimq; ab Romano equite, qui e vestigio aderat, cædũtur: multaq; cũ strage ad vrbem refugiũt. Veientes quorũ fuga ad fluuiũ inclinauerat, partim in ripis fluminis oppressi, partim Tyberim trãsnare adorti, mediis aquis, vel lassitudine nimia, vel armorum onere periere. Fidenates hostẽ secum ad vrbẽ traxere: adeoq; mixto agmine portis inciderũt: vt vna ciuis, hostisq; vrbẽ irruperit. Tum Romanus repente muros occupat: indeq; capti oppidi sublato signo, dictatorẽ, qui castra hostium iam erat ingressus, ad vrbẽ cũ toto exercitu excluere. Romanus Fidenis potitus, consternatam multitudinẽ, in arcẽ se recipere conãtẽ, passim obtruncat: nec prius cædẽdi est finis factus, q̃ abiectis armis Fidenates, nihil præter vitã petẽtes, dedunt. Vrbem & castra dictator suis diripiẽda dedit. Postridieq; triũphans reduxit victorem exercitum, castrensi vrbicaq; præda opulentũ, iussoq; magistro equitum se prius abdicare, ipse dictaturã deposuit, sexto decimo die ab eo quo magistratũ iuerat, quidam annaliũ scriptores classibꝰ ad Fidenas pugnatum tradiderunt, cui fidei haud libenter Liuius accedit, fluuialis aluei angustia repugnãte, nisi forte naualia aliqua tum ibi Romano præsto affuissent, q̃ hostiũ fugã impedire voluerint, siq; ob id ipsum nõ nihil circa flumen certatum. Tribuni consulari potestate sequenti anno fuere, Au. Sẽpronius Atratinus, L. Quintius Cincinnatus, L. Horatius Barbatus. Veientibus viginti annorũ, Equis trium, quũ pluriũ petijssent, inducię datæ. Et hæc fere triennio ab Romanis domi forisq; gesta, cui tẽporis spatio respondent, aut certe non multũ diuersa sunt, quæ a quarto Pelopõnesiaci belli anno, vsq; ad principium

Fidenatium defectio.

Hortatio Mamerci

Fuga hostium.

Fidenæ capiunt.

Tribu.

cõptant.

pium ſeptimi, in terra Græcia geſta hinc ordine explicabuntur. Peloponnenſes Archidami regis ductu, ſub initium quarti anni Atticã ingreſſi, vt ſæpe alias, late eam terram populati ſunt. Et Leſbos tota præter Metymnam, ab Athenienſibus deſecit: quadraginta Atticæ naues, quæ in expedito erant, vt Peloponneſi oram populatũ irent, in Leſbum curſum contendere, Cleippide Hodinij filio duce. Is Mitylenæos bis ad pugnam exire auſos, in vrbem cõpulit: inde caſtris duplici muro cõmunitis, inhibitoq; maris vſu, Cleippides hoſtem obſidione fatigat. Interea altera Athenienſium claſſis Aſopio Phormionis duce in Peloponneſum profecta, maritimã Laconiæ oram diripuit. Parte deinceps nauium Athenas remiſſa, ipſe cum cętera claſſe Naupactum profectus Acarnanum auxilijs ad ſe accitis, bellum Oeniadibus intulit, Acheloum nauibus inuectus, pedeſtri exercitu regionẽ populatus eſt: inde pedite dimiſſo in Leucadiam nauigauit, atq; dum forte in Noricum ſe recepit, ab locorum accolis, mutuo ſibi auxiliantibus, cum parte exercitus eſt interfectus. Et hæc in Peloponneſo & Acarnaniæ ora. Interim Mitylenæi legati in Peloponneſum venere, ſocietatẽ a Lacedæmonijs petẽtes, & vt in ſocios reciperentur: quod ante bellũ in Græcia ortũ impetrare nequiuerant. Concilio illis in templo Olympij Iouis dato (nam ita forte acciderat vt Olympiorum diebus eo venerint) agone rite celebrato, placuit frequenti Peleponneſium conuentu eos audiri. Ibi legati dicere exorſi: inde initium ſumpſere, vt initæ cum Athenienſibus amicitiæ cauſa repetita, quæ magis neceſſaria quã voluntaria fuiſſet, eos criminati ſint q̃ præter paucos ſociorum, cętteros ad vnum ſibi ſtipẽdiarios feciſſent. Quæſiuiſſe ſemper ſe occaſionem, prius ab eis deficiẽdi, quam ſe quoq; vt cæteros in ſeruitutẽ redigerẽt. Ad quod ipſum haud dubie Atheniẽſiũ ſuperbia iam inde a prima ſocietate inita, aſpirare non deſtitiſſet. Cæterum dum eorum vires non vſq; adeo inualuiſſent, vt omnino a ſe formidandę eſſent, militaſſe Mitylenæos cum illis, dum nulla adhuc violandæ ſocietatis cauſa ſatis neceſſaria ad eſſe videretur: neq; enim ignari eramus mutuũ metum ad ſocios in fide cõtinendos arctiſſimum eſſe vinculum, quum neuter populorum alteri audeat vim inferre. Verũ enimuero cæteris ſocijs ſubactis quum eorum vires validiores factæ eſſent, quã nobis & cæteris tutum videretur, tum ad vos deſciſcere conati ſumus: ſed a vobis, quia fœdere non licebat, non fuimus recepti. Vbi vero de Græciæ libertate cœptum eſt diſceptari, ſatius duximus vobiſcum communem libertatem tueri, quam in noſtram & aliorũ perniciem, Athenienſiũ opes iuuare: quod quũ ita ſit, iterũ veſtram ſocietatẽ petituri publico huc nomine venimus, orantes ne indigni habeamur, qui a vobis ſocij nominemur, veſtroq; præſidio ab Athenienſiũ iniuria perpetuo tuti ſimus: quod facile fieri poſſe arbitramur, ſi terra mariq; Attică terrã inuaſeritis, cogenturi illi vel inuiti claſſem reuocare, ſi vrbẽ tueri volẽt. Nec Leſbij ſeruati modicã rebus veſtris faciẽt acceſſionẽ, quippe qui ea parte belli opes veſtras præcipue iuuabunt, qua hoſtes ipſi plurimũ pollere exiſtimãtur. Suſcipite nos igitur viri Peloponnẽſes, nec in noſtram aliorumq; perniciẽ patiamini nos Athenienſibus prædæ eſſe, reueriti tẽplũ hoc Iouis Auguſtiſſimũ, in quo fidẽ veſtrã imploramus, reueriti & inuidiã, quæ vos in poſterũ manebit, ſi ſpe quæ de vobis eſt, ſi p̃ſidio ſupplices fruſtratos dimiſeritis. Quin ij potius eſſe quos & Græci vos eſſe cenſent, & quales noſtra fortuna deſiderat & optat. Quæ aut in veſtra fide quieſcat oportet, aut nullo alterius gentis præſidio ſit incolumis futura. Hæc quũ Leſbij peroraſſent, magno oim conſenſu in ſocios ſunt aſciti. Qui vt obſidione leuarentur, Lacedæmonij decreta in Athenienſes terra mariq; expeditione, conſeſtim ad Iſthmum bello inſtructi venere. Contra ſocij oĩa cunctantius agere, legendis fructibus per id tẽpus occupati. Athenienſes nihil eorũ ignari, quę apud hoſtes fiebant, ad oſtentandas ciuitatis opes, centũ naues ad bellũ parauere, quas Pyreo eductas circa Iſthmũ in hoſtiũ conſpectũ dedere: ſignificaueręq; eo apparatu nihil eſſe quod a mari vanas hoſtium minas formidarẽt. Cęterũ quadraginta nauibus, Laconicã orã diuerſa parte populari, quo terrore Lacedæmonij plures dies, ſocios ad Iſthmum fruſtra præſtolati, domeſticis excíti nuncijs retro abierũt. Athenienſes ſub hoſtium diſceſſum cum ſuo apparatu nauium & ipſi domum abierunt. Thucydides autor eſt, Atheniẽſes hoc bello ducentas & quinquaginta naues, vno tẽpore inſtructas habuiſſe. Mitylenæi interea indigne ferẽtes, q̃ Metymnæi cũ cæteris Leſbijs, non ſecũ ſentirent, a terra, quũ ipſi interim a mari obſiderent, bellũ intulere: tẽtata vrbs eſt, quæ quũ expugnari nequiuiſſet, ſuis circa oppidis præſidio firmatis, retro re infecta cõceſſere. Ea hoſtiũ licentia effecit, vt Athenienſes ad Mitylenenſiũ vires coercendas, in Leſbum mille milites cũ Pachete Epicuri filio miſerint, qui in inſulam delati Mitylenem duplici muro qua mediterranea inſulæ ſpectabat, continuo cinxere, caſtellis aliquot per opportuna loca diſpoſitis. Appetebat interea eius anni hyems, quum publica pecunia deficiẽte, Atheniẽſes coacti ſunt tũ primum tributũ cõferre. CC. q̃ ex vrbe tali ẽta coacta. Plateenſes & ipſis diu a Lacedæmonijs & Bœotijs obſeſſi, quum omnifariam cõmeatu iam arctiſſime laborare cœpiſſent, ducenti & amplius pluuia nocte per muros hoſtiũ trãſgreſſi, Athenas incolumes euaſerunt. Qui in vrbe remãſere, multitudine leuati obſidionẽ ferre perſeuerarũt. Lacedæmonij interea veriti, ne Mitylenæi longa oppugnatione feſſi, ad deditionẽ cõpellerẽtur, ſub hyemis exitum Salethũ Lacedæmoniũ in Leſbũ miſerunt: qui per torrentis alueũ, qua hoſtiũ munitiones continuari nequiuerant, Mitylenem ingreſſus, principes ciuitatis affatus, docuit quadraginta naues ex Peloponneſo, haud multo poſt illis auxilio affuturas. Lacedæmonios ad hęc ſtudio parare, vt cum ſociorum appẽdicibus, ſub initiũ veris, Attică popularẽtur. Salethi Acceſſus peropportun⁹ fuit ad Mytilenęos in obſidione continendos: nec ſpes futuri præſidij eos fefellit: nam & promiſſæ naues ſub principiũ æſtatis, quæ annum quintũ belli, quod interea gerebatur, inchoabat, in Leſbum venerunt, & Lacedæmonij cũ ſocijs, Pauſaniæ Plaſtiánactis filij ducẽtu, qui adhuc pupillus erat, Atticam terrã ingreſſi, quicquid ad ſũ tempus refrutícaverat, prioribuſve expeditionibus fuerat intactum, ferro exemerũt. Suntq; tam diu in hoſtico commorati, dum ex Leſbo aliquid, poſt ſuorum illuc appulſum, nouĩ nunciaretur, nihil veriti futurum, vt Mitylenæi ſuorũ acceſſu, terra mariq; obſidione ſoluerentur. Cęterũ quũ nihil inde plures dies nunciatũ eſſet, & iam cibaria ad tẽpus comparata deficerent, Atticæ finibus excedere ſunt coacti. Mitylenæi interim rerum omnium inopia adacti, quia claſſis ex Peloponneſo haud tam cito affuit, Athenienſes in vrbem accepere. Septimo poſt die, quam deditio facta erat, Alcidas claſſis præfectus, ad Enibatum Erythreæ

Leſbus ab Athenienſib⁹ defecit.

Athen. claſſis.

Lacedæ. Mitylenæis ſuppetias eunt.

Leſbiorũ oratio.



Erythreæ cum ſocijs appulſis ibi a Theutraplo Heleo & Ionum exulibus monitus, vt aut Mitylenẽ ſubito a mari inuaderet, aut Cumam in Aeolide aliamve Ioniæ vrbem occuparet, quod peropportunũ foret ad eius gentis ciuitates, quæ vulgo mœnibus carerent, ab Athenienſibus alienãdas, nihil eorum perſuaſus, retro in Peloponneſum fugiens ti ſimilis abijt. Paches Athenienſium dux, Mitylene recepta, Salethum Lacedæmonium, & principes defectionis Athenas miſit. Salethus publico decreto capite mulctatus eſt. De Mitylenæis, poſtquam eſt ad populum relatum, præ nimia in eos ira multitudo non eos tantum qui miſſi fuerant, ſed Mitylenæos puberes ad vnum obtruncandos cenſuit: miſſaq; eſt ad hoc ipſum triremis ad Pachetem cum publico decreto, vt mulieribus & pueris in ſeruitutem redactis, Mitylenæos omnes interficeret. Subit ciuitatem ſtatim tam atrocis decreti pœnitentia: quod vbi ijs qui Mitylenæos ſeruatos volebant, eſt animaduerſum, eorũ legatis ſuppliciter rogantibus, qui poſt deditionem factam Athenas venerant: placuit iterum populũ ad concionem vocari. Tum ibi Cleon, qui vltionis autor erat, multa de leuitate populi queſtus, q̃ in re ſeria, & quæ ad ciuitatis ſtatũ maxime pertineret, tam facile ab paucis, & qui linguã in queſtu, oĩaq; venalia haberent circunſcribi ſe, vtiliq; reipublicę proposito auerti paterẽtur: rem indignam fieri clamitans, ciuitatem imperandi cupidam, ſermonis lenocinia libentius, quam quod verum eſſet audire, oportere oratores qui dicendo oblectarent, in cęteris rebus eloquentiæ vires exercere, non vbi ciuitas paululum demulſa incredibilem faceret iacturam, cenſere ſe Mitylenęos, qui nulla ab Athenienſibus affecti iniuria ad hoſtes deſciuiſſent, morte ad vnum mulctandos, cum vt vltio ipſa in poſterum documento eſſet ſocijs, ne temere talia molirentur, tum quia hoſtili animo illi ſemper in Atticum nomen fuiſſent, ſiquidem ægritudines corporum & languores a medicis facile curari, ingenitis animorum affectib⁹ ſolam mortem mederi. Quũ multa Cleon in hanc ſententiam diſſeruiſſet, Diodotus in cõcionẽ progeſſus. Ego inquit viri Athenienſes, neq; eos accuſandos puto, qui iterũ de Mitylenęis ad vos relatum voluere, neq; illos aliquo modo laudandos, qui maximis de rebus ſæpius conſultari vetant, quando duo ſint conſultationibus maxime cõtraria, celeritas & ira, quarum hæc parum ſcite quicquam fieri vult, illa temere & inconſiderate omnia præcipitat. Ineptus quidem & amens ille, qui fieri poſſe putat, vt de re aliqua recta ineatur conſultatio, niſi quid ſit illud de quo agitur, prius intelligat: quod ſi quis aliter quã cunctando diſceptandoq; fieri poſſe arbitratur, meo iudicio opinione fallitur. Hęc ſane cognitio, quo magis neceſſaria eſt, eo indignius illorũ calumnia ferenda, qui corruptelæ nomen vtiliſſimæ diſcuſſionĩ imponũt, quaſi non liceat ciui de republica quid opus ſit, pro concione quæ ſentiat libere dicere, ſitq; aut Cleon, aut quiuis alius vnus, in arduis rebus decernendis, non plures audiendi. Sed licuit ſemper viri Athenienſes, licebitq; in libera ciuitate, optimęq; inſtituta, quæ e republica ſint proferre, quod quum ita ſit, neq; ego pro Mitylenæis dicturus huc hodie proceſſi, neq; quenquam accuſaturus, ſed vt ea dicam quæ & ad veſtram dignitatẽ & ad imperij ſalutem attineant. Vos vero nõ quia Cleonis oratio ad iuſtitiam ſit propenſior, ob veſtram quæ eſt nunc in Mitylenæos iram, quæ dixero minus vtilia arbitremini viri Athenienſes, haud enim in præſentia de iure diſceptamus, ſed vtrum Mitylenæos occidere reipublicæ conducat cognoſcimus. Eſt (quis neſcit) in multis ciuitatibus, non modo huiuſcemodi criminibus, ſed longe etiam minoribus mors pœna conſtituta. Spe tamen ſolicitati homines periculũ adeunt, neq; quiſquam periclitari vnquam auſus eſt, qui non ſcelus ſibi proceſſurum arbitretur: neq; vnquam ciuitas ab imperio vllo, aut regno defecit, quæ non crederet ſe tantum virium habituram, vt aut ſuperior futura eſſet, aut illi a quo defecit omnino par virib⁹. Ingenitum a naturali eſt omnibus priuatim & publice delinquere, nec vlla lex tanti eſt, quæ etſi per omnia ſit itum ſupplicia, hoc ipſum inhibere poſſit. Nempe huic neceſſitas præbet audaciam, illi recte colẽdę auaritia & cupiditas. Impetu homines, quiſq; ſuo inſanabili ac potentiore, q̃ vt frænari poſſit, in diſcrimen adducũtur, ſed omniũ maxime officiunt ſpes & cupiditas, hæc dux, illa comes, hæc inſidiarum vitandarum immemor, illa proſperitatis & ſucceſſus oſtentatrix, quo fit vt incerta præmia potentiora ſint pœnis, quæ ſubiectæ ſunt oculis. Accedit his fortuna, quæ nihilominus ad cõcitandos mortalium animos valet, quippe quæ nõnunq̃ ciuitates, tantoq; ciuitates ipſas facilius, quanto maius eſt de libertate, de principatu, de imperio, quam de minoribus fortunis ad omnẽ animorum motũ irritamentũ. Poſtremo impoſſibile eſt immo dementis credere, quoties humana mens ad aliquid agẽdũ immoderato aliquo affectu rapitur, vlla vi legum ꝓhiberi, aliave difficultate. Quod quũ ita ſit, neq; oportet vos de Mitylenæis, quia a veſtro imperio defecerint, quicquã grauius ſtatuere, neq; ad deſperationem cæteros, qui ſimili via peccarũt, tanquã pœnitere non liceat, impellere. Quin igno ſcite potius, vt qui ſociorum ad hoſtes tranſiuere, vbi veniam haud ſibi deſperandã viderint, hinc cogitare incipiant quonam modo in fidem veſtrã redire valeant, parati victoribus omnem belli impenſam reddere, tributaq; in poſterum perſoluere, per quæ iampridem ſumus hoſtibus pares: q̃ ſi populos longa obſidione captos, nimia vlciſcendi cupiditate extinxerimus, qui nobis pecuniam ad bellicos vſus in poſterum miniſtrẽt, erunt perquã pauci, deeruntq; pecuniæ ad bellorum vſum, quo præſidio adempto, haud quidẽ intelligo, quo alio certiore reip. corpus ſtare poſſit amplius. Quapropter non tanquã iudices debemus exacte de ſontibus ſupplicium ſumere, ſed conſiderare quemadmodum ex ciuitatibus moderatius mulctaris nobis pecunia ſuppeditari poſſit, nec populos legum ſeueritate, ſed operum ſedulitate, virtuteq; & innocentia in fide continere. Oportet enim non valde plectere liberos, q̃ rebellarunt, ſed ne rebellandi occaſionem habeant, diligẽter cuſtodire. Nulla re facilius quam benignitate ſtudia conſiliantur, nec conciliata cõmodius q̃ innocentia retinentur. Nec ſi alienata ſint efficacius quicquã reuocat, quã ſpes clementiæ. Et vt paucis, quod ſentio, dicam, multo vtilius arbitror ad imperij incolumitatem, nos iniuriam accipere nõ inuitos, q̃ eos qui ita delinquerunt occidere, præſertim cum periculũ ſit ne nobis vltra modũ ſcuientibus, quicquid adhuc ſociorũ eſt, crudelitatis odio hoſtile fiat, ad quam iacturam euitandã, ite viri Athenienſes, ac cõfeſtim quę per temeritatem & iram in ſocios, ſua ſponte deditos, crudeliter decreuiſtis, veſtro ſuffragio mutate, de principibus defectionis, quos Paches miſit, per ocium conſulturi: Mitylenẽ habitari patiamini. Erit id vobis quũ conducibile, tum hoſtibus ipſis

Oratio Diodori.

Decretũ in Mitylenæos.

Attẽdec̃ recte colligat.

formidolosum. Quisquis enim mature sibi consulit, is contra hostes plus pollet, quam qui temeraria feritate in facinus prorumpit. Tali Diodorus est ad populum oratione vsus, qua multitudo vehementer mota & in suffragium missa, prius decretum mitiori inducto antiquauit. Continuo igitur publice altera triremis est instructa, quæ irrequieto cursu cum recentiore decreto in Lesbum tenderet, periculum erat ne nimis sero mitteretur, prior enim cum mandato cædis vno ferme die ac nocte vna præcesserat: Mitylenæi legari qui Athenis erãt veriti ne triremis quę pub. mittebatur, ad priorem insequendam parum nauiter celerarer, aut aliquo, vt fit, casu suo cursu excussa parum mature in Lesbum veniret, alteram ipsi suo nomine instruunt, magnisq; pollicitis remiges onerant, identidem obtestati, vt vnius ciuitatis saluti consulerent: vino itaq; & hordeaceo pane in nauẽ impositio, qui priuatim mittebantur, irrequieto cursu vsi sunt, vt dum alij dormirent aut cibũ caperent panẽ vino & oleo maceratum estantes, interim non deesset qui nauim remis agerent. Satisq; feliciter Mitylenæis cessit, cp decreto cædis iam lecto, altera lætioris nuncij Pacheti iam sese ad cædem expedienti superuenerit. Adeo Mitylenæi propius periculo fuere. Qui Athenas ab initio missi fuerant, capitali sunt supplicio affecti. Naues Mitylenæis ademptæ, & muri vrbis disiecti, omnisq; Lesbiorum terra præterquam Mitylenæorum vectigalis facta. Et in Lesbo res ita gestæ sunt. Eadem æstate Minoa insula, quæ ante Megara fuit, quæcp a Megarensib⁹ præsidio tenebatur, a Nicia Nicerati filio expugnata est. Athenienses ea postea vsi sunt, ad præsentiẽdos hostium motus. Sub id tempus Plateenses quocp omnium rerum inopia domiti, vrbem vltro Lacedæmonijs dedidere, iudices se eos habituros professi, qui de noxijs, si ita videretur, suppliciũ sumerent, ijdẽ indemnatum neminẽ occiderent, ita conditione recepti, haud multo post ad eorum conspectum constituti, qui ex Lacedæmone missi fuerãt, vt Plateensium causam cognoscerent, rogati hoc tantum an quicquam de Lacedæmonijs & socijs eo bello bene meriti essent. Tali iudicũ petitione perculsi, apparebat enim quoquo modo ad ea responderetur periculum instare, petierunt vt longiore sibi liceret vti oratione, factaq; dicendi potestate, Lacon Amnesti filius cui publicũ erat cum Lacedæmonijs hospicium, cum Antimacho Asopali in medium progressus, tali est ad iudices oratione vsus. Vestram Lacedæmonij fidem secuti, nuper deditionem fecimus, haud quidem ratione subeundum esse nobis iudicium, sed ciuilius aliquid apud vos, non alios iudices, de iure disceptandum, nunc haud immerito veremur, ne opinione decepti, certamen nobis de vita, & non reb⁹ sit subeundum, voscp non ad iudicãdum ex æquo, sed vindicandum potius quodcunq; crimen Thebani in Plateenses, quos odio plusquam hostili prosequuntur, ad libitum cõfinxerint. Neq; enim accusatio vlla, quam refellere possimus, proposita est nobis, sed ad paucissima verba iussi sumus respondere, quo vno nihil nostræ causæ magis potest esse contrarium, vndeq; igitur ancipiti metu cõstituti, tutius arbitramur, aliquid dicendo periclitari, quam per silentium ad hostium libitum damnatum iri, & si perdifficile & arduum fore arbitramur, vt quæ a nobis in præsentia dicantur, studio sitis & fauore excepturi, non quia hoc tantum crimini detur, cp nostra merita sint vestrorum sociorum meritis inferiora, sed ne in aliorum gratiam iudicium iam peractum subeamus. Cæterum quocunq; in nos animo sitis, qui iandudũ de capite & salute nostra iudicaturi estis, quid iuris aduersus Thebanorum simultatem, quid in vos, quid cæteros Græcos habeamus, ordine explicabimus, & vt ab ijs ordiar, quibus primum respondere iussi sumus, nũquid hoc bello, de Lacedæmonijs socijsve aliquid benemeriti simus, dicimus, vt si hostes rogamur, nullã vobis iniuriam fecisse, cp nullo vos beneficio affecerimus, sin vt amici, vos potius deliquisse, qui nobis vltro bellum intulistis, non sumus in hoc bello de vobis meriti, nam hoc solum nobis obijci potest, at Medicis temporibus certe fuimus, quum Bœotiorum soli pro vestra Lacedæmonij, & totius Græciæ libertate, & ad Arthemisiũ primo, mox & in nostro agro Pausania duce strenue pugnauimus. Fuimus & tunc aliquid meriti, quum vobis horrendo illo motu terræ, quo vestra vrbs corruit, perculsis, facta in Ithomen mancipiorum fuga, tertiam militaris ætatis partem auxilio misimus. Et tales quidem in vos & alios antea, fuimus, proq; viribus operam nauauimus. At sumus postea hostes facti, fatemur, sed culpa penes vos est Lacedæmonij, qui fidem vestram aduersus Thebanorum iniuriam implorantes recipere noluistis, fuistisq; nobis autores vt ad Athenienses qui propinquiores essent, confugeremus. Illorum igitur societatem amplexi, in partibus fuimus, nihil interim vobis aut sociorum cuiquam iniurij. Nec crimini dandum puto cp ab Atheniensibus vestro iussu deficere noluimus, quippe quos prodere nõ perfidum solum, sed pene impium fuisse, quum illi nos a vobis repudiatos, non solũ in socios accepissent, sed ciuitate etiã donatos cõtra Thebanorũ iniuriã, quantũ in se fuit, ad hunc diem armis, præsidio, cõmeatu, protexerint. Quod si bellũ accusari oportet, vos Lacedæmonij & Athenienses in culpa estis, qui furoris huius duces fuistis, nõ socij, qui iure fœderis alterutros secuti sunt. Thebani vero quum alias multas iniurias nobis intulerũt, tum vero postremam hanc, quæ vt nostis, horum causa est, quæ patimur. Illi enim quũ fœderũ tẽpore, solẽniq; die, vrbẽ nostram occupassent, merito sunt a nobis supplicio affecti, quod & leges & iura gentium permittunt, vt qui in tuã tuæcp vrbis pernicie grassetur, vt hostis puniatur, quod factũ si nostra cæde expiandũ arbitremini, nõ iura, non leges, sed societatẽ & vsum, quẽ ex illorũ cõmilitio percipitis, intuiti parũ quidẽ religiose facitis, qui non æquo & honesto, sed vestro affectui & cõmodo inseruitis. Nec si Thebani nunc vobis vtiles videntur, sunt propterea de vobis magis meriti, quã olim nos fuimus, quũ medicis temporibus, pro vestra & totius Græciæ salute, contra Barbaros, pro quibus illi stabant, vobiscũ arma tulimus. Fuim⁹ hoc bello in partibus fatemur, sed cum Atheniẽsibus fuimus, quibuscũ vos olim cõmunem libertatem aduersus Barbaros defendistis. Nunc de principatu disceptatis, at illi non Græcos, sed Barbaros complexi, non de gloria, non de principatu, sed de libertate, immo de vita, nobiscum dimicarũt. Cõsiderate præterea vos a pluribus Græcorum probitatis exemplar, & virtutis æstimari, qui si de nobis cp fidi gratiq; socij in Athenienses fuerimus atrocius aliquid statuetis (haud enim occulte causam hanc iudicabitis) ne postea iudicium vestrum nõ probeẽ, cp de nobis bonis viris ipsi meliores tuleritis, indignumq; vulgo arbitrentur Plateas a vobis hostiliter delatas, quas patres vestri perpetuo virtutis suæ argumento, in tripode Delphico inscripserant.

Legatorum prudentia.

Minoa insula.

Oratio Plateẽsiũ ad Lacedæmonios.

Dilẽma optimũ.

Translatio culpę



O miseram & infelicem Plateensium sortem, perituri fuimus Medicis temporibus, si Barbari vicissent, & nunc apud vos viri Lacedæmonij, in eorũ gratiã periclitamur, cõtra quos tum Græciam defendimus, & qui supra vires tum Græcorum studiosi fuimus, nunc abiecti, deserti, inhonorati, ante inimicorũ conspectum iacemus. Impo amici, non socij nobis adsunt, veriti ne vos quidẽ Lacedæmonij, vnica spes nostra, parũ mites in nos futuri sitis. Quos per sociales deos, quibus auspicibus vobiscum olim arma tulimus, per antiquum Plateensiũ in vos & oẽm Græciã, studiũ precamur, vt nostrorum malorum misereamini, ne Thebanorum in nos odium secuti, indigna morte afficiatis. Videndũ etiã vobis est, ne vos dedecus & infamia ingens in posterũ maneat, cp vestros olim focios, amicos, auxiliares, nunc demũ non voluntate, sed necessitate hostes factos, crudeliter occideritis. In promptu est nostra corpora extremis pœnis dum inimicorum oculi nostro cruore pascantur afficere, at infamiã abolere arduũ & difficile. Illud præterea considerate, venisse nos sponte in fidem nõ vi coactos viri Lacedæmonij, quos ita deditos ritus Græciæ occidi vetat. Respicite & vestrorum patrum sepulchra, quos a Medis, in quorum acie Thebani steterant, interẽptos, in nostraq; terra fitos, quotannis publice quum alijs inferijs, tum fructuum primitijs, pioq; vestimentorũ apparatu, honoramus. Pausanias dux vester eos hic, vt in amico solo, & amicos sepelijt. Quod si nobis indigne peremptis Plateensis ager Thebanis adijciatur, qd aliud erit, quã maiorum manes annuo honore in perpetuum spoliare, in terra hostili, & apud ipsos interfectores inhonoratos relinquere, solũq; i quo Græci liberati sunt, in seruitutẽ redigere, delubra Deum per quos illi victoriã adepti sunt deserere? Rem profecto impiam, & a vestra iustitia & pietate porro alienam: Græciæ institutis, progenitorũ memoria, beneficijs nostris, haud dubie indignã, vt alieni odij gratia, a nihil læsis crudeliter occidamur, digni quibus vltro veniam daretis, si aliquid etiam deliquissemus, non qualia sed quales passuri simus animo reputantes. Tales vos quidẽ in nos esse oportuit. Cæterum quãdo necessitas cogit, per omnes Græciæ deos, per omnia sacra publica & priuata, per vestrorum patrum sepulchra, per eorum manes, quos rite semper venerati sumus, precamur, obtestamurcp vos viri Lacedæmonij, vt in tanto discrimine nobis propitij sitis, ne amicissimos vestros Thebanis inimicissimis ad supplicium dedatis, reueriti hunc diem, quo præclarissime olim Medos & Thebanos ipsos, vestrorũ patrum ductu & auspicijs, his locis debellauimus. Et quoniam viros tali discrimine constitutos: vt necessarium, ita tristissimũ dicendi finem facere oportet, iam loqui desinentes, adhuc loquimur, obtestamurq; Plateenses, se vrbẽcp suã, non Thebanis, sed vobis Lacedæmonijs tradidisse, vestram fidem secuti, vt auxilio sitis imploram⁹, aut si ea quæ iusta sunt, nobis concedenda non putatis, vestræ fidei erit, nos in eum locum vnde vltro processimus restituere, vt integrum sit nobis, de vita & fortunis postremo consultare. Id sane magis ex vestra dignitate fiet, qui publicæ libertatis assertores prædicari vultis & estis, quam si vestrum nomen & autoritatem secuti. Thebanis propter vos nobis inimicis ad supplicium tradamur. Hæccp Plateenses. Thebani veriti ne vehementi illa oratione Lacedæmonij ab vltione abstinerent, petierunt vt sibi quoque ad ea, quæ Plateenses dixissent, liceret respondere. Qui venia impetrata, eorum vnus ita est exorsus vt dixerit, potuisse sine maiore disceptatione iudicium illud transigi, si Plateenses ad interrogata respondissent. Verum quia longiore vsi essent sermone, quo multa mentiendo, vt a scelere & flagitio abesse putarentur, in Thebanos omniũ malorũ culpam reiecissent, necessitatem sibi impo fuisse, partim negandi ea quæ ab illis essent dicta, partim etiam coarguendi. Cætera deinceps ita est ordine executus, vt primæ discordię culpam apud Plateenses fuisse ostẽderet, qui a Thebanis ad Athenienses, nulla iniuria, nisi quia suis conditoribus parere nolle in animum induxerant, ante Medorum aduentum defecissent, atcp idipsum in causa fuisse, cp illi contra Medos tulerunt arma, quia cum Atheniensibus militarẽt, non cp Lacedæmonijs gratificarentur, nec cp tum Thebani cum cætera Græcia non sensissent publico consilio, sed nõnullorũ fraude, qui tum rem Thebanã oppressam tenebant, accidisse, nec Pausaniam ducem, & alios id præterijsse, qui vel paucorum morte eam culpã post victoriam expiassent. Nec quia festo die vrbẽ suam occupatam a Thebanis arguerent, dignos propterea fuisse, quibus venia daretur, quasi merito nefariam illam cædem edidissent. Quippe quũ necq; ad cædem, necq; ad bonorum direptionem, tum Thebana cohors Plateas occupasset, argumẽto id fuisse, cp occupata vrbe neminem violassent, contenti Plateẽses in Bœotiorum corpus redactũ iri eos, qui quũ tales fuissent: Plateẽses tamẽ in fidẽ receptos, impie excarnificati essent. Sed licuisse illis per Lacedæmonios incolumes esse, si in partibus esse voluissent, maluisse tamen omni scelere contaminatos, cum Atheniensibus periclitari, quã cum Lacedæmonijs Græcię libertatem tueri: indignos qui audirentur, dum prisca decora, si qua extiterũt, tam insolenter memorarent, quæ vt fortibus & iustis præsidio esse debent, ita scelestis & impijs supplicio & detrimento, necq; hostiũ querelas, pluris q̃ sociorum apud Lacedæmonios valere oportere, qui multo grauiora cẽ illi passi essent, Thebanorum iuuẽtute illorum perfidia & scelere trucidatas quorum parentes in Cheronia, ad Lacedæmonios Bœotiam traherent, mortem opperiissent, partim filijs orbati, iam inde ab cæde illa nefaria, inopem desolatamq; vitam agere perseuerassent. Sepulchra præterea eorum qui Medico bello perijssent, quæ cæde primo cognatorum, mox nefario bello violassent, non modo non aliquid illis deprecari putandum esse, sed stare etiam contra, cp tot virorũ fortiũ vmbras inde præsenti iniuria & impietate excitassent. Postremo haud quidem eos manus in pugna protendisse, sed ex pacto subijsse iudicium. Quæ quum ita se haberẽt, orare & ipsi obtestari Lacedæmonios, vt lege iudicarent, misererenturcp sociorũ, qui tot indigna a Plateẽsibus passi essent, ostenderẽt Lacedæmonios rerum non verborum proponere certamina, quæ iusta & æqua essent, breui sermone esse contenta, comptis modulatisq; sermonibus flagitia velari. Quod si cæteri mortales, Laconicum morẽ secuti, totã cognitionẽ in arctũ contraherent, breuitercp rogarent, nemo quidẽ in turpibus rebus compositio, fucatocp sermone vteretur, sed iure staretur, contentumcp iustitia ageret humanum genus, quod soli hoim Lacedæmonij sapientissime facerẽt. Quũ his Thebani Plateensiũ verba excepissent, Lacedæmonij præsentẽ ira, magis q̃ vetus meritũ secuti, iterũ Plateenses percontari an de se essent quicquam eo bello meriti, ad quæ quũ illi nihil responderent, inde abductos ad

Refutatio.

Perorațio.

Thebãorum recriminatio.

Perorațio.

vnum, quum CC. numero essent, iusserunt interfici. Athenienses qui vna obsidionem pertulerant in seruitutē redacti sunt. Thebani vrbem Megarēsibus domo pulsis habitandā concessere, restitutis Plateensium exulibus, qui secum ab initio senserant. Cæterū vertente anno a fundamentis totam diruerunt, agercp publicatus est. Sed dum hæc ad Plateas gesta sunt, Corcyrenses domestica seditione iactati, Peloponnesiacā classem Atticamcp Corcyram vno pene tempore excíuere, optimatibus ad Lacedæmonios & Corinthios rem trahentibus plebeijs ad Athenienses. Dimicatum erat sæpius inter ordines in vrbe vario euentu, postremo Nicostrati Athenienſiū ducis interuentu qui ex Naupacto cū duodecim nauibus maturius affuit, optimatiū opes fractæ, necita multo post quinquaginta e Peloponneso naues, Alcide ductu, Corcyrā appulerunt, cum quibus duodecim Atticæ & corcyrenses tumultuose dimicarunt, inclinasserep iterū fortuna ad optimates, nisi fexaginta Athenienſiū naues continuo subsecutę essent, quas Eurimedon præfectus ex Attica celeri cursu Corcyrā perducere fuerat iussus. Alcidas Atticarū nauiū numerum veritus, quam occultissime potuit, per Leucadium Isthmū nauibus in contrariū littus traductis, ipse cum cæteris copijs terrestri itinere se in Polopōnesum recepit. Nobiliū Corcyrenſiū factione Lacedæmoniorū præsidio destituta, in Iunonis templū plericp concesserunt, vnde quidā sunt ad supplicīū vi extracti, nōnulli inibi sibi mortem consciuere, quidam mutuis se vulneribus peremerunt. Plebeius ensis ita est in eum ordinem euagatus, vt impune creditores sint a quibusdam debitoribus interfecti, paterep filiū obtruncarit. Alij obstructo liberi patris delubro necati sunt, estq; eo res fœdior visa, cp ad id tempus nulla Græcarū vrbium ciuili fuerat seditione iactata. Peruasit procedēte tempore id malum vniuersam Græciam, vt ciuitates fere omnes in diuersas factiones abiuerint, quo accidit, vt qui opibus & nobilitate pollerent, optimates sint vocati, reliqua multitudo plebis nomen fuerit sortita. Et Corcyrenses his sunt casibus per id tempus iactati. Nec Eurymedon diutius ibi cōmoratus, sed suæ factionis opibus firmatis, in Atticam cum classe est reuersus. Post cuius discessum Corcyrenses exules, q medio tumultu dilapsi mor rem effugerant, captis muris qui in cōtinenti erāt, inde egressi sæpius prædam ex insula agebant. Erant hi circiter quingenti, quorum assiduæ incursiones, famem haud multo post ijs, qui in vrbe agitabant, ingentem attulere. Miserunt exules ipsi Lacedæmonem & Corinthum auxilia imploratum, iam enim in spem venerant recuperādę vrbis. Sed quum nihil impetrare potuissent, propriis viribus freti, sexcenti numero, incensis nauibus, quibus vsi fuerant, vt omni euadendi spe adempta, cogerētur vel inuiti strenue insulam obtinere, Histonem montem occupant, ibicp muro instructo, ex occasione vrbanam multitudinem assiduis incursibus infestabant. In hocp erant res Corcyrensium statu, quum Athenienses, sub exitū eius estatis. XX. naues in Siciliā miserunt, Lachete & Choriada ducibus, Syracusani & Leontini contractum inter se bellum habebant. Fauebant Syracusanis præter Camarinenses, quæcunq; Dorici nominis in ea terra ciuitates erant. Leontinis Camarina & Chalcidicæ omnes vrbes, quæ eædem erant & Ionicæ, suppetias ferebant. Rhegini vtpote cognati Leontinis ipsis, qui ad Athenienses miserāt auxilia in Syracusanos postulatū, de quorum iniuria quærebātur, cp & terræ & maris vsu ab illis prohiberentur. Athenienses pro vetusta necessitudine, quia Leontini Iones essent, naues ad id bellum instruxere. Hæc palam secuti. Cæterum sperabāt fore, vt quandiu illic Atticæ naues essent, Sicula frumentatio Lacedæmonijs inhiberetur. Putabant ad hæc posse fieri, vt insulae nobilissimæ possessionem præsentis belli occasione aliquo modo suis rebus adiugerent. Rhegium igitur prino Atticæ naues appulsæ, bellumcp ibi gerere socijs iunctæ. Hyeme quæ secura est pestilentia Athenis orta, per annum deinceps nihil remittens, ciuitatis opes vehementer afflixit, mota est pręterea plerisq; Græciæ locis terra. Qui in Siciliam accesserunt cū Rheginis Aeoli insulam inuaserūt. Ex ijs Liparei, Gnidiorum coloni, Liparam incolebant: inde in proximas est insulas transmissum, Strongylam, Didymam, & Hieram. Persuasum habuit vetustas in Hiera officinam Vulcani fuisse, cp ibi vtiq; noctu ignes existerent, interdiu fumus velut ex camino quodam redderetur. Erant tunc earum accolæ Syracusanorum socij, ob idq; Athenienses & Rhegini eorum agrum hostiliter sunt populati, sed ad deditionem compelli nequiuerunt. Ac quintus præsentis belli annus per hæc exactus est. Crebri terrarum motus, sub initium sequentis anni, Lacedæmonios qui cum socijs ad Isthmum processerant, quo minus in Atticā erūperent, ab instituta expeditione auerterūt. Et in Eubœa circa Orobias partē terræ & vrbis cum pernicie multorum, subitus pelagi æstus inundauit. Ad Athlantam quoq; insulam apud Locros similis alluuio facta est, quę sine motu terræ haud quidem accidere potuisse creditur. In Sicilia Chariada Athenienſium duce a Syracusanis in pugna interfecto: Laches penes quem vnum erat nauium potestas, Milas Messenijs ademit, duabus ibi hostium cohortibus oppressis. Inde & Mamertinos obsidibus acceptis in fidem recepit. Altera Athenienſium classis nauium triginta in Peloponnesum eadem æstate domo profecta est. Duce Demosthene Alustenis filio, & Procle Theodori, sexagintaq; aliæ seorsum in Melū insulam, quæ imperiū detrectabat. Præerat huic classi Nicias Nicerati filius. Melij agro hostiliter vastato ad imperiū retrahi nequiuerunt. Nicias in Oropū, quod est contra insulā, transmisit. Vnde pedestri itinere Tanagrā Bœotiorū vrbem repēte est adortus. Et Athenienses ex vrbe, qui bello idonei erāt, Niciæ excōposito affuerūt. Ante Tanagram cum hoste dimicatum. Tanagrēsibus, & Thebanis qui cum illis erant prælio victis, vastato agro vrbi circumiecto Nicias, cæteris Athenas euntibus classiarios ad naues recepit, qui quum & Locridis oram pari clade affecissent, in Atticam sunt reuersi. Per id tempus Lacedæmonij Heracleam in Trachinia Coloniam posuerunt, loco & ad præsentis belli vsum idoneo, & in Thraciam irrumpere volentibus non minus opportuno. Aberata Thermopylis locus stad. circiter quadraginta, dimidiū stadij a mari. Cæterū dum circa Melum Nicias rem gerit, Altera Athenienſium classis Procle & Demosthene ducibus, Peloponnesi oram circumuecta, cum Acarnanum appendicibus Leucadios est adorta. Incursatus ager, & Apollinis templum violatum. Anceps inde consultatio tenuit Acarnanibus suadentibus, vt Leucadem muro cingerent, cinctam obsidione expugnarent: Conra Messenijs hortantibus, vt Aetolos inuaderent, gentem plurimū vicatim agentē, quibus victis ois Epirus facile esset Atticis rebus accessura. His Demosthenes assensus a Leucade

Plateenses a Lacedæ. interficiūtur.

Corcyrēsium nobiliū infelix exitus.

Facinus Corcyrēsium exulum.

Siculorū discordia

Lipara. Aeoli in sula. Strongyle. Didyme Hiera.

Alluuio terræ.

Demosthenes dux. Oropus.

Heraclea

Leucas.



a Leucade profectus, cum omnibus copijs in Solion nauigauit, ibi Acarnanibus, quia Leucadem duces oppugnare noluissent, commilitium detrectantibus, cū Cephalenijs Messenijsq; & parte vna classiariorum, Aetolis bellum est a ducibus illatū. Profecti ex Oenone Locridis primo in Nemeei Iouis templo statiua habuere. Hic Hesiodum poetam ab locorum incolis peremptū fama est. Demosthenes inde profectus Potidianam primo, mox Corylion & Tichion expugnat. Egitiū inde occupat, ab incolis metu destitutum. Hic Aetoli ex tumulis decurrentes, leui genere pugnę Athenienses tam diu destituerunt, nunc cedendo nunc prælium minitādo, quoad sagittarij, telis exhausti inermes redderentur. Tum facto in eos impetu, fessos magnaq; ex parte inermes adoriuntur. Fœda ibi fuga orta est, alij alio dilapsi, passim ab hostibus vtpote locorum ignari, interfecti, qui cædi superfuerunt, ægre ad Oenidem Locridis, vnde ab initio pfecti fuerant, euaserunt. Perierunt cū ex alijs multi, tum ex Athenienſibus centum. XX. & alter ex ducibus Procles. Nec multo post Athenienſes cū nauibus in Atticam sunt reuocati. Demosthenes male gestæ rei cōscientia Naupacti subsedit. Laches, qui cum nauibus in Sicilia erat, quum Locros, qui sunt in extrema Italiæ ora, subito illuc accessu inuasisset, ad pugnam egressos egregie superauit, Peripolio ex ea gente oppido ad Halecem fluuiū vi capto. Aetoli interea per legatos a Lacedæmonijs & Corinthijs, aduersus Naupactum & Athenienses tria armatorum milia impetrarunt, multi quoq; ex socijs sunt his additi, quo exercitu apud Delphos coacto, in hostes Eurylocho Lacedæmonio duce, per Locros Ozolas ad Naupactum est itum. Aetoli & ipsi præsto affuerūt. Ager ibi primo vastatus cum suburbanis locis. Molytiū inde, quod Athenienſiū erat vi captum. Demosthenes ægre ab Acarnanibus, ob suū ab Leucade discessum impetrauit, vt Naupacto subuenirent, mille hoīm præsidio inde naui aduecto, vrbs seruata est. Nec Eurylochus ibi diu commoratus, vbi oppidum præsidiaria Acarnanum manu initum cognouit, soluta obsidione ad Calidona & Pleuronem, aliaq; Aetolię loca opprimenda concessit. Vnde Ambraciorum suasu, ad Argos Amphilochium oppugnandum, nulla adhuc re præclare gesta transijt. Appetebat iam hyems, dum hęc in Aetolia & Acarnania gerebantur. Laches qui in Sicilia erat, cū socijs Nisam expugnare conatus est. Tenebatur Niseorum arx Syracusano præsidio. Cæterum oppidum cum arce ægregie defensum, & in Athenienses sese ad naues recipientes impetus ex vrbe factus. Turba fit primo, inde palam fuga facta est, & in ea plerię occidione occisi. Ibicp re male gesta Athenienses in orā Locridis egressi. CCC. circiter Locrenses ad arcendam populationē temere occurrantes, ad Caicinū amnē cepere. Delus insula hoc anno ab Athenien sibus expiata: expiationis ratio talis inita, vt cadauera ex tota insula refossa, in Rheniam sint asporta ta, constitutumcp vtiam inde nemo ibi nasceretur morereturve, sed vt quæ nixu laborare cœpissent, ac quoquo modo perituri, in eam insulā deportarentur. Est Rhenia adeo Delo propinqua, vt Polycrates Samiorum tyrannus vtranq; alteri cathena aliquādo iunxerit. Mansit in Delo lustrale sacrum quod Athenienses cū circuniectis insulanis quinto quoq; anno deinceps celebrarunt. Tenebat adhuc hyems, quum Ambracij aliquanto prius quā Eurylochus Amphilochiam ingressi: Olpas occupārunt, imminebantcp Argiorum finibus, quum viginti Athenienſium naues ex Peloponnesiaca accercitæ, & Demosthenes cum ducentis Messenijs subsidio affuere. Tum Eurylochꝰ ex Proschio Aetoliæ cum Ambracijs ad Olpas castra contulit. Eo & Athenienses & socij venere, ac paucis diebus vtrinq; cessatum, inde totis viribus acie congressi, Argij in sinistro cornu pulsi, & ad vrbem fugati. Vicit Demosthenes Eurylochum dextro latere, arte magis quam viribus, cohorte vna in insidijs locata, quæ Peloponnenses, qui numero longe præstabant, a tergo adorta turbauit primo, mox fortuna semel inclinata, non solum ab ijs qui Amphilochios ad vrbem egerant, nō est restituta, sed qui modo vicerant ad fugam inclinauit. Periit acie Eurylochus ac plurimi cum eo, cætera multitudo passim cæsa, quæ Olpas se trepide recepit. Demosthenes facta Mantineis & ex Peloponneso auxiliaribus quibusdam ex Olpis abeundi potestate, ipse per exploratores factus certior Ambraciorum manum ingentem venire suis auxilio, confestim mittit, qui vias occuparent qua illi venturi credebantur. Cæteros in armis esse iubet, vt si opus esset continuo signa sequerentur. Interim Mantinei per speciem legendorum olerum paululū ab oppido progressi passimcp dispalati, apertam defectionem præ se ferre. Percussit ea res Ambraciorum animos, qui haud ignari se ad cædem & supplicia destitui, subito & ipsi se ex oppido ducibus frustra reuocantibꝰ promunt. Tetra ibi colluctatio orta, quum confuso agmine abire conarentur, ducenti circiter agniti interfecti sunt, multo plures in Agridem, quę conterminata erat, præcipiti fuga sunt delati. Demosthenes præmissis, vt dixi, qui itinera insiderent, ipse primo noctis crepusculo ad hostes profectus est, qui circa tumulos Idomenes noctu substiterant, ignari adhuc eorum quæ ad Olpas gesta fuerant. Hos incautos sub lucem adortus, modico negocio profligauit. Multi semisomnes ibidem oppressi, sed multo plures ab ijs qui insidijs erant excepti perierunt. Potuisset Ambracia duplici clade affecta expugnari, si post cędē confestim eo itum esset. Verum Athenienses, erectis duplicis victoriæ tropheis, Naupactum Demosthenes, cęteræ naues in Peloponnesum cursum tenuerūt. Et hæc satis prospere in Ambracios & Peloponnenses gesta. In Sicilia Athenienses ex Himera vbi hybernabant, subito insulanorum incursu in naues compulsi, ad Aetoliæ insulā primo appulerunt, ibi Pythodorū Lachetis successorem inuenerunt, præcesserat is cū paucis nauibus, nec ita multo post cū maiore classe Sophocles collegam expectaturus. Eo anno Athenienses a socijs persuasi, sexaginta nauium classem ad Siciliense bellum cōpararunt, quo tempore, pluuium ignis ex Aetna, quantū raro antea vllum memoria hominum, manauit, corruptcp aliquantulum Catinēsis solis Aetnæ radicibus adiectis, ter ad summum violēta illa vis ignium ad id tempus extitisse dicitur, ex quo Sicilia a Grœcis cœperat habitari. Exijtcp cum his sextus Peloponnesiaci belli annus. Quo sane tempore Romæ Tribuni consulari potestate erant, C. Crassus, Neuius Rutilius, T. Sergius Fidenas, & Sextus Iulius Tullus, qui sequenti anno creati sunt ab eo quo in duciæ in viginti annos Veientibus sunt datæ. Au. Sempronio, vt supra memoratum est, L. Quintio & L. Horatio Tribunis. Hocigitur anno Tribuni plebis multa assiduis concionibus ad multitudinem questi, cp nemo adhuc plebeius Tribunus cōsulari potestate creatus esset, vetantes plebem mirari, cp nemo esset amplius, qui pro eius cōmodis

Hesiodi mors.

Aetolorū vrbes.

Athenienses vincūtur.

Demosthenes.

Calidon & Pleuron.

Athenienſiū fuga.

Audi Deli expiationem.

Rhenia.

Olpæ occupātur.

Ambraciorum animi.

Duplex Athenienſium tropheum.

Aetnæ pluuium.

Tri. con. pore.

Tribuno rū plebis querelæ.

excubaret, eo quidem labore & periculum ab hominibus impendi, vnde emolumentum sperent & honorem. Oia mortales aggressuros, si magnis conatibus magna proponantur præmia, nec magnos animos, nisi magnis honoribus fieri. Desinerent igitur sperare futurum, vt prius plebei a patribus desinant contemni, quam ipsi sese contemnere desijssent. Nam qua, per Deum, maiore cõtumelia seipsam plebs afficere potuisset, quam q tot annos neminem sui corporis dignum crediderit, cui eum magistratum daret, ad quem lex aditum non negasset, vt multi e plebe viri, domi militiæq spectati, ambitioso plebis suffragio sugillati ac repulsi, nobilium superbiæ risui fuerint? Abijciendam spem omnem futuri patrocinij nisi quandoq experti fuerint, an ex plebe sit aliquis, qui sua virtute consularis potestatis pondus titulumq meritо ferre possit. His tribunitijs querelis accẽsa multitudo, haud obscure præ se ferebat, fore, vt proximis comitijs competitores sui corporis esset patricijs prælatura, quod ne euenire posset, patres studio cauerunt, facto senatusconsulto, vt consularia comitia in sequentem annum haberẽtur. Creatiq sunt consules, Au. Sempronius & Q. Fabius Vibulanus. Hoc anno Vulturnus vrbs Hetruscorũ, quæ Capua est postea dicta, a Samnitibus capta est. Fuerant hi in societatem agrorum ab veteribus colonis quos bello fugauerant accepti. Erant illi Hetrusci sanguinis. Eos itaq festi diei epulis & vino graues, Samnites cæde adorti, vrbe potiti sunt. Origo vrbis cum ratione nominis alio est Rapsodiæ huius loco a nobis relata. Latini & Hernici, post creatos consules, trepide nunciarunt Volscos in armis esse, adeoq in apparando bello occupatos, vt plane appareret, tum demum experturos, vtrum hi essent, qui virtute, patientia, disciplina militari cum populo Romano possent ex æquo cõtendere, an perpetuo potius illis imperio cedendũ esset. Aulus Sempronius est ad id bellum missus, is fortuna ciuitatis fractus, exercitucq vincere assueto, temere prælium ingressus, non ordinibus firmata acie, non equitibus suo loco dispositis, incaute omnia & negligenter executus, facile fuisset ab hoste superatus, nisi Sexti Tempanij virtus, fortuna aperte inclinãte, rei propemodũ perditæ subuenisset. Qui cum magna voce exclamasset, vt equites qui Romanam rem eo die incolumem vellent, equis desilirent, iam enim res ad fugam spectabat. nisi inquit hæc cohors hostium ferociam sistat, cædes ingens hic hodie accipienda est, meam cuspidẽ p vexillo sequimini, iuxta Romani Volsciq sciãt neq vobis equitibus equites pares vllos esse, neq pedites peditibus. Omnes turmales equites haud aliter Tempanij hortationem, quam consulis imperium secuti, obiectis parmis, in eam pugnæ partem ruunt, qua suos præcipue degrauari sentiunt, quacũq eunt cum cæde & ruina hostem auertunt. Et iam ex omni fere parte prælium restitutum erat, quum Volsci, vt iussi fuerant, excomposito dant per mediam aciem equitibus viam, vt quum longius a suis processissent, exclusos trucidarẽt. Quod vbi fieri contigit, Tempaniusq & alij in aperto discrimine esse viderentur, consul, & qui in prima acie pugnam sciebant, suorum periculo commoti cæci in hostem ruunt. Contra sustinẽt Volsci fortiter totas legiones, nec minus introrsum, qua equites vi perrumpere conãtur. Erat itaq vtrobiq prælium ingens. Cæterum Tempanius quum perrumpere densos hostes sæpius conatus esset, nec ad suos reditus pateret, cum non adeo multis in proximũ tumulum euasit, vbi in orbem dimicans sese Romanꝰ tuebatur, nec alibi ante noctem finis pugnæ fuit. Consul quandiu lux affuit hostem nihilo remisso certamine tenuit, nox incertos diremit, tam ancipitis pugnæ euentu, vt noctu Romani & Volsci pro victis in proximos montes, desertis castris, diuersi abierint. Tumulus ad mediã noctem vsq ab hoste circunsessus. Cæterũ Volsci nunciata suorum fuga res suas diurna pugna perditas rati, inde per noctem abscesserunt. Tempanius insidias veritus, ad lucem vsq suos immotos tenuit, mox cũ paueis proxima loca speculatus, vbi ex saucijs hostium fugam cognouit, lætus suos ex summo colle ad ima deuocat, inde quum Romana castra præter spem deserta inuenisset, stetit aliquandiu stupore defixus. Postremo ignarus quo se cõsul recepisset, qua breuissimum illi fuit Romam cum suis iter intendit. Iam ad vrbem nuncij peruenerant, infeliciter a consule pugnatum, perijsse equites, aliamq multitudinem cæsam, castra simul amissa, quæ res luctum simul & metum attulit ciuitati ingentem. Et iam Fabius consul circa portas stationes disponebat, quum equitum agmen procul conspectum appropinquantis hostis speciem præbuit, tumultuatumq in vrbe est, quoad qui essent sit cognitũ. Tum vero læti rumores ciuitatẽ peruasere, saluos equites adesse, mulieres, quæ nuper mœstæ domi sedebant, sui decoris præ nimia lætitia oblitæ, in publicum deuolant, seq in suorum complexum cum lachrymis effundũt. Arripuisset Tribunus plebis Sempronium vt reum, in iudiciũ, qui nõ multo post cum exercitu affuit, nisi aliquanto prius Tẽpanius, pro collegio appellatꝰ, vt diceret cuius culpa esset recens clades accepta (nam rumor erat consulis temeritate Romanum exercitum victum) sermone satis rudi, cæterum moderationis & verecũdiæ pleno, dixisset, non militis de imperatore æstimationẽ esse, sed populi Romani, qui Sempronio & alijs suffragia imperium demandasset. Verum quæ ipse vidisset, audiuisset q se libenter dicturum Au. Sempronium a se conspectũ, dum suos in prima acie hortaretur, ferociterq prælijũ cieret, interim se cũ equitũ manu in medios hostes perrupisse, exclusumq a suis, post varios conatus, in proximũ collem euasisse, credere se a consule prælijũ in noctẽ distractum, quod ex ipso strepitu & clamore perci pere potuisset, se postridie in castra reuersum, ea deserta inuenisse, verisimile videri, post anceps prælium, consulẽ munitiorem locum aliquẽ castris cepisse, quo se exercitumq graui prælio affectũ seruaret, tantũ se affirmare posse, res hostiũ nõ minus q Romanas eo prælio accisas, quando ab illis quoq noctu castra relicta essent, pugnaq digressi, pro victis in pacatum abijssent. Tẽpanij testimonio Tribuni instructi, omnẽ a Sempronio irã in tribunos militum consulari potestate, qui non multo antea in Hetruria, sua discordia victi fuerant, auerterunt. Quorum M. Posthumium decem milibus grauis æris damnarũt. T. Quintio tum ipsius, tum patris merita ad populum adiumento fuerũt, quo minus damnaretur. Infamis Sempronij cõsulatus in causa fuit, vt patres sequenti anno tribunos militum consulari potestate creari iusserint. Creati sunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, & L. Papyrius Mugilanus, nec ita multo post L. Hortensius Tribu. ple. Au. Sempronio consuli prioris anni diẽ dixit, quẽ quũ quatuor e collegio tribuno rum orarẽt ne imperatorẽ vexaret suũ, i quo nihil præter aduersam belli fortunam reprehẽdi posset, ad eos Hortensius cõuersus, si reum perago inquit

Cõsules. Vulturnus.

Anceps prælij euẽtus.

Tempanij testimonio in cõsulem.

Tri. con. pore.

Sempronio dies dicitur.



num erepturi ius suũ populo Romano estis? quũ illi iudicium populi neq tollere se velle, neq posse respondissent, sed si preces suæ reo, quẽ patris loco haberẽt, nihil profuturæ essent, mutaturos se cũ eo vestem. Tum Hortensius, nõ videbit plebs Romana Sempronij causa tribunos suos sordidatos, nihil reum moror, quando hoc est imperio consecutus, vt tam charus suis esset militibus. Fuit placabile Hortensij ingenium, plæbi & patribus nõ minus gratũ, quã tribunorũ quatuor in Sempronium pietas. Nec volsci diu quieuere, ambiguã victoriã p sua amplexi, proximo anno C. Fabio Vibulano & T. Quintio Capitolino consulibus bellum repararе ausi. Fabius ductu, cui ea prouincia euenerat, leui prælio fusi sunt, nec aliud memoria dignum eo anno foris gestum. Consul ouans, vrbem ingressus est. Inter tribunos plebis & patres eodem anno est non nihil certatum, tribunis petentibus, vt qũ de questorũ numero augendo mentio iniecta esset. fuissentq ad id tempus duo tantum ex patricio ordine creari soliti, iam inde & ex plebe crearent, res per altercationes eo deducta est, vt patres de augendo numero actionem omiserint. Excepernt omissam tribuni, nec eam solũ, sed turbulentiores alias agrariæ diuisiõis, tribunisq per hæc quietam alioqui ciuitatem exagitantibus, pars anni interregno exacta est. Creati inde tribuni consulari potestate, quum patres consules maluissent, & de questoribꝰ creandis, ad arbitrium populi ex alterutro ordine, vt de tribunis militum plebi concessum, & si apparebat haud dubie ambitione patrum plebeium neminem creatum iri, vt in tribunitijs ad id tempus comitijs euenerat, tribuni pro consulibus creati L. Quintius Cincinnatus, Sextus Furius Medullinus, Martius Mãliꝰ, & Au. Sempronius. Questores & si ex illustriorib⁹ plebeis quidam petijssent, atq ijdẽ tribunorũ eius anni perneccssarij, patricij tamẽ oẽs creati. Tribuni plebis eam repulsam ægre ferentes, omnẽ irã in Sempronium detorsere, quẽ ob Volscum bellũ male administratum, populo damnãdum obiecere, Duo reo obfuere, & Au. Sempronius patruelis eius, qui in questorijs comitijs habẽdis, fraude vsus dicebatur, quo minus plebei crearentur, & quod Sempronius ipse Agrarijs Tribunorum actionibus fortiter obstiterat. XV. igit mitibus æris est ob pristinam belli noxam damnatꝰ. Posthumia vestalis eodem anno de ĩcesto causam dixit. Elegãtior cultus & longe amœnior, quã vestalem deceret, iudiæ illi fuit. Eam ampliatam põtifices pro collegio absoluerunt. Iussa est a pontifice maximo abstinere iocis, & vt sancte potiusquã scite se coleret. Et hæc fere quadriennio domi, foriscq a Romanis gesta. In Sicilia interea septimo Peloponnesiaci belli anno ineunte, sex Syracusanorum naues, totidemq Locrensium Messanam oppidanorũ opera occupant. Athenienses continuo se Rhegium receperunt, vt sociæ ciuitati præsidio essent, & Peloponnenses Atticam terram Agidis regis ductu, vt alias populatione fœdarunt. Ceterũ Athenienses, nihilo secius. XL. naues, quas ad bellum instruxerant, Eurimedonte & Sophocle ducibus in Siciliam misere. Qui cum Laconicam oram præterueherentur, & si Corcyram cursum intenderant, vbi Lacedæmoniorum naues esse acceperant, aduersa iactati tempestate, accursu excussi, Pylum oppidum vetustissimum, tumultuario opere munierе. Distabat locus a Sparte stad. circiter quadraginta, fueratq in Messenij agri parte. Demosthenes cui mandatum erat, vt ijs nauibus præesset, quæ circa Peloponnesum agerent, loci vsum ad Laconicos fines infestandos primus ostẽ dit. Pylo itaq a continentis ora sex dierum opera munito, Demosthenes ipse cum quinq nauib⁹ est ad præsidium loci relictus. Erat tũ Agis rex in Attica, qui de ijs quæ ad Pylum fiebant factus certior, continuo cũ omnibus copijs eo profectus est, reuocatis ex Corcyra nauibus, vt oppidum terra mariq adoriretur. Peloponnensium classis per Leucadiũ Isthmũ traiecta, latuit Athenienses duces, qui adhuc Zacynthi erant, ad quos subito reuocãdos, duabus nauibus missis, ipse ad hostium vires in suorũ aduentum sustinendas cum quadringẽtis Messenijs, quos præter classiarios secum habebat, omnia terra mariq mature comparat. Ratusq a mari plus sibi negotij cum hoste futurum, cum sexaginta circiter Atheniensium, angustias supra portum occupat. Ibiq suos hortatus, vt natura loci fræti, secum fortiter resisterent, hostes & a terra, & a mari ingruentes intrepidus excipit. Plures omnino a mari conatus extiterũ, perijtq Brasidas, vnus ex Trierarchis, nauí munitionibus ipsis ferocius appulsa. triduo oppugnati Athenienses, quibus omnia a continẽte ob locorum asperitatem tutiora erãt. Affuere interim auxilio sexaginta naues ex Zacyntho reuocatæ, hic duces, vbi ad pugnam Lacedæmonios, q Stactariam siue Stactiram, vt quidam habent, insulam portui prætentam occuparant, elicere nequiue runt, postridie in eorum naues impetu repente facto, quinq illis triremes ademerunt, quum vacuas alias in altum trahere adorti essent, Lacedæmonij a terra ad littus occurrantes prohibuerunt. Atheniẽses quinq hostium nauib⁹ potiti, cæteris disiectis, ad Lacedæmonios qui in insula erant obsidendos conuertuntur, quibus ne quid furto importaretur, assidue duæ Atticæ triremes insulam explorabundæ circuibãt. Et iã nulli dubiũ erat, quin rerum omniũ inopia illi, qui in insula obsidebant, in hostiũ potestatẽ breui cõcessuri essent. Tũ Lacedæmonij q erant circa Pylũ, & eorum magistratus qui ex vrbe ad hoc ipsum in castra occurrerant, suorum periculo commoti, cum Atheniensibus in colloquiũ venere, vt tãtisper inter se inducias paciscerentur, dũ legatos de pace acturos Athenas mitterent, nec id Athenienses grauate concesserunt, pacti vt quãdiu inducie tenerent, qui circa Pylum sedebant nihil suum præsidium infestarent, neq ipsi Lacedæmonios, qui obsidione tenebantur, vt victus illis, & potus sub custodia ministraretur. Cæterum ne furto inde in proximum littus abirẽt, naues q fuerant in littus subductæ, Lacedæmonij vsq in legatorũ reditũ Atheniensibus tradiderunt. Legati qui Athenas iuerant, multa præter morẽ gentis, de vanitate fortunę in sanctiore Atheniensiũ concilio locuti, ad pacẽ inter se & veterem societatẽ renouandã, hortati, eo processerant, vt ne cõditiones quidẽ, quę tũ ab Atheniensibus ꝓponebantur aspernarent, quũ Cleon Cleoneti filius homo inter Atheniẽses tum maxime popularis, qui prim⁹ inter agẽdum vociferari, femur percutere, & discurrere pulpito cœpit, legatos ad populũ reijciens, vt cum eo de pace agerent, si quid sani attulissent, causa extitit, vt illi siue noluerint, siue non potuerint, infecta re in castra ad suos redierint. Nec Athenienses reposcentibus Lacedæmonijs naues restituere voluerunt, eos criminantes, q in suorum munitiones inducias rem pore impetũ fecissent, Tora igitur belli moles huc incubuit. Lacedæmonijs Atticũ præsidiũ, qđ munitionib⁹ erat inclusum, die noctuq fatigãtib⁹. Cõtra, Atheniensibus assidua circa insulã statione Laconas interceptos, nequa dilabantur, attentius ob-

Cõsules

Tri. cõ. Po.

Dãnatio. Au. Sempronij.

Posthumia vestalis ampliatur.

Vbi Pylus fuerit.

Vincunt Lacedæmonij.

Cleõ orator.

seruantibus. Interea, Syracusani Locrensibus, qui Rheginis infensi erant, ad id hortatibus, duodeuiginti Atticas naues, quę Rhegij ad præsidiū stabāt freti angustias obtinentes, inuadere constituunt. Erant Syracusanis suæ sociorūq; naues. XXX. numero, cum his illi in Athenienses profecti, in ipso freto, sub occasum solis prælium conseruere. Vicit attica classis & si numero inferior. Siculi turpi fuga discessi, in Peloridem oram iterum coiuere, nauiq; ad Messanam vna, & circa Rhegiū altera amissis. Locrenses post naualem pugnam, p victis Rhegino agro abscessere. nec victor Atheniēsis iterim quicuit, sed Syracusanos Messanā se recipiētes, territando, lacessendoq; (trahebantur em funib⁹ secus littus siculæ naues) tota ora infestos habuere, inde Camarinam contēderunt, quam per Arcaiam quēdam Syracusanis, p ditum iri indicio cognouerāt. Et Mamertini populariter Naxum adorti primo agrum populantur, inde oppidum oppugnare aggressi a Naxijs mōtanorū auxilio fractis, eruptione ex oppido repente facta, cum multa cæde fusi fugatiq;, ad mille hoīm amisere. Secundū eam cladē Syracusani, & socij classem a Messana abduxerūt, quā occasionem Leontini & Athenienses adepti, terra mariq; oppidum sunt oppugnatione adorti. Leontini qui a terra rem gerebant, subita Mamertinorū eruptione victi, aperte fugam circunspectare, suo sociorumq; periculo commoti, Athenienses e nauibus in littus desiliūt, Mamertinosq; successu exultantes primo sistunt, inde in fugam versos trepide in vrbem compellunt. Sed dum hęc in Sicilia gerūtur, circa Pylum qui in insula erant ad postremum inedia confecti essent, nisi libertate seruis proposita, noctu secundo vento, quidam ex proximo litore paruis nauigijs eo non nihil esculenti inuexissent. Sed res ipsa haud diu latuit Atheniēses, quod fieri quum attentiore statione inhibuissent, vri natores in insulam missi, qui sub aquas nando vtres cum papauere mellito, & cānabis semine contuso subactoq;, funiculis traherent. Tenuit obsidio illa dies ferme septuagīta, postremo Cleon, qui turbandæ pacis autor fuerat, prouincia expugnandæ insulæ in Niciæ inuidiam cum quo apertas in respub. administranda exercebat simultates, sibi desumpta, Demosthene ad id negotium sibi collega assumpto, occulte insulam ingressus, atq; ea parte qua sylуosa erat incensa, Lacedæmonios vndiq; ar mis circunuentos, Epitida & Hippagreto ducibus cum centum & amplius in pugna interfectis, ceteros deditos Athenas captiuos perduxit, qui numero paulominus trecenti fuere. Res intra. XX. dies acta, quod negotium Cleon Athenis profecturus maiore euentu quā fide, futurum populo repromisserat. Peloponnenses spe Pylī recipiendi abiecta, soluta obsidione domum concessere, & Pylū Athenienses per ocium, opere & armis adhuc ualidius firmarunt, quo ex Naupacto quoq; Messenij, suos velut in patriam miserunt. Eadem æstate. LXX. Athenienſium naues, quæ circa Pylum fuerāt, Niciæ ductu, circa Corinthiacum sinum, Soligiam castellum intra terram adortæ, capere nequiuerunt, vtrinq; circa oppidum varie pugnatum, demum Athenienses lectis hostium spolijs, se ad naues paucissimis prælio amissis receperunt, inde digressi Crommionis Corinthiorum oppidi agrum populati, in quo Methonem inter Epidaurum & Trœzenem sitam occupant, muroq; circundant, præsidioq; ibi ad Trœzenios & Epidaurios infestandos imposito, in Atticam cursum tenuerunt.

Syracusani vincūtur.

Mamertini vincūtur.

Vrinatorū facinꝰ.

Lacedæ. opprimū tur.

Athenī. Methonē muniūt.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE LIBER VII.

EXIERAT iam eiꝰ āni æstas, quū Eurymedō, & Sophocles e Pylo in insulā, quo primum cursum intēderāt, cū classe sūt profecti, q Corcyrā aduecti, in oppidanorū gratiā exules, q Isthonē montē insederāt, subito adorti, ea cōditiōe in fidem receperūt, vt traditis armis in Ptychia insula, tādiu sub custodia essent, quoad Atheniēsis populus de exulibꝰ, quod fieri placeret, suffragio decreuisset, interim fides violari videret, si qs inde moliretur, fugā. Corcyrēses veritiꝰ ne quid Athenis mitiꝰ de exulibus statueret, subornāt qui eos occulte adirent, ibiq; velut hospitali iure impulsi, monerēt, vt fuga sibi salutem quærerēt, compertū habere se Athenis latū suffragiū, vt exules q in Ptychia insula sub custodia essent, Corcyrēsibꝰ ad suppliciū, dederentur. Res in tanta animorū consternatione credita est, naq; uigiūq; temere adepti, quū custodia elapsi, naui in altū abijssent, ab ijs qui ad hoc ipsum præmissi fuerant intercepti, ab Athenienſiū ducibus nullo alio ex vrbe decreto expectato, Corcyrēsi populo quia fidē violassent, ad necem dedūtur, ædificio quodā incluſi, ad inimicorum libitum, sub custodia non singuli, sed deni, vicenive ad supplicium educti, cum multa exprobratione fœde trucidati sunt, præter paucos qui vel cruoris satietate, vel quia nō tanta inuidia, vt cæteri eminebant, sine custodia intus relicti, ædificium priusq; animaduerteret quisq; interiore parte occluserunt, inde Atheniēsium fidē frustra implorantes, in se maiora adhuc multitudinis odia irritarunt, tum consenso ab ijs qui ad eorū cædē missi sunt, custodiæ fastigio, tegulis atq; alijs omnifariam telis superne deiectis, velut ruina quadam obruti sunt. Eorum quidam ne viui caperentur, spicula & sagittas in se missas iugulo admouerunt. Alij restibus, quas ex suis vestibus fecerant, suspendio mortem præoccuparunt. Atq; hunc Corcyrensium discordiæ exitum habuerunt. Athenienſium classis, post exulum cædem, continuo in Siciliam abijt, & qui ad Naupactum præsidio erant iunctis Acarnanibus, Anactorium Corinthiorum oppidum, in Ambracij sinus ora occuparunt. Hoc anno qui septimus Peloponnesiaci belli fuit, Artaxerxes Xerxis filius, vt Thucydides scribit, vita decessit. Eusebius anno ferme vigesimo, post id accidisse ait, tam in re non ignobili duo clarissimi inter se scriptores variant, quibus ne in ipsa quidem Heraclīæ conditione, multum vt video, conuenit, quum octo circiter annos ille prius quā hic, eam a Lacedæmonijs conditam sit autor. Eusebius in hęc tempora Bacchilidē poetam reponit, & Thucydidem Athenienſem, quem in historijs sequimur, Eupolidem & Aristophanē veteris comœdiæ autores. Celebrat & Platonis ortum quem in primos Peloponnesiaci belli annos ait incidisse. Cuius octauo ineunte anno Mitylenæi & Lesbij exules, Rheteū quod Athenienſes tenebant, eximprouiso occuparūt, nec ita multo post illæsum restituerūt. Inde Antandrum proditione obtinuere. Noui huius morꝰ exulibus Lesbijs prætextus fuit, earum vrbiū in libertatē vindicandarū, quarum incolæ Mitylenæi essent, sed Antandri potius

Corcyrēsiū exulū deditio.

Corcyrē sesexules necātur.

Historiæ variatio.



potius opportunitatem secuti, id feciſſe creduntur. Ida sylua oppido imminebat, materiaq; ad naualē fabricam inexpedito erat, vt classe ibi istructa Lesbum insulam, vnde Athenienſium armis fuerant eiecti, ex occasione infestarent. Hęcq; illi studio moliri. Athenienses interim maioribus rebus intenti LX. nauium classe, duce Nicia Nicerati filio Cythera. rā insulam Laconicæ oræ Maleam versus oppositā subito appulsu inuaserunt, Scandeāq; vrbem in ea maritimam, sine vllo maiore certamine occupant. Cursu deinde auersi ad ea insulæ loca quæ contra Maleæ promontorium iacent, Cythereos prælio victos deditoſq; ea conditione, vt citra caput mulctarentur, quia Lacedæmonij essent, alio transtulerunt. Præsidioq; Cytheris & Scādeæ impositō, circa Asinam & Helos in terram egressi, septem dies sunt in hostico cum populatione euagati. Nec impune, cohorte vna leuis armaturæ amissa, quę prædandi studio incautius progressa in hostiū manus incidit. Nec ita multis iteriectis diebus, Nicias Epidaurum agrum magna clade affecit, vnde in Thyream transgressus, terram inter Argiuos & Lacedæmonios ambigui olim iuris, & quā aliquando bello quæsitam Lacedæmonij Aeginitis incolendam dederant, veteris meriti hostimentum, q; ipsi horrendo motu terræ concussi præcipue fuerant adiuti ab illis. Aeginitæ relicto metu hostiū, muro quē ad mare instruxerant, editiorem partem vrbis retinere constituunt, non nisi ex occasiōe quippiā moturi. Vrbs Thyrea sine maiore negotio capta diripitur, direptaq; incenditur. His per hunc modū gestis, Nicias & collegæ classem domū reduxerūt. In Sicilia per id tempus inducijs inter Gelenses & Camarinos primo initis, mox conuentu omnibus Siciliæ populis in Gelam indicto, Hermocrare Syracusano ad pacem cohortante, bellum communi cōsensu soluitur, rebusq; inter se compositis, pax secuta est, insulæ statu terra & mari pacato, Attica classis, cum ipsis ducibus domū est dimissa. Qui vbi Athenas venerunt. Pythodorus & Sophocles exilio sunt mulctati, Eurimedon pecunia: insimulati q; per eos stetisse, quo minus Sicilia Athenienſibꝰ subigeretur, quippe qui muneribus corrupti, insula abscessissent. Quæ publica animaduersio palam fecit, quo consilio Atheniēses in Siciliam sub prætextu societatis classē ab initio misissent. Eadē æsta te Athenienses Megaram proditiōe ceperunt, principes ciuitatis veriti ne exules a populo in vrbem reducerentur, quum iam eius rei mētio mota esset, vt gratiam apud Athenienses præoccuparent, eos in vrbem acceperunt. Nec illi vrbe solum potiti sunt, sed & Nysea, vbi naualē erat Lacedæmoniorum, inde præsidio electo, occurrit eo trepidis nun cijs excitus Brasias Lacedæmonius cum aliquot mi libus hominum. Bœotij & ipsi præsto affuere, auxilium ijs qui Nyseam obtinebant, laturi. Cæterum vbi præsidio decessum videre, omniaq; ab Athenienſibus teneri frustra, tentatis Megarenſium animis, acie decertare constituunt. Athenienses q sub ipsum hostium accessum, structa acie, iuxta Myseā constiterant, vbi hostem ad prelium sese expedire vident, intrepide manum conserunt. Fuit equestre prælium per aliquot horas, in quo quum neuter equitatus alteri cederet, vtriq; se ad suos recepere, neutro adhuc fortuna iclinate, stetit pedestris acies vtrinq; per diem immota neutris prelium inchoare ausis. Athenienſibus inde in Nyseam abeuntibus, Brasias in pristinam stationem redijt. Megarēsium exulum necessarij, portas Brasiæ nocte quę secuta est aperuerunt. Qui intra mœnia receptus, principibus ciuitatis pro concione appellatis, compositisq; Megarenſium rebus, in Peloponesum reuersus est, exercitum inde in Thraciam deportaturus. Res mira accidit apud Lacedæmonios, i eo exercitu comparando, vbi publice est edictum, vt seruitia quæ eo bello de republica sibi merita viderētur sese ab alijs secernerent, hi ad duo milia numero dicuntur, qui quum coronati, velut libertate donati deorum templa obiuissent, media luce subſtracti sunt, nec cognitum postea aut auditum, quo genere mortis fuerint extincti. Thucydides eos publico consilio necatos credidit, quod seruitiorum manus ingens, post Pylum captam, cœperat vulgo ciuibus esse suspecta, ne quid ea temporum nouitate aduersus rem publicam molirentur. Megarenſium Principes qui Atticæ rei studiosi habebantur, ab exulibus sibi timentes, sponte ciuitate cesserūt. Accentum & amplius, qui fide accepta in vrbē reuersi sunt ab exulibus & cæteris aduersę factiōis, sunt ferro dediti. Sub id tempus Demodecus & Aristides qui erant cum nauibus in Hellesponto, Mitylenæis exulibus prelio victis, Antandrum recepere. Horum collega Lamachus cum. X. nauibus in pontum per id tempus penetrauerat. Ceterum Calecem fluuium qui perfluit Heraclienſem agrum temere ingressus, impetu aquarum superne ruētium classem amisit: ipse cum suis pedestri itinere, p Bithyniā Chalcedonem venit, Megarenſiū coloniā. Brasidas interim Lacedæmonius, cum mille & septingentis militibus, per Heracleam Trachinię, & Thessaliam, & radices Olympi, q Macedoniæ est, & in Thessaliam obuersus, in Thraciā penetrauit, ad Athenienſium res in ea terra solicitādas. Nec illę sua spe frustratus, breui pleraq; loca partim voluntaria deditione, partim metu, Athenienſibus ademit. Brasidæ & Lacedæmoniorū cōsiliū eo spectabat, vt Athenienses qui Pylum & Cythera præsidio renebant, a Peloponēsium rebus nouo bello auerterent. Primum itaq; oīm Acanthū & Stagyrū vtranq; Andriorum coloniam, ab Athenienſium societate auertit. Hęc ille sub æstatis exitū in Thracia. Interim Athenienses facta sibi per Bœticos quosdam spe (Orchomenij erā olim Minięi dicti, in Crisseo sinu) Cheroneę & Sypharū partī, p ditione, partim voluntate occupādarū, Demosthenē ex Naupacto cū nauibꝰ reuocant, classemq; eximprouiso iubent Syphas appellere, & Hippocratem ex Athenis terrestri itinere eodem copias educere. Affuit aliquāto prior Demosthenes, cuius appulsu cōfestim tota est Bœotia tumultuatum. Proditio necq; interim patefacta, Hippocrates cōsilio destitutus, tumultuario opere Apollinis cognamento Delij tēplum communiuit. ibiq; presidio relicto, ipse extra Bœotiam, in Oropiæ finibus fecit castra. Bœotij ambigentes an extra fines cum Hippocrate manum consererent, Pagundæ Thebani oratione cōfirmati, quum iam dies inclinaret, in hostem structa acie ire contendunt. Erant Bœotij duodeuiginti milia, & in his mille equites peltati. Tenebāt dextrum cornu Thebani. Mediam aciem Aliartij. Coronei & Copenses sinistrum latus curabāt. Thespienses, Tanagrei, & Orchomenij equites vtrinq; claudebant aciem. Erant Athenienses graui armatura, nihilo hostibus inferiores, quippe qui ad septem millia in acie steterāt legitime instructi. Cætera multitudo longe minor, ac pene inermis. Hippocrates conflicturos milites obeundo ita hortari, vt diceret, breuem esse oportere ducis orationē apud strenuos milites, immo superuacuam etiam, verū in memoriam redigere se nō iubere, vt nemo suorum

Chalcedon.

Acāthus Stagyrꝰ.

Bœotiorū acies.

Hippocratis hortatio.

Cytherā.

Lecedæmonij Megarā recipiūt.

Laconū serui sublati.

suorũ arbitraretur nefas esse. in aliena terra a se periculum propulsare, quin scirent potius omnem belli summam verti in eius pugnæ discrimine, futurumq; si Bœotij eo prælio vincerentur, vti Lacedæmonij auxiliari equitatu exuti, impares Atheniensibus deinceps forent. Adnitendum igitur, vt vna pugna, alienam sibi terram quærerent, suam periculo liberarent, atq; ita efficere, vt vere gloriari possent, quod patriam inter Græcas vrbes imperio & virtute longe principem haberent, digni suis maioribus qui Myronida duce, eadem gente ad Oenophita superata, totam Bœotiam aliquãdo domuerunt. Hæc Hippocrates hortabundus, ad medium pene exercitum in procinctu stantem peruenerat, quum Bœotij Pagundæ hortatu ex superiore loco infesti decurrunt. Athenienses & ipsi intrepide cursu in hostem feruntur. Confligitur magnis vtrinq; animis acriq; pugna oritur, ita conserris manibus, vt sese vmbonibus propellerent. Pepulerũt Athenienses sinistrum Bœotiorum cornu, vbi Thespiẽses pugnam ciebatur, qui loco submoti ad suos in aduersum cornu cursum intẽdunt, qua parte Athenienses a Thebanis victi, iam palam turbari cœperant, quin & a læua parte, qua nuper vicerant, duabus equitum turmis a Pagũda immissis, vt suis laborãtibus auxilio essent, tumulo circunactis, eximprouisoq; conspectis, ea quoq; parte nouus est terror repente iniectus. Athenienses sua spõte perculsi in fugam vertuntur, atq; alij alio, quo suo quisq; vel metu, vel spe trahebatur dilapsi, partim Oropum, partim Delum, alij ad mare fugam intendũt, hi, præter littus sunt Athenas reuersi. sed nihil æque ac nox victis dissipatisq; profuit. Postridie qui in Delum se receperant, Caduceatorem ad hostẽ miserunt postulatum, vt more patrio sibi cadauera eorum, qui in pugna cecidissent, restituerent. Negant Bœotij id se facturos, nisi ipsi, prius excederent præsidio, quod loco sacro impũ impie statuissẽt. Atheniensibus id facere recusantibus, paucis diebus cũ toto exercitu ex Peloponnensium appendicibus præsidium Bœotij expugnant. Erat magna ex parte murus vitibus & lignis constructus, tellure, vt in tumultuario opere interiecta. ad hunc ipsum flãmis conficiendum talem Bœotij sunt machinam commenti. Procerissimam antennam in tybiæ specie excauant, ferreis exterius annulis affabre compactam, in summo lebetem catenis appendunt, ferreoq; super illum ad insufflandum rostro hanc curribus inuectam, vbi munitionibus admouere, grãdibus antennæ follibus ea parte admotis, quæ maxime fuit hostibus auersa, flatum cient, qui acriter actus in ahenum sulphure pruna & pice refertum, ingẽtem conciuit flammam, corripuit illico ignis aridam materiem, qui quum iam late inualesceret Athenienses perculsi metu fugam capessunt, multi ferro oppressi, ducenti ferme capti sunt, cætera multitudo conscensis nauibus, quæ in hunc vsum in proximo stabant, Athenas cursum cõtendunt. Perierunt Atheniensium grauis armaturæ in pugna ad mille & amplius, & in his Hippocrates dux, cæterę multitudinis ingens numerus, Bœotiorum paulo minus quam quingenti, & quid sæpe euenire solet, vt clades cladi hæreat, Demosthenes spe ad Syphas frustratus, quum in agrum Sycionium milites prædatum exposuisset, subito Sycioniorum occursu prædatores excepti, cũ cęde multa sunt ad naues reiecti. In Thracia m quoq; per id tempus Brasidas Lacedæmonius Amphipolitanis Atheniensium colonis, ad Strymonem amnem bellũ intulit. Eum locum olim Aristagoras Milesius parum auspicato munire adortus, ab Edonibus eiectus, in cœpto frustratus est, mox procedẽte tempore, Atheniẽses eo. X. milia colonorum misere, quibus a Thracum gente ad Drauescum interfectis, post ali quot annos, Agnonis Niciæ filij ductu, iterum coloni eo missi, vrbem condidere. Amphipolim Brasidas proditionis spe noctu adortus, primo pontẽ occupat, quo flumen transgressus, Amphipolitanos prius quam Atheniensium naues adessent ad deditionem compulit. Amphipolitanorum defectionẽ secutę sunt aliæ plerq; ciuitates circa Athõ sitę, Thysus, Cleone, Acroathos, Olofixus, & Bisalticæ gẽtes, Crestonicę, & Edonum nonnulli vicatim agentes. Thoronam inde Brasidas proditione occupat. Vnde Atheniensium præsidium eiectũ ad Lechitum vrbẽ maritimam in angustijs Isthmi Thraciæ Chersõnesi se recepit. Tẽtauit Brasidas edicto ex Lechito Atheniẽses ejicere, testatus id oppidũ Chalcidẽsiũ esse, q a Lacedæmonijs starent. Cæterum Atheniensib⁹ in præsidio perseuerãtibus, bi duo postquã Thoronam receperat, Lechitum adortus, turri lignea ingẽtiq; machina ad ignẽ concitandum admotis, quum Atheniẽses ea parte & ipsi multas aquę amphoras saxaq; ligneis turribus imposuissent, turris vna onere depressa, cũ multa circunstantium clade repẽte corruit, quo fragore & sonitu territi, qui diuersa parte murum tenebant, rati oppidum ea parte ab hoste captũ, munitionibus relictis, fugam ad mare intendũt. Id Lacon Dux præter spẽ intuitus, illaris signis, subito oppidum irruit, obtruncatq; passim obuios, & in alios fuga dispalatos militẽ immittit. Qui ad mare cursum occuparant, nauibus quę ibi ad idipsum paratę erant conscensis, in Pallenẽ delati sunt. Eratq; iã octauꝰ præsentis belli annus circũactus, quum Lacedæmonij & Atheniẽses varijs cladibus affecti, inducias suo sociorũq; nomine sunt inter se pacti, vt rebus citro vltroq; p legatos & caduceatores iactatis, aliqua soluendi belli iniretur ratio. Sed tantisper dũ de inducijs transigitur Scyone ab Atheniensibus ad Brasidam defecit. Prædicabant Scyonæi se ex Pelopõneso oriundos esse, suosq; maiores, quum a Troia reuersi eã Pallenes oram nauigarent, tempestate deiectos quo forte loco cõsedissent mœnia quæ ipsi haberent statuisse. Trahere itaq; Atheniẽses ad se Scyonæos, quod dicerẽt eos ineũtibus inducijs ad Lacedæmonios defeciss̃e. Hi cõtra nouos sibi socios vendicare, nec pati illos Atheniensibus ad supplicium dedi. Fit itaq; Athenis decretum de Scyone in Cleonis sentẽtiam, vt armis ea ciuitas ad imperiũ retraheretur, & iam naues ad idipsum expediebantur, quum & Menda ciuitas in Pallene Erithreorũ colonia ad Lacedæmonios defecit. Mendesiorum defectione Atheniẽses adhuc magis irritati, classem ad vltionem studio ornant, rati nullis se amplius teneri inducijs. Brasidas liberos & omnem imbellem multitudinem Scyonensium & Mendesiorum in Olynthum Chalcidicam sub præsidio traduxit, Atheniensium impetum fortiter excepturus, eratq; non parua expectatio noui belli, Intetim Brasidas & Perdicas, qui iampridem in partibus erant, ad Lyncium aduersus Arribeum, qui cum Perdica iam antea contractum bellum habebat, equestri prælio primo, mox & pedestri feliciter dimicant. Habebat Perdicas in animo Arribei oppida inuadere, nec pati victoriæ cursum frigescere, quum repente allatum est Illyrios, quos ille sibi auxilio in horam expectabat, cum Arribeo sentire, iunctisq; cum eo copijs breui afuturos. Qui circa Perdicam fuere, metu peculsi in suas

Defectio plurium vrbium ab Athenis.

Scyone.

Pallene.

Bœotiorũ consiliũ in Delo oppido expugnando.

Variæ Atheniẽ. clades.

Variæ Atheniẽs. clades.

Amphipolis cõditores.



in suas vrbes dilapsi, noctu castra deseruerũt. Brasidas quadrato agmine in pacatum abire cõstituit, leui armatura in medium accepta, ipse cum lectissima trecẽtorum militum cohorte cogere agmen, vt Barbaros qui propinquare dicebantur fortius exciperet. Circuire ille suos hortaricq; ne animum ad Barbarorum nomen remitterent, nec quia cum nouo hoste res futura esset difficilius animo proponerent certamen, quando Barbarorum plericq; suissent, quos illis ipsis diebus duplici pugna superassent, esseq; eius gentis ingenia primo congressu ferocia, & ad perterrẽdum hostem clamore & minis vanissima, sed quæ mox conserto prælio elanguescerent. Accedere illud, quod Lacedæmonios propria virtute, non sociorum præsentia strenuos, & inuictos esse oporteret, meminisseq; maiores suos nullo alio modo nisi vincendo potentiã adeptos. Hæc ille suis subijcere, simulq; Barbaros iam horrifico in se clamore ruentes excipit. Instare illi ferociter ac ferrum intentare, Brasidas cum suis obeundo agmen, non solum vim arcere, sed itineris eriã aliquid interim cõficere. Vbi vero ad geminos colles ventum est, per quorum fauces erat euadendũ, eosq; ab hoste teneri Brasidas cognouit, trecentos illos quos circa se habebat, celeri cursu in eos, qui alterum iugum insederant, mittit, quorum feroci occursu, Barbaris tumulo deiectis, saltus cæteris ad euadendum est pacatior factus. Tum vero hostiũ impetu in horas magis magisq; remittente, incolumis Lacon in pacatum decessit. Peloponnensiacus miles Perdicanis insensus, a quibus medio fuerat periculo destitutus, passim sumenta, & desertorum vasa diripuit. Quę res effecit, vt Perdicas iam inde enixe operam dederit, vt Atheniẽses secum rediret in gratiã. Brasidas ex Macedonia reuersus, quũ Teronam venisset, Mendam ab hostibus receptã offendit. Atheniẽses enim cum classe nauiũ quinquaginta, Nicia & Nicostrato ducibus, post suum in Pallenem appulsum, Mendam, magis oppidanorum Peloponnesiacię præsidij discordia, quã vi receptam hostiliter diripuerant, ægre a ciuium cæde fuerat temperatum, autoribus defectionis supplicio affectis, cęteris est Mendesijs venia data. Arcem quæ adhuc ab hoste tenebatur Atheniẽses muro a mari ad mare cęrat enim in isthmo posita) deducto, omni subsidio excluserunt, ibiq; copiarum parte ad præsidium relicta, in Scyonios Nicias & Nicostratus mouere. Hi primo accessu ab hoste circa muros prælio excepti strenue vicerunt, erectoq; inibi tropheo castra locant. Per eos dies Perdicas fœdus cum Atheniensibus sanxit, Brasidæ odio a Lacedæmonijs alienatus, cui ab atticis duobus est negocium datum, ne per Thessaliam transire pateretur. Isthagoram Laconem, quem fama erat ex Lacedæmone cum nouis copijs profectum, vt se cum Brasida iungeret. Atheniẽses Scyone muro conclusa, impositoq; præsidio Athenas cum classe, appetente iam hyeme, reuersi sunt. Apud Argos æstate qua hæc gesta sunt, templum Iunonis Chrysidis sacerdotis incuria deflagrauit. Fuit id templum omnium, quę olim in Græcia ea tempestate erant, vetustate nobilissimum. Romæ interea, aut certe non multo prius posteriusve, tribuni consulari potestate fuerunt, Sp. Nautius, P. Lucretius Tricipitinus, & Menenius Agrippa, cognomento Lanatus, his rempub. domi administrãtibus (nam res foris pacatæ erant) seruitia vrbem incendere destinarunt, ciuitatemq; præsenti clade occupata Capitolium & arcem inuadere. Cõiuratione ad tribunos indicio delata, sumptũ est de sontibus supplicij. Libertas & dena milia grauis æris, quæ tum diuitiæ habebantur, indicibus data. Ab Tusculo inde legati nunciarunt, quum iam Tribuni consulares essent, L. Sergius Fidenas, M. Papyrius Mugilanus & Claudius Seruilius Labicanus. quorum fides iam antea ciuitati supecta fuerat, q; dicerentur cum Veientanis occulta consilia communicare, aperte arma cepisse, & cum Equorũ exercitu Tusculanum agrũ populatos, castra in Algido fecisse. Bellũ est Labicanis idictũ, decretũq; vt duo Tribuni ad bellum exirent, tertius ad præsidium vrbis remaneret. Quod negocium quum ęque omnes vt ignobile fastidirent, ambitioseq; bellicam prouinciam singuli ad se traherent, nec alius alij cessurus videretur, tum Q. Seruilius Seruilij pater, qũ inquit vos neq; ordinis, huiꝰ, neq; reipublicę vl la mouet verecũdia, filius meus vrbi extra sortem præerit, vtinam illi qui tam ambitiose bellum apetũt, id cõcordius consideratiusq; quam cupiunt administrent. Quasi diuinasset Seruilius, sic accidit, vt Sergius & Rapyrius ad hostem profecti, certamen secum ex vrbe delatum nõ solũ non remiserint, vbi est bellũ administrari cœptũ, sed pertinacior vterq; factus, imperiũ ad se trahere, vterq; suũ cõsiliũ, suã sniam priorẽ velle: donec legatis eam animorũ intẽperiẽ castigãtibꝰ inter eos cõparatũ est, vt alternis diebus imperitarent, quod vbi Romam nunciatum est, Q. Seruilius, homo magna experientia, precatus dicitur deos, ne præsens tribunorum discordia funestior esset patrię, quam ad Veios non multo antea fuisset. Tum velut clade haud dubia imminẽte filium monuit, vt militem scriberet, quem ad fututos casus paratissimum haberet. Nec fallsus ille vates fuit. Enimuero, L. Sergij ductu Romanæ legiones hostium castris, metum illis de industria simulantibus, temere admotę, subita eruptione facta cum strage & ruina per decliuia montis primo actę, fœda deinde fuga ac multa cæde in castra compulsę. Vix eo die a vallo hostis est repulsus. Postridie vero vbi primum castra sunt iterũ oppugnari cœpta, turpi fuga sunta militare destituta. Tribuni legatiq; Tusculum cum iis, qui circa signa steterant, concesserunt, cætera multitudo dissipata, quo suus quenq; metus tulit, alij alio fuga abierunt. Tam fœdæ cladis nuncius, vt antea expectatus, haud perinde ciuitatem affecit, ac si quis tumultus est ex ea re ortus. Seruilij Tribuni iussu per minores est magistratus compressus, quo sedato patrum decreto Seruilius Tribunus Dictatorem dicere iussus, Q. Seruilium patrem suum virum, cuius prudentia variis reipublicæ tempestatibus fuerat ciuitas semper feliciter vsu, dixit, a quo ipse magister equitum est dictus. Quidam Seruiliũ Halam magistrum equitum tradidere. Hostes obrem bene gestam negligentius prælium iniuerũt. Dictator eorum antesignanos equite immisso primo fudit, inde legionum signa inferri iussit, quod quum segnius fieret, ab eo signifer est ferro confossus, nec hostes Romani militis impetum tulere, fusi fugatiq; sunt, eorum castra direpta, legiones, inde Labicos admotæ, quo Equorum pars magna confugerat. Hic oppidum corona cinctum, scalisq; muro admotis, haud multo maiore negocio quam acie hostes victi fuerant, captum diripitur. Dictator exercitu Romam reducto, octauo die quam magistratum iniuerat, potestate abijt. Coloni mille & quingẽti Labicos missi. Biẽnio ide foris pax fuit. Priore ãno Agrippa Menenio Lanato, Lucretio Tricipitino & Sp. Rutilio Crasso Tribunis. Sequẽti M. Papyrio, Sp. Nautio & Au. Sẽpronio,

Brasidę hortatio.

Perdicas Atheniẽsiũ gitur.

Iunonis tẽplum. Trib. cõpo.

Trib. cõpot.

Seruilij prudẽtia.

Tribunorũ discordia.

Vincunt Romanę legiones.

Dictator.

Equorũ fuga & cędes.

Agrariæ leges.

nio, Domi agrariæ legis autores, Sp. Mecilio & Metilius Tribuni plebis recens patribus certamen iniecere, promulgata lege vt quicquid agrorum vbiq; quæsitum esset, id populo diuideretur, quam legem si plebs sciuisset omnes nobilium fortunæ in publicum redigebantur. Cæterum sex Tribunorũ intercessione, quos senatus Ap. Claudij senatorum natu minimi monitu subornatos, Ttribunitijs actionibus obiecit (erat ille legum latoris Appij nepos) qui domestico consilio in curiã delato, autor fuit, vt cæteri Tribuni blandea principibus patrum appellati, rem suam intercessione discussissent. Iactati sunt proinde Tribuni in concione populi ab auroribus legis, plebisq; proditores appellati, nobilium satellites. Fuisset deinceps cum Veientibus bellatum, P. Cornelio Cosso, M. Valerio Potito, Q. Cincinato, Gn. Martio & Q. Fabio Vibulano tribunis consulari potestate, nisi Tyberis inundatio, qui super ripas effusus, cum multa villarum clade per agros euagatus, Senatui decernẽdi eo anno belli religionem iniecisset. Ab Equis excursiones in Labicanum agrum factæ, & oppidum

Trib. cõs. potestate

nouis colonis ademptum. Volas sequenti anno colonia missa est, Tribunis consulari potestate, Gn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano, & M. Posthumio Regillensi. Hi bellum in Volscos gessere, vt suo postea loco memorabitur. Nunc ne res Græciæ nimium interpollentur, sintq; propterea longe retro repetendæ, eo recurrat historiæ explicatio. Athenienses, decimo Pelopõnesiaci belli anno, veteres incolas ex Delo insula exegerunt, eos parum castos rati ad ea sacra peragẽ

Delij insula ejiuntur.

da. Qui inde electi sunt Ramy rteum in Asia tenuerunt. Sub id tempus Attica classis, XXX. nauium, Cleonis ductu, in Thraciam missa, Scyonem iam antea receptam primo applicuit. Ibi Cleon certior factus Thoronam modico præsidio teneri, agereq; inde procul Brasidam cum robore copiarum, in Colophoniorum portum, parum a Thorona distantem, nauigauit, inde, X. nauibus missis quæ portum occuparent, si per occasionem liceret classiarij in vrbem irrumperent, ipse cum pedestribus copijs auersa parte Thoronam adortus, munitiones, quas Brasidas circa veterem murum excitarat, subito inuasit. Passitelidas Lacedæmonius, qui vr

Cleon Thoronã vi capit.

bi præsidio erat, ad tuendum locum ferociter occurrit, ibiq; prælio initio, data est classiarijs occasio vrbis a portu occupandæ. Tum Passitelidas ancipiti metu constitutus, in vrbem se recipere conatus, irrumpentibus per refractum murum Atheniensibus, atq; a tergo vrgentibus, & qui iam vrbem a portu ceperant a fronte occursantibus præsidiarij & Thoronorum multi in medio cæsi sunt. Lacon viuus est captus. Oppidanorum captiuam multitudinem victor hostis in seruitutem redegit. Hæc Cleon in Thracia, quum Pheax Herasistrati filius, cum duobus collegis ab Athenienſibus pro legato in Italiam & Siciliam est missus. Leontini post Atticæ classis digressum domestica fuerant seditione iactati. Plebs in animo habebat Leontinũ agrũ

Siculorũ discordiæ

viritim diuidere, quod optimates veriti, accitis Syracusanis plebem ex vrbe expulerant. Extorris multitudo passim errans varie est distracta. Multi Syracusas contendere. Alij in Agris sine duce, sine consilio vagari. Optimatum plericq; ea iniuria offensi (nam non omnes plebem ejectam volebant) in Aldon & Phoces, Leontini agri loca, ex vrbe demigrarunt, ad quos plebeiorum concursus vndiq; ingens est factus, atq; ex his locis extorris manus vrbem infestare. Is Leontinorũ motus causam Athenienſibus præbuit in Siciliam mittendi, qui cum veteribus socijs agerẽt, vt sumptis armis, quoquo modo possent, Leontinos a Syracusanorum potẽtia liberarẽt. Pheax itaq; ad id missus, Camarineos & Agrigentinos ad res nouas solicitauit, hortatus est & Catinenses in reditu, & Bricinianos. Habuit

Italiæ ciuitatesab Athenẽsitantur.

& cum ciuitatibus Italiæ quibusdam sermonem de societate cum Athenienſibus iungenda. Et hæc Pheax in Sicilia & Italia. Cleon interim Thorona recepta nauigauit Amphipolim versus. Stagyrum tq; Andriorum coloniam subito adortus, expugnare non potuit. Expugnauit tamen Galesios haud procul inde, Thasiorum colonos. Mox ad Perdicã mittit, & ad Pollem Adamantorum regem vt ipse quoq; cum Thracibus mercede conductis ad se veniret. Ipse Eione subsedit sociorum aduentum operiẽs. Brasidas quum hæc ab hostibus parari resciuisset, Cerdylum, qui locus est trans Argiliorum flumen, haud procul ab Amphipoli, occupat, inde attente obseruans, quæ in Amphipolim a Cleone pararentur. Habebat Brasidas penes se ad mille peditum, totidemq; Amphipoli ad præsidium cum Clearida reliquerat. Grauari interim Athenienſes

Cleonis consiliũ.

Cleonis cunctationem, quippe qui inuiti ab initio fuerant eum secuti. Quod sentiens ille statuit Amphipolim tentare, priusq; socij adessent, copijsq; ex Eione eductis collem Amphipoli eminentem occupat, inde per ocium situm vrbis contemplari. Brasidas, quem nulli hostium motus latebant, & ipse occulte vrbem ingressus, vbi Athenienses vidit negligentius consistere, ac pene solutis ordinibus in vrbis admiratione defixos stare, eos subita eruptione inuadere constituit, suorumq; con-

Oõ Brasidæ ad milites.

cione aduocata, ita est milites allocutus. Quoniam viri Peloponnenſes in ea terra nati estis, quæ sua virtute semper fuit libera, estisq; (quum Dores sitis) contra Iones dimicaturi, cum quibus prælio congressi semper vicistis, satis duxi sine alia hortatione vobis, quid in animo habeam, aperire. Iamdudum meditor in ociosum hostem impetum facere, quippe qui quantum coniectura assequor, cõtemptu nostri, quos non putat ad pugnam procesſuros, locum conscendit, & nunc ad spectaculum conuersus nullo ordine securus agit. Hæc hostium errata si quis diligenter obseruat, ex illisq; occasionem arripit, rẽ gerit plerumq; feliciter: atq; hęc belli furta sæpius honestissimam victoriam pariũt, per quæ aliquis hostem ludificatus summo amicos afficit commodo, hostes ignominia & detrimento. His demum gradibus sæpius cp̃ aperta vi vincitur. Dum ergo imparati sunt, dum abeundi potius cp̃ manendi, quantũ cõsicere videor, est illis animus, dũ anceps adhuc cõsiliũ, priusq; certi aliqd statuãt, cũ ijs quos mecũ duxi, improuisus odoriar, ac quãtũ adniti potero, in medium eorum perrumpã agmen. Tu Clearida, vbi impressionem factam videris, patefactis repente portis, cum Amphipolitanis in eos nostra impressione turbatos impetũ facias, annitereq; vt cp̃ primũ te turbato agmini misceas, sic enim futurum spero, vt subito terrore perculsi ad fugam inclinent, multo enim terribiliores sunt hostibus, qui pugnæ interueniunt, cp̃ ijs cũ quibus iamdudum prælium sit consertum. Et quod ad te Clarida attiner, fac (vt Spartiatã virum decet) hodie inuicto animo dimices. Vos Amphipolitani existimate id demũ esse bene pugnare, si quis vincere in animũ inducat, ignominiam reformidet, duci pareat hodie noctq; die alterum futurum arbitraminí, vt aut perpetuo liberi sitis, si egregie dimicabitis, Lacedæmoniorumq; socij voceminiaut victi



Athenienſium serui, duriore etiã quã antea conditione, cęteriscq; Græcis quo minus liberi fiant impedimento futuri. Sed cur nõ strenui esse debeatis, quũ sciatis quantis de rebus sit hodie futurũ certamen? Ipse vt de me pauca dicam, facile ostendam, non melius posse me extra prælium meos ad rem bene gerendam hortari, quam inter hostes vbi gerenda res est fortiter versari. His ille suos hortatus.

Peroratio.

Cæterũ dũ circa portas milites ad erũpendũ dispo-

Cleonis consiliũ.

nit. Cleon qui vrbẽ oculis subiectã habebat, suspicatus ex ijs quæ in vrbe cũ trepidatione parabant, hostes se ad subitã eruptionẽ expedire, quia in aĩo habebat, nõ prius in certamẽ descẽdere, cp̃ Perdicas & cętera auxilia adessent, iubet suos statim vasa colligere, atq; Eionẽ proficisci, & iã sinistrũ cornu iter intẽderat, quũ id segnius Cleon fieri cõspicatus cõtinuo & dextrũ explicat, qua re aiaduersa, nihil amplius cunctatus Brasidas occultiore via in hostem inuectus, mediũ Athenienſium agmẽ, sua sponte turbatum, cũ clamore inuadit. Restitere nonnihil Athenienses dũ sese ad fugam expedire nequeunt. Interim & Clearidas diuersa parte cum suis illatus non solum terrorem auxit, sed apertam etiam fecit fugam. Ibi Brasidas ferocius in hostes inuectus

Athenẽ. vincunt. Brasidas moritur.

casus concidit, qui a suis subtractus in vrbem delatus est, profuit ea res nihil Athenienſibus, neq; enim ipsi cadẽtem senserunt, neq; hostes duce spoliati ab inchoata victoria destitere, quin fortius instando Athenienses cũ multa cæde ad Eionẽ vsq; sunt persecuti, quo pauci incolumes euasere. Cæteri partim cæsi, & in his Cleõ cuius imperium erat, partim capti sunt. Sensit Brasidas adhuc spirans se vicisse, nec ibi multo post dolore vulneris expirauit, secum quæsitæ victoriæ gaudium ferens, cui Amphipolitani haud monumentum solum, sed vt Heroi phanum etiam dedisarunt, coloniaq; ipsius nomini inscripta, omni Agnionis, qui colonos deduxerat, memoria abolita. Cecidere eo die ex Athenienſibus sexcenti, ex hostibus septem nec amplius. Haud em̃ fuit iustum prælium, sed alteri? partis fuga. Sed m̃ eam cladẽ Athenienſiũ classis in Atticam reuersa est, & nongenti Lacædæmonij qui in supplementũ ex Peloponeso missi Heracleã processerant, audita pugna ad Amphipolim commissa, tentarunt per Thessaliã transire in Thraciã, suntq; ad Pierium vsq; Thessaliæ montẽ progressi, ibi a Thessalis vlterius ire prohibiti, in Peloponesum retro abierũt. Athenienses duplici clade pau-

Athenẽ. & Lacedæ. fœd?

cis mensibus affecti ad Delum vna, & recentiore altera ad Amphipolim, bellicq; diuturnitate fessi, aliquãto propensius quã antea ad pacem inclinarũt. Lacedæmonios autẽ iam inde a Pylo & Cytheris amissis pacis cupido incesserat. Instabat ad hæc induciarum exitus, quas cum Argiuis in triginta annos pactas habebant, quibus hostibus super Attica bellum accedentibus, vehementer dubitare ne imparesvtrisq; futuri essent. Animis itaq; vtriq; ad concordiam inclinantibus, reliquũ hyemis illius posthabita omni rei bellicæ cura, soluendi belli est studio impensum. Rebus citro vltroq; iactatis, ita demum inter eos comparatũ, vt Athenienses & Lacedæmonij captiuos, & loca bello capta, vtriq; alteris restituentes, in L. annos fœdus sancirent, & societatẽ inter se firmarent. Estq; id fœdus secutũ decimo anno Peloponnesiaci belli exacto, fuitq; deinceps pax inter eos suspecta, parumq; fida societas, Corinthijs & sociorũ quibusdã oĩa turbantibꝰ donec decimo post anno ad arma ex professo vtriq; rediere. Nã Corinthij ægre ferẽtes, cp̃ Anactoriũ & loca, q̃ bello amisissent, nõ essent a se recepta, cp̃ in

Corinthiorũ & Argiuorũ fœd?

societate ineũda tm̃ Lacedæmoniorũ mẽtio, nõ sociorũ facta esset, velut Peloponnesi regnũ Spartiatæ affectarent, eos apud cæteros Peloponesiace terræ pp̃los criminari, inuitareq; ad fœdus secũ, & cũ Argiuis sanciendũ, qđ quũ ipsi fecissent, q̃dã ciuitates nec adeo multę, Corinthiorum studium secutæ, Argiuis se iunxere, & in his Mantinei, qui Lacedæmonijs inuitis, quædam in Arcadia occuparãt. futurum rati, vt composita cum Athenienſibus pace, statim Lacedæmonij essent ea armis vindicaturi Nec illi frustra ea timere, siquidem Spartiatæ æstate illa, quæ secuta est, Plistoanacte Pausaniæ filio duce, in Arcadiam irruperunt, Parrhasijs opem laturi, qui Mantineis obnoxij domestica seditione laborabant, excisuri ad hæc murum, quem Mantinei in Cypselis struxerant. Cæterum vtrunq; ex sentẽtia adepti, haud multo post sese domum recepere. Inde cum Lacedæmonij societatem cum Bœotijs iniuissent, exclusis Athenienſibus, quod ex fœdere fieri non licebat, Athenienses Alcibiadis, Clinię filij, adhuc adolescentis persuasu, fœdus in centum annos cum Argiuis, Mantineis, & Eleis percusserunt. Inde orto inter Argiuos & Epidaurios bello, ob hostiam ab his ad Pythij Apollinis sacra, de more, non redditam, aliquot vtrorumq; in alteros, expeditiones, sed ob curæ parumq; memorabiles extitere. vt circa Nemeam ex alterius partis occasione prælio commisso. vbi ex Phliasijs, qui cum Corinthijs militabant, & Corinthij pro Epidaurijs plericq; occubuere. Et a Corinthijs Argiuorum multi eodem loco interfecti. Inde quum duo exercitus haud procul Lacedæmone in procinctu starent, hinc Lacedæmonij Agidis regis ductu, Arcades, Bœotij, Corinthij, Sicyonij, Palenses, Phliasij, & Megarenses, inde Argiui Mãtinei & Elei, Athenienses in horam expectabantur, essentcp̃ aduersæ acies inter se concursurę: ducibus in colloquium progressis, in quatuor menses inducias pepigere. Fuit ea res Agidi inuidiæ, cp̃ bene pugnandi occasione prætermissa, inducias, ne socijs quidem de re tanta appellatis, cum hoste temere fecisset. Nec Trasylo Argiuorum duci minor, ex eodem fœdere, inuidia a suis conflata est, parum abfuit quin ob eam noxam, lapidibus sit suorum incursu interfectus. Sub accessum igitur Athenienſium, quia inducias semel initas violare noluerunt, Orchomenios bello in alium hostẽ auerso, Argiui oppugnare sunt adorti, quos nullo maiore negocio in partes traxere. Erant iam & Tegeatæ defecturi, nisi Lacedæmonij presto affuissent, qui non ambiguos tantum socios, opportuno accessu renuere, sed in Mantineũ agrum hostiliter ingressi latecq; terram populati, ante Phanum Herculis metati sunt castra, qua sociorum clade exciti Argiui, cum Mantineis & Eleis & Athenienſibus, haud procul ab hoste loco edito consedere, haud cunctantius in aciem descensuri, si pugnæ copia ab hoste fieret. Agis qui multa inter suos inuidia flagrabat ob inducias cum Argiuis initas, indigus consilij, iandudum quid fieri oporteret, deliberabat: & ad infamiam diffugendam iniuisset ante sociorum accessum prælium, nisi veterani vnius vocem e concione emissam excepissent, meditari Agidem quonam modo malum malo adderet, qua voce, velut omine quodam territus, continuo copias ex hostium conspectu abduxit. Postridie Argiui cum socijs hostem secuti, eorum vestigijs instare: quos vbi Lacedæmonij sentire ferunt, & ipsi sese ad prælium expedium: tq; socijsque tumultuosius in pugnam ruentibus, ipsi cunctanter

Lacedæ. ad cantũ tibiarũ eunt in ordines & ad cantum tibiarum, tibicines enim inter plium,

ipſos plericq; lege interpoſiti erant, non rei diuinæ gratia, ſed vt ſedate per modulationẽ incederent, ne ſi inconſulte progrederentur in pugnam, ordo agminis perturbaretur. Pulſum primo ſiniſtrum Lacedæmoniorum cornu a Mantineis qui in dextro ſuorum rem curabant, & ad Agidem victor hoſtis puenerat, q; mediũ agmẽ tenebat, cũ ille. CCC. vſus equitibus, non ſolum rem ea parte inclinatã reſtituit, ſed hoſtem etiã multa ſtrage pepulit. Leuum inde hoſtiũ cornu vbi Athenienſes erant multa vi adortus, haud multo maiore negocio fudit. Ceciderunt ex Argiuis & ſocijs ad mille & ducenti. Lacedæmonij, lectis hoſtiũ ſpolijs, tropheoq; ibi conſtituto, domũ conceſſerũt. Carnea celebraturi: quam occaſionem Athenienſes, Elei, & Mantinei amplexi, Epidaurum expugnant, expugnatũ mœnibus cingũt, ibiq; Iunonis templũ in arcis vſum cõmuniũt, p̃ſidioq; impoſito, Athenienſes in Attica ſeſe recipiunt. Et hæc per æſtatem geſta. Hyeme deinde appetente, Lacedæmonij & Argiui in quinquaginta annos fœdus & ſocietatem iniuere, captiuis prius iter ſe reſtituturis, lociſq; bello captis. Eſtq; diſerte in fœdere expreſſum, ne Athenienſiũ legatio, Caduceatorve, ab illis audiretur, niſi hi prius quicquid in Peloponneſo tenerent dominis reſtituiſſent. Mantinei & ipſi cum Lacedæmonijs fœd⁹ percuſſere. Miſerũt & ad Perdicã cõmuni nomine, qui eum in fœdus reuocarent. Athenienſes iuſſi ex Epidauro p̃ſidiũ abducere, tãquam nihil id graue p̃ſtituri, per Gymnici Agonis ſpeciem, cæteris, qui ibi vna erant, excluſis, locum retinere perſeuerarunt. Eratq; hic Græcarum rerum ſtatus, quũ quartuſdecimus ab eo, quo bellum inter Spartiatas & Athenienſes fuerat inchoatũ, eſt circunactus annus. Romæ per id tẽpus, Gn. Cornelius Coſſus & collegæ, quos ſupra memorauí, Tribuni erant conſulari poteſtate, aut certe non multo priùs fuerant poſteave futuri erant. Horum Poſthumius exercitum in Equos duxit, fractaq; paucis leuioribus prælijs hoſtium ferocia, in Volas vrbem vi irrupitis primo conatu prædam militi fore pronunciauit, mox capto oppido, ne quid a victore exercitu tangeretur, certamine in ſuos verſo, pertinaciter obſtitit. Alienauit ea res militum animos ab ipſo duce. Inde collegis eum in vrbem ad Tribunitias diſcordias coercendas reuocantibus, in concione vox eius audita eſt, malum militibus denunciãtis, niſi a ſeditione quieſcerent. Hæc M. Sextio Tribuno pl. occaſio oblata eſt Poſthumij abſentis ad plebem criminandi, ſed maior omnino in caſtris vltio ſecuta eſt, orto inter milites fremitu, quum forte ad tumultuantem quendam lictor miſſus ab ijs qui proxime ſteterant violaretur, P. Seſtius quæſtor eo occurrit, is ſaxo ictus quũ turba excederet, Poſthumius homo vecordi ingenio, cæterum violata maieſtate adhuc magis irritatus, quũ ad ſuppliciũ quoſdam rapuiſſet, vexarentq; interim lictores & centuriones multitudinem, eo militaris indignatio euaſit, vt ducem ipſum lapidibus obruerit. Id atrox facinus poſtquam eſt Romam nunciatũ, Tribunis militum quæſtionem de morte collegæ decernẽtibus, contra plebeijs Tribunis aduerſantibus, nouum inter ordines, de comitijs, ortum eſt certamen quo factum vt res ad Interregnum rediret, obtinuerunt tamen patres, vt conſules eo anno fierent, creatiq; Au. Cornellius Coſſus, & L. Furius Medullinus. Poſthumianæ cædis quæſtio, volente, plebe conſulibus permiſſa, eſtq; paucorum ſupplicio, qui ſibi mortem conſciuere, res tranſacta. Furius legiones in Hernicos duxit, hoſteq; non reperto, Ferentinum, vbi Volſci eſſe dicebantur, progreſſus, oppidum priore nocte deſtitutum, ſine certamine occupat. Ager Hernicis datus. Licinius Tribunus plebis ſequenti anno, Q. Fabio Ambuſto, & C. Furio Peſilio conſulibus, gentile negocium aggreſſus, agrarijs actionibus cœperat vrbanum ocium vexare, quum peſtilentia magis minax quã pernicioſa, ciuitatem inuaſit. Tum vero animis ciuium, eo metu a foro ad ſe & ſuos curandos auerſis Tribunitia vis ſua ſpõte paulatim remiſit. Fames inde ſecuta eſt, quæ ſequentem annum P. Atratino & C. Nautio Rutilio conſulibus triſtiorem reddidit. Miſſi circa omnes populos legati, qui publice frumentum coemerent. Nullibi frumentatio infeſtior Romano fuit, quam apud Samnites, qui tum Capuam & Cumas tenebant. Ab his Romani prohibiti commercio, Siculam frumentationem ſecuti, conſueram vrbi annonam reſtituerũt. Erat iam periculo ciuitas defuncta, quum Martio Aemylio, & P. Valerio Potito conſulibus, Equi in armis eſſe dicebãtur, multis Volſci nominis priuatim ſuppetias ferentibus, & iam in Hernicum Latinumq; agrum deſcenderant, quum Valerium conſulem delectum habentem, Menenius Trib. ple. agrariæ legis lator, impedire eſt adortus. Ex iunioribus nemo citatus reſpondebat, Tribunitio auxilio fretus, quum repente affertur Caruentanam arcem ab hoſte occupatã, ea res Menenio inuidiæ fuit, & tribuni, qui in gratiam patrum ſua erant ſponte interceſſuri, audaciores facti Menenio obuiã iuere. Ductus itaq; exercitus continuo eſt ad hoſtem, qui ſub primum conſulis acceſſum loco deceſſit: quicquid ibi prædæ eſt quæſitum, Valerius rebus venditis Quæſtores iuſſit in ærarium reponere, quo facto exercitum ſua ſponte iratum, in ſe dux ipſe iratiorẽ reddidit. Nec obſcure præ ſe tulit ſtudium ſuum miles, qui illum ouantem in vrbem ſecutus, iocularibus carminibus, non ducem, ſed Menenium Tribunum paſſim celebraret. Ea re inſtructi patres veriti, ne ſi tribuni conſulari poteſtate in ſequentẽ annum crearẽtur, Menenius locum obtineret, pro magno negocio habuerunt, conſularia comitia decernere, quibus poſtea cõſules creati ſunt, Gn. Cornelius Coſſus & L. Furius Medullinus. Nunquam alias plebs ægrius tulit Tribunitia comitia non ſibi credita, nec iram diu diſſimulauit ſuam quę proximis comitijs quæſtorijs, treis e plebe q̃ſtores creauit, quum Patricij ad id tempus creari conſueſcent. Qui e plebe primum creati ſunt fuere, Quintius Siluius, P. Elius & P. Pipius, patricioru̇ vni Claudio Fabio Ambuſto loco ad dignitatẽ relicto. Eo ſucceſſu Trib. ple. erecti, magnum conſulibus & ſenatui negocium intendebant, ſumma ope annixi, vt in ſequentem annum Tribunitia comitia haberentur: nemini dubium erat, plebem præſenti certamine irritatam, maiorem Tribunorum partem ſui corporis relaturam, eratq; plebis cauſa tribunorum violentia ſuperior, quum ſubito nuncij affuere, hoſtes cæſo p̃ſidio Caruentanam arcem iterũ occupaſſe. Tribuni ferocius coorti, omnem ſpem habendi delectus conſulibus adimunt, niſi prius ſenatuſconſultum fieret, vti Tribuni conſulari poteſtate in ſequentem annum crearentur, quod ipſum ea eſt conditione conceſſum, vt nemini eorũ, qui tum tribunus plebis eſſet, proximis comitijs petere liceret. Senatuſconſulto in eam ſententiam facto: conſules, delectu habito, ad bellum ambo ſunt profecti, an alter Romæ ad habenda comitia ſubſtiterit, parum perſpicue traditur: ſatis conſtat, poſt multos conatus, hoſtem ex Caruentana arce deiji

Carnea ſacra.

Lacedæ. & Argi. fœdus.

Volę oppidum.

Dux ab exercitu lapidatur.

Cõſules.

Cõſules.

Cõſules.

Cõſules.

Ira exercitus in Valerium.

Primi e plebe Quæſtores.



deiji nequiuiſſe, atq; infecta re inde exercitũ abductum, receptã tamen Verruginẽ populatione ſq; in Equis & Volſcis factas, multũq; ex hoſte prędę Romam abactũ. Romæ interim cõtra oĩm expectationem patricij omnes creati ſunt Tribuni conſulari poteſtate, C. Iulius Tullus, Gn. Cornelius Coſſus, C. Seruili⁹ Hala, Fremere tũ id alij Tribuni ac fraude patrũ id factum prædicabant, q; plebei locũ nõ tenuiſſent, quippe qui operam dediſſent, vt ſordiſſimi dignioribus admixtis peterent, quorũ tędio multitudo fraudis ignara in patricios ſua inclinaſſet ſuffragia. Et iam Volſci & Equi in armis erant, longeq; maiore cq̃ ſuperioribus annis apparatu; ſiue Verrugine priore ãno in Volſcis amiſſa irritati, ſiue ſucceſſu Caruẽtanæ arcis retenta, bellũ inſtruere. Placebat Senatui in tanta belli expectatione dictatorẽ dici. Contra Iulius & Cornelius negare ſe id laturos. Patres Tribunos plebis appellant, qui pro poteſtate cogerent Tribunos militum Dictatorẽ dicere, quando, eo inſolentiæ proceſſiſſent, vt Senatus dicto haud obedientes eſſent. Letari eius modi certamine Tribuni, negareq; in ſe eſſe auxilij quicquã, qui non in ciuium, nõ denicq; in hominũ numero haberent. Cæterũ tantũ ſe animaduerſuros, nequa ſenatuſcõſulta eſſent irrita, citra id vnũ ſe nihil inteſtinæ patricioru̇ diſcordię intercеſſuros: ſed quum neq; modum neq; finem præſenti altercationi collegæ facerent, Seruilius Hala aſſurgens pronunciauit, quandiu res quæ inſtabat dilationẽ pati viſa eſſet, expectaſſe ſe, vt Iulius & Cornelius collegæ ſui officij admoniti, in ſenatus autoritatẽ redirent. Verũ quia neq; id facerent, neq; periculũ belli morã vllã ferret amplius, futurũ, vt ipſe proxima nocte dictatorẽ diceret, niſi ſponte ipſi patrũ voluntati accederent. Seruilij denunciatione victi collegæ, de dictatore dicendo inter ſe conuenere. Cornelius ab Hala Seruilio dictator eſt dictus, ipſeq; ab eo magiſter equitũ. Hi ad bellum profecti, vno atq; eo facili prælio, hoſtibus ad Antiũ cæſis, quo omnes duarũ gentiũ vires coiuerant, minori quidẽ certamine, quã ab initio fuerat perſuaſum, victoriam ſunt adepti. Volſcus inde ager ferro & igni vaſtatus, expugnatũq; oppidum ad lacum Fucinũ, in eoq; tria hominum milia capta. Dictator Volſcis intra mœnia compulſis, felicitate maiore quã gloria, in vrbem reuerſus, ſeſe magiſtratu abdicauit. Creati ſequenti anno Tribuni militum, L. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, Gn. Fabius Vibulanus, C. Seruilius Hala, patricij omnes plebeis eadẽ qua priore anno arte excluſis. Hoc anno quia induciæ cũ Veientibus exierant, ad res de more repetendas feciales ex vrbe Veios miſſi ſunt, rogantibuſq; Veientanis ne rex repetitas vellent, tantiſperq; omne ius belli a ſe abſtinerent, donec res Veientium, quæ inteſtina ſeditione parũ quietæ eſſent, componerent, paſſi ſunt patres id a ſe impetrari. Tantũ abfuit, vt ex alieno incõmodo, tunc ab Romanis occaſio vlla peteretur, eſtq; per id tempus p̃ſidium Verrugine a Volſcis cæſum, nec ita multo poſt & Veiens bellum motum, duobus Cornelius, Gn. & P. COSS. tum cõſulari poteſtate Tribunis, & cum his Fabio Ambuſto & L. Valerio Potito. Legati ab vrbe Veios miſſi res de more repetitum, a Veientibus faceſſere, finibuſq; ſtatim excedere ſunt iuſſi, niſi eorũ exemplo, qui ſub Tolumnio fuiſſent rege cęſi, vellent & ipſi pœnas dare. Tulere ſuperbum Veientium reſponſum patres perinde ægre ac debuerunt, confeſtimq; decernunt, vt, Tribuni militum ad populum referant de bello Veientibus inferendo, grauari iuuentus multiplici bello vno tempore implicari, ſatis credere ſibi negocij eſſe cum Volſcis & Equis, cũ quibus ad id tempus debellari non contigiſſet. Augere multitudinis indignationem Tribuni plebis affiduam patribus militiam exprobrando, veterano rum corporibus enudatis cicatrices & ſtipendia numerando, quærendo ecquid iam integri in militũ corporibus eſſet ad noua vulnera accipienda, q̃d ſanguinis ſupereſſet, qui pro republica dari poſſet, rogando. His actionibus illi quum plebis animũ auerterent a nouo bello ſuſcipiendo, viſum eſt tribunis militum in Volſcum agrum exercitum ducere. Gn. Cornelius Romæ relictus, cæteri Tribuni ad bellum profecti, quia hoſtis ſe muris teneret, apparetq; haud vſquam Volſcum ſe prælio commiſſurum, tripertito ad deuaſtandos fines diſceſſere. Valerius Antiatem agrum populari eſt adortę, Egitranum Cornelius. Quacũq; duces ipſi inceſſere late villarũ tecta & agri vaſtati. Fabius interim Anxur oppugnare, Terracinæ eſt id oppidum in Anxur. denominatum, vrbs Latij prona in paludes, qua parte quatuor cohortes a Fabio cum Claudio Seruilio Hala circummiſſæ, quum tumulum vrbi imminentem eximprouiſo occupaſſent, auerſa parte Fabius cum terrifico clamore, cæteras mœnibus copias admouit. Oppidani improuiſa re perculſi dum velut ſtupore preſſi ſegnius muros occupãt, locum Romanis dedere admouẽdi ſcalas. Anceps inde certamen fuit. Poſtremo Romanis murum tenentibus, vbi edictum eſt a Fabio, vt nequis præter armatos violaretur, retinendæ vrbis ſpe iamdudum abiecta hoſtes arma abijciunt, quorũ ad duo milia & quingenti viui ſunt capti, a cætera præda militem Fabius abſtinuit, donec collegæ adeſſent, Teracina qui vbi eo copias adduxerunt, oppidum veteri fortuna opulentum tres exercitus diripuere. Ea imperatorum benignitas plebem patribus reconciliauit, auditumq; quod maxime militari fuit ætati acceptum, fore, vt deinceps ſtipendium miles ex publico acciperet, quum de ſuo quiſq; ad id tempus militari functus eſſet munere. Nihil vnquam tãto gaudio eſt a multitudine exceptum, cõcurſumq; eſt ad curiam, præhenſatæq; exeuntium manus, magnoq; ſtudio veri patres appellati, neminem vi uorum eſſe, qui pro tam munifica patria, donec qc quam virium ſupereſſet, ſuo eſſet corpori aut ſanguini parſurus. Fremere in ea ordinum lætitia Tribuni plebis, negareq; tam lętum partibus vniuerſis fore, quantum a principio videretur, id conſiliũ multo ſalubrius ſpecie, quam re & exitu futurum; haud eſſe prædicabant vnde ea pecunia in ſtipendium conflari poſſet, niſi tributum populo indicretur. Ex alieno igitur id patres militibus largituros. Nec ſi cæteri ita euenire paterentur, paſſuri id eſſent illi, quibus iam emerita ſint ſtipędia, iniquo animo laturi, meliore conditione alios militare, cq̃ ipſi olim militaſſent, & qui in ſua ſtipendia impenſas fecerint, tum demum in aliena facere cogerentur. Hac tribuni denunciatione mouerunt aliquã, omnino plebis partem. Poſtremo tributo indicto edixerunt Tribuni futuros ſe auxilio ijs, qui in militare ſtipędium tributum ſoluere recuſaſſent. Cæterum petendi initio a patribus facto, qui pro ſe quiſq; enixi æs graue ex cenſſu in medium contulerunt, adhuc enim ſignati argenti vſus nullus erat Romæ, dederunt operam vt diti ſſimi quiq; amicorum ex plebe itidem ipſi facerent. Deferebanturq; iam aperte currus ære onuſti in ærarium, quod vbi magno militaris ætatis fauore fieri animaduerſum pendędi eſt, populare ſtudium cæteri ſecuti, vulgo Tribuni tributi,

Tri. cõpo.

Tribuno rũ ironia.

Dictator

Trib. mi.

Ro. modeſtia.

Trib. cõpo.

Principiũ

tium auxilium repudiarunt. Atq; sic accidit, vt viginti annoꝝ spatio Athenis & Romę cœptũ sit tributũ pendi in militare stipendiũ, casuq; nõ exemplo, vtrobiq; id factum, quãdo nulla ad id tempus inter ipsas ciuitates essent mortalium cõmercia, vt hæc illius, aut huius illa videri possit exemplum secuta. Tum demum, bello Veiẽtibus indicto exercitus magna ex parte voluntarius Veios est eductus. erant tũ consulari potestate Tribuni, T. Quintius Capitolinus, Quintius Cincinnat⁹, Claudius Iulius Tullus, Aulus Manlius, L. Furius Medullinus, M. Aemilius Mamercus. Ab his primo Veij obsideri cœpti. Fuitq; ea oppugnatio sequenti anno segnior, exercitu ad Volscũ bellum inde auerso. Tribunos consulares is annus habuit Claudiũ Valerium Potitum, M. Sergium Fidenatẽ, P. Cornelium Maluginensem, Gn. Cornelium Cossum, Claudium Fabium Ambustum, Spurium Nautiũ Rutilium, Horũ ductu & auspicio inter Ecetram & Ferentinũ prospere in Volscos Romanus exercit⁹ dimicauit, inde Artena Volscorum vrbs est oppugnari cœpta, vnde hostes eruptione repente facta, prælio victi, quum in vrbem compellerent, secũ Romanos mixto agmine intra muros traxere. Fuit militibus captum oppidum prædæ. Arx quo se plurimi receperant aliquot dies circunsessa, serui cuiusdam proditione capta est. Proditori præterea libertatẽ duarum familiarum bona in præmium data. Ipse Seruius Romanus vocitatus. Duces oppido & arce dirutis, omnem armorũ impetum in Veios verterunt. Et hæc Romæa Posthumiana cæde ad primam Veiorum obsidionẽ domi militiæq; gesta, in quæ tempora incidisse crediderim, ea quæ a quatuordecimo Peloponnesiaci belli anno, vsq; ad vigesimum quartum, intra extraq; Græciã, ab Athenien sibus sunt terra mariq; gesta. Enimuero Lacedæmonij eodem anno, quo cũ Argiuis societatem iniuerunt, quum ipsi Gymnico agone celebrando forte essent occupati, Oligarchia, id est paucorum potẽtia ab Argiua est plebe sublata, iudicarunt Lacedæmonij, qui non multo post auxilio nobilibus venerant, iniurios esse eos, qui vrbe Oligarchiam eiecissent, quo metu perculsa multitudo pro magno habuit negocio, societatem cum Athenien sibus nuper abruptam, resarcire, muro ab vrbe ad mare tumultuario opere deducto, ne Athenien sium auxilijs excludi possent. Murum Lacedæmonij opere adhuc imperfecto, quum haud multo post Agidis ductu bellum Argiuis intulissent, captum diruere. Hysiam inde Argiui agri oppidum vi captum, omnibus ingenuis prius interfectis, diripuerunt. Argiui & ipsi, Lacedæmonijs abeũtibꝰ, quia Phliasij suos exules hospitio fouerent, eorum agrum ferro & igni populati sunt. Athenienses interim, comparato in Chalcidenses Thraces exercitu, Niciæ ductu Perdica, quia cum Lacedæmonijs sentire videbatur, a Macedonia exclusa, belli negocium haud cõtemptibile intendunt, & Alcibiades cum viginti nauibus Argos trajiciens. CCC. Argiuos, qui in suspitionem venerant, cp cum exulibus sentirent secum abductos, in insulis quæ Atheniẽsibus parebant, sub custodia collocauit. Triginta præterea nauibus Melum insulam Athenienses adorti, Melios, quia imperata facere recusarẽt, muro claudunt. Erant Melij Lacedæmoniorũ coloni qui Pylum præsidio tenebant, ex Laconico agro prædam latrocinio auertentes, ob idq; Lacedæmonij fœdus, quod cum Athenien sibus habebant, haud violandum putarunt. Cæterum edictum est vt sociorum quicunq; vellent prædam ex Athenien sium finibus agerent. Corinthij cæteris quiescentibus, priuatarum dissensionum causa, soli omnium cum Athenien sibus bellum gerebant. Hi Melios interim obsidione domitos deditosq;, præter imbellem multitudinem quam ad seruitutis ignominiam seruarunt, ad vnum omnes ferro cõficiunt, Colonis Melum ex Attica missis. Erantq; per hæc Athenien sium res in assiduo motu, cum subigendæ Siciliæ cupido, quæ diu antea eius populi animum incesserat, ad classem multo maximam, quam vlla vnquam alia ex Attica ad bellũ egressa esset, in Siculos ornandam adegit. De Sicilia in lia abunde satis alio a me loco dictum arbitrarer, nisi Thucydides de vetustate insulæ omnino ab alijs diuersa quædam secutus videretur. Is autor est eam octo dierum nauigatione patere, & qua ad Italiam obuersa iacet stad. circiter viginti a continente discretam. Cyclopes & Lestrigones ait ab initio eam tenuisse, quod autem id genus hominũ fuerit, aut vnde profectum, quove demum abierit parum sibi fuisse compertum. Cæterum Sicanos post ea monstra hominum, terram ipsam tenuisse arbitratur, qui ab insulanis indigenæ sint falso creditum, quãdo Hispani fuerint, & a Sicanio Hispaniæ fluuio dictũ scio ego esse qui a Sicori potius dixerint) hiq; insulam qua ad occasum obuersa iacet, passim coluerunt. Procedente deinde tempore, Troianos post Illij excidium eo appulsos, in Sicanorum finibus concedisse, Elymosq; nomina eorum vrbes Erycem & Egestam. Accesserunt his Phocenses accolæ, qui a Troia reuersi, & in Lybiam tempestate delati, ex ea terra in Siciliam trãsiuere. Siculi inde ex Italia ab Opicis pulsi in eãdem insulam ratibus, vt fertur, traiecerũt. Hi Sicanis prælio superatis, atq; in occiduam oram & meridiem depulsis, reliquum insulæ occupantes, consecuti sunt vt pro Sicania Sicilia diceretur, tenueruntq; terram ipsam annis ferme trecentis, ante Græcorũ in Siciliam aduentum. Phœnices permulti negociorum causa loca ad Aquilonem vergentia insederunt. Post vero Græcorum aduentum, Motyam, Soloentem, & Panormum loca Elymis finitima habitarunt. Chalcidenses ex Eubœa Græcorum primi in insulam transmisere, Theoclis ductu. Is Naxum condidit. Vno deinceps anno inreiecto Archias ab Hercule oriundus, cum Corinthiorum manu, Siculis eo loco eiectis, Syracusas duxit colo niam, & Chalcidenses qui cum Theocle venerant, septimo post Syracusas a Corinthijs habitatas anno Leontinos, eadem Siculorum gente his sedibꝰ depulsa, coluerunt, mox & Catinã adepti. Peridẽ ferme tempus Lampis ex Attica cum Megarensibꝰ in Siciliam delatus, apud Pantaicum flumen primo consedit, inde cum Chalsidensibus aliquãdiu Leontinos coluit. Ab illis vero exactus, coloniscp in Tapso collocatis vita decessit. Hi Hyblone rege Siculo, qui regionem obtulerat, duce, Megaras tenuerunt, suntq; Hyblei dicti. Sed illi centum post annis quam locum habitare cœperunt Helinuntẽ condiderunt. Antiphemus inde e Rhodo profectꝰ, & Entimus e Creta, suam itercp coloniam ducens, Gelam condiderunt anno quinto & quadragesimo quam Syracusæ cœperant inhabitari, nomine ipsi vrbi a proximo flumine impositio. Qui Iocum ipsum prius tenuerunt Lyndij dicebantur, Suspicari liber quod miror Thucydidem nõ dixisse, Rhodios ipsos, qui cum Antiphemo venerunt: fuisse Lyndios illos, qui ea loca tenuerunt, quippe qui aliquanto prius quam Gelam cum Cretensibꝰ tenuerint, in his locis cõsedissent, vt a Lyndo Rhodia vrbe

Trib. cõ. po.

Trib. cõ. potest.

Veienta na obsidio.

Argiuorũ motꝰ.

Melij ob fidentur.

Meliorũ excidiũ.

Sicani.

Troiani.

Elymi.

Phœnices.

Siculi.

Corinthij.

Lampis.

Hybla.

Hyblei.

Geleũ.



dia vrbe essent Lyndij nominati, sed quicunque mortales Lindij fuerunt, Gelenses centum circiter annos post vrbem ad Gelam fluuium conditam

Agregas Zancla. Agregantem coluerunt, oppidum & ipsum a proximo flumine nominatum, autoribus sibi delectis Aristono, & Pistolo. Zanclam inter initia latrones ex Cumis Opicis quę in Campania sunt profecti habuerunt, inde cum Chalcidensibus ex Eubœa digressis, Periere & Cratamene ducibus, quorum Chalcidensis hic, ille Cumeus, colere perseuerunt. Siculi vrbẽ Zanclam a falcis specie dixerũt. Acre & Casmenæ a Cyracusanis sunt habitatę. Cõditæ hæ nonaginta annos post Syracusas, septuaginta illæ. Quadringenta post Casmenas annos

Cameri na. Camerina ab eisdem Syracusanis condita. Atq; huiusmodi gentes Barbaraę Græcæq; Siciliam ab initio coluere, cuius insulæ sibi vindicãdæ, quum mira tenerentur Athenienses cupiditate, auxilij Chalcidensibus ferendi prętextu, præcipue Egestanis, quorum legati aderant, suppliciter opem petentes contra Selennutios qui bellum eis ob finium discordiam intulerant, accitisque in partes Syracusanis, terra mariq; infestabãt, itavt parum a legitima obsidione distarent. Legati igitur, repetita pristini fœderis memoria, si Leontinos Syracusani, & cæteros Ionas, qui in insula essent, suis sedibus pellerẽt totius insulæ possessionem adepti, confestim auxilia Doribus in Peloponnesum aduersus Athenienses mitterent. Dicere adhæc esse Egestanis affatim pecuniarum ad eius belli, quod instaret, sumptum perferendum. His Athenienses permoti, Vt cætera consulto fieri viderentur, legatos in Siciliam miserunt, ad Egestanorum res inspiciendas, videndũq; tantum illis pecuniarum ad bellum esset, quantũ eorum oratores prædicarent. Et legati ob hæc ex Athenis in Siciliam missi. Lacedæmonij interim Corinthijs gratificati, Argiuum agrum cum sociis ingressi magna ex parte ferro & igni fœdarũt. Qua sociorum clade Athenienses commoti, triginta naues in Peloponnesum classem misere, sexcẽtosq; ad pugnam instructos, qui cum Argiuis coniuncti eorum exules ex Orneis deiecerunt, vbi a Lacedæmonijs ad hoc ipsum vt Argiuos infestarent, fuerant locati. Diruto itaq; oppido Argiui sese domũ receperunt. Athenienses ex Peloponneso profecti, domestico Macedonicoq; exulum equitatu vsi, Perdicæ fines hostiliter incursabant. Exieratq; iam sextus decimus Peloponnesiaci belli annus, quum legati ex Sicilia reuersi sexaginta talenta argẽti nõ signati in mensturum totidem nauium stipendiũ,

Legatoꝝ Athe. ex Sicilia reditus. ab Egestanis attulerunt. Tum pro concione quicquid argenti ipsi secum tulissent in medium protulerunt, apud Egestanos in templis & in ærario argenti pondus esse immensum quum populo affirmassent, confestim naues sexaginta ad id bellum sunt decretæ, Nicia Nicerati, Alcibiade Cliniæ, & Lamacho Xenophontis filio ducibus, qui cõtra Selenuntios Egestanis auxilio essent, ac si quid prospere in bello contigisset: Leõtinos in sua sede collocarent, aliaq; transfigerent in Sicilia, quæ suæ rei publicę profutura arbitrarentur. Erat Lamachus

Lamachi pauptas. adeo pauper, vt quoties eum Athenienses ducem creassent, aliquantulum pecuniæ ad pallium ei & crepidas comparãdas decerni necesse fuerit. Ditior Alcibiades, medium in eo ingeniũ Aegyptiacæq; terræ comparatum, quæ quum saluberrima ferat medicamenta, fert & pernicio sissima venena. Sed

Nicias. Nicias ditissimus, multaq; ob diuitias & res prę re gestas apud suos celebritate, pacis semper suasor vt Pericles dum vixit belli. Ipse talis omnino, qua lem se in publico prædicare solebat, illud Agamẽnonis semper in ore habens, vitæ nostræ turbam præsidem sortiti sumus, multitudini proculdubio seruire cogimur. Gratia & liberalitate omnes superauit, tantaq; religione præditus, vt seruum liberta te donauerit, quia Baccho esset similis, & agrum magna pecunia emptũ Delio Appollini dedicauit Nemo ab eo ferme quicquam petijt vnquam, qd̃ non facile impetrarit. Nec minus ijs donare a quibus mala aliqua timeret, quam gratis & bene meritis. Primus in senatum ventitabat, omniũ postremus abibat. Quum talis itaq; Nicias esset, & iam de classe confestim expedienda agitaretur, huiusmodi pro cõcione habuit orationem. Etsi de classe ad bellum ornanda acturi huc hodie conuenistis viri Athenienses, tanquã in Siciliam omnino nauigari oporteat, mihi tamen adhuc considerandũ videtur, satius sit nec ne in alienam terram, eamq; opulentissimam, nullo ipsi bello lacessiti pro Egestanis, fœderum desertoribus trajicere, ne breui tumultuariaq; cõsultatione temere parum notis credendo, rempu. in aliquod maioris belli discremen adducamus. Equidem quod ad me attinet ego exhacre, vt video, honore afficior, & meo ipsius corpori minime omnium timeo. Cæterum boni ciuis esse arbitror corpori & fortunis suis prospicere, sed multo melioris, dare operam vt quantum in se sit, respublica in tuto collocetur sitq; omni tempore incolumis. Ego quẽadmodum nunquam adduci potui, vt quæstus, aut dignitatis meæ causa, aliqd dicerem, quod non idem vtile reipublicę putarem, ita in præsentia viri Athenienses. quæ optima esse sentio dicam, qui si tãtum hoc suadeam, vt quæ ea nobis ad sunt tueamur, nec quæ certa sunt pro incertis periclitemur, in firma fortassis nostra videri possit oratio. Sed neq; tempestiue hæc a nobis moueri arbitror, neq; ad obtinendum quę volumus facilia esse quę contenditis, hoc ipsum vt intelligatis efficiã. Equidem illud primum dicam, videri vos mihi quærere, quonam modo, quum hic multos hostes habeamus, alios adhuc nouos aliunde contrahere possimus, quasi fœdera, quæ nobis sunt cum Lacedæmonijs, diutius sint mãsura, & nõ iã ex oi parte labefactata, vt nihil illos, ad arma instruenda, nisi occasionẽ expectare credibile sit. Qui siqd, qd̃ nolim, in Sicilia, nobis aduersi accidat, ferocius q; antea, in nos coorti, fractas debilitataq; ciuitatis vires, eo odio, quo i nos semp fuere penit⁹ extinguãt. Sed quo illi, eorũq; socij nostris sunt rebus infestio res, eo magis nobis est cõsiderãdũ, ne alienũ iperiũ affectãdo, hoc qd̃ maiorũ virtute q̃sitũ est, in aptũ discrimẽ adducam⁹, nec aliena prius sequamur, q̃ nostra stabiliuerim⁹. Etemꝫ p deũ qd attinet Egestanis nr̃orũ fœderũ olim desertoribus, opẽ polliceri, quũ Chalcidẽses in Thracia, tot annos nobis rebelles, ad iperiũ retrahere nequeam⁹? nec qd̃ isti pdicãt illud timẽdũ, ne Syracusani q̃sito sibi Siciliæ iperio, enixe sint Dores in Pelopõneso cõtra nos adiuturi, q p̃tercp q nobis minime infensi sunt, no lint etiã Lacedæmoniorũ potẽtiã nimiũ augeri, ne nostris reb⁹ euersis, suas postea adoriant. Quin illud puto vidẽdũ, ne siqd detrimẽti eo bello accepe rim⁹, cõtinuo p cõtẽtũ nostri, cũ alijs huc Græcis, ad Atticas opes euertẽdas, pri⁹ a nobis irritati, trãsmittãt. Emuero, quo res hũanæ magis inter se distãt, minusq; notæ sunt, eo certe admirabiliores videri solẽt. Cõtra expertæ ac quoquo mõ tractabiliores factæ, multum opinione hominum vilescũt. Sẽtẽtia. Timent nunc Syracusani consociare cum Lacedæmonijs & cæteris Doribus fortunas suas, nomen

scilicet vrbis huius veriti, at nobis cum sæpius cõgressi, nostrisq; certaminibus assueti, nũ timebũt? Stultæ quidem faciunt illi qui per breue ocium ciuitati bello & pestilentia affectæ, inuident: quippe quæ multiplici clade exhausta, aliquid sibi laxamẽti dari postulat, vt ad hoc bellum, quod nobis a tota Peloponneso, Macedonia & Thracia impẽder, fortior exurgat. Nec quorundam cupiditas spectãda, qui adipiscendi imperij cupidi, & vt in domesti co apparatu nihil pensi habent, quam periculoso rempu. bello implicẽt, modo ipsi vestram classem quæstuariam, vestros ductent exercitus, Sicilienses quantum ad nos pertinet, suis finibus contenti, nihil nobis terra marive iniurij sunt nec si cupiditas imperandi animos stimulet, status illius insulæ a nobis, tam alieno tempore, est tentandus. Respondendum proinde Egestanis censeo (quod & nos seniores quibus maior prudentia adest sentire oportet) vt bellum, quod sine Athenienſibus a principio cum Selenuntijs contraxerunt, id ipsi per se dissoluant. Ac tu quæstor, si te eum existimas, qui merito geras curam ciuitatis, quando reipublice plurimum interfit, da operam, vt de integro, priusquã soluatur concio, ciues de Sicilienſi expeditione maturius consulãtur, quisquis enim ciuitati male consultæ medens fuit, is demum merito creditus est de repu. optime meritus, volens vero, licet nihil profuerit, nihil male meruit. Hæc Nicias, cui quũ optimi quiq; & in primis seniores essent assensi, Alcibiades, qui iam antea in repu. administranda, a Nicia dissentire cœperat, etsi longe minor natu, tum etiam pro concione, vt ciuis parum frugi, & imperij cupidus oblique carptus, ita illũ perorantẽ excepit. Imperatorem me esse oportere existimouerũt Athenienſes, hinc enim exordiri mihi necesse est, quando Nicias prius locutus, me sua oratione ambitiosum ciuem subnotauit. Dixi me dignum imperio, quoniam hæc, propter quæ inter homines celebre sum nomen adeptus, mihi & meis maioribus splendorem afferunt, patriæ decus & emolumentum. Quippe meo hoc vitæ instituto effeci, vt tota Græcia Olympiorum spectatrix, iampridem validissimas Athenienſium opes existimet, quas longo bello fractas, ad nihilum propemodum redactas vulgo arbitrarentur. Enimuero cum septẽ ad id certamen curribus accessi, cum quot ad hunc diem priuatus nemo, extitiq; celebri agone altero quartoq; loco victor, quæ & honorifica quidem sunt, & ad potentiæ faciunt opinionem. Hæc magnificentiæ opera, & alia per quæ sum celebritatẽ adeptus, natura (haud me fallit) sunt ciuibus inuidiosa, apud hospires, & exteras gentes specimen & ornamentum. Nec meo iudicio improbe facit, qui priuatis sumptibus non seipsum modo, sed & patriam nititur illustrare. Nec si quis talis sit hocque splendore præditus, inepte fecerit, si quo maiores alit spiritus, eo se cæteris præstare opinabitur. Nec me fugit huiusmodi homines, & quicunque inter alios dignitate eminent, inuisos fuisse semper ijs, cum quibus ex æquo antea vixere. Sed id suo dumtaxat æuo. Cæterum eosdem id posteritati reliquisse, vt multi se eorum cognatos fuisse glorientur. Alij q̃ ex eadem patria vnde illi orum duxissent. Quorum ego æmulus, & ob hoc ipsum priuatim illustris, animaduertite quæso an ciue vllo deteri? versor in repu. Etenim Peloponnẽsium viribus meo studio & opera contractis Lacedæmonios nuper ad Mantineam compuli de omni suo statu dimicare. Quod licet fortuna ea acie pro illis steterit, ita tamen affecti inde discesserunt, vt nihil mouere amplius sint ausi. & hæc satis adolescẽs patriæ præstiti, vt minus de hac ætate dubitare possitis. Verũ quãdiu p̃senti autoritate in integram ætatem adolesco, & Nicias rẽp. recte administrare videtur, vti mini viri Athenien. vtroq;, vt ꝓmodius visum fuerit. Quod vero ad Siculũ bellũ attinet, nullo pacto vetera decretũ mutandũ existimo, nec quia aduersus multas sit gentes bellandũ, hoc quẽpiã mouere debet. Sunt quidẽ Siculi nulli rei minus quã bello assueti, cęterũ seditiosi suiq; ꝓmodi studiosiores q̃ belli rõ. publici, inuidentesq; inuicẽ atq; eo Syracusani maiori inuidiæ expositi, quo opibus cæteros antecellunt. Sunt præterea Barbari pleriq;, qui Syracusanũ nomẽ infense oderũt, qui nostræ vrbis celebritatẽ secuti, nõ solũ nõ ab illis stabunt, sed subita defectione nobiscũ arma iungẽt. Erimus itaq; opib⁹, auxilijs, peritia bellandi meliores, quo fiet, vt & rebus Syracusanorũ fractis, facile simus in ea insula nobis imperiũ q̃siturj, quo q̃sito tm̃ iã inde aberit, vt Peloponnesiũ opes sint nobis amplius formidandæ: vt hi quoq; breui sint nostro imperio accessuri. Cõsideratæ viri Athenienſes qua indole, quibus artibus, maiores nostri hoc sibi imperiũ q̃siuere, quæsitũ nobis per manus tradiderũt, ocio ne & desidia, an solertia potius & audacia, terra mariq; bellando? sic illi Medũ vtroq; marte victum, tota Græcia expulerunt, sic expulso, classe circa insulas, & in orã Ioniæ missa, gloriã & imperiũ huic vrbi peperere. Illorũ sunt vestigia nobis sequẽda, illorũ exẽplo opes huius vrbis augẽdæ. Necesse est eos, q̃ alijs imperent, ne in discrimẽ adducant, sua sponte insidiari alijs, ne alienis insidijs locum relinquant. Effugiendũ ciuitatis ocium, quo vt cæteræ res, ita militaris disciplina consenescit. Nec Niciam audite, qui a iunioribus ad seniores, parum vtili exemplo, publicã consultationẽ relegauit, quin maiorũ institutum seruate, quo iuuenes cum senibus consultantes, rem Athenienſem in eũ statum extulerũt quem vos pari ratione propagate, existimãtes neutram ætatem sine altera satis ad incrementa ciuitatis valituram, simulq; & inbecillum & mediocrẽ plane absolutum esse, maximeq; pollere, quũ promiscue plura iuncta sint, & inter se connexa. Ad summam sic sentio, nihil tam cito destrui, quam ciuitatem negociosam, in ociũ mutatã, in qua securissime agunt, qui rerum statu, siue bono, siue malo, contenti, ocium & desidiam malunt, quã meliora studia tueri. Hanc Alcibiadis orationem, Egestani & Leontini exules, postea introducti, multis precibus, & lachrymis exceperunt, obsecrare illi, obtestariq;, ne se & socios in tanto discrimine deserent, moueruntq; eorum preces ciuitatem, satis Leontis per se ad bellum inclinatã. Quod quum haud dubiæ appareret, decretum tolli non posse, tum Nicias. Quoniam placet vt video, viri Athenienſes, Nicię ad bellum semel decretum exequi, Naues, arma, commeatus, stipendium & alia ad vsum belli necessaria, vobis expedienda sunt, & quia cum potentissimis populis nobis res futura est, qui omnibus ijs, quæ dixi, magnopere abundant, videndum est, vt ita instructi hinc proficiscamur, vt pares hostibus illic esse possimus, atq; diutius in ipsa insula commorari, quæ omnia eo studiosius sunt paranda, quo expeditio hęc locorum distãtia erit difficilior, præsertim quum ibi præter pauciſſimos qui ob veterem nobiscum cognationem fortassis in partibus erunt, cæteri insulani sint ad vnum hostes futuri. Nec in tam longa nauigatione, quæ vix quatuor hybernorum mensium spatio recte conficiatur, amici sunt nobis, aut socij, vnde commeatus & auxilia

Perora-tio.

Oño Alcibiadis.

Alcibiadis insinuatio.



& auxilia sperari possint. Magno itaq; rerum apparatu opus est, ac multo maiore, quã aliquis animo cõceperit. Centũ triremes, vt simus pares hostib⁹, sunt a vobis comparandæ, & in his quinq; armatorũ milia Attici nominis, stipendiũ & commeatus in plures menses, ne horũ defectũ vestri duces, inde abire coacti, speculatũ illuc iuisse, nõ bellatũ dicantur. Talibus Nicias vsus salubria monere, quę etsi dura vulgo videbantur: tanta tamẽ Siculi belli cupiditas animos incesserat, vt magno ciuitatis consensu, centum triremes, cæteriq; apparatus, in Niciæ sint sententiam decreti, permissumq; est ducibus, vt in ornanda classe, totoq; bello administrando, suo arbitrio vterentur, atq; ea agerent, quæ ipsi e repu. fore existimarent. Sed dum hæc studio expediuntur, omnes Mercurij, qui Athenis erant (erant enim quam plurimi) nocte incerto autore truncati sunt. Vulgo persuasum est eam rem ad eius professionis augurium pertinere. Alij nouandarum rerum, soluendiq; popularis status, omen id esse interpretabant. Proposita sunt indici præmia & impunitas promissa, si quis eius flagitij conscius, rem ad magistratum detulisset. Seruorũ quorũdam indicio constitit, solere nocte multos adolescentes, & in his Alcibiadem ipsum, per vrbem lasciuo discursu in statuas grassari, etsi de Hermarum truncatione nihil alioqui compertum haberent. A dijcere his mysteria ab eisdem pollui. Negare Alcibiades, ac de his, prius quam in prouinciã proficisceret se iudicio staturum polliceri, verum quia omnia ad bellum opportuna erãt in procinctu, aderantq; Argiuorum auxilia, & ex Mãtineis multi Alcibiadis nomen secuti, cæterum veriti eius aduersarij, ne si in iudicium arreptus esset Alcibiades, plebs quæ studiose illi obsequebatur ob eius discrimen militiam detrectaret, Argiuiq; & Mantinei domum retro abirent, accusationem in aliud tempus distulere. Eratq; iam dimidium ætatis, quum classis ex Pyreo profecta est omnium ad id tempus vnius Græciæ vrbis longe ornatissima, ad quam visendam, non tota solum ciuitas, promiscue omnis vtriusq; sexus ætas sese studio effudit, sed peregrina etiam multitudo, ad id spectaculum Athenas confluxit. Centum numero triremes Atticæ portu egressæ sunt, Chiorumq; & Lesbyorum quinquaginta, præter onerariarum numerum ingentem, quæ commeatus vehebant. Votis itaq; nuncupatis, duces ex Pyreo profecti, in altum abierunt. Syracusis interim futuri belli fama, varijs rumoribus tentabat, inter Athenagoram & Hermocratem sententijs est pro concione disceptatum, hoc bellum ingens instare denunciãte suadenteq; vt in Sicilia confestim populorum animi noua societate iungerentur, in Peloponnesum ad Lacedæmonios & Corinthios mitteretur, qui aut auxilia in Siciliam mitterent, aut Atticam bello infestarent. Mittẽdũ & in Italiam, qui in maritimas vrbes fœdere Syracusanis iungerent, & in Aphricam ad Carthaginiẽſes, quibus Athenienſium opes, ob rei maritimæ studium, iam antea suspectę erant: armandam consestim iuuentutem, atque instructa classe hostibus quum adhuc Ionium nauigarent, occurrendum. Contra Athenagoras, belli famam eleuando. Hermocratis sententiam vt vanam redarguere, populumq; identidem monere, ne pateretur ad paucos potentiores, e quibus Hermocrates esset, Syracusanæ rei summam volui: quin magistratibus omnia permitterent, illos quæ in rem fore arbitrarentur, mature prouisuros. Atq; secundum hanc Athenagoræ concionẽ magistratus interfati, pronunciarũt totius rei curam penes se fore, non esse cur priuatus quispiã rei bellicę nimium satageret, quo ad Athenienſium consilia omnino nota essent. Daturos se operam, vt si cum illis bellum futurum sit, maturare eorum conatibus iretur obuiam, Cæterum dũ Syracusani per hæc segniter tempus terunt, Athenienses interea, sociisq; Corcyram classem appulerunt. Hinc tripertito digressi quia nullus erat portus tot nauium capax, præmissisq; speculatorijs navibus, ad explorandum insulæ statum, & quæ ciuitates consilia agitarent, Italiam primo tenuerunt. Erant præter naues ad bellum instructas onerariæ triginta, quæ commeatum & cętera exercitui necessaria portabant. Centum alia nauigia onerarias sequebantur, & aliæ præterea permultæ naues classem lucri causa comitabãtur. Armatorum qui bello instructi erant, quinq; milia fuisse, nec amplius Thucydides scribit. Circa Tarentum igitur & Iapigiam primo appulsis, omniũ rerum commercio, præterquam aquatione & stationibus est eis interdictum. Quãquam Locrenses & Tarentini, ne hæc ipsa quidem concesserint. Rhegini soli omnium extra muros rerum venalium mercatum præbuere. Hicq; subductis nauibus tandiu castra sunt in litto re habita, donec speculatoriæ naues renunciarunt, præterq; nullibi pacati quicquam inuenissent, exiguam apud Egestanos se pecuniam vidisse, quam ingentem se repræsentaturos fuerant ab initio polliciti, credere se summum triginta ibi argenti talenta vidisse nec amplius, tum vero duplici spe frustrati duces, vehementer animos abiecere, nam neque Rheginos, quod futurum ab initio crediderę, ad sociętatem belli trahere potuerunt, & sociorum pecuniæ multo spe minores repertæ erant a speculatoribus, quam esse dicerentur. Nec ab Egestanis haud aliter quam Nicias a principio suspicatus erat frustratio contigit, etenim illi, vt legatos qui ex Athenis, quemadmodum diximus, missi fuerant, ingentis thesauri specie fallerent, Erycinæ Veneris donaria primo illorũ oculis subiecere. Inde a finitimis circa oppidis Phœnicũ & Græcorũ corrogata pocula argentea simul & aurea, in conuiuijs pro suis circuntulere. Quo aspectu decepti legati, vbi Athenas venerunt, Egestanorũ opes nihilo eorũ p̃dicatione inferiores affirmare sunt ausi. Consilia itaq; Atticarũ nauium duces inter se cõferunt. Nicias nihil tentandũ insulæ statum censebat, tantum in Selinuntem nauigandũ, ad qđ precipue missi fuerant, & si Egestani. toti exercitui stipendium numerarẽt, ibi de rebus agendis cõsultarẽt. Sin minus, peterẽt vt. LX. nauibus quas sibi mitti popoſcissent, cibaria præstarent, atq; ibi Selinuntios illis vel vi, vel volũtate recõciliarent. Atq; ita aliis ciuitatibus adiectis, vbi Athenienſiũ opes ostentassent, fidemq; ijsdem soluissent, sine alio motu domũ reuerterentẽ, nisi forte interim Leontinis aliqd ex occasione gratificari possent, aut Siculariũ ciuitatũ aliqua, in Athenienſiũ societatẽ, sua spõte inclinasset. Alioqui nõ videri sibi diutius in insula commorandũ, vbi nihil præter iniuriam lacrisacturi essent. Contra Alcibiades turpe sibi & collegis ducere, ciuitatem & socios tanta expectatione frustrari, præsertim quum tam valida classis, quanta ad id tempus nulla alia, suo esset ductu ex Attica profecta. Quin circa ciuitates mittendum, qui suum in Siciliam nunciarent accessum, simulq; ad defectionem solicitarent, præ cæteris q; Mamertinos tentãdos, quibus in societatem adductis, portũ stationẽq; capaciſſimam esset ad res gerendas habituri. Lamachus Syracusas eundum dictabat, atq; ibi dum res eorũ

Hermæ trocati.

Alcibiadis petulantia.

Validiſſima Athenienſiũ classis.

Anceps Syracusanorũ cõsultatio.

Atticæ classis in Corcyrã appulſ⁹.

Atticæ classis in Italiã appulsus.

Egestanorũ ars.

Nicię cõsilium.

Egestæ Leontini Perorant.

Alcibiadis sentẽtia.

Lamachi sentẽtia.

imparatæ essent, pro portis dimicandum, futura omnia Syracusanis subito accessu terribiliora, quod in ipsis bello assuetis haud postea esset euenturum Accedere ad id, quod Syracusis aut captis, aut obsidione laborantibus cæteræ ciuitates facilius essent ad defectionem inclinaturæ. Hæc Lamachus, nec interim ab Alcibiadis sententia omnino discrepans, quam omnes demum secuti, vt fortuna tentaretur, duo ex ducibus cū. LX. nauibus in insulā trāsiciūt collega cū cætero exercitu circa Rhegium relicto. Ibi a Naxijs in vrbē accepti, Catinā cōtendūt a Catinensibus exclusi, Syracusas versus decē nauibus p̄missis, quæ magnū portū ingressæ. Leōtinis, qui Syracusis erant, nunciarēt Athenienses, suæ ciuitatis vltores, adesse, qui Leontinos societatis & cognationis iure in suas sedes restituerent. Explorarent interim, an Syracusani naues vllas ad vsum belli adhuc in mare deduxissent. Credere ad hæc futurū, vt Leontini qui in vrbe erant sub classis accessum confestim ad se transirent. Interim Catinenses Alcibiadis oratione adducti, Athenienſiū societatem recepere, & ex Rhegio cæteræ copiæ eo accitæ sunt, ibique castra communita. Classis inde Syracusas progressa, vbi nihil tauium in portu stare exploratum est, Camarinam deflexit. Hic Camarinenses appellati ad societatem perlici nequiuerunt, re itaq; infecta Catinam se duces receperūt, aliquot militibus leuis armature amissis, qui in Camarinensem agrum spe prædæ egressi, a Syracusanis equitibus fuerant intercepti. Sub id tempus Alcibiades ad dicendam causam domum reuocatus publica ad id naui in Siciliā missa, quę reum Athenas deportaret. Dabatur ei crimini, q̄ mysteria polluisset, violasseq; noctu Hermas Athenis ille siue calumniæ metu, siue intētati criminis sibi conſci⁹, priuata naui vsus, ex Siciliā in Italiam, mox inde in Peloponesum exul abijt quem absentem Athenienses, quia iudicium deseruisset, capite condemnarūt, iussi sacerdotes illum collegiatim, vt impiū execrari, omnes præter Cereris sacerdotes deuouere, ab his responsum est, orare suum esse, & nō deuouere & execrari. Post Alcibiadis digressum, cæteri duces Egestam cum parte nauium progressi, triginta ab socijs talenta in stipendium accepere, direptis obiter Hyccaris, Siracusani agri vicos rentata est & Hybla in Salentino agro, nec expugnari potuit, exieratq; per hæc eius anni æstas, & iam hyems apperebat, Athenienses interim duces, accersitis ad se sociorum auxilijs, Syracusas inuadere constituunt. Contra Syracusani, qui iam inde ex quo classis Attica est in Siciliam appulsa, suas opes firmare non desiterant, non solum satis virium adv rbem tuendam arbitrari, sed de sua in hostes profectione cōsilia domi agitabant, Nec ita multo post per Catinēsem hominem, ab ipsis ducibus ad hoc ipsum missum, fit spes illis, si copias Catinam admouissent, fore, vt Catinenses, Athenienſium nauibus incensis, Syracusanos intra mœnia acciperent, ipsiq; Athenienses qui extra vrbem metarentur, classe & commeatu exuti, facile ad vnum delerentur, Res temere credita populariter Syracusanos Catinam excitat, nec procul ab vrbe confederant. Nicias & Lamachus audito hostium accessu, omnibus copijs in naues celeriter impositis, Syracusas versus cursum intendūt. Qd̄ vbi Syracusanis nunciatū est, cōsternato agmine, ad opem patriæ ferendā retro abierūt. Atheniēses interim magnū Syracusarū portū ante Olympicū ingressi, castra p ociū ꝓmuniūt. Postridie duces ipsi copias in cōspectū hostiū dedere, si pugnæ copia fieret, acie decertaturi. Nec Syracusani pugnā detrectarūt, iam em̄ qui Catinam cōtenderant, cursu in vrbem venerant. Hortatus est suos Nicias, vbi certamen instare vidit, vetuitque suos obliuisci, qui ipsi essent, & in qua terra dimicaturi, virtute opus esse vt patriam aliquando inuiserent, magno itaq; animo tā hi, quam illi pugnā ineunt: Syracusani pro patria, illi ne partiæ aspectu perpetuo carerent dimicaturi. Leuis armatura init certamen, mox totis viribus cōflictū. Eratq; anceps ab initio dimicatio, plures vtrinq; cadere, quū fœda interim tēpestas cœlo orta est, tonitrua & fulgura magno aeris fragore Syracusanos, velut prodigio territos p̄senti certamine auertunt, facta tū impressio est in eos sua sponte cedentes, secutaq; esset cędes ingens, nisi Syracusani equites extremū agmen ob equitantes, suos protexissent. Occubuere tamen ex Syracusanis & socijs. CCC. & sexaginta, ex Athenienſibus circiter quinquaginta. Nicias & Lamach⁹ quia iam hyems instabat, copijs in naues impositis, Catinā & Naxū vtrobiq; hyematuri abierunt, rati fore, vt post prosperā vnā, cū Syracusanis pugnam, ex Siculis vrbibus aliquæ vltro deficerent, Laborare præterea cœperant rei frumentariæ inopia, nec pecunia in vsum stipendij aderat, indigebāt ad hæc equitibus, vt Syracusanis ea parte belli pares futuri essent. Hos, hybernorū tpe, ex Attica petierunt, vt nouo vere Syracusas iterū tentarent. Consilia cōserebāt Syracusani & ipsi post pugnā, vbi pro concione edocti sunt, non expedire rei bellicæ, q̄ a pluribus imperaretur, quando nihil æque pluriū ac ducū, quibus tū ciuitas vtebat, confusum imperiū ipsis in acie obfuisset. Hermocratē Hermonis filiū virū, quū cæteris rebus agendis nulli Siculorū secūdum, tū bellicis experte ſtre nuitatis, imperatorem creant, quum quinq; antea duces fuissent. Mittunt ad hæc in Peloponesum ad Lacdæmonios postulatū, vt vel domestico bello Athenienses implicarent, Atticamq; armis inuaderent, aut in Siciliā sibi suppetias mitterent. Sed dum hæc Syracusis aguntur, Nicias & Lamachus Messanā proditione recepissent, nisi res ab Alcibia de int exiliū abeunte fuisset Syracusanæ factionis hominibus patefacta. Miserant & Euphemum, q̄ legati nomine Camarinenses, si fieri posset, in partes traheret, qd̄ vbi Syracusis auditū est confestim eo Hermocrates est profectus, qui ita est ciuitatem pro concione allocutus. Nō ideo ad vos venimus viri Camarinenses, q̄ timeamus ne p̄senti Athenienſium exercitu terreamini, sed ob id potius, ne priusquā nos audiuissetis, illorū, qui ad hoc ipsum missi sunt, verbis induceremini. Venerunt Athenienses in Siciliam, nequid vos lateat, non vt Leontinos, velut ipsi prę se ferunt, reducant, sed vt nos nostris abducant sedibus, nec credibile est fore, vt hic in suis vrbibus ciues collocent, quos pluribus locis locatos eiecere, aut eos Leontinorum libertatis curam gerere, quia Chalcidenses, sint, qui Chalcidenses, a quibus hi oriundi sunt, in seruitutem redegerunt, sed quo prætextu illa obtinent, hæc quoque obtinere conabantur. Nam quum ab Ionibus socijs duces constituti essent, ad Medum ex tota Græcia, & Ioniæ ora ejciendum, Medo communibus auxilijs eiecto, pro eo imperare cœperunt, neque Athenienses pro Græcorum, aut Græci ipsi pro sua ipsorū libertate, Barbaro restiterūt, sed vt hæc illis q̄ facta est aliqū fieret in seruitio versura. Verū sint licet Atheniēses rep̄hēsione digni, haud tū ad idvenim⁹, vt eos rep̄hēderem⁹, est em̄ eorū in cognatas gētes subigēdas iniuria iā antea vobis nō ignota:

Syracusa ni ad prę liū exeūt.

Syracusa norū fuga.

Syracusa ni Hermocrati imperiū demādāt

Oro Hermocratis ad Camarinenses.

Alcibiadis exilium.

Quin



Quin vos potius Camarinenses viri reprehendendi estis, qui quum Græcarum vrbium exempla habeatis, quæ ab illis Seruitio premuntur, neq; vestram libertatem defendatis, neq; sophismata quæ vobis afferuntur propulsanda putatis, quin reminiscimini potius, vos non Ionas, qui libertatis iacturam iam pro nihilo habent, sed Dores esse liberos liberaq; Peloponneso oriundos, hanc terram maiorum virtute quæsitam, virtute seruaturos, nec prius eam amissuros, quam sit vita ipsa cū libertate adempta, quasi parum notæ sint omnibus Athenienſium artes, qui occultiorem viam ingressi, alios a nobis pollicitationibus alienare sunt adorti, alios societatis specie ad se pellicere. Nec aduertitur a quibusdam, qualis vicinorum opibus euersis, suarum futura sit rerum fortuna, multum quidem opinione fallitur, qui non se Athenienſibus, sed Syracusanū esse hostem existimat, putatq; pro aliena patria piclitari nō oportere, quin verius ille ratiocinabit, q̄ dū pro mea pugnabit patria, nō ꝓ mea magis c̄ pro sua ipsius se pugnare arbitrabit. Cogitet hic idē Athenienses nō vlcisci velle vllā Syracusanorū iniuriā, q̄ vtiq; nulla est, sed eo prętextu vobiscū cōfirmare amicitiā, vt ꝓ Dores quos natura oderūt, Doricas euertāt opes. Verū sigs aut inuidet nobis, aut nos metuit (inuidiæ em̄ ac timori obnoxij sunt potētiores) cupiatq; ob id ipm Syracusas clade aliqua affectū iri, vt ipse tutius deinceps degat, hic ea animo cōcepit, q̄ nō sunt hūanæ potestatis: nemo em̄ in suo arbitrio habuit vnquā, votū pariter & fortunā. Equidē oportuit vos viri Camarinēses q̄ Siculorū oim nobis ꝓpinquissimi estis, quiq; scd̄m nos piclitaturi, hęc ꝓspicere, & ad hoc incēdiū, qd̄ torā est Siciliā puasurū, vestra spō te restinguēdū occurrere, Syracusanosq; ad cōmunē libertatē tuēdā, cōsilio & opibus iuuare. Nūc ꝓ ijs quæ vos præstare oportuit, veterē cū Atheniēsibus societatē causati, in partibus esse, vt video, recusatis. Sed ea societas ad id credo est olim a vobis inita, vt non ea aduersus amicos & cognatos vestros vteremini, sed in hostes potius, si qui vobis futuri hostes fuissent, vosq; Athenienſibus auxilio esseris, quādo illis iniuria alicunde illata esset. Nūc quantum vos deceat in tali causa, illorum societatem complecti, Rheginorum modestia haud dubie demōstrat, qui cum Chalcidenses sint, in Leontinis cognatis suis restituendis, ad quod illi se venisse videri volunt, ne consilia quidem non modo arma cum Atheniēsibus iunxere. Hoc illi, quū causam specie honestam, minimeq; suspectam haberent. Ergo Rhegini, qui Iones sunt, pro Ionibus stare noluerunt, Dorica gens contra Dores, nulla necessitate coacta, stare non recusabit & qui ex cōfesso hostes semper fuere, socijs & cognatis nō dubitabit præferre. Nec Atticarum opum ea vis est, quæ Siculis vna conspirantibus, aliquo modo per timescenda sit, quin contemnenda potius. En nos Syracusani, nullius ope adiuti, & ad omnia magis quam ad bellum parati, Catinam vsq; nuper profecti, vt cum illis acie dimicaremus, statione decedere coegimus. Mox audita illorum fuga, veriti ne quod erat, nostra absentia fręti ad Syracusas opprimendas irent, incomposito agmine reuersi, eū hostem in procinctu stantem circa vrbis nostræ mœnia adepti, maiore animo quam consilio cum eo confliximus. Cessimus non illi, sed prodigiosę tempestati, nec ipsi duces præ se obscure tulerunt, quid in posterum sperarēt. Quippe qui secundum pugnam illam, confestim in Naxum, & loca sibi tutiora, cum classe abierunt, suis, quis dubitat, viribus diffisi. Quid fore putandū est, si vos, si cæteri Siculi nobiscū cōem liberratē tuebimini, si ex Peloponneso, vt speramus, nobis auxilia aderunt? Spero equidem fore, vt qui tanto strepitu nuper alienā terrā inuaserunt, de sua paulopost soliciti dimicare coganť. Neq; vos, qa neutris accesseritis, satis vestræ famæ & saluti cautū arbitremini, tanquā vtrorūq; socios esse liceat: nō em̄, vt iure illud, ita facto par est. Etem̄ q̄d aliud id erit, quā quos tueri debebas, medio piculo reliquisse, nec ꝓhibuisse, qui vicerint, ne iniurij fierent? Sed quāto satius fuerit cū cognatis cōmune cōmodū tuendo periclitari si periclitandū sit, aut Athenienses amicos ab inchoata iniuria abstinere? Summa igitur eorū oīm, quæ Syracusani a vobis petunt, Camarinenses viri, hæc est, ne Ionibus perpetuis Dorici nominis hostibus, Dores ipsi a vobis Doribus intempestiua defectione prodantur, qui si ab Athenienſibus superentur, vestra causa superati videri potuerunt, sed victoriæ laus erit penes illos, qui & præmium ferent, non eos qui victoriam administrabunt: si victoria nostra, fuerit, pœnas ijs merito luetis, quibus & periculorū authores fuistis. Considerandū proinde vobis est, atq; hic eligendū, certam sine periculo seruitutem sequi velitis, si inde stetereritis, an cum periculo nobiscum libertatem tueri, Syracusanorum in vtraq; fortuna amicissimi futuri. Huiusmodi Hermocratis orationē, Euphemus Atheniensis haud paucioribus excepit verbis, repetitaq; altius causa, veteris Athenienſium certaminis, cū ijs Doribus qui in Peloponneso erant, inde vti necessitate iurec; Iones a se imperio subacti essent, q̄ Medicis temporibus, nō solum a se, vnde oriundi essent, ad Barbaros defecissent, sed Metropolim etiā suā oppugnatū venissent, postremo eo ꝓmonē deflexit, vt ostēderet Atheniēses i Siciliā trāsmississe, non imperandi consilio quū ne tam longa quidem nauigatio, locorūq; distantia id pati videret: sed vt Siculos seruitio, qd̄ illis a Syracusanis immineret, eximerent. Summa eius orationis fuit, qua Camarinenses rogabantur, vt in pristina societate permanerent, nec interim negare esse ciuitates & insulas, quibus Athenienses imperarent, sed iccirco illos id facere, ne alius sibi posset imperare. Verum quo plura tuenda haberent, eo ad maiora facinora obeunda vel inuitos cogi. Viderent ipsi ne auxilia quæ sua sponte accersiuissent, si per contemptum vanāq; suspitionem insula excedere paterent, frustra essent postea requisituri. Quin aliorū studiū secuti, se veteres socios & auxiliares amplexarent, darētq; secū operā, vt Syracusani, a qb⁹ nō imerito sibi timerēt, quādoq; formidolosi esse desinerēt. Quū plura Euphemus in hāc sententiā dixisset, visum est vtriscq; in p̄sentia respōdere, daturos operā Camarinēses, vt vtrorūq; societas, q̄tū in se esset, inuiolata custodiret. Cæterū necessitudinis verecūdia adducti, auxiliares eqtes Syracusas misere, idq; occulte, ne q̄d Athenienses offenderēt, ad quos per hyemē pleraq; Siciliæ oppida vltro defecere, q̄dā etiā metu in partes traxerūt. Quo successu Attici duces elati, in Aphricam ad Carthaginēses mittere ausi sunt, qui eos aduersus Syracusanos in societatem asciscerēt, & in Italiam ad eas vrbes, quæ in Tyrrhenum sunt pelagus obuersę, missi q̄ societatē postularent. Nec Syracusani (nā magnū sibi pro mœnibus patriæ certamē videbant cum Athenienſibus instare) minori interim studio suas opes firmarunt, & iā eorū legati a Corinthijs benigne accepti Lacedæmonē venerāt, vbi Alcibiadis oratione (qui eam vrbem sibi exilij sedem deleg-

Perorātio. Euphemi oro.

Enthimema.

rat,

rat,fueratq; ob id præsenti consultationi admot⁹) magnopere Spartiatarum animi ad reparandum bellum sunt commoti. Ibi ille multa prius de se locutus, q; quandiu pro patria stare licuisset, vt verū & fortem hostem decuit, arma in lacedæmonios tulisset. Verum vbi paucorum potentia odioq; , q; populare præ se studium ferret, esseteq; tyrannis infestus, populumq; hortaretur, ne imperitanti cuiq; exagitandum se subijceret, patria pulsus exulare coactus, mutato studio nihil impie facturum se arbitrari, si ad eorum vsum qui se electum hospitio excepissent, omnia sua consilia, omnem rei militaris experientiam, accommodaret. Nec etiam videre oportere se quicquam contra patriam agere, quę vtiq; patria non esset amplius. Tum vero Atheniē Athenē. cōsiliū. sium consilio de Sicilia occupanda patefacto, qua in potestate redacta, Italiam subigere Athenienses destinassent, mox & Carthaginem, postremo Barbarorum viribus fręti Peloponnesum terra mariq; inuadere, sicq; futurum vt late intra extraq; Græciam imperarent. Quæ quum ita se haberent, censere, hortariq; vt continuo in Siciliam auxilia mitterent, Athenienseseq; domestico interim implicarēt bello. Eūdum obuiam primis illorum conatibus ne si quum eorum opes nimium inualuissent, vt sero, ita incassum, tum obuiam videretur. Mouerunt Alcibiadis verba Lacedæmonios ad vtranq; prouinciam excipiendam, sua ad id sponte inclinatos. Fitq; publicum decretum vt Gylippus Cleandriæ filius, cum auxiliaribus copijs, Syracusas iret. Bellorū apparat⁹ Edictum adhæc, vt naues a socijs ad trajiciendas copias expedirentur. Athenieēses & ipsi pecuniam in stipendium misere, & equites qui a ducibus fuerant requisiti. Atq; cum hæc fierent, decimusseptimus ab eo annus exijt, quo Athenienses & Lacedæmonij bellare inter se cœperant.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE LIBER VIII.

Athenē. expeditiones. VERNVM erat anni tēpus quū Nicias & Lamachus Megarēsem agrum populati, Hybleos & Thermesseos clade affecerunt, Centoripis oppido proditione recepto. Sūtq; per eos dies trecenta argenti talenta ex Athenis, ad alendam classem ipsis ducibus delata, & equites circiter trecenti & in Peloponneso aliquot leues expeditiones fuere inter Argiuos & Lacedæmonios, sed illæ quidē parum memorabiles, in Sicilia maiores vtriq; rerum conatus interim extitere. Attici duces classe Syracusas delari Thapsum peninsulam vrbi propinquam, occupant, inde eximprouiso & Epipolas locum præruptum, & Syracusis imminentem. Syracusę obsidēt. Eo Diomilius Syracusanus cum sexcētis ex omni iuuētute lectis occurrit, tumultuarioq; prælio ictus cum trecentis perijt, cæteris intra vrbem trepide cōpulsis. Postridie, quum Athenienses in acie ante vrbē stetissent, postquam nemo obuiam exijt, ad Epipolas muniendas conuersi, in summa earum crepidine castellum erigunt. Nec iam multo post Egestani & Naxij equites in castra venerunt, ita vt cum Atticis non multo antea appulsis sexcenti & amplius equites in castris essent. Multivariisq; dein ceps fuere circa vrbē conatus, Syracusanis vallum hostib⁹ ab vrbe per paludē cū fossa & aggere obijcere volentibus, Athenienses cōtra ab Epipolis ad Thapsum vrbē omni præsidio excludere, quo certamine Lamachus Atticorū ducū alter concidit, & Syracusanorū multo plures cū Atheniēsiū, Cæterū magno interim portu a classe occupato, Syracusanisq; in vrbē reiectis Nicias duplici muro eos ab Epipolis ad mare clausit, aquarū ductu iam antea interrupto. Gylippus interea ad Leucadem progressus, audita Syracusanorū obsidione, desperans socijs subueniri posse amplius, quos vtiq; muro vndiq; ab hoste vallatos constans fama erat, in Italiam cursum deflexit, illic ciuitates aliquas ad bellum solicitaturus, & vt ibi in omnē occasionē erectus præsto esset. Verum fœda inter eundū tempestate iactatus, ac carinis nauiū magna ex parte concussis, Tarentū subuectus est. Nauiū paucitas effecit, vt auditum Gylippi accessum aspernatus sit Nicias. Thuriā inde Gylippus progressus, quū nihil ibi persuadere potuisset, Italiæ orā classe circuibat. Atticus dux qui iam in spe certa victoriæ erat, nam commeatus, quum ex alijs locis, tum ex Italia affatim in castra vehebant, vnde & triremes quasdam auxiliares acceperat, & Siculorū pleriq; qui dubia fide ad id tempus fuerant, iam aperte Atheniensium rebus fauebant. Dum Nicias Syracusis assidet, Lacedæmonij magnā Argiui agri partē subita incursione vastant, qua sociorum clade Athenienses perciti triginta naues ad belli vsum comparatas, auxilio Argiuis ire iubent, per quæ fœdus quod cū Lacedæmonijs ictū habebant, est violatū prius nunq; ne Argiuorū quidē nouorū sociorum cre bris precibus adduci potuerunt, vt in Laconicā oram irrumperent, tum vero sociorum iniuria irritati in Epidauriū agrū ingressi, late omnia circa Hi meram & Prasias ferro & igni populati sunt. Gylippus interea refectis nauibus quū Locros ex Tarento annauigasset, certior ibi factus non ita Syracusas ab hoste circunclessas, vt per Epipolarū partē qui vellent, vrbem ingredi non possent, auxiliari manu inde & alijs socijs collecta, ex Locris freto in insulā euasit, mox Himerā delat⁹, auctis hic copijs ex ijs qui adhuc in fide erant, ad tria armatorū milia contraxit, tum vero nauibus in terram subductis ipse terrestri itinere Syracusas iter intendit. Preuertit illius accessum Consilus Corinthiacæ classis p̄fectus, qui quū ex Leucade in Siciliā, celeri cursu venisset, Syracusanos offendit oī spe Peloponesiaci auxilij abiecta, de pace quoquo modo cū Nicia sancieda cōsultātes. Ab eo itaq; cōfirmati, edoctiq; Gylippū, cū valido p̄sidio, paucis diebus affuturū, vrbē cōstantius tueri pseuerarūt. Nec Lacon multo post affuit. Atheniēses, etsi murū ad octo ferme stadia, ab Epipolis ad mare eduxerant, quia aliquot adhuc locis erat interruptū opus, qd in tanta celeritate ex oī parte haud cōsummari cōtigerat, cōspicati Gylippū aduersus se aciē dirigere, & Syracusanos eruptioni eminere, ancipiti metu pculsi, sese Gylippi p̄lio expediūt. Tū Lacō caduceatorē ad hostes mitedictū. tit, q; his diceret, si insula intra q;nq; dies velint excedere, passurū se eos tutos inde abire. Cæterū nullo ab Atheniēsibus resp̄so dato, cōfestim acie cōflixisset nisi Syracusanos vna aduersa pugna fractos inuitos sensisset ad p̄liū exire. Et qa ab Nicia qui structā aciē añ mur⁹ habebat, nihil mouebat, verti cē, noīe Tēmenitē statiuis occupat, Postridie Gylippus muro copias admouit, manu vna suorū ad Labdacū vbi Athenienſiū p̄sidiū erat, p̄missa. Nicias, loco cū p̄sidiarijs militib⁹ amisso, obtinuit tū nihilo seci⁹ murū, hēbatq; ī aīo Plemyriū, p̄mōtoPlemyriū, magno Syracusanor⁹ portui accubās, ope cōire, vt fauces port⁹ ī prāte hēret. Eūuero Nicias post mōtoriū Gylippi



Gylippi accessum, parum terrestribus prelijs fidēs, ad classem continuo ornandam animum adiecit. Muro itaq; triplici præsidio firmato, Plemyrium occupat. Gylippus & ipse intra Epipolas murum struxerat, vt hostium munitionibus exclusis, vrbs circunquaq; obsideri non posset. Hinc quum sæpius suos in aciem educeret, immotiq; Atheniēses sub muro starent, eos inuadere constituit, cōserto; inter vtrumq; murum prælio, Athenienses egregiæ vicerunt. Paucis inde diebus interiectis, maioribus est animis vtrinq; dimicatum, finistrumque Athenienſium cornu hostium equitatus pepulit. Opus præterea a Gylippo inchoatum Ambrachiēsium & Corinthiorum interuentu, omnium opinione celerius est ad exitum perductum. Erant; iā Syracusanorum res ac sociorum, terra mariq; Atticis nihilo inferiores, inualescebant; in dies illorū vires, ita vt Athenienses, licet nomine obsiderent, re ipsa haud multū distarent ab obsessis, q; Nicias Niciæ p uidentia. animo cōsiderans, per literas Atheniēsibus signifi cauit, futurū, vt nisi breui terrestres maritimeq; copiæ summa ope augerenť, si diutius in obsidione perseueratū esset, ingens in Sicilia clades accideret. Hæc ille suis, magis vera & vilia q; auditu iucunda scribens, petebat vt & sibi e renibus laboranti succederetur. Niciæ literis publice recitatis, omnia in eius sententiam sunt ad bellum decreta. Successor tātum negatus. Duo legator; nomine illi dati, Atheniē siū appa ratus. q; in re administrāda ægri ducis onera leuarēt. Nec ita multo post Eurymedō alter legatorū, cū centū & viginti talentis argēti, & nauibus decē in Siciliā venit, collegā dixit suū Demosthenē ad delectū q; diligentissime habendū, in Attica a se relictū, qui cū cæteris copijs, haud multo post esset affuturus. Miserunt Athenienses, qui viginti nauiū classe omnem Peloponnesi orā attenta circūirent statione nequa ex Lacedæmone Corinthove auxilia in Sicilia mitterentur. Cōtra Lacedæmonij ac Corinthij sociæq; ciuitates, auditis quæ post Gylippi in Siciliā appulsum, circa Syracusas euenerant, in pristinam spem restituti, summa ope classem terrestresq; copias, ad bellū instruunt. Nec Sicilia tantū curæ erat quin ob rupta ab Athenienſibus fœdera, qui Epidaurios Prassianosq; fines incursarant, domesticum etiā bellū studio moliunt: & vt aliquo insigni detrimento hostē primo motu afficerent, Decelea. Decelēā Alcibiadis consilio in Attica, militari opere, occupare constituunt. Cæterū dum naues, arma, cōmeatus expediunt, annus ille exijt, qui Peloponesiaci belli duodeuigesimus fuit. Sequētis anni principio Lacedæmonij socijq; Atticam terrā ingressi, subita populatione fœdarunt, inde Decelēā cōmunire adorti, irrequieto opere, tantū paucis diebus murorū excitarunt, vt ab Athenis iam id opus cōspici posset. Erat locus is peropportunus ad Atticā terrā infestandā ab Athenis centū viginti stadia distans, tantū dē Bœotia. Moliri id præsidiū Lacedę. Agidis ductu. Intera auxilia sunt ex Peloponneso in Siciliam missa. Hi mille & fexcenti numero erāt Naues quinq; & viginti. Horū plurimi Spartiatæ. Cæteri Corinthij & Bœotij. Athenieēses & ipsi Demosthenē nihilo minus in Siciliā miserunt, cū nauibus quinq; & LX. in quibus, ex veteri formula, mille erant & ducenti Attici generis, & cū his insularum appendices: iusserunt & Charidē cū altera classe q̄ triginta erat nauiū Peloponeso insinuatū, ab Argiuis petere, vt iure initæ nup societatis, rē Atticā in aperto discrimine iuuarēt, expleretq; eius classis remigiū, q̄ ad hoc ipsum instruebat, vt Laconicā orā infestaret. Hæc in Græcia vtrinq; parabant, quū Syracusani in Sicilia, Gylippi & Hermocratis hortatu, classem lōge opulētissimā cōparāt. Q;q; & ipsi iandudū, ob scd'a p̄lia, q̄ in terris gesserāt, mari fortunā experiri cupiebant. Strabāt in maiori portu quinq; & triginta naues bello instructæ & aliquanto maior numerus in minori, vbi erant Syracusanorū naualia. Sed angustiæ magni portus ab Athenienſibus circa Plemyriū fuerant infestæ, ea q̄ res impedimēto futura videbat, quominus Syracusanæ naues in vnū coire possent. Mādat Gylippus, vt sui, vno tpe, intus extraq; Plemyriū inuadant, nitātur q; vel inuitis hostibus, perrūpere, ipse interim milites, diuersa parte instructos habuit, cōtractoq; iam circa portū certamine, vbi Atheniēses vna naualis pugnæ cura occupatos videt oīs alterius discriminis securos, cū ijs quos ad hoc ipsum paratos habuit, Plemyriū adortus, momēto rēporis p̄sidium, qd in eo erat, expugnat. Sed quā id negociū felicīter cessit, tam Syracusanis naualis pugna fuit infelix. Nā quū res satis ab initio succesſisset, perrumperentq; extrariæ naues, inuitis hostibus, in portum, dū nimiū celerant, dū tumultuose aguntur, in internas naues impactæ, ordinē turbare cœperūt, trepidatio inde orta est, qua aīad uersa, in hostē sua sponte turbatū Atticæ naues de Syracusa nę naues currunt, facileq; fugā fecerunt, decē Syracusanæ naues cū ipsis turmis sunt depressæ. Sunt tamē & ple deprimū tur. riq; capti. Atq; ita contigit, vt vno prælio vtriq; vicerint, vtiq; sint, Tropheū erexerūt Athenienses in littore circa castra, in Plemyrio hostes. Sed Athenienſium clades maior, ingens pecunia publica & priuata, cū omni fere bellico apparatu, in eum fuerat locū velut ærariū cōgesta, quibus omnibus est eo die hostis potitus. At nihil eque Athenienſibus obfuit quā q; Syracusanis iam angustias portus tenentibus, sine certamine cōmeatus in castra haud subuehi poterant. Leuiora inde prælia per gstatē circa portū cōmissa, & insidiæ citro vltroq; factæ, vt in tāta hostiū propinquitate euenire oportuit. Procul vrbe etiā aliquid gestū. Eūuero patefacto portu Agatharchus ex Syracusis cū duodecim nauib⁹ profectus, aliquot Athenienſiū in alto adeptus oppressit, & in his vnā, q̄ stipendiū vehebat in castra, & in ora Caulonię materiā ingentē, quā ad naualē vsum ibi Atheniēses cōparārat, subiecto igni corrupit. Mox viginti Atticis nauib⁹ in Megarico tractu obuius factus, suarū celeritate frætus, vna dūtaxat nauī ab hostibus intercepta, cū cæteris in tutū abijt. Tētarūt iterim Atheniēses, rescindere ligneā, cathenā, qua Syracusani minorē portū occluserāt, oneraria vna turrita ac loricata expugnationi admota. Verū suo conatu frustrati, inceepto abstinuerūt. Demosthenes iterea, quū ex Attica in Siciliā tēderet, Epidauriēsem orā & Laconicā cū Charide est populatus, locoq; inibi in Isthmi speciē cōmunito p̄sidiū ad hostilē terrā infestādā imposuit. Ex Peloponneso dein, p ficiſcit, in Corcyrā Charide domū dimisso, trāsmissur⁹. Decelea interim muro ocluſa, p̄sidioq; infessa, multo graui⁹ res Atheniēsiū, vicino assiduoq; hoste affligi cœperāt. Maior itaq; pars agri cultu deserta est, breuiter viginti seruitiorū milia ad ppinquū hostē transfuere. Pecora ad hæc in arctū cōpulsa inedia cōficiebant, nec cōmeat⁹ nisi per difficiliora loca, dispendioq; viarum, in vrbem comportari poterant. Venerant interea Athenas Machærophori mille ex Thracia mercede con Machęro phori. ducti, quos grauari impensa Atheniēses nauī domū deportā dos curauere, dato huic qui vehebat negocio, vt siqua obiter occasio daret, eos in hostiū fines ad prædam immitteret. Incursatus itaq; ab his est primo

est primo Tanagreus ager, mox in Bœotiam delati, Michalesum ex improuiso occupatam diripuerunt, ciuibus omnis sexus & ætatis ferro deditis. Erantq; in cæde & præda Barbari occupati, quum Theban⁹ superuenit equitatus, quos eximprouiso adortus multa cum cæde ad littus egit. Et hæc tum Thraces in Bœotia. Demosthenes ex Peloponneso profectus, quum Corcyram versus cursum intendisset, in Siciliam prima tempestate soluturus, non nihil, dum classis remigium expleꝛ, circa Zacynthum, Cephaleniam aliasque circuniectas insulas, nauigatione intermissa subsedit. Sed dum his locis commoratur, de præsidio ad Plemyrium amisso cognouit. Tum vero maioribus opus esse copijs ratus, vt hostium vires, quæ in dies circa Syracusas inualescebant, sustineri possent, Eurymedonti collegæ, quem ibi ex Sicilia redeuntem obuium habuit autor fuit, vt in Corcyrā nauigaret, daretq; operam, vt quindecim Corcyrei naues explerent. Sed dum hæc illi studio properant, Syracusanorum interim legati ex socijs Siciliæ ciuitatib⁹, quas præsenti successu in spem victoriæ erexerant, ad duo milia auxiliarioꝝ & CCC. cōtraxerant, q quum Syracusas versus iter facerent a Centoripinis, Nicīæ rogatu, insidiose excepti, cum octingentis sociorū cæsi sunt, cętera multitudo dissecta, alij alia Syracusas deuenere. Miserunt & Camarinenses & Geloi Syracusanis auxilia, & iam tota pene insula, præter Agrigentinos, qui nondū erant in partibus, a Syracusanis exconfesso stabant: Demosthenes interim & Eurymedon, cū instructa classe trānsmisso Ionio Iapigiam Italiæ promontoriū, tenuere. Hic quoq; circa Cleradas Iapigiæ insulas, ab Arta regulo, a Metapontinis, quo postea appulerunt, Thuriniscq; iaculatorum manum impetrarunt. Sed dum militē Attici duces extrema Italia cōscribunt, tres & triginta Atticæ naues Dyphilo duce, cum viginti Peloponnesiacis quibus Polyban res Corynthius præerat, inter Naupactum & Eurineū Achaiæ locū, in speciē lunæ curuatū, acri præsidio cōsixere. Adeoq; est dubio euentu dimicatū, vt victoriā vtrinq; ad se trahētes, hi atq; illi Tropheū aduersis stationibus erexerint, Syracusani audito nouæ classis accessu, q ex Italia in Siciliā traiectura ferebat, statuunt, priusquā Atticę opes terra mariq; nouis supplemētis augerēt, iterū fortunā experiri, placuitq; Gylippū vt antea rē a terra gerere, nauesq; in portu decertare, vtrobiq; acriter incertaq; victoria dimicatum. Cæterū eo Athenienſiū res deterior fuit, q duæ eorū naues periere. Sequēti die Syracusani quietē tenuerūt. Nicias ratus hostes haud diutius quieturos, onerarias ante triremiū stationē, certo inter se spatio, collocat, vt per ea interualla esset triremibus ab hoste victis, in tutū recursus. Bis duo igit̄ postq; pugnatū erat, octoginta Siculæ triremes, cū quinq; & septuaginta Atticis, pugnā cōseruere. Hoc quoq; plīū aliquāto acrius priore fuit, magisq; Athenienſibus calamitosum, quorū septē triremes mediis sunt fluctib⁹ depressæ, rostraq; plurimarū validissimo cōflictu derrita. Syracusani ob rem bene gestā, Tropheū circa littus statuere. Fuisset oīno maior clades eo die ab Athenienſibus accepta, nisi suæ onerariæ victos protexissent, q̄ duas Syracusanas ferocius inuectas, delphinis in hunc vsum pēdentib⁹ fregere, vnāq; p terea cū toto remigio interceptā tenuerūt. Erātq; res Atticę ad Syracusas in hoc statu, quū Demosthenes & Eurymedō, cū tribus & septuaginta nauibus, in qbus erant ad quinq; milia armatorū, portū tenuere. Perculit terrificus hostiū apparatus Syracusanos, qbus persuasum fuit Athenienſes Decelea a Lacedæmonijs capta, qa nō procul ab obsidioe abessent, haudquaq; tm̄ copiarū amplius in Siciliā missuros. Demosthenes, dū se terribilē scit esse hostibus, oia tēranda ratus, agro vrbi circūiecto prius populato, an in vrbē aliqua vi irrūpi posset experiri cōstituit, Nicia cū parte copiarū in castris relicto, deceptis Syracusanorū custodib⁹, per Epipolas ingressus, hostium murū, quē post Gylippi accessum struxerāt, noctur no accessu occupat. Erat munitioni huic triplex p̄sidiū impositū, fuderātq; Athenienſes improuisa vi primę stationis hostes, verum vbi ad Bœotios vē tū est, his fortius resistētib⁹, quū Athenienſes, velut parta victoria, incautius ruerēt, mutata subito fortuna est, iniectusq; terror, & velut amētia q̄da Athenienſiū animis oborta, vt ne se quidē inuicē agnoscerēt verterētq; in seipsos ferrū, & qd̄ magis mirū videri possit, luna p nox erat. Primo trepidatio orta, inde metus, ex metu fuga, multaq; strages hoīm in Epipolarū egressu, ob locorū angustias secuta. Multi ad hęc q nuperrime cū Demosthene venerāt locorū ignari castris aberrātes, per agros errabūdi, ab Syracusanis eqtibus vbi primū illuxit, ferro excepti perierūt. Magna cędes edita, armorūq; vis ingens amissa, quæ per montiū decliuia milites præcipiti fuga acti, vt se magis ad cursum expedirent passim abiecerant. Syracusani tā insperato successu elati, non solū in spem retinendæ vrbis venere, sed iam & externa curare paulatim occœperunt, missis ex vrbe cum Sicano præfecto quindecim triremibus, qui Agrigentum, vbi seditio erat inter ciues orta, occuparet, & Gylippus terrestri itinere vrbes circuire cœpit, vt vndiq; auxilia cōtraheret. Cō ferre inter se interim consilia Nicias & collegę: Demosthenes suo conatu frustratus, confestim obsidionē soluendam censebat, abeundūq; in Atticā, nec incassum assidendum Syracusis, quum nihil præter militum iacturam, publicæq; pecuniæ dispendium, lucrifieret: nec Eurymedon multum ab eo diuersa sentiebat. Nicias etsi a collegis vtilia asserri non ignorabat, infamiam tamē veritus, ne pecunia corrupti duces obsidione absessisse crederētur, qd̄ tum quoq; in castris iactari inter milites cōpertum habebat, durandum adhuc dicere, eoq; impensius id facere, q̄ occulte a Syracusanorum quibusdam, qui Atticæ rei ab initio fauerant, certior p literas fiebat, fore, vt breui Syracusæ caperentur si in obsidione perseueraretur. Interea Gylippo cum validissima auxiliariorum manu Syracusas reuerso, cum cerneret hostium opes in dies augeri, vt iā periculum esset ne diutius cūctando, sibi, quum vellet, integrum non esset inde abire, collegis assidentibus, pertinaciāq; & moram exprobrantibus, Nicias edicit, vt occulte militibus denunciandum curent, vt se se quam occultissime ad diceſſum comparent. Interim (erat tum forte plena luna) defecto syderis lumine, vt fit terra solis aspectum adimente, adeo res noua, rudi adhuc seculo, Niciam & alios turbauit, vt dux ipse rem velut omninosam auersatus, pronunciauerit, se non prius inde abscessurū, quando ita avatibus esset monitus, quam ter nouē dies a prodigio processissent. Mirum videri possit Niciæ in media Græcia nato, rem hodie vulgo notam, adeo stupori fuisse. Satis quidem constat inter uentu terræ, lunæ deliquium fieri. Cæterum Anaxagoras, qui non multo antea fuerat, qua ratione id accideret, primus omnium demonstrarat. Sed ratione illam non multum adhuc vulgari contigerat, Græcis vulgo ea studia, q̄ sese naturæ indagādę applicarent, vt impia aduersantibus, quo noie Pythagoras

Athen. clades ad Epipolas.

Demosthenis consiliū.

Auxilia res Syracusanis accedunt.

Naualis pugna ad naupactum.

Acris pugnā naualis.

Demosthenis & Eurimedōtis accessus.

Nauale bellum. Eurymedōtis casus.

Occlusū portū Syracusani.

Oro Niciæ ad suos.

Lunæ defectus.

Philosophi pulsi



thagoras fuerat Athenis pulsus, & ipse Anaxagoras cuius mō memini in vincula deiectus. At Plato, p cedēte tempore, nō solū ea re nō est territus, sed autor etiam Dioni fuit, vt nihil tale in luna veritę, in Siciliam ad Dionysij Tyrannidem euertendam nauigaret. Perseueratū itaq; in obsidione. Interea Syracusani, quos nihil eorum quę ab hoste parabā turp̄teribant, audaciores facti, hostem terra mariq; ferocius lacessunt, iam in id vnum erecti, vt quoquo modo possent: Athenienſes a fuga remorarent, circa muros non nihil primo tumultuose certatū, vbi Athenienſium eqtes fusi, ad. XXX. eorū sunt ab hoste intercepti. Postridie sex & septuaginta Syracusanorum naues, cum octoginta sex Atticis in portu conflixerunt. Curabat Eurymedon in dextro cornu, is Siculas naues circunuenire conatus, quū incautius alam panderet, ppiusq; terram accederet, a Syracusanis in mediam aciem prorumpentibus a suis est exclusus, ibiq; a multis vnus circunuentus, cum tota nauí qua portus maxime profundus erat deprimitur. Quæ ducem ipsum fuerant secutæ tumultuose disiectas metu Syracusani ad littus compellunt. Affuit q; mox Gylippus, vt hostem in terram euadentem, ferro exciperet. Tyrrheni auxiliares facto in Laconē impetu toto littore egerūt, affecta nihilo seci⁹ res Attica est eo die, duæq; deuigināti naues ab Siculis propugnatoribus captæ. Quo successu Syracusani freti, vt cæteram hostium classem cremarent, onerariam vnam sarmētis refertam subiecta flamma secūdo in hostes vēto immittūt. Athenienſes eiusmodi certaminū non ignari, machinamentis mature adhibitis, eā ne classi impingi posset, procul distinuere. Adorti sunt id e aliud maius opus Syracusani, animo reputantes qualis existimatio suam ciuitatem maneret, nō apud Græcos modo, qui euersis Athenienſium opibus in libertatē asserebant, sed apud alias etiam gētes, q̄ tm̄ ex exercitū, tātā classem, non sustinuissent solū, sed penitus etiā deleuissent, vt hostē magis obnoxiū haberēt, angustias magni portus, q̄ ad octo ferme stadia patebāt, triremium onerariarūq; catena, anchoris fundātibus, occludūt. Perculit ea res vehemēter Athenienſiū aios, cæterū Nicias, vt erat p̄senti consilio, abductis ex supiore muro p̄sidijs, quicquid vbiq; virīū fuit in castra cōtrahit. Inde q̄ celerrime potest ad centū & X. naues, sagittarijs, alijsq; propugnatoribus, instruit, certus totis opib⁹ in portu de pugnare, haud quidē ignarus ita fore, vt si victor extitisset, tuti⁹ obsidionem solueret tota Sicilia in columis, sin vinci contigisset, relicta classe in aliq; barbararū vrbiū, sociarum ve ciuitatum, pedestri agmine contenderet. Oībus itaq; ad pugnā cōparatis, cum suos cerneret tot aduersis prelijs fractos, ita p cōcione eos allocutus dicit. Certamē inquit milites, qd̄ nobis instat, oībus cōmune est, vbi de sua quisq; salute ac patria, nō minus q̄ hostes ipsi labo ramus, q si vincim⁹, licebit cuiq; nostrū suā inuisere ciuitatem, domū, parentes, cōiuges, liberos ac cætera q̄ hoīb⁹ sunt charissima, quare nolim vos abiecto esse animo, vt eos q bellicis casib⁹ isueti, vel ad minimā cladē, oēm spem futuri successus turpiter abijciēt, quin meminisse oporteꝛ vos viri Athenienſes, socijq; fidelissimi, q multa iam bella experti estis, inopinatos esse bellorum euētus, ancipitēq; fortunā, necesseq; esse, & facere & pati fortia, q sibi victoriam ponit. Sed qd̄ ad p̄sens certamē attinet, oīa nobis victoriā pollicent, classis īgēs aduersus oēs hostium artes, quātū nunc̄ alias valide instructa, lectissimiq; & rei maritimæ sciētissimi e nauibus pugnabūt, & cū his sagittarij q̄plurimi, maxime ferreæ ad conserendā pugnā, & qd̄ oīm maxime, p deritad victoriā, fortuna nobis bene pugnādi necessitatē imponit, aut em vincēdū est, aut si victi sim⁹, oīs spes salutis abijciēda. Sed cur vinci debeam⁹, virtute, numero, experiētia, hoste supiores? qui Siculos, qui Pelopōnēses ipsos, ac cæteras gentes rei maritimæ studio lōge antecellimus. Proponite animo viri fortissimi, atq; existimate, classem, q̄ hodie pugnatura est, parētes vestros, liberos, vxores, domum, penates, totāq; patriā secū ferre, talēq; fortunā illis futurā, qualem vos ipsi, aut virtute vestra, aut ignauia feceritis. Sed nihil eque ac necessitas hortatur nos strenue dimicare, si quidem nō minus vitæ, quā fortunarum propositum est nobis certamē: In quo annitendum est, vt aut eam cū laude tueamur, aut si cadendum sit, non inulti perisse videamur. Nā seruitus, que media ab aliquo optari possit, forti viro multo formidolosior quā mors esse debet. Nihil illa homini fœdius, quippe quę probri sit & calamitatis plena. Sic fatus Nicias, iubet suos naues conscēdere. Syracusani socijq; intuiti quæ ab hoste pararentur, cōsertim & ipsi se se pugnæ accingunt. Quos Gylippus ita est pro concio ne hortatus. Quæ præclare ad hunc diem terra mariq; gessimus, omnibus sunt vobis nota viri Syracusani, & vos socij fortissimi. Nunc vnum vt videtis adhuc nobis certamen restat, idq; omniū speciosissimū, quo documentum, vt spero, dabimus omnibus gentibus, ne posthac temere aliam terrā audeant infestare, vt nuper Athenienſes fecere, qui suorum libertati prius insidiati, eo insolentie processerunt, vt Siciliam primo, inde Peloponnesum vi subigere sint adorti. At deorum benignitate vestraq; virtute, effectum est, vt non solum furor & amentia illa, qua fræti huc nauigare sunt ausi, prorsus cōciderit, sed iam aliquoties terra mariq; victi, ita ipsorum opes sint afflictę ita animi debilitati, vt de propria salute soliciti, iamdudum quæritēr, qua via tutius sese hinc proripiant, & nunc, quia occultā moliri fugam nequeunt, vt per nostras erūpant statiōes, in naues laceras, ac male refertas, classiarios & remiges vnici assuetos, & ob eam rem in uitos imponunt, qui fugæ magis cupidi quā pugnæ, qua præterueni potius q̄ inueni possint secū meditantur. Sed sic certe habet vt qui animum supra vires gerunt, ij si vel modica clade afficiantur, opinione decepti, infra dignitatem sese abijciūt & prosternunt. Expediunt sese ad pugnam Athenienses, non spe vincendi, sed quia nulla alia est ad effugium via relicta, nec tam vim inferre, q̄ vitare cupiētes: satis superq; habituri, si medio tumultu, per occasionem in apertū mare elabi possint. Sed quo illi hoc stultius contendunt, eo fortius nobis annitendum, nequa illis aditus fiat ad erumpendum.

Quin cæcos & amētes i pugnā ieūtes nauib⁹, q̄s robustiores & instructiores habetis, excipite exceptos ptim mediis aquis mergite, partim ferro trucidate, nemo qui fieri possit publicæ cladis nuncius hinc abeat, inimicissimi illi vobis sunt, ac non solū ad vos in seruitutem redigendos huc venisse existimandi, sed si vincere contigisset, vt vobis cū parentes, liberos, vxores contrucidarent, vt colonis huc a se mittendis terram hanc vacuā redderēt. Nec qa naues illas in procinctu habeant, meliore eos spe esse arbitremini, quippe qui non tam suo nauium apparatu, quā fortunæ temeritati confisi, velut ita euenire oporteat, vt medio certamine, casu aliquo quia virtute nequeāt, eripiēdi sint. Sed vobis dāda est opa, nō solū ne vincār, nā ne ipsi quidē hoc spērār, sed ne qua p occasionē elabi possint. Pulchrum

Oro Gylippi ad suos.

D profecto

ꝑfecto certamen hodie nobis ꝓponit,& rarissima ꝓliorũ occasio, vt ex aduersa fortuna(aduersam dico si eos opprimere non det) minimũ nobis damni sit futurũ,ex prospera laudis plurimum & lucri. Eritq; vtroq; casu penes nos victoriæ laus,seu Sicilia,ꝑ victis abierint,seu(qd,spero),ferro aliove casu nostra opa periclitabunt. Tali hortatiõe suos ad bene pugnandũ accẽdit Gylippus, continuoq; Syracusani & socij nauibus conscensis ferociter in prælium eunt. Etiam Athenienses ex sua statione mouerant,processerãtq; ad catenã,quę in faucibus portus erat,eãq; rescindere adorti, a Syracusanis,qui exaduerso mouerant, atroci prelio excipiũtur. Ibi & in angustijs ipsis,& intra portum atrox pugna inita,nunq; ad id rꝑs alicubi gentiũ,qd' memoriæ proditũ esset,tam infestæ inter se concurrerũt classes,nec maioribus odijs hi de vita,illi de patria,liberis,fortunis,dimicabãt. Hinc Demosthenes Menãder & Euthydemus duces prælijs ciebãt, inde Sican⁹ Agatharch⁹& Pythes.Srabat in vtroq; littore instructa peditũ acies,vt clamore & ꝑsentia suis faueret. Ingratũ spectaculũ & anceps, vtrarũq; copiarũ in se oculos & mentẽ verterat.Srabãt tã hi q̃ illi ad oẽs suorũ successus clamorem & plausum extollentes.Contra eladem turpemq; suorũfugam mœsti & cum gemitu spectabãt,ita vt ad oẽs casus nihilo minores hinc,q̃ in prelio aiorũ motus exi sterent.Multiq; vt affecti erant,aut suis innuebant, aut vultu motuq; corꝑis significare quid fieri vellent,qd ve factũ ꝓbarent.Resonare interim cœlũ, mare,littus,varijs clamoribus,adeo vt q in prelio erant,magis viderent,q̃ ad ea q̃ agenda essent ducũ & Trierarchorũ iussa audirent. Rari interea fieri decursus in tam arcto maris spatio. pugnabat vtrinq; par fere numerus. Herebant itaq; aduersæ classes, eratq; pugna illa terrestri statarieq; q̃ maritimæ similior.Estq; aliquãdiu ancipiti marte dimicatum. Tũ demũ Athenienſiũ fortuna,nõ casu,sed hostiũ virtute iclinare coacta est.Cũ fragore & strage multa in suã stationẽ Atticę naues compulsæ.Ad quẽ casum Athenienſiũ animi penitus cõcidere. Tum Demosthenes Niciam hortatur,vt continuo inde abscederent, tentarentq; sub euroram eruptionẽ e portu,quũ.LX.adhuc naues integrę essent,vel si id minus procederet,terrestri itinere abirent. Placuit Demosthenis consilium.Sed nautis super alia aduersa prelia vltimo certamine collapsis,negantibꝰ se tentaturos amplius nauticæ rei fortunam quam toties infeliciter fuissent experti,constituunt duces proxima nocte terrestri via proficisci.Quod suspicatus Hermocrates,autor erat vt saltus & fluminũ vada præsidijs insiderentur. Multitudo quum diu no prelio affecta,tum sacris Herculis quæ tum forte instabant operata,eam expeditionem abnuebat. Misit itaq; Hermocrates vt moram hostibus innecteret,ex equitibus quosdã,qui Atticis castris silentio noctis adequitantes,velut ab hominibus amicæ factionis missi,Niciæ nunciarent, ne ea nocte castra moueret,passim itinera ab hoste circunsessa, vt exercitum insidijs exceptum trucidaret. Ea res effecit,vt in tertium sit diem profectio dilata. Interim Syracusani facto in Atticas naues impetu,modico certamine,partim sua statione abstractas secum protraxerunt,partim subiecto igni incensas concremarunt. Inde ad opportuna loca in fidẽda conuersi,omnia studio moliuntur ad hostium fugam impediendã. Nicias suos hortatus, vt quacunq; ituri essent,propriam salutem in cuiusq; dextra esse sitam meminissent,tertio die quã pugnatũ erat,instructis copijs est profectus. Ipse cum veteraPerora tio.

Pugna atrox.

Vltima naualis pugna.

no exercitu,ipedimẽtisq; preire in medio acceptis, Demosthenes cum suis copijs cogebat agmen,ad quadraginta milia hominum fuere,quæ cum ipsis ducibus sunt ex castris profecta.Nihil in tantis malis acerbius ad eam diem Athenienses viderant,cꝫ quum digressuri cernebant suorum cadauera insepulta iacere,fratrem,aut sodalem,vulneribus affectum cum fletu obtestantem, ne se trucidandum crudelissimis hostibus relinquerent,ferisq; & volucribus laniandum,gemitus & miserabiles lamẽtationes passim exaudiri,sed suum cuiq; periculum in primis animo obuersari.Ad vada Anapis amnis abeunti agmini primo hostis occurrit, quo repulso quadraginta circiter stadia exercitus eo die confecit.Postridie quum dimidio minus confecissent,aperta sunt planitie metati, inde opportune aquaturi,nam exploratum habebant per sticulosa loca esse nonnihil iter faciendum.Lepas interim locus arduus & præruptus,qua ducturus erat Nicias,infessus fuerat ab hoste, tumultuarioq; opere munitus.Eo postridie Athenienses progressi,quũ post irritum certamen multisq; vulneribus affecti loco potiri nequiuissent,in eadem castra vnde mane profecti fuerant rediere.Motis sequenti die castris,cum Gylippo & Syracusanis qui eximprouiso se obtulerant dimicare coacti,non sine multorum cẽde,laborioso sunt ꝓlio defuncti.Hic Nicias quum cerneret omnia sibi ꝓclusa,quacunq; iter intenderet,statuit,quãdo quo volebat ire nõ potuit, eo quo posset raptim agmen ducere.Pluribus itaq; ignibus per castra incensis,ad mare iter fiẽri agmine cõuertit, per Camarinenses Gelensq; & cæteras infestas ciuitates,quando per amicas & socias non daret,euasurus.Niciani ordinem asseruãtes ad mare peruenerunt,Demosthenium agmen quum iter negligentius teneret a suis aberrauit.Qui igit præcesserant Elorina via ad Gybarim fluuium peruenere,inde hostium præsidio repulso,traiectoq; amne ad Eurineũ fluuium ꝓcesserũt.Et iam ad centũ quinquagĩta stadia Nicias cõfecerat,quũ hostes,exploratis abeuntiũ itineribus,vestigia secuti primo Demosthenicos sistunt,certamine repente iniecto, nec cominus Syracusani pugnabant,quippe q stultum putabãt cũ ijs statariã pugnã cõserere,q vitam desperassent.Sed per arcta locorũ,& ex occasiõe incessentes,fessum agmẽ ac noctẽ remorati sunt,Gylippus & Syracusani caduceatorem misere,qui denunciaret si qui insulanorum ad se transire vellẽt, fore,vt libertas illis incolumis maneret, transfuere nõnulli,nec adeo multi,mox vita cæteris promissa omniũ animi ad se dedendos inclinarunt. Qui igitur cum Demosthene erãt ad sex milia numero,deditione facta,ademptis armis in vrbem missi sunt. Inde Gylippus & socij Niciam ad Eurineum asseCuti,per caduceatorem illi nũciari iubẽt,Demosthenem cum suis deditum Syracusas missum,nec his Nicias temere credidit.Vbi vero per celerrimos equites id exploratũ habuit,pacisci cum hostibus est conatus,vt mitterent se rutum ex insula cũ toto exercitu,pollicitus fore, vt Athenienses Syracusanis persoluerent quicquid pecuniarum in id bellũ impedissent,daturumq; se in id obsides,qua conditione ab hoste reiecta,porro tendere perseuerauit. Assultare interim hostes,nec omnino congredi,donec ad Asinarũ flumẽ est ventũ,ibi agmen trajciẽdi fluminis studio sua sponte turbatũ,ferocius hostes adorti,citra vltraq; fluuialibus ripis in sessis, disiectos Athenienses,ac sese inculcãtes passim trucidant.Hic se Nicias perditis rebus Gylippo dedidit. Tum ꝓceptum est,vt a cæde abstineretur,ex hac manu

Athen. tristis discessus.

Anapis fluuius.

Demosthenis deditio.

Niciæ deditio.



hac manu haud perinde multi sunt Syracusas abducti: quos vtiq; nõ agmine vt pri⁹,sed passim deditos alij alio captiuos trãsmisissent.Qui ad duces perducti sunt,cũ cæteris,qui antea deditionẽ fecerant,in Lithotomias velut in tutiorẽ sunt custodiã coniecti,fuereq; ibi septuaginta dies,aquæ interim acetabulo,ac duplo panis in singulos dies singulis dato.Ad septẽ milia fuisse traduntꝰ,qui loci angustia,fame,siti,pedoreq;,magna sunt interim ex parte consumpti,donec ꝓcter Athenienses cæteri publice venditi sunt. Nicias & Demosthenes Gylippo inuito,qui eos Lacedæmonẽ deportare cupiebat,a Syracusanis necati sunt. Cædis hui⁹ Thucydides autor est qd' Philistum etiã scripsisse Plutarch⁹ ꝓdidit.Cõtra,Timæus a Syracusanis interfectos infitiatus est.Atq; hunc exitũ habuit nobilissimus ille Athenienſiũ in Sicilia apparatus, quæ,clades iã anno in autũnum vergẽte,vt Thucydides significare videt,accepta est.Plutarch⁹ quarto & vigesimo die eius mensis Niciã captũ scribit,quẽ Syracusani Carniũ dixerunt,Athenienses Megagithmonẽ, qui idem sit,vt ipse arbitratur,qui & apud Romanos Maius.Fuitq; annus ille a mundi origine ter tius atq; octogesimus supra quater milesimum ac septingẽtesimum,ꝟ urbis Romæ quadragesimus se cundus ac trecentesimus,si Eusebius vera scribit,q quarto decimo Peloponnesiaci belli anno,eam clade in Sicilia acceptã memorat. Thucydides grauissimus eius historiæ autor.XIX.ex quo id bellũ est in terra Græcia ortum,victum Niciã memorie prodidit.Fuit idem tertius nonagesimæ Olympiadis annus,si eũdem sequimur Eusebium. Quum interim in Persis Darius decimus a maiore Cyro regnaret,cognomento Nothus.Etenim post Artaxerxem,cuius interitus est alio a nobis loco in historijs relatus, secundus Xerxes duos regnauit mẽses,inde Sogdianus octo,post Darius,cuius nunc mentio facta est,regnum accepit,quo rege Aegyptus a Persis defecit,vbi Amartheus Saitic⁹ regnũ cepit:in Macedonia adhuc Perdicas regnabat,tribus ferme annis priusq; ccepti sint Veij a Romanis obsideri.Trogus autor est Demosthenẽ,priusq; in hostiũ potestatẽ venisset,sibi mortem consciuisse, Thucydides cuius autoritas maior apud me est,cꝫ cuiusq; alterius,conatum esse ait sibi vim inferre, sed cum Nicia a Syracusanis interfectum: Estq; id bellum pene biennio confectũ.Athenis postea cꝫ terra hæc clades nunciata est,vix ab initio omnia deleta credi potuit,ne ijs quidem,si qui euaserant, omnino fides habita.Mox vero vbi ita esse constitit,tũ demũ pauor ingẽs,& stupor ciuitatẽ inuasit. Enimuero vulgo credere de imperio decꝫ salute oim actũ,duplicaras hostiũ vires,& ꝓ Græcis q vix antea sustineri poterãt,Siculos nouos hostes accessuros,eosdẽcꝫ,ob præsentem rerũ successum,præseroces. Breui futurũ,vt terra maricꝫ afflicta ciuitas, Græcis,externisq; opibus circunsederet,nec hostes prius quieturos,cꝫ imperio euerso,vrbẽ & nomen vrbis,cum ipsa memoria delerẽt.Accedere ad præsentem metum,cꝫ neq; naues vllæ,neq; exercitus, neq; iuuentus,neq; pecunia ad bellum superesseNt, dolore simul,atq; vna tam infelicis belli aurores odisse,irasci & arislis,qui prospera denunciassent. Et Athenienses ad tam tristem nũcium in hunc ſuctũ inciderant.Verum spes,quę nein extremis qui dem rebus se mortalibus subtrahit, haud passa est ciuitatem diuti⁹ iacere,quin dolore simul & metu abiectis animi ad classem continuo reparãdam,sociosq; in fide continẽdos eriguntur.Cõrahũt itaq; per hyemẽ materiam ad naues ædificandas,& circa socios mittũt,q attẽte ꝓuiderẽt,nequa defectio ide oriret,hortarẽturq; ad bellũ reparãdũ.Hæc illi. Lacedæmonij,q in certã spem victorię venerãt,ne quã interea occasionẽ ꝓtermitterẽt,enixius dãt operã,vt sub vernũ rꝑs tanto belli apparatu quãto nũq; antea,hostẽ recẽti clade cõsternatũ adorirentur. Cẽtũ itaq; triremes socijs indicũt,q indubitatã spẽ victorię fouentes,multo propensiores facti erant, ad omnia belli munia subeũda.Erat totiꝰ rei summa penes Agidẽ,qui per id tꝑs Deceleæ in Attica erat.Is Cicilienſi victoria elatus in Melineũ sinum classe aduect⁹,omnẽ Oetheorũ regionẽ incursauit, & Thessalos sibi antea suspectos,pecunia imperata,dare etiã obsides coegit,autorq; extitit,classis in vernum tẽpus comparandæ,nec ira multis interiectis diebus,Euboei ab Athenienſibus defecere,legatis ad Agidem eo nomine Deceleã missis.Secuti Lesbij.Mox & Chij & Erithrei clandestine defectionẽ moliebantur.Sed dũ legati ad hoc ipsum in Peloponnesum eunt,redeuntq; ꝑsidiarijq; naues a Lacedæmonijs & socijs expectant,Athenienses certiores facti de ijs,quæ a Chijs pararent,conſestim vnũ e magistratibus eo mittunt,cuius accessu Chij territi,septem naues ex veteri formula instruere iussi, immatura adhuc re imperiũ detrectare non sunt ausi.Sub id tempus Alcamenes Lacedæmonius cum, XX.nauibus,ex Cencreis nauali Corinthiaco ꝓfectus,vt in Chium tenderet, totidem Athenienſium naues obuias habuit,q̃ ad hoc ipsum instructę stabant ne Peloponnesiacæ in Ionię oram,aut Hellespontiũ possent ad solicitandos socioꝝ aios,profisci.Excussus ob id cursu Alcamenes Cencreas redijt,paucisq; interiectis diebus iterum in altum deuect⁹,septem & triginta Athenienſium(tot enim ad eam diem summa ope reparauerant)procul conspicatus,Hostiũ metu,retro in Pyreum Epidauricę terræ portum fugam declinauit.Hicq; ab ijs,qui fugientem fuerant persecuti,in terramq; euaserant,tumultuario est prælio interfectus. Athenienses aliquot hostium nauib⁹ corruptis,vt cætera classe potirent,propinquam portui insulam occupãt. Auertisset ea res vt parum ꝓspere mora Lacædemoniorum animos ab Ionica expeditiõe,nisi Alcibiades per Ephororũ vnũ,cuius hospitio vtebatur, obtinuisset,vt ipse cum Chalcideo ad Chium recipiendam cũ quinq; nauibus mitteretur,quod assecutus, omnes naues quas inter eundem obuias habuit, de industria oppressit,ne quis suum scire posset accessum,hæ naues primo Corycũ tenuere,vbi Chiorum quidam defectionis autores fuerant,cum Alcibiade & Chalcideo collocuti,iubẽt eos ad vrbem nauigare,vbi multis nouitate rei attonitis, Alcibiadeq; & collega affirmantibus, plurimas mox naues præsidio affuturas,aurores fuerunt vt continuo ab Athenienſibus desciscant.Chio igitur recepta pari persuasione Clazomenios ad defectionẽ impellunt. Aperta Chiorum alienatio ingentem attulit Athenienſibus mœrorem, fore arbitrantibus,vt cæteri socij,qui in fide adhuc erant,nisi eorum motibus iretur obuiam,vnius illustris insulæ exemplo,ad hostes vnus post alium deficerẽt.Itaq; mille talenta,quæ ad extremos rerum casus sepostita ad eam diem habuere,ad præsentem vsum belli, abrogata lege quæ vetabat id fieri,decernũt.Chijs auxiliaribus in vincula coniectis: Strombichidem cum octo nauibus in Ioniam mittunt,vt cæterorum consilia,si qua mora essent,præueniret improuiso accessu.Samum primo Strombichides tenuit, inde Teium delatus,socios vt in fide manerẽt hortatus est.Accidit vt quum Atticæ naues adhuc Teij

Defectio insulanorum ab Athen.

Bis Alcamenes fugatur.

Alcibiades ad bellũmittitur.

Chij recepti.

Mille talenta Athen.

essent, Chalcideus & Alcibiades, cum tribus &. XX. nauibus eo cursum intenderint. Strombichides factus certior de hostium aduentu, portu repente egressus, in altum abijt, intuitusq; hostium classem numero validiorem, in Samum celeri cursu contendit, superuenit haud multo post Trasyclea ex Athenis cum duodenis nauibus, quibus iam dudum Sami agentibus, Alcibiades improuiso accessu Miletum ab Atheniensium imperio alienauit. Strombichides & Trasyclea hostem euestigio secuti, a Nilesijs exclusi Ladam insulam Mileto adiacentem subiere. Et vt est fortunæ impetus tenax, q̃ vt in prosperis rebus, ita & aduersis pertinacius, aut tollit, aut deprimit, secundum Milesiorum alie nationem socieras inter Lacedæmonios & Thissaphernem Darij regis prætorem his est conditionibus inita, vt quecunq; gentes populi ve Persarum olim fuissent, regiæ ditionis essent, tributumq;, vt antea penderent. Rex communiter & Lacedæmonij, sociiq;, nequid pecuniarum aliudve quippiã ad Athenienses peruenire, armis, phiberẽt. Bellũ Rex Lacedæmonijq; ac socij cum his cõmuni nomine gererent. Si quis ab alterutris defecisset, is Persarũ Lacedæmoniorũq; cõis esset hostis. Quod Rex Lacedæmonijq; ac socij, neutri sine alteris bellũ solueret. Scd'm id fœdus Chij cũ decẽ triremib⁹ ab Aenta pgressi Atheniensiũ socios ad defectionẽ solicitãt, auditoq; regij exercitus aduentu, ad templũ Iouis classem appellũt, vnde sexdecim Atheniensiũ naues cõspicati, cũ quibus Diomedon post Trasycleam ex Athenis venerat, in fugam dilapsi Teium tenuerunt, quatuor nauibus sine remigio amissis, nec ita multo post Labedum & Eras Atheniensib⁹ adimunt. Sed aliquãto prius quã hæc in ora Ioniæ gererent, septẽ & viginti Atheniẽsium naues circa Leucadiã, Gylippum ex Sicilia redeuntẽ eximprouiso adortæ pene in discrimen adduxerunt. Erant illi septẽdecim naues, quib⁹ Lacon diffisus, sese fuga proripuit, vnaq; dũtaxat amissa, cum cętera classe Corinthiacũ tenuit portum. Atq; per eos dies diuersa Polopõnesi parte, Atticæ naues, q̃ Alcmenis classem in Pyreum compulerãt, ex proximoq; compulsam, aliquã diu obsidione fatigarãt, subita sunt hostium eruptiõe oppsse, & ex his quatuor captæ. Laconicæ q̃ ad id tps obsidionẽ pertulerãt, Atticis disiectis Cencreas Chorinthiacum nauale concesserunt, Astyochoq; sibi nauarcho ex Lacedæmone accepto, in Ioniã cursum contẽderũt. Interim Diomedon ex Samo profectus quo decreto cursum intẽderat, cũ Teijs egit de imperio recipiẽdo. & Eras oppugnatione tentauit. Sed vtrunq; incœptũ fuit illi irritum. Samij interea ducẽtis nobilibus cæsis quingentisq; in exiliũ actis, populare administrationẽ inducũt. Athenienſib⁹ sese nouo adiũgũt fœdere, vt iam inde liberi essent, nõ stipẽdiarij. Chij & ipsi præ cæteris Atheniẽsium rebus infesti Methymnã primo, mox Mitylenem ad defectionem impulere. Sed Mitylenem'Diomedon & Leon, qui cũ decẽ nauibus per eos dies ex Athenis in prouinciã venerant, postridie quinq; & viginti nauibus in Lesbum eximprouiso appulsi, facto in vrbem impetu ad imperiũ retraxere. Methymna & ipsa primo accessu recepta, eiecto inde Astyocho, qui dum cætera classis ad Cencreas ornaret, in Ioniam cum tribus nauibus venerat. Pacata Lesbo Atheniensiũ duces Clazomeniorũ castellũ, quod illi in continentis ora ædificauerant, vi capiũt ac diruũt, Clazomenios in suas sedes restitutis. Eadẽ æstate Athenienses Panormum Milesiæ oræ locum oppugnarunt, Chalcideũ Lacedæmonium temere occurrentem opprimunt. Sidussa interea & Preliũ insulæ Chio adiectę, & Boolossum, arcq; alia quędã circa Chium oppida, a Diomedonte sunt in officio retenta. Chiæ adhæc naues in portu oppugnatę sunt, ipsiq; Chij ad Boolossum fusi. Ager præterea optime cultus ferro & igni est ab Attica classe vastatus. Quibus cladibus alijs super alias ad id tps affecti, iam de Atheniensium imperio recipiẽdo Chij cõsilia agitabãt, vel inuitis etiã defectiõis autorib⁹, vergebatq; iã in autumnũ æstas, quum mille & quingenti sunt Athenis in naues impositi, classisq; octo & quadraginta nauium Phlynico & Onomocle & Scyronida ducibus. In Samũ primo naues appulsæ, inde ad Miletũ obsidẽdã duces, pfecti. Hic sub primũ in terrã egressum acri prælio ab hoste excepti, varia est victoria certatũ, Argiui auxiliares in sinistro cornu a Milesijs victi ac trecẽti ferme numero interfecti. Vicerunt Atheniẽses in dextro Arta pherne fuso cum mercenario milite, & Doribus ex Peloponneso Chalcideum secutis. Vertuntur inde Athenienses ad vrbem obsidione cingendam. Habebant duces in animo eã vallo a cõtinẽte excludere, quum repente affertur quinquaginta naq; hostium naues appropinquare, in quibus due & viginti Siculæ essent. Erat classis hui⁹ præfectus Theramenes Lacedæmonius, cui public mandatum erat, vt cum Aristochio classem iungeret. Is in Eleũ insulam, quæ Mileto præiacet, primo appulit, ibi edoctus Athenienses ad Miletum stare, in Thicussam Milesiæ oræ locum transmisit, vbi de pugna ad Miletum commissa factus per Alcibiadem certior, qui in acie pro Milesijs steterat, monitusq; ab eo maturato opus esse, ne si Miletus vallo cingeretur, laboranti vrbi succurri non posset amplius, ad pugnam animum adiecit: quod vbi est Atheniensibus nunciatum, cæteris prælium expectantibus, Phrynicus autor fuit in Samum concedendi, ac tãdiu a pugna abstinendi, quo ad omnes Atheniensium naues in vnum coiuissent. Huc vbi concessum est Argiui auxiliares ira acceptæ cladis in Peloponnesum abierunt. Postridie hostis affuit dimicationi intentus, qui Attica classe ad Miletum non reperta, Lasum vi cepit ac diripuit. Atheniẽses sub initium hyemis cum triginta nauibus domo profecti, Strombichide Charamio & Euchemone ducibus, Samum venere, vbi numero nauium ita aucto, vt inuicta videretur classis, iterum Miletum inuadere constituunt, parte nauium in Chium missa. Ita igitur est inter duces comparatum, vt q prius classi prefuissent, Miletum obsiderent, Strombichides & college in Chium nauigarent. Neq; Astyochus Peloponnesiacæ dux classis qui in Chio erat, interim in ocio fuit, sed viginti nauibus in expeditionem missis, quarum decem Chię fuerunt, insulas Clazomenis obiacẽtes Malathusam, Pelam & Drymusam diripuit. Inde nouæ defectionis spe a Lesbijs facta, quum a Chijs quas petierat naues ad eam expeditionem impetrare nequiuisset, iratus Scijs inde proficiscitur, vt Milesijs auxilio esset, &, iã Atticæ naues que ex Samo in Chium mouerant Corycum fuerant prętereuectæ, quum treis Chias forte inspiciunt, inspectas sectari incipiũt, orta interim tempestate, Chijs portũ subeũtibus, tres Atticę, q̃ ad eas insequẽdas immissę ferocius instabãt, vi pelagi in Chiorũ mœnibus impacte, cũ classiarijs partim cæsis partim captis in hostiũ potestatẽ venere. Cæterę naues cursu excussę Phœnicuntem Minanti portum subiere. Subid tempus Hippocrates Lacedæmonius cum duodecim nauib⁹, quarum decẽ erãt Thurinorum, Gnidum cursu tenuit: iam enim

Lacedæmo. & Darij sõcietas.

Gylippi fuga.

Athen. Lesbũ recipiunt.

Chiorũ clades.

Phœnicę Delphinus.

Astyochꝰ apud Lacedæ. crimiat.

Cauns. Cos Meropis.

Turbat fœdꝰ Darij & Lacedæ.

Varijs Athenię. hostiũ conatus.

Athen. se prẽnaes amittũt.



iã em ipsa quoq; ad Thissaphernem defecerat, fuerãtq; Gnidij haud multo prius ab Atheniensib⁹ oppugnati. Auxilioq; ex Trepio Gnidię ore, pmotorio, vbi stationarię naues erant, accepto, seruari cõtigit. Attici duces q Phœnicuntẽ subita tempestate subierant, quũ primũ mare, pstratũ iacuit, Chium pgressi, Delphinũ locũ Chiæ vrbi, ppinquum, satiscq; a terra munitũ, loci opportunitatẽ secuti, clauserũt. Chij varie iã antea bello, tũ vero domesticis discordijs agitati, quũ sibi mutuo suspecti, arma capere nõ auderent, ad Astyochũ, qui Mileti erat, auxilia imploratũ mittunt. Audire ille Chiorũ postulata, cæterũ residua adhuc ira, ob classem iam antea ab ipsis nõ impetratã, nihil illorũ periculo moueri, ea res materiam præbuit Astyochi æmulis illius apud Lacedæmonios per literas criminandi, q̃ sociorũ cõtemptu rẽpublicã, pderet: quo factum, vt duodecim ex Lacedæmone in prouinciã sint missi, qui si ita videretur, illi imperiũ abrogarent, sum mãq; rei Antisthenі pmitterẽt, qui cum legatis in Ioniam fuerat missus, classem habens septem & viginti nauium. Hic classe ad Meleum appulsa, triremibusq; ex decem Atheniensium triremibus quæ ibi forte erant captis, verit⁹ ne suus accessus Atticis ducibus, qui Sami hybernabant, ab ijs, qui fuga dilapsi fuerãt præsentiretur, ĩ Cretam cursum detorsit, ex Creta Caunum Cariæ tenuit, inde suis, qui Mileti erant, suum significat aduentum, monetq; vt Caunum vsq; cum tota classe adnauigarent, vt tutius Miletum proficiscereturAstyochus Chiorum precibus fatigatus, laborantibus sociis subuenire in animo habebat, eratq; in horam Chiũ versus moturus, quũ de Antisthenis aduentu factus certior, Chia expeditione posthabita, suis prodire obuiam statuit, haud ignarus, fore, vt aucta nouo supplemẽto classe, Athenienſium opes vbiq; suis impares turę essent. Caunum igitur profectus Con Meropidem expositis in terram prętereuehendo copijs captum diripuit. Ex Co in Gnidon Lacon transmissurus, ex insulanis comperit viginti Atheniensium naues haud procul inde abesse. Enimuero Atheniẽsium duces facti certiores de Antisthenis aduentu, Charmilo negotium dederant, vt circa Symam & Rhodum venientem obseruaret, atq; insidijs exceptum, si fieri posset, 'opprimeret. Stabat dux Attic⁹ ad Symam in eam occasionem erectus, Astyochus nubilo ac pene pluuio cœlo ad Symã adnauigauit, disiectaq; fluctibus classe, sinistrum nauiũ cornu primo in conspectum venit, quæ cum paulo minus viginti essent, ratus Charmilus eas esse ad quas intercipiendas fuerat missus, in hostem haud cunctanter inuectus, tris earum momento temporis opprimit, conspicatus inde alias in se tendẽtes, priusquã vndiq; circumueniretur fugam occupat, sed conserta semel pugna non 'prius se subducere valuit, quã septem Atticę sint ab hoste interceptæ. Ipse cũ cætera classe Teuglussam primo, inde Alicarnassum tenuuit. Astyochus erecto ad Symã tropheo, in Gnidum reuersus, duabus classibus iunctis, maritimisq; Lacedæmoniorum viribus vnũ in locum contractis, vt quatuor iam & nonaginta naues essent, cum Thissapherne Laconici duces in colloquium venere, de summa rei cum eo deliberaturi. Ibi Lacedæmoniorum illustres plæriq; præsenti consultationi admoti, & in his Lichas quidã, homo magno ingenio, sermonem intulit. Videri sibi fœdus, quod a Chalcideo prius, mox ia Themene, cum Dario rege fuisset ictum, haud recte in vtroq; expressum, vt quicquid progenitores regis aliquando habuissent, ea omnia Persicis regibus post victoriam parerent, qua formula insulæ omnes Aegei maris. Thessalia, Locri, & aliæ pleręq; gentes Bœotia tenus essent iterum in seruitutẽ concessuræ. Censere igitur nouum fœdus ineundum, quo diserte insulis Græciæ finitimis caueretur, nec prius pati classem regio stipendio inautorari, quã fœdus in eam sententiam renouaretur. His Lacedæmoniorum postulatis turbatus Thissapernes, infecta re, ex Gnido abijt, Lacedæmonij cum tota classe Rhodum concessere, insulaq; ab Atheniensibus alienata, subductis nauibus, octoginta ibi dies fuere. Alcibiades interea qui ob adulterium cum Agidis regis vxore commissum, se Lacedæmonijs inuisum esse non ignorabat, adeo vt ab Agide absens perfidiæ insimulatus, ex Lacedæmone literas ad Astyochum de sua nece publice datas comperAlcibiades a Lacedæ. alienatur.
tum haberet, Thissapherni assidens, Barbaro persuadere cœpit, vt sociorum classi non tam largum stipendium daret, monstrata illi ratione, cur oporteret id fieri, inde monuit ne afflictam Atheniẽsiũ fortunam tam hostiliter premeret, quando parum regijs opibus expediret, res illorum penitus extingui. Enimuero q̃diu Lacedæmonij & Atheniẽses, inter se de Græciæ principatu disceptarent, fore aiebat, vt alterum duorum populorũ q minus viribꝰ pollęret, suis fœderibus semper haberet obnoxiũ, & quasi ministrum rerum in Græcia gerendarum, multoq; commodiorem Atheniensium societatẽ regi, quã Lacedæmoniorum fore, quũ illi nõ de sua tantũ, sed de totius Græciæ libertate dimicent, nec laturi essent Greçorum quępiã seruire, vbi victoriã adepti essent, scire se pterea Lacedæmonios imperij in terra potius q̃ mari propagandi esse cupidos, futurum q̃q; vt sibi Ioniæ orã, inuito rege, vindicaturi essent. Contra Athenienses rei naualis magis studiosos esse, nec libertati vt illos fauere, quod studiũ semp fuit regibus inimicũ. Hæc ille, & alia sub ijciẽdo eo perpulit Thissapherni animum, vt a prisAlcibiadis pſuasio.
tina belli intentione auersus, pronior, ppemodũ in Athenienses, quã Spartiatas esset. Quod vbi Attici duces qui Sami erant resciuerunt, milites ad Alcibiadem, qui Mileti erat, occulte mittunt, quę promisso in patriam reditu hortarentur, ad ThissapherAlcibiadis postulata.
nẽ ab hostibus alienandũ. Alcibiades redeundi cupidus amicitiam regis & Thissaphernis polliceri, si ipse in patriam restitueretur, & si populari statue ci uitate sublato, Oligarchia induceret. Obstitit Phrynicus Atticorum ducum vnus Alcibiadis voluntati, vnde postea tantum est illi inuidiæ cõflatum, vt ac si cum hostib⁹ sentiret, publica sit administratione submotus. Et Pysander Athenas est missus, qui ad populum de Alcibiadis postulatis ferret.

Hic quoq; multi obnixe obstiterunt, & in primis Alcibiadis inimici, qui haud dubie videbant eo in ciuitatem restituto, se incolumes esse non posse. Celebrare igitur illi dãnationis cãm, q̃ mysteria polluisset. Quapropter vt impius iudicatus, ciuitate fuisset eiectus, diris etiam imprecationibus interpositis, si quis illi reditum in patriam confecisset. Hec & alia illis vociferãtibus, Pysander obtinuit, vt, veteris administrationis forma sublata, Alcibiades i patriam reuocaret, iniretur q̃ cũ rege societas, ad quod ipsum decernendũ duo videnꝫ populum induxisse, afflictus reipublicæ status, q̃ presenti calamitate defungi non posse videretur, nisi externis fuisset opibus adiutus. Cupiditas adhæc stipendij, quod ad classem alẽdam a rege ex fœdere, pmittebat. Pysandro igit & decem collegis permissum, vt quod e republica fore arbitrarent, in prouinciã profecti agerent, post quorum in Samum appul-

sum, confestim Phrynico & Scyronidi classis est imperium ademptum. Diomedon & Leon, quib⁹ summa rei nauticæ permissa est, in Rhodum classe delati, & in littus subito egressi, Rhodios qui ad arcendam populationem subito occurrerant, egregie superant. Nec Lacedæmonij multum timebantur, qui subductis nauibus, auersa parte insulæ hybernabant. Sub id tempus Pædarit⁹ & Chij Athenienſium præſidiū, qđ ad Delphinium erat, adorti, parte nauiū adempta, oĩbus potiti eſſent, niſi ſuis laborantib⁹ mature Attici duces, iam Rhodo reuerſi, auxilio affuiſſent, prælioq; ſubito acceſſu cõtracto, Pædaritus letaliter occubuit. Chij cum cæde multa in vrbem compulſi, multo arctius q̃ antea ſunt obſideri cœpti. Pyſander interea & decẽ legati ad Thiſſaphernem profecti, cũ eo de fœdere acturi. Hic ille, quũ ab Athenienſibus, vt tota Ionia & inſulis Ioniæ adiacentibus abſtinerent, poſtulaſſet, aliaſq; præter ſpem nihilo æquiores propoſuiſſet conditiones, infecta re Samũ legati cõceſſerunt. Nec Barbarus multo poſt numerato claſſiarĩs ſtipendio fœdus cum Lacedæmonijs, in Lychæ ſentẽtiam renouauit. Sed dum hæc in Ioniæ ora geruntur, Bœotij interim Oropum occupãt, Athenieſiũ præſidio quod in oppido erat prodito. Fuit Oropum in Erethria Bœotiæ proxima, ad quid retinẽdũ Bœotij in Rhodum ad Lacedæmonios mittũt, orantes, vt in oram Bœotiæ ad ſe tuendos veniret, Audire Lacedæmonij horum poſtulata, ſed Chiorum periculo magis mouebantur. Rhodo itaq; ipſe Alcibiades Miletum tenuere, & quia ſine prælio apparebat Chijs ſuccurri non poſſe, reliquum hyemis Mileti exegerunt, circumactuſq; eſt interim vigeſimus ab eo annus, quo Athenienſes & Lacedæmonij inter ſe armis diſceptare cœperãt. Principio ſequẽtis anni, Chij cum ſex & triginta ſuis nauibus, & ſociorũ duodecim (Aſtyochũ enim expectare longũ erat) cum Athenienſiũ claſſe, quæ ad Delphinũ erat, cõgreſſi incerta victoria ad noctem dimicarunt, neutroq; fortuna inclinante, pugna direpta eſt, & Abydus, Mileſiorũ colonia in Helleſponto ab Athenienſibus ad Pharnabazũ regis præfectum defecit, & biduo poſt Lampſacus. Occurrit eo Strombichides ex Chio cum nauibus quatuor & viginti, Lampſacũq; primo occurſu recepit, nullos enim Lampſacẽni habebant muros. Abydenis inde nequicquã oppugnatis Seſtum, quæ ex Abydi regione in Cherſoneſo eſt, petiit, vt vrbi & toti oræ præſidio eſſet. Pyſander iterea Athenas reuerſus, Antiphone (quo nemo ad id tempus capitales cauſas melius egerat) & Theramene, adiutoribus autor fuit, promulgandæ legis de populari ſtatu antiquando, quinq; ciuitatis præſides lecti, qui centum legerent, quorum ſingulis ternos ſibi legere permiſſum eſt, atq; ita quadringenti, veteri ſenatu abolito, curiam ingreſſi, de ſumma rei conſulere cœperunt. In horum poteſtate erat, quum libitum eſſet: quinq; milia ciuium ad rerum diſcuſſionem vocare, ſiccq; centeſimo ferme anno, q̃ Athenienſes tyrannide liberati fuerant, populari adminiſtratione ſublata, Olygarchiã, q̃ paucorum potentia dici põt, indũxere. Miſerũt illi ad Agidem regem, qui Deceleæ erat, tã q̃ de pace cum eo acturi, id ille euenire arbitratus, q̃ ciuitas diſcordia laboraret, nullo dato Athenienſibus reſponſo, nouo exercitu domo accerſito, ex Decelea Athenas deſcendit, ratus ita futurum, vt aliquis in ciuitate motus ſuo acceſſu fieret, ſed vbi præter ſpem oĩa quieta vidit, ſuorũq; nonnulli, qui ferocius muros ſubierant ſubita ſunt equitum eruptione oppreſſi, negotio infecto, Deceleã cõceſſit. Ii quibus reſpublica permiſſa eſt illud primũ oĩm ſuſceperũt, vt ex oĩbus Atticæ deditionis locis, popularis adminiſtratio tolleret, inducto paucorum principatu, q̃ res, quũ alibi, tũ Sami, magni motus fuit cauſa, qua ſeditione Hyperbolus oĩm Athenienſiũ ea tẽpeſtate neq; iſſim⁹, quicq; Oſtraciſmo vltim⁹ oĩm fuerat damnatus, perijr. Nec milites tã eorum met⁹ q rẽpublicã capeſſerãt, q̃ hoſtes in officio cõtinebãt. Enimuero Lacedæmonij, qui Mileti erant, pugnã efflagitãtes, Aſtyochũ inſimulabant, q̃ per inertiam rempublicã, pderet, q̃ppe qui neq; quum claſſe ſuperior eſſet, cum Athenienſibus antea cõflixiſſet, neq; tunc quum hoſtes ſeditiõe laborarẽt, Atticam claſſem inuaderet. His vocibus Aſtyochus commotus, haud vltra differendum ratus, cũ centũ & duodecim nauiũ claſſe, ex Michale ad hoſtem proficiſcitur. Athenienſes in Glaucis Michales erant cum duabus & octoginta nauibus, qui audito hoſtium apparatu, ne inferiores numero congrederentur. Samum conceſſerunt, Strombichidis ex Helleſponto aduentum opperientes. Affuitq; ille biduo poſt. Tum vero cẽtũ, & octo nauium claſſe expleta, Miletum Attici duces adnauigarunt, ibiq; facta hoſtibus pugnandi copia, quum diu in cõſpectu vrbis in procinctu naues habuiſſent, elicere ad pugnam nequiuerunt. Nec ita multis interiectis diebus Byzantium ad hoſtes defecit, quo quũ ad opprimenda Byzantiorum conſilia, aliquot Atticæ naues, celeri curſu, ex Samo affuiſſent, ciuitate iam alienata, tumultuariũ prælium cum hoſte, neq; nauium numero, neq; euentu memorabile, cõmiſerunt. Thraſybulus, qui militari ad Samũ ſeditione, Diomedonti & collegæ imperio abrogaro, fuerat dux claſſis declaratus (ſuperauit is vocis magnitudine omnes Athenienſes ſua tempeſtate) autor fuit, vt militari ſuffragio Alcibiades ab exilio reuocaret, accerſituſq; ex Mileto Samũ venit, vbi multa prius de ſuo infortunio queſtus, oratiõe adeo ad præſentem ſtatum temporum accommodata vſus eſt, ſpe militibus facta popularis ſtatus recipiendi, cum Olygarchiæ iampridem pœnitere cœpiſſet, vt confeſtim vni totius rei ſumma ſit permiſſa. Redijt haud multo poſt Alcibiades ad Thiſſaphernẽ, Athenienſium permiſſu, velut eum a Lacedæmoniis abduct⁹, quæ res effecit, vt barbarus adhuc ſuſpectior ſocijs eſſe cœperit, & Aſtyochus maiore inuidia flagrare cœpit apud ſocios, quod pecunia corruptus reipublicæ curam abieciſſet, Barbaroq; vt ex ſatellitibus vnus obſequeret. Quum hæc paſſim miles fremeret, illeq; iratæ multitudini ſeſe obtuliſſet, parum abfuit quin militum incurſu ſit vio latus, nec diu poſtea Mindarus ex Lacedæmone ſucceſſor illi datus, & ex Athenis ſub id tempus legati Samum ab Olygarchiæ autoribus, ad leniendos militum animos, qui nouo ciuitatis regimini erãt infenſi, venerant. hi pro concione diſcerpti eſſent, niſi Alcibiades ex Thiſſapherne reuerſus, ſæuientem multitudinem ita oratione circumegiſſet, vt non ſolum a cæde reuocarit, ſed præſenti etiam cõſilio auerterit. Pluribus frementibus Athenas confeſtim cum tota claſſe eum dum ad Olygarchiam tollendam, docuit ille ſi tam alieno tempore prouincia abſcederent, haud dubie futurum, vt hoſtes continuo Ionia & Helleſponto potirentur. Fuit id conſilium Athenienſibus ſalutare, ad ſocios in fide continendos, quo poſtea vulgo Alcibiades iudicatus eſt rem Atticam ſua prudentia ſeruaſſe. Iuſſi igit̃ legati, domũ renũciare, placere exercitui, vt quadrigẽtis viris adminiſtratiõe ſublata, quinq; milib⁹ ciuium priſtina regiminis forma reſtitueretur.

Thiſſaphernes renouat fœd⁹ cũ Lacedæmo.

Abydus.

Olygarchia Athenis inducta.

Militaris ſeditio.

Byzãtiũ ab Athenienſ. defecit.

Alcibiades ab exilio reuocatur.

Militum ira in Olygarchiã.

Thiſſaphernes



Thiſſaphernes per eos dies ex Mileto ad Phœnicem claſſem, quæ ad Spendum ſtabat (centum qua draginta naues eſſe dicebantur) eſt profectus. Perculit nouę claſſis fama Athenienſium animos, qui in Samo erant, vehemẽter hi ſoliciti eſſe, vulgoq; arbitrari futurum, vt ſi ea nauium multitudo Peloponneſiacæ claſſi iungeretur, breui maris poſſeſſione pellerentur. Hunc ſuorum metum leuaturus Alcibiades, cum tredecim nauibus, Thiſſaphernẽ eſt ſecutus, militibus repromittens daturum ſe operam, vt aut barbaram claſſem Atticæ iungeret, aut ſi id minus poſſet, ſa turum vt Peloponnenſibus nullo modo iungeretur. Fuerunt qui dicerent Alcibiadem non tam fiducia gratiæ qua apud Thiſſaphernem polleret id pollicitum, quã q̃ plane ſciebat, eum nolle Lacedæmoniorum opes nimium auctum iri, quum nemini non perſpicue liqueret, eiuſmodi claſſis acceſſione breui Lacedæmonios fuiſſe maris imperium habituros. Erantq; tum in Ionia res Atticæ in hoc ſtatu, quum Athenis Olygarchiæ legati domũ reuerſi, maligne ſe ab exercitu acceptos nunciant, & quæ ab Alcibiade & militibus mãdata ad ipſum ordinẽ haberent, exponũt. Erãt Olygarchiæ principes Theramenes & Ariſtocrates, fauebant his Phrynicus, Ariſtarchus Piſander, & plerique alij opibus & autoritate illuſtres, qui paucorum potentiæ ſtudebant. Hi Alcibiadis potentiã veriti, quę maior ex Samo nunciabatur, quã oĩm fuiſſet expectatio, & militare odium, conſilia inter ſe conferũt, de legatis Lacedæmonẽ mittẽdis, ad pacẽ, quibus poſſent ꝺditionibus, tranſigendã. Phrynicus & Antiphon eo miſſi ſunt, qui infecta re domũ reuerſi, murum circa Pireum ſtruere ſunt adorti, vt portum in poteſtate haberent. Statutum enim ab initio habuere, nolle preſenti dignitati cedere. Tum vero orta in vrbe ſeditione, inchoatum opus demoliri coacti ſunt. Et iam de ordinũ reconciliatione agebatur, coiueratq; ad hoc ipſum ciuitatis conſilium in Dionyſij ædem, quũ tumultuoſe affertur, duas & quadraginta hoſtiũ naues, ex Megaris in Salaminem curſum tenere. Eo nũcio conſternata multitudo in portum decurrit, cõſcenſiſq; tumultuoſe nauibus, quæ tum forte in Pyreo erãt, aliiſq; trepide deductis, aliquanto inde tumultuoſius in hoſtem ſoluitur. Cõfederat Agiſandrias hoſtilis claſſis præfectus ad Oropũ, cui poſtridie inde profecto ſex & triginta Atticæ naues temere obiiciuntur, præerat illis Tymocrates, qui ſiue rei nauticæ ignarus eſſet, ſiue nauras parũ dicto obſequẽtes haberet, nihil, quod ſatis conſtat, prudenter ſupra Erithrienſem portum cum hoſte conflixit, vix bene fuerat prælium initum, quũ Athenienſes ſua ſponte ob domeſticam ſeditionẽ turbati, fugam capeſſunt, ad littuſq; deinde compulſi, paſſim cum multa ſtrage aguntur, duabus & viginti Atticis nauibus Peloponnenſes cũ remige ſunt potiti, hicq; vbi pugna cõmiſſa eſt tropheum ſtatuere. Secuta & alia clades, q̃ ſecundum eam pugnã Eubœa tota, præter Oreum, ab Athenienſibus ad hoſtes deſecit. Aduerſæ pugnæ nuncius tantum terrorem attulit ciuitati, quantum ne Sicilienſis quidem clades olim nunciata. Nam tum procul res geſta eſt, aberantq; procul hoſtes, & aliquod naues inſtructæ aderant, conuenireq; tum perbelle ordinibus ciuitatis. Hoc vero tempore in ipſis pene oculis ciuiũ diſiecta claſſe, ingẽs vis hominũ deſiderata eſt, nec naues illę in portu, nec iuuentus ad tuendã vrbem reliqua aderat, ac ſi qui erãt ob ſeditionẽ oĩa priuſquã preſentem ſtatum ciuitatis malle, exercitus cũ claſſe qui afflictæ ciuitati auxilio eſſe poterat, Ion giſſime aberat. Terroris igitur erãt & ploratus oĩa in vrbe plena, actum de re rep. actum de ciuiũ ſalute vulgo arbitrari. Nemo non paulo poſt affuturũ hoſtem putabat, qui vrbẽ domi foriſq; concuſſam caperet, captam ac direptam funditus deleret, nec vanus fuiſſet metus, ſi hoſtis vti victoria ſciuiſſet, ſed quum eo rẽpore, tum ſæpe alias Lacedæmonij vtiles Athenienſibus hoſtes fuere, quippe qui multum inter ſe moribus differrent, impigri Athenienſes & manu prompti, cunctabundi illi, & in gubernãda claſſe formidoloſi. Ceſſatum itaq; peropportune ab hoſte, dataq; eſt Athenienſibus, aliquot nauium propere inſtruendarum, facultas. Concilio inde populi aduocato, Olygarchia antiquata, quinq; milibus ciuium eſt reipublicæ liberũ ſuffragium reſtitutum. Decretum vt Alcibiades, & qui cum eo exulaſſent, in ciuitatem reuocarentur. Piſander & Alexides Olygarchia ſublata Deceleam ad hoſtes, cum ſuis conceſſere, veriti, ne reddenda eſſet ſibi ratio eorum, quæ dum paucorum potẽtia in vrbe fuit, contra multitudinẽ flagitioſe egiſſent. Ariſtarchus & ipſe ſimili metu perculſus, vt aliquid hoſtibus ſuo auxilio gratificaretur, ad Oenonen contendens (erat is murus quem Athenienſes in Bœotiæ finibus præſidio obtinebãt) autor ſuis fuit, vt Bœotijs locum reſtituerent. Dum hæc in Attica geruntur, Mindarus Peloponneſiacæ claſſis dux, in Helleſpontum cum tribus & ſeptuaginta nauibus profectus, aduerſa tempeſtate curſu diſcuſſus, Chium tenuit. Quo nuncio Traſylus ex Samo exitus, cum quinq; & quinquaginta nauibus e veſtigio eſt ſecutus, ne hoſtis per occaſionem, ſociarum vrbium aliquam ad defectionem compelleret. Is vbi Leſbum venit, certior factus, hoſtem Chium diuertiſſe, conſilio acie dimicandi ad eum cum ſeptuaginta ſeptem nauibus ire pergit. Nam dum in Leſbo fuit, aliquot Atticæ naues ſuper eas, quas ſecum habebat, eo venerant. Mindarus haud ignarus eorum, quæ ab hoſte pararentur, ſublatis velis, Leſbo ad lævam procul relicta, in Helleſpontum abijt, Sigæumq; primo tenuit. Erant apud Sextum duodeuiginti Athenienſium naues, quæ vbi ex ignibus paſſim ex ſpeculis circa littora ſublatis, hoſtem adeſſe cognouerunt, Eleum tem, priuſquam illuſceſſeret, petere ſtatuerunt, vt patentiore pelago hoſtem euitarẽt, & iam curſum in Cherſonneſum intenderant, quum ſub lucem hoſtem in conſpectu habuere, tum fugam e veſtigio capeſſentes i Lemnum pleręq; incolumes effugerunt, quatuor poſtremæ ſunt in curſu circumuentæ, vna circa Prothesilai delubrum cum ipſis propugnatoribus impacta, duæ vacuæ oppreſſæ, quæ reliqua fuit ante Imbrum concremata eſt. Mindarus ſex & octoginta nauibus fretus Eleuntem oppugnauit, indeq; irrito conſilio digreſſus, eodem die Abydum petijt, Atticæ claſſis duces in Leſbo ad Eretum ſtabant, audito hoſtium in Helleſpontũ ingreſſu, relicta loci oppugnatiõe, ſuis celeri curſu ſuppetias iuere, duabuſq; Peloponneſiacis obiter oppreſſis, Eleum poſtridie appulſi, ſuorum naues quæ hoſtium metu nuper diſiectæ fuerant, eo accerſunt. Mox quinq; diebus in pugnæ apparatu conſumptis, in hunc modum conflixere. Legebat Attica claſſis Seſtianam oram in cornua digeſta, cui Peloponnenſes ex Abydo pugnandi ſtudio obuiã proceſſere. Tum vero ſeſe ex aduerſo intuiti ſine mora naues in pugnã expediunt. Lacedæmonij ex ora Aſiæ ab Abydo ad Dardanum octo &

Militum mãdata.

Pyrei munitio.

Athenẽ. clades ad Oropũ.

Athenẽ. metus.

Tollitur Olygarchia.

Olygarchiarum exilia.

Mindar⁹

Athenẽ. fuga.

Naualis pugna.

sexaginta nauium aciem explicuere, quarū dextrū cornu Syracusani tenebāt, læuū Mindarus. Athenienses ab Europa inter Idacum & Arriana, cum sex & octoginta ex aduerso constitere. In sinistro cornu Trasylus procurabat. In dextero Trasybulus. Pulsum ab initio est dextrum Atheniensium cornu, a sinistro Peloponnensium, & ad terram compulsum circa Canis sepulchrum. Id Hecubæ Priami fuisse fama ferebatur, q̄ his in locis, Græcorum iniuria, post euersum Ilium occubuerit. Trasylus diuersa parte, non solum Syracusanos fudit, sed & Lacedæmonios, qui nuper vicerant, ad Pydij fluminis ostia & Abydum deiecit, vndeuiginti nauibus ademptis. Nec Atheniensibus classis eo prælio incolumis mansit, cuius quindecim sunt naues desideratæ. Ea victoria Atheniensium animos erexit in spem futuri successus, haud enim parum præsenti certamine effectū credere, ꝙ aliquando vinci desijssent. Nuncius bene gestæ rei Athenas perlatus ciuitatē tot cladibus aliis super alias, domesticaq; seditione attonitam, nō nihil in spem pristinæ fortunæ reuocauit. Quarto deinceps a pugna die Atheniēses ex Sexto Cyzicum, quę ad hostes defecerat, petierunt, octoq; hostium inter eundum nauibus circa Priapum oppressis, quæ ex Byzantio eo processerant, Cyzicenos ad imperium retrahunt, retractis pecuniam in stipendium imperant. Mindarus receptis nauibus, quas amiserat ad Eleūtem. Subductisq; cum tota classe in Eubœam naufgauit. Per id tempus Alcibiades ex Cauno & Phaselide cum tredecim nauibus Samum reuersus, sua opera factum significans, quo minus Phœnicum classis Peloponnesiacæ iungeretur. Thissapherneme q̄ ab hoste sua arte alienatum, vt in Athenienses ille propensior, quam in Lacedæmonios esset, instructisq; super eas quas habebat decem nauibus, ab Alicarnasseis ingentem pecuniam exegit, muroq; vrbem clausit, constitutisq; in ea magistratibus, sub autumnum Samum est reuersus. Et Thissaphernes ex Aspendo in Ioniam se recepit, Peloponnensibus quam antea iratior, ꝙ Antandrum regiæ ditionis oppidum occupassent. Erat Arsacus Thissaphernis præfectus, is quum Delios qui ab Atheniensibus eiecti Adramytum tenebant, societatis specie in expeditionem eductos, quo in eos odio incitatus nō habeo dicere, dū forte militari more cibum caperent, armatorum manu eximprouiso circunc essos ad vnum confixit. Vicinorum clade Antandrij consternati, subita a rege defectione, Lacedæmonios ad se vocatos in vrbem accepere. Thissaphernes secum animo reputans, quorsum noui Peloponnensiū motus tenderent, qui haud multo ante ex Gnido & Mileto regia præsidia eiecissent, in Hellespontum transire statuit, a sociis coram petiturus, quo consilio contra fœdus Antangrum occupassent. Eratq; Thissaphernes adhuc in Ionia, quando Timochares cum aliquot in prouinciam nauibus est missus, is cum Lisandride Lacedæmonio parum prospere conflixit, vbi pugnatum sit Xenophon, quem in hac Rapsodiæ parte sequimur, non explicat. Etiam in eunte hyeme Dorieus ex Rhodo cum quatuordecim nauibus in Hellespōtum profectus est, quem procul venientem Atheniensium speculator intuitus, dat ducibus signum, ad quod illi excити, cum triremibus viginti venienti hosti pergunt ire obuiam. Dorieus cursum ad terram deflexit. Fugientem Atheniēses ferociter insecuti, terrestri nauali q̄ prælio circa Rhœteum frustra iniecto, infecta re ad exercitum retro abierunt. Mindarus, sacrificio Iliacę Mineruę prius facto, classe in mare deducta, Dorieo ire obuiam parat, ne paucitate nauium ab hoste opprimeretur. Excipiunt eum prælio circa Abydum Atheniēses, tenuitq; dimicatio aliquādiu anceps. Postremo Attice classis altero iam cornu inclinante, captisq; nonnullis ex ea parte nauibus, res ad fugam spectabat, quando Alcibiades quasi cœlo missus, cum duodeuiginti nauibus in conspectum venit. Secutus is Dorici vestigia, quem Ioniæ oram præterue ctum in Hellespontum contendere acceperat, ex Coo profectus, vt suis auxilio esset, maturo occursu non solum pugnam restituit, sed hostes Abydum vsq; fugatos, pro nauibus e littore dimicare coegit. Intererat prælio Pharnabazus regis præfectus, qui dum laborātes socios nimio studio protegit, in altos maris fluctus (ex equo enim dimicabat) ingressus, hostem propellebat. Sunt tamen Atheniēses vacuis nauibus triginta potiti, & ijs quas ipsi ab initio amiserant. Victrix classis Sestum est reducta, præter quadraginta naues, aliæ alio, profectas ad tributa extra Hellespontum exigenda. Trasylus Athenas nauigauit recentioris victoriæ nuncius, militesq; et naues in supplementū petiturus. Paucis inde diebus quibus ad Abydum est ita, vt dixi, ab Atheniēsibus feliciter dimicatū: Thissaphernes in Hellespontum venit, ad quem Alcibiades triremi vna cum munerib⁹ delatus, quæ ipse ex spoliis hostium legerat, ab eo captus Sardis est in custodiam missus. Criminari Barbarum Lacedæmonij apud regem, ꝙ in Alcibiadis gratiā plus rei Atticæ quā sociis in administrando bello faueret. Ad quos de se rumores infirmandos Thissaphernes, omni hospitali iure posthabito, Alcibiadē custodiri iussit. Fuit ille Sardibus dies circiter triginta, vnde deceptis custodibus, cum Manticheo quodam equis ad fugam vsus, Clazomenas noctu aufugit. Ibi Thissapherni iratus, vt Barbarum Dario & sociis magis suspectum redderet, ipsius iussu se e custodia missum prædicabat. Atheniēses interim, q̄ ad Sestum stabant, audito Mindari cum triremibus sexaginta ad se accessu in Cardiā profugerant, quo Alcibiades ex Clazomenis cū triremib⁹ quinq; est profectus. Edoctus ibi Mindarū & Pharnabasum cū classe ad Cyzicon stare, cū peditū manu Sestum contendit, inde in hostē iturus. Affuit illi cætera ad pugnam expedienti Trasybulus, cum nauibus viginti ex Thaso, qui ad exigendū circa insulas tributum fuerat profectus: atq; ita forte accidit, vt eodē tempore Theramenes cum totidem triremibus in Macedonia sit reuersus, quo cōtigit, vt breui octoginta Atticæ in vnū naues coiuerint. Noctu igitur in hostē profecti, postero die sub tempus prandij Proconnesum Attici duces appulerunt: ibi certiores facti, Pharnabazum & Mindarū ad Cyzicon, cū suis copijs stare, Alcibiades milites pro concione allocutus, quanto stipēdij inopia, reiq; frumētarię, res Attica laboraret, palā exponit. Esse proinde ait, aut prælio cū hoste dimicādū aut, puincia decedendū. Cæterū videre se ita fore, vt quum primū ea decederetur, oīa essent in hostiū potestatē ꝓcessura. Annitendū proīde, vt siquādo alias, ea maxime pugna ostēderēt eos esse Atheniēses, qui nō minore animi promptitudine, aduersis rebus, q̄ ꝓsperis & scirent, & possent dimicare. Terrestri prælio nauali q̄ certandum esse ait. Irent atq; alterutro marte experirētur, quantū vīrt⁹, vel aduersus fortunā valere possit. Exēplū bene pugnādi duces ipsos militibus

Canis sepulchrū.

Athenē. victoria.

Athenē. victoria.

Pharnabazi fac nus.

Capitur Alcibiades.

Euadit.

Alcibiadis hortatio ad suos.



tibus præbituros. His verbis vbi suos hortatus Alcibiades, peropportune accidit, vt ad fallendos hostes hyemer mixta grādine, sub id tempus, quo ex Proconneso profecta est Attica classis, repente sit e cœlo missus, mox vbi in Cyzici conspectum ventum est, tranquilla fulserit serenitas. Hic Alcibiades cum quadraginta nauibus progressus, cæteram classem pone sequi iubet, quem venientem Lacedæmonij intuiti, paucitate nauium contempta, quod ita ille futurum viderat, subito naues cō scendunt, contenduntq; hosti ire obuiam, sed vix bene initum erat certamen, quum cęteram classem Peloponnenses conspicati, in fugam vertuntur. Instat dux Atticus, hostemq; ad littus deiectum a tergo premit. Ibi Mindarus & Pharnabazus cum omni peditatu in extremum littus decurrunt, vt classiarijs essent auxilio. Alcibiades vno prælio defunctus, ferociter terrestrem pugnam ciet, militibusq; in littus desilire iussis, acerrime manum conserit, estq; dubio marte hic tandiu pugnatum, donec Mindaro cadente Pharnabazus fuga equo abreptus, haud dubiam hosti victoriam reliquit. Multi pugna occubuerunt, multi quoq; in fuga capti, nauium quę sexaginta numero fuere, ne vna quidē potuit effugere. Syracusani suas incēderunt, cæteris Atheniēses sunt facile potiti. Cyzicenis a Pharnabaso & Peloponnensibus destituti, deditionem fecere, quibus pecunia mulctatis, Alcibiades in Proconnesum est reuersus, ex Proconneso in Perinthum & Selymbriam, acceptaq; a Selymbrijs pecunia, qui exercitum in vrbem non accepe rant, in Chalcedonios, vt Xenophon scribit, profect⁹ est. Plutarchus autor est, Pharnabazum haud multo post reparato exercitu, iterum cum Atticis ducibus conflixisse, nihiloq; meliore euentu, ab eo pugnatum, quam nuper ad Cyzicum fuerat, Alcibiademq; pulso hoste Abydenum agrum incursasse, vnde captiuorum vis ingens sit abducta. Cæterum illud in ea expeditione pietatis exemplum est ab Alcibiade editū, ꝙ sacerdotes captos, ad vnum omnes sine precio dimisit, nec a sacrorum cultu interim dum in vinculis essent, auerterentur. Actum demum Calcedonem, vt ille ait, est Alcibiades adortus, qui quum indicio cognouisset omnem imbellem multitudinem, cum preciosa supellectile, a Chalcedonijs ante suum accessum, apud Bithynos depositam, parte exercitus circa vrbem relicta, ipse cæteram classem in Bithynos agit, caduceator ad eos præmisso, qui bellum ipsi genti indiceret, nisi Chalcedoniorum res quas penes se habere dicerentur, sibi confestim traderent. Bithyni minacissima denunciatione territi, haud imperata abnuere sunt ausi, quo contigit, vt per hæc ille hostium rebus sit potitus. Chalcedonem inde repetitam, ea parte, qua vrbs mari obuersa est, obsidione fatigabat. Pharnabazus nouam interim apud Antandrum classem ædificare adortus, Syracusanis ad id opus adhibitis, assidua hortatione instabat. Nec Chalcedon interea animo exciderat, quam graui obsidione pressam, vnā spem sui præsidij fouere certo sciebat. Nouo itaq; exercitu tumultuose comparato, ad socios obsidione eximendos ire pergit. Nec Alcibiades vbi hostem pugnæ instructum vidit, prælium detrectauit, vno itaq; tpe Pharnabazus certamen init, & Hippocrates vrbis præfectus ex composito cum suis, subitam eruptionem fecit. Vtrobiq; res ab Alcibiade est feliciter gesta. Hippocrate in vrbem, cum multa strage compulso, Pharnabazus victus, prælio excedere est coactus. Alcibiades præsenti victoria frætus, parte nauium ad obsidionem relicta, Hellespontum ad pecuniam in stipendium exigendam reuersus, quum Selymbriæ proditione occupandæ facta spes esset, signum maturius aliquanto, quam conuenerat, proditores extulere. Tum ille veritus, ne patefacta proditione tanta e manibus occasio elaberetur, cum triginta tantum ad vrbem successit, dum cæteri arma capiunt, cum his audacissimus imperator, & viginti aliis, qui vrbem per patentem portam irrumpenti superuenerant, Selymbriam occupat. Oppidani tumultu excíti, postquam hostem in vrbe esse cognitum est, consternati ad arma currunt. Etiam ex aduerso aciem instruebant in paucos ituri, quum Alcibiades suæ fortunę confisus, nouo fiduciæ exemplo, caduceatorem ad Selymbria nos in conspectu aciem explicantes mittit, qui tuba silentio facto, Alcibiadis nomine, denūciat, ne prius quicq̄ mouerent, quā eū pauca dicere volentem, audiuissent. Qua voce haud aliter omnes Selymbrianorum conatus conciderunt, quā si tum omnes Atticæ copiæ in procinctu stetissent. Tanta tum vnius hominis erat apud hostes admiratio, maior meo iudicio, quam Cæsaris postea apud Pompeianos fuit, cui paruo nauigio sedēti, C. Cassius cum nauibus aliquot rostratis cessit. Ille aperto mari vectus in tutum, si hostis minus obediens fuisset, fuga sese periculo subtraxisset. Hunc hostili muro cum paucis incluſum cadere haud dubie oportuit, nisi fortia audenti fortior fortuna indulsisset. Circumegit ille hostes fando, tam diuq; ab eorum, quæ fiebat, sensu Selymbrianorum animos auertit, quoad ex improuiso totus in vrbem exercitus irrupit. Tum ancipiti pauore perculsi, in preces versi, Alcibiadis fidem implorant. Dedit dux Atticus petētibus veniam, iussitq; sunt Thraces, qui frequentes in castris erant, ab omni iniuria abstinere. Nec multo post Alcibiades, exacta a deditis pecunia, Chalcedonem reuersus est, quæ eo absente deditionem fecerat. His quoq; mulcta ob defectionē irrogata, fœdus cum Pharnabazo Attici duces sanxerunt. Vt oppida, agri, fines eius prouinciæ Atticis armis inuiolati manerent, paterercq; per ea loca Atheniensium legatis ad regem aditus. Eratq; per hæc pacata circa Hellespontum Atheniensium prouincia. Agis rex interea, qui Decelęæ erat, Athenas copias admouit, eratq; tum in vrbe Trasylus, is cum armata iuuentute circa Lyceum Gymnasium venienti obuiam prodijt, nullam dimicationis moram facturus, qua hostium audacia territus Lacon, copias in editiora subduxit loca, quibusdam etiā moratorū amissis, qui ab leui Atheniensiū armatura circunuenti, ferro occubuere. Atheniēses multiplici successu rerū audaciores facti, quinquagintra ad bellum triremes decernunt, & in his armatos mille ac centum equites. Agis parum prodesse ratus Atheniēses a terra obsideri, nisi commeatus, qui mari in vrbē subuehebantur, intercluderētur, autor fuit, vt ex Megarensibus, & alijs socijs vrbibus, triremes quindecim expedirētur, cum quibus Clearchus Bizantium est missus, vt Bosphoranas angustias obtineret. Treis harū, interceperunt Atticæ naues, quæ Hellespontī fauces obseruabant, reliquę suo cursu auersæ Abydum tenuerunt, & ex Abydo repetito cursu Bizantiū peruenere. Actum demum vigesimus primus huius belli annus est exactus. Incidit hic annus, vt Xenophon scribit, in tertiam ac nonagesimam Olympiadem, quo sane tempore violentus maioris Dionysij principatus in Sicilia est circa Syracusas ortus. Huius rei autor

Alcibiadis victoria.

Alcibiadis dissuadax facinus.

Alcibiades.

Chalcedonis deditio.

Agidis consiliū.

autor est Eusebius. Nepos Cornelius in id tempus accidisse prodidit, quo triginta tyranni Athenis constituti, quod sex circiter annis postea accidit, quæ opinio nihil Eusebio repugnat. Tenuit ille Tyrannidem nouem annos, potuit quidem fieri, vt violenta illa administratio non nihil antea orta, in ea tempora descenderit. Cornelius Tacitus belli scientissimum ait Dionisium fuisse ac manu promptum, minime libidinosum, neq; auri neq; alterius rei, præterquam dominationis cupidum, fuisseq; ob eam rem crudelissimum. Cœpit regnare ille, eo anno, qui quartus ac nonagesimus fuit, supra quater millesimum septingētesimumq; ab orbe condito, qui erat vrbis Romæ septimus circiter ac tricesimus supra trecentesimum. Regnabatq; ea tempestate Orestes, qui Perdicæ successit, in Macedonia. In Persis Darius secundus. Iudas Elisaphati filius Pontifex erat maximus in Iudæa. Plericq; in hos annos reiciunt, quæ de Hestiæ alio sunt loco a nobis memorata: & in Italia Veij a Romanis obsideri cœpti. Aestate igitur huius anni ineunte, qui Peloponnesiaci belli altera vigesimo fuit. Trasyllus cum nauibus ad bellum nouissime decretis, ex Attica profectus, in Samum cursum tetendit, inde Pigelam summa ope oppugnare adortus, quum ferocius hostem vrgeret, Milesij auxiliares cum Pigelensibus in Atticos milites leuis armaturæ impetum fecere. Res subita terrorem Athenienses iniecit, factaq; initio fuga, cæterum scutatis auxilio subeuntibus, hostem temere inuectum excipiunt, exceptum multa cæde persequuntur: ducentis hostium scutis dux Atticus potitus, Tropheum erexit. Notium inde admota est classis, mox & Colophonem, cesserunt Colophonij venienti Trasylo, noctesq; superueniente Athenienses in Lydiam transiniserūt commeatus inopia, ibiq; pluribus vicis incensis, multaq; pecunia capta, mortalium est vix ingēs in præda abducta. Athenienses paucis quidem amissis, quos sparsos prædæq; intentos Barbari oppresserant equites a Stage viro Persa immissi, qui ea præsidio obtinebat loca, ad naues compulsi Ephesum petūt. Huc Thissaphernes, audito hostium accessu, vndiq; auxiliares ptrahit copias, ipsosq; Athenienses prælio exceptos, bis superat: ad Elos primo, mox & ad Coresum: vtrobiq; Barbarus victoriæ Tropheum statuit. Syracusani & Sylenuntij qui prælio interfuere, ab Ephesinis, ob operam strenue nauatam, magnis sunt muneribus donati, data preterea ciuitas ijs, qui vrbem incolere voluerunt. Trasylus re infeliciter his locis gesta, ex Epheso Notium petijt, & ex Notio Lesbum. Ibi quum Methymneo portu sederet, quinq; & viginti Syracusanorum naues ex Epheso Lesbiam oram legentes intuitus, classe in hostem repente immissa, certamine nondum iniecto in fugam auertit. Quatuor ex his naues captæ, quarum captiuos Trasylus Athenas deportari iussit, qui in lapidicinas cōiecti, haud multo post custodibus deceptis Deceleam perfugerunt. Alcibiades per id tempus, Lampsacum, ne hyberna omnino ociosa essent, militari communiuit opere: infestabat ex proximo Abydum, quo Phanabazus occurrere ausus, centum & amplius equitibus amissis, victus acie aufugit. Secundum eam prosperā pugnam veterani milites, qui sub Alcibiade erant, Trasylianos, quod ad id tempus vt ignauos fuerant auersari, quia sępius victi essent, post rem strenue ad Abidum gestā amice complexi, in continentem oram Asiæ cum præda & populatione effusi, duplici clade afflixerūt oēm hostium regionem. Per id tempus Lacedæmonij Heloras, qui ex Malea in Coryphasium transfugerant, sub conditione receptos dimisere. Et Heraclienses ab Achæis, a quibus in ciuili administratione dissentiebant, Oetheis sunt hostibus proditi, eorumq; septingenti occidione occisi a Dario Persarum rege. Hoc quoq; anno Medi defecisse dicuntur, breuiq;, vt Xenophon prodidit, ad imperium reuocati.

ANNI MVNDI.

Trasyli expeditio.

Trasyli gesta.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS TERTIAE LIBER IX.

ITA RES Græciæ incerta ad huc victoria fluctuabant, quū Romani Veios perpeti obsidione adorti, quū antea semel atq; iterum esset intermissa, vt oīa domi forisq; cōmodius gererentur, octo Tribunos consulari potestate, quot nunquā alias, suffragio creārint. Fuerūt qui creati sunt, Æmilius Mamercus, Valerius Potitus, Ap. Claudiꝰ, Quintilius Varus, Iulius Rullus, Marcus Posthumius Albinus, & Furius Camillus, penes quē oīs Veientanæ vrbis captæ laus postea fuit. Veientes contra veteri magistratu ex vrbe sublato, regē sibi creant, qui & bello & pace Veientanam rem suo arbitrio administraret. Regium nomē adeo cæteros Hetruriæ populos offendit, vt vel ob id vnum ne gata sint vbiq; Veientibus auxilia, totiusq; gentis conuentu decretum, vt quandiu Veij sub rege essent, nulla publica priuataue iuuarētur ope. Augere Romani interea vires suas, castraq; studio munire, velut vno tpe, si necessitas coegisset, vtrinq; in hostes dimicaturi, hybernaculaq; tum primum sibi milites struxere. Habebant in animo Tribuni militū obsidionē haud quidem vt antea, intermittere, sed sub pellibus hyemare. Dedit ea res Tri. pl. materiam domesticæ quietis turbandæ. Fremere illi pro concione, non destitisse se deos hominesq; testari, insuetā illam patrum munificentiā, q̄ sua sponte æs in stipendium decreuissent, haud plebi gratuitā fore, nunquā sibi dubiū fuisse id donū occulto aliquo veneno illitū, ablegari a patribus militiæ prætextu perpetuo ab vrbe iuuentutē, immo relegari potius, quod nō reges ab initio, nō consules, nō dictatores, nō ipsi demū pub. libertatis hostes decemuiri fecissent. Cæterū merito illa euenire quando ne in tāta quidē militariū Tribunorū turba, plebeiorū cuiquā patuisset ad honorē locus, q̄ si vel vnum sui corporis haberēt milites Tribunū in castris, auxilio illum militibus futurū, ne insueta molestaq; militia grauarentur, sub tecto forent cum vxoribus ac liberis, inuiserentq; alia desideria qui seruili more, pcul a foro, a comitijs, ab omniq; ciuitatis conspectu tenerentur. Talia Tribunis oīferentibus, Appius Claudius, qui a collegis in vrbe fuerat relictus, vir non solum lingua promptus, sed iam inde a prima iuuenta Tribunitijs certaminibus assuetus, pro concione ita est plebem, & Tribunos allocutus. Potuerunt, video Quirites multi iam antea dubitare vestra ne causa Tribuni plebis an sua potius, quietam ciuitatem, sedi tionibus & discordijs perpetuo exagitarent. Nunc vero nemo est qui non aperte videat, quo præceps illorum inuidia, quo solicita hæc tendat ambitio, quod

Tri. con. pote.

Veientanus rex.

Hybernacula prima.

Tribuni militiæ querelæ.

Oratio Appij Claudij.



quod ipsum, quia sit dubitari desitum, vobis Quirites, & proptera vos Reipublicæ gratulor, etenim per deum, quando illi vnquam in vestra aliqua iniuria, siqua alicunde in vos profecta videri potest, tanto dolore, & ira excanduerunt, quando magis offensi & concitati, quam cum certa vobis militantibus præmia proposita viderūt? Sed quid tum illos creditis magis timuisse, aut hodie ægrius ferre, quam ordinum concordiam, cuius soluendæ proprium & peculiare Tribunitiæ potestatis existimant improbos artifices imitari, q̄ in omni opere aliquid desiderant, in quo corrigendo sui sit vsus necessarius, ita ipsi aliquid ægri semper in ciuitate esse cupiunt, ad cuius curationem Tribunitia potestas adhibeatur. Sed vos Tribuni dicite vtrum defenditis plebem, an impugnatis? Opitulamini militibus, an inuidetis? nisi forte id dicitis, quicquid patres agant, id vobis displicere, siue pro plebe sit illud, siue contra plebem: ac quē admodum domini vetant, cæteros quicquam rei cum suis seruis contrahere, ita vos patribus omni plebis commercio interdicitis, vt ne comitate qui dem munificentiaue aliqua in eum ordinem vti liceat. At quanto melius, si quid in vobis ciuilis sit modestiæ, siquid humanitatis, huic patrum faueretis comitati, militesq; ad obsequium hortaremini, vt perpetua hominum cōcordia, imperium vrbis huius & opes coalescerēt. Nam quod ad collegarum consilium attinet, vt hyemem obsidionem continuare velint, nec inde infecta re abscedendum putauerint, id ego non vtile tantum, sed necessarium etiam fuisse existimo, quippe qui vallo, fossa, castellis, ita omnia circa Veios disposuerint, vt hostes, omni externo auxilio excluſi, postremo ad deditionem faciendam, velint, nolint, compellendi sint. Quod si obsidio interpolletur, nemini dubium est, quin auxilijs & commeatu, Veientes per ocium adiuti, si non suis, alienis saltē opib⁹ æternum staturi sint. Nec quia oppugnatio sit longiuscula, is propterea labor pertimescendus quin illud animo agitandum, totam olim Græciā ob fœminæ vnius rapinam decem annos Ilium oppugnasse. Veientes qui septies rebellarunt, qui Rom. agrum toties populati sunt, nostras legiones Fidenis trucidarunt, qui populi Ro. legatos, quia res de more repetitum iuissent, pene obtruncarūt, anteaq; Fidenis obtruncādorū autores fuerunt, impune a Romanis tot iniurias ferēt? Quanquā quid attinet hoc dicere. Negabatis nuper æra militibus danda, quia nunquā data essent, quōnā modo igitur indignandum ijs est, quibus tantū est cōmodi adiectū, tantū emolumenti, si laboris etiā aliquid adijciatur, vt em opera sine quæstu est natura grauis, ita sumptus sine opera. Labor em & voluptas dissimillima sunt, hoc vno emolumenti vinculo nectuntur. Patiatur igitur æquo animo miles paululū domo abesse, cui impensa grauis esse non potest amplius. An si eos ad calculū resp. vocet, non merito dicere possit, postquā annuū stipendiū habes, annuā militiā exhibetor? Sed ego inuit⁹ in hac parte immoror: sic enim agunt fortasse, qui mercenario vtuntur milite, nos cū ciuibus agimus, ac velut cum patria nobiscū agendū censemus, aut em bellum suscipi non oportuit, aut pro dignitate populi Ro. susceptū perfici, ad quod ipsum nos iniuriæ acceptæ, armorum apparatus, dignitas & amplitudo patriæ, gentis odium, hortantur, concitāt, impellunt. Dignū erat hac militaris virtutis fama, qua inter finitimos pollemus, hybernæ etiam militiæ assuescere, nec peregrinas aues imitari, quę sub

Dictū de hirundinibus.

Peroratio.

Clades ad Veios accepta.

Tri. con. por.

ætatis exitum, cōtinuo recessum circumspicere occipiunt. An ita erit, vt qui feras venantur hyeme niues & frigora tollerent in syluis, Romana iuuentus pro patria sub pellibus esse nō possit? aut tam effœminata sunt nostrorum corpora, adeo molles animi, vt hyemē vnam perferre non queant? Nec dubium est, quin si illi audiant vestram hanc nefariam actionem, ad vnum detestaturi sint, velut segnitiæ & desidiæ testem, meminerintq; potestatē istam maiores suos, sub dio, non in vmbra creauisse: quin autores estis potius finiendi belli, exēpliq; Roma. constantiæ finitimis exhibendi, vt omnes intelligant nullū alium belli finem Romanos nosse, quam victoriā, neq; impetu magis quā perseuerantia bellare, quæ omni genere militiæ est vtilis, sed in obsidendis vrbibus nō vtilis solum, sed & necessaria, expugnant humanas opes, vis armorū, fames, sitis: tempus vero non expugnat solum, sed atterit penitus & euertit. Quod vt euenia t in Veijs sane necesse est, nisi auxilio hostibus Trib. pl. erūt. Romeq; præsidia inuenerint Veientes, quæ nequicquā ab Hetruscis quesiuerūt. Erat per hæc Appius nihilo tribunis inferior, quin maxima pars ciuium cum eo sentire, quum clades interim apud Veios accepta, eum quod nemo speraſſet, longe superiorem reddidit, fecitq; ordinū concordiā maiorem, & ad Veios pertinacius obsidendos animos vehemētius inflāmauit. Erat iam agger, vineæq; tantū coniunctæ mœnibus, cæterū dum bellica opera interdiu diligentius fierent, quā noctu asseruarentur, subita hostium eruptione sunt igni absumpta. Perierunt plerique improuiso incendio, sed multo plures circa incensa opera temere coeūtes, hostile ferrum consecit. Id vbi Romæ auditum est, cura & metus ingens patres incessit, ne qua ex re male gesta in castris oriretur seditio, ac Tribuni plebis eam occasionem nacti, insolentius instarent, persuaderentq; plebi, exercitum ex Veijs reuocandum. Hæc tum cura herebat patribus, quum repente quibus equester census erat, curiam ingressi, se suis equis stipendia facturos professi sunt, quod studium plebs secuta, pedestrem operam & ipsa ad bellum gratuitam pollicetur, affirmantes, si Veios ducti sint, fore, vt non prius inde abscederent, quam vrbs ipsa caperetur. Tanta ad hoc recens equitum & plebis studium, Senatui & patribus orta est lætitia, vt nō per vnum aliquem agendas esse multitudini gratias censuerint, sed pro se quisq; ex superiore loco, ad eos, qui in Comitio stabant, voce manibusq; significabant, felicem vrbem inuisamq;, & æternam præsenti concordia futuram. Laudabant Equestrem ordinem, laudabant plebem, diem ipsum velut Romanæ vrbi felicissimum laudibus extollere, victam fateri senatus benignitatem, manabant interim patribus pleriq; præ nimia lætitia, lachrymæ. Senatus inde in curiam reuocatis decreuit, vt per magistratus gratiæ ordinibus agerentur, significaretur q; Senatū, pietatis & studij illius in patriam memorem futurum. Interea placere peditibus stipendia procedere, & Equitibus certam pecuniam assignari, quo contigit, vt tūm primum equites publicum merere coeperint stipendiū, voluntarius inde exercitus conscriptus. Veiosq; perductus est, qui nō solū opera q̄ interrupta erant reparauit, sed recentia etiam alia, incredibili celeritate constituit. Habuit sequens annus Tribunos militū, Seruiliū Halam, Q. Seruiliū, P. Verginiū, Q. Sulpitium, Au. Manilium, & M. Sergium. His tota ciuitate Veientano bello incūbentibus, præsidiū quod Anxuri erat, quū negligētius

vrbem

vrbem asseruaret, a Volscis est oppressum, vrbsq; Romanis colonis pulsis, ab hoste recepta. Nec Veijs interim melius res gesta, Romanis ducibus, in republica administranda, discordibus, nouum a Capenatibus & Phalisc̃is superuenit bellū. Duo populi, quum post Veios essent periculo proximi, iunctis copijs in eam partem, qua M. Sergius curabat, ex improuiso impetum fecere. Intulit ino pinatus illorum accessus terrorem Romanis ingen rem, totam Hetruriam adesse ratis, eademq; opinio Veientes ex vrbe exciuit, & iam ancipiti prælio Romana castra oppugnabantur, nec Sergiani in alterutram partem arma transferentes, satis Veien tem intra muros compellere poterant, neq; Capenatem & Phalisc̃um foris sustinere, vna retinendi loci spes erat, si cæteræ legiones præsto affuissent. Nec Verginius, quo discrimine res essent ignora bat, in cuius castra trepidissime allatum erat, iam aliquot castella ab hostibus expugnata, teneriq; duplici prælio Sergianos, quibus nisi mature sub ueniretur, periculum esse ne ad vnum in medio cæ derentur. Erat Verginius Sergio iam antea priua to odio infensus, habuit itaq; tantum copias in procinctu, affirmans missurum se ad collegam, si auxilio indigeret. Sergius priuati odij magis me mor quam patriæ, vinci ab hoste maluit quam in uisum ciuem vincere. Dum hic igitur neq; auxilio ire curat, neq; ille vt erat postulat, magna pars mili tum in medio cæsa est. Alijs in maiora castra fuga delati. Sergius cum altera manu Romam conten dit. Ibi in senatu (nam & Verginius Romam accer situs est) inter se duces altercati, culpā acceptæ cla dis vterq; in alterum reijciebant, incessebantq; se conuicio, donec patrum autoritate ipsi & collegæ sese magistratu abdicarunt. Noui Tribuni inde creati, Valerius Potitus, M. Furius Camillus, Ae milius Mamercus, Cornelius Cossus, Fabius Am bustus, & L. Iullius Tullus, qui octobribus caleñ. magistratum iniuere, quum idus Decembres, ad eum ineundum solennes essent. His Tribunis ad Capenam & Palerios bellatum, & vt Anxur reci peretur, in Volscos ium, quum nihilo segnius in terim Veij obsiderentur. Certatum etiam nonni hil domi inter ordines, contraq; Treboniam le gem, patrum studijs, qui labefactari legem cupie bant. Claudius Lacerius & Marcus Acutius a cæte ris Tribunis cooptati sunt, quum suffragio popu li, Tribunorum numerum ex præscripto legis au geri oportuisset. Publius Curatius, Marcus Meti lius, & Marcus Minutius, qui eos in gratiam patrū inuita plebe, cooptauerant, quū multo odio apud multitudinem flagrarent, vt odium a se in patri ciorum aliquem auerterent, Sergium & Verginiū quorum culpa, priore anno, erat infeliciter ad Veios pugnatum, in iudicium arreptos, iratæ ple bi reos obiecerūt. Denis milibus æris ambo dam nati sunt. Promulgant ad hęc Tribuni plebis agra riam legem, tributumq; conferri prohibent. Gli sceret̃ per hæc domestica discordia, quum Tribu ni militum inter se prouincias partiti, alius alio profecti sunt. M. Aemilius, & Quin. Fabius Veios sortiti, Castellaq; superiore anno amissa recipiunt. Recepta præsidijs firmant. Marcus Furius Camil lus in Phalisc̃os duxit, Cornelius in Capenatem agrum, vbi quum hostes nunquam occurrissent, vastati sunt agri, villæ incensæ, prædaq; opulenta vtrinq; abacta. Valerius cui Volsci prouincia eue nerant, quum Anxur primo impetu capere non potuisset, fossa & vallo cinxit. Turbare omnia in terim Tribuni plebis, tributum conferri vetando, & miles foris stipendium poscebat, nec res procul a seditione aberat. Hortari ad hæc Trib. pleb. mul titudinem, vt honores non Sergijs & Verginijs ignauissimis hominibus demandarent, sed viris potius sui corporis. Quam multos credrent e ple be esse, qui vtilius reipublicæ admoueri possent, quam quiuis patriciorum, qui nihil secum præ ter superbiam in prouinciam ferrent? Quibus sua sionibus adeo commota plebs est, vt P. Licinium e plebe proximis comitijs Tribunum creauerit, cæteri patricij fuere, Pu. Manilius, Pu. Titinius, P. Metius, Furius Medullinus, Popilius Volsco. Ea res, q̃ vnus e plebe inter Tribunos militum lo cum obtinuisset, in causa fuit, vt de tributo, quod ante conferri vetuerāt, Tribuni remiserint. Anxur interim receptum est. Fuitq; annus ille insignis ge lida & niuosa hyeme, adeo vt innauigabilis sit Tyberis factus, Licinius ita moderate Tribuna tum gessit, strenueq; rempublicam administrauit, vt sequenti anno præter M. Veturium, qui ex pa tricijs vnus dignitatem obtinuit, cæteri plebei Tri buni relati sint, M. Pomponius, Gn. Duillius, P. Volero, Gn. Genutius, & L. Atilius. Fuit annus ille pestilens, atq; ad vim morbi auertendam Si byllini libri a duumuiris sunt aditi, quorum iussu lectisternia tum primum Romæ facta, tribus lectis quam opulentissimo potuerunt apparatu, stratis. Apollini & Latonæ vno, Altero Dianæ & Her culi, Tertio Mercurio & Neptuno, hos enim tum dæmones, cæca vetustas, vt Deos venerari. Ad Veios interim aduersus Phalisc̃os & Capenates & Veientes, qui vt antea, in castra erumpere sunt ausi, magna hostium cæde est feliciter dimicatum. Terrifico illi accessu castra oppugnare aggressi, adduxissent, haud dubie rem Romanam, ea parte, qua impetum fecerant, in aliquod discrimen, nisi Sergij & Verginij damnatio, documento Tribu nis fuisset, suis mature subueniēdi. Adductis itaq; ad hostem legionibus, qua plurimum periculi erat, cum multa strage & cæde a Romano vallo re iecerunt. Perierunt Capenatium multi, circa castro rum munitiones: sed multo plures, qui in Roma nos populatores inciderunt. Veientes & ipsi, pro portis, quum in vrbem compellerentur, nihilo mi nore sunt strage affecti. Hæc foris, Romæ interea iniquo animo nobilitas ferre, summum imperiū, non modo cum plebe vulgatum, sed proximo bi ennio propemodum ademptum, cum honoratissi mo quoq; sui ordinis egere, vt proximis comitijs peterent, quo contigit, vt tantorum nominum pre tereundi verecundia, patricios omnes plebs crea rit, Valerium Potitum, Quin. Valerium Maximū, Furium Medullinum Fidenatem, & Sulpitium Camerinum. Hoc anno nihil est ad Veios memo rabile gestum. Ex Capenate agro & Phalisc̃o præ da tantum abducta. Multa interim prodigia facta dicebantur, sed omnium præcipue religioni mira culoq; fuit ciuitati, q̃ lacus in Albano nemore, nullis cœlestibus aquis auctus, repente in altitudi nem creuit insolitam. Missi confestim Delphos Cossus Licinius, Valerius Potitus & Fabius Am bustus, fscisc̃itatum ab oraculo quid ea res porten deret. Dum hi in Græciam nauigant, propriorum est fatorum interpres Romanis oblatus, audita vox est Veientani senis cauillantis, dum forte sta tionarij milites vtrinq; se, vt fit, conuicio incesse rent, tum fore, vt Romani Veijs potirentur quum Albani lacus aqua corriuaretur. Id velut temere iactatum, primo milites aspernari, mox vbi res in ter plures celebrata est, cupido animos incessit, fscisc̃itandi

Tribuno rū discor dia.

Tri. con. pote.

Sergij & Verginij dānatio.

Discor dia ciui lis.

Tri. con. por.

Tri. con. por.

Lectister nia pria.

Hostiū strages ad Veios

Tri. con. por.

Prodigia

Albani lacus.



fscisc̃itandi ecquis senex ille esset, qui eas de Alba no lacu effunderet ambages. Vbi augurem eum esse ex quodam cognouisset, de priuati portenti procuratione, si vacaret, hominum se consulere velle causatus est miles quidam, quod quum ille haud grauate præstitisset, secretioris colloquij spe cie ambo inermes longius a suis processere. Tum vero Romanus præualidus corpore senē nihil tale suspicantē adortus, medium arripit, hostibusq; ma gis tumultuantibus, quam mature auxilio subeun tibus, sublimem in castra detulit. Ad imperatores primo perductus, inde ab his Romam. Tum ibi coactum dicere, quæ de Albuno lacu sponte do cuisset. Deos inquit meq; vrbi iratos fuisse satis scio illo die, quo mihi eam mentem dederunt, vt fata le excidium patriæ proderem. Cæterum quæ diui no instinctus spiritu in apertum retuli, ea quin dic̃ta sint, iam efficere nequeo. Nunc vereor, ne ce lando quæ dijs vulgari velint, maius adhuc nefas contrahatur. Scio ego, fatalibus Hetruscorum li bris augurumq; disciplina contineri, quado Alba nus lacus abundasset, tum siqua rite emitteretur, fore, vt vos Romani de Veientibus victoria po tiremini, antequam id fiat, deos Veientium mœ nia haud vnquam deserturos. Læti patres eam rem audiuere, quæ tamen deriuatio adhibenda esset, vt rite facta videretur, soliciti requirebant. Nec omnimoda auguri, vt hosti, fides est habita, visum itaq; legatorum ex Delphis reditum expe ctare. Anno interea circumacto Tribuni consula ri potestate creantur, Iulius Tullus, Furius Medul linus, Sergius Fidenas, Aurelius Posthumius, Cor nelius Maluginensis, & Aulus Manilius. His tri bunis Tarquinienses repente hostes facti, occa sionem vnā secuti, q̃ Romanos multiplici bello occupatos cernerent, in Romanum agrum præ dabundi irruperunt, nec illis res, impune cessit, quin Lucius Iulius & Aurelius Posthumius, eos præda honustos, cum voluntariorum manu (de lectus, Tribunis impedientibus, haberi non po tuit) per Ceritanum agrum, obliquis tramitibus, abeuntes adorti, præda exuerunt, subitoq; terro re dissipatos passim obtruncarunt. Subid tem pus legati sunt ex Græcia reuersi. Pythium car men, quod illi secum detulere, id fuit. Romane aquam Albanam caue lacu contineri. Caue in ma re manare, suo flumine finas emissam agros irri gare, dissipatam q̃ riuis extingues, tum insiste au dax hostium muris, memor quam per tot annos obsides vrbem, ex ea tibi ijs quæ nunc panduntur fatis victoriam datam, bello perfecto donum am plum victor ad mea templa portato, sacraq; pa tria, quorum omissa cura est, instaurata vt assolet facito. Maior tum fides Hetrusco habita est, ipsecq; ingens diuinitatis opinione esse apud Romanos cœpit. Sed nulli non hodie, in hac luce qua viui tur liquere potest, malos dæmones hæc vtrobiq; respondenda inter se composuisse, ad eum popu lum, qui maximus erat in terris non multo post futurus, perpetuis tenebris immergendum: & vt vanissimæ arti maior fides esset, simul vt profa nissimo illi malorum dæmonum domicilio ad humani generis perniciem Delphis constituto, maior postea religio accederet. Cornelius & post humius Tribuni, Albanum prodigium curare sunt iussi, mox vt auspicia de integro repeterentur, & quia sacrificia in Albano monte parum rite facta magistratibus constabat. Tribunis eius an ni sese abdicare iussis, interregnum est initum.

Facinus Ro. militis.

Fatalis de riuatio Albani lacus.

Tri. con. pot.

Oraculū Delphi cum.

Albani prodigij procura tio.

Camilli dictator.

Matura.

Cuniculus in Veios.

Postremo Publius Licinius Caluus prærogatiua Tribunus consulari potestate creatur. Is ætate pro concione excusata, q̃ vires corporis iam effœ tæ essent, sensus oculorum & aurium hebetes, me moria labaret, vigor animi obtusior factus, a po pulo petijt, vt id beneficium in filium, a se milita ri disciplina, omnibusq; ciuilibus officijs institu tum, conferrent, quod vbi seni est, nouo exemplo, datum, refecti omnes ex eo collegio Lucius Titi nius, Pu. Menenius, Gn. Genutius, Lutius Raci lius: horum Titinius & Genutius in Phalisc̃os & Capenates missi, in hostium incidias præcipi tarunt. Genutius honesta morte ante signa occu buit. Titinius collectis in editum collem, ex præ senti trepidatione, militibus aciē restituit. Sed con fligere cum hoste non est ausus. Nuncius acceptæ cladis Veios in castra perlatus tantū terrorē intulit (Rumor erat Romanis ducibus cum exercitu cæ sis, Phalisc̃os & Capenates ad oppugnanda castra contendere) vt vix miles in castris ducum sit im perio retentus, sed maior omnino metus ciuita tem inuasit, quum super cladem in Phalisc̃is acce ptam, castra quoq; ab hoste oppugnari diceren tur. Iam ludi Latinæq; feriæ instauratæ erant, & aqua ex Albano lacu rite emissa. Tum quia fa tale excidium Veijs instabat, ciuitas ad consuetum malorum remedium conuersa, Mar. Furium Ca millum dictatorem creauit. Is magistrum equi tum, Pu. Cornelium Scipionem dixit, confestim quasi noui ducis præsentiretur felicitas, omnia in vrbe mutata, alia species, alius hominum ani mus, fortunaq; ciuitatis alia videri. Habito itaq; Romæ accuratissimo delectu, cui habendo Latini Hernicijq; sponte accersere, votaq; Matutæ ma tri æde si res prospere euenirent (eam & Leucho team vocatā, Plutarchus autor est) ad bellū dicta tor proficiscitur. Nec ita multo post cum Phali sc̃is & Capenatibus, in Nepetino agro, signa con tulit, hostesq; acie victos castris exuit. Secundum eam victoriam exercitum Veios admouit, qui bus præsidio & munitionibus firmatis excursio nibus, quæ vtrinq; ex occasione fiebant, inhibitis cuniculum in hostium arcem agere est adortus, quod opus, irrequieto totius exercitus labore, per vices die noctuq; operātis, vbi ad exitum spectare vidit Roman⁹ iperator, cerneretq; victoriā in ma nibus esse nequa inuidia, ex tā opulentæ vrbis præ da, a patribus, aut ab exercitu maneret, ad senatum scripsit, ecce iam Deorum benignitate, suoq; con silio eo ventum, vt nisi casus aliquis inopinatus interueniret, breui Veijs potiretur, ipsi viderent, quid de Veientana præda statuendum censerent. Tenuit non nihil ea consultatio, est̃q; in curia in ter Appium Claudium, & Licinium sententia di sceptatum, quorum hic captam vrbem militibus diripiendam censebat. Damnare ille contra tam prodigam largitionem. Vicit Licinij sententia, edictumq; est, vt qui Veientanæ prædæ vellent participes fieri, in castra ad dictatorem irent. Tum Camillus decreto patrum ex vrbe accepto, conspi catus ad hæc multitudinem ingentem, quæ breui in castra spe prædæ confluxerat, auspicato egressus militi vt arma capiat edicit, Apollinēq; precatus, vt præsens volensq; sibi & suis adesset, ex totius prædæ summa decimam illi vouit, Corona inde armatorū hostilē vrbem vallat, vt Hetruscus cir cunquaq; prelio occupatus, Romanorū eruptionē ex cuniculo minus præsentiret. Mirari Veientes, rerum omnium ignari, quid esset, q̃ quum tot dies

Romanus se intra vallum tenuisset, tum demum ita ferociter exortus, vrbem subijsset. Haud igitur tantam sibi cladem instare suspicati, impigre arma capiunt, in muros & stationes discurrunt. Interea cuniculus delectis militibus plenus in ædē Iunonis quæ in arce erat repente armatos effudit, qui propugnatores terrifico clamore circa muros adorti, passim trucidant, alij portarum claustris vi subita refractis, suos in vrbem accipiunt. Tenuit aliquandiu certamen, seruis mulieribusq; supernæ tegulas, in subiectos milites, deuoluentibus. Postremo, oppidanis muro deiectis, & iam vndiq; hostib⁹ sese portis inferētibus, nec vna morum parte transmissis, tetra est ciuium cædes edita, igniscq; ad terrorem augendum domibus iniectus. Fuisserq; maior omnino vis hominum cæsa, nisi pugna pluribus locis sua sponte remittente, Camillus parci inermibus imperasset. Ferunt eum direptam vrbem, ex arce, prædamq; maiorem opinione intuitum, obortis lachrymis Deos precatum, vt si maior fortuna populi Romani videretur, quam quę sine clade aliqua posset corrigi, quicquid incommodi ex ea inuidia Romano nomini immineret, id totum in suum caput verterent, secundumq; eam precationem offenso pede concidisse. Quod omen ad ipsius exilium pertinuisse postea creditum est. Adijciunt aliud, magis a fide abhorens, quod vix referre essem ausus, nisi a Liuio & Plutarcho autoribus grauissimis proditum viderem: Romanos ex cuniculo erupturos, aruspicis vocem audiuisse, regem admonentis, qui in arce sacrificabat, eum populum illo die victorem futurum, cuius imperator exta, quæ ipse in manibus haberent, prosecuisset, ac tum templi paulumēto repente diffracto milites in apertum emersisse, extaq; hostibus adempta ad Camillum prosecanda detulisse. Egesta ex tota vrbe pręda, cum Camillus Deorum etiam statuas inde amoliri imperasset, aliud ibi miraculum extitisse memorant: sed id fabulæ simillimum, Dictatore cæsa Iunoni hostia Roganre, an vellet dea propitia Romanis esse, annuens volensq; Romam se transferri sineret, locutum simulachrum respondisse, velle id se, assereretq;. Hæc Plutarchus. Ego libentius Liuio accedo, qui haud simulachrū locutum scribit, sed quum ab amolientium vno, per iocum rogaretur, an Romam ire vellet, annuisse sita circunstantibus conclamatum, atq; inde fabulæ adiectum, quasi vox simulacro esset edita. Id Romam delatum in Auentino statuerunt vbi Iunoni reginæ templum est postea consecratum. Et Veij, vrbs Hetruriæ nobilissima, in hunc modum capti sunt, decennio postquā a Romanis oppugnari cœperant. Attulit ea victoria incredibilem ciuitati lætitiam, quatriduo circa sacras ædes supplicatum. Camillus quatuor equis albis, quod imperatorum nulli antea contigerat, vectus vrbem trimphans ingressus est. Tota ciuitas venienti obuiā effusa est. Ipse dedicata Matutæ æde, & altera Iunoni reginæ redemptoribus locata, dictatura se abdicauit. Nepos Cornelius, eadem tempestate Veios capros prodit: qua triginta sunt tyranni Athenis prælati, quę Atheniēsium clades, si ille tēpora recte digerit, in septimum & quadragesimum supra trecentesimū Romanæ vrbis incidit: in quæ tempora Græcarum rerum series, per ea quæ Xenophon Thucydidi subiecit, nobis prius subtexenda est sexto retro anno repetenda, quam ad Ro. res gestas recurrat stilus. Alcibiades igitur post fœdus cum Pharnabazo ictum, quod non nihil labefactatū videri potuit, ob Abydenam pugnam, Byzantium totis copijs petijt. Sedet id contra Chalcidonem in ora Thraciæ, modico fræto ab Asia discretum. Huc classe admota, munitionibus oppidū circunsedit. Præerat vrbi Clearchus Lacedæmonius, cum sociorum manu haud contemptibili. Is vbi obsidionem in longum trahi vidit, præsentibus copijs diffisus, vt maiora ad tuendam vrbem præsidia cō traheret, rebus in vrbe constitutis, Pharnabazum adijt, cum quo egit, vt militibus, qui ad præsidium eius vrbis erant, stipendium solueret, & vt naues in Hellesponti ora ad præsidium relictas, accerseret. Interea Lycurgus & Anaxilaus, magis seruandæ vrbis causa, quam vt suis rebus consulerent, Byzantiū Alcibiadi tradiderunt. Pridie quam in vrbem receptus sit, ex confesso Hellespontum versus, cum tota classe ex conspectu vrbis abijt. Interea, cōsilij coscij, rumores in vrbe dissipant, classem Atticam in Ioniam abire, ob seditionem ibi motā res credita est, vbi vero nox affuit, cursum retro Alcibiades conuertit, nauibus ad vrbem, quam maximo potuit silentio, admotis. Ipse cum parte copiarum, per portas quæ in Thraciam ducunt, a proditoribus receptus, forum occupat. Peloponenses Bœoti & Megarenses qui præsidio erant ad primum tumultum excitj, circa portum & in vrbe, non nihil prælio hostem fatigant: verum vbi res perditas vident, nec spem superesse vllam retinendæ vrbis, fuga sibi salutem quęrunt. Xenophon in forum tantum ait decursum ab ijs qui in præsidio erant, cæterum vbi omnia ab hostibus teneri visa sum, abiectis armis deditionem fieri contigisse. At quoquo modo res acta est, Alcibiades vt antea fuerat pollicitus, receptā vrbē nulla clade affecit, q̄ res postea Anaxilao & Lycurgo qui Byzantium prodiderūt, apud Lacedæmonios saluti fuit, vbi quum causam dicerent, fertur Anaxilaus constanter affirmasse, nihil a se turpe factū, q̄ patriam fame ad interitum affectam seruare voluisset: nam quum Byzantium omni re frumentaria a præsidiarijs militibus consumpta, obsideretur, cerneretq; ciues suos inedia consumptum iri, operam dedisse vt omnium fortuna incolumi, præsenti prælio sui desungerentur ciues, Lacedæmoniorum exemplum secutus, quibus semper maximæ curæ fuit, quacunq; ratione liceret, ciuitatem seruare. Quo tempestiuo adagio omnis inuidia, quæ ex ea proditione adhuc reliqua erat, est ab Anaxilao discussa. Sub vernum huius anni tempus Cyrus est a rege in prouinciā missus, qui mari timo bello præesset. Is vbi ad mare descēdit petijt a Pharnabazo sibi Atheniēsium legatos dari, qui apud illum aliquandiu fuerant, vt per eum in Persidem ad Darium regem irent, aut si nollet tradere cōtinuo missos faceret, nam post fœdus cum Pharnabazo ictum, Athenienſium & Argiuorum legati in Bithyniam venerant, vt inde ad regem tuto proficiscerētur. Hos ne legationis nomine reb⁹ gerendis pro exploratoribus adessent, inde ablegare Pharnabazus est iussus, qui per Ariobarzanē quendam in Chium Mysiæ deducti, in tutū retro abierunt. Alcibiades post Byzantium receptum in Aticam cum viginti nauibus profectus est, captiuos plurimos habens, & spolijs hostium classem magnifice instruxit, in quibus supra ducenta captiuarum nauium rostra fuisse dicuntur. Habuisse traditur & Chrysogonum quendam in naui, modulatorem ea tempestate egregium, ad cuius concētum nautæ

Byzantium.

Alcibiades strata gema.

Potitur Alcibiades Byzātio.

Anaxilai adagiū.

Attende Camilli precationem.

Facinus vix credibile.

Miraculū fide vacans.

Iunonis reginæ tēplum.

Tempora collatio.



nautæ remorum pulsum coaptare iussi, suauem quandam harmoniæ speciem representabant. Duris Samius purpureis velis prætoriam nauem Pyreum Athenarum portum ingressam memoriæ prodidit: Xenophon quem sequimur, nihil horū meminit, neq; Theopompus, neq; Ephorus, vt Plutarchus scribit, qui hæc ipsa parum vero similia arbitratur. Portum itaq; ingressus, non prius in terram descendit, quam Eurytolemū & familiarium alios sibi adesse cōspicatus est. Tota interim ciuitas, videndi hominis studio ad portum effusa est, omnium ille oculos, tot casibus iactat⁹, multisq; victorijs clarus in se verterat. Cuncti illum intueri, studio complecti, osculaq; & dexteram iungere cupiebant. Senes qui præ nimia frequentia eum tangere non poterant, procul stantes, minoribus natu euntem ostendere, manare præ nimio affectu intuentibus lachrymæ palam prædicantibus illum inimicorum inuidia pulsum, rem ciuitati calamitosam, q̄ si gerendis rebus Siculo bello interfuisset, vix dira illa clades fuisset ad Syracusas accepta. Esse id argumento, q̄ rem Atticam, iam maris imperio pene spoliatam, in pristinam fortunam sua virtute restituisset. Hæc vulgo iactari. Ipse ingenti multitudine stipatus, in forum venit: vbi pauca de suo exilio pro concione questus, omnia quæ extorris perpessus esset, in fatum & fortunam suam reijciens, de rebus a se gestis, deq; vniuerso prouinciæ statu, accuratissime disseruit. Tanto omnium assensu auditus est, tantoq; ciuium fauore, vt continuo sit ei, rerum omnium terra marique gerendarum, potestas & imperium decretum, omnibus prius bonis restitutis, diriscq; imprecationibus, quibus absens deuotus fuerat, sublatis. Auxit illius famam q̄ mysteriorum pompam, post Deceleam a Lacedæmonijs occupatam, ad Eleusim mitti desitam, ante ipsas hostium stationes incolumi ciuitate traduxit. Id quum alijs, tum ipsi Duci, adeo præclarum facinus est visum, vt iam inde iactare auderet, ductare se exercitum inuictum. Nec ita multo post quum magnus ad eum inopum frequentia ex omni undique concursus, velut ab eo genere hominum, ad rempublicam occupandam inuitaretur, cœpit eius longior mora vulgo suspecta esse: quare pro magno negocio homines aduersæ factionis habuerunt, efficere vt instructa classe continuo in prouinciam ablegaretur. Cum centum igitur nauibus magnisq; copijs Athenis profectus, Andrum primo applicuit, ibiq; Lacedæmonijs, qui præsidio loci erant, prælio victis, in Samum trajecit. Festinatus ex Andro digressus suspectiorem adhuc reddidit Alcibiadis fidem, velut consulto Andrum expugnare noluisset. Miserant interea Lacedæmonij Lysandrum Aristocliti filium, cum imperio classis, in Ioniam qui ex Rhodo quo primum appulit, in Con insulam cum septuaginta nauibus traiecit, & mox inde Miletum classem adduxit, ex Mileto Sardis ad Cyrum contendit, cum quo multa de belli ratione locutus, Thissaphernis segnitiem incusare, Cyri promptitudinem affirmans perutilem bello futuram, nihil vereri se, fore, vt si large stipendium classi persolueretur, breui cum hoste debellaretur. Tum ibi Cyrus se cum quingentis in prouinciam talentis venisse dixit, verum paratum esse se, quando ita a patre iussus esset id facere, vel regiam sedem, quæ ex auro constaret & argento, si opus esset, in vsum belli conflare. Hic lætus Lysander, stipendioq; in mensem vnū accepto, ad mare reuersus, nonaginta nauib⁹ ad Ephesum subductis, tādiu ibi esse statuit, donec tota classis ad bellum habilior fieret. Interim Alcibiades stipendij inopia in Cariam proficiscitur, Antiocho quodam rei maritimæ non imperito, cum nauibus ad Notium reliſto, quem identidem monuit, ne se absente ad hostem nauigaret: ille vt sunt homnum quorundam ingenia ad contumaciam prona, velut id facere esset iussus, cū duab⁹ tribus remibus ad ipsas vsq; proras nauium, quę in Ephesino portu stabant, inuectus, conuicio hostem irritare, quem in altum abeuntem Lysander cum aliquot est nauibus insecutus, reliquam Atheniensium classem succurere festinantem, sine imperio, sine consilio temere progressam, aperto mari excipit, exceptam ac prælio profligatam, quindecim ex ea naues, cū totis turmis, oppressit. Alcibiades nuncijs acceptę cladis excitus, celeri cursu Samum venit, quo naues in altum dissectæ velut in pacatū conciserant, inde abolendæ ignominiæ cupidus cum tota classe Ephesum profectus in conspectu hostium naues in procinctu habuit, nullā pugnæ moram facturus, si pugnandi copia ab hostibus facta esset. Lysander ratus fortunam, cum prospera sit, nō esse multis casibus fatigandā, recēti victoria cōtentus, quia numero nauium aliquanto esset hostibus inferior, cermine abstinuit. Nec ita multis interiectis dieb⁹, Thrasibulus Thrasonis filius, vir domi æque ac militiæ clarus, cæterum Alcibiadi infestus Athenas reuersus, ducē ipsum ad populū criminari, Ephesinæ cladis culpam in eum referēs, q̄ homini temerario & imperito, cum tot interim præclari adessent viri, moderandam classem reliquisset, ipseq; exigendę pecuniæ prætextu, in Cariā concessisset, vt cū pallacibus quas in ea terra pluri mas haberet, libidinē & ocia velut pacato reip. statu mollissimus imperator ageret. Corruptum esse exercitum ducis exemplo, actum q̄ de rep. nisi continuo illi succederetur. Mulritudo his criminibus accensa, Alcibiadi absenti imperiū abrogauit, ducibus qui Sami erāt, tandiu classem administrare iussis, quoad nouus imperator i prouinciā mittere tur. Alcibiades timens sibi in ordinē redacto, cū ijs nauibus, militibusq;, quos seorsum a publicis rationib⁹ alebat, in Chersonnesum abijt. Xenophō vnam habuisse triremem scribit, ibi vrbes quæ sine rege essent, ex proximo infestans multiplici prę da militem ditauit. Atheniēses imperio Alcibiadi adempto. Cononem cū viginti nauibus in supplementū classis, cuius imperiū obtinerat, Samū miserunt. Isq; tum circa Ioniā erat rerum status. Carthaginienses interea, qui in Sicilia erant, Agrigētinos fame domitos ad deditionem cōpulerunt. Eratq; hic quartus & vigesimus Peloponnesiaci belli annus quo Callicratidas Lysandro est successor dat⁹. Huic venienti Lysander dixisse fertur, se classem ei ita instructā tradere, vt maris imperium in Lacedæmoniorū potestate esset. Cuius inaniā iactantia Callicratidas offensus respondit: vt sibi ad sinistrā Sami circumageret classem, fore, vt si maris imperiū in suis manib⁹ esset, hostes metu pressi, nihil ex sua statione mouerent. Tum ille naues inquit nō meo Callicratida verū sub tuo sunt imperio: ac tantum effatus in Peloponnesum abijt. Nec tantū hoc Lysandro signū maleuoli apparuit ingenij, sed quicquid etiā argēti in stipendiū classis a Cyro acceptū supererat, Sardis ad eū remisit, ne Callicratidas eo postea vti posset, quo ille ab initio coactus est in Lydiam ire, vt a Cyro pecuniā peteret. Feruntad illius ianuā stantē pertisse regij iuuenis colloquiū, cui quū diceretur, nō esse potanti Cyro ociū audire quempiā, tum secum Callicratidas, homo excelso

Alcibiades in patriam reditus.

Athen. studiū in Alcibiadem.

Quindecim Athenien. naues Lysander opprimit.

Alcibiadi decernitur imperium.

Abrogat Alcibiadi imperium.

Digress⁹ Alcibiadis.

Lysāder Lacedæmonius.

Cyri studiū in re bellica.

Callicratidæ consilium.

animo, inique ferens regium sastum, multa ijs mala imprecatꝰ dicitur, qui Persicis opibꝰ alecti, tam turpiter Græciam, societatis specie, Barbaris apud quos nihil boni præter aurū esset, irridendā obiecissent, deos testatus quāprimū Spartā veniſſet eni xe operā daturum se, vt Græci in pristinam gratiā redirent, vt perpetuo terrori Barbaris essent. Atq; ita Cyri cōgressu sepius frustra petito, sine pecunia ad naues redijt, Lacedæmonē missis qui inde pecuniam in stipendiū peterēt. Ipse Milesios pro cōcione hortatus est, vt tantisper dum ex Peloponneso stipendiū mitteretur, vellēt argentū in præsentem vsum conferre, præstiterunt id Milesij haud graua te, atq; ita Callicratidas stipēdio classiarijs reddito, cū centū &. XL. nauibꝰ, tam em̄ validā classem ille post suū in prouincia accessum conflauerat, in Lesbum cōcessit: ibi Metymnā, quæ Athenien siū præsidio tenebatur, quū ad voluntariā deditionē com pellere nequiuisset, vi adortus expugnauit, expugnatā militibꝰ diripiendā dedit. Metymneis liber

Conon a Lacedæ. vincitur.

tatē restituit, atq; eodē die Cononem Atticæ classis ducē auxilio venientē, alto mari fugatū, in Mityle nē cōpulit. Cęterū Lesbijs hortantibus, ante portū iterū confligere ausus. XXX. vacuis nauibus amissis (nam turmæ in proximū littus euaserant) iterū victus, secū reliqua parte nauiū, trepide in vrbem recepit, quibus in tutum sub ductis, ne ab hostibus abstraherentur, vrbē summa ope tueri parat. Callicratidas portū numerosa classe insidet, Cononem obsidione fatigaturus, inde alio ex Chio accersito exercitu, terra mariq; Atticū hostem oppugnat. Co

Conon obsidione cingitur.

non magnitudine periculi motus, haud ignarꝰ ob sidionem diu sustineri nō posse, quū vnde tantam vim hominū aleret, vrbs vna non haberet: ne igitur cum tota classe in hostiū potestatē veniret, duas occulte triremes, lectissimo remigio, instruit. Hæ circa meridiē, per hostiū stationē, remis & velo cerrime præruectæ, hostibus frustra tumultuanti bus, in apertū euasere. Tum qui in anchoris stabāt oras repētе abrūpunt, cursuq; celerrimo Atticas se curæ naues, illæ ex cōposito diuersæ inuicē abiuerant, in pelagus vna, altera Hellespontum versus, quæ altum tenuerat, sub occasum solis ab insequē tibus capta est. Altera ex Chersonneso, quo fuga de lata est, in Atticā cladis & obsidionis nūcia peruenit. Ibi Athenienses inuicto animo, classem omni publica & priuata ope cōparant: delectum habent ex omni ætate & fortuna, adeoq; oīa mature acta, vt tringinta dierū spacio, centū & decem triremes ad bellū processerint. Cæterū dum mature hæc oīa expediuntur. Diomedon ex Atticis ducibus vnus cum. XII. nauibus Cononi, siqua posset, opem laturus, in conspectū hostiū venit, in quem parte na uium a Callicratida celeriter immissa, decē Atticæ in hostium potestatem venere, duabus cū ipso du ce ægerrime dilapsis. Coiuerāt interea circa Samū ad naues. XL, quo contigit, vt classe iam ex Attica appulsa, cōtinuo siti hostes itū. Callicratidas audi to Athenienſiū accessu quinquaginta nauibus cū Etheonico ad obsidionē relictis, ad Maleam pro montoriū Mitylene proximū, cū. CXX. nauium classe concessit. Ita euenit, vt eodem die Athenien

Argynussæ.

ses ex Samo ad Argynussas venerint. Sunt Argynussæ ante Lesbum in Maleæ conspectu, inde dux Lacon intuitus sub noctē ignes, factusq; certior ho stium eos esse, irruisset eadē nocte in Atticam classem, nisi pluuia & tonitruis, strepente cœlo, ve lut prodigio quodam abterritus abstinuisset. Vbi vero primum illuxit, acie dimicaturus Argynus sas irę contendit. Athenienses hostes intuiti ex ad uerso statim erigunt aciem. Aristocrates cum quin decim nauibus ad læuam præibat, succedere illi Diomedon pari numero, Diomedonti Pericles hę rebat. Erātq; in his quas Pericles agebat Samiæ & aliæ auxiliares naues. Dextrum cornu Proto machus princeps procurabat, post illū Trasylus, post Trasylum Lysias, mox Aristogones, nihilq; in his ordine aut numero variatum. Callicratidas dexter inuectus, ab Hermone Megarensi, cum quo classem gubernabat, monitus, vt sine prælio absce deret, quando maior omnino classis esset Attica, quam Laconica (erant Athenienſium naues centū & quinquaginta) respondisse dicitur, Spartam se ca dēte nihilo deteriorem futuram, at fugere sibi tur pissimum esse. Pugnatum ab initio est conserto vtrinq; agmine: mox sparsim singulę singulis plu resve consertæ, prælium acriter ciere: Callicratidas naui excussus medijs fluctibus occubuit. Perijt & Protomachus, alijq; plures viri illustres. Nec La cedæmonijs socijsq; amisso duce, diu acies mansit incolumis, quin eo cadente, confestim fuga secuta est, totaq; classis fœde disiecta, fugientium quidam in Chium contenderunt cursum: Alij in Phoceam sunt fuga delati. Naues circiter septuaginta in A thenienſium potestatem venere. Habuerant in ani mo Attici duces, hostes, qui ex acie fugerant, cum parte nauium insectari, reliqua classe ad Theoni cum, qui circa Mitylenem sedebat, opprimen dum relicta, sed ventus cum tempestate ortus inui tos tandiu Argynussis renuit, quoad Theonicus, suorum clade audita, suppresso tantisper nuncio, donec classem in Chiū misisset, ipse in littus exiēs, terrestri itinere, cum ijs copijs, quæ circa vrbem se debant, incensis castris Metymnam decessit. Co non sub ipsum hostium digressum, deductis repē te nauibus, suis obuiam proficiscitur. Ibi mutua duces gratulatione iuncti, Metymnā primo naui gant, inde in Chium, vbi quum nihil omnino agi potuisset in Samū victrix est classis reducta. Theo nicus & qui in Lesbo erant, famem & alia incom moda perpessi in Chio hyemarunt, quibus hyber nis annus quintus belli Peloponnesiaci ac vigesi mus est peractus. Sub initium veris ex Chio Pelo ponenses & socij Ephesum petierunt, vnde Lace dęmonem missi sunt, qui nominatim Lysandrum classis ducem poscerent. Miserat & Cyrus, qui hoc ipsum Lacedæmonijs imperaret. Negare quidā eū mitti debere, versutum hois ingeniū, & supra quā dici posset ambitiosum auersati. Obtinuerūt tamē viri eius factionis, vt legati noīe cū imperio ad ex ercitū mitteretur. Erat Lysander callido, vt fertur, Lysan
varioq; ingenio: quippe qui ab Hercule oriundus der.
quū ei diceretur, progeniē Herculis res magnas vt autorē generis virtute non fraude obire oportere: ita occurrere sit solitus, esse sibi, ne leonis pellē vt Hercules semper attingeret, vulpinā insuendam, dicere; præterea pueros astragalis, viros iureiurādo fallere. Vbi itaq; Ephesum venit, Theonicum in Chium misit, vt quicquid suarū nauium ibi esset, aut sociorū alibi ad bellum instrueretur. Ipse inter ea Sardis ad Cyrum proficiscitur. Cui veniēti Bar barus nouum imperiū familiariter gratulatus, nō solum stipendiū in ipsius gratiam, se benigne solu turum pollicetur, sed si pecuniæ desint aureū se so lium dissecturū, ne quid ad rem mature gerendam ipsi duci deesset. Hic est Cyrus ille, cuius institutio Cyrus.
nem Xenophon, quem in Peloponesiaca historia post Thucydidem secuti sumus, pluribus est libris cōplexus: qui vt arctiori fœdere Darium Lacedæ monijs & Lysandro iungeret, in Persidē profectus est.



est. Lysander qui iam antea ad exercitum redierat, ex Caria in Ceraunisū sinum: & inde Rhodum pro gressus est. Athenienses interim ex Samo in Chium traiecere, ex Chio Ephesum delati, hostiū fines late populati sunt. Nec ita multis interiectis diebus, Ly

Lapsacus vrbs.

sander ex Rhodo in Hellespontū reuersus, Lampsa cum vrbē Atheniēsium socia subito accessu expu gnauit, ac diripuit. Erant tunc Athēienses in Eleun te cū nauibus paulo minus ducentis: huc Lampsa

Egos flu uius.

cenę cladis nuncio trepide allato, cōtinuo ad Egos amnē classem promouere. Est is Thraciæ fluuius, haud procul Lampsaco in Hellespontū decurrens. Inde profecti in cōspectu hostiū postridie classem in procinctu habuerūt, de summa rei dimicaturi si pugnæ copia facta esset, aut vt timoris confessionē exprimerent hostibus, si certamen detrectarent. Ly sander cōsulto se in portu tenuit nullā bene geren dæ rei occasionē prætermissurus. Tydeus Menan der & Adimāthus, quorum erat classis imperium, ad Egos stationem reuersi, loco, neq; a maris iacta tione, neq; ab hostium incursu satis tuto, ad terre strem frumentationē minime idoneo, se tenebant.

Alcibia dis offi ciū circa suos.

Eam ducum inscitiam ægre ferens Alcibiades, qui in Chersonneso erat, siue imperatoriæ disciplinæ ostentandæ gratia, siue quod similius vero est, cha ritate patriæ abductus, terrestri itinere ad naues ve nit: vbi periculo quod vndiq; instabat ducibus de monstrato, hortatus est vt continuo inde digressi Sestum concederent, fore, vt non minus opportu no loco sederent, oībus hostium motibus occursu ri & ab omni maris iniuria hostilię incursu tutio re. Hic siue duces Alcibiadis fidē suspectam habe rent, siue q; nollent videri imperandi peritia illi ce dere, eū conuicio & minus exceptū, castris ejciunt. Fuit siue stultitia ducum illa, siue pertinacia, non ipsis sed patriæ exitio. Enimuero paucis interiectis diebus, Lysander vbi satis exploratum habuit, so

Athen. classis ad Egos de letur.

lute & sine imperio Athenienses ex castris, quæ in ripa fluminis fecerāt, ī terrā dilabi, facto in Atticā classem ex īprouiso impetu, sine difficili vllo certa mine, totā ferme classem, triaq; hoīm milia & am plius, oppressit. Cætera multitudo, quo suꝰ quęq; impetus tulit, in mediterranea loca, cum cōsterna tione & pauore dilapsa est. Conon media trepida tione dilapsus, vbi res porro perditas vidit, cum octo nauibus in Cyprum ad Euagorā aufugit, in certū, cōsciētia rei male gestę, an quia de salute pa

Paralos.

triæ desperasset. Paralos nauis Athenas acceptæ cladis nuncia festinauit. Vtebantur eo nauigij ge nere Athenienses, ad reos ex prouincia in vrbem deportandos. Ipsa Pyreum noctu ingressa, tantam attulit trepidationem, vt ex portu per longos mu ros clamore & fletu hominum, id stationatim nun ciantium, funestæ cladis nuncius sit in vrbem per latus, tum cōploratio passim orta, omnis sexus & ætatis multitudinē in publicum traxit: ibi per no ctem nihil a fletu & lamentatione cessatū. Nec tan tum dolor eorum, qui amissi erāt, quantum patriæ periculum animos incessere. Actum de imperio, actum de libertate affirmabant. Nihil amplius su peresse, quod spem ciuitatis aleret, non classis, non exercitus, non militaris ætas, non pecuniæ, omnia vno tempore fortunam ademisse, obsidionem, fa mem, atq; oīa mala, quæ victis & obsessis adeun da sunt, sibi ante oculos proponere. Nulli dubiū erat hostem haud multo post affuturum, qui expu gnata vrbe in omnem sexum & ętatem, sine discri mine sæuiret, muros disturbaret, Atticum nomen deleret. Hæc illi medio dolore augurari. Nec cura interea exciderat custodiendæ vrbis, stationes in muris & circa portas disponunt: aliaq; præsidia stu dio parabant, ne ad primum hostium accessum, prædæ forent. Vulgo arbitrari Lysandrum cum victrici classe affuturum, nec eos opinio fefellit. Enimuero Lacon dux Theopompo Milesio La cedæmonem misso, qui nunciaret victoriam, cum ductis rostratis nauibus ex Lampsaco profectus, in Lesbum primo contendit: ibiq; Mitylenis re

Lacedæ. successus

ceptis Theonicum cum decem nauibus ad reci piendas vrbes, quæ in fide Athenienſium adhuc erant, in Thraciam mittit: ipse receptis omnibus insulis & vrbibus Aegei & Ioniæ orę, quæ Athe nienſium fuerant, præter Samum, cum vniuersa classe in Atticam delatus, Pyreum insedit. Eodem tempore terrestres Lacedæmoniorum copiæ & so ciorum ad vrbem admotæ, circa Academiam ca stra muniunt. Tum demum Athenienses vrbe ter ra mariq; obsessa, quum neq; suis opibus stare pos sent amplius, neq; alienis iuuarentur, spem illam humanarū rerū perpetuā comitē, quā tot annis, tot aduersis casibus, pertinaciter aluerant, quando vl tima cogeret necessitas abiecerunt: ratiq; vnum ad salutem consilium superesse, si quum imperare nō possent, melioribus parerent: primo experiendum putarunt, an honestis vllis conditionibus bellum soluere daretur, vt maris imperio relicto ipsi Lace dæmoniorum socij fierent, Pyreaq; tantum habe rent. Legati qui ad hoc in castra venerant, ab Agi de Lacedæmonem sunt ire iussi: inde cum multa indignitate ab Ephoris sunt in castra, & ex castris, infecta re, in vrbem dimissi. Pertulerunt inde A

Athen. pacem orant.

thenienſi. ali quandiu obsidionem. Mox vbi com meatu rerum omniumq; copia deficiente, multitu do famem haud ferre potuit amplius, multi enim inedia absumebantur, decem legatos & in his The ramenem ad Agidem mittunt: his pacis, quibus cunq; cōditionibus, componendæ permissa facul tas. Hi Lacedæmonem iterum ire iussi, vbi quæ mandata publice haberent auditum est, frequen ti sociorum conuentu, quibus legibus accipien di Athenienses essent, est consultari cœptum. Corinthijs, Thebanis & alijs sociorum censenti bus delendas Athenas esse, passuros se id negare Lacedæmonij, vt alterum Græciæ lumen suo du ctu extingueretur, indignum prædicātes eum po pulum exitio dare, aut seruitio adigere, qui in ma gnis Græciæ periculis, princeps in tuenda commu ni libertate fuisset. Mitius itaq; agere placuit, hisq; conditionibus de pace actum, vt duodecim naues nec amplius Athenienses haberent, longos mu ros a portu ad vrbem diruerent, exulesq; & trans fugas Lacedæmonijs & socijs redderent, toto ma

Leges Athen. datæ.

ris imperio abstinerent. His legibus bellum sol uere humanius Lacedæmonijs visum est, quam Barbaros mores imitari, qui omnem victoriæ fru ctum in vltione & sæuitia reponunt. Legatos Athenas redeuntes multitudo fame confecta, ad portas sciscitabunda excipit. Iam nihil magis ani mi optabant quam pacem, eam quæcunq; data esset pro magno muniere amplexuri. Theramenes populo in publicum vocato, quibus ipse & col legæ conditionibus pacem transegissent, pro con cione exponit. Ibi vero, non quia animo grata pax esset, sed q; omnino necessaria, recepta est. Ac

Quādiu rerumpo titi sunt Athen.

tum demum Athenienses maris imperio cesserunt anno, ex quo rerum potiti fuerant, duoꝯ vt Ali carnasseus Dionysius colligit) de septuagesimo, qui septimus ac vigesimus Peloponnesiaci belli fuit. Lysander receptis transfugis, murisq; ad ty biarum cantum dirutis, naues omnes præter duo-

decim Athenienſibus ademit, fuitq; populo autor vt triginta ſibi deligerent, qui ciuitatem adminiſtrarent, quod vt facerent, in ipſis conditionibus pacis diſerte ſcriptum, Trogus & Plutarchus ſignificare videntur. Xenophon poſtea id factum tradidit. Cæterum qui vbi prælati ſunt, tribus Satellitum milibus ad corporum cuſtodiam delectis, ex confeſſo non multo poſt tyrannidem exercuere. Sed quum ijdem cernerent ſe viuo Alcibiade, diu ſtare non poſſe, cum Lacedæmonijs egerunt, vt ad Pharnabazum ſcriberent, res Græciæ nunquam quieturas, niſi Alcibiades e medio tolleretur. Ille vero vbi Athenienſium opes fractas vidit, ex Thracia in Perſidem ire ad regem ſtatuit, ſuum eo acceſſum haud minus regi gratum fore arbitratus, quam Themiſtoclis olim fuiſſet Xerxi. Thraces impetu in eum habeuntem facto (erat enim fama magnum auri pondus ſecum ferre) omnia rapiunt: quibus amiſſis, ægre Barbarorum manus effugit. A Pharnabazo igitur hoſpitaliter acceptus tam diu apud eum in Phrygia fuit, donec ille publicis Lacedæmoniorum & Lyſandri literis, qui iam in Ioniam redierat, ad eius necem impulſus eſt. Miſſi qui virum ipſum interficerent, Mageus & Suſani tres & cum his ſpiculatorum manus. Erat tum forte Alcibiades apud Timandram ſcortum: ſed tanta de virtute hominis erat opinio, vtq; quibus cædes demandata erat, haud ferro ſint auſi domum, in qua erat, inuadere. Subiecto itaq; prius igne, omnes circa ædes viaſq; armis inſederant. Tum ille ſubita re conſternatus, facto veſtium globo, in ſubiectum ignē deſiliuit. Inde per Barbaros ſtricto gladio vadens, non nihil ſe ferro tutatus eſt. Poſtremo multis ſpiculis confixus, ſeminudus vt erat, concidit. Taliſq; fuit Alcibiadis exitus, viri ingenio facili, & ad hominū gratiam ſibi conciliandam magis quam retinendam, comparato, eoq; tam vario, vt Cameleontis naturam habere diceretur, quod animal in omnes colores præterquam in albedinem tranſſigurari creditur, tanta interdum facilitate vſus, vt eam comitem habere vulgo prædicaretur: natura præterea ambitioſa, & quæ a flagitio & ſcelere haud abhorreret. Ferunt Thimonem Athenienſem, qui in humani eſt generis odium euectus, huic puero ex occurſu blandiri ſolitum: rogatuſq; aliquando, cur tam blande vnum exciperet, quum omnium alioqui commercium fugeret, reſpõdiſſe dicitur, cernere ſe futurum, vt quum primum ille per ætatem adoleuiſſet, ciuitatis ſtatum haud dubie euerteret, eſſetq; ob eam rem ſibi non iniucundum. Lyſander, rebus circa Athenas conſtitutis in Ioniam reuerſus, ne quid reliquum faceret Samum claſſem admouit. Samij, Athenis ſubactis quum nihil animo occurreret vnde auxilium ſperare poſſent, cum Lyſandro pacti ſunt, vt cum ſingulis veſtimentis liceret oppido & inſula incolumes abire, quibus libere miſſis, vrbs directa eſt, atq; ita ciuibus & fortunis ſpoliata, nobilibus, qui in exiliū fuerāt acti, eſt ab Lyſandro reſtituta. Ipſe ſuorum fama et imperio propagato, quū vbiq; omnia pacata eſſent, tota Ioniæ ora cū Thracia & Helleſponto, enauigata, Aeginenſibus ad. hæc Meliſs & Sycionijs in ſuas ſedes reſtituis, qui Athenienſium iniuria eiecti ad id tempus extorres fuerant, iterū Athenas reuerſus eſt, ac tum demum muros ab eo dirutos quidā prodiderunt, nauesq; Athenienſibus adēptas. Ex Athenis Lacedæmonē profectus, ornamenta captarū nauiū, & aureas coronas, aliaq; ampliſſima munera, quę a ciuitatibus & inſulis victor dono acceperat, præ ſe tulit, pecuniam ad id ingentem. Xenophon quadringenta ſe ptuaginta argenti talenta fuiſſe prodidit. Plutarchus autor eſt, ante ſuum reditum, per Gylippum qui in Sicilia paucis ante annis Athenienſes vicerat: domum ab Lyſandro miſſam, qui ſacculos haud reſignare auſus, ne confuſus ſignis manifeſti peculatus conuinceretur, latera diſſuit, atq; ex ſingulis parte aliqua adempta, multa diligentia reſarſit. Id furtum præter chirographum, quo ſignificaba tur quantū pecuniarū in ſingulis eſſet, ſerui quoq; indicio eſt proditū. Prædicabat ille flagitij cōſcius ſub herili recto plurimas noctuas cubare: ſiquidē Athenienſes per id tempus noctuæ figura pecuniam obſignabant: ob id credo, quia id volucre Mineruæ eſſet ſacrum. Conſtituit ſibi ſceleris conſcius Gylippus voluntarium exilium. Difficilis inde conſultatio tenuit, an argentum illud in vrbem admitteretur, indignantibus multis, veterem ſolui diſciplinam, quum ad id tempus ferreo eſſet nummo Spartiatarum ciuitas vſa, quod vetus nec tantum Laconicum Plutarchus credidit, quoniam plerīq; mortales ferreis ab initio vericulis vtrerentur, id eſt Obelis, qui Oboli poſtea mutata litera ſint nuncupati. Lyſandri amicis annitentibus pecunia publice recepta eſt, capitaliq; lege cautum, ſi quis aurum argentumve priuato poſſideret. Lyſandro ob res in bello præclare geſtas certatim Græciæ vrbes exquiſitiſſimos honores decreuere, a quibuſdam aræ illi, vt Deo cuidam erecte, quod Græcorum nulli antea contigerat, vt Duris memoriæ prodidit, Pæana eidem decantantibus. Ipſe vt res a ſe geſtæ literarum monumētis complexæ, ad poſteros manarent, Chœrilum poetā penes ſe, omnibus ſuis expeditionibus habuit. Scripſerunt certatim & Antimachus Colophonius, & Niceratus Heracleotes Lyſandria poemata: etſi Antimachus ſuum poſtea carmen deleuit, Lyſandro iratus, q̄ Niceratum quem emulabatur aurea corona donaſſet. Fuit Lyſander, vt de eius moribꝰ, hoc quoq; loco dicā, ingenio ambitioſo admodum & iracundo, ſuperbia ſupra quam ab homine, in libera ciuitate nato, ferri poſſet, quo recte Lacedæmonius Etheocles dixiſſe creditus eſt, bene actum cum terra Græcia, q̄ duos Lyſandros non genuiſſet. Theophraſtus de Alcibiade hoc ipſum ab Archeſtrato dictum memoriæ prodidit. Succeſſu igitur geſtarum q̄ rerum magnitudine elatus, quum rem Spartanam foris crudeliter & auare in ſocios adminiſtraret, a Pharnabazo regis præfecto, cui iniurius eſſe cœperat, ad Ephoros eſt per literas accuſatus. Erat ille ex omnibus regis præfectis præcipuo Lacedæmonijs ſtudio & charitate coniunctus. Miſerunt Ephori Lyſandro Scytalam, qua iuſſus eſt Lacedæmonem venire. Eo libelli genere Spartiatæ, quum quid ad ſuos imperatores occultius ſcribi vellent vti conſueuere. Duo ligna teretia æquis portionibus in hunc vſum adhibebant. Pars altera apud magiſtratus in vrbe haberi. Reliquam ad bellum ſecum duces deferebant. Vbi vero arcanum aliquid ſignificari oportuiſſet, tum chartam in lori ſpeciem reſectam, lignoq; circunuolutam, ex tranſuerſo notabant: ea poſtremo explicita, vera pene ſingula, literarumq; figuræ pleræq; confundebantur, adeo vt niſi perquam ſimili fuiſſet ligno implicita, nulla legendi ſuperesſet facultas. Scytala Lyſander accepta, vehementer ſibi timere cœpit, habuitq; pro magno negocio cū Pharnabazo in colloquium venire, egitq; cum eo vt de ſe quam honorificentiſſime poſſet, ad magiſtratus

Alcibiadis interitus.

Cameleontis color.

Thimonis præſagium.

Samos diripitur.

Gylippi peculat⁹.

Noctuæ Antheñ.

Obeli. Vñ oboli dicti.

Lyſandri honores.

Chœril⁹.

Lyſandri mores.

Scytala quid ſit.



ſtratus ſcriberet. Pharnabazus verſutum hominē

Literę doloſæ. verſutia eludendum ratus, velut omnium ignarus, haud grauate id ſe præſtaturum reſpondit, biniſq; literis in ſecreto ſcriptis, vnis ex Lyſandri ſententia, alteris criminationum plenis, priores illas Lyſandro dat legendas, quibus receptis crimi natorias occulte ſubiecit, easq; prælectis obſignatas Lyſandro domum referendas, dedit, nec ille prius ſe a Barbaro eluſum cognouit, q̄ literæ a ſe magiſtratibus redditæ, publice recitatæ ſunt. Quum igitur per hęc ille iratos haberet Ephoros, nec reges multo placabiliores, per ſpeciem voti belli tēpore ſuſcepti, ad Hammonē Ioue profectus eſt. Interea Lacedæmonij in inſulis & vrbibus oīa, quę ille tyrānice inſtituerat, mutāda cēſuerūt. Sed hæc aliquā to poſtea euenere. Cæterū eo anno quo Athenienſes imperare deſierunt, Darius rex vita deceſſit. Et

Dionyſij maioris pater. Dionyſius tyrannus principatu excidit. Fuit ille Hermocratis filius, illius credo qui fuit Hermonis. Is vt Thucydides ſcribit, Siculo bello, ſub id tēpus quo Nicias in Sicilia applicuit, copiarum eſt imperator a Syracuſanis declaratus. Plutarchus Hermocratis filiam ait Dionyſio nupſiſſe, quæ quum ille tyranni de nondum ſtabilita, principatu excidiſſet, vt proxime eſt ſignificatum, frequēti inimicorum coitu vexata, ſibi manū intulit. Dionyſiꝰ in regnū reſtitutus, grauia cum Pœnis bella in Sicilia geſſit, victuſq; ingenti ꝑlio a Carthaginiēſibus, Imilchonis ductu, Gelā & Camarinā amiſit. Nec ita multo poſt Leōtini, qui plures annos Syracuſis fuerāt, ea temporum nouitate vſi, ex vrbe occulte profecti, in veterem patriā populariter remigrarūt. Sed quū multa Imilcho ꝑclia proſpere i Sicilia feciſſet, eſſet q̄ res punica in manifeſto victoriæ curſu, tetra vis morbi exercitum inua ſit, ita vt breui omnibus copijs peſtilentia abſumptis, pro victo Pœnus imperator ex Sicilia aufugerit. Ipſe Carthaginē veniēs, multo luctu & mœrore ciuitatis exceptus, culpam acceptæ cladis in deos retulit, qui ꝑclarā Carthaginienſibus victoriā inuidiſſent. Se vnū doloris ſui leuamē habere, q̄ nulla ex teterrima illa ſtrage, gloria ad hoſtem peruenīſſet, durum eſſe quoquo mō vinci & affligi, ſed a cœleſtibus multo leuius q̄ a mortalibus. Vbi igitur domum venit Imilcho, domeſticis oſtio excluſis, ſibi mortem conſciuit. Ad

Imilcho ſibi mortem conſciuit. monet me tātæ vrbis celebritas quantæ Carthago poſtea fuit vt Punicarū rerū ſerie alti⁹ repetita, breuiter quę ante hæc tēpora fint a Carthaginienſibus geſta, vnum in locum conferam: eritq; eo breuior relatio, q̄ obſcurior eſt earū rerū memoria, q̄ a Carthagine cōdita ad Dionyſij ætatē proceſſere. Cæterū de eius vrbis origine diuerſa parte hiſtoriarum longiorem traximus ſermonem. Procedente, deinde tēpore, variis diſcordiarū caſib⁹ ciuitas agitata, quū ſuperueniſſet domeſtico malo dira peſtilētia,

Dira ſacrificādi rō apud Carthag. cruāta ſacrorū religiōe, p remedio vſi humanas immolare hoſtias cœperūt. Pueri & infantes p victimis adhibebātur aris, q̄ ætas, vel ſuppoſitiſſimis hoſtibus ſolet miſerabilis videri. Eorum itaq; cruore venia orabant, pro quorū ſalute cætere mactabantur hoſtiæ. Teterrimos eius ciuitatis conatus, exterarū gentium primi Siculi excepere: quod vno atq; altero Rapſodiæ huius loco eſt a nobis in tranſcurſu memoratum. Machei ductu primo Pœni in Siciliam traiecere, magnaq; ipſius inſulæ partem ſuis armis domita, fortuna, vt fit medio victoriæ curſu deſtituti, re male geſta, bellum in Sardiniam tranſlatū eſt. Hic quoq; magno ꝑlio victi: nec parua exercitus parte amiſſa, qui cladi ſuperfuere, eū ipſo duce ob rē vtrobiq; male geſtā, exules iudicati ſunt.

Machei facinus ī filium.

Machei cædes. Mago.

Haſdrubal, perit. Amilchar imperat.

Darīj mā data.

Milites ea ignominia commoti, legatos Carthaginē mittūt, qui conficerēt ſibi reditum in patriā, adderent & minas, fore, vt milites armati patriā repeterent, ſi pacati prohiberentur. Sed neq; ꝑcibus venia impetrata eſt, neq; minis. Tum milites ira accēſi, naues conſcendunt, Aphricaq; celeri curſu repetita Carthaginem obſidione cingunt, idētidem teſtati per ſe nō ſtetiſſe, quin vt ciues, nō vt hoſtes in patriam reuerterentur, breui fore vt ipſa ciuitas intelligeret, non ſibi virtutem in bello, ſed fortunam defuiſſe. Tenuit inde aliquandiu obſidio illa, quo tempore Cartalo Machei ducis filius, ex Tyro reuerſus, quo publice fuerat miſſus, ad decimas Sicilienſis prædæ Herculi ſoluendas, quū præter caſtra iter faceret a patre accerſitus, publicæ religionis munus dixit ſe obire male, q̄ priuato officio fungi. Tulit ſuperbum filij reſponſum Machoꝰ in quo animo, religionem tamen reuerit⁹, vim illi inferre non eſt auſus. Nec ita multis interiectis diebus, Cartalo commeatu in caſtra magiſtratibus impetrato, cum purpura & inſulis cęteroq; ſacerdotij ornatu ad patrem venit. Macheus filio in ſecretiorem locum abducto, oportuit ne te inquit nefandiſſimum caput, cum huiuſmodi inſignib⁹ ad exulem patrem, & in funeſta caſtra venire mihi & miſeritibus meis præſentem fortunam exprobaturum? Verum quia tu nihil in patre præter nomen exulis agnoſcis: ego quoq; non patrio affectu ſed imperatoria & hoſtili vite exceptum vlciſcar, vt ſis cæteris mortalibus documento, ne quis poſtea miſeris parentibus, tam petulanter inſultare audeat. Hæc ait: filiumq; in altam crucem cum ipſis inſignibus in conſpectu ciuium ſuſtulit. Vrbe deinde vi potirus, belli neceſſitate pro concione excuſata, multa de ſuo ſuorumq; militum ignominioſo exilio queſtus, deq; ſuarum contemptu victoriam, affectis iniuriæ autoribus ſupplicio, cæteris ciuibus ſe veniam dare pronunciauit. Poſtremo affectati regni accuſatus, debitas patriæ & filij manibus exoluit pœnas. Mago illi imperator ſucceſſit, qui Pœnorum ducum primus militarem diſciplinam inſtituit. Idem cum vires ciuitatis bellandi ſtudio & diſciplina firmaſſet, duobus filijs Haſdrubale & Amilchare ſuperſtitibus, vita deceſſit. Hi paternæ virtutis æmuli, magno ciuitatis conſenſu, militare imperium obtinuere. His ducibus Sardinia bello repetita eſt & aduerſus Aphros, multorum annorum vectigal pro ſolo vrbis repetentes nonnihil bellatum, poſtremo inde victoria ſtetit, vnde & cauſa melior, victi Carthaginienſes pecunię ſolutione non armis bellū finiuere. Haſdrubal Sardoo bello ict⁹ graui vulnere periit, imperio Amilchari fratri tradito, eius interitum dictaturæ vndecim quatuor triūphi, quos ille geſſerat, nobiliorem fecere. Siculi Carthaginiēſiū opes, cum ipſo duce concidiſſe rati, Leonida Lacedæmonio in inſulam accerſito, bellum Carthaginiēſibus intulerunt. Graue exin negociū Pœnis ex Sicilia ortum, variaq; victoria ſępius dimicatū: quo certamie Carthaginiēſib⁹ occupatis, Legati ab Dario Perſarū rege ſuperuenerūt, edicto humanas hoſtias immolare prohibētes, & caninā carnē eſita re quū veteri ritu Carthaginiēſes tā obſcœno cibo veſcerētur. Edictum etiā ne mortuorū corpora cremarent, ſed humi conderent. Poſtulare & auxilia aduerſus Græcos, quibus ille paulopoſt erat bellū illaturꝰ, in quo ornādo vita defunctꝰ eſt: Xerxes eiꝰ filius poſtea intulit. Negarunt regi auxilia Carthaginiēſes ob Siculū bellū, quo erant impliciti, cætera iuſſa ſe facturos polliciti ſunt, ne p oīa cōtuma-

ces viderentur. Perijt interea Amilchar Sicilienſi bello, tribus filijs, Imilchone, Annone, & Giſgone relictis. Parem liberorum numerũ Hafdrubal, qui in Sardinia Perijt, extulerat, Hannibalem, Haſdrubalem, & Sapho. Horum ductu & auſpicijs res punica, domi foriſq; inde adminiſtrata eſt. Bellum his ducibus Mauritaniæ illatum, & cum Numidis aliquãdiu eſt armis diſceptatum. Aphri quoq; bello victi, compulſi ſunt in perpetuum pro patrio ſolo ſtipendium Carthaginienſibus remittere. Ciues interea inſignem ducum multitudinẽ pertæſi, præſertim quum penes vnam familiam, non armorũ ſolum, ſed iudiciorum etiam poteſtas eſſet, ſuæ libertatis admoniti, centum ex ſenatorum numero creant iudices, qui a ducibus bello reuerſis, geſtarũ rationem exigerent, vt eo metu domeſticas leges & iura reſpicerent, foriſq; moderatius imperio vterentur. Et Carthaginenſes in hunc modum ſuorũ imperia cohibenda arbitrati ſunt. Imilcho in Haſdrubalis patris locum ad Siculum bellum temporis interuallo repetitum, quum iam Dionyſius Syracuſis Tyrannidem obtineret, eſt miſſus, qui rebꝰ ibi præclare geſtis vniuerſum exercitum, vt ſupra eſt ſignificatum, peſtilentia amiſit: cuius acerbiſſimi caſus affectu Carthaginem reuerſus manum ſibi intulit. Dionyſius igitur Pœnis Sicilia pulſis, totius inſulæ imperio per ocium potitus eſt: cæterum ne florentiſſimus exercitus, quo in domeſticis bellis fuerat vſus, deſidia & ocio corrumperetur, copias in Italiam freto traiecit: primoq; Græcos adortus eſt, qui vrbes habebant in extrema Italiæ parte Siciliam verſus: ſimulq; cæteros Græcos late terrã Italiam ea tempeſtate incolentes deſtinat ſibi hoſtes. Enimuero præter oram ad Ionium mare & Salentinum obuerſam, quæ ab ipſo gentium incolatu, magna eſt olim Græcia dicta: iam omne Brutiorum littus, Lucaniæ, Campaniæ, Latij, Hetruriæ, citra vltraq; Apœnini iuga vſq; ad Adriã & Padum: addo Vmbriã, Sabiniã, aut ſoli Græci tenebãt, aut Barbaris pmixti Oenotrij. Aborigenes Archẽ, Arcades, Epirj, Chalcidenſes Græcæ fuerunt gẽtes. Apparebat itaq; totã Italiam eo bello motũ iri, quod tum Dionyſius ſua, vel potentia, vel amentia potius adductus Græcis inferebat. De cuius eũctu priq; dicam, vna memorabilis inter magnæ Græciæ populos pugna, quæ ætatem vnam & amplius hęc tẽpora præceſſerat, priusq; referenda eſt. Fuerãt olim Metapontini Sybaritæ & Crotoniatæ cõmuni nomine, alios ſuæ gentis populos Italiæ finibus pellere adorti, Syrimq; vrbem ex hoſtibꝰ vi captam, quum forte diriperent, quinq; aginta iuuenes Minerue ſimulachrum amplexos, ſacerdotemq; ipſi pie peremerunt. Peſtilentia inde Crotoniatæ & Metapontini aliquãdiu laborarunt, donec Delphico oraculo iuſſi ſunt interfectorũ manes ipſumq; numẽ muneribus placare. Ferunt Syrim vrbem Troianorum oppidum fuiſſe: idq; argumento adijciũt, q; Pallas hic religioſe coleretur. Crotoniatæ peſtilẽtia defuncti, bellũ Locrẽſibus inferunt, qui Syrina obſidione hoſtibus ſuppetias tuliſſent: quo metu Locrenſes territi, externis auxilijs opus eſſe rati, a Lacedæmonijs, cũ quibus pacẽtã antea pactã habebant, ſupplices opem implorant. Spartiatæ lõginquã militiã detrectantes, a Caſtore & Polluce iubẽt legatos auxilium implorare: id omẽ Locrenſes ſecuti Caſtorũ tẽplũ ingreſſi, rẽ ibi diuinã faciunt, pulſinariaq; in naui ambobus componunt, velut propitiatos ſecum veherẽt. Vbi vero domum vẽtum eſt. XV. M. Locrẽſiũ, cum Rheginorũ appendicib⁹, aduerſus. CXX. Crotoniatũ milia, ad Sacram fluuium congreſſa, nõ tam aliqua vincendi ſpe, q; certo moriendi conſilio ſi vincere nequiſſent, tãto aio rũ ardore cõflixerunt, vt dum honeſte mori cupiũt egregie vicerint: nec vlla æque res, ac deſperatio p fuit ad victoriã. Fertur Aquila Locrẽſiũ aciẽ q̃diu pugnatum eſt, circunuolaſſe: duoq; paludati iuuenes albis equis ſedentes, ab vtroq; cornu, pro Locrẽſibus dimicare viſi, qui parta victoria cõfeſtim euanuerint. Auxit admirationem rei huius nũcij celeritas, quę tanta fuit, vt eodẽ die, quo in Italia pugnatum eſt, tam inſignis victoriæ fama Lacedæmonem, Corinthum, & Athenas peruenerit. Meminerunt miraculi huius Græci & Latini autores. Diuę geminæ aræ Caſtoris & Pollucis in extrema flumi nis ripa, geſtæ rei monumẽtum duravere. Celebratum inde inter Græcos prouerbium. Verius rebus ad Sacram geſtis. Nec poſt id tempus vlla armorũ cura fuit Crotoniatis amplius. Odiſſe vulgo quod ſemel infeliciter mouerant, abijſſetq; breui vetus illud bellicæ diſciplinæ ſtudium in ocium & luxuriam, niſi haud multo poſt Pythagoras interueniſſet, qui profeſſione ſapientiæ, aſſiduis iuuentum cœtibus philoſophiam æmulantium vrbem in priſtinam celebritatem & famam reſtituit. Et Crotoniatarũ opes ſic conciderunt, pari pene celeritate, qua ipſi Sybaritarũ potentiã iam antea euerterãt. Fuit em̃ Sybaris ab Achiuis condita, Crotonis em̃ origo alio quidem eſt loco a nobis relata. Sybaritę vrbem inter Cratidem, & Sybaridem flumina habuerunt: vtriuſq; amnis natura longe inter ſe diuerſa. Conſtat equos ex Sybaride potantes cõfeſtim ſternutamẽto exagitari, ob eãq; offenſam, pecus ab eiq; aque hauſtu de induſtria arceri. Cratis ſuis vndis immerſos, candidos & flauos efficit, multiſq; morbis medetur. Sybaritæ igitur tantum armorum ſtudio floruere, vt quatuor finitimas rexerint gentes, vrbibus quinq; & viginti imperio ſubactis, quo contigit, vt. ccc. armatorum milia, aduerſus Crotoniatas, vno tempore ad bellum inſtruxerint, ſed tantam rerum felicitatem luxuria & voluptas euertere, ita vt ſeptuaginta dierum ſpatio, opibus ipſiq; populi afflictis, captam vrbem Crotoniatę immiſſo flumine immerſerint. Sed hæc multo prius geſta ſunt. Dionyſius qui in Italiam copias traiecerat, Locris captis, in Crotoniatas omnem belli molem verterat. Reſtiterunt hi præter opinionem omniũ multo fortius tunc armis vſi quum pauci eſſent, q; quũ tot milia olim aduerſus Locrenſes dimicarũt, tantum ſobria paupertas contra diuitiarũ inſolentiã ſæpe valuit, inſperataq; victoria eſt ſperata certior. Dionyſio præſenti bello occupato Gallorum Senonum qui paucis ante menſibus vrbem Romã ceperant, legati ſuperuenerunt, ipſius tyrãni amicitiam & ſocietatem poſtulantes. Sed dum in Græcarum gentium rebus explicandis nimiũ immoror, factũ eſt, vt præter ſtili inſtitutum, Romanæ hiſtorię relatio, que precedere alioqui debuit, tantum ſit repetenda, q; tum a captis Veijs ad Senonicum bellum tẽporis interfuerit, etſi pauciſſimorũ fuit annoꝝ intercapedo illa. Et ne ſemel repetita externarũ rerũ intercurſu interpoletur, paululum adhuc procul Italia rerũ hæc euagabitur relatio: nã quod ad Dionyſiũ attinet, quũ eius conatus Crotone tenus inuaſſent, nouũ bellũ ex Aphrica ortũ in inſulam reuocauit. Carthaginiẽſes poſt cladem Imilchone ducẽ acceptam, reparatis viribus Siciliam Hannonis ductu petiuerunt, de quo hoſtiũ apparatu quũ Dionyſius pręter rumores, Suniatoris viri aphri literis fieret certior, erat is Hannonis inimicus lõge alioq; opibus

Celerrimꝰ victoriæ nũci?

Adagiũ.

Cratis & Sybaris fluuij.

Sybaritarũ copię.

Senones.

Suniatoris ſuppliciũ.



opibus inter Pœnos præpotens) codicillos quos ille ad Dionyſium dederat deprehenſos Hãno Carthaginẽ miſit, quibus publicæ recitatis, Suniator capite damnatus, cautumq; lege eſt, ne Pœnorum quiſpiam Græcas deinceps literas diſceret, nec cum hoſte quidem ſine arbitro loqueretur. Dionyſius, quem non Sicilia tota non Italia capiebat, plurib⁹ poſtea prælijs fractus, ſuorũ inſidijs interijt. Plutarchus autor eſt habuiſſe eũ, ad belli vſum, triremes quadringentas, decem milia equitum, peditum viginti, & ſupra hęc ſtipatorũ decem milia. Sic quoq; adeo meticuloſe vixit, vt quum omniũ mortaliũ metueret inſidias, pigmẽtariũ accerſeret, qui ſibi nouaculam non admitteret capillũ candenti adureret carbone. Sunt qui filiarum miniſterio in tondendo vti ſolitum ſcribant, ſed tandiu in hunc vſum admiſſas, quoad per ætatem virum appetere nõ potuiſſent. Metum & violentiam adamantina appellabat vincula, ſeq; adamantinis vinculis principatum filio relicturum prædicans, ſed hæc quæ Dionyſio nunc traduntur, aliquãto poſtea contigerũt, q̃ ſint triginta tyranni ex Athenis exacti. Enimuero illi ſtipatorum multitudine fręti quum in apertam tyrannidem euaſiſſent, multi libertatis nõ immemores, metuq; perculſi, voluntarium ſibi exilij conſciuere, fauere interim Lacedæmonij tyrannis, & Lyſander in primis, qui fuerat præſentis ſtatus auror. Edictoq; vetant quempiam ex Athenis profiſci, profectumq; Græciæ vrbibus priuato publicove hoſpitio iuuari. Thebani cõtra iniquo animo ferentes, ciuitatem clariſſimam triginta tyrannorum ſæuitia lacerari, & quod adhuc iniquius videri, Lacedæmonios eſſe ius iniuriæ autores, qui liberãdæ Græciæ titulum bello prætuliſſent, edicũt, vt capitale eſſet, ſiquis Bœotiorum Athenienſem extorrem non hoſpitio & omni ope iuuiſſet: vulgo igitur ex Attica in Bœotiam ab exulib⁹ conceſſum, eratq; in his Thraſybul⁹ homo acri ingenio ac tyrãnidi infeſto. Huiꝰ ductu quadringẽti Athen. exules Thebis profecti Philam primo occupãt, inde & Pyreũ, multaq; interim prælia vtrinq; depugnata. Tyranni ex munichia velut ex arce in exules faciebant impetum, ſępiuſq; victi q̃ victores prælio diſcedebant. Sed nihil tyrannorum ferocia magis frãgebat, q̃ occulta ciuitatis ſtudia, quę pro Thraſibulo & exulib⁹ haud dubie ſtabant, ex occaſione in tyrannos eruptura. Mittũt itaq; illi Lacedæmonem auxilia imploratum, redierat tum forte ex Hãmonis oraculo Lyſander, qui ſuis autor ciuibus fuit, vt laborantibus tyrannis mature auxiliũ ferrẽt: decernuntur tyranni, inter quos celebritate & odio Critias & Theramenes eminebant, centũ ad vſum belli talẽta, Lyſandroq; negocium datur, vt eos liberaret obſidione. Spartanorũ reges quũ inuidia, tum metu, ne Lyſander tyrannis in priſtinum ſtatum reſtituris, vt Athenis, ira alibi, paucorum principatum induceret, fieretq; per hæc ipſe omnino potentior, q̃ tutum eſſet ciuitati, inter ſe componunt, vt ex duobus, Pauſanias cum Lyſandro ad id bellum proficiſceretur. Suſceptæ militiæ prætextus fuit, vt tyrannis auxilium ferret. Cæterũ vbi enixe Pauſanias operam dedit, vt Athenienſibus inter ſe reconciliaris, ſedataq; diſcordia, res ad popularem ſtatum retraheretur, omnis laus ſublatæ tyrannidis penes vnum fuit Thraſybulum, cuius ductu ex Bœotia factus erat in tyrannos impetus. Aegre tulit Lyſander tãtam ſibi e manibus occaſionem extortam, ſed multo egrius populꝰ, vbi non longo interiecto tempore Athenã a Lacedęmonijs defecere. Peperit res ipſa Pauſaniæ odium ingens, Lyſandro autoritatem. Erat interim bellum in Ionia cũ Perſis, fueratq; ab initio eo miſſus Dercylides cũ exercitu. Enimuero Lacedæmonij Athenienſium rebus euerſis, ad Aſiæ imperium animũ adiecerant. Is in prouinciam delatus, vbi rẽ ſibi cũ duobus pręfectis regis futuram vidit, Thiſſapherne & Pharnabazo, pro magno habuit negocio, cũ Thiſapherne in colloquium venire, quẽ hortando monendoq; perpulit, vt data ſibi in ſtipendium pecunia ab armis diſcederet, ipſe in Pharnabazũ qui Phrygię pręerat vertit omnem vim belli. Crimina ri ille apud regem Thiſſaphernis flagitium, q̃ dum Lacedæmonijs obſequeretur, regias opes proderet, velut parum fuiſſet venientem hoſtem non repellere, datam ab eo etiam pecuniam qua Græcorum claſſis & exercitus aleretur, quaſi multum intereſſet, terra an mari potius regiæ opes periclitarentur, indignum ſcelus admitti, q̃ bellum redimeretur pretio non armis. His ille querelis regem a Thiſſapherne alienatum hortatus eſt, vt Cononem Athenienſem qui tum in Cypro erat naualis belli ducẽ legeret, id Artaxerxes non ſolum fecit, ſed quingenta etiam talenta, ad inſtruendam claſſem, illi in prouinciam miſit: Lacedæmonij & ipſi ex Aegypro, cuius terræ rex ex profeſſo erat Artaxerxis inimicus, centum triremes ad vſum belli, magnamq; vim tritici accepere. Dercylides interea aduerſus Pharnabazũ aliqua omnino geſſit, quę Xenophõ lõgiore filo hiſtoriæ eſt executus, ſed illa haud multum alioqui mirabilia. Cæterum quia nouo duce aduerſus Cononẽ opus eſſe videbatur, & qui tanto bellorum apparatui merito pręeſſet, poſtulantibus ſocijs, Ageſilaus eſt ad id bellũ miſſus. Tenuit non nihil oraculi anceps reſponſum Lacedęmoniorum conſultationem, erat ex Delphis relatum, fore, vt tum Spartani imperij finis adeſſet, cũ regium claudicaſſet imperium. Erat Ageſilaus pede claudus. Ad poſtremum fatius vſum eſt, regem inceſſu, q̃ imperio regnum claudicare. Ageſilaum ducem elegunt, qui Agidę fratre mortuo rex magno fuerat cõſenſu creatus, poſthabito Leuthichida, qui quum Agidis filius creditus eſſet, fama tamen eum Alcibiadis adulterio ortum, quod ille per id tempus quo Lacedæmone fuit, cum Thimea Agidis regis coniuge commiſiſſet. Ageſilaus igitur perijſſe dicitur, vt tria Spartanorum milia ſibi darentur, ſex ſociorum, fore, vt in Aſiam tranſgreſſus, aut regem ad pacem compelleret, aut tantum illi negocij in ea prouincia innecteret, vt nullus Perſici belli ſenſus ad Græcos peueniret. Lyſander præterea qui ab initio Ageſilao fauerat, ad Ioniæ ciuitates ſcripſit, quæ ſua a rege defectione belli cauſa extiterant, vt nominatim Ageſilaum a Lacedæmonijs belli ducem poſcerent, ad quod ipſum legati ex Aſia Lacedæmonem miſſi, facile impetrarunt, vt Ageſilaus in Aſiam cum exercitu mitteretur. Ipſe vero inter triginta conſiliarios Lyſandrũ ſibi dari petijt, q; vbi in Aſiam eſt ventum, omnium in ſe oculos conuertit: Lyſandrum mirari omnes, Lyſandrum intueri, alebatq; per hæc ambitioſa hominis natura, perſonæ oblita quam gerebat, maiorẽ in dies inſolẽtiã. Spectare primo effręnatã viri ambitionẽ Ageſilaus, verũ vbi maiorem ſibi imperij partẽ vendicare vidit, aciam non procul eſſe, vt in ordinem ab eo redigeretur, quũ alia alijs militaria munera demandaret, Lyſandrum diuidundis carnibus præfectum deſignauit. In dead Ionas conuerſus, ite inquit & meum carniũ ſectorem

Pauſaniæ opa tolluntur.

Tyranni Dercylides.

Conon.

Dercylidis geſta.

Ageſila⁹

Lyſandri Lacedæ. ambitio.

fectorem colite. Lysander præsenti iniuria instructus, ab Agesilao quæsiuisse dicitur, nū recte sibi facere videretur, q sic amicos minores redderet. Cui ille, recte (inquit) me sivelint maiores fieri. Nec diu postea Lysander in prouincia mansit, sed domum ignominiose nauigauit. Petijt Thissaphernes qui adhuc Asiæ præerat ab Agesilao nuper in puincīa appulso, vt tantisper a rebus gerendis abstineret, quo ad ipse in Persas ad regem mitteret, certo scire se, ita futurum vt rex permissurus esset Græcas ciuitates: quæ in Asia essent, suis legibus degere, pactæ ad hoc ipsum in tris menses inducię, quibus Thissapherni datum est spatium ad exercitum bello instruendum, nouarumq; copiarum ab rege petendi. Agesilaus & si post initas inducias confestim sensit, quæ a Barbaro pararentur, sanctum tamen habuit iusiurandum, quo constantiæ exemplo magnam Asiæ partem Spartano nomini deuotissimam reddidit, contra ob perfidiam Barbaro infestam. Confirmatis itaq; per ocium partibus, Thissaphernes caduceatorem misit, qui Agesilao nunciaret, vt nisi paucorum dierum spatio Asia & Ionia excederet, vindicaturus esset armis prouinciam. Subridens Agesilaus, refer inquit Thissapherni, me ei non paruam gratiam habere, quod deos Græcis propitios, priusq; bellari cœptum esset, sibi iratos suo periurio reddidisset. Inde simulata in Cariam expeditione, iussisq; vbibus commeatum cō parare, quum omnes hostium vires callida belli simulatione eo deflexisset, ipse in Phrygiam repente impetum auertit: sociorumq; copijs in itinere assumptis, multas hostium vrbes improuiso accessu vi cepit, captas diripuit. Ditatus est breui vniuersus exercitus, multiplici hostium præda, & equitatus frequens quæsitus, quum ab initio nullus esset. Exercitu dein Ephesum reducto, omnes copias militari meditatione exercuit, forum interea armis equisq; venalibus plenum, Aerarij fabri, Coriarij, Fullones certatim bellica parabant arma, ita vt vere a quibusdam vrbs ipsa per id tempus sit martis officina nuncupata. Vbi vero gerendarum rerum tempus affuit, Epheso Agesilaus profectus, in Sardianum agrum per ardua loca irrupit, triduoq; cum multa præda per hostium euagatus, quarto die regium equitatum, haud procul Pactolo amne, obuium habuit, ibi in Peloponnesiacos prædatores Barbari equites immissi, nonnullos vt dispalati & incauti vagabantur, obtrūcant. Agesilaus suorum periculo commotus, equitibus mandat suis, vt peditū suppetias eant, quos cum fremitu propinquantes Persę cōspicati, vndiq; & ipsi turmatim coeunt validius hostē excepturi: eā conserēdæ pugnę occasionem Agesilaus arripiens, omne robur peditum in prælium trahit, quibus maxime auxilijs cernebat hostem carere. Enimuero Thissaphernes veritus, ne in Cariam eo anno Lacon dux, vt antea in Phrygiam erumperet, omnem regium peditatum in eam prouinciam ablegauerat. Restiterunt Persæ quādiu illis, cum equite certamen fuit, vbi vero a fronte, & a lateribus Peloponnesiaca phalange vrgeri cœpti sunt, turbati fugam capessunt. Multi in proximum flumen irruere Græci pactolum transgressi castra, quæ in aduersa ripa Barbari statuerant, diripiunt, inde in Sardianum agrum effusi, ferro & igni fœdant nobilissimam regionem. Sardibus interim Lacon adequitans, præconis voce pronunciari iubet, si qui libertatis egeāt, vt ad se tanquam ad socium, & libertatis assertorem transirent. Si qui Asiæ imperium sibi vendicarent in apertum egressi id secum armis decernerent. Postremo cum nihil ex vrbe moueretur vlterius ire pergit, omnia terroris & prædæ complēs. Hæc vbi Artaxerxi, qui iampridem in Persis regnabat, nunciata sunt, Mastum in prouinciam misit, qui Thissaphernem, vt omnium malorum autorem, interficeret. Fauerat ille Lacedæmonijs, quibus erat Artaxerxes non parua de causa, iam antea infensus. Is a patre Dario regni hæres relictus, quū Cyrum fratrem, cui pater legauerat Lydiæ præfecturā, & omnes ciuitates ad mare iacentes, aduersus se res nouas moliri resciuisset, domum accersitum aliquādiu in aureis habuit compedibus, priuassetq; eum vita, nisi precibus matris Artaxerxes victus, data venia, vinculis eum liberasset. Cyrus, ea iniuria adhuc magis accensus, in suam præfecturam reuersus, bellum ex pfesso in fratrem instruit, Lacedæmonijs, qui aduersus Athenienses fuerant ab eo adiuti, velut ignari in quem bellum instruerētur, publice ei auxilia miserunt, sperantes ita fore, vt apud Cyrum gratiam inirent, & si aduersa Cyri fortuna fuisset, ignorationis simulatione non defuturum veniæ patrocinium. Congressi itaq; prælio fratres, forte & manus inter se conseruerunt Artaxerxes a Cyro vulnerat⁹, celeritate equi seruatus est. Cyrus a regia cohorte circunuentus, fortiter dimicans concidit, cuius morte regnum est Artaxerxi stabilitum. Græci qui pro Cyro in acie steterant (fuerunt enim ad decem milia) egregie ea parte vicerāt, qua fuerat ab eis pugna cōserta. Verum amisso duce, ea audacia fuere, vt per impacatas gentes & Barbaras nationes, longissima itinerum spatia emensi, ad suos sint incolumes reuersi. Et hæc Trogus longiore quidem sermone. Plutarchus id bellum executus, Cunaci loco nomē fuisse ait, vbi pugnatum sit, qui sexaginta stadia a Babylone disset, ad decē stadiorū milia a mari remot⁹, vnde Cyrus cum exercitu mouerat, quadraginta hominum milia Artaxerxē in aciem eduxisse, variaq; a Dinone & Ctesia eius belli scriptoribus tradi, & in primis de morte Cyri Dinonem scripsisse ait, occiso a Cyro Artaxerxe quodam Caduſiorum duce qui fuerat illi obui⁹, mox illum ad Artaxerxē fratrē per confertos hostes irrupisse, eumq; vulnerato equo, ad terram deiecisse, suorumq; subito accursu in equum a Teribazo impositum, altero impetu a Cyro deiectum, tum factum, vt telis certatim a stipatoribus regis in Cyrum coniectis, multis ille vulneribus transfixus mortem occubuerit. Ctesias, Artaxerxe duce interfecto regem petitum a Cyro prodidit, eumq; spiculo vulneratum ad terram deiecisse, tum vero eum fublatum cum paucis in proximum se tumulum recepisse. Interim vero quum Cyrus ea parte, qua pugnabat, hostes territos cum cæde ageret, ita accidisse, vt tyara sit illi capite excussa, & iam cognitus a multis prorege adoraretur, Metrodotem vero contra hasta eius tempus secundum oculum transfixisse, ac tum demum fluuio sanguinis debilitatum præcisaq; poplitis vena concidisse. Vix eius casus a Cauno quodam regi nunciatus credi potuit. Misit vbi eius corpus iacere dicebatur, qui omnia diligentius explorarent. Ipse vero labore & æstu affectus, quum sitim amplius ferre non posset, ac parum abesset quin aquæ desiderio expiraret, a Caunorum quodam aqua illi oblata est, in sordido vtre coinquinata, quam tanta cupiditate hausit, quum octo corylæ essent, vt iureiurando affirmarit, se nunq; in vita suauius bibisse, ac tum demum

Thissaphernis consiliū.

Agesilai consiliū.

Agesilai stratagema.

Cyri iusti oris cā sus.

Altera opinio de Cyri nece.

Aqua regi oblata



demum Cyri caput delatum. Perisse eo prælio aiūt quidam ex ijs, qui cū Cyro steterāt ad nouem milia hominum, quorum sint capita Artaxerxi representata, Persarum viginti milia. Cyri interfectores magnis a rege muneribus affectos, Parysatis amborum mater alios alia fraude aggressa, exquisitissimis postea supplicijs necauit. Carem qui poplitem percuserat, decem dies varijs cruciatibus affectum, mox effossis luminib⁹, æreq; liquefacto aurib⁹ infuso, necari iussit. Metrodotem (is enim primus circa oculum vulnus infixit) duabus clausit scaphis, ita cōpactis vt caput & crura duntaxat extarent, ad solem inde obtolutum melle cibari iussit & lacte, vt inuitus etiam comesse potareq; cogeretur, fiebat eo musćarum concursus ingens, earumq; examina ora oculos & crura incessere, hæ enim partes extabant, eranq; eisdem liquoribus delibutæ, excrementa corporis, vtpote ex dulci materia, scaphis excepta vermes procreabant, quibus vestes primo, mox corpus ita est corrosum, vt nuda ossa cū stupore spectantium cernerentur. Atq; ita Metrodotes decimo die miserabili cruciatu perijt. Nouissime Manisatē Eunuchum qui iacenti Cyro caput & manū recidit in suā potestatē redactū pelle enudari iussit, ipsumq; tribus palis affixum euaricari secit, atq; per hæc percussorum supplicia Cyri manes euagati, postremo q̄euere. Fuerūt qui traderēt Clearchū a Lacedæmonijs Cyro adiutorem datum cum duodecim milibus Græcorū, ac deditione facta in Statire Artaxerxis cōiugis potestatē venisse, eiusq; iussu necatū dissipatumq; cinerē a vētis, milites cæsis ducibus a canib⁹ & volucrib⁹ laniatos. Sed Plutarchus his haud facile accedit, restatus Græcos pertam longa terrarū spatia in pacatum reduces venisse. Atq; per hæc Artaxerxes a Lacedæmonijs aliena tus, iam inde in eorum inuidiā Athenienſib⁹ classe & pecunia fauit, quoad illi nō parua ex parte pristinā gloriam receperunt. Artaxerxes regno potitus, vnam postea expeditionem in Caduſios, eāq; infeliciter egit, cum triginta milibus peditum, & mille equitib⁹ hostiū regionē ingressus, in tantā rerū oīm inciditinopiā, ob regiōis sterilitatē, vt assūptis eqs & iumētis oīb⁹, caput asini sexaginta vēderet drachmis. Teribazi opera, cū duobus eius gētis regibus composita pace, pedibus in pacatum abijt, tanta celeritate vt vrgente rerū inopia ille, qui duodecim milibus talentorū ornari cōsueuerat, oīs Persicæ luxuriæ oblitus, ad cc. stadia per ardua & abrupta loca quotie conficeret, donec se in regnum recepit. Sed de Artaxerxe hactenus. Post Thissaphernis interitum Persarum opes in Lydia, & Ionia multo maiore, q̄ antea sunt clade affectæ. Agesilaus magnis auctus successibus, late est victoriam exercut⁹. Sed que deinceps ille gessit, alio sunt a nobis loco referenda. Nunc Romanarum rerum explicatio, a Veientanę vrbis excidio, repetatur necesse est. Captis Veijs, pax est Volcis & Equis petentibus data, magis vt ciuitas longo defessa bello, aliquādo quiesceret, q̄ p ppetui Ro. nois hostes ita meriti essent. Camillus autor fuit, vt decima Veientanę prædæ quā pro victoria vouerat, Apollini persolueretur. Pontificum decreto edictum, vt quicunq; ex ea præda attigisset, se domū q; suam solueret religione, decimā partem eorum, que bello capta essent, ad donum Apollini mittendum, in pub. conferret. Auertit ea res multitudinis studium a Camillo, materiamq; postea præbuit inimicis, illius ad populum criminandi. Tribuni consulari potestate, post Veios captos fuere, duo Publij Cornelij Cossus & Scipio. M. Valerius, Fabius ambustus, Furius Medullinus, Q. Seruilius. Hi prouincias sortiti, Capenates Valerius & Seruili⁹ sunt adepti. Duo Cornelij Phalisćos. Nulli horum in oppugnādis vrbibus conatus extiterūt, sed vt riusq; populi est ager populatus neq; felix arbor fuit vspiā, que non vio lata fuerit a Romanis, que clades adeo Capenates fregit, vt pro amplissimo sint munere pacem complexi. Reliqui erant hostes Phalisci, quum Rome agitari cœptum, vt colonia ex patribus & plebe Veios mitteretur, T. Sicinius Tribu. ple. eius rogationis ad populum ferendæ erat autor. Resistere patres summa ope, restariq; rem Romano nomini perniciosam moueri, vix vnam ciuitatem a perpetua discordia vindicari posse, quid si duo velut populi, duæq; vrbes locis & mœnibus inter se distantes, fierent? futurum, vt paulo post Ro. populus, velut ex duabus diuersis arcibus in se hostiliter concurreret. Sæuire ob hæc multitudo, sed multo magis decimarum dolor inhærere, ad quam inuidiam eximendam, Pontifices Camillo iussu patrū adhibito, omnem Veientanam prædam cum musćris & agro æstimarunt, quanti. s. incolumes adhuc Veij æstimari potuissent, tantumq; est pecuniarū ex publico depromptum, vt decimam rerum omnium partem exæquaret. Interea noua cura incesserat, vnde tantum auri ex ea pecunia pararetur, vt satis esse posset, ad donum Apollini conflandum. Matronæ sua sponte quicquid auri in ornatum habuere, ad sacri muneris vsum in medium contulere, pro qua opportuna munificentia est eis datū, vt plaustro ad sacra ludosq; veherentur, festis vero diebus ac profestis, carpēto alioqui vti possent, pecuniæ nihil o secius pro auro singulis date. Hæc Liuius. Plutarchus non carpenti vsum, sed vt in funere mulieres laudarentur, datum scribit, quum ad id tempus honor ille viris solum dari esset solitus. Aureus crater conflatus, qui Delphos portaretur. Sequens annus consulari potestate Tribu. habuit. M. Furium Camillum, Furium Medullinum, Claudium Aemylium, Valerium Publicolam, Sp. Posthumium, & P. Cornelium Phalisćum. Bellum Camillo euenit, ad cuius aduentum Phalisci locorum asperitate fraeti, mille passus ab vrbe castra locant. Camillus castris multa nocte motis duce regionum peritissimo vsus, prima luce loco aliquanto superiore, sese hostibus ostendit. Quæ res inopinata tantum Phalisćis pauorem iniecit, vt precipites, & cum multa strage rerum in vrbem abierint. Romanus hostium castris potit⁹, prædam omnem in publicum redegit. Indignari miles se p̄da. fraudari, mirari tamē ipsius ducis virtutē. Obsideri inde Phalisci cœpti sunt, fuissetq; obsidio illa nihilo veientana breuior cum omnibus ad tolerādam obsidionem abundarent hostes, frumento, armis, iuuentute, situ vrbis natura & opere munitissimo fortuna & ipsa imperatoris virtus, breuem ad victoriam viam inuenere, eruditebat tum Phalisćorum liberos, veteri Græcorum instituto, literator quidam, siue ille eruditione præcellebat, vt Liuio placuisse video, qui principum tantum filios proditos fuisse ait. Consueuerat is, quum omnia circa pacata essent, puerorum cœtum ante vrbem, lusu & ambulatione exercere, quo more nihil post illatum bellum remisso, pueros longo sermone procul ab vrbe ductos, ad stationes vsq; hostium incautos traxit. Inde ad ducis tabernaculum per ductus, Phalisćos inquit tibi tradimus, Romane imperator, nam pueri, quos ad teperduxi, principum sunt filij, in quorum potestate res Phalisca est. Quæ vbi Camillus audiuit, Neq; ad imperatorem

Pœna percussorū Cyri.

Caduſiana expeditio.

Fames in audita.

Decimas prędę Apollini datus.

Veios an migrandum.

Aestimatio Veiorum.

Matronarū libera litas.

Tri. cōs. po.

Produntur Phalisćorū liberi.

peratorē ait tui similē neq; populū, sceleſtus ipſe cū ſceleſto munere veniſti, ſunt certe belli ſicut pacis iura, que nos Romani non minus iuſte quā fortiter, colere dedicimus: Arma quidem gerimus, ſed non aduerſus eam ætatē, cui captis vrbibus parcit. Patres bello perſequimur qui iniuſta aduerſus nos arma induerūt, eos tu quantū in te fuit nouo ſcelere vicisti, ego Romanis artibus, virtute, opere, armis malo vincere. Denudatum inde manibuſq; a tergo reuinctis, pueris in vrbem reducendum tradidit. Additæ & virgæ, quibus ꝓditorem verberātes domū agerēt, q; vbi vrbem ſunt ingreſſi, factus eſt ad id ſpectaculum populi concurſus ingēs, mutatiſq; repente animis, qui Veientanum nuper excidium maluiſſent q̄m Capenatium pacem, ſubito ad deditionē inclinant. Legati qui vrbem dederent ad Camillum primo, inde ab eo Romā miſſi. Hi vbi in curiam venere, ita locuti dicuntur. Victoria patres conſcripti, cui neq; Deus neq; mortalium quiſq; inuideat, a vobis veſtroq; imperatore parta eſt. Victi nos vrbemq; noſtram dedimus, ſatius ſub veſtro imperio, q̄m noſtris legibus victuri: duo quidem ſalutaria peperit hoc bellum mortalibus exempla, q̄ vos Romani potiorem fidem ī armis, q̄m victoriam habuiſtis, nos veſtra virtute prouocati, vt victoriam detulimus, ite & quādo Phaliſci ſub veſtra ditione ſunt mittite, qui arma, obſides, qui vrbem patentibus portis accipiant. ſatis certi ſumus nunquā fore, vt aut vos noſtræ fidei, aut veſtri imperij Phaliſcos pœniteat. Et Phaliſci in hūc modū dediti dicuntur. Camillus imperata in ſtipēdium eius anni pecunia deditis, triumphans Romam reuerſus eſt, multo adhuc maiore virtutis admiratione, quā quum de Veijs triumphauit. L. Valerius, Au. Manlius, & L. Sergius qui aureum craterem Delphos deferebant, a Liparenſium piratis, circa Siculum fretum intercepti, Liparas ꝓducti ſunt. Gerebat tum Thimaſitheus ſummum in ea inſula magiſtratum. Is quum aurum (erat enim octo talē torum crater) velut publico lotrocinio quæſitum, ex æquo Liparenſibus de more diuidi oporteret, vir Romanis quā ſuis ſimilior, multo religionis metu multitudini prius iniecto autor extitit, vt legati cum dono Apollini deſtinato mitterētur. Adgati cum Delphos deferebant, a Liparenſium piratis, circa Siculum fretum intercepti, Liparas ꝓducti ſunt. didit & naues que Romanis eūtibus p̄ſidio eſſent, quo factum vt legatis Romam reuerſis ſocietas ſit cum Liparenſibus inita, donaq; Thimaſitheo miſſa. Cum Equorū gente eodē anno, Sp. Poſthumi⁹, & Aemyli⁹ Tri. Militum prius dubio eūtu pugnarunt, mox altero prælio fuſis hoſtibus, Aemilio ad Verruginis præſidium relicto, Poſthumius hoſtiū fines cum exercitu ingreſſus late omnia populari, ſed quum recenti victoria ferox negligētius, vt fit ageret agmen, ſubito hoſtium incurſu in propinquos colles cū toto exercitu eſt cōpulſus. Ibi caſtigata militum ignauia, q̄ ab eo hoſte quē illi ipſis die⁹ leui prælio fudiſſent, ipſi turpiter fuſi eſſent, tantum pro concione ſtantibus iniecit pudorē, vt confeſtim exclamatum ſit, vt ad hoſtium caſtra ducerentur que in plano erant, nullū ſe ſuppliciū recuſaturos, ſi prius inde abſcederent, quā ea vi cepiſſent. Laudata ſuorū ferocia, iubet Poſthumi⁹ eos curare corpa, & vt quarta vigilia circa ſigna frequētes adſint. Inſederant hoſtes viam, quę Verruginē ducebat, veriti ne fuga Ro. territus euaderet. Ibi per noctem quia luna pernox erat, magno ardore animorum eſt vtrinq; dimicatum. Audiuere clamorē qui Verrugini erant, rati Romana caſtra oppugnari, Aemylio nequicq; reuocante, minaſq; precibus miſcente conſternato agmine Tuſculū cōceſſerūt.

Rumor inde Romā perlatus, delectum eſſe in Equis Romanorum exercitum. Tenuit certamen noctu initum ad lucem vſq; tum Poſthumius promiſſa a militibus repetens, tantum precibus & hortatione dimicantibus virium iniecit, vt non vltra Romana acies ab hoſte ſuſtineri potuerit, fuſi ſunt ac paſſim cæſi hoſtes, ſicq; haud multo poſtq̄ ciuitas ſolicitis fuerat nuncijs in nouæ cladis expectationem excita, Laureatæ a Poſthumio literæ victoriæ indices Romam ſunt allatæ. Sequenti anno quum plebs rogationis agrariæ autores eoſdem Tribunos refeciſſet, patres & ipſi in plebis inuidiam, vt conſules magiſtratus ipſi ordini inuiſus crearētur, enixe curauerunt, atq; ita quintodecimo poſtq̄ Cōſules creari deſierant anno, L. Lucretius Flauius, & Sulpitius Camerinus conſules creati ſunt. Lucretius in Equos profectus, qui Viteliam coloniā in ſuo agro expugnauerant hoſtes prelio congreſſos egregie ſuperauit. Romæ Aulus Vergīnius, & Q. Pomponius qui biennio ante fuerant Tribuni militum, iratæ multitudini ſunt a Trib. Pl. obiecti, quia patribus gratificantes tribunitiæ rogationi acriūs reſtitiſſent, Senatu & conſulibus fruſtra opē ferētibus, denis milibus æris ambo damnati ſunt. Huiuſmodi victoria Tribuni plebis elati, diem indicunt ferendæ legi, coloniæ Veios mittende. Tū Camillo autore Senatus cum vniuerſa nobilitate ſuis tribubus mixti cum lachrymis orare, ne veterē patriam augurio conditam, omnium circa populorum victricem, in qua tot templa, tot deorum aræ eſſent, in qua cineres & vmbræ maiorū ſepulti, relinqui paterentur, vrbem nuper captam, diruta, deorūq; & hominū conſenſu damnatā ſecuti, quid enim magis impium fieri poſſe crederēt, quā populum Romanum exulem, & extorrem a patrio ſolo, a dijs penantibus in hoſtilem vrbem agere, eoq; rē adducere, vt melius fuiſſet nō capi Veios? Nec ĩcaſſum tot virorū nobiliū p̄ces, & lachrymæ effuſæ. Trib⁹ī ſuffragia miſſæ plures leges antiquarunt. Fuit ea res adeo patribus grata, vt poſtero die factum ſit ſenatuſconſultum, vt Veientani agri ſe ptena iugera plebi diuiderentur, nec vt patrum familiæ tantum, ſed filiorum etiam ratio haberetur, vellētq; in eam ſpem ciues liberos tollere. Creati deinde conſules L. Valerius Potitus, & M. Mālius cui poſtea Capitolino cognomen fuit. Hoc anno magni ludi facti ſunt, qui fuerant Veientano bello voti, & ædes Iunonis a Camillo eodem bello vota magna matronarum frequentia dedicata eſt: In Algido quoq; a conſulibus Equi prelio victi ſunt. Valerioq; triumphus decretus, qui hoſtibus terrore perculſis diutius cędendo inſtitiſſet. Manlio vt ouans vrbem ingrederetur datum. Bellum Volſinienſibus & Salapinatibus indictum, ꝓ iunctis exercitibus in Romanum agrum ciuitate morbo implicita, hoſtiliter irrupiſſent, & M. Cornelius eodē anno in C. Iulij cenſoris demortui locū ſuffect⁹ eſt Id quia eo luſtro Roma a Gallis poſtea capta eſt religioni fuit, vt iam inde in demortui cenſoris locū quiſq; ſufficeretur. Conſulibus morbo implicitis, fuerat enim nimia ficcitate atq; inſolito æſtu annus ille Romanæ vrbi peſtilens, per interregē Tribuni cōſulari poteſtate creati, L. Lucretius, Seruius Sulpitius, M. Aemylius, L. Furius, Claudius Aemylius, & Furius Agrippa. Quorum Lucretius & Aemylius Volſinienſem ſunt prouinciam ſortiti. Salapinatem Furius Agrippa & Sulpitius: cum Volſinienſibus leui prælio debellatum, ad octo milia hoſtium a Romano equitatu intercluſa, abiectis armis deditionē fecere. Romana deinceps arma per Volſinienſem

Ro. victoria

Lę laureatę.

Cōſules.

Cōſules Iunonis ædes.

Volſiniē ſes. Salapinates.

Tri. cōſ. por.



Volſinienſem agrum libere euagata, quo ad hoſtibus multiplici clade affectis pacē ſuppliciter petētibus in viginti annos ſunt induciæ datæ, his conditionibus, vt rebus Romano populo redditis, ſti pendium militibus anni illius exhiberent. Salapinates ab initio ſe intra mœnia tenuerunt, territi Volſinienſium clade. Fœdatus eorum ager. Nihil præterea in ea prouincia dignum memoria fieri cōtigit. Hæc anno illo foris geſta. Romæ, M. Cedit⁹ plebeius homo tribunorum collegio cōſulari poteſtate renunciauit ſe noua via ſupra ædem Veſtæ, vbi facellum poſtea fuit, ſilentio noctis vocem humana clariorem audiuiſſe, quæ iubere magiſtratibus nunciari Gallos aduentare. Autoris humilitas effecit, vt ſpreto oraculo, ipſe autor ludibrio ſit habitus, neq; etiam Galli adhuc qui hominū eſſent, ſatis erant Romanis noti. Cæterum ingruentibus fatis, non ſolum non res credita eſt, ſed Camillus quem Romanus populus imminenti tempeſtati tuto obijcere potuiſſet, a L. Apuleio tribuno plebis, ob Veientanam prædam (dicebatur em æneas portas domi habere, quas inde compilaſſet) in iudicium arreptus, quum nihil præſidij contra vim Tribunitiam ſibi in ciuibus eſſe cerneret, vltro in exilium abijt deos precatus, vt ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, non multo poſt ſui deſiderium ingratæ ciuitati faceret, abſens quindecim milibus grauis æris eſt damnatus. Nec ita multo poſt, quaſi ei⁹ preces cœlo auditæ eſſent, a Gallis Roma capta eſt, quæ res in primis memorabilis quartæ dabit Raſodiæ huius enneadi exordium. Fuerunt his temporibus interiecti viri ingenio clari, Euripides & Sophocles Athenis ambo geniti, cothurnoq; inſignes. Obijt diem Sophocles per id tempus, quo Lyſander Lacedæmonius Athenas obſidione preſſit. Ferunt illum per quietem a quodam dæmone monitum, vt veniam vati ſuo daret, patereturq; illius funus celebrari, qui vbi Sophoclem Tragicū extinctum indicio comperit, tam diu Athenienſibus inducias vltro dedit quoad extra vrbē patrio more ſit ille funeratus. Euripides in Macedonia periit quum apud Archelaum eſſet, Arbei vatis fraude a canibus diſcerptus traditur, alij a mulieribus, quum ad Craterum regi chariſſimum intempeſta nocte tenderet. Cœpit per id tempus & Iſocrates cognoſci, quem in rhetorica arte præcipiendo Ariſtoteles poſtea ambitioſe eſt æmulatus. nota illius vox turpe videri Ariſtotelem ſilere, Iſocrate loquente. Democriti obitus, & Socratis damnatio in hæc tempora a nonnullis reijciuntur. Regnabat per id tempus in Perſis Artaxerxes. In Macedonia Orestes, Archelaus, Pauſanias & Amynthas, vnus poſt alium pauciſſimis annis regnum tenuerunt.

FINIS ENNEADIS III.

Vox nūcia aduētus Gallorum.

Camilli exilium.

Viri illuſtres.

# LIBER I.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, IN ENNEADEM QVARTAM PRAEFATIO.

OLIM tarunt pleræq; gentes Romana arma, nō nullæ etiam diu exercuerunt: Soli omnium Galli feroci & inuicto alioqui populo, ſupra quam dici poſſit, terribiles extitere. Id natura gentis in ferrū ꝓceps, an caſus captę Vrbis fecerit, haud facile dixerim. poſt captam vrbem, quod ſatis conſtat, ad omnes Gallorum motus, non Romæ ſolum vt in cæteris bellis, ſed tota etiam Italia ſemp eſt tumultuatum: habuiſſeq; Romani dicuntur, quum iam eorum opes longe lateq; pollerent, aurum in hos bellorum caſus ſanctius repoſitum: & in militaribus vacationibus dandis: ſemper Gallici tumult⁹ excipi conſueuerunt. Nec vanus talis metus, cum nulla vnquam gente Romanus populus intra extraq; Italiam, maiore hominū ſtrage, maioribuſq; ducum & exercituum periculis bellauit. Tradunt Romanarum rerum ſcriptores quidam, centū Gallorum milia aliquando vna acie cæſa, quo appareret indomita bello ingenia, ſcire tantum vincere, aut mori. Nulla itaq; gens Italiæ formidoloſior, nulla maiores ipſi terræ intulit clades. Certarunt Romani cum finitimis populis de principatu, cū Carthaginienſibus de imperio, cum Gallis de vita ſemper quoad nouiſſimis temporibus a C. Cæſare qui poſtea dictator fuit, multis cladibus fracti, iungum accepere. Quo ſæpius deinceps excuſſo factū eſt, vt Auguſto principe alijſq; Cæſaribus, q poſt illum ſunt rerum potiti, crebro in ſe Romana arma irritarint. Fuerantq; illi rales. Cæterum nullus ab initio hoſtis Romanis contemptior, credo quia nō dum notus, nam & oraculo denuntiatum bellum nihil terrori fuit, & legati in Hetruriam miſſi, contra ius gentium in eos per contemptum dimicare ſunt auſi: Qua iniuria accidit, vt Cluſina obſidione omiſſa: paucis diebus Romam occuparint: de qua re priuſ quam nouus inſtituatur ſermo, de Gallorum ſitu, & eius gentis moribus breuiſſima præcurret explicatio.

Galli præter cæteras gētes Rōanis formidoloſi.

## EIVSDEM ENNEADIS QVARTAE LIBER PRIMVS.

Galliarū ſitus.

PATET Tranſalpina Gallia (fuit enim altera citra alpes quæ hodie Italiæ finibus continetur) inter Gallicum mare internum & Oceanum, a Rheno & alpibus ad Pyreneos mōtes extenſa. Poſſidonius mill⁹ tribus ſtadiorum milibus inter vtrunq; mare patere arbitratus eſt. Pyreneis iugis ad occaſum includitur, ad Septentrionem & Boream Gallico Britannicoq; oceano, ad Orientē ſolem Rhenus illi paribus pene ſpatijs, ex Alpibus in Oceanum, quibus Pyreneum iugum ex interno mari ad externum procurrit. Qua meridiē ſpectat Narbonenſe illi prætenditur pelagus. Circuitus terræ huius a nullo (quod ſciam) diſerte ponitur.

Galliarũ diuisio. Comata. Brachata

Pluresq; totũ hoc in duas Gallias partiri, Iura & Gebẽna mõtibus ireiectis, q̃ ad Oceanũ obuersa est, a cultu credo capillorũ Comatã dixere: australẽ a gẽtili habitu Brachatã. Huius lõgitudo ab Aphrodisio, qui in Pyrenei parte fluit, ad Varum flu. CCLXXVII. miliũ passuũ prodit a quibusdã, latitudo dimidio & amplius minor. CC. & XXV. miliũ totius terræ ambitus. Comatæ spatiũ a Rheno ad Pyreneũ Agrippa. CCCCXX. milibus dimensus est, a Brachatæ finibus ad Oceanũ. CCCXIII. Trãquillus tricies & bis centũ milibus passuũ ambarũ circuitũ patere arbitratus est. Sed is Rhodano Narbonensem nõ interno pelago terminat, quo fit, vt pro certo eã mensurã ponere nõ sim ausus. Sequit & alia partitio qua Comata in tria abijt portiones gña, nobilibus inter se distincta fluminib⁹, vt a Scalde ad Sequanã Belgica sit dicta. mox Celtica, ab eo ad Garunnã, q̃ eadẽ est & Lugdunẽsis, inde ad Pyrenei excursum Aquitanica, olim Aremorica vocitata. Nec multũ ab hac qua sum vsus, Promemœus diuersam posuit partitionẽ, q̃ omnẽ Celtarũ terrã in Aquitanicã diuisit, Lugdunẽsem, Belgicã, & Narbonẽsem. Celtæ a Græcis Galli nuncupant a Celto, vt Appianus credidit Polyphemi filio. Cæsar Dictator ois Gallicicas gentes lingua, legibus, & institutis inter se differre autor est, multa tñ multis cõmunia, vt factiones exercere, q̃ non solum in ciuitatibus & pagis, sed in singulis pene familijs vulgo reperiant, vt q̃ ingenio & opibus polleant inter se de principatu contendãt, vt cũcta suo potius quã alterius arbitrio fiant, qđ vt gentile ita vetus esse, nec temere institutũ vult videri, vt tuta plebs esset a potẽtiorũ iniuria, nusquã gentiũ plebs alioqui contẽptior, quippe q̃ olim seruitij pene loco haberẽt, ois publici cõsilij expers, plericq; tributor⁹, aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo soliti se nobilioribus addicere, vt a cæterorũ iniuria tutiores essent, oĩa in eos iura, vt in seruos habituris. Duo hoĩm genera in præcipuo honore esse, equites & Druides. Alij Bardos & Vates Druidibus adijciunt. Quorũ hi naturaliũ rerũ causis deditj essent inuestigandis, illi laudationibus & poeticis rebus, Cæsar vno nõe omnes Druidas vocat. Hi sacrificia curare publica & priuata, religiones interpretari, adolescẽtes disciplinis instituere, quorum cœtibus præcipue venerari. Iidem de cæde, de finibus, cæterisq; cõtrouersijs cognoscere, pœnas constituere. Siquis siue publicã, siue priuatã personã gerens decreto nõ stetisset, sacrificijs interdicere, quæ pœna fit in gente aĩa duersio. Druides oĩm hoĩm congressum & sermonẽ declinare, ne contagione pollurent, his petẽtibus neq; ius dici cuiq; potuit, neq; honos vllus public⁹ cõmunicari. Vn⁹ omnibus præesse, cui invniuersum ordinẽ summa erat potestas. In huius defuncti velut antistitis locũ alius suffragio surrogabat. cogebat horũ concilium certo anni tempore in Carnutũ finibus. Est is locus Galliarũ fere medius, cõtrouersiasq; ex vniuersa gente eo delatas suo cõponebat decreto. Vulgo postea receptũ id institutũ, sed ex Britannia trãslatitiũ. A bellicis rebus Druides aberant, neq; ad tributũ cogebant, multa milia versuum ediscere necesse erat, q̃ tali se disciplina tradidissent, itavt plerisq; annos. XX. in ea comparanda morarent: neq; fas erat quippiã ad eam cognitionẽ pertinẽs literis commendare, q̃ ad memoriæ cultum, & scientiæ autoritatẽ putabatur pertinere: in cæteris Græcæ ea tempestate literæ Gallis in vsu fuere. Credere illi animas non interire, sed in alia transire corpora, atq; metu mortis ita sublato audaciores in periculis fieri. multa de sideribus disputabant, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, & deorum potestate. Mundum ipsum æternum, ignem & aquam vicissim præualere. Alterum genus equites. Hi cæterorum ordinum religiosissimi, verum graui morbo affecti, aut in periculis constituti pro salute humanam hostiam mactabant, Druidum ministerio adiuti. Alij simulachra habebãt immani magnitudine viminibus contexta, eaque viuis corporibus plena circuniecto igni absumebantur. Supplicia eorum qui latrocinij alterius ve noxæ cõuicti essent, Dijs gratissima arbitrari. Mercurius in præcipua veneratione esse, quem omnium artium inuentorem prædicabant, viarum & itinerum ducem, & ad quæstum faciendum plurimum prodesse. Marti in pugnam ituri quicquid cepissent prouisoria vouebant, visebanturq; ob eam rem in plerisq; Galliæ vrbibus ingentes tumuli bellicis spolijs constructi, si quis ex præda aliquid fraudasset graui supplicio id scelus vindicabant. Se ex Dite procreatos persuasum habuere, ob idq; initium festorum dierum ab ea nocte capere, quæ festam lucem præcessisset, rati noctem illi sacram esse. Liberos ad conspectum suum, non prius venire patiebantur, quam per ætatem adoleuissent, vt militaria iam obire possent munia, turpissimum arbitrãtes filium adhuc puerum patri assistere. Viri quantas ab vxore pecunias dotis nomine accepissent, tãtumdẽ domesticarum fortunarum æqua æstimatione cum dote coferre. Quidquid inde fructuum perciperetur id diligenter asseruari, eiusq; esse qui superstes alteri fuisset. Viri in vxores sicut in liberos vitæ & necis potestatem habuere, si qua venefi cij conuicta esset a propinquis mariti igni sæuisq; cruciatibus necari. In funere omnia quæ viuis charissima fuissent, cremare cum defunctis, animalia etiam ipsa. Nec multum antea quam C. Cæsar eam terram debellasset clientes & seruitia funebri rogo inferebantur. Ciuitates quæ optime institutæ erãt, hæc habuisse dicuntur. Si quis de repu. a finitimis fama compertum haberet, id ad magistratus deferebat, quædam suo arbitrio occultare, cætera pro cõcione palam facere. De repu. nisi in publicis concilijs loqui nemini licebat. Qui in conciliumvltim? veniebat necabatur. Qui tumultuatus esset tantũ vestium publicus minister ei recidebat, vt reliquæ vestis partes inutiles redderentur. Hirsutis sagulis vulgo vti scisso pro tunica amictu, qui vix nates tegeret dimidias. Comas studio nutriebãt, corpora genti proceriora & vulgo candida, prælongi itaq; gladij demissiq; in vsu esse, hastas alij, alij iaculum in prælium ferre, arcubus vti nonnulli, nec adeo multi, paucissimi fundis aut fuste. Humi vulgo corpora ad quietem sternere. Strabonis ætate stramentis sedentes cœnitabant. Lacte & suilla carne vescuntur. Sues in ea gente proceritate eximia agrestiq; feritate, vt non minus quam ab luporum incursu ignotis ab earum gregibus immineat periculum. Domicilia ex plutæis & cratibus in testudinis speciem. Ferox omnibus ingenium, ingenita simplicitas, plus virium quam consilij in bella afferunt, maius bellorum quam agri studium. Gẽstile & vetus aureos torques ex collo suspendere. Mira fœminarum fœcunditas, vt. CCC. & ampli⁹ armatorum milia gens vna Belgica ad bellũ olim mitteret. Nec illud recẽs manibus & lacertis armillas inducere. Vestes auro pictas gestare. Victoria supra quam dici possit lætavincentibus. Victis stupor. Humana capita ex equinis ceruicibus suspendere ex prælio reuersi. Cæterum Romanorum cõmercio

Dirus sacrificãdi ritus.

Ciuiles. Gallorũ mores.

Gallorũ ordines.

Druidũ autoritas

Carnutes.

Disciplina Druidum.



mercio multa mutari cõtigit, tempus inde omnia in meli⁹ vertit. Ex ipsa itaq; terra numerosi sæpe exercitus, alpiũ asperitate domita, in circũpadanos sese fuderunt campos, quo cõtigit, vt quicquid terræ inter Apœninũ & Alpes iacet, vsq; ad Adriam, pter Venetũ latus, ab ipsius gentis incolatu, postea Cisalpina sit Gallia nuncupata. Eam terrã Tusci & circa Apœninũ Vmbri olim tenuerunt. Padus medium pene regionẽ irrigat, in gremio Vesuli montis ortus, in quẽ nobilissimi Italiæ lacus exonerant Verbanus, Larius, Sebinus, Eupolis, & Benacus. Ex his Ticinus, Abdua, Ollius, Lambrus & Mincius, oẽs Padi accolæ. Ipse septẽ ostijs in Adriã euoluitur. Exprimit regio tota theatralẽ formã, Alpib⁹ & Apœninovelut in cornua reductis, cui p̃ scæna sit Adria. Ex Celtica, q̃ ad comatã pertinet, Gallorũ primi, vt Liuius existimat, Bellouesо duce Alpes transcẽdere. Accidit forte, vt per id tẽpus, quo Priscus Tarquinius Romæ regnũ obtinebat, tam frequẽs & populosa fuerit Gallia, vt abundãs multitudo vix regi posse videret, ad quã sua mole exonerãdam, Ambigatus q̃ tũ late regnũ in ea terra obtinebat, duos fororis filios Bellouesum & Sigouesum cũ magnis exercitibus nouas sibi terras q̃rere iussit: illi, quincias inter se partiti, Hercinios saltus Sigouesus sortitus est, Bellouesus Italiã. Is Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes & Aulercos secum traxit. Tot ferox dux gentibus septus, quum ad Alpes veniisset, velut religione iniecta, cp̃ videret iuga mõtium æquata cœlo, & ad id tempus nulli peruia, præterquã Herculi, si vera sunt quæ de eo feruntur, consilium captare cœpit, quonam modo in alium velut orbem cum tam numeroso transcenderet exercitu: ibi fama asfertur aduenas quærentes agrum ab Saluiorum gente oppugnari. Erant hi Massilienses ex Phocide nauibus profecti, id omen Galli ad suam fortunam pertinere rati, Græcis enixe opitulantur, vt locum in quem primum egressi essent, obtinerent, ibi postea ab eadem gente Massilia posita est. Galli per Taurinos saltusq; Iuliæ alpis in Italiam trãsgressi, Tuscis haud procul Ticino amne prælio fusis, in eo quo victores consederant loco, vrbem cõdidere omen secuti, cp̃ agrum Insubrium appellari senserant, quo Pagum nomine Hedui qui in Bellouesi comitatu erant, in Gallia tenuissent, vrbem ipsam Mediolanum dixere, ob id credo, cp̃ Aulerci, qui & ipsi eius expeditionis socij fuerant, vrbẽ eodem nomine in Belgica habuerunt. Secuti inde diuerso tempore alij post alios, Cenomani, Libui: Saluij, Boij, Ligures, iterum Senones, aliæq; ferocissimæ gentes, vt iam præter Venetos, qui amœnissimum Italiæ latus incolunt, quicquid terræ inter Alpes & Padũ late patet, Transalpinæ gentes obtinerent. Polybius Venetos Adriæ accolas, etsi Paphlagonum esse gentem non ignorat, moribus tamen & ornatu corporis Venetis Gallis oceani accolis videri sibi ait perquam similes. Ego totam hanc oram Vmbrorum ab initio fuisse crediderim quum propter illud, cp̃ gens ipsa omnium quæ in Italia sunt a Græcis antiquissima existimatur, tum quia. CCC. illorum oppida Tusci debellasse dicuntur. Cæterum quicunq; mortalium ab initio eam terram tenuerunt, satis constat, citravltraq; padum Tuscos & cum his Vmbrorum gentem, a Gallis ea tempestate eiectam, qui tantum telluris adepti, vt abundevictum suppeditaret, diu se intra Apœnini iuga tenuerũt, vicatim, vt idem autor scribit, habitantes, simpliciore victu contenti, carnibus vesci, substrato gramine accumbentes, magis rei bellicæ, quam agricul turæ studiosi, liberalium artium disciplinas vulgo aspernati, auro, req; pecuaria diuitias ostentantes, maximum gentis studium in amicitijs comparandis, ita quisq; inter suos populares præcipua pollebat autoritate, qui multa præditus esset factione. Talisq; tum fuit eius gẽtis cultus, & in primis Senonũ, qui ab Vsente fluuio ad Athesim fines habuere. Iidem primi omnium Apœnino superato, Clusium Tuscorum vrbem oppugnare sunt adorti. Fama est, eam gentẽ a Clusino Arunte ad id bellum allectam. Is Lucumoniratus, cp̃ vxorem suam corrupisset, eam iniuriam quum in adolescentem opibus præpotentem vlcisci non posset ad Gallo⁹ opes confugit, quosvt facilius ad id bellum concitaret, fruges indigenas Hetruriæ secum attulit, vinum id fuisse ferunt, & & aridas ficus. Exciti ne tum Galli sint ex togata Gallia, an ex Transalpina illa, dubiũ videri potest. Vixego priuatæ fortunæ cuiquam per Alpes iter & ignota loca patuisse crediderim ad Trãsalpinos Gallos, cum qua gente nulla erant adhuc nostris hominibus commercia. Nec tã procul accersendi fuissent hostes, quum alij plericq; eiusdem gẽtis populi, circa padũ late regionem incolerent, qui non minus sdonei vltores, locorum vicinitate, quam illi, qui trans Alpes accersebantur, esse potuissent. Sed vndecunq; tum Senones profecti sunt, etenim ducentesimo ferme anno post eos qui cum Bellouesо Alpes transierant, omnium recentissimi in Cisalpinam Galliam venisse traduntur. Hi subito Clusium bello adorti, late agrum populantur. Clusini periculo rei perculsi, etsi nullam cũ Romanis ad id tempus societatem habebant, Romam tamẽ legatos ad auxilia contra Barbaros petenda, confestim mittũt, nullum suum in Romanos beneficiũ allegantes, nisi cp̃ veientes consanguineos suos aduersus Ro. po. nullis opibus iuuissent. auxilia negata sunt, missi tñ tres legati, M. Fabij ambusti filij. Plutarchus tris ex Fabia gente missos ait, in quib⁹ fuerit, Q. Fabius Ambustus. Hi senatus & Po. Ro. nomine cum Gallis egerunt, ne socios & amicos Romanorũ, a quibus ipsi nulla prius essent iniuria affecti, oppugnarent. Oportere Romanos, nisi armis absisterẽt, Clusinos ex fœdere tueri. Cæterum male Gallos nouam gentẽ pace quã armis sibi cognitũ iri ad ea Galli respondisse dicuntur, se tum primũ Romanũ nomẽ audiuisse, fortes tamen viros credere ad quorũ opes Clusini confugissent: & quoniã legatione potius quã armis, secum ab initio egissent, se pacem quæ offerretur, nõ aspernari, si parte agri, quem latius Clusini possiderent quã colerent, egentibus Gallis cederent, alioqui pacẽ impetrari non posse. Ibiq; corã Romanis sibi responderi postulãt, vt si æqua negarent, ipsis spectãtibus in hostẽ dimicarent, vt domũ reuersi suis renunciarent, quantũ Galli bellica virtute cæteros mortales anteirent. Romani insolenti ostẽtatione offensi a Gallis quærunt, ecquidnã rei in Hetruria esset Gallis, quum in armis se ius ferre ferociter respondissent, omniaq; virorum fortium esse, accensis vtrinq; animis ad arma discurritur, mox certamine iniecto legati, qui ex vrbe venerãt, vt & ipsi quid Romana virtus valeret in armis corã ostenderent, aduerso patriæ fato contra ius gentiũ in Gallos arma capiunt. Ante Hetruscorũ signa tres Fabij ferocissimi iuuenes pugnam ciere, quorũ Q. Fabius extra aciẽ equo vectus Gallo⁹ ducẽ insigniter pugnantẽ adortus hasta transfixit, inde quũ facentis spolia legeret, forte agnitus, Gallos iusta in Romanos accẽdit ira. It fama totis castris Romanos,

Padi ortus.

Primus Gallorũ transitus in Italiã. Ambigatus.

Massiliẽses.

Mediolanum.

Veneti.

Senonũ fines.

Ab Arũte accersiti Senones.

Clusini.

A Ro. auxiliũ petunt.

Legatio Rom. ad Gallos.

violato iure gentiū, in se arma induisse: a multis cō clamatū, vt cōfestim soluta obsidione, Romā ire-
Gallorū postula-ta. rent. Vicit tamē seniorū sententia, vt Romā mitterent, qui legatos ad supplicū depoſcerēt. Aequa Galli postularē, sed plus apud patres nobilitatis ābitio, q̄ æqtas valuit. Verū ne qua inuidia senatū ex ea re in posterū maneret, placuit Gallorum postulata ad populū deferri. Plebs & ipa ambitiōe corrupta, nō mōdo nō dedendos censuit, sed in sequentē annū Fabios iuris violatores cōsulari poteſtate Tribunos creauit. Qua cōtumelia Galli instructi, bellū propalā minitantes ad suos abiere. cū tribus Fa-
Trib. cō. por. bijs creati sunt Tribuni, Q. Sulpitius longus, Q. Seruilius, P. Seruilius Maluginenſis. Erat tñ summa rei penes Fabios, quorum temeritate bellū erat contractū. Cæterū nihilo accuratiore delectu vſi, quā ſi a finitimorū populorū aliquo bellū intenderētur, famā formidoloſi hoſtis apud multitudinē eleuabant, & qd̄ fatali neceſſitate accidiſſe videri poteſt, ne Dictator quidē imminenti eſt periculo obiectus, ſæpius in minore rerū expectatione dici ſolitus. Galli poſtq̄ ex vrbe Roma renunciarunt, non ſolū reos nō reddi, ſed ipſos etiā autores iniuriæ duces ad bellū creatos, ira acceſi, cuius gens ipſa impatiens eſt, reuulſis ſignis in Romanos oēm vim belli auertūt. Cōſternatæ vrbes quacunq̄ irēt ad arma cōcurrūt. Cōtra illi denunciāt Romā ſe pe-
Galli ad vrbē ac-cedunt. tere. Cluſini primi oīm id Romā nunciarūt, mox ex alijs quoq̄ vrbibus trepidiſſimi nūcij, alij ſuper alios, Barbaros oīa late proſternentes, ad vrbē tumultuoſe accedere. Tanta fuit hoſtiū celeritas, vt vix ad vndecimum lapidem iri obuiam poſſent. Huc Tribuni cū tumultuario exercitu (ad quadraginta armatorum milia fuiſſe dicuntur) profecti, hoſtem circa Aliam, omnia late vaſtantem offen-
Alia flu. dunt. Labitur is fluuius ex Cruſtuminijs montib⁹ nec multo infra viam Tyberi miſcetur, ibi Romani duces, neq̄ militari conſilio, neq̄ diuina opeVſi, loco nondum caſtris capto, vt eſſet, quo ſe miles a trepidatione reciperet, aciem temere inſtruunt, cornibus adeo late extenſis, ne ab hoſte circunueniri poſſent, vt vix ordines ipſi inter ſe circa medium cohærerent. Fuit forte dexter tumulus, quem ſub ſidio inſideri placuit. Complebant interim Galli omnia clamoribus horrendoq̄, vt mos eſt gentis,
Brennus vlulatu. Brennus hoſtium regulus conſpicatus Romanorum paucitatem, inſidias primo timuit, velut de induſtria tam pauci in cōſpectum veniſſent, & vbi pugna conſerta eſſet, in ſe & ſuos a lateribus impetus fieret, in ancipiti conſilio ſubſidiarios, q̄ tumulum tenebant, ſtatuit inuadere, quibus loco depulſis apparebat ita futurum, vt aperta planicie res gerenda eſſet, faciliſq̄ victoria futura, quando ipſe multitudine & hominum ferocia longe præſtaret. Adeo tum ratio non modo fortuna pro Gallis ſtabat. Contra pauor & fugæ imperus Romanorum animos occuparat, tantaq̄ rerum omnium obliuio, vt motis in præſidiarios ſignis, confeſtim
Ro. met⁹ & fuga. vndiq̄ facta ſit fuga. Circa tumulum nonnihil pugnatum, cæterum clamore & a fronte & a lateribus reddito, inde quoq̄ diſceſſum, in pugna, quæ vtiq̄ nulla fuit, quam pauciſſimi periere. Dextrum Romanorum cornu ad montes, quos proximos habuit, fugam inclinauit. Fuitq̄ ea res ſaluti fugientibus, q̄ Galli locorum ignari haud longius diſpalatos inſectari ſunt auſi, & hi per locorum deuia
Ro. cla-des ad Aliā ac-cepta. Romam abierunt. Contra qui in ſiniſtra acie locati fuerant, ad Tyberim compulſi, Barbaris irruentibus, magna ex parte circa ripas periere. Multi temere fluuiū ingreſſi, vt erant armis impediti, vor-

tiſſus ſunt abſorpti. Plures omnino natandi peritia Veios pertenderunt. Vix Galli credere poterant, ſe tam cito viciſſe. Stare itaq̄ velut pauore defixi, inſidiaſq̄ adhuc timere: Verum vbi tuta oīa vi-
Variatio hiſtoriæ. derunt, paſſim cæſorum ſpolia legere incipiunt, armorum cumulis vt mox eſt gentis coaceruatis Romā iter intendunt, quo haud multo ante Solis occaſum peruenere. Multi perſuaſum habuere, ſi ex acie fugientes Galli ſecuti eſſent, facile eo die vrbe capta potuiſſe Romanū nomen deleri. Hęc Liuius. Plutarchus, cui libētius accedo, tertio a pugna die Barbaros Romā petiſſe ait. Galli equites curſu ad vrbem progreſſi, quum neq̄ clauſas portas offendiſſent, neq̄ in his ſtationes vllas, rei miraculo cōmoti, ſolitudinem vrbis ſuis renunciant, ibi quoq̄ hoſtiles inſidias formidātes, quia iam nox aderat, ignari quæ eſſent Romanorū conſilia, inter vrbē & Tyberim conſedere. Romani ad primā aduerſæ
Ro. met⁹ pugnæ famā, quicunq̄ Veios aliove fuga contenderant pro amiſſis habuere. Vna itaq̄ viui ac mortui complorati ſunt. Clamor & metus ingens continuo ciuitatem inuaſit. Sed publicus pauor priuati doloris ſenſum auertit. Vbi circa mœnia conſpectus eſt hoſtis, exaudiri per noctem vlulatus, terrifiq̄ Barbarorū ſonitus, circa muros turmatim vagantium, & quia in tanta animorum conſternatione nulla ſpes erat retinendæ vrbis, placuit ſenatū
Cōſiliū retinēdi Capitolij. cum iuuentute militari, Capitoliū & arcem occupare, frumento & armis eo collatis, inde q̄ Romanum nomen tueri. Sacerdotes & Flamines eodē cū ſacris contenderunt. Triumphales ſenes cum imbelli turba in vrbe remanſerunt, velut cum patria, ſi patria caſura eſſet, interituri. Horrari hi cum lachrymis iuuenes Capitolium ſcandentes, deos & vrbem cōmendare, quæ trecētos ſexaginta annos omnibus bellis victrix fuiſſet. Cætera multitudo, nam onerare nolebant arcem nimia turba, vt diutius obſidio tolerari poſſet, ex vrbe auerſa ab hoſtibus regione paſſim effuſa, continenti agmine Ianiculum petijt. Inde pars per agros dilapſi, nam Tyberis hoſtium incurſum arcebat, pars in finitima oppida conceſſere, ſuam quiſq̄ ſpem, ſua conſilia publicis deploratis ſecutus. Flamen & veſtales virgines, maxima ſacrorum parte in dolioliſ ſub terrā defoſſa, cætera inter ſe onera partiti, extra vrbem deferunt. Et iam ſublicium pontē tranſgreſſæ virgines Ianiculum laborioſe ſubibant. Eas L. Albinus homo plebeius procul conſpicatus, religione tactus, q̄ ſacerdotes & Romana ſacra pedibus irent
Pietatis exēplū ī Albino. ipſe cum vxore & liberis plauſtro veheretur, ſuis ad terram depoſitis, Veſtales ipſas cū ſacris in currum ſuſtulit, ſublataſq̄ Cere, quo ille iter intenderat, deuexit. Et Liuius in hunc ferme modū fugā & conſternationē illā digerit. Ego haud ſane video quonām modo id accidere potuerit, ſi ſub ſolis occaſum eodem die, quo pugnatum erat, Galli ad vrbem venerint, poſtridieq̄ capta eſt, vt ſine vlla hoſtium inſectatione, onoroſa multitudo ſit ex vrbe egreſſa. Veriora mihi videnē, quæ Plutarchus ſcribit, triduo poſt pugnā Gallos affuiſſe, qd̄ ſpatium fuerit territæ ciuitati & ad muniendū Capitolium p̄ſidio, & ad imbellem multitudinem procul vrbe ablegandā. Senes qui in vrbe remanſerāt, obſtina-
Seniores p patria ſe deuo-uent. to moriendi animo, eo quo olim habitu quiſq̄ triumphaſſet, in ſuarum ædiū atriſ triumphali ſella, ſub hoſtiū ingreſſum, conſediſſe dicunt. Sunt qui tradant ſeſe pro patria & gritibus deuouiſſe, q̄bus M. Fabius Pontifex Maximus præfatus ſit carmē. Galli per Collinam portam ingreſſi, recta in forū contendere. Ibi oculos ad templa & arcem circunferentes,



ferentes, quā ſolam armatis teneri videbant, relicto hic præſidio, ne quis in ſe impetus fieret, cætera multitudo in prædā dilapſa eſt. Mirari primo clauſis plebeiorum domibus, nobiliū tantū atria patere. Maior itaq̄ cūctatio tenuit aperta quā clauſa inuadendi, nequa fraude incauti exciperentur, in deſertos in ſellis ſedentes intuiti, ac præter ornatū corporis, habitū quoq̄ humano anguſtiorē admirantes, nouitate, rei defixi, ſedentiū maieſtatem cō templantur. Inde quum ad eos velut deorū ſimulachra obuerſi ſtarent, M. Papyrius Galli ſibi barbā demulcentis eburneo ſcipione caput percuſſit, qua ille iniuria irritatus, ſedentem ferro oppreſſit. Tū ab vno cæde orta cęteri in ſuis ſunt ſellis trucidati. Euagatū inde ferrū per ignobilē multitudinē, nā multi, vt alio eſt loco ſignificatū, in vrbe ex imbelli humiliq̄ plebe remanſerant. His ſine diſcrimine ferro abſumptis aut præcipitatis, domus paſſim direptæ, flammaq̄ tectis iniecta eſt. Atq̄ in hunc maximē modū Roma eſt a Gallis capta. Quā cladē fu-
Heraclitj & Ariſtotelis oraculum. turam Heraclitus Ponticus prædixit, qui priuſquā vrbs ipſa caperetur, vita deceſſit. Verba ex eius cōmentarijs Plutarchus refert, Roma inquit Græca vrbs, quæ iacet ad magnum mare, ab exercitu vltra Hyperboreos montes aduentante capietur. Sed fabuloſus Heraclitus, ait Plutarchus, qui illa de magno mari & Hyperboreis cōfinxit, maior inquit omnino fides Ariſtoteli habenda, qui & ipſe Romā a Celtis capiendā prædixit, & a Lucio ſeruandā. qd̄ ad Camillū referendum ſit, velut M. Lucius Camillus ſit, non Furius nominatus. Cæterū nemo ignorat Lucium poſt Marcū Romanos vſurpare non conſueſſe, quum nemo duo prēnomina ſortiretur, niſi forte ad M. Valeriū alluſerit oraculū, qui Camilli magiſter fuit equitū. Sed ſi Euſebio
ANNI MVNDI. recte tempora digerit, cū capta eſt Roma, aut non dū natus erat Ariſtoteles aut certe infans fuit. Annus ille quo Roma a Celtis capta eſt, vt Liuius & Plutarchus ſcribit, ſexageſimus fuit ab eius condi tione ac trecenteſimus. Plinius quatuor huic numero annos adijcit. Fuitq̄ idem a mundi origine, octingenteſimus decimus ſupra quater milleſimū Olympiadis ſeptimæ ac nonageſimæ ſecundus, quo anno Amynthas vndeuigeſimus in Macedonū gentē regnū cepit. Capta vrbe nullus erat dies q̄ non aliquid hoſtilis ſæuitiæ afferret iſs qui in arce erant ſpectaculum, obuerſaricę cædes, rapinæ, incendia, cadentiū domorum ruinę miſerorum ciuium oculis. Erant interea peiore conditione, quā qui procul aberant, q̄ patriæ excidiū & ſuorū ſupplicia ſpectare, quæ mala alij tantū fama percipiebant. Nec vis illa, quæ maior omnino ab hoſte orta eſt, vbi arce potiri non eſt datum, obſtinatos animos frangere potuit, quin tot malis obruti, ferrū quod in manibus erat, velut vnicam ſpem vitæ in
Galli a Capitolio pellū tur. tueri, mētem de induſtria a tot cladium ſenſu auertere. Galli vbi vident nihil, ad ea quæ fierent, Romanorū ferociam remitti, vicę opus eſſe, ſi arce potiri velint, ſtructa in foro acie dant ſignum ad Capitolium inuadendū, ſublatoq̄ eximprouiſo clamore, facta teſtudine aduerſum collem ſubeunt. Romani præſidio ad omnes aditus oppoſito, ſubeuntes medio cliuo excipiunt, exceptoſq̄ ex ſuperiore loco cum ſtrage & ruina ad ima detrudunt. Fuit primus ille Gallis vltimuſq̄ conatus Capitolij aperta vi oppugnandi. Eratq̄ nihilo ſegnior obſidio. Frumento interea, quod in vrbe fuit, incendijs corrupto, quum commeatus inopiam Galli ſentire cepiſſent, diuiſo exercitu, partem copiarum ad Capitolij obſidionem relinquunt, cæteris in finitimos agros dilapſis, forte ex ijs qui in ea expedi
Oratio Camilli ad Ardeates. tione erant pars non parua Ardeā peruenere, erat ibi Camillus luctu & mœrore publico magis quā ſuo caſu affectus, identidem requirens, vbinam viri illi eſſent, qui ſecum Veios & Phalerios cepiſſent quicę fortius ſemper, quā felicius pugnare conſueſſent. Igitur audito hoſtium acceſſu, vbi Ardeates pauidos de ſummа rei conſultare ſenſit, vltro ſeillorum concioni intulit, quum ad eā diem tali congreſſu pertinaciter abſtinuiſſet, turpe credo ratus peregrinum hominē in aliena ciuitate nimis curioſum eſſe. Vbi vero pro concione ſtetit, Nemo inquit veſtrum exiſtimet Ardeates veteres hoſpites, & iam ciues mei in aduerſa fortuna facti, me præſentis conditionis meæ oblitū, huc proceſſiſſe, ſed hoc quod inſtar periculū me velut vnū ex Ardeatibus, impellit ac cogit, ſiquid in me præſidij ſit, id ad ſalutē cōmunē conferre. Quando enim pro veſtris tantis in me meritis gratiam vobis referā, ſi in tāta opportunitate ceſſauero? aut vbi erit vſus mei apud vos, ſi in bello non fuerit? hac arte in patria ſteti, & inuictū bello ingrata ciuitas togatū eiecit. Vobis nunc Ardeates fortuna oblata eſt, multis & magnis Ro. po. in vos beneficijs, ea quæ ſint, haud dicam, quādo vt gratam decet ciuitatē, ſemper me mineritis, gratiæ cumulatius referendæ, & decus veſtræ vrbi ex communi hoſte acquirendi. Sunt Galli qui incompoſito agmine aduentare dicunt, amplo quidem corpore, ſed non minus, vt audio, ad labores infirmo, ferociaq̄ magis ſtulta, quā vt cauto ſit hoſti formidāda. Afferuntq̄ ob eā rē plus terroris, quā virium in certamen. Argumento clades eſſe poteſt. Ad Aliam noſtrorū ducū ſtultitia tumultuaria illis victoria contigit, Romā patentib⁹ portis cepere. Verum vbi Capitoliū tentare ſunt auſi, a paucis tanta inde ignominia & ſtrage ſunt repulſi, vt vix arcem amplius ſpectare audeant, nō modo oppugnare: atq̄ iam inde obſidionis tædio digreſſi, ad inſidias & cædem opportuni, per agros temere vagantur, cibo vinoq̄ ſub noctem diſtenti, prope aquarū riuos, ſine munimento, ſine ſtationibus, paſſim ferarum ritu ſternuntur. Et nūc ob ea quæ proſpere geſſerunt, magis etiam ſolito incauti. Quare ſi vrbem veſtrā, ſi fines tueri in animo haberis, nec paſſuri eſtis totū Latiū Galliā fieri: vbi nox aderit, cum armis frequentes adeſte, me ſequimini, ad cædē potius quam ad prędium, niſi hoſtes velut pecora vobis trucidandos dedero, non recuſo eundem mearum rerum apud vos exitum eſſe, qui antea Romæ fuit. Nullus erat qui non per
Perora-tio. ſuaſum haberet, Camillum conſilio & felicitate omnes alios ea tempeſtate duces longe antecellere. Magno itaq̄ ſtudio concione dimiſſa, curatiſq̄ corporibus, Ardeates arma capiunt, ad primum claſſi cum intenti, quo edito primo noctis ſilentio circa portas Camillo affuerunt. Ille vbi per explorato res compertū habuit, vbi hoſtes eſſent, tacito agmine hoſtibus inſinuatus, ſomno multaque crapula grauatos, ſubito clamore inuadit tum cædes non
Gallorū cædes. prælium fuit. Corpora ſoluta ſomno paſſim cædūtur. Extremi pauore exciti ſemiſomneſq̄ capeſſunt fugam. Horum pleriq̄ in Antiatem agrum per noctem delati, vbi illuxit, oppidanorum incurſu circumuenti, fœde & ipſi obtruncantur, equites Ardeatium a Camillo in fugitēs & diſſipatos miſſi, paſſim diuerſa parte opprimunt. In Veienti quoq̄ agro per eos dies Tuſcorum cædes ingens eſt edita quos adeo nihil Romanæ cladis miſerebat, vt & fines etiam captæ vrbis, interim quum a Gallis teneretur, hoſtiliter irrumperent, & Veios quo ſe Ro-

mani ex acie receperant oppugnare conati sint. Cæterum qui ibi erant, Hetruscos præ se prædā agentes conspicati, primo sui miseratio incessit, cp ab iis etiam bello premerentur, a quibus vt bellum propulsarēt, in eam calamitatē incidissent, indignitas inde simul & ira animos ad vltionē accendunt, factusq; esset statim in eos impetus, nisi Ceditius centurio vltionē in noctē differendam censuisset. Camillus vnus defuit, cætera eodem ordine & euentu gesta. Capta noctu Hetruscorum castra, tetracp in illis cædes edita. Inde alia Tuscorū manus circa Salinas sequenti die cæsa est. Circūsedere interea Galli Capitoliū, in vnum præcipue opus intenti, ne quis hostium ex arce euaderet. Erat Fabiæ genti in Quirinali colle anniuersariū sacrum constitutum, cuius rite peragendi quū statos dies forte adesset, C. Fabius ne gentile sacrum intermitteretur, Gabino ritu amictus, per medias hostium stationes, sacra manibus ferens, nihil ad illorum clamores & minas territus, in collem euasit. Peracto sacro eodem vultu & constantia in Capitolium est incolumis reuersus, incertum, Gallis miraculo rei attonitis, an religione moris, cuius gens ipsa haud quaquā negligens esset. Eratcp hic rerum status Romæ, Veijs interim Romanorū animi quū ob ea q̄ prospere fiebant, tum quia ex agris ac toto Latio, magnus eo fiebat voluntariorū concursus, in dies glisc̄ebant, vulgoque voces iactari, adesse tempus patriæ ab hoste repetendæ. Nec erat quisquam, qui non Camilli ductu, & auspicijs rem Romanā in pristinum statum restitui posse arbitraretur, si imperij summa ei delata esset. Aperte igitur postulabant, vt ex Ardea Veios accerseretur, quod quū inter omnes cōueniret, placuit tamen de ea re senatum prius, qui in Capitolio erat, consulere. Pontio Cominio impiger iuuenis, se iturum est pollicit⁹, is quia per hostium stationes, sine periculo ad suos euadere non poterat, suberino cortici incubans, secundo Tyberi ad proxima delatus, qua præruptus est rupibus munitus collis, per saxorū crepidinē in Capitoliū obrepsit. Ibi decreto patrum accepto, vt Camillus, cēturiatis comitijs, ab exilio reuocatus, Dictator diceretur: Pontius eadē via, qua venerat, Tyberi traiecto, Veios reuersus est. Ibi lata lex est, Camillusq; ex Ardea Veios accersitus, ac Dictator dictus. Sed dum hæc foris agunt, Capitolium a Gallis pene captū est, qui seu vestigio notato, qua nunc ascenderat, seu scāsili loco sua sponte animad uerso, ad Carmentis saxum nocte sublustri p̄emisso qui inermis viā exploraret, alterna ope subnixi per manus sibi arma tradentes, subleuantesq; se in uicem, trahentesq; alij alios, tanto silentio in summū euasere, vt non custodes modo, sed canes etiā, solicitū alioqui animal, fefellerint. Anseres falli nequiuerunt, quos Iunoni sacros, in summa etiam rerum inopia, religioni fuit occidere. Est em̄ Ales ipsa pauidæ naturæ, acerrimiq; auditus, horum clāgore M. Manlius excitus, fuerat is triennio ante cōsul, vir bello egregius, arreptis armis, cæteros ad arma conciuit. Cæterū dum alij magis trepidant, quā arma expediunt, ipse Gallū qui in summo constiterat, adortus vmbone deturbat, cuius impulsu q proximi steterant, facile, vt in procliui, prosternuntur. Secuta inde cæterorum strages, qui cautibus hę rebant, brachijs & manibus dissectis, variæq; per cætera trucidati, præcipites alij super alios ad ima decidunt. Atcp ita auspicatissimo alitis cantu, vniuscp Manlij virtute, Capitolium seruari contigit. Ea res seruatori ipsi cognomen dedit, vt Capitolinus sit iam inde dictus. Vniuersi, qui in capitolio erant, singuli selibram farris, & quartarium vini, suo quisq; se victu fraudans, ad Manlij ædes contulere, argumento caritatis memorabili, si rerum inopiam quæ tum fuit consideret aliquis. Hæc Mālio data. Nocturnū vigilem, qui ea parte, qua Barbarus ascenderat, muros negligentius custodiuerat, Sulpitius tribunus militum saxo deiecit. Attentiores deinceps custodiæ vtrinq; fuere, Gallis oīa præsidio renentibus, ne quis Capitolium ingredi exireve posset, Romanis ob recens periculum arcē & Capitolium multo diligentius asseruantibus. Iam fames, ex longa obsidione, Romanos inuaserat. In hostium castris haud solum frumenti inopia sentiri, sed & grauis pestilentia, æstus & torridū recenti incendio solum, quorum intolerantissima gens est humori & frigoribus assueta, Gallorū corpora languore affecerat, inde morbo sensim vulgato, passim expirabant, tantaq; vis hominū breui absumpta est, vt humandi tædio, plura corpora in vnum coaceruata concremarent, quæ res ad posteros nomen loco dedit, vt Gallica sint busta nuncupata. Nec multo post hostes Romanis ī certos dies petentibus inducias dedere. Interim colloquia vtrinq; haberi cœpta, hic quum famē, vt fit, Galli obsessis exprobrarent, & ob id ad deditionem hortarentur, fama tenet ad eam opinionem auertendā, panem pluribus locis ex Capitolio in hostes deiectum, sed iam necp id malum dissimulari poterat amplius itacp dum Dictator delectum habet, dum copiæ ad bellum in vnum contrahuntur, cæteracp necessaria, per se Camillus, & per L. Valerium magistrum equitum ad prælium comparat. Capitolij præsidium, etsi cætera mala constanter tulerat, longa inedia cōfectum, quum infirma corpora armorum pondere obruerentur, nec auxilia alicunde adesse cernerent, vel redimi vel dedi se quacunq; pactione decreuit: nam & Galli iactabant interdū fieri posse, vt tolerabili mercede obsidionem solueurent. Tum Tribunis militum a senatu datum est negocium, vt cum hoste rem suo arbitrio transigerent. Colloquio inde inter Brennum Regulum & P. Sulpitiū Tribunū militū habito, ita inter se pacti sunt, vt mille pondo auri se populus Romanus redimeret, Brennus vrbe & Romano agro decederet cum exercitu. Fama est p̄senti indignitati aliā Gallos adiecisse, iniquis ponderibus in mediū prolatis. Sulpitioq; ea recusante, superadditum his gladium, auditamcp intolerandam Romanis vocem, Væ victis, sed cœlesti prouidentia factum, vt Romanum nomen ea perpetui dedecoris nota non sit inustum, vt gens quę late erat imperatura, auro seruiliter redimeretur. Nam dum per altercationem tempus teritur, priusquam aurum sit appensum, Camillus affuit, tum auro eius iussu e medio subla to, vt Galli se ad prælium expediant edicitur, quibus pactos esse se aurum prædicantibus, staricp fœderibus oportere, nullū Dictatoris iniussu fœdus aut pactionem a minore magistratu ait fieri potuisse, quin vltimo se certamini accingerent, fore, vt si ea pugna ipsis feliciter cederet, auro & arce potirentur. Ipse ad suos conuersus, armis non auro patriam recuperare iubet. Deorum templa, Liberos, Vxores, Patrium solum spectarent. Omnia illa aut virtute vindicanda, aut cum ipsis fortiter & honeste cadendum. Inde inter fermiruta tecta, vt locus quisq; erat ad pugnandum vtilis, acie disposita, cum irato hoste confligit. Hic haud maiore momēto, quam ad Alliam vicerant, Galli prælio victi sunt. Vrbe inde egressi Gabina via ad octauum lapidē atrociore sunt pugna afflicti. Castra capta, cædes

Caij Fabij pietas

Cominij facinus.

Camilli Dictatoris

Anseres Capitolini.

Ciuium gratitudo ī Mālium.

Galli fame & pestilentia laborāt.

Gallica busta.

Consilia de dedendo Capitolio.

Camilli interuētus.



cædes adeo omnia obtinuit, vt ne nuncius quidē tantæ cladis superfuerit. Hæc Liuius, a quo nō multum diuersa Plutarchus tradidit. Polybius Gallos ait ab obsidione vrbis, domestico bello auersos, quia Veneti, Adriatici maris accolæ, corū fines infestarent fœdere cum Romanis percusso restitutaq; vrbi libertate, domū abijsse. Quidam etiam auctores sunt, aurū quod Gallis fuerat appensum, post aliquot annos Romam relatum. Plinius id a Camillo in Capitolio dedicatum autor est, quod M. Crassus aliquot post ætates sit furatus. Camillus in vrbem triumphans reuersus est, inter militares iocos Romulus, ac parens patriæ, alterq; vrbis conditor appellatus. Et Roma ipsa per hunc modum est a Gallis recepta. Instare tum acrius Triubuni plebis, agereq; cum plebe, vt quando vrbs incendio esset & ruinis deformata, popularitur Veios migraretur. Eacp causa fuit vt Camillus a patribus rogatus, ne titubantem remp. incerto relinqueret statu, haud tam cito se magistratu abdicarit. Fuit itaq; in primis autor, vt templa confestim expiarentur, quæ hostis prophanasset, cum Ceritibus, quia Romana sacra tutati essent, hospitium iungeretur. Ludi Capitolino Ioui fierent, ob arcem & Capitoliū seruatum. Templum Allocutio, seu vt Plutarchus scribit, famæ, in noua via, vbi M. Ceditius fuerat silentio noctis oraculo monitus Gallos aduentare locari iussit. Aurum hosti ademptum sub sella Iouis, in Capitolio dedicauit. Q. siquis ab hoste id receptum interpretetur, iam perbelle Romanos auro redemptos fateatur necesse est: Quod miror obscure, & perplexe a Liuio traditum. Sed cp illis cœptum erat appendi, inde Dictatoris iussu e medio sublatum, asseruatumcp in euentum pugnæ, tutius fuerit opinari. Nec ita multo post Tribunis legē, de vrbe deserenda, agitantibus, senatu prosequente Dictator in concionem descendit. Ibi vero frequenti populo, in hunc modum est fari exorsus.

Aurū a Gallis receptum.

Allocutij rēplū.

Oīo Camilli ad populū.

Adeo acerbæ mihi sunt Quirites cum Tribunis plebis contentiones, vt in tristissimo illo exilij mei tempore, nullum præter hoc vnum inuenerim solatium, cp ab huiusmodi certaminibus procul abessem, a quibus vsqueadeo animus abhorret, vt non senatusconsulto, non populi iussu, in patriam rediturus fuerim, nisi acerbissimus vrbis casus, me ad reditum compulisset. Etenim vtpatria in sua sede maneret, non vt ego in vrbe essem, agebatur, quum plebiscito reuocabar. Et nunc libenter quiescerem, nisi hæc quoq; pro patria recens dimicatio subeunda esset, cui deesse turpe semper & nefarium duxi. Sed vos dicite: quid opus fuit hanc vrbem, tanto periculo, tantaq; cura & solicitudine ex hostibus recipere, si receptam deserturi fuimus? aut cur Capitolium præsidio retinere placuit si retentum & defensum destituendū a nobis erat? ani sic erit, vt plus vastitatis sint secundæ res vestræ huic vrbi facturæ, quam aduersæ fecerint? Quod si non natale solum, non parentum sepulchra, nō lares ipsi, apud quos nati sumus, & educati mouent, certe felicissimus vrbis genius mouere debet. Enimuero si quis monumenta vrbis huius diligenter consideret, plures in ea victorias & triumphos, quam annos, a prima eius conditione reperiet. Fuit quidem semper Romani nominis comes fortuna, fueruntcp huic vrbi, quum semper alias præsentes dij & beneuoli, tum hoc tempore, quo ciuitatis rebus ducum culpa afflictis, vrbecp metu & pauore relicta, ne Capitolium a Gallis caperetur prouiderint, deceptacp humana diligentia, sacratā alitem falli non permiserint. Pari prouidentia accidisse videri potest, cp senatu, cp ciuibus, se turpiter auro redimentibus, opportune vestræ affuerint legiones, cp hostis in vrbe prius, mox ad vndecimū lapidem sit cæsus, per quæ & decus quod amissum erat, & patria nobis restituta est. Quid quod ne hęc deorum sedes a Gallis caperetur, eorum iam antea moniti fuimus oraculo, satis cauere potuimus, nisi mentes hominum, ad futura pericula prospiciēda & cæcæ & amentes fuissent. Ecquid sentitis quirites, quā ingrati in illos simus, quā in patriā impij, qui vrbem augurio conditam, superis carissimam, omnium circa gentium haud dubie victricem, vbi Romulus Marte genitus, atcp ipse inter deos relat⁹, vbi tot reges, tot duces, tanta virorum spectata est indoles, velut prophanam & damnatam deserimus? quam dispar est hoc consilium, quam diuersum a Fabij adolescentis pietate? Vos in ea deorū benignitate seruata, publicas cerimonias deserere conamini. Nec est cur quisquam ex Veijs, si illuc migratum sit, Flamines huc & augures sacrorum causa mittendos existimet, quum pleraq; nisi cum ciuitate stare non possint. Videre quę so quantum a maioribus diuersi abierimus, illi nobis in albano monte, & Lauinio sacra faciunda tradiderunt, quia ea in vrbem transferre religioni fuit, nos quæ æqualia sint huic vrbi, & quæ priusquam condere tur nata, sine piaculo destituenda arbitramur. Sed de sacrorum ratione & templis loquimur. Quid vestales, quibus vna illa sedes sacrata est, vnde nulla vnquam causa, præter excidium captæ vrbis amouere potuit? Quid Dialis Flamen, cui vel vnam noctem extra vrbem manere nefas est? Quid alia, quæ in hac vrbe auspicato aguntur, & omnia fere intra Pomœrium, comitia curiata, quæ rem militarem continerent, Comitia centuriata, quibus consules creatis, cui obliuioni, cui negligentiæ hæc dātur? Vbi auspicato fient, nisi vbi fieri cōsueuerūt? Veiosne hæc transferentur? aut populus ob eam rem toties dulcissimæ patriæ bustum non sine dolore & lachrymis inuisurus, huc reuocabitur? Sed res ipsa (dicet aliquis) cogit nos id facere, Vrbs incendijs & ruinis delera est, integram & sartam petimus, nec inops multitudo noua vexanda est ædificatione. Verum migratio hæc, vrbe adhuc incolumi, a vobis Tribunis mota est. Sed videte quantū inter meam sententiam & vestram intersit. Scio vos ita arbitrari, si prius hinc migrandum non fuerit, nunc quia hæc clades accepta sit, migrari oportere. Ego contra, etiam si tunc non hic manendum fuisset, nunc quia omnia strata sint ruinis, nego patriam esse relinquendam. Nec id quisquam miretur, nisi prius quale sit audiuerit, quippe tunc quum victoria nobis causa fuit Veios migrandi, discessus ille nobis & posteris fuisset gloriosus, nunc migratio nobis misera & turpis; Gallis celebris & inclyta. Non enim victam vrbem victores petisse, sed victi patriam reliquisse iudicabimur. & Romam Galli euertere valuisse credentur, Romani restituere non potuisse. Quid præterea fiat, si nouus Gallorum exercitus, fama nostræ profectionis suis sedibus excitus, desertam | vrbem occupet? Quod si Volsci aut Equi perpetui hostes id faciant, velitis ne eos Romanos, vos Veientes nuncupari? & hæc dedecora pati potius paratí estis, quam iterum ædificare, quasi vllum possit domicilium humilius hodio fieri, quā casa illa conditoris nostri, quæ adhuc extat? aut non in casis pastorū ritu satius sit habitare, quē tur

Laus vrbis a genio & felicitate.

Argumē tū a maiori.

piter in exilio,& alieno solo viuere? Maiores nostri,quum nihil præter syluas & pascua his locis essent,tantam vrbem breui condiderunt,nos Capitolio & arce incolumi,incolumibus tẽplis instaurare piget? & quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ casu aliquo deflagrassent,id in publico incendio facere recusamus? Quid tandem,si casu aut fraude aliqua,incendium sit Veiis ortum,quod fieri possit,vt vento flamma late euagata, magnam vrbis partem absumat, Fidenas inde aut Gabios sedes transferemus? adeo nihil nos tenet patrium solum,nec terra hæc, quam matrem appellamus, sed in tignis & parietibus omnis caritas & spes nostra sita est? Fateor equidem Quirites, quandiu patria abfui,quoties illius imago subibat mentẽ, Capitolium,& cæteri colles,forum,campi, Tyberis,& hoc cœlum,sub quo natus & educatus eram succurrebat animo,non poteram non eorum admonitu nouum quoddam desiderium sentire. Hęc eadẽ moueant vos quirites,horũ caritate in patria & natali sede potius maneatis, quam quũ temere relicta fuerit,frustra reqratis. Merito dij hominesq; consenserunt in vrbe his locis statuenda. Saluberrimi colles, Ager feracissimus, Flumen ad res maritimas subuehendas idoneũ, Situs ab omni externæ classis periculo immunis, Vrbs media Italia,& ob id ad rerum incrementa habilior. Est hic quintus & sexagesimus supra trecentesimum Romanæ vrbis annus,& quis vnquam populorum non eorũ dico qui finitimi sunt,sed qui sunt etiam intra ex tracq; Italiam,tam luxuriosa sensit incremẽta? proximo lustro. CLII. milia ciuium censa sunt. Transeo duces,exercitus,victorias,triumphos, qui pene plures sunt numero,q; anni vrbis. Qd' quũ ita sit, q̃ (malũ) ratio est,felicia expertis,velle ignota experiri? Poterit fateor, virtus vestra alio transferri, at fortuna loci nõ poterit. An fando auditũ est nunq; arcẽ olim gentiũ fore hic, vbi humanum fuit olim caput inuentum? Iam res ipsa,ne cui vestrũ dubiũ sit,huic colli, qui nobis imminet, nomen dedit. Quid immobilis terminus, quid ancile cœlo demissum? quæ omnia deos propitios manentibus pollicẽr. Quibus aduersis nõ modo nõ humana augẽtur,sed si qua quæsita sunt in peius dilabunt.

Perora-tio. Moueat quidẽ ratio multitudinẽ Camillo perorãte,sed religio multo magis. Eam animorũ inclinationẽ omen confirmauit: Reuertentibus tũ forte ex pſidio quodã cohortibus,centurionũ vnus,vbi in partẽ fori ventũ est,ad signiferũ exclamans, Statue inquit signũ,hic optime manebimus, Qua voce exaudita,& senatus ex curia egressus se omen accipere dixit,& popul⁹ qui in cõcione stabat, magno cõsensu confirmauit. Antiquata deinde lege, vrbs

Instaura-tur Rom. studio cœpta est instaurari, regula publice præbita,saxorũ,materiæq; cædendæ,vnde quisq; vellet ius factum,prædibus acceptis fore,vt eo anno qui cunq; hæc ex publico accepisset,ædificia perficeret. Viarum ratio nulla habita,quin in vacuo vt cuiq; libitũ est ædificantibus,ita accidit,vt postea vrbis forma,occupatæ magis quã diuisæ, fuerit similis. Arcq; in hunc modũ vrbs a Gallis recepta, Camilli psuasu instaurata est. Q. Fabius qui legatus in Gallos contra ius gentiũ dimicauerat,vbi primũ magistratu abijt,a C. Marico Tri. ple. in iudicium arreptus,peropportuna morte est iudicio subtractus. Maior deinceps rerũ successus secutus,vt vrbis velut a stirpibus latius feraciusq; renatæ. Etiam anno p hos motus circũacto, Camillus q rogatu patrũ tandiu in Dictatura perseueraret, quoad status reipub. sisteretur, vltro potestate abijt. Creati inde Tribuni militum cõsulari potestate, Au. Valerius publicola, L. Verginius, P. Cornelius, Au. Mãlius, L. Aemylius, L. Posthumius. Hi leges duodecim tabularũ & quasdã ipsorũ regũ conquisitas, in publicũ redigendas curauerunt, & circa religionẽ nõ nihil eorũ cura versata est. Diem ad decimũ quintũ calendas sextiles, duplici clade insignem, & q̃ ad Cremerã Fabij eo die olim cæsi essent, & ad Aliam fluuiũ, cũ exitio vrbis, cum Gallis infeliciter dimicatum, atrũ & infaustũ habendum censuere, Alien semq; vocarunt. Decretũ vt eo die nihil publice priuatimve ageret. Et quia Sulpitius Tribun⁹ postridie idus quintiles non litasset, placuit postridia nos dies, qui calendas, idus & nonas sequerentur, pari ratione atros haberi. Heraclitus Hesiodum redarguit, q̃ dierum faustos alios, alios infames infe licesq; ponere esset ausus, velut nõ oĩm dierũ vna esset natura, sed casus fecit credo, q̃ interuallo annorum & ad Leuctras & ad Gerastum, quarto die eius mensis, qui apud Athenienses Hecatonueon dicebatur, duæ clarissimæ victoriæ sunt illis quæsitæ, quæ libertatem Græciq; pepererunt. Vno eodẽq; die ad Michalen & Plateas Persæ sunt a Græcis superati. Septimo Vedromionis mensis die, Thargalionis regis duces in Granico, & Thimeleon Corinthius in Sicilia Carthaginienses vicit. Fuerunt q; hi menses Græcis felices. Contra Metagemnion infelix, septimo die cuius ad Cranonem Græci cæsi sunt, & diu postea eadem luce ad Cheroneam, a Philippo Macedonum rege victi. Sed talia non dierum natura, sed casu accidere, ex ijs, quæ contraria ratione afferuntur facile potest intelligi. Enimuero, eo die quo Romanus exercitus, Cæpionis ductu, a Cymbris deletus est, certa annorum intercapedine a Lucullo Tigranes & Armenij sunt magno prælio victi, & Attalus Rex, & Pompeius Magnus natali suo vterque perijt. Quo apparet non inscite Græco carmine esse proditum, ipsam diem mortalibus nunc matrem esse, nunc nouercam, eandem luctum & lætitiam, vitam & interitum afferre. Nec res Romana post receptam a Gallis vrbem diutius quieuit, Volscis hinc, inde Hetruscis, minaci bello imminentibus. Fama erat omne Hetruscum nomen, ad Phanum Vulturnæ, in Romanos coniurasse. Sed maior a Latinis & Hernicis terror ferebatur, qui quũ centum prope annos in fide mansissent, presentem Romanæ vrbis fortunam aspernati, ad defectionem spectabant. Nulli dubium erat, Romanum nomen, non hostibus solum, sed & socijs ob ea, quæ acciderant, vile & contemptibile factum. Ciuitas multiplici terrore concussa ad consuetum remedium confugit. Camillus dictator magistrum equitum Claudium Seruilium Halam dixit, delectu inde accuratissime habito, partem vnã exercitus in conspectu vrbis castra habere imperauit, vt patriæ præsidio esset, alteram circa Veios Hetruscorum motibus obiecit, ipse cum cæterorum exercitu in Volscos profectus est. Erant hostium castra ad Metium, haud procul a Lanuuio, qui audito Camilli nomine, tantum terroris præcepere, vt congestis arboribus castra, ne Romanus munimentis insinuari posset, circundederint. Camillus igni in oppositam materiam iniecto, tantũ Volsco metum iniecit, vbi fumus & crepitus flammarum in viridem materiã grassantiũ, ad sensum pueniri, vt minore negocio hostiũ vallum, q̃ septũ ipsum incensum transcenderit miles. Præda exercitui concessa est. Dictator Volscam regionem populatus, septuagesimo demum anno, q̃ bellari cœptum

Tri. cõs. pot.

Atri postridiani dies.

Fausti & infausti dies.

Camillꝰ Dictator

Volsci dedunt.



ptũ erat, totã gentẽ ad deditionẽ compulit. Victor

Equi cæsis exuuntur. inde exercitus in Equos ductus, qui & ipsi summa ope bellũ comparabant, eorũ copijs ad Bolã reper tis, castra quæ ante vrbem valide cõmunita erant, inde Bolas ipsas primo impetu cepit. Eratq; in hoc victoriæ cursu res Romana in Equis, quum Hetru sci qui in armis erant, Sutrium socia Po. Ro. vrbẽ tumultuose sunt oppugnare adorti, quorũ legati, quum Romã opem imploratũ venissent, Senat⁹ ad Camillum scripsit, vt si reipub. commodo fieri posset, laborantibus socijs subueniret. Interea Sutrini, assidua oppugnatione, quã Tuscus abundante multitudine, ne per noctes quidem remiserat, paucitate potius quã viribus victi ea, conditione vrbem dedunt, vt ipsi cũ vxoribus & liberis, singula vestimenta habentes, liberi mitterentur. In id agmen haud multũ ab vrbe progressum, Camill⁹ cũ exercitu incidit, motus miserabili sociorũ aspectu, orationeq; principũ, subiram deditionem, sua paucitate, cum fletu excusantium, Parcere iubet Lachrymis, fore, vt ea clades breui in hostium pernicium verteretur. Hæc ille, simul sarcinas in mediũ conijci imperat. Ibiq; præsidio cũ Sutrinis relicto, ipse cum expedito exercitu ad vrbẽ contendit, vbi omnia improuisa & negligentia soluta, sine præsidio, sine stationibus, haud aliter quã ipse animo præceperat, inuenit. Igitur pene prius Romanus, patentibus portis in oppidũ irrupit, quã ab hoste adesse sentiretur, magnoq; Tuscorũ cæde edita, Su-

Sutrium vno die amissum & receptum. trium Camillus, eodẽ die quo fuerat amissum, recepit. Fuisset atrocius cerramen accensum, clausis portis, & hostibus vltima desperatione adactis, ni si Rom. Dictator pacem inermibus, præconis voce edixisset. Salutis igitur spe pretensa, dedunt sese ab iectis armis hostes, quibus in custodiã traditis, oppidum Camillus inuiolatum socijs restituit. Ipse trium bellorum victor, triumphans in vrbem reuersus est, insigni captiuorum multitudine ante currum acta, quibus sub hasta venditis, tantũ inde est pecuniarũ exactũ, vt persoluto matronis auro, qd' in medium Gallico bello contulerant, tres aureæ pateræ inde factæ sint, cum Camilli inscriptione, atq; in Capitolio dicatæ. Phalisçis & Capenatibus, qui medio belli tempore Romã transfugerãt, ciuitas data est, & ager assignatus: & ex Veis Romam, si qui vacua tecta ibi nacti ad id tempus esse perseuerarãt, capitalis supplicij mulcta, nisi statim inde abscessissent indicta, ad vnũ remigrarũt. Au-

Roma intra annũ instaurata. geri itaq; in dies vrbana multitudo, & vrbs nouis ædificijs instauari, tantoq; studio properatũ opus, vt intra annũ Roma exintegro steterit. Secuti inde Tribuni consulari potestate, Quintius Cincinnatus, Seruilius Fidenas, Iulius Tullius, Aquili⁹ Cortuus, Lucretius Tricipitinus, & Sulpitius Rufus. Equorũ agri ab residuo bellorũ odio, & nequa re bellandi materia adesset. vastati sunt. Hoc anno alter exercitus, in Hetruscos missus, Cortuosam & Contenebrã vrbes, vi ex hoste cepit. Direpta hæc Illa direpta & incensa. Eodẽ anno Capitoliũ quadrato est saxo substructum, opus vel in ea rerum

Capitoliũ quadrato saxo substruitur. opulentia, quæ postea secuta est, conspicuum: & Tribuni plebis agrariæ legis autores, se profiteri, Pontini agri diuisione, post Volscorum res a Camillo accisas, multitudini propositã. Sed plebs sine contemptu rei, siue religione præsentem Tribunorum illecebrã aspernata est. Etenim, vt auspicia renouarent, res ad Interregnum rediit. Creati sunt post aliquot Interreges, Tribuni Militũ, L. Papyrius. Gn. Sergius, L. Aemylius, Licinius Meneni⁹,

Martis ædes. & Valerius Publicola. Aedes Martis hoc anno dedicata est, quæ Senonico fuit bello vota. Sunt & veteri numero quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabbatina, Pometina, & Narniẽsis. Atq; ita quinq; & triginta deinceps fuerunt, quũ minor omnino ad id tẽpus numerus fuisset. Tũ de Hernico & Latino bello nonnihil agitatũ, eoq; maiore ciuitatis cura, q̃ & Hetruria in armis esse dicebat. Sed res in sequẽtem annũ dilata, quo Camillus Tribunus cõsulari potestate est creatus. Collegæ illi dati Cornelius Maluginẽsis, Seruilius Fidenas, Quintius Cincinnatus, Horati⁹ Puluillus, & Publius Valeri⁹. Principio anni ciuitas ab Hetrusco bello in Antiates auersa, agrestiũ agmen, ex pontino agro metu dispulsum, Romã confugit, nunciare hi palam Antiates bellum summa ope instruere, iuuentutemq; a Latinorũ populis ad id bellũ missam. Senatus & Tribuni militũ in Camillũ versi, iã de eo dictatore dicendo agitabant: ille vero confusus aio, quũ ordinis amplissimi & collegarũ in se ornando consensum cerneret, gratias primo egit, q̃ tãtũ sibi tribuerent, quãtũ ipse nec meritus esset nec postularet, docuit id bellũ plus minarũ quã periculi habere. Cæterũ vt nihil timendi, ita nõ omnino contemnendi se auctorẽ futurũ, partitusq; curas belli cũ collegis, vt Seruilius cũ exercitu circa vrbẽ sederet, si quid Latini haud Hernici mouerent, alterũ exercitũ ex senioribus, & ijs qui primario delectu aliq̃ excusassent cur militare non possent, T. Quintius scriberet, cũ quo mœnibus vrbis præsideret: L. Horatius arma, tela, frumentũ ad bellũ expediret: Servius Sulpitius religioni, comitijs & legibus pẽsset. Ipse cum Lucio Valerio ad bellũ profectus, M. Furio sibi adiecto quẽ professus est pro Dictatore sibi futurũ, ac si illi pro magistro equitũ. Gestire præ nimia lætitia patres, ac palam iactare nihil Dictatore opus fore amplius, si ita concordes inter se magistratus, tam libẽti animo parere possent quã imperare. Camillus cũ exercitu ad Satricũ primo cori sedit, quo Antiates nõ solũ Volscos sed ex latinis & Hernicis, ingentẽ vim hominũ cõtraxerãt. Nouus hostis veteri additus, haud mediocriter percussit Romanorũ animos, mox cũ Camillo aciẽ instruẽti centuriones renunciassent, turbatas esse militum mentes, segniterq; ab his arma capi, auditasq; voces singulis Romanorũ aduersis centũ hostiũ rẽ prælio futurã, vix inermẽ tantã multitudinẽ, nõ mõ armis instructã posse a tã paucis sustineri. Tũ Camill⁹ equũ ascẽdẽs inter ordines sublimis vect⁹ q̃ tristitia ingr milites hæc este? q̃ insolita cũctatio? hostẽ an ducẽ an vos ipsos ignoratis? etem hostis qd aliud est q̃ ppetua vestræ gloriæ materia? Vos cõtra nõ illi estis q meo ductu Veios, q Phalerios cepistis? Qui Gallos ferocissimos hostes in vrbe capta cecidistis? q hos ipsos Volscos, Equos, & Hetruscos victos ptim deditos, ptim vi captos sub hasta vẽdidistis? An me q̃ nõ Dictator sim, sed Tribu militũ aliũ puratis ab eo, cui⁹ ductu tot pclara facinora gessistis? Sed ego nec̃ in vos maxima ĩperia desidero, nec̃ vos i me q̃q̃ pter meipm stueri decet. Nõ dictatoria dignitate opus est, sed consilio, strenuitate & prudẽtia, q̃ oĩa scio me, nec fallor, in hoc bellũ afferre. Q; si eũdẽ me esse videtis, quẽ in alijs bellis vidistis, supestvt nõ alio euẽtu vos hodie dimicaturos arbitremini, q̃ ad hũc diẽ meo ductu & auspicio dimicastis. Cõcurrite igit̃ simul in hostes, & qd' q̃q̃ didicit ac cõsueuit, faciat. Hæc Camillus cũ tota acie, tũ añ signa hortabũd⁹ fari. Inde dato signo equo desiliẽs, proximũ signiferũ secũ in hostẽ rapit. Ibi milites ducẽ iã ætate grauẽ, vadẽtẽ tuiti pudore affecti, & ipi sublato clamore i hostẽ pcurrũt.

Camilli hortatio

Immissum

Immissum ferunt Camilli iussu signum in aduersam aciem, eoq; repetendo antesignanos accensos. Antiates primo cōgressu pulsi terrorē ad subsidiarios pertulerunt, aduersa parte acies non solū constabat hosti, sed sinistrū etiā Romanorū cornu, qua parte Valerius procurabat, degrauatum haud dubie fudissent, nisi eo Camillus in æquū iterū sublatos celeriter aduolasset, qui a milite conspectus sua præsentia & hortatione inclinatā aciē confestim restituit. Exprobrare cedentibus metū, hostemq; alterā parte fusum ostētabat; per quæ Romanus ferocior factus tanto ardore in aciem redijt, vt momento tēporis, ea quoq; parte pulsus sit hostis. Erat itaq; fusum agmē, quum subitus imber ingenti procella e cœlo delectus magis victoriam quā prælium diremit, signoq; receptui dato, nox secuta est. Hernici & Latini quia primi conatus parū prospere cessissent, relictis castris diuersi domū concessere. Volsci vbi se ab eorū auxilijs quorū fiducia rebellauerāt desti tutos videre, Satricū sedem belli petierūt. Camillus eo cum exercitu profectus, oppidū agere & operibus est oppugnare adortus. Cæterum posteaquā nihil ab hoste moueri vidit, metu id fieri rat⁹ suos ad scalas mœnibus admouendas hortatur, nō esse ibi vt ad Veios diutius sedendū dictitans: Milites sublato clamore muros subeunt, admotisq; repentę scalis, non aliter quam si a nullo tenerentur, in summum euasere: qua ferocia Volsci adhuc magis territi, abiectis armis sese suppliciter dedunt. Et iā Romanus victor Antio, vnde bellum erat ortum, immolabat: de cuius oppugnatione Camillus, Senatum consulturus Romam concessit, collega in castris relicto, quum legati a Nepete & Sutrio superuenerūt, auxiliū aduersus Hetruscorū arma implorātes. Censuit Senatus Antiati obsidione omissa, bellum continuo in Hetruriam verti, vt Quintius & Horatius in Volscos irent, Camillus & Valerius Sutrium ducerent legiones. Vbi eo Romani duces venere, iam Hetrusci parte vrbis capta, Sutrinos intra mœnia oppugnabant. Tueri tamen illi iniectis vijs oppidi angulū. Camill⁹ vbi i cęto sociorum res periculo essent animaduertit, ea parte qua oppidum ab hoste tenebatur Valeriū coronā muros cingere imperat, scalasq; vt mœnibus admoueant edicit, non tam spe vrbis ea parte recuperandæ, quod haud fieri posse videbatur, quam vt ab intestino certamine externo occupatos auerteret, sibiq; spatium daretur in oppidum sine alia armorum disceptatione intrandi, atq; vtrū ex sententia cessit. Romanis cohortibus in vrbē admissis, Hetrusci ancipiti prælio perculsi, ne in medio cæderētur portarū vna quæ nondū fuerat a Romanis insessa, conferto agmine foras erumpūt. Multi ibi dū sese ad fugam expediūt, & inde ad noctē per agros sparsi, occidione sunt a Valerianis occisi. Multi quoq; & a Furianis in vrbe vbi semel manum cōseruere in vestigio occubuerunt. Camillus Sutriū receptum oppidanis vt antea restituit. Inde Nepete sunt legiones adductæ quod deditione traditū totum hostes habebant. Erat haud dubie Nepesina oppugnatio longe difficilior Sutrina. Nam præterquam q; hostes toto oppido potiti erant, factio vna ciuium quæ auror dedende vrbis fuerat, pro Hetruscis stabat. Camillus nunciari iubet, vt Nepesini ab Hetruscis discederent, & fidem quā a Romanis imploraſſent, præstarent responsum est, oppidum non in sua, sed Hetruscorum potestate esse, eorum præsidio muros & portas teneri. Tum Romanus imperator, agro vrbi circumiecto fœde populato, ingentem sarmentorum vim in fossas deiecit, vt facilior daretur militi ad muros accessus. Scalis deinde mœnibus admotis, oppidum vi cepit. Nepesinis Romanus victor veniam dedit, Hetruscos armatos inermesq; ad vnum cæde confecit, ipsi quoq; defectionis autores securi sunt percussi. Ab innoxia turba, nō solum ab iniuria temperatū, vt dixi, sed vrbs quoq; & fortunæ restitutæ sunt. Camillus & Valerius duabus sociis vrbibus ab hoste paucis diebus receptis, præsidioq; Nepete relicto, victorem exercitum ingenti gloria domū reduxere. Res inde ab Hetruscis & Latinis repetitæ, ab vtraq; gente quęsitum, quid esset cur biennio mi litem ex veteri formula non dedissent, responsum est, nequiuisse iuuentutem domestico bello occupatam foras ablegare, negatum præterea publico consilio. id factum, q; Latinorum quidā & Hernicorū in Volscis castris militassent, qui siqui fuerunt, abunde pœnas suæ temeritatis luissent, quippe quorū nemo domū incolumis remearet. Nō tā sociorū causa q̄ haud dubie suspecta erat, quā, tēpus patribus persuasit, vt vltionē in aliud tempus differrent. Sequenti anno, Au. Manlio, P. Cornelio, duobus Quintijs, T. & L. Capitolinis, & Papyrio Cursore Tribunis, graue bellū a Volscis instabat, Latinorū defectione atq; Hernicorū accedente, & domi ingens erat seditio orta. M. Manlius patricio genere ortus, qui Gallos ex Capitolio depulerat, eius præclari facinoris laude tumidus, præsentemq; gestarum rerum gloriam Camillo inuidens, primo victorias comparando a Camillo nunquā recuperari potuisse dictitabat, si non a se Capitoliū defensum esset. Gallos præterea inter aurum accipiendum, & spem pacis incautos velut insidijs ab eo oppressos, se ex Capitolio ex arce iam capta deiecisse. Iam enim meritum suum oīm animis excidisse, solum Camillū in vrbe gratia & autoritate florere, solū exercitus ductare, cui non satis esset Romanas legiones subijci, nisi & collegæ, qui parib⁹ auspicijs & eodem suffragio creati essent, pro ministris ab eo haberent. Nec interim Senatui parcere qui Camillum complexus cæteros viros fortissimos inhonoratos vellet. Quibus ille nō contētus, primus patriciorū popularis factus, cum Tribunis plebis cōsilia cōferre ad agrarias leges, & ad æs alienū, quando supra modum inualuisset, discutiendū concitare, secq; autorē ad omnia audenda polliceba tur. His motibus perculsi patres, emuero Māli⁹ hō vehementi ingenio summoq; loco natus, multū p hæc seditionis concitaturus putabat. Præterea q̄a graue bellū foris impēdebat, Dictatorē dicēdū censuere. Au. Cornelius Cossus est dictus, q magistrū equitū, T. Quintiū Capitolinū dixit. Dictator etsi maius sibi in vrbe certamē, quā foris propositū videbat, tū seu triūphi cupiditate, seu quia existimabat foris statū reipub. prius sisti oportere, delectu habito in Pontinū agrū legiones duxit. Coiuerat eo magnus quidē Volscorū numerus, sed maior adhuc Latinorū & Hernicorū, & ex Circēsibus colonis nonnulli Velitrisq; aderant. Dictator postri die quā in hostiū cōspectū venit, auspicato castris egressus, iubet militē ante pedes pila statuere, gladioque dextram armare, nec de more procurrere, sed incurrentem hostem cum impetu illatum, vbi comminus excepissent, tum gladios in eum vibrare. Ipse Quintius equitem intentum habere t, atq; vbi pugnam conseram vidisset, nouum hostibus terrorem adderet, ordinesq; subito incursu turbaret. Iuuit ducis consiliū rē Romanā, ipsum ducem fortuna, nam pedites equitesq; haud aliter ac iussi erāt pugnam capessunt. Hostes suo

Fundūt hostes.

Camillꝰ Satricū oppugnat.

Hetruscorū cædes.

Nepete expugnatur.

Latinorū excusatio.

Manlij Capitolini insolētia.

Dictator

Dictatoris gema.



suo numero fręti, nihil secum in prælium præter temeritatem ferentes, cum clamore in Romanam aciem telis temere coniectis irruunt. Vbi vero gladios circa ora & oculos micare vident, haud aīr q̄ in insidias præcipitati, Romanorū ardorē ferre nequeūt. Impulsa itaq; statim acies, vi deinde ab eqte illata, minus ac minus constare sibi cœperunt, mox fuga semel inclinata passim discti cum multa strage, qua suus quęq; aut metus aut impetus tulit, in pacatum abierunt. Eorū castra capta ac direpta sunt, omnisq; præda, præter libera corpora, miliți concessa. Circenses coloni & Veliterni inter captiuos cogniti, Romā a Dictatore missi, vtrique sui populi defectionē indicauere, apparebatq; iussu ros patres bellum duabus ciuitatibus inferri, eratq; in eam expectationē Dictator erectus, quum seditio, quæ Romæ in dies gliscebat, victorem exercitum domū reuocauit. Nam super alia multa Manlij atrocia dicta factaq; quum centurionē pecuniæ adictum e foro abduci vidisset, cum suorum caterua impetu facto, creditoribus manum iniecit. Inde in patrum auaritiam & superbiā inuectus, frustra a se Capitolium seruatū prædicabat, si ciuem suū in neruos & in vincula, velut bello captum impune trahi pateretur. Hæc ille & alia acerba, in totius ordinis inuidiam locutus, rem simul palam creditori persoluit, solutumq; alieno ęre domū dimisit. Precari ille forensi turbæ immixtus, deosq; & homines obtestari, vt Marco Manlio, suæ libertatis assertori, gratiam pro tanta in se liberalitate, vel cumulatissimam relatā vellent, ipsius opera se lucē, forū atq; ora ciuiū videre, omnia parentum beneficia se ab illo habere, quicquid sibi cum patria, cum penatibus, publici & priuati iuris esset, id se cum vno homine semper habiturum. Magnum inde plebis studium est Manlio conciliatum, sed maius a patribus odium. Ipse præceps in popularē aurā, fundū, quem in Veienti possederat, præconi subiecit, testatus quādiu ex priuatis fortunis superesset aliquid, haud passurum se suorum ciuium quēpiā in neruos & vincula a creditoribus abduci. Iam fre quens plebs Manlium adire, quam ille vniuersæ nobilitati in dies magis, tam veris quam falsis criminibus reddebat infestam. Aurum quod pro Capitolij redemptione in medium fuerat collatum, a patribus interuersum insimulans, vt qui populū capto ex hoste agro fraudassent, fraudarent & auro. Potuisse ea auri summa plebem alieno ęre liberari. Sed cessisse rem ipsam, vt cætera publica in paucorum prædā. Daturum tamē se operā diligenter in uestigando, vt quo esset loco id aurum suppressum intelligeret, eoq; reperto ad leuandam ciuium inopiam, non ad luxuriam paucorū alendā, respu. vteretur. His erecta vocibus plebs, per æqua & iniqua secutura videbatur suorum commodorū autorē, ad quos motus opprimendos, Dictator accersitus, vbi euocato in curiam Senatu, omnium animos satis est periclitatus, patrum multitudine stipatus in forum descendit, inde sella in comitio posita, viatorem ad Manlium misit, qui testatus certamē ingens adesse, cum multitudine suorum ad Tribunal venit. Hinc patres, inde plebs suum ducem intuentes, velut in acie diuersi consistere. Tum silentio facto, Audio inquit Cornelius factā abs te Māli spem ciuitati, ex thesauris Gallicis, quos patres occultent, æs alienum persoluī posse, cui rei tantum abest, vt sim ipse aliquo modo impedimento futurus, vt te contra adhorter, immo iubeam, vti Romanam plebem, ista ratione, liberes, & hos publicis thesauris incubantes, ex nefaria præda indicio euoluas, quod nisi facias, siue quia ipse in parte prædæ sis, siue q; vanum indicium est, in vincula te abduci iubeo, nec diutius patiar te vana spe multitudinem solicitare. Ad ea Manlius pauca præfatus, quibus testatus est, haud se ab initio latuisse. Dictatorem aduersus se, non ad vsum belli, a patribus creatū, & iam omisso bello, quod erat ad hoc ipsum simulatum, in M. Mallium & Romanam plebem impetum fieri. At mirari se cur inuidia ex eo sibi quæreretur, q; ciuiū pacrociniū suscepisset, & q; latus suum plebeiorum multitudo cingeret. Inde ad Dictatorē conuersus, tuū est inquit Aule Corneli, vestrū patres conscripti, quū velitis facile hunc comitatū mihi adimere, intercedendo pro vestris ciuibus, prohibendo iudicatos abduci, vestro ære inopes subleuādo, alienas necessitates suo q̄sq; beneficio sustinendo, fortē aliquā de capite adimite, aut quod vsuris supernumeratum est tollite, sic enim non magis mea quam cuiuspiam vestrū spectabilis erit turba. Verum enimuero, siquis querat qd sit, q; solus nunc meorū ciuiū curā agā, nō multo plus qd respondeā habeo, q̄ si qs me roget, cur Capitoliū solus defenderim, arcēq; seruauerim, & tū oībus quā potui opē tuli, & nunc singulis ferā. Qd aūt ad Gallicos thesauros attinet, rē suapte natura facilē, istæc fecit pcontatio difficilē. Cur enim quæritis qd scitisq; cur qd in sinu vestro est excuti ab alio iubetis? nō ego vt vestrā prædā indicē, sed vos potius cogendi estis, vt in medium proferatis. Tum iterū iussus oībus ambagibus missis indiciū peragere, aut fateri scelus insimulari falso crimini Senatus, quum negaret se arbitrio inimicorū locuturum, in vincula dictatoris iussu est ductus, Iouē & cæteros deos testatus, rem indignam fieri, seruatorem patriæ, quia Romanæ plebi gratificaretur, in catenas & vincula abduci, nec; oculi multitudinis, nec; aures, eam indignitatem ferre potuerunt. Cæterum Dictatoria maiestas effecit, vt nec; Tribuni plebis nec; plebs ipsa, attollere sit ausa frontem, aut hiscere. Satis constat Manlio in carcerem coniecto, magnam partem plebis vestem mutauisse, multos etiam barbam & capillum, vt in domestico luctu, promisisse, obuersatamq; in vestibulo carceris multitudinem ingentem, dum dictator de hostibus victis inuidiosum triumphum egit, vulgo exauditæ etiam voces de ciue non de hostibus Dictatorem triumphare. Vnum defuisse, vt, M. Manlius ante currum duceretur. Et iam res haud procul erat a seditione. Tentarunt patres plebis iram lenire, colonia Satricum proposita sed nulli dubium erat, ea illecebra Manlium periclitari. Repudiata proinde vulgo est ea Senatus munificentia. Abijt interim Cornelius magistratu. Tū Manliani palam plebis patientiam increpare, quæ ciuem suorum commodorum studiosissimum, nec alia de causa patribus offensum, quam q; in opum ciuium suscepisset patrocinium, inter fures & latrones in vinculis iacere patereturSic Sp. Cassium, sic Mālium periisse, quia plebi gratificati essent. Desituros tot infelicium virorum exemplo, qui opibus & ingenio pollerent, ingratæ multitudini patrocinari amplius, cum nihil aliud esset multitudine ad se beneficio trahere, quā funebrē comitatū suis exequijs parare. Talibus querelis multitudo accensa, aperte se carcerem refracturam minitari, nisi Manlius vinculis eximeretur, quod ne fieret veriti patres, Senatusconsulto eum liberarunt. Tum vero non modo nō seditio suppressa est, sed dux seditioni restitutus. Venerant per eos dies legati e Latinis & Hernicis Romā

Vrbana seditio.

Māli⁹ calūnia in patres.

Dictator Manliū accersit.

Ferox Manlij respōsū.

Mālius ī carcerem truditur.

Liberat Manlius

cis Romam,& cum his Veliterni & Circenſes, purgaturi ſe a Volſci belli ſuſpitione,& vt capti ciues ſibi redderentur, in quos ipſi patrijs legibus animaduerterent. Reſponſum eſt illis, vt confeſtim a conſpectu & oculis Romani populi faceſſerent, ne ſi negligentius id fieret, parum eos ius legationis tegeret. Comitia inde habita, quum iam Māliana
Trib.cō. po. ſeditio recrudeſceret. Creati Tribuni conſulari poteſtate, Cornelius Maluginēſis, Valerius Potitus, Furius Camillus, Seruius Sulpitꝰ, Papyrius Craſſus, Quintius Cincinnatus. Peropportune principio anni huius quies ab externis armis fuit. Domi Manlius carceris iniuria irritatus,& ꝙ 2 dictatore nihil in ſe atrocius pro poteſtate ſæuitum eſſet, adhuc ferocior factus, multitudinem in patres domeſticis concionibus concitabat, aut omnibus audēdum ſemel aliquid eſſe affirmans, aut omnia ſingulis patienda. Irent & aliquando reminiſcerentur ſe liberos eſſe,& in libera ciuitate natos, non mancipia nobilium, æquandas Dictaturas, æquandos conſulatus eſſe, vt caput attollere Romana plebs poſſet. Adeſſent ſibi quum primū de pecunijs iudici cœptum eſſet, ſequerentur ſe ſiue ducem nomine, ſiue maiore imperij appellatione nominare vellent, ſuam felicitatem plebs aduerſus patricio rum
Recentes Manlij motus. ſuperbiam, ſuo ductu experiretur. Fore vt minore negocio imponerent qui patribus imperaret, quā imperantibus reſiſterent. Fuerunt ea tempeſtate q crederent cœptum etiam apud illium de regno agitari, ſed quarenus id conſilium proceſſerit non traditur. Nec patres rem tantā ociosis oculis ſpectabant, quin fremebat curia, fæuiebatq animis, atq vna Dictatoris clementiam incuſabant patres, qui cū vnius ciuis morte ītestino bello rē publicā liberare potuiſſet, vinculis & carcere id ſcelus vindicā dum putaſſet, quum pernicioſiſſimi ciuis cruore multo tutius potuiſſet. Iuſſi itaq; Tribuni militum diligenter aduertere, ne ex tam nefario ſcelere maius aliquōr reſpublica caperet detrimētum. Tū, M. Menenius & Q. Publius Tribuni plebis, non patrum aut plebis maiore vllo certamine opus eſt, inquiunt, ciuitatis hæc vltio erit. Affectati regni Manlium accerſere velle ſe pronunciant. Nullum crimen Romanæ ciuitati eſſe magis inuiſum, ſuis Manlium viribus oneratum haud dubie caſſurū, nec multitudinem pro eo certamen vllum ſubiturā, ſi ex plebe accuſatores contra patricium ſtare viderit, quin ad primam inuiſi criminis mentionē regium nomen auerſata ſuę fauebit libertati. Patri
Tri.ple. Manlio diē dicūt bus id probantibus, diem Tribuni Manlio dicūt, mirum primo fuit populo, ꝙ nemo cum eo ne fratres quidem veſtem mūtarint. Apparuitq magno conſenſu totius ordinis iudicium conſtaturum. Vbi vero dies affuit quid precipue illi ſit obiectū Liuius haud diſerte poſuit. Cæterum atrociſſimū eius accuſationis caput fuiſſe, vel ex eo credere par eſt, ꝙ non tam tempus quam locus impedimento fuerit, quo minus ſtatim damnaretur. Quadringen
Mālij de ſenſio. tos circiter ciues produxit in medium, quos crediſtoribus addictos gratuita pecunia nexu liberauerat. Protulit & triginta ſpolia cæſorum hoſtium, militaria dona. XL. ab imperatoribus accepta, in quibus duæ fuerunt Murales coronæ, octo Ciuicæ. Producti ſunt & ciues ab hoſte ſeruati, & in his C. Seruilius, abſens ꝙ magiſterio equitum fungeretur, quæ belli decora cum magnifica Manlius oratione dicendo exequaſſet, pectus nudauit, multis cicatricibus bello acceptis inſigne, inde Capitolium intuitus, Iouem alioſq; deos, qui loco præſidebāt, in fortunarum ſuarum auxilium deuocat, precatus vt quam ſibi mētem, quum hoſtes ex arce depulit dediſſent, ad ſalutem populi Romani, eandem ipſi ciuitati in ſuo diſcrimine darent. Poſtremo ſingulos obteſtari, vt ſuffragium de ſe laturi, Capitoliū & arcem ſpectarent. Prioris vitæ merita, & oratio ad id compoſita in cauſa fuerunt, vt Tribuni non auſi ſint, Romanas tribus in campum Martiū ad ſuffragium vocare, vnde Capitolium & arcem in conſpectu haberent, veriti ne tam recentis meriti memoria præſenti iudicio obſtaret, ſed producta die populum in Petelinum lucum extra frumentariam portam aduocauere, ibi ciuium oculis locorū Vbi Mā facie liberatis plus crimen valuit, quam meritum. lius dam Damnatus Manlius populi ſuffragio, ex Capitoli natus. na rupe præcipitatus eſt, atq; ſic accidit, vt idem lo Mālij dā cus in vno homine gloriæ eximiæ fuerit, & extremi ſupplicij monumentum, vnacq; fœda regnandi natio. cupiditas, quod cæteris mortalibus documento eſſe poſſit, tanti fuit, vt multa præclara alioqui eiusdem geſta, non ingrata ſolum ſed inuiſa etiam ad populum extiterint. Quidam duumuiros capitales ad id creatos tradiderunt, qui in Manlium perduellionis accerſitum anquiſiuerint. Sunt notæ mortuo adiectæ. Cautum ne patricius in Capitolio aut in arce habitaret amplius, nec in Manlia gente quiſquam Marci prenomen ferret. Et hæc domi foriſq; poſt receptam vrbem a Romanis geſta. Secuta inde peſtilentia & fames, qui annus duplici
Tri.cōſ. po. malo inſignis, Tribunos conſulari poteſtate habuit, L. Valerium, Aulum Manlium, Seruium Sulpitium, L. Lucretium, L. Aemilium, & M. Trebonium. Hi magiſterio inito, bellum in Volſcos ad Romanum nomen exercendum natos, parare ſunt iuſſi. Deſtinati noui hoſtes Veliterni & Circenſes Coloni. Exercitus ob peſtilentiam eo anno educi non potuit. Coloni interea non ſolum non id tempus in deprecanda culpa conſumpſere, ſed turbatoribus pacis multitudinē irritantibus, auſi ſunt etiā Romanum agrum incurſare. Sequenti itaq; anno, Sp. & L. Papyrij noui tribuni conſulari poteſtate, Tri.cōſ. Velitras ad bellum ſunt profecti, quatuor collegis po. Cornelio Maluginenſi, Q. Seruilio, C. Sulpitio & L. Aemylio ad vrbis præſidium relictis, ſiquid ex Hetruria moueretur, nam inde quoq; belli minæ impendebant ad Velitras cum maior Prænestinorum numerus quā colonorū eſſet, a Tribunis felicitер eſt dimicatum. Oppugnatione vrbis quia arduum videbatur opus, conſulto Romanus victor abſtinuit. Bellū Prænestinis eſt indictum, quia Veliternis hoſtibus auxilia miſiſſent. Hi cum Volſcis coniuncti ſequenti anno Satricū populi Romani Coloniā expugnarunt, fœdeq; in colonos victoriā exercuere. Romani eā rem ægre paſſi, M. Furiū Camillū Tribunū cōſulari poteſtate crearunt. Col Tri. cōſ. legæ illi aditi, Au. & L. Poſthumij, L. Furius, Fabiꝰ po. Ambuſtus & L. Lucretius. Bellum Volſcum Camillo extra ordinem decretum, cui ſorte L. Furius collega in magiſterio adiutor eſt datus. Erat iam ſenio confectus Camillus, vt ciuilia haud iam multum obiret officia, vegetum tamen ingenium in viuido pectore vigebat, cum quatuor legionibus ad Satricū profectus, tantā vim hoſtium ibi offen- Hoſtiū dit, vt Volſci ſuis viribꝰ fræti, vltro acie in Roma- ingēs nu norum cōſpectu explicauerint, nullā dimicationi merus. moram facturi. Tenuit Camillus ſuos intra vallū, nihil moturꝰ priuſquā oīa per ocium exploraſſet. Creuit inde, vt fit, hoſtibs audacia, ꝓximeq; vallū accedentes, cōuicia & probra in Romanum iacere: Aegre id miles ferre, ſed multo egrius, L. Furius Tribunus. Inſtigare itaq; milites, eleuareq; Camilli autoritatē



li autoritatem, cunctatorem ex acerrimo bellatore factum prędicabat, ætatemq; incuſabat, cor-
Detrahit Camillo a collega poribus viuere animos, & defloreſcere dictitans, cum qui primo impetu vrbes capere eſſet ſolitus, intra vallum iam timidum & inertem quieſcere, militemq; pugnare cupientem cohibere. Sed illum ſatis vitæ, ſatis gloriæ habere, nec attinere vires ciuitatis, quæ immortalis futura eſſet, cum vno mortali corpore conſeneſcere. His ille quum tota in ſe caſtra conuertiſſet, militibus pugnam poſcentibꝰ, Nequeo inquit Camille militum impetum ferre amplius, intoleranda hoſtium ſuperbia, cunctantibus nobis in horas contumelioſius inſultant, cede vnus omnibus, & patere te vinci cōſilio vt maturius bello vincas. Ad ea Camillus, ſcio inquit q̄ſ
Camilli ſapiēs p̄ miſſio. diu meis ſolius auſpicijs publicis exercitibus præfui, eo euentu fuiſſe in hoſtes bellatum, vt neq; me neq; mei conſilij populum Romanum pœnituerit vnq̄. Nunc video me collegam habere, qui non ſolum imperij ſit particeps, ſed flore etiā ætatis lōge præſtet. Nā qd ad milites attinet conſueui ego ſemper regere meos exercitus, non regi. Nunc tuū imperium impedire nequeo, age tu quod e republica, futurū putas, dū quod feceris feliciter euenire velit, faxintq; ne poſtea hoc noſtrum conſiliū ſatius fuiſſe credatur. Proponitur itaq; ſignū pugnæ. Furiꝰ q certaminis erat auror primā aciē inſtruit, Camillus ſubſidijs ordines & caſtra valida ſtatione firmat, ipſe editum locum ſpectator pugnæ in omnē euentū intētus conſcēdit. Hoſtis primo congreſſu dolo nō metu pedē retulit, aliquot lectiſſimis cohortibꝰ ad ſubitam eruptionē intra caſtrorū vallū relictis. Inſtat Furius hoſti ſua ſponte fuſo donec eo pertractus eſt, vt iam hoſtili eſſet eruptioni valde obnoxius. Tum Volſcis in pugnam verſis, nouoq; ab
Reparat Ro. acies a Camillo erūpentibus terrore ſuperinfecto, ſupina valle Romana acies p̄ceps agebat, mileſq; ancipiti terrore p̄culſus, oīs decoris & priſtinę ferocię immemor, paſſim terga dabat, caſtraq; effuſo curſu repetebat. Tū Camillus ab ijs qui proxime ſteterāt repēte in equū ſublatus ſubſidijs raptim oppoſitis fugientibus ſe ſe obijcit. Hæc eſt inq̄t clamitās pugna illa milites, quā tāto ſtudio nup a veſtris ducibꝰ efflagitaſtis? Quem hominum p̄ter vos ipſos accuſabitis? Veſtra illa temeritas veſtra ignauia eſt. Ductu Furij in pugnam iuiſtis, nunc Camilli reductu pugnam inſtaurate, eius denicq; auſpicijs vt ſæpe alias vincite. Quid fruſtra vallum & caſtra petitis? illa vos, niſi victores non recipient. Clamat ſimul ille hęc, vnaq; ad ſigna decurrēs, aciē vbi plus laboris erat reparat. Tanti ducis p̄ſentia ac piculo moti milites, vbi ſigna circūagi cœperūt, & ipſi alacri animo in hoſtem conuerſi, prælium inſtaurant. Furius ad equitem miſſus rē ex altera parte iuuat, identidem ſuos
Exuunt Ro. Volſcos caſtris. precatus, vt ſibi eius diei ignominiam demerent. Tū relictis equis, qua parte plurimū pedeſtris acies grauabatur, inſignes armis ſeſe equites miſerunt. Pari ſtudio duces militeſq; cōnixi, hoſtem gradu ſubmouent, ſummotum egregie ſundunt, fuſum ſparſumq; multa cæde conficiunt. Demum captis caſtris ſiqui eo confugerant, itidem vt in acie & fuga cæſi. Quum in recēſendis captiuis Tuſculanorum quidam agniti eſſent, ab alijs ſecreti ad Tribunos peducti ſunt. Hi rogati quum ſe publico conſilio militare dixiſſent, Tuſculanicq; & ipſi defeciſſe viderentur, tam propinqui mœnibꝰ belli Camillus metu permotus, cūm captiuis colle ga in caſtris relicto, Romam conceſſit. Senatus Tuſculanos bello perſequendos cenſuit. Eaq; prouincia vt antea Volſcorum, Camillo extra ſortem de-

cernitur. Petijt ille vt ex collegis vnum adiutorem ſibi ad id bellum darent. Permiſſum eſt, vt quem ex toto collegio veller, ſibi aſſumeret. Tum contra ſpem omnium, L. Furium optauit. Qua animi mo-
Humani tatis exēplum in Camillo. deratione ingentem ſibi peperit gloriam, & collegæ infamiam leuauit. Nec bellum cum Tuſculanis fuit, omnibus circa Thuſculum pacatiſſimere pertis, Camillus præſentem rerum ſtatum foris miratus caſtris ante vrbem poſitis Tuſculi mœnia ingreditur, omnia intus exploraturus. Hic artifices ſuis operibus intentos conſpicatus, ludoſq; literarios puerorum cœtibus obſtrepere, atq; aljos alia munia per ocium obeuntes, vt nihil ficti eſſe crederetur, rei miraculo commotus Tuſculanum Senatum ad ſe vocari iubet. Ibiq; paucis affatus, Soli in quit omnium ad hunc diem inuenijſtis Tuſculani, quibus artibus vos & fortunas veſtras a Romanorum ira tueremini. Ite Romam ad Senatū, æſtimabunt patres vtrum plus pœnę delinquendo, an veniæ dilecta corrigendo meriti ſitis. Neq; quod ad me attinet, publici beneficij vobis materiam adimo, deprecandi ſit poteſtas vobis volo. Euentum veſtris precibus quem volent ipſi dabunt. Vbi Romam ab his itū eſt, mœſtos in veſtibulo curiæ ſtantes patres intuiti, miſericordia mouit ordinem mitius q̄ meriti eſſent agendi, comiter igitur appellati quid ſibi poſcerent dicere iuſſi ſunt. Ibi eorū Dictator neſcire Tuſculanos cauſam dixit, cur ſibi bellum a Po. Ro. indictum illatumq; eſſet. Illud non ignorare a ſe & ſuis haud alio habitu Romanis legionibus itū obuiam, q̄ quo tunc in curia cōſpicerentur. Nec proceſſuros vnq̄ tractaturos ve Tuſculanos arma, niſi prius a Romanis iuſſi eſſent. Agere itaq; ſe gratias Dictatori abſenti & exercitui, q̄ non magis auribus q̄ oculis credidiſſent. Summa eius orationis fuit, vt diceret pacem quam inuiola tam præſtitiſſent Tuſculanos a Senatu & Po. Ro. precari, auerterent bellum vbi hoſtes eſſent, ſe non niſi inermes Romanas vires experturos, ſi eas neceſſe eſſet experiri. Eam Tuſculanis omnibꝰ mētem eſſe, quam deos precari vt tam felicem facerēt q̄ pia eſſet. Tantū tempeſtiua illa ſatiſfactio patrū animos flexit, vt non ſolum pax ſit precāribus reddita, ſed haud multo poſt Tuſculani omnes ciuitate donati ſint. Legionibus a Tuſculo Romam reductis, Camillus virtute imperatoria & felicitate inſignis magiſtratu abijt. Tribuni conſulari poteſtate Tri. cōſ. ſecuti, L. & P. Valerij, C. Sergius, Licinij Meneniꝰ, po. P. Papyrius & Cornelius Maluginenſis. Tribunis plebis delectum hoc anno ob æs alienum impediē tibus, Prænestinis qui iam antea arma intenderant occaſio data eſt, vt comparato exercitu ad Collinā portam vſq; proceſſerint, ingens in vrbe trepidatio fuit, concurſumq; eſt in muros & ad portas. Tū ciuitas a ſeditione ab bellum conuerſa Dictatorem T. Quintium Cincinnatum dixit, a quo Aulus Sēpronius Atratinus magiſter equitum eſt creatꝰ. Di- Dictator ctatoris nomine vix bene audito hoſtes confeſtim Cincinab vrbe receſſere, & plebs ad danda nomina Dicta natus. tori obſequentior fuit. Dum igitur Romæ exercitꝰ conſcribitur hoſtes ad Aliam fluuium caſtra munuere, inter ſe iactantes operæp̄ciū eſſe cū caſtris locum a ſe potiſſimum capi, qui Romanæ ciuitati in ſigni clade funeſtus eſſet. Fore, vt Romani ſi eo accederent, nihilo meliore euentu pugnaturi eſſent q̄ antea cum Gallis pugnarant. Romani contra certo ſcire vbicunq; Latinum hoſtem adipiſcerentur, eū dem pugnæ exitum futurum, qui ad Regillū olim lacum fuerat. Qua pugna Latini fracti centum prope ānos Romano imperio paruiſſent. Irritauit loc?

militum animos, ad Senonicæ cladis infamiam recenti victoria delendã, his vtrinq; animis ad Alliã Ad Alliã Ro, & hostes cõsederunt, diuersi exercitus consedere. Tum Dictator Prænestinorum aciem pugnæ instructam intuitus, vides inquit Aule Semproni, quonam modo hostes fortuna loci magis q̃ viribus fręti parati sint acie dimicare? at tu non spe vana vt illi, sed armis & virtute fręrus mediam aciem equitibus inuade. Ego cum legionibus adero, hostesq; ab equite turbatos pedestri prælio occupabo. Precatus inde deos fœderum testes, vt propitij adessent, Magistro equitũ immisso signa inferri iubet. Non equitem prænestini, nõ peditem sustinuere. Primo impetu clamore soluti hostium ordines fugam circũspectare cœperũt, mox sub Dictatoris accessum, pedestri prælio iniecto aperta fuga, fit fusi dissectiq; hostes præter sua castra præcipiti cursu deferuntur, nec prius a fuga & pauore cessatum, q̃ Prænestę ante oculos habuerunt. Erat extra vrbem locus quem iam antea ad arcendas populationes communierãt. Hũc hostes ad Dictatoris vsq; accessum tenuerunt. Qui vbi eu estigio secutus affuit, non minore animorũ consternatione, q̃ ex acie deiecti in vrbem concesserę. Dictator circunlatis primo signis, octo oppida, quæ Prænestinæ ditionis erant, vi subegit. Mox Prænestę bello repetitum, id non vi sed deditione est receptum. Quintius dictator clarissimam victoriam viginti dierum spatio adeptus, Romã rediens triumphauit.

Fũdũtur acie Prænestini,

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER II.

ANNI MVNDI.

Vit annus ille quo Prænestini sunt in deditionem recepti, cẽtesimæ Olympiadis vltimus. Mundanæ originis supra octingentesimum, ac quater millesimum, quartus & vigesimus. Ab vrbe condita vndecentesimus supra trecẽtesimũ. Post vrbem a Gallis receptam si tempora Eusebio constant, quintusdecimus. Liuius pauciores ponit annos. Sed quantacunq; fuit illa temporum intercapedo, in exiguum hunc annorum orbem, incidisse videri possunt, quæ a Lacedæmoniis in Ionia atq; Græcia, a Thissaphernis morte gesta sunt, vsq; ad ea tempora quibus Spartanæ opes pluribus prælijs accisæ, imperium amiserunt. Sed de his priusq; dicam instituti operis ratio exigit, vt viri ingenio clari, qui per hæc tempora fuerant, breui relatione pertractentur. Enimuero tempestate illa latius fluere cœperunt vberrima illa ingeniorum flumina, quæ Socratico fonte corriuata, Græciã primo, mox & alias passim terras late inundarunt: Fuitq; horum vnus Xenophon Athenis ortus, ille dico Platonis æmulus, cuius ferunt illud esse, q̃d̃ alij ad Anaxagoram id referant, vt nunciato filij interitu, sciebam dixerit me eum mortalem genuisse. Ephorus memorię prodidit eius filiũ, Agesilai ductu, in ea pugna periisse quæ ad Mantineã cõmissa est, in qua Epaminõdas Thebanus occubuit, auditoq; eius casu, quũ ipse forte coronatus sacrificaret, fuisse enim in primis dicitur sacrorum studiosus, ad tam tristem nũciũ coronã deiecisse, rursusvbi eũ mortẽ strenue oppetiuisse cognouit, capiti coronã restituerit. Cũ Cyro Darij filio, cuius vitam scripsit, priore anno q̃ Socrates dãnatus est, Sardibus cõgressis dicitur. Socratis vitam, mores & disciplinam enixe retulit. Scripsit ad volumina quadraginta, tanta eloquũ suauitate, vt musa sit Attica appellatus. Socraticus & Aeschines & idẽ Atheniẽsis, mirę indolis a puero, laborũq; patientissimus, adeo p̃ceptoris studiosus, vt nunq; ab eo discederet. vnde Socratis vox illa memorabilis. Solus Aeschines nouit Socratem honorare. Fuit & ipse eloquentiæ studiosus, ac Demosthenis æmulus, cũ minore Dionysio plurimũ vixit. Dialogos scripsit, neq; adeo multos. Fuit his æqualis Aristippus Cyrenaicus, eodem ortus fonte sed a Socratis parsimonia tã diuersus, vt in philosophorum nullo maius sibi patrocinium inuenerit voluptas, cui illud prętexuit, non vinci a voluptatibus optimũ esse, nõ autẽ voluptatibus abstinere. Extãt & alia eius apophthegmata, quibus colligitur, quãtũ fuerit per oĩa voluptati addict⁹, quã a principio vitæ mortalibus natura conciliari affirmabat. Proinde finem a sapientibus statui oportere, essecq; eã omnino bonã, etiã si a turpissimis profiscatur: durũ p̃terea dolore, familiarius lætari: p̃stãtioresq; esse corporũ q̃ animorũ voluptates, vt lãgores deteriores. Nihil natura turpe, aut iustũ, aut honestum, sed lege & consuetudine. Per hæc ille volutatem amplexus, negabat tamen oportere sapientẽ semper in voluptate versari, naturalium inquisitionem reijcere, q̃ ea diceret manifeste deprehendi non posse. Logicen ob eius rei vsum liberius tractabat, ipsecq; in Dionysij aula diu multũq; versatus, & cum Aeschine nõnihil simultat⁹ est. Attica Doricaq; lingua Dialogos scripsit, & libros tris, q̃bus Lybicam est historiam complexus. Grandis ex eo familia deinceps orta, adeo plures semper extitęrũt, q voluptati fauerẽt. Cyrenaici illi noiati, quorũ alij Aegesiaci sunt dicti, alij Annicerij, alij Theodorij. Quidã etiam Erectrici. Clarum inter Socraticos est & Elienſis Phædonis nomen, & ipse suum dogma condidit. Huius successores, Plistanus, Menedem⁹ & Asclepiades, Eliaci ab authoris patria nominati. Clarus & Euclides Megarensis, vnde megarica familia, mox Eristici, postremo Dialectici nuncupati, quoniam ita scriberent, vt interrogare & respondere viderentur, a Dionysio Carthaginiensi sic primum appellati. Fuitq; hic quoq; ex Socratis assectoribus vnus, a quo Eubulides Milesius Soritem, Caluum. Inuolutum, Ceratẽ, & alios in Dialectica Griphos commentus dicitur. Idẽ Aristoteli infestus, cuius errata sit quædã corrigere adortus. Sed eo aliquãto iunior. Dedit Eubulidi operã Dio dorus cognomento Cronus, qui quum apud Ptolemæum Sorerẽ Dialecticum sophisma a Stilpone propositum soluere nequiuisset, vitam mœrore finiuit. Fuit quidem Stilpo ex Euclidis successoribus, qui tantum eos cum quibus vixit celebritate superauit, vt totam Græciam in sui admirationem verterit. Nota vox eius in Athenienſem ignobilem & intempestiue dicacem, quum ex omnibus locis factus esset concursus ad eum videndum, q̃ tum primum Stilpo Athenas venisset, mirãtur ait omnes te o Stilpo, vt beluam quandam, imo vero inquit non tanq; beluam, sed tamq; verum hominem. Demetrius Antigoni, qui expugnator vrbium est dictus, quum multa sui milites Megarenſibus diripuissent, fama & scientia hominis adductus, Stilponem ad se vocatum rogauit, an quicq; ei milites ademissent: Nihil quidem respondit, nã eorum nemo sapientiam diripere potuit. Ipse iam confectus senio, hausto de industria veneno, vt ci tius extingueret, vita decessit, huic Zeno & Aristoteles

Aeschines.

Aristippus.

Phædon. Eliaci. Euclides

Eubulides.

Diodor⁹ Cronus. Stilpo Megarensis.

Zeno. Aristoteles

Viri illustres.

Xenophon.



teles operam dedisse traduntur, sed hi aliquanto recentiores. Crito adhæc & Simon Athenienſes Socratici fuerunt, quorum ille cum quatuor liberis dedit operam Socrati, dedit & Glaucon idẽ Athenis natus, Simias & Cebes Thebani, Menedemus Eritbrienſis qui periturus septem diebus cibo abstinuit. Omnium tamen longe celeberrimus Plato paterno genere a Codro oriundus, & mater genus suum ad Solonẽ, qui leges Athenienſibus scripsit, referebat. Duo is statuit principia deum & materiã: Deum nunc mentem, nunc causam appellauit: Mũdum vnum, eumq; genitum. Ideas in rerum natura, velut exemplaria, permanere arbitratus est. Omnium Græcorum primus de immortalitate animæ scripsit, tam late per omnes philosophiæ partes euagatus, vt merito sit sapientiæ Antistes nominatus. Octogenarius periit, anno primo centesimæ octauæ Olympiadis. In Academia extra Athenas situs est, vbi plurimum philosophatus, vnde & qui ab eo fuerunt, Academici sunt nuncupati.

Crito. Cebes.

Plato.

Antisthenes.

Vixit cum eo celebri fama Antisthenes Cynicæ disciplinæ autor, Gorgiæ primo, mox & Socratis auditor. Huius est illud, ita inuidum consumi inuidia, vt ferrũ rubigine. Et tum ciuitates omnino interituras, quum boni ab improbis nequirent discerni, malleq; se insania q̃ voluptate corripi. Ex tant prætęr hæc multa ab eo & sapienter dicta, & ingenioſe quædam responſa. hunc Socraticorum vnum Theopõpus maxime probauit, a Thimone ingeioſu s est nugator dictus. In hæc tempora incidisse crediderim, Zeusidem Heracleotem, & Parrhasium Ephesiũ qui prima penicilli rudimẽta circa quintã & nonagesimã Olympiadẽ posuisse traduntur. Proditũ memoriæ est, aues specie vuarũ de

Zeusis. Parrhasi⁹

ceptas ad vuarũ racemos aduolasse, quos Zeusis figurauerat, quarũ iudicio tumens, quũ Iintheũ a Parrhasio pictum, vt verũ amoueri iussisset, ingenuo pudore concessit æmulo palmam. Pari ingenuitate puerum vuas tenentem deleuit, ad quarum conſpectum iterum decepte volucres occurrissent, eo argumento offensus, q̃ si viuere puer ab auibus

Lacedæ. gesta.

creditus esset, ad eam illecebrã nunq; aduolassent. Sed Lacedæmoniorum gesta historiam ad se reuocant: Hi post Thissaphernis interitum, perijt is Artaxerxis, vt diximus, iussu, Agesilao duce aliquanto maiore q̃ antea successu Persicas opes circa Ioniam fregerũt. Tum vero Tithraustes Thissaphernis successor cum Agesilao agere cœpit, vt Asiæ ciuitatibus libero iure in medio relictis bellum vtrinq; solueretur: ad ea Spartanus dux, nunq; se prouincia discessurũ respondit, nisi cõditiones, quę proponerẽtur, Lacedæmonij probassent. Hæc ille, nec secius interea bellum q̃ accuratissime põt comparat, centũ triremiũ classe instructa, magnoq; terrestrium copiarũ apparatu, in Pharnabazũ omnẽ belli impetum conuertit. Pisandrũ vxoris fratrem rei nauticæ præfecit. Ipse cũ robore copiarũ Phrygiam ingressus, terrore & populationibus omnia

Tithraustes.

complet. Tithraustes interea Agesilaũ rat⁹ ex Asia haud temere excessurum, q̃ cerneret opes regias in dies maiore detrimento affici, vt Lacedæmonios domestico bello implicaret, Timocratem Rhodiũ in Græciam cum auro misit, qui ciuitatum principes corrumperet, vt per eos populis a Lacedæmoniorum societate alienatis, aliquis belli motus illis existeret, nec Barbarus frustratus est cõsilio. Pleriq; auro capti sunt, & in his Androclides & Alexidorus Thebani, Timolaus Corinthius, & Cilon Argiuus, alijq; in alijs vrbibus autoritate & opibus longe principes. Hi Lacedæmonios apud suos cri-

Defectio Græcorũ a Lacedę.

minati, facile populorum studia ab illorum societate alienarunt. Cæterum quum nihil propterea Lacedæmonij moturi viderentur, alia ingressi via, Locros Opuntios subornant, vt Phocenſibus circa Etesinium regionem negocium inijcerent, rati fore, vt Phocenſes confestim in Locridem irrumperent, vnde postea turbandarum rerum occasio satis honesta Thebanis oriretur. Et hi quidem talia ad statum Græciæ turbandum commenti sunt, nec eos opinio fefellit. Phocenſes ad primos Locrenſiũ motus, illorum fines ingressi, multo maiora damna, q̃ illata essent, hostiliter rependunt. Eam occa-

Locrẽſes. Phocẽſes

ſionem amplexus Androclides, Thebanos facile perpulit, vt Locrenſibus auxilio essent. Erat enim Locris socia & confœderata cum Bœotijs. Thebani comparato exercitu Phocidem inuadunt, lateq; terram omnem hostiliter populantur, qua subita clade Phocenſes cõsternati, Lacedæmonem legatos mittunt, de Thebanorum iniuria questum, auxiliaq; aduersus Bœotiorum iniuriam imploratũ. Hi vbi Lacedæmonem venere, multa de Locrorũ in se temeritate, sed plura omnino de Thebanorũ iniuria, apud Ephoros questi, vt plane demonſtrarent vim primo a Locrenſibus intentatam, remq; excõpoſito motã, vt ad arma veniretur, posseq; eã fraudẽ a Thebanis videri ortã, qui nulla ipſi iniuria lacessiti, temere arma induissent. Lacedæmonij qui erant iam antea Thebanis & Corinthijs irati, q̃ ob Asiaticarum manubiarum partem sibi denegatam, soli omnium sociorum milites in Asiam cum Agesilao non misissent, & q̃ Thebani Athenienſes exules, contra edictum, non solum recepissent, sed circa Pyreum ad tyrannidem Critię & aliorum expugnandam iuuissent, infidam vtrorumq; societatem iudicandam censent. Faciebant hos animos illis Agesilai in Asia successus, & q̃ in terra Græcia nullo alio per id tempus bello occupati essent. Mittunt itaq; Lysandrum in Phocidẽ, vt socijs præſidio esset, circaq; Aliarthum copias contraheret, ex Phocenſibus, Oethæis, Heracleotis & alijs finitimis: Pausanias interim ex Lacedæmone & cętera Pelopõneſo conſcriberet exercitũ. Et in hunc modum bellum comparabãt. Thebani

Lysander ad bellũ egreditur

vbi ad arma rem spectare vident, rati in se potiſſimum illa comparari, vtpote qui omniũ proximi inuidiæ essent, Athenas mittunt, qui ciuitatem ipsam in societatem belli traherent. Legati qui eo missi sunt, in cõcionẽ ppli, pducti, Thebanorũ studio in Athenienſes, quum tyrannide premerentur, prius commemorato, vnde Lacedæmoniorum in se odium originem habuisset, tempus venisse aiũt, gratiæ ab amica ciuitate repetendæ. Nam q̃ a Lacedæmoniis bello peterentur, nullam eos causam inferendi belli, præter vnam, habere, q̃ Thebani adiutores se præbuissent iis qui Tyrannidem quã ipſi in ea ciuitate constituerant, euertere adorti essent, quæ iniuria, non solum Athenienſes attigisset, sed per totam fuisset Græciam latenter surrepturа: nisi Lysandri eorum ducis consilio itum esset obuiam. Quod tyrannicum rudimentum, si mul & auaritia superbiaq; ipſi ciuitati ingenita adeo populorum studia alienasset, vt nunq; Pelopõneſiaco bello tam populare fuerit Lacedæmoniorum nomen, q̃ omnibus tunc detestabile esset & inuisum. Scirent itaq; adesse tempus non solũ gratificandi amicæ vrbi sed pristinæ etiã dignitatis per occasionem omnẽ recuperandæ. Stetisse priore bello Lacedæmonios, non suis sed alienis opibus, fensisseq; cũ illis totã Pelopõneſum, in totam Græciã, plures insulas, & cũ his Syracusanos terra & mari

Oratio Thebanorũ ad Athenię.

potentissimos: Persas præterea affatim stipendiũ ministrasse, vt ne ad ingentissimos quidem exercitus alendos pecunia deesse potuerit, iam omnia illa esse mutata, nec Lacedæmonis eorũ quicq̃ habere amplius, præter superbiam & auaritiam, quarũ illa cum ipsa vrbe nata esset, hęc in perniciẽ ciuitatis semel recepta, adeo inualuisset, vt iam soli omniũ publica & priuata haberent venalia. Contra affuturos Athenienſibus ſi in fœdus venirent, Thebanos, Corinthios, Argiuos, & per hos maximã Græciæ partẽ, quibus viribus fręti, haud dubiæ Græcię principatum breui recuperaturi essent, viderẽt ipſi vtrã ſocietatẽ magis ſequi vellent. Thebanorum, quos in aduerſis rebus amiciſſimos experti eſſent, an eorũ, qui non contenti imperiũ euertiſſe, iam & Atticiũ nomẽ ſquiſſimis Tyrãnis conficiendũ obiecerant. Vnũ ſcirẽt, nullũ vnq̃ tempus, nullã occaſionem maiorẽ dari poſſe, ſeſe in priſtinũ ſtatũ reſtituendi, quã ſi vel metu, vel deſperatione præteremitterent, viderẽt ne tũc requiſituri eſſent, quũ aut nulla daretur amplius, vel ſiqua dari poſſet, haut q̃ dem talis, quæ præſenti aliquo modo eſſet cõparabilis. Veteris beneficij memoria, ſpeſq̃ rei bene gerendæ Athenienſes perpulit, vt ſoluta cum Lacedæmoniis ſocietate, Thebanis auxilia polliciti ſint. Trogus autor eſt, Athenienſes, Cononis interuentu, ſua ſponte a Lacedæmoniis defeciſſe, aliquanto antea q̃ in Bœotia fit bellatum. Cæterum quoquo modo defectio illa ſecuta eſt, Pauſanias haud multo poſtq̃ Lyſander in Phocidem venerat, cũ exercitu ſecutus, Bœotiam eſt tumultuoſe ingreſſus. Trahebat ille ſecũ ex tota Pelopõneſo præterq̃ ex Corintho copias. Lyſander interea ex Phocide profectus, Orchomenios in fidem recepit, & Lebediam diripuit, inde literis ad Pauſaniam datis, vt ſecum circa Aliarthum copias iungeret, ipſe ſub occaſum ſolis, vbi caſtra collaturi erant, in Aliarthi conſpectu conſedit. Thebani cognito hoſtium conſilio, ex Lyſandri literis a ſpeculatoribus interceptis, vrbe Athenienſibus qui auxilio venerant relicta, ipſi, cũ omni ætate militari, ad Aliarthum aliquanto priq̃ hoſtis, venerũt, atq̃ oppidum ingreſſi in omnes occaſiones erecti, hoſtem expectabant. Hæc Plutarchus. Xenophon ſignificare videtur Lyſandrum prius Aliarthum veniſſe, fuiſſeq̃ Aliarthios ad deditionem compulſurum, niſi Thebanorum pauci, qui in vrbe erant quo minus dederentur autores fuiſſent. Sicq̃ infecta re Lyſandrum in colle vrbi proximo, ſub noctem caſtra muniuiſſe, noctuq̃ Thebanorũ agmẽ ab Aliarthijs intra mœnia acceptum poſtridię quũ Lyſander ad multũ diei Pauſaniam expectaſſet, longioris moręimpatiens aciẽ ex tumulo explicat, muroſq̃ vt miles ſubeat edicit. Thebani, qui multitudine abundabãt, miſſis q extremum hoſtium agmen circa Ciſſuſam fontem adorirentur, cęteri ad errumpendum ſeſe expediũt. Mirum eſt quod de natura huius fontis ſcribũt qui dã, vini colorem lucido aſpectu in eo videri. Eſſeq̃ liquorem ipſum potu dulciſſimum, vnde forte datus ſit locus fabulæ Bacchũ nuper natũ in eo fonte a nutricibus lotũ. Locorum indigenæ mõſtrabãt haud procul inde Rhadamãti ſepulchrum: Alcmenamq̃ his locis humatam prædicabant, quæ poſt Amphitryonis interitũ, Rhadamãto nupſerit. Thebani qui cum Aliarthijs circa portas inſtructi ſtetrant vbi a tergo iniectum certamen ſenſerunt conſpicati adhæc Lyſandrũ in prima acie ad muros tẽdentem, eruptione repente facta ducẽ ipſum, & qui circa illũ ſteterãt, in primis obtruncãt, cætera acies Lyſandri caſu exterrita, conata eſt i altiores tumulos euadere, cæterũ Thebani & Aliarthij a tergo & a lateribus agmẽ degrauãtes plurimos interficiũt. Multi tamẽ fuga delapſi, in tutiora loca trepide euaſerunt. Affuit nec multo poſt Pauſanias, qui difficile opus ratus, Lyſandri corpus ſub ipſis pene mœnibus deiectum, inuitis hoſtibus, recipere, erſi vetarani ad pugnam & vltionem hortabantur, pactus tamẽ cũ hoſte eſt, vt cæſorum corporibus receptis ipſe excitum ex Bœotia abducet. Fuit res illi inuidiæ apud ſuos, quippe qui vbi domum venit, ab Ephoris eſt ad populũ iactatus, datũq̃ crimini, q̃ ad Aliarthum ſero venerit, quæ mora exceptæ clades haud dubie cauſa exitiũ eſſet, & q̃ contra vrbis dignitatem cæſorum corpora fuga nõ bello recepiſſet. Augere præſentem inuidiã Athenienſiũ aliena tio, quibus ipſe in Lyſandri odiũ ſeruitutis iugum ademiſſet. Ille etſi rex tãrae tñ inuidiæ quũ impar ſu turus eſſet, Tegeã in exiliũ cõceſſit, vbi poſtea fato periit. Xenophõ talis eſt exilij autor, Plutarchus in fanũ ait Mineruæ confugiſſe, vbi ſupplex vitam egerit. Lyſandri mortem eo grauius Lacedæmonij tulere, q̃ eo ſublato cognita eſt domeſtica pauertas, generos qui defuncti filias ob inopiam repudiaſſent acerbe cõdẽnarũt, q̃ viuũ diuitem arbitrati coluiſſent, defuncti memoriam ac fane iuſti cõtenerẽt. Sed dũ hæc in Græcia gerũtur, Ageſilaꝰ Phrygiam ingreſſus, pleraſq̃ vrbes partim voluntaria deditione, Pharnabazo ademit, Otymq̃ Paphlagonũ regẽ a Perſis alienatũ in belli ſocietatem recepit, a quo auxiliari equitatu accepto, haud multo poſtq̃ in Daſcylium duxit. Eratibi Pharnabazi regia, ager vrbi circuiectus ferax, & villis frequẽs. His locis Ageſilaus hyemauit. Quo ſane tpe pabulatores procul a caſtris errãtes, a Pharnabazo ſunt inſidijs excepti. His ille cum duobus falcatis curribus, & quadringentis equitibus eximprouiſo ſeſe obtulit: primo itaq̃ aſpectu territi frumentatores, fuga diſpalati, in caſtra refugerunt, centum circiter amiſſis, qui in vnũ collecti, cõtra eã equitũ alã manũ cõſerere fuerãt auſi. Nec multis interiectis diebus, quum Pharnabazus ad magnam villã caſtra haberet (Diſtabat is locus ab Ageſilai caſtris ad cẽtũ ſexaginta ſtadia) Spithridates primis ſe tenebris intendentibus, cum parte copiarum ab Ageſilao in Pharnabazum eſt miſſus, qui ſub diluculũ hoſtium munimenta adortus, tantam trepidationem iniecit ad primum clamorem, vt cũctis metu diſiectis, caſtra omnis opulentiæ referta, adi prædã ſint relicta. Paphlagonũ equitatus, cum Spithridate per hoſticum euagatus, multos mortales captiuos ad Ageſilaum abduxerũt. Hic Pharnabazus multiplici clade fractus, pro magno habuit negocio, cum Ageſilao in colloquiũ venire, quo impetrato, egit cum eo, vt victor Lacon ingentem pecuniam acciperet, ipſe priſtinum principatum obtineret, eſſetq̃ Lacedæmoniis deinceps amicus ac ſocius. Eratq̃ iã haud dubie Ageſilaus in clariſſimæ victorię curſu, meditabaturq̃ animo iam cæteras gentes, quæ ad orientem Artaxerxi parebãt, bello inuadere, quum publico Lacedæmoniorum decreto eſt in Græciã reuocatus, vt patriæ opem ferret. Iam enim Thebani & Athenienſes Pelopõneſum ingreſſi, Laconiæ imminebant, & Corinthij Argiuiq̃ ex profeſſo hoſtes erant. Fuit is nuncius Ageſilao grauis, ſed ſociis, quorũ ſpes ex vnius virtute viri pendebat, ad hucgrauior. Haud multum inde in prouincia fuit Ageſilaus, ſed traiecto confeſtim Helleſponto, per mediterranea qua Xerxes olim, tanta celeritate copiasegit, vt iter, q̃d ille anno ferme confecerat, hic trigĩta dierũ ſpatio ſit emẽſus. Ex Macedonia Theſſaliam



ſaliã ingreſſum agmen Lariſſei, Cranonij, Scotęſes, & Pharſali qui cũ Bœotijs fœdus pcuſſerãt, a tergo carpere occœperũt, e veſtigioq̃ inſtãdo totis viribus remorari conati ſunt. Ductare interim Lacõ dux quadratum agmẽ, equitum ala vna q̃ in frõte erat pſidij cauſa ſecũdũ extremos ordines hoſtib⁹ re ſiſtebat. Hic Lacõ quũ cerneret hoſtiũ audaciã ſua patiętia augeri, miſſo i Theſſalos equitatu cõtinuo fecit fugã, mox Pharſalorũ Polimarcho cadẽte, tãtus eſt omnibus metus iniectus, vt fuga ſemel inclinata, non prius ſuſum agmen ſubſtiterit, q̃ ad Anthraciũ & Narthetiũ ſit ventum. Viſa eſt Ageſilao præſens victoria eo pulchrior q̃ equeſtri plio Theſſalos viciſſet, q̃ eo pugnæ genere cęterarũ gentiũ peritiſſimi habẽtur. Etenim Theſſali ad Peliũ habitãtes, mortalium primi ex equo pugnaſſe traduntur. Iã inde exercitus victor per pacata montiũ, ad Bœotiæ fines pceſſit. Hic Ageſilao ſedẽti nũciatur Lacedæmonios ad Gnydũ nauali plio ſuperatos, occubuiſſeq̃ Pyſandrum claſſis præfectum. Conõ qui Pharnabazi perſuaſu fuerat ab Artaxerxe claſſi præfectus, intentus in omnem bene gerendæ rei occaſionem, poſt Ageſilai digreſſum, cũ claſſe q̃ accuratiſſime inſtructa, ad Pyſandri ſtationẽ, certãdi ſtudio, acceſſit. Sed dũ hæc in Græcia gerũtur, Ageſilaꝰ Phrygiam ingreſſus, pleraſq̃ vrbes partim voluntaria deditione, Pharnabazo ademit, Otymq̃ Paphlagonũ regẽ a Perſis alienatũ in belli ſocietatem recepit, a quo auxiliari equitatu accepto, haud multo poſtq̃ in Daſcylium duxit. Eratibi Pharnabazi regia, ager vrbi circuiectus ferax, & villis frequẽs. His locis Ageſilaus hyemauit. Quo ſane tpe pabulatores procul a caſtris errãtes, a Pharnabazo ſunt inſidijs excepti. His ille cum duobus falcatis curribus, & quadringentis equitibus eximprouiſo ſeſe obtulit: primo itaq̃ aſpectu territi frumentatores, fuga diſpalati, in caſtra refugerunt, centum circiter amiſſis, qui in vnũ collecti, cõtra eã equitũ alã manũ cõſerere fuerãt auſi. Nec multis interiectis diebus, quum Pharnabazus ad magnam villã caſtra haberet (Diſtabat is locus ab Ageſilai caſtris ad cẽtũ ſexaginta ſtadia) Spithridates primis ſe tenebris intendentibus, cum parte copiarum ab Ageſilao in Pharnabazum eſt miſſus, qui ſub diluculũ hoſtium munimenta adortus, tantam trepidationem iniecit ad primum clamorem, vt cũctis metu diſiectis, caſtra omnis opulentiæ referta, adi prædã ſint relicta. Paphlagonũ equitatus, cum Spithridate per hoſticum euagatus, multos mortales captiuos ad Ageſilaum abduxerũt. Hic Pharnabazus multiplici clade fractus, pro magno habuit negocio, cum Ageſilao in colloquiũ venire, quo impetrato, egit cum eo, vt victor Lacon ingentem pecuniam acciperet, ipſe priſtinum principatum obtineret, eſſetq̃ Lacedæmoniis deinceps amicus ac ſocius. Eratq̃ iã haud dubie Ageſilaus in clariſſimæ victorię curſu, meditabaturq̃ animo iam cæteras gentes, quæ ad orientem Artaxerxi parebãt, bello inuadere, quum publico Lacedæmoniorum decreto eſt in Græciã reuocatus, vt patriæ opem ferret. Iam enim Thebani & Athenienſes Pelopõneſum ingreſſi, Laconiæ imminebant, & Corinthij Argiuiq̃ ex profeſſo hoſtes erant. Fuit is nuncius Ageſilao grauis, ſed ſociis, quorũ ſpes ex vnius virtute viri pendebat, ad hucgrauior. Haud multum inde in prouincia fuit Ageſilaus, ſed traiecto confeſtim Helleſponto, per mediterranea qua Xerxes olim, tanta celeritate copiasegit, vt iter, q̃d ille anno ferme confecerat, hic trigĩta dierũ ſpatio ſit emẽſus. Ex Macedonia Theſſaliam ingreſſum agmen Lariſſei, Cranonij, Scotęſes, & Pharſali qui cũ Bœotijs fœdus pcuſſerãt, a tergo carpere occœperũt, e veſtigioq̃ inſtãdo totis viribus remorari conati ſunt. Ductare interim Lacõ dux quadratum agmẽ, equitum ala vna q̃ in frõte erat pſidij cauſa ſecũdũ extremos ordines hoſtib⁹ re ſiſtebat. Hic Lacõ quũ cerneret hoſtiũ audaciã ſua patiętia augeri, miſſo i Theſſalos equitatu cõtinuo fecit fugã, mox Pharſalorũ Polimarcho cadẽte, tãtus eſt omnibus metus iniectus, vt fuga ſemel inclinata, non prius ſuſum agmen ſubſtiterit, q̃ ad Anthraciũ & Narthetiũ ſit ventum. Viſa eſt Ageſilao præſens victoria eo pulchrior q̃ equeſtri plio Theſſalos viciſſet, q̃ eo pugnæ genere cęterarũ gentiũ peritiſſimi habẽtur. Etenim Theſſali ad Peliũ habitãtes, mortalium primi ex equo pugnaſſe traduntur. Iã inde exercitus victor per pacata montiũ, ad Bœotiæ fines pceſſit. Hic Ageſilao ſedẽti nũciatur Lacedæmonios ad Gnydũ nauali plio ſuperatos, occubuiſſeq̃ Pyſandrum claſſis præfectum. Conõ qui Pharnabazi perſuaſu fuerat ab Artaxerxe claſſi præfectus, intentus in omnem bene gerendæ rei occaſionem, poſt Ageſilai digreſſum, cũ claſſe q̃ accuratiſſime inſtructa, ad Pyſandri ſtationẽ, certãdi ſtudio, acceſſit. Sed dũ hæc in Græcia gerũtur, Ageſilaꝰ Phrygiam ingreſſus, pleraſq̃ vrbes partim voluntaria deditione, Pharnabazo ademit, Otymq̃ Paphlagonũ regẽ a Perſis alienatũ in belli ſocietatem recepit, a quo auxiliari equitatu accepto, haud multo poſtq̃ in Daſcylium duxit. Eratibi Pharnabazi regia, ager vrbi circuiectus ferax, & villis frequẽs. His locis Ageſilaus hyemauit. Quo ſane tpe pabulatores procul a caſtris errãtes, a Pharnabazo ſunt inſidijs excepti. His ille cum duobus falcatis curribus, & quadringentis equitibus eximprouiſo ſeſe obtulit: primo itaq̃ aſpectu territi frumentatores, fuga diſpalati, in caſtra refugerunt, centum circiter amiſſis, qui in vnũ collecti, cõtra eã equitũ alã manũ cõſerere fuerãt auſi. Nec multis interiectis diebus, quum Pharnabazus ad magnam villã caſtra haberet (Diſtabat is locus ab Ageſilai caſtris ad cẽtũ ſexaginta ſtadia) Spithridates primis ſe tenebris intendentibus, cum parte copiarum ab Ageſilao in Pharnabazum eſt miſſus, qui ſub diluculũ hoſtium munimenta adortus, tantam trepidationem iniecit ad primum clamorem, vt cũctis metu diſiectis, caſtra omnis opulentiæ referta, adi prædã ſint relicta. Paphlagonũ equitatus, cum Spithridate per hoſticum euagatus, multos mortales captiuos ad Ageſilaum abduxerũt. Hic Pharnabazus multiplici clade fractus, pro magno habuit negocio, cum Ageſilao in colloquiũ venire, quo impetrato, egit cum eo, vt victor Lacon ingentem pecuniam acciperet, ipſe priſtinum principatum obtineret, eſſetq̃ Lacedæmoniis deinceps amicus ac ſocius. Eratq̃ iã haud dubie Ageſilaus in clariſſimæ victorię curſu, meditabaturq̃ animo iam cæteras gentes, quæ ad orientem Artaxerxi parebãt, bello inuadere, quum publico Lacedæmoniorum decreto eſt in Græciã reuocatus, vt patriæ opem ferret. Iam enim Thebani & Athenienſes Pelopõneſum ingreſſi, Laconiæ imminebant, & Corinthij Argiuiq̃ ex profeſſo hoſtes erant. Fuit is nuncius Ageſilao grauis, ſed ſociis, quorũ ſpes ex vnius virtute viri pendebat, ad hucgrauior. Haud multum inde in prouincia fuit Ageſilaus, ſed traiecto confeſtim Helleſponto, per mediterranea qua Xerxes olim, tanta celeritate copiasegit, vt iter, q̃d ille anno ferme confecerat, hic trigĩta dierũ ſpatio ſit emẽſus. Ex Macedonia Theſſaliam

paulatim ſe ſub ducere. Hic Ageſilaꝰ quũ facile terga cædere potuiſſet, a fronte & a lateribus hoſtẽ inuadit, ibi Thebani pugnandi neceſſitate impoſita, ſubito in hoſtẽ conuerſi fortiter pugnam ciẽt. Multi vtrinq̃ mortales ferro occubuerũt. Clamor nullꝰ erat, nec tamen ſilentiũ, ſed mors, qualẽ ira ſimul & pugna ederet. Euaſerũt Thebanorũ plurimi in Heliconẽ, cæteri medio conatu occidione occiſi ſunt. Sicq̃ parta victoria, Ageſilaus faucius ad ſuos relatus eſt. Confugerant ad octoginta hoſtium in templum Apollinis, quod vbi Ageſilaus per equites exploratum habuit, miſit qui ſine offenſa eos inde emitterent, atq̃ vſq̃ in pacatum comitarentur, veritus ne militum temeritate, locus cędepollueretur. Iacebant vbi pugna cõmiſſa eſt promiſcue cadaura, defracti clypei, euaginati enſes, nõ nulli etiã in manibus iacentium, quidã ipſis vulneribus infixi, ſolũ paſſim cruore perfuſum, quibus in locis Ageſilaus poſtridie tropheum cõſtituit. Sed Thebani, per inducias, ſuorum cadauera ſepeliũt pars victoris exercitus, Gylli ductu, in Locridem irrupere, ſvillæ ab his direptæ, prædaq̃ ingẽs ex agris abducta eſt, Locri hoſtem prędа honuſtum, ſub noctem per montium compendia inſinuati eximprouiſo adoriuntur, ſubitaq̃ incurſatione territando, iter intercludere eniuntur, Deuoluentes interim per locorũ decliuia cæca tela in ſubiectum agmen, multiq̃ ex Lacedæmoniis cadebãt. Concidit & Gyllus agminis præfectus, ac niſi ex Ageſilai caſtris, quo tumultuoſe nocturni illius certaminis nũcius eſt perlatꝰ, auxilia affuiſſent, ad vnũ locorũ iniquitate periſſent. Nec ita multo poſt dimiſſis ſociorum copijs, Ageſilaus Lacedæmonem cũ exercitu eſt reuerſus. Trogus ita rem digerit, vt ad Gnydum prius infeliciter ſit pugnatum q̃ Ageſilaꝰ ex Aſia deceſſerit: Cononq̃ præſenti victoria fretus, cum claſſe regia Athenas nauigarit, vbi ſuis ciuibꝰ autor fuit, vt excuſſo Lacedæmoniorum metu, ad priſtinam dignitatem animum erigerent, ac tum demum Athenienſes ſui iuris facti. Cononis ductu, aliquot loca in deditionem receperint, fuiſſeq̃ initium illud ait principatus in Græcia recuperandi. Ortam deinde vberiorem rebellandi materiã, q̃ Thebani Epaminondę ductu, pro ſocijs hoſtes ſint Lacedæmoniorum facti, tum demũ iunctis viribus ad Aliarthũ dimicari contigiſſe, qua tumultuaria pugna Lyſander occubuiſſet Pauſaniamq̃ Lacedæmoniorum regem, proditionis accuſatum in exilium exactum. Poſtremo Peloponneſum a Thebanis & Athenienſibus bello petitam, vexatamq̃ hoſtiliter Laconiæ oram ac tum demũ difficultate illa temporum Lacedæmonios adactos, Ageſilaum in Græciam reuocaſſe. Hæc ille, Cęterum vtcunq̃ res acta eſt, Conõ poſt Ageſilai ex Aſia profectionem Laconiæ fines claſſe populatus eſt, inde Athenas profectus, miro ciuitatis gaudio acceptus eſt, is vt mira erat charitate in patriã, plus triſtitię cepit ex incenſa & diruta vrbis facie, q̃ q̃ ſua eſſet opera liberata. Fuitq̃ illud fortunæ ludibrium memorabile, vt eadem vrbs q̃ olim Perſarum manu deflagraſſet captiuis eiuſdẽ gentis manibus fuerit reſtituta, & mox a Lacedæmoniis exciſa, Laconicis ſpoliis reſarta, veterem recepit formam & apparatum. Enimuero grandem Conon pecuniam, Gnydia victoria quæſitam, in eius inſtaurationem contulit. Nec Ageſilaus poſtq̃ in Peloponneſum venit, diu in ocio fuit. Multi citro vltroq̃ bellorum motus, tam Lacedæmoniorum, q̃ hoſtium, in ea terra exciterunt, ſub id tempus quo ille Aſiam reliquit. Eos Xenophon longiore exequitur ſermone, ſed pleraq̃ eorum indi-

Ageſilai victoria.

Pietas in tẽplum.

Gylli expeditio.

Athenæ bis hoſtiũ manibus reſtitutæ.

Ageſilai geſta in Peloponneſo.



Perora tio.

Theba norũ faci nus.

Ciſſuſæ fontis na tura.

Lyſan der ad Aliarthũ interficit

Theſſali equites. Conon.

Lacedæmoniũ vincuntur.

Pyſander cadit.

Fortunæ varietas.

Pharnabazus vincitur.

Ageſilai operatio

gna mihi videntur, quæ nos a maiore rerũ explicatione remorari debuerint, qualis fuit pugna illa magno vtrinq; apparatu, circa Nemeam gesta, quã depugnatam quum Dercyliades Agesilao ex Asia venienti nunciasset, octo Lacedæmoniorum perisse dixit, ex hostibus aliquanto plures. Nec multo relatu digniora, quæ deinceps gesta sunt Lacedæmonem reuerso, quæ de industria nobis insarctissimum sermonem conferuntur. Agesilaus ægre ferens Argiuos sibi Corinthum vindicare, eorum agrum populatus Corinthiorum transgressus angustias, muros Lacheum vsq; protensos, armis occupauit. Peloponnesoq; per hæc æternæ iniuriæ patefacta, Pyreũ copias admouit Colebatur frequẽs a Corinthijs locus, quo cum populariter illi occurrerent, præda procul abducta, domum copias reduxit, nec multo post Achæis suppetias tulit aduersus Acarnanum gentem, quos prælio victos haud prius infestare destitit, q; abiectis armis, ad pacem suppliciter petendam compulit. Erãt tres Græcorum in hoc statu circa Peloponesum. Interea in Asia Pharnabazus & Conon, Lacedæmoniorum opibus antea ad Gnydum fractis, ex multis insulis vrbibusq; Ioniæ & Hellesponti Laconum præsidia ejiciunt. Statuq; locorum omnium ad arbitrium constituto, pacataq; per hæc prouincia, Pharnabazus Cononem cum triginta nauium classe circa Sestum relicto, ipse pedestri itinere in suam se præfecturam recepit. Erat tum forte Dercylides in Abydo, is vetus suorum in Hellespõtios & insulanos studium commemorans, q; Lacedæmoniorum opera, nefario seruitio olim liberati essent, eo perpu-
Sestos & Abydus. lit Abydenos, vt sumptis armis, cum eo Sestum contenderint. Est id oppidum contra Abydum in Asia, septem stadiorum spatio ab Europa diremptum, alij octo tradunt. Sestij & ipsi, vetus Lacedæmoniorum studium secuti, Dercylidem benigne accipiunt (aberat tum forte Conõ cum classe) Pharnabazus ad Sestios & Abydenos misit, qui minaciter denunciaret, nisi Lacedæmonios ad certum diem eiecissent, fore, vt cum nouo exercitu ipse brui ad vtrorumq; excidium: in Hellesponto reuerteretur, Barbari minas duæ ciuitates aspernatę multo impẽsius Laconibus student. Pharnabazus, etsi vltionis cupidus, hyemis tamen magnitudine impeditus, in vernum tempus bellum distulit. Agit interim cum Cononе, vt nouis Lacedæmoniorũ motib⁹ sese circa Sestum obijceret arceretq; hostes a nauigatione. Contineret cæteras vrbes in fide, in suum vsq; aduentum, sub initium veris pollicitus se valido cum exercitu affuturũ. Iam enim multo maiora barbarus animo conceperat q; vt in Hellesponti angustijs classem esset habiturus. Nec eam quam de se fecerat expectationem Pharnabazus fefellit, quin ineunte vere nauibus & exercitu ad expeditionem instructis, cum Cononе in Melum insulã nauigauit, recto inde cursu in Peloponnesum delatus, omnẽ Laconiæ oram populatione fœdauit. Hinc in Cythera trãslatus Phœnicum tem ador tus, Cythereos colonos inde expulit, oppidisq; militari opere & præsidio firmatis, in Isthmum transmisit, sollicitatisq; locorum accolis Coryneos ad bellum Spartiatis inferendum induxit, pecunia in stipendium relicta. Et hæc ille in Lacedæmonios egit, vt a rebus Asiæ illorũ consilia auerteret, mox Cononе cum parte nauiũ dimisso, ipse in Asiã exer
Cononis gesta & Lacedæ. citum deportauit. Conõ suis autor fuit, vt longos muros, & quas Lacedæmonij circa Pyreum difficerant munitiones reficerent, ad quod opus, non solũ classe, sed pecunia etiam regia, in Lacedæmoniorũ inuidiã est adjutus. Iuuerũt Athenienses & Græcorũ nõnulli, Bœotij, Corithij & qui ex professo Laconicum nomen oderant. His Athenien sium successibus commoti Lacedæmonij Alcidem ad Artaxerxem miserunt, qui cum rege pacẽ componeret. Enimuero Atticæ opes, in dies aliena inuidia crescentes merito formidolosæ esse cœperant, tanto præsertim finitimarum gentium externarumq; studio & consensu fultæ: Athenienses veriti ne res suæ renascẽtes medio cursu regio fauore destituerentur, Cononẽ cum alijs legatis in Asiã mittunt, Thebani & Corinthij suos & ipsi legatos misere, quorum interuentu pax, quæ cum Spartiatis aliquanto prius mota erat, protinus est discussa. Lacedæmonij ea cõditione pacem poscere, vt insulæ & maritimæ vrbes, liberi iuris essent, neq; rex in eas exercitus duceret, neq; aut ipsi aut Athenienses, principatum inter Græcos haberent. Athenienses veriti ne ea conditione, Imbrum, Scyrum, & Lemnũ dimittere cogerentur, quas insulas ab initio possederant, Thebani quoq; nollæ Bœotiæ principatum sibi ademptum iri, alia proinde atq; alia criminando pacem turbauere, quæ duorum populorum intemperies Tiribazum tum Ioniæ præfectum, multo propen Tiribazo? siorem in Lacedæmonios reddidit, fuissetq; eis rex per illum breui amicus factus, nisi Strutas in eius locũ, haud multo post successisset, homo laconico nomini, ob Agesilai gesta, ĩsua spõte infensus. Is Athenienses arctius cõplexus, spem oẽm pacis Lacedæmonijs ademit, qua desperatione adiecta Tribonem Lacedæmonij cum classe in Ioniam misere. Is ex Epheso profectus in Mæadri campos
Strutas. tumultuose irrupit. Strutas, eo citato agmine occurrens, pugnam conseruit, fuitq; ab initio atrox prælium. Cæterum Tribone cadente, Laconica phalãx cum multa cede disiecta est. Spartiatæ secundum eam cladem, Ecdicum in prouinciam miserunt cũ Ecdicus, octo nauibus, cui mandatum est, vt reliquias Triboniani exercitus, per socias vrbes dispersas colligeret, nouum militem ex socijs legeret, stipendioue conduceret, augeretq; classem, in primisq; prospiceret, ne Athenienses per speciẽ populatis statis tuendi, Rhodum occuparent. Imminebãt plebei nobilibus, discordiaq; in dies gliscente, vehemẽter dubitare, ne Oligarchia sublata, populare regimẽ induceretur, Quod vt fieret Athenienses, Democratiæ Demosua natura studiosi, enixius curabant. Ecdicus Gny
cratię stu dium professerat, ibi suorum paucitati diffisus, dioſi. quũ Rhodum non auderet trajicere, fustraq; nobilium factio ab eo auxilium imploraret, Ecdici ignauiam & metum pertæsi Lacedæmonij, abrogato illi imperio, Teleutiam cum duodecim triremibus ad bellum miserunt, qui septem & vigiuti nauib⁹ frætus, quum ex Gnydo Rhodũ trajiceret, in Philocratem Athenien sem incidit, qui octo instructas ad bellũ naues in Cyprũ, ad Euagorã ducebat. Habebat Cyprius Tyrannus cũ Artaxerxe bellũ iã antea consertum, cui etsi Athenienses amici erant, Euagoram tamen publice iuuandum censuerunt. Fue- Lacedæ-
rat ille ab Athenien sibus iam antea ciuitate dona- Oligar-
tus, sed meritum adhuc maius, q; Cononem fra- chiæ faue
ctis Athenien sium opibus hospitio acceperat, au- bant.
torq; fuerat (quod Plutarchus scribit) vt iuncta cũ rege societate, afflictę patriæ subueniret. Naues quas Philocrates ducebat, ad vnam Teleutias oppressit, mox in Rhodum trãsgressus, Oligarchiam ad tempus stabiliuit, confirmatoq; ex sententia Rhodiorum statu, in prouinciã abijt. Athenienses iniquo animo ferentes, q; Lacedæmonij non solũ non mari temperarent, sed latius etiam pollere coe-



pissent. Trasybulum cum quadraginta triremibus, ad Rhodiorum Oligarchiam euertendam ire iubent. Ille vbi exploratũ habuit Lacedæmoniorum opes adeo circa Rhodum pollere, vt tuto illi occurrere non posset, cursu in Hellespontum deflexo, Amidochum Odrisarum regem, & Seuthim qui in ora Thraciæ late imperitabat, inter se armis disceptantes, vtrunq; alteri suo interuentu pacauit, mox Byzantium ire pergit, paucorumq; potentia ibi sublata, populare regimen induxit. Remẽso inde Hellesponto, totam pene Lesbum, quæ iam pridem Lacedæmonijs studebat, ad Athenien sium fidem retraxit, Thrasimaco qui tum Methymnæ præsidio erat, cũ plerisq; alijs prælio interfectis.
Trasybu li interit? Rhodum inde Trasybulus ire contẽdit, qui vbi ad Eurymedontẽ venit, Aspendiorũ incursu cum nõ parua militũ parte est oppressus. Iphicrates in eius locum ad regimen classis, cũ octo nauibus in prouinciã venit, milleq; & ducẽtis militibus in copiarum supplementũ, cũ his ille in Chersonesum delatus Anaxibiũ Lacedæmoniũ prælio vi sũ interfecit. Sub id tẽpus magni circa Aeginã Athenien sium & Lacedæmoniorum conatus extitere. His tuentibus Aeginitas, illis terra & mari obsidentibus. Sæpius circa insulam vario est euentu dimicatum, & in ipso quoq; littore aliquando cõcursum. Postremo Athenienses Aeginitica obsidione fessi, intuiti ad hæc Lacedæmoniorum opes eousq; auctas, vt octoginta nauiũ classem alerent, lateq; mari Laconicum nomen polleret, pacẽ quã nõ multo antea turbarant, desiderare cœperũt. Pereopportune igitur Tiribazi edictũ in Græciã est delatũ placere Artaxerxi regi, vt Græci inter se pacẽ agerent, & oĩbus Ioniæ & Hellesponti vrbib⁹ insulisq; vtrorumq; popolorũ præsidijs abductis, vt illæ libere viuerent, præter Syrũ, Imbrum, & Lemnũ, quę vt ab initio fuerant, Athenien sium essent, ac si qui ab armis intra certum tempus, non abscederent, hi regis & Græcorum omniũ hostes haberentur. Mi-
Athenien. Lacedæ. pacãtur, nacissima hæc denũciatio, Græcis oĩbus longa malorum serie fessis, soluendi belli necessitatẽ imposuit. Inciditq; pax illa in eum annũ, quo Roma, vt Trogus ait, a Gallis capta est. Sed Lacedæmonij haud diu postea ĩ ocio fuere, quin pro socijs primo mox pro se ipsis arma sunt induere coacti: ex Thracia Chersonneso ad eos iam dudũ pacate agentes, Apolloniatarũ aliarũq; ciuitatũ legati nunciarunt eius terræ statũ & quietẽ assiduis Olynthiorũ iniu-
Noua belli ma teria. rijs turbari: per quos nõ liceret finitimis ocio frui, fusisq; viuere legibus. Periculũ imminere, ne intestinæ Chersonesitarũ discordiæ breui in eã terram facerẽt Macedonũ armis aditũ, & iam quasdã ciuitates hostiliter tentari, haud dubie futurum, vt nisi mature eo præsidiũ mitteret, tota Thraciæ ora, aut Macedonũ, aut alterius gẽtis esset iugũ acceptura. Lacedæmonij etsi diutino bello fessi, libẽtius quie uissent, sociorũ tamen periculo cõmoti, Phœbidẽ cum duobus milibus armatorũ in prouinciã ire iubent, vt sopita ciuitatũ discordia, ordinaret totius terræ statũ. Pelopõneso digressus Lacon per Bœotiam ductabat, laborabantq; tum forte Thebani domestica seditione, corpusq; ciuitatis in medio relictum diuersæ factiones distrahebant, hinc Leontidas, Archias & Philippus, inde Ismenias, qui Laconici erat nominis ex professo inimic⁹: quo factũ vt & Phœbides, qui tum forte secus Thebas ducta
Lacedæ. Theba nã arcem occupãt bat copias, ab Ismenia contumelia quadam sit insigni affectus. Qua ille iniuria accensus, Leontidæ suasu, Cadmiam Thebarũ occupauit arcẽ. Plutarchus eam Phynidã appellat. publicoq; Lacedæmoniorum consilio id factum arbitratur. Xenophon rem vulgo displicuisse ait. Cæterum quoquo modo id fieri contigit, Thebana arx Laconico præsidio retenta est. Ismenias, Pelopidas & alij multi diuersæ factionis extorres sunt ciecti. Thebana res Spartiatarum amicis permissa, creatiq; ex his Polemarchi. Nec Lacedæmonijs interea excidit Chersonesitarum cura, quin Teleuciam, cum altero exercitu in destinatam prouinciã mittunt. Erat is Agesilai frater, qui vbi in Thraciã venit, duplici prælio ab Olynthijs victus, haud procul ab illorum vrbe Teleutias interfi citur. pugnans cecidit. Qui cũ eo erant, ducis morte consternati, alij in alias vrbes fuga deuenere. Agesipolis, qui cum Agesilao rex erat, in Olynthios posterea exercitum duxit, cui Amynthas Macedonię rex & Derdas certatim auxilia miserunt. Gessit ille omnino aliqua in Olynthios, Toronemq; recepit, sed multo adhuc plura gesturus, nisi breui fatali morte perijsset. Postremo Polybiades ad id bellũ ꝓfectus adeo multi cladibus Olynthios affecit, vt ad pacem per legatos petendã, non multo postquã in Thraciam venenerat, adegerit. Rebus in Chersoneso vix bene compositis, Pelopidas cum paucis Pelopidas Thebas occupat. libertatis assertoribus, noctu Thebas ingressus, Polemarchi interfectis, cũ magna ciuitatis lætitia est exceptus, confestimq; cum Charone vindicandæ in libertatem Bœotiæ dux factus, arcem ab vrbe muro & propugnaculis interseptit, ne ab ijs qui in Cadmia erãt, aliqua in vrbem posset fieri eruptio. Pelopidæ reditu & Polemarchorum cæde Lacedæmonem nunciata, Cleombrotum Sparciatæ cũ exercitu in Bœotiã mittunt, vt Cadmiã obtinẽtibus auxilio esset. Hic ad Thespias castra communiuit: eratq; forte i his castris Gobrias, homo apud Lacedæmonios infamia notatus, facinorosus alioqui, et audax. Hic Cleombroto absente cum summũ in castris imperiũ obtineret, Pelopidæ opera, a negociatore quodã pecunia corruptus, vt Pyreum inuaderet, Thebanorũ præsidio destituẽ, suadẽs ita fore, vt Athenienses Thebanis irati, qui parũ diligẽter locum sue fidei creditũ asseruassent, Lacedæmonijs fauerẽt, hęc Gobrię negociator persuadere iussus est, cæterũ Pelopidas certo futurũ videbat, vt
Pelopi dæ ars. Athenien ses recenti Lacedæmoniorum iniuria irritati, cõfestim rem Thebanã iuuarẽt, quod alioqui ob pacem, quam regis iussu cũ Lacedæmonijs pactam habebãt, minime facturi crederent. Nec euẽtus rei defuit. Gobrias cum militũ manu Atticam hostiliter ingressus, etsi Pyreum aggredi nõ est ausus, materiã tamen Athenien sibus rebellandi præbuit, eoq; infestius est ad arma recursum, q; id faciDuplex Lacedæ. clades. nus quũ res reperitæ esset, nõ fuerat publice in autorẽ iniuriæ vindicatũ. Igitur nouorũ hostiũ accessione Agesilaus in Bœotiã ad bellum missus est, cõtinuerunt se Thebani Agesilai metu, sed eo domum decedente, Phynidas in Thespiacis castris relictus tumultuario cum Thebanis prælio commisso, infeliciter dimicans cecidit. Quæ Agesilaũ in castra haud multo post reuocauit clades: Thespiei interea castra tutati fuerant, alia deinceps clades secuta, victiq; iterũ Lacedæmonij in illis ipsis locis nihilo minori dãno, quam antea sunt affecti. Nec in Bœotia solũ infeliciter tũ illi agere, quin & Athenien ses Thebanorũ rogatu, Timothei ducẽtu. LX. triremes ad Peloponnesiacã oram populãdam miserãt. Nicoloehus pari fere naulum numero est Atticæ classi obiectus, qui paucis diebus interiectis haud procul Corcyra ingenti prælio a Timotheo victus, partem classis haud paruam amisit. Erãt q; iam Timotheo naues circiter octoginta,

recepissentq; breui Athenienses maris imperium, nisi stipendij inopia adacti, pacem cum Lacedæmonijs componere coacti essent, quæ diuturna esse nō potuit, quærentibus Zacynthijs se a Timotheo hostilia pari, nec modum illi, neq; modestiam adesse in Lacedæmoniorum socijs assidua iniuria vexandis. Iam & Corcyram Athenienſium factam esse, foreq; vt & aliæ insulæ breui fierent. His insulanorum querelis Lacedæmonij commoti, Mnasippū cum valida classe Corcyram ire iubent. Nec enim parum interesse Dionysij sentiebant, cuius ipsi socij erant, si ex insulæ possessione Athenienses deijcerentur. Corcyrei vbi suos vident fines a Mnasippo hostiliter vastari, qui Athenienſium rebus fauebant, in Atticam auxilia imploratum mittunt: Stheſicleus cōtinuo, cum sexcentis armatis, occulte Corcyreis suppetias ferre est iussus, q̄ haud multo postquā in insulam venit, sexaginta Corcyreorum nauibus quā occultissime instructis, Lacedæmonios nauali prælio fudit, fusosq; tota insula dispulit interfecto media pugna Mnasippo classis præfecto. Secuta inde certior pax inter Athenienſes & Lacedæmonios, his q̄ditionibus, vt vtriq; oibus insulis & vrbibus præsidia deducerent, in cæteris cōuenire ambabus ciuitatibus, anceps de Cadmia disceptatio aliquandiu pacem remorata est. Affirmare Lacedæmonij se nunquā ex Cadmia præsidiū deducturos, nisi Thebani liberas Bœotiæ ciuitates prius dimitterent, cupere se opus a principio inchoatū perficere, vt Græcia tota suo beneficio libera esset. Hęc illi nūciant, mādantq; simul Cleombroto, qui in Phocide erat, vt in Thebanos iterum exercitum duceret, nec ab illis hostiliter vexandis desisteret, donec Bœotia principatū deposuissent. Cleombrotus. XII. Thebanorū nauib⁹ inter eundum oppressis, in Leuctris consedit Thespiacæ regionis, ibi graui prælio cōmisso victi Lacedæmonij ad. CCCC. periere. Enituit eo certamine Epaminōdæ virtus & Pelopidæ, qui sacram cohortē agebant. Aristoteles iccirco sacrā appellatā existimat, q̄ amator, diuinus amicus sit dictus, quasi nefario inter se amore tenerentⁱ, qui huic ordini fuerūt ascripti: quā opinionē vox illa Philippi regis postea testata est, q̄ quū aliquot post annis q̄ hęc gesta sunt, cohortē ad tēpus inuictā, ad Cheroniā strauisset, hostium cadauera ex aduerso iacentia cōspicatus. Dij perdant inquit q̄ tales viros vel facere vel pati turpia suspicantur. Nec satis liquet quāto numero cōstiterit cohors illa. Ephorus quingētos cohortē habere credidit. Septingētos Callisthenes, quidā alij & in his Polybius nonaginta, nec amplius. Post Leuctricā pugnā, Thebani audētiores facti sua primū loca recipiūt, discordia inde inter Mātineos & Tegeatos orta, Lacedæmonijs Mātineos oppugnātibus, missoq; ad id bellū Agesilao, data est Thebanis occasio in Peloponēsum penetrādi, qui a Mātineis accersiti decemq; talētis in stipendiū acceptis, haud multo postquā Agesilaus hyemis magnitudine coactus fuerat domū copias reducere, tumultuose Arcadiā intrauere. Nec ita multis interiectis diebus Arcadibus qui a Mantineis stabāt, in fociatem assumptis, Laconiam inuadunt. Ibi circa Eurotam & Amyclas, cum direptione & incēdio villarum euagati, Cynthiū concessere. Erat iam anni bruma, appetebatq; tēpus magistratus apud Thebanos finiendi, aut proinde decedendum erat prouincia, & domum ad comitia abeundum, aut contra patrias leges exercitum & prouinciam retinere oportebat. Cæteris itaq; Thebanis ducibus domū abeuntibus, Pelopidas & Epaminondas in Peloponneſo cum exercitu remanſere. Cupiebant credo inchoatum bellū ad exitū perducere, ne ea laus ad alios peruenireſ. Nec socij sunt eorum ducatum aspernati, quin maiore quā antea studio, circa illos coeuntes, breui ꝓgigit, vt ad septuaginta armatorū milia sub signis haberent, quorum vix. XII. pars erant Thebani. His copijs ambo fræti, iterū Laconiam ingressi, traiecto Eurota optimam Laconici agri partē vsq; ad mare populātur, multis interim Spartiatarū locis, partim vi, partim voluntaria deditione, in fidē acceptis, & in his Messana, ad quā incolendā, Lacedæm. eiectis, veteres vrbis incolas reuocarūt. Et iam tota sub vno erat imperio Arcadia, maioreq; Peloponnesi partea Lacedæmonijs alienata, innatū & familiare ciuitatibus malū, Pelopidā & Epaminondā in discrimen adduxit ambo rei capitis facti, q̄ quatuor mēses vltra præscriptū legis exercitū retinuissent, domū decedere sunt coacti, ne absentes dānarentur. Pelopidas prior in iudiciū arreptus, is vt natura erat iracūdior, magna scophantiæ iactatione, & inuicto animo causam dixit. Epaminondas ratus tolerantiā in rebus ciuilibus magnā esse fortitudinis partē, ciuiliore animi inimicorū iniuriā tulit. Amborū merita pluris ad populū valuerunt, q̄ vnica offensa, vtercq; absolutus est: nec longo postea inteiecto tēpore, Thebani, Epaminondæ ductu, in Peloponnesum sunt reuersi, Arcadibus inde auxilium petētibus, quibus bello repetitis, Archidamus Lacedæmoniorum rex Castellū primo ademerat, prælioq; sub Epaminondæ accessu acrius commisso, Archidamus vulneratur, qui quū suos metu palantes passim interfici vidisset, per prę conem suos ad sepulturam deposcit: erat id signū apud Græcos victoriæ hostibus concessæ. Ea confessione contenti Thebani cæde temperarunt. Fuerunt inde plures dies, velut belli feriæ, quibus tenentibus, aut certe non multo prius posteriusve, Pelopidas in Thessaliam cum exercitu missus Alexandrū Pheræum, is Polydoro Iasonis fratre, qui aliquādiu principatu in Thessalos fuerat potitus, oppresso Tyrannidē occupauit. Nec cōtentus ferro ciuitatē, & alia pleraq; oppida subegisse, iam & finitimos cœperat infestare. Thebani Thessalorū precibus fatigati, exercitū & ducē ad nouos tyranni conatus euertēdos, delegare. Primo itaq; in Thessaliam accessu, Larissam Pelopidas cepit: qua clade Alexander fractus operam dedit, vt Pelopidam sibi conciliaret, qui ea conditione Tyrāno pacatus est, vt Alexāder iam inde inter Thessalos iustū ageret principē. Sed crudelitas & auaritia q̄ duo illi vitia erant ingenita, Pelopidæ amicitiā ne ꝓtubernio quidē patiebant coalescere, quare timens Alexāder cū paucis satellitū aufugit. Pelopidas Thessalorū rebus in tuto cōstitutis, vt in Peloponnesum transiret, ex Thessalia erat decessurus, quū orta inter Ptolemæū Aloritē, & Alexandrum Amynthæ filiū, Amythas enim vita decesserat) discordia, Pelopidas arbiter factus ita res cōposuit, vt ab Alexandro triginta obsides acceptos, & in his Philippum fratrem, qui magni Alexādri fuit pater, secum Thebas duxerit. Hic ille creditur Epaminondæ cōsuetudine, ea militaris disciplinæ rudimenta imbibisse, quibus postea oēs suæ ætatis reges antecelluit. Reuocarunt inde Thessalorū querelę Pelopidam aduersus infestas Tyrāni opes profectusq; est eo dux sine exercitu, ratus fieri posse, vt sua autoritate Alexandrum ab iniuria reuocaret: quod vbi aliter euenire sensit, copijs in Thessalia contractis, quū Tyrannū persecuturus esset, in Macedoniā atrox Ptolemæi facinus auertit, qui subita



subita vi Alexandrum adortus interfecerat, regnumq; armis occuparat. Ptolemæus Pelopidæ accessu territus, pacate obuiam venienti prodijt, reiectaq; in Alexandrū cædis causa, pollicitus est se Philippo & fratribus regnū custoditurū, in fidē cuius rei Philoxemum filiū, & quinquaginta alios obsides, principum filios Thebas Pelopidæ iussu misit: rebusq; in Macedonia cōpositis, Pelopidas in Thessaliā cum paucis reuersus, ab Alexam Phereorum tyranno, qui cum exercitu accuratissime instructo ex improuiſo fuit illi obuius, capitur: quo nuncio Thebas delato, confestim decretum est, vt Epaminondas cum exercitu ex Peloponneſo in Thessaliam iret, interim altera manus ex Bœotia præmissa, cum Tyranni copijs temere congressa, ignominiose ex Thessalia pellitur. Affuit nec multo post Epaminondas, qui leniter ab initio cum Tyranno egit, veritus ne ille suarum rerum despe ratione adactus, vt natura erat sæuissimus, in Pelopidam vinctum aliquid crudele statueret. Celebris in tota Græcia erat Alexandri crudelitas, quippe qui viuos homines humare diceretur, alios aprorū pellibus vrforumve contectos, venaticis canibus pro feris laniandos obijcere. Fertur & hastam consecrasse, corona superimpoſita, qua poliphranem auunculum traiecerat. Sed quum tam ferō esset ingenio, Epaminondæ tamen virtutem & felicitatē veritus, vltro illi Pelopidam restituit, inducijs in certum tempus cum eo pactis. Pelopidas Thebas reuersus publice ad Artaxerxem est missus, apud quem in magno honore fuit, ob ea quę de eius virtute in Perſis fama ferebātur. Mox Persica legatio ne defunctus, vt Pherei Alexandri in se perfidiam vlciſceretur, facile obtinuit: vt ad Thessaliam seruitio liberādam, cum exercitu aduersus Tyrannū mitteretur. Erāt tum Thebani nec adeo multi qui cum eo militabant, plures omnino Thessali: quod vbi Alexāder exploratum habuit, cū lectissimis copijs ad tumulos præaltos (Canis capita ab indigenis dicuntur) venienti hosti ferociter occurrit, pulsoq; hostium equitatu, in subiectis cāpis pedestre prælium cōmisit. Cæterū Pelopidas quacūq; ibat, in dubitatā faciebat victoriā, hostiumq; phalangib⁹ loco summotis, quū multitudine fractus adhuc hostis in acie staret, eū procul Pelopidas intuitus clamore & cōuicio per aduersos cuneos infestos petit spiculo. Declinauit ille territus veniētis occursum atq; in confertū agmē sese trepide recepit, qui circa illū steterant Pelopidam ferociter inuectū vndiq; adorti, multisq; vulneribus cōficiunt. Conati sunt nōnihil Thessali circūuentū ducē periculo eximere, sed prius cū ꝓsubueniri potuisset, eum vis hostiū telis obruit. Vicere tamē acie Thebani & socij, cæsaq; sunt ad triū hostiū milia. Fuit tam insignis victoria minus læta, ob clarissimi ducis interitū. Lamentari eum Thebani, lamētari & Thessali. Sunt oībus honorib⁹ extinctū prosecuti, quib⁹ summi duces funerari cōsueuere qui æque suis charissimi fuere. Milites audito eius casu, non thoracibus sibi detractis, nō vulneribus obligatis, in eū quo cōciderat locū coiuerunt. Tonsis inde oquis virisq;, eo die quo ille ociderat cibo abstinuerūt. Laudat⁹ etiā ꝓ cōcione frequēti Thessalorū cōuentu, restitutęq; libertatis autor appellatus. Et Pelopidas tum certe periit, quū mors illi fuit potissimū obeūda. Patria suo beneficio liberata, ipse pro amicorū libertate fortiter dimicans, quum iam victoriam sua virtute partam cerneret, honesta morte occubuit. Nec Thebani vltionem distulerunt. Diogetono cum septem milibus peditum &. CCC. equitibus in Alexandrum missō, cuius opibus iam antea accisis, facile adegit, vt iureiurando pollicitus sit, se deinceps in Thebanorum autoritate futurum, atq; per hæc bello solutus, coniugis fraude, haud longo interiecto tempore periit. Nupsit illi Thebe mulier Iasone genita, qui vno Polydoro interfecto, ante Alexandrum in Thessalis princeps fuerat. Mira sunt quæ de formidolosa illius vita sunt memoriæ prodita. Ferunt nunquam eum cum vxore cōgressum, nisi prius a satellite fuisset excussa, ne ferrum sub veſte inferret cubiculo, eius lectum modi co ponte peruiū fuisse, quo sublato velut arx quædam ab omni insidiantium tutus esset incursu. Di stulit ille quidem exitium quod ab vxore immineret, sed tollere non potuit, tribus fratribus Ethisiphone, Pitalo, & Lycophrone, ad eum dormientē inductis, quum iuuenes iacentem inuadere non auderent, minata dicitur Thebe, nisi eum cōfestim obtruncarent, excitaturam se illum clamore, siccp fibi & fratribus vno tempore exitio futuram. Qua illi voce perculsi, opus irer se partiti, hic caput, ille pedes, ne in percussorem consurgeret, inuadunt, Tertius ferro confecit. Hic Tyrannorum primus fraude coniugis periit, vt Plutarchus existimat. Eius corpus pessundatum a Phereis laniatui volucribus & feris est proiectum. Sed hæc quæ ad tyranni cædem attinent sunt aliquanto postea secuta. Lacedæmonij qui Archidami ductu in Peloponneſo victi fuerant, haud quidem diu postea quieuere, quin reparatis viribus in expeditionem profecti vrbem nullo maiore præsidio munitam relinquunt. Quod vbi Epaminondas habuit exploratum, Lacedæmonis subita vi capiendæ spem cepit. Noctis igitur silentio, spei plenus, tacito agmine, hostilem vrbem petijt. Præsenſerunt senes, ad illius custodiam relicti fuerāt, hostiū aduentum, confestimq; conclamatum est ad arma, & cum trepidatione ad tuēdos vrbis aditus discursum, non ætas, non sexus obstitit cuiquā quo minus ad patriam, pro viribus tuendam populariter concurreretur, mixto agmine in ipsis portarum angustijs sese hostibus obijciunt. Fit ibi pugna atrox numero longe dispari, stabant hinc circiter centum senes, pueris & mulieribus mixti, manus bello alioqui inutilis: inde quindecim hostiū milia, hos patriæ charitas, liberi, coniuges, penates hortantur: & in primis ipsa necessitas, quam præsens periculum imponebat. Illos numerus & gloriæ cupiditas accendit: maius proinde quam pro Spartiatarum numero credi possit, commissum est certamen: fuitq; per multas horas anceps, quoad sub lucem Agesilaus cū exercitu affuit. Tum metu cessit hostis, prælioq; soluto, in pacatum sine alio maiore conatu abijsset, nisi sub Spartani hostis aduentum, certamine repente iniecto, loco quo fuerat deprehensus, manum conferre coactus esset. Fuitq; ad vltimum, Epaminondæ virtute, res Thebana superior. Ille fortissimi, non ducis solum, sed militis etiam officio functus, grauiter vulneratur: cuius casu Thebanis est metus iniectus, Lacedæmonijs audacia creuit, atq; ita fortuna neutro adhuc inclinante prælium dirimitur: nec Epaminondas multum postea superfuit: sed dolore accepti vulneris expiraurit. Fertur priusquam vita excederet, a suis requisiuisse, an hostes, secadente, suo essent scuto potiti. Quod vbi seruatum audiuit, & ad eius conspectum delatum exosculatus est, quasi suorum laborum socium, restatusq; vultu & verbis præsentem lætitiam, continuo animā efflauit. Et Epaminondas vir fortissimus

Pax inter Athenē. et Lacedæ.

Pax certior inter Athenē. et Lacedæ.

Lacedæ. ad Leuctra vincuntur.

Sacra Thebanorum cohors.

Thebani in Peloponnesū transeūt.

Pelopidas & Epaminōdas.

Epaminondas Archidamū plio superat.

Pelopidę gesta aduerſ⁹ Alexandrū Phereū.

Pelopidæ interitus.

Honores Pelopidæ mortuo exhibiti.

Thebe vxor Alexandri.

Axexandri Pheræi meticulosa vita.

Alexādri cædes.

Epaminōdæ interitus.

Spartanorū virtus in patria tuenda.

mus ſic periſſe, in quo Trogum ſequimur. Quidam alij autores ſunt, eam pugnam qua Epaminondas letale accepit vulnus, ad Mantineum comiſſam, cui opinioni M. Tullius aſtipulatur. Sed vbicunq; eſt certatum humanorum operum fuit illi vltimum Concidit cum Epaminonda omnis Thebanorum gloria. Eo quidem ſublato, adeo patriæ vires retro abierunt, vt non tam ſummum ducem res Thebana amiſiſſe, quam cum illo interiiſſe videretur. Fuit autem dubium, ciuis ne melior an dux fuiſſet, quippe qui imperium ſibi nunquam, ſed patriæ quæſiuit, & pecuniæ tam parũ cupidus, vt ſumptus funeri defuerit. Gloriæ quoq; haud cupidior, quam pecuniæ, quippe cui imperia recuſanti, ciuitatis ſtudio ingeſta ſunt: honoreſq; ita geſſit, vt ornamentum non ſibi, ſed ſuis ciuibus indipiſceretur. Acceſſit literarum ſtudium & doctrina ingens, vt multis miraculo fuerit, vnde tam inſignis rei militaris ſcientia, hominí ad rem literariam & liberales artes nato affuiſſet. Thebani vt ante illũ nihil memorabile geſſerant, ita eo extincto, omnẽ militarem gloriã amiſere. Qualis clades Lacedæmonios quoq; & Athenienſes fere eodem tempore attigit. Etem amiſſo cui emulari poſſent, ocio & deſidia oĩs militaris virtus intercidit. Athenienſes qui claſſem & exercitum diutiſſime aluerant, militaris rei obliuio paulatim cepit, ſpectaculis & ſcænæ dediti poetas pro ducib⁹ mirari cœperũt, Gymnaſia pro caſtris frequẽtare, publicis vectigalibus in ſcænicos luſus verſis. Nec Lacedæmoniũ, Ageſilao iam decrepito, præclarum vllum facinus geſſere. Vt cum Epaminonda, Ageſilao, & Conone, qui extremi trium illuſtrium ciuitatum duces fuere, omnis Græcorum gloria defloruiſſe videatur.

Epaminondæ laudes.

Ageſilaꝰ

Fuit quod ad Ageſilaum attinet, omni bellica vrbanaq; virtute Græcorum longe princeps ſua tempeſtate. Enimuero præterea quæ bello geſſit, incredibilia relatu videri poſſunt, quæ de eius iuſtitia & ſanctitate referuntur. Nemo vnquam toto ipſius principatu ab eo ſpoliatus dicitur. Dicere ſolebat optimi imperatoris eſſe non ſe, ſed exercitum ditare, veriſſimumq; regis officium quam plurimos beneficio afficere. Pulchrum hoſtiũ mœnia expugnare, ſed multo pulchrius fœdas voluptates continere, nec Deos magis caſta templa, quam iuſta mortaliũ opera delectare. Neq; ille prædicauit hæc tantum, ſed & præſtitit: quo contigit, vt iam grandis natu vita defunctus, non minus tamẽ deſiderium ſui ciuibus reliquerit, quam ſi florenti ætate, medioq; bellorum curſu, violento aliquo caſu, fuiſſet extinctus. Quo autem vitæ anno deceſſerit incompertum habeo. Plutarchus autor eſt, iam octogenarium a Theone (ni fallor) regem ille enim regis nomen ſuppreſſit) pollicitationibus ampliſſimis ad bellum, quod in Artaxerxem Barbarus comparabat, acceſſitum quo cum nauigaſſet, Aegyptijs gratiam relaturus, quorum opibus res Spartana Aſiatico fuerat bello adiuta, abnegato ſibi ab rege copiarum imperio, tanta ſpe deſtitutus, noua animo captare cœperat cõſilia, quum ſubito externi milites, mox Aegyptij a rege defecerunt, eoq; motu cõſternatus Theon, in Sydonem Phœnices aufugit. Euſebius eum in Arabiam profectũ ſcribit. Aegyptij ſeditione turbati, deos vno tempore reges delegerunt, quorum hic Spartani erat nominis inimicus, multo propenſior ille in ipſius ciuitatis amicitiam, atq; ob id ipſum Ageſilai conſilio & opera adiutus, pulſo hoſte facile eſt regno potitus. Et hęc a Græcis terra mariq;, vario bellorum euentu, geſta ad Macedonum vſq; tempora. Quibus Philippus Amynthæ filius primo eſt Græciam armis adortus, mox Alexander huius filius, qui veterem armorum gloriam victis & imperium abſtulit, quo Athenienſes Græcorum primi annos octo & ſexaginta fuerant potiti. Mox Lacedæmonij annos ferme triginta. Thebani omnium nouiſſimi paucos annos, quoad ipſorum vrbs capta ab Alexandro eſt ac direpta, ſed hæc aliquanto poſtea geſta ſunt. Nunc quæ Romani in terra Italia, poſt Prænestinum bellum, domi foriſq; geſſerint, ordine exequemur. Pręneſte bello capta, creauit populus proximis comitijs, ex vtroq; ordine pari numero, Tribunos cõſulari poteſtate, Patritios, C. & P. Manlios, & L. Iulium: Plebeios, C. Sextilium, M. Albinum, & L. Antiſtium. Volſci prouincia extra fortem, quia gratia præirẽt, duobus Manlijs data, qui in hoſtem profecti, cum cohortes inexplorato paſſu ſparſas miſiſſent: nec ita multo poſt falſus in caſtra nuncius veniſſet, quem hoſtes occulte ſubornauerãt, circũuentas a Volſcis præſidiarias cohortes in aperto diſcrimine eſſe, niſi mature ſubuenire tur: erat enim is qui ea nunciabat Latinus, non Romanus, temere duces caſtris egreſſi: vt ſuis ſuppetias irent, in inſidias præcipitantur. Ibi dum magis virtute militum, q; cõſilio ſe tutantur, Romana caſtra, quæ in planitie erant, diuerſa ſunt parte ab hoſte oppugnata, ægreq; ab ijs qui ſine duce, ſine ſtationibus relicti fuerant, defenſa. Ea trepidatio Romam perlata, adeo ciuitatẽ perculit, vt de dictatore dicẽdo iam in curia mẽtio facta eſſet: ſed vbi oĩa ex Volſcis quietiora afferebantur, placuit duces & exercitum Romam reuocari: fuiſſentq; foris res in reliquum anni admodum quietæ, niſi Prænestini Latinorum populis ad res nouas concitatis rebellaſſent. Nec is motus quidem tanti fuit vt Romanum ex vrbe ante principium alterius anni exciuerit. Creatis inde conſulari poteſtate Tribunis, SP. Furio, Qu. Seruilio, Licinio Menenio, P. Cloelio, M. Horatio, & L. Geganio, ſeditio ob æs alienum ingens eſt domi orta: ad quod cognoſcẽdum ſunt cenſores creati, id malum adeo inualuerat, vt nullo modo ferri poſſet amplius. Interim Volſcis Romanos fines inceſſentibus, Trib. ple. delectum impedimento vi patribus expreſſere, vt tributum quoad eſſet cum hoſte debellatũ, nemo daret: nec de pecunia credita ius diceretur cuiquam: eoq; laxamento plebi dato, nulla eſt delectui mora amplius facta. Bipertito Romani duces in Volſcũ hoſtẽ duxere. Qu. Seruilius & Spu. Furius, & M. Horatius dextrorſum ſecus mare atq; Antium. Q. Seruilius & M. Geganius læua ad montes Ecetranos verſus. Neutra parte hoſtis obuius Romanis fuit, omnis proinde vltionis ira in agros verſa eſt. Vtrobiq; exuſtæ villæ, frugiferæq; arbores cęſæ, ne ſatis quidem in ſpem frugum relictis, ſed aut defectis, aut de induſtria attritis. Vis præterea ingens pecorum in prædã acta eſt. Atq; hæc foris eo anno geſta. Maiores inde belli apparatus extitere, conſularis poteſtatis magiſterium capeſſentibus, L. Aemilio, P. Valerio, C. Vetturio, Seruio Sulpitio, & duobus L. & C. Cincinnatis. Volſci & Latini, victis legionibus, caſtra ad Satricum fecerant: triplexq; ob eum motum conſcriptus eſt exercitus. Vnus quidem validiſſimus quem ad Satricum Pu. Valerius & L. Aemili⁹ duxere. Alter qui præſidio vrbi eſſet. Vltimus vt ſi quis caſus tuliſſet ſubito hoſtibus obijceretur. Romani duces ad Satricũ progreſſi hoſtẽ inſtructa acie inuenerũt: nec ipſi cunctantius ſuos ad pugnã producunt, ingentibus vtrinq; animis erat iã initũ prælij, quũ hymber ingẽti, procella effuſus

Ageſilaꝰ in Aegyptũ acceſſitur.

Tri. con. por.

Tri. con. por.

Tri. con. por.



effuſus pugnam diremit. Poſtridie pari ardore, eodem loco, concurſum: reſtiterunt q; in primis Latini Romanæ militiæ aſſueti: poſtremo Romanus eques magno impetu in aduerſam aciem inuectꝰ, tantũ ordines turbauit, turbatos miles acrius inſtãdo fudit. Magna deinde cædes edita. Caſtra capta direptaq;. Eques Satricũ, quod ad duo milia paſſuũ diſtabat, fugientes cum multa cæde eſt perſecutus. Latini & Volſci huc cõpulſi, veriti ne vallo cluderẽtur, ad deditionẽ compellerẽtur, oppido proxima nocte relicto, Antium effuſo agmine abierunt: Romanus eueſtigio ſecutus, obſidione, quia nihil ad ipſam paratũ haberet, abſtinuit: diſcordia deinde hoſtium Romanis victoriã cõfecit. Antiates multis cladibus afflicti pacem malebant. Contra Latini noua rebelione feroces bellum ſuadere. Nec ad vnam aduerſam pugnam animos frangi oportere. Sed vbi hortando monendoq; nihil ſe proficere ſenſerunt, ex Antio ſe proripientes, Satricum occuparunt, ignicq; tectis, in Antiatium inuidiam, a quibus deſtitutos ſe querebantur, repente iniecto, omnia ſacra et prophana hoſtiliter concremarunt. Inde concitati Tuſculũ, quia ea ſola ciuitas in Romanorum fide adhuc erat, parẽtibus portis irrumpunt. Tuſculani re ſubita cõſternati, ſub primũ tumultum in arcem confugerũt: inde Romam miſſi, qui Senatui & populo nunciarent, in quãto Tuſculana res diſcrimine ſita eſſet, niſi ſubito ſubuenirẽtur, L. Quintius & Seruius Sulpitius, cũ iuſto exercitu, extẽplo Tuſculũ ire iuſſi, ſub quorũ aduentu qui in arce erant, alacri clamore ſubito in hoſtẽ decurrunt. Romanus diuerſa parte maiore impetu & ardore muros adortus, portarum molimina momento temporis refringit. Latini ancipiti metu victi, ne eruptione quidem tentata, in medio ad vnũ cæſi ſunt. Tuſculo in hunc modũ recepto, ac, ſocijs reſtituto, domũ victor exercitus conceſſit. Ea Latinorum clades effecit (nam res Volſcorum iam antea conciderãt) vt pax foris peropportune ſit ſecuta. Romæ enim ita potẽtiorum opes, ob æs alienũ creuerant, vt in plebe nemo eſſet, qui nõ modo nõ ad tribunatũ militum, quia iam patriciorum fact⁹ videbatur, ſed ne ad plebeios quidem magiſtratus petendos caput attolleret amplius. Accidit interea modica res in præſens, ſed quæ ingẽtem patribus ab eo ordine, procellã exiuit. Erant Fabio Ambuſto filiæ duæ, quarum maior Seruio Sulpitio, tum conſulari poteſtate tribuno nupſerat: Licinio Stolonis altera: illuſtri quidem viro, ſed plebei generis. Erat forte minor Fabia apud ſororem, rẽpuſq; cũ ea, vt fit, ſermonibus terebat. Accidit interea vt lictores, qui magiſtratũ præcedebant, oſtium tribuni ſe domum recipientis, virgis de more percuſſerint, quo ſonitu exterrita minor Fabia, conſuetudinis ignara, ludibrio fuit ſorori, vrbanarumq; rerũ rudis iudicata. Subdidit ea res acris ſtimulos mulieris animo, confuſaq; recenti morſu, quum ſeſe domum reciperet, puellam pater triſtiorem ſolito cõſpicatus. Satin ſaluæ res eſſent ſciſcitatur. Tegere illa mœroris cauſam, vt parum piam in ſororem, & in maritum nihil honorificam. Haud enim tam pudor, quam inuidia & plebeiæ fortunæ contemptus, mulieris animum exagitabat. Cæterum Fabius, multa comitate inſtando effecit, vt faſſa ſit filia, doloris ſui cauſam. Quod ipſa in plebeia eſſet domo collocata, quam neq; honor neq; gratia intrarent. Ambuſtus filiam leniter conſolatus, bono eſſe animo iubet, fore, vt propediẽ eoſdem domi honores, quos & apud ſororem videret. Cum genero deinde Stolone & L. Sextio ſtrenuo adoleſcẽte conſilium cepit, vt Tribunatum illi peterent, proponerentq; plebi populares rogationes, quibus fortunæ & opes inter ordines æquarẽtur. Ambo proximis comitijs Tribuni plebis creati leges promulgant, vt ad æs alienum leuandũ, quicquid eſſet vſuris annumeratum de capite deduceretur, quicquid ſupereſſet triennio æquis ſolueretur pensionibus, ne quis plus quingenta agri iugera poſſideret, ne Tribunorum militum comitia fierẽt amplius, & vt alter ex plebe cõſul deinceps crearetur. Leges graues, & quæ ſine ingenti certamine obtineri non poterant. Nec patres tantam rerum molẽ ſunt aſpernati, quin ad vetus remedium conuerſi ex Tribunorum collegio aliquot ſibi interceſſores comparant. Hi nec populum ad ſuffragium vocari, nec quicquã ſolẽne fieri ſunt paſſi. Tũ Sextius bene habet inquit quando interceſſione agendum eſt, hoc ipſo telo tuebitur plebem. Agite dum comitia indicite Tribunis militum creandis, faxo vt vox iſta, quam in noſtrorum collegarum ore nũc tam libenter auditis, paulo poſt nõ multum ſit vobis placitura. Nec Sextij minæ irritæ fuerunt. Comitia nulla præter ædilium & tribunorum plebis ſunt eo anno habita. Sextius & Licinius tribuni in ſequẽtem annum refecti. Tenũitq; ea magiſtratuũ ſolitudo per quinquẽnium, plebe eoſdẽ tribunos ſemper reficiente, tribunis ipſis comitia impedientibus. Bella interim optime quieuerunt. Poſtremo Veliterni Tuſculum ſunt oppugnare adorti: inde Romam miſſi, qui ſibi veteribus ſocijs, ciuitatẽq; recens donatis auxiliũ implorarent. Tum demum tribunis (pudor enim negando auxilio obſtitit) re mittentibus, comitia ſunt per interregem habita. Creati tribuni conſulari poteſtate, L. Furius, Au. Manlius, Seruius Sulpitius, Serui⁹ Cornelius, Au. & C. Valerij, cõſcripto exercitu non ſolum hoſtis eſt a Tuſculo repulſus, ſed compulſus etiam intra ſua mœnia, & in reliquum anni obſeſſus. Tenebat adhuc obſidio, quũ noui tribuni militũ creati ſunt Q. Seruilius, C. Valerius, M. Aulus, M. Cornelius, Qu. Quintius, M. Fabius: nec ab his eſt quicq; memorabile ad Velitras geſtum. Domi Sextius & Licinius octauum iam tribuni refecti, Ambuſto faſuente, qui ſe legum ſuaſorem eſt profeſſus, et ex collegio tribunorum plures cum plebe ſentire, ferociores facti, tantum non fortunam plebis iterum experiri, q; exercitus in vrbem expectabatur. Interim patricios in cõcione ſtantes aſſiduis altercationibus inceſſebant. Rogabant coram, num ipſi, qui tot annos æquiſſimarum legum lationem remorarentur, iniquũ aliquid fieri putarent, ſi quũ bina iugera plebi diuiderẽtur quingenta poſſiderent: parumq; abeſſet, quin vnus trecentorũ ciuiũ poſſideret portionẽ. An præterea placeret fœnore circũuentam multitudinẽ potius adduci in neruos et ſuppliciа, q; fortẽ creditoribus diſſolui, replericq; nobiliũ domos ciuib⁹ vinctis, ſeu mancipijs bello captis? vt vbicũq; patricius habiter, ibi ſit & priuatus carcer. Hæc quum illi maiore audientium, q; ſua indignatione dicerent, patricios metus inceſſit, ne in ſe impetus a multitudine fieret. Tribunitiæ erat concionis ſumma hæc, vt niſi cõſul alter ex plebe crearetur, futurũ nunquã, vt patricij finem facerẽt peroccaſionẽ in plebẽ graſſandi: hęc quũ in dies maiore aſſenſu audirẽtur, adijciunt ad aliã rogationẽ, vt Decẽuiri crearentur ad peragẽda ſacra: quorũ quinq; plebei eſſent. Anno interea circumacto, Licinius & Sextius, tribuni plebis reficiuntur. Creantur & noui Tribuni militum, T. Quintius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpitius, Sp. Seruilij, L. Papyrij, & L. Valerius

Latini & Volſci ad Satricum vincuntur.

Diſcordia Latinorũ & Volſcorum.

Latini Tuſculũ occupãt.

Tuſculũ recipitur

Qũ certa mẽ Fabij filiæ exciterint.

Rogationes tribunitiæ.

Tri. con. por.

Tri. plebis patricios incuſant.

rurius. Eratq; iam ventum ad vltimam de legibus dimicationē, quū Senatus atq; totus ordo, magno tribunorum apparatu exterriti, Camillū Dictatorem creant, tantum abfuit vt is magistratus latores ipsos legum perculerit, vt maiore quodam animo accēsi, plebis causam arctius amplexi, assiduis cōcionibus fouerent. Interim Camillus re neutro inclinata, dictatura abijt, siue quia vitio creatus esset, vt quidam credidere, seu q; Tribuni ad plebē tulere, id q; plebs scjuerat, vt si M. Furius Camillus quid pro dictatore egisset, quingentū milium æris mulcta esset. Sed prior causa similior vero est, quid enim attinuisset in eo nouum Dictatorem creare (nam id paulo post fecerunt) quod metu transigere Camillus non esset ausus, quum pari exemplo ille quoq; indicta mucta absterreri potuisset? Camilli loco P. Mālius Dictator dictus. Is C. Licinium de plebe virum magistrum equitum creauit: vnde a patribus illi inuidia orta est: & iam ne Dictator quidem multū futuræ rogationi obstabat: nec parites quo se verterent amplius, aut quid consilij caperent satis perspicere. Tum patriciorum causa plane inclinante, Ap. Claudius Crassus Decēuiri nepos, magis indignatione & ira, quā q; spem aliquam haberet dicendo posse plebem a suis cōmodis auertere, in concionem progressus, ita ad multitudinem verba fecit. Etsi certo scio ita futurum Quirites, vt mihi hodie obijciatur: quod & sæpe alias nostræ familiæ, quæ nihil ab initio antiquius in hac ciuitate habuit, quam patrum maiestatē tueri, hereditariū studium gentilecq; mihi & alijs Claudijs esse, plebis commodis aduersari, quorū alterū haud inficior, nostros maiores & qui ab illis procreati sunt, enixe operam dedisse, vt quantum in se esset, ei⁹ ordinis maiestas semper augeretur, in quē gens Claudia fuisset ab initio ascita. Alterum pro me maioribusq; meis contendere audeo, nihil nos dixisse aut fecisse vnquam, quod contra vestrū fuerit cōmodum Quirites, nisi forte quæ pro vniuersa repu. sint, plebs velut a cætero corpore ciuitatis disiūcta, sibi inutilia existimet. Quod si, vt par est, reipu. commoda vestra Quirites ducitis: iam iterū dicam me & meos, neq; priuatos, neq; in magistratu feciſſe aliquid, quod etsi præter voluntatē istius ordinis fuerit, nō idem tamē & vtile dici potuerit. Quanquā si Claudiæ familiæ non essem vnus, nec patricio ortus sanguine, sed duob⁹ tantū ingenuis in hac ciuitate natus, deberem ne ego ferre, quū in libera ciuitate sciam me viuere L. illum Sextium & C. Licinium perpetuos, si dijs placet, tribunos, tantum perditæ audaciæ nouem annis quibus regnant assumpsisse, vt liberā suffragiorū potestatē adimant. Cōditione inquiunt patiemur nos decimum tribunos reficī: vt oīa legū capita suffragio sciturī scitis, q; si partē p cuiusq; cōmodo cōplexuri estis, non est cur nos reficiatis: quid aliud est quæso hoc dicere, q̄ quod petūt alij, nos adeo fastidim⁹ vt sine mercede accipere nō libeat? Sed quod tādē est hoc meritū? quæ merces? qua plebs debeat hos tandiu tribunos habere? vt rogationes inquit nostras seu placeant, seu displiceāt, seu vtiles sint, seu inutiles, cōiunctim accipiatis. Sed vos Tarquinij verius quā tribuni, putate me vnū ex media cōcione ciuē succlamare, bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubriores nobis arbitramur, antiquare alias vt de fœnore & agris, quod ad oēs pertinet, vobis rogantibus, postquā ita placet, statuat quæ velit populus. Illud vero portenti ne fiat vt L. Sextius & hic C. Licinius consules fiāt. Etenim quid aliud per Deum est dicere, aut omnia accipite, aut nihil fero, quā huic quē fames vrgeat vitalē cibum apponere, contraq; mortiferum alterum adhibere, neutrumq; pati sine altero eū attingere? Quod si libera esset hæc ciuitas, tota concio ad tam indignam cōditionem reclamasset. Abite hinc cū vestris rogationibus perpetuoq; tribunatu. Quid si vos duo non tuleritis, quod cōmodum sit nobis accipere, nemo erit postea qui ferat illud? Verum enimuero siquis patricius Quirites, siquis quod adhuc inuidiosius est apud illos nomē, Claudius pro concione diceret, aut totum accipite, aut nihil fero, quis vestrum tam superbam vocem ferret? Adeo rem nunquam potius spectabitis, quam rei autorem? atq; vt nihil sit magistratus ille dicturus vnquam quod non secundis auribus audituri sitis? cōtra quodcunq; patriciorum aliquis dixerit, velut pernicjosum & detestabile auersari? Est quidem sermo hic parum ciuilis: sed dicā tamen Quirites quod sentio, qualis rogatio hæc est, quam a vobis nolunt antiquari. Alterum ex plebe consulem creatum iri volo. Quid aliud rogat hic, quam vt vobis etiam inuitis aliquis consul in republica fiat? Hoccine vt si ex plebe vnus petierit: etsi indignissimus, inuitus populus sit hunc consulem habiturus. Et hoc quæso est libertate vti? hoc libera re suffragia habere? Quid illud? alterum ex plebe creare necesse sit, vtrunq; ex patricijs præterire. Ecquænam hæc societas est? parum ne videri oporteat, si in partem eius venis, quod nihil ad te attinebat, nisi totum traxeris? Timeo inquit ne si duos patricios creari liceat, neminem creetis plebeium: quod nil aliud sit dicere, quam necessitatem creandi etiam quem nolueritis vobis impono. Quod si cætera vobis integra constabunt, beneficium vestrū pereat necesse est, si plebeius vnus petierit: quippe qui dicere possit se lege non suffragio populi cōsulem factum, quomodo vobis honores extorqueant, quærunt: qua ratione peccāt ex occasione magis quā virtute, summū imperiū vulgari malunt. Nemo ista ratione tam sordidus erit in plebe, cui non facilior via relinquatur ad dignitatem illā inuadendā, quā nobis & filijs nostris. Si quidē nos ne quū volueritis quidem creare poterimus, isti etiā si nolitis creandi sint. Quod si nemo rei indignitatē spectet, quia ad hoīes pertineat, at mouere debebit religio Deorū, quæ in primis est spectanda. Auspicijs hæc vrbs condita est: auspicijs, bello, pace, domi, militiæq; ad hunc diem administrata: at penes quos ab initio fuerint auspicia, vos Quirites non ignoratis. Ac si quis ignorat inde discat, q; plebeius nullus magistratus auspicio creatur. Contra patribus adeo auspicia propria sunt, vt non solum quos creat patricios magistratus auspicio creet, sed interregem, & sine populi suffragio, per auspicia creare sit huic ordini datum. Eludant licet illi hæc, quid si pulli non pascentur, si tardius cauea exierint, quid si mus, si auis occinuerit? parua sunt hæc. Sed per hæc qualiacunq; sunt, maiores nostri hanc rempublicam, ex parua & humili maximam fecere. Nunc si Deo placet, omne maiorum institutum abolere in animo est, omnia sacra & prophana confundere, vt Sextius & Licinius in vrbe regnent: quia pecunias alienas, quia agros dono daturi sunt: tanta est ex alienis fortunis prædandi dulcedo: nec venit in mentem, altera lege vastas solitudines in agris factum iri, pellendo finibus dominos, altera fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollatur necesse est. Quibus nemo non intelligit antiquandas esse rogationes istas, quæ contra ordinum dignitatem; contra

Dictator

Appij Claudij Crassi cōcio.

Attende Claudij vim.

Antitheum.

Repetitio.



contra religionē, cōtra publicū commodum, contra æquitatem, ipsamq; ciuium societatē proponū tur. Sed vos quicquid facitis Quirites bene euenire & cupio et opto. Valuit Claudij oratio, vt tempus rogationibus fit adhuc nonnihil prorogatum. Decimum inde Tribuni refecti sunt Sextijus & Licinius. Decemuiri sacrorum creati. Quinq; ex plebe cæteri patricij: eoq; gradu iam via facta ad consulatum videbatur. Cæterum plebs præsenti victoria contenta, facile passa est, proximis comitijs Tribunos militum consulari potestate creati. Creati sunt Au. & M. Cornelij, M. Geganius, P. Mālius, L. Veturius & P. valerius. Tenebat adhuc Veliterna obsidio, quū repente Gallici belli fama illata, ingentem priſtinæ cladis memoria tulit ciuitati terrorē: ea res causa fuit, vt M. Furius Camillus quintum dictator fit dictus. Is T. Quintium Pœnum magistrum equitum dixit: obscura inde fama eorū quæ in Gallos gesta sint, ad posteros manauit. Claudius Quadrigarius circa Anienem fluuium cum Gallis eo anno dimicatum in annalibus prodidit: inclytamq; in ponte pugnam fuisse, qua T. Manlius Gallum, cum quo manum ex prouocatione conseruit, in duorum exercituum cōspectu peremptum, aureo torque spoliauit. Plures tamen quib⁹ Liuius accedit, decimo post anno id accidisse aiūt. Satis constat in Albano agro Camillo dictatore prospere cum ea gente hoc anno dimicatum, multaq; Gallorū millia in acie cæsa, Alij dispalati Apuliam petiere. Fuerint ne ex his illi, quos ad Dionysium maiorem societatē in Romanos petitum venisse est supra memoratum, quum Crotonem tyrannus obsideret, an exillis potius qui Romam capere, dubitarem pro certo ponere nisi ex supputatione temporum, qua Eusebius vtitur, perspicue liqueret Dionysium minorem aliquanto antea regnare cœpisse, quā Galli secundo finita Camillo victi. Cæterum a capta vrbe, ad hanc pugnam anni circiter viginti interfuere. Polybius trigesimo ab vrbe capta anno Gallos iterū in Romanos mouisse autor est: sed quocunq; est loco & tempore pugnatum, Camillus triūphans in vrbem redijt. Nec ita multis interiectis dieb⁹, Dictator & vniuersus ordo, tribunorum consensu, certamine cq; seuientis populi victi, leges ferri, & consularia comitia ex formula rogationis haberi passi sunt. Creatusq; primus ex plebe Consul L. Sextius, cuius creationis, quia patres se autores futuros negabant, tanta est perturbatio orta, vt tertio a pātribus plebs secessura fuerit, nisi per Dictatorem discordia sedata esset. Ex illius igitur autoritate senatus se autorem nouo consuli præstitit, permissumq; est patribus a plebe, vt ex suo corpore magistratum crearent, qui ius in vrbe diceret. Sed quum ob ciuitatis concordiam, ludos maximos faciendos senatus censuisset, vt dies vnus triduo adijceretur, Aedilibus plebis id munus recusantibus conclamatum a iuuentibus patritijs est, sed id Deorum immortalium causa libenter facturos, si ædiles fierent. Actæ illis gratiæ, factumq; senatusconsultum, vt Dictator qui comitia habebat, duos ædiles ex patribus populum rogaret, atq; ita factum, vt Sp. Furius Camillus Marci filius prim⁹ prætor fit creatus. Gn. Quintius Capitolinus & Pu. Cornelius Scipio ædiles, quos vt prætorem curuli cella & prætexta instrui placuit. Sextio primo e plebe consuli, L. Aemilius Mamercus collega est datus, ac tum demū tribuni cōsulari potestate anno sexto & XL. ex quo is magistratus fuerat inductus, creari desierunt.

Peroratio.

Tri. con. por.

Dictator

Gallorū tumult⁹.

Cōsul ex plebe.

Aediles.

Prætor.

Cōsules.

# M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER III.

NOVVS in plebe consulatus prætura & curulis Aedilitas, magistratus ipsi tum demum nati, fecerunt annum hunc ciuitati insignem. Qui quadringentesimus circiter fuit ab vrbe cōdita, obscura alioqui memoria, patribus de industria famam de Gallis occultantibus, qui per Apuliam fuga dissipati, in vnum coire dicebantur, & Hernici ad defectionem spectare, ne plebeio cōsule insigne aliquid eo anno gereretur. Domi proinde forisq; otium fuit. Tantū tribuni plebis pro concione fremere, indignum facinus admitti, q; pro vno curuli magistratu plebi cōmunicato, duos sibi curules nobilitas assumpsisset. Imposuit ea res pudorem patribus, ne ex suo corpore curules ædiles crearī vellent: sed alternis annis plebeios ad eū honorē admitti primo passi sunt, mox & promiscuū fieri. Pestilens annus secutus, L. Genutio & Q. Seruilio Cōsulibus. Illustres viri plerique defuncti, & in his M. Furius Camillus, cuius mors, etsi grandis natu periit, acerba tamen fuit ciuitati, quippe vnicus sua tēpestate iperator, & in omni fortuna Romanorū oīm longe princeps, pace belloq; ante exilium clarus, sed clarior in exilio factus. Qui ad auxiliū patriæ reuocatus incredibili virtute, se & patriā restituit. Pari deinceps gloria quinq; & XXX. annos vixit. Dignus qui secundus a Romulo vrbis cōditor fuerit appellatus. Exijt ea pestilētia in sequentē annū quo T. Sulpitij⁹ Pœnus & C. Licinius Stolo cōsules fuere. Tertium hoc anno lectisternium fuit, post vrbē conditā, & inter cætera Deorum placamina scænici ludi primū celebrati, res ab initio rudis sine carmine, vllave carminis imitatione, Ludiones tantū ex Hetruria accersiti, ad tibicinis modulos saltantes, haud indecoros more Tusco reddebant motus, imitari hos primo Romana iuuentus, inconditis inter se carminibus iocularia fundētes: nec motus interim absoni a voce: mox diligenti vsurpatione eo processit vsus, vt vernaculi eiusrei artifices: quia nihil iam a Tuscis ludionibus distarent. Histriones appellati sint: quia Hetrusca voce hister ludio vocaretur. Hi deinceps nō incōditū & rude carmen, alternisq; vt a principio iactatū vsurparunt, quod fescenino fuit simile: sed modulatas Satyras, descripto ad tibicinē cantu, decoroq; motu peragebāt. Liuius Andronic⁹ ab Satyris digressus fabulā argumento fecit, factaq; quū sæpi⁹ egisset, obtusa demū frequēti vsu voce, puerum qui caneret ante tibicinē statuit: inde vt ad tibicinis latus Histriones canerēt, receptū. Vbi igitur res a risu & soluto ioco auocari cœpta est, ludoq; in artē paulatim vertente, iuuentus fabularū actu histrionibus licito, veteri instituto, ridicula versibus intexta inter se iactabant: vnde exodia fabulis potissimum Atellanicis coinserta exiterunt. Id ludo ab Oscis acceptū, tenuit postea iuuentus, nec Histrionib⁹ attingere permissum, quo factū, vt Atellanarū actores ne tribu quidē mouerētur, vnaq; cū cæteris militarent, perinde ac Histriones nō essent. Res a modico & sano principio orta, sed quę ad insanā rerū opulentiā sit postea perducta. Medio taliū ludorū spectaculo, quū forte Tyberis Circū maximū inun-

Vnde Histriones dicti.

Atellanæ.

Exodia Atellanarum.

dasset, ingens ciuitatem terror inuasit. Creditum vulgo, vt vana tum fuit eius tēporis superstitio, deos placamina repudiare. Eratq; ciuitas in cōquirendis piaculis supra modū occupata, quum C. Genutius & L. Aemilius consules sunt facti. Quū igit vulgo morbi corpora afficerēt, Dictator figēdi claui gratia dictus est L. Mālius cognomēto imperiosus: repetitū erat memoria, clauo aliquādo a Dictatore fixo pestilētiā in vrbe sedatā. Sed figēdi claui ratio aliunde sumpta, quū perraræ ea tēpestate litteræ essent, lex scripta fuit, vt qui prætor maximus in vrbe esset, idibus septēbris clauum figeret, vt nota illa velut annorū esset. Lex ipsa iccirco in Mineruę tēplo creditur dicata: quia numerus ipsius sit Deæ inuentū. Fixus est clauus dextero lateri in æde Iouis, qua parte Mineruæ templū proximū illi fuit. Primū id consules facitarunt, ad Dictatores inde est id munus translatū: quia maius esset imperium, potestq; ex hoc ipso intelligi, Prætoris appellatione consulārē etiam & Dictatoriam dignitatem veteres accepisse. Volscinijs in templo Nortiæ Deæ Hetruscę clauos annorum indices figi solitos tradidit Cincius. Manlius Dictator fixo clauo, Hernici belli causa, velut ad id exequendum, non ad religionem creatus esset, acerbum habere delectū cœpit. Cæterū Tribuni plebis in eum ferociter coorti incœpto absterruerūt. Fuit ea res in causa, vt sequēti anno Q. Seruilio Hala & L. Genutio consulib⁹ dies illi fisa M. Pomponio dicta. Inuisa erat vulgo hominis natura vt in libera ciuitate, dabaturq; illi crimini prætereā quę in acerbissimo delectu iuuenū corpora nomen dare recusantiū, nudari cæ diq; fecisset, quę filiū iuuenē nullius probri compertum, nisi q; tardior lingua esset, procul vrbe, domo, penatibus, ac luce hominum in agris haberet. Mutā animalia alere suos fœtus ac fouere, si quid ex sua progenie parū prospere natū sit, at Hercule L. Mālium malum malo augere, tardiratem ingenij premere: ac si quid naturalis vigoris filio insit, id agreste vita hoiem superbissimum extinguere. Mouit quidem alios id crimen, verum tantū abfuit, vt filio sit ille aliquo modo gratificat⁹, quę iuuenis ægre ferens, patrem sua causa a Tribuno plebis vexari, vt oēs dij hoiesq; scirent, se patri in periculo nō defuturū, consiliū capit pietate magis q̄ ciuili exēplo probabile, cultro succinctus, omnibus insciis sub lucem Romam abijt, & a porta Pomponij Tribuni domum petit, ibi ianitorem appellat, nūciariq; Tribuno iubet T. Manlium Lucij filium ad ianuā stare, qui eius colloquium petereret. Confestim iuuenis introductus, tanquā patri iratus aliquid occulti in reum criminis afferret, salute redita & accepta, iuuenis secretum a Tribuno petit, esse ait quæ remotis arbitris velit cum eo agere. Cōfestim oībus abire iussis incautum ille Tribunum stricto cultro inuadit, arcq; iacenti incubans, nisi inquit in ea verba quę voluero iurabis, te a patris accusatiōe destituturum, ego te hic Pomponi iacentē transfigam. Ad ea pauidus tribunus, nam quid faceret, inerme erat corpus, & strato cubans, atq; ob id iniuriæ obnoxium, cernere ad hæc ferrū, & iuuenem stolide ferocem sibi imminere, periculo adactus, in Mālij iuuenis verba iurat, cui dimisso præstitit tribunus fidē, quam coactus dederat. Plus enim apud eū valuit filij pietas, q̄ rei Manlij inuisa oībus superbia. Fuit ea res iuueni apud populū honori: nam quū eo anno tribuni militū in legionib⁹ creādi suffragio essent (Imperatores antea eos creare cōsueuerāt, Rutulosq; vocabant) factū est, vt secundum interalios Manlius iuuenis locum obtinuerit. Specus ingens hoc anno medio foro vasto repēte hiatu patuit, incertū, motu terræ, seu vi aliqua occultiore. Ea vorago quū multo terrę ingestu expleri nequisset, canebant vates id quo plurimū Ro. nomen posset ipsi loco dicandū, si rem Romanā incolumē vellent. Quærebatur & quid esset illud, quo plus Po. Ro. posset, quū M. Curtius iuuenis militari virture nobilis, castigata hoīm insciti a, viris armisq; Romanos præcipue pollere ostendit, equo inde sedens, nunc Capitoliū & alia templa intuens, nunc manus ad deos infernos porrigēs, pro patriæ incolumitate se deuouet, nec maius vllum carmen effatus, cum bellatore equo armatus sese in subiectum deiecit specum. Dona & fruges desuper a multitudine virorum promiscue & mulierum congestæ. Estq; Lacus ipse Curtius ab hoc vt quidam credidērunt appellatus, in qua Liuius fuit sententia, potius quā ab antiquo illo T. Tatij equite, qui vi hostium in lacum impulsus equo ad suos enatauit. Bellum sub id tempus est Hernicis indictū, a quibus res repetitæ fuerant nec redditæ. L. Genutius consul ad id bellum missus. Erat ciuitas tota in expectationem erecta, quo euentu Genutius primus e plebe consul suis esset auspicijs bellaturus. Sed casus ita forte tulit, vt in insidias præcipitatus, fusis legionibus ipse sit ab hoste interfectus: qua clade Romam nunciata, fremere patres omnibus locis, iret modo plebs, & contra auspicia consulē ex suo corpore crearet. Potuisse honores patribus plebiscito adimi, at dijs vim inferri nequiuisse. Vltos esse eos suū numen, sua auspicia, quę vt primū contracta essent ab eo a quo tangi nefas fuerat, deletū cum suo duce Romanum exercitum. His vocibus, vt tum stulta erat hominum persuasio, curia & forum personabant. Seruilius consul iussu patrū Dictatorem Appium Claudiū dixit. Is iustitio indicto delectum habuit. Cæterum priusquā legiones in Hernicos venissent, C. Sulpitij legati ductu res per occasionē in hostes est egregie gesta. Siquidem Hernicus presenti successu elatus contēptim ad Romana castra oppugnāda processit. Hic Sulpitij hortatu, milites ira & indignatione accēsi, subita excastris eruptione, non tantū vim procul distinuerūt: sed terrore etiā hostibus iniecto, factū est, vt turbatis ordinibus Hernici sese in castra receperint. Dictatoris deinde aduentu nouus exercitus veteri iungitur: duplicatisq; viribus, dictator laudata Seruilij virtute, exercitum sese ad vltionem expedire iubet. Hernici & ipsi interea auctis copijs octo quadragenarias cohortes ex omni flore iuuenturis conscribunt: quæ seorsum a cætero exercitu in acie starent, vt magis cōspicua esset Phalanx, & ob id hosti formidolosior. Ad duo mīlia passuum Romana castra ab Hernicis distabāt. Media planitie collatis signis, haud multo post est cōcursum. Tentarunt sępe Romani equites hostiū aciē perrumpere, conatus ibi illis irritus cessit, dictatoris iussu ad terram desilientes, in primā aciē prouolant. Nec horū impetus sustineri potuisset, nisi extraordinariæ hostium cohortes, suis laborāribus mature subuenisent. Atrox ibi certamen ortū, stabantq; cæteræ copiæ velut prēlij immunes, in Romanos equites pedestrē pugnā cientes, & in Hernicas cohortes ex aduerso obiectas oculos defixæ. Multi quidem cadere, sed plures omnino vulnerari. Fuitq; diu pugna anceps: postremo fusi hostes, et in castra cōpulsi. A castrorū oppugnatione Romanus, noctis interuentu, abstinuit. Postridie castra ab hoste deserta, fauscijs relictis, diffusum palatūq; agmen per agros diuersum in suas vrbes abijt. Nec Romanis incolumis

Cōsules. Dictator — Curtius lacus.

Clauī fixio. — Curtij equitis fanum.

Prætoris appellatio.

Manlio imperioso dies dicitur.

Mālij iuuenis fanum.

Cōsules. — L. Genutius cōsul interficit

Dictator

Grauis cū Hernicis dimicatio.



Cōsules. — mis acies māsit, quarta pene militum parte amissa. L. Sulpitius & C. Licinius Caluus cōsules sequenti anno exercitū in Hernicos duxere: nec hoste vspiā reperto Ferentinum vrbem vi ceperunt. Inde redeūtibus Tyburtes portas vrbis clausere. Ea causa fuit, vt & Tyburti populo sit bellū indictum. Eo anno Galli ad tertiū lapidē salaria via proxime vr-

Dictator — bem accessere. Dictator T. Quintius Pœnus est dictus, oēsq; iuniores sacramēto adacti. Hostes vltra Anienem castra fecerant: eratq; pons medius inter

Gallus ingenti statura. — vtraq; munimenta: eū vacuū Gallus ingenti statura occupat: altaq; voce fortissimū prouocat Romanorū ad singulare certamen, vt ex talis pugnæ euētu intelligi posset vtra gens melior bello esset. Silētium aliquādiu inter Romanos fuit, quū & abnuere certamen erubescerent: nec temere quisquā præcipuā periculi sortē peteret. Tum T. Manlius, L. filius, qui patrē a Tribunitia vexatione memorabili pietatis exēplo defenderat, a Dictatore petijt, vt sibi cū hoste tam ferociter insultante liceret dimicare, pollicitus fore, vt eo certamine ostenderet, se vere ex ea familia ortū, quæ Gallorū agmē ex Capitolina deiecit rupe. Macte īquit Dictator Manli esto tua ista in patrē & patriā pietate: perge, Romanūq; nomen dīs auxiliaribus inuictū præsta. Cū his dimissus, scuto & Hispanico gladio accinctus in hostem ire pergit. Excipit Gallus Romanū venientē cū derisu exerta in despectū, vt mos est gentis, lingua. Cōgressi haud pari habitu. Erat Gallus hostis eximia magnitudine, versicolori veste amictus, pictisq; & auro cælatis fulgebat armis. Romano media statura in armis magis habilis, q̄ decora species, nō cantus, vt illi, nō verborū strepit⁹, vanaq; armorū vibratio: sed pectus tacitæ iræ plenū. Erāt duorū exercituū limina in vnū ad id certamē defixa. Gallus scuto leuaq; in Romanū proiecta cæsim gladiū, cum ingenti sonitu, in eum deiecit. Contra

Manlius Gallum sternit. — ille mucrone surrepto, cum imum scutū scuto perculisset, hosti insinuatus, ventrē atq; inguina, vno atq; altero haustū ictu. Gallumq; quantus erat, moribundū ingenti spatio porrexit, iacentē aureo torque spoliat, quę cruore respersum collo circundedit suo. Inuasit pauor Gallos inopinata clade attonitos, Romani cōtra alacres ab sua statione sub mi

Torquati cognomen. — litem cū lętitia & gratulatione excipiunt. Interiocularia militū carmina Torquati cognomen audi tum, victori ipsi & posteris deinceps mānsit. Dictator coronā illi aureā dono dedit, eumq; pro cōcione laudauit. Tanta ex eius pugnæ euentu Barbaris trepidatio orta est, vt sequēti nocte, relictis castris, in Tyburtē agrum cōcesserint. Ibiq; cū Tyburtib⁹ societate inita, cōmeatuq; adiuti, in Campaniam transiuere. Nec id fœdus impune a Romano Ty-

Cōsules. — burtes tulere. C. Petilius Balbus sequenti anno in eos exercitū duxit. Consul alter M. Fabius in Hernicos profectus est. Galli Tyburtiū oppugnatione ex Campania reuersi, Labicanū agrum fœde populantur. Inde in Tusculanū & in Albanū transgressi, pari clade proculcant. Is terror Romam perlatus

Dictator — Dictatoris creandi materiam præbuit, Q. Seruilio Hala creatus est, qui magnos ludos vouit, si præsens bellum prospere cessisset. Consularem inde exercitum aduersus Tyburtes vt antea bellare iubet, ipse cum omni militari iuuentute quam sacramento adegerat, in conspectu vrbis haud procul a Collina porta, cū Gallis qui effusa populatione Romam venerant, confligit. Locus in quo est prælium consertum, multo promptiorem in pugnam Romanū reddidit. Habebat miles patriā ante oculos, vxores, natos, parentes, & oīa pro quibus mortales libenter vitā paciscūtur. Connixus itaq; totis viribus Romanus miles, aliquanto facilius solito Gallū fudit, fusum cōsularis exercitus, qui circa Ti-

Galli vincuntur. — bur sedēbat, ferro exceptū deleuisset, nisi Tyburtes suorum periculo cōmoti, auxilio fuissent. Fuit aliquandiu graue prælium, postremo hi simul, Gallicq; Tybur cōpelluntur: Fabius consul interea prospere in Hernicos depugnauit. Petilius ob Gallos & Tyburtes a se victos, triumphās in vrbem redijt. Fabio alteri consuli minor triumphus datus, vt ouans Romā ingrederetur. Dictator omni gestarū rerum honore consulibus remisso, se dictatura abdicauit. Ridere interea Tyburtes Petilium, q̄ pro prælio inter paucos ante portas suę vrbis commisso, triumphum sibi decerni passus esset. Sed breui fore, vt vana illa lætitia fieret Romanis funesta. Hæc illi coram. Sequenti deinceps anno M. Popilio Lenate, & Gn. Manlio consulibus, silentio noctis, infecto Romam agmine petiere. Fuit nocturna illa trepidatio ciuibus terrori, conclamatum repente est ad arma, nec somno exciti satis scire qui hostes, aut vnde essent. Vbi vero illuxit, atq; Tyburtes eos esse constitit, ipsorum paucitate cōtempta, duabus consules portis, cum armata iuuentute egressi, modico negocio in medio hostilem exercitum cecidissent, nisi ad primum clamorē per agros delapsi Tyburtes domum abijssent. Sub id tēpus Tarquinienses maiore agrorum q̄ vrbis tumultu, Romanos fines ea parte, qua Hetruriæ adiacent populari sunt. Quibus C. Plautius consul iussu populi bellum indixit. C. Fabio eius collegæ in Hernicos prouincia data. Occupat interea Gallici belli fama ciuium animos peropportuneq; pax Latinis data est, militesq; ab his ex veteri formula acceptus. Quibus fręti auxilijs, minore animorum motu Romani audiuerunt Prænestę Gallos venisse, atq; inde Pedum progressos. C. Sulpitius dictator est dictus, qui cum robore duorum consularium exercituum in Gallos profectus, vbi hostes in conspectu habuit, locum castris cepit. Neq; hi vllam prælio moram fecere. Dictator etsi suos satis ad pugnā animatos videbat, abstinere tamen congressu, bellumq; de industria trahebat, ratus oīa tēpus hosti deteriora facturū. Aegre ferre præsentem morā Romanus miles, Sulpitiumq; vt timidū, sermonibus carpebat. Criminari simul patres, qui per dictatorē bellum geri, maluissent, ac per eum, qui victoriam e cœlo in sinum deuolaturam putaret. Iactari primo sunt hi sermones in stationib⁹, vt fit, inter paucos, mox in principijs ac prætorio, postremo per Seruiū Tullū totius exercitus nomine oratio habita ad dictatorē cū multa querela militū, ægre ferentium, se vt fœminas intra vallū teneri, vt ludibrio essent hostibus, præsertim cū nulla culpa, nusquā re male gesta, tam insigni ignominia afficerentur. Summa illius orationis fuit, vt dicerent milites, nisi in aciem educerētur, futurū vt relictis castris, domum citato agmine abirent, aut sine cuiusquā imperio in hostem ex occasione dimicarent. Dictator quia rem bonā, etsi parū probabili exemplo, fieri censebat, ne negando magis irritaret milites ad aliquod insuetum facinus audēdum, daturū se, quod tanto studio efflagitarent, pollicetur, quod vt celerius præstaretur, subitus casus cōpulit, nā cōcione nondū dimissa, milites qui pro vallo stationē agebant, conspicati iumenta in conspectu pascentia a Gallis abigi, duo Romani milites subito occursu prædā ademerūt, in eos Galli quū saxa cōiecissent, procursum est a Romana statione, indeq; alijs atq; alijs auxilio subeuntibus, haud procul iusto prælio res

Ro. militum ferocia.

aberat. Centuriones suo interuentu pugnam inhibuere. Confirmata est eo casu apud dictatorē Tullij fides, tum demū pugna in sequentē diem proposita, rem nouā ad fallendos hostes dictator cōmini scitur, mulis strata detrahi iubet, binis centunclis tantū relictis, in his agasones sedentes captiuis armis instructi, cū centū lectis equitibus, ita vt mille ferme numero essent, supra castra in montes noctu abire iussi, ibiq; occulte sedere, donec ad consurgēdum signum accepissent. Ipse vbi illuxit, ad radices montium acieni extēdit, vt aduersis montibus cōsligeret hostis. Haud credere poterant Galli duces Romanū in equum descensurū. Verum vbi id fieri senserunt, & ipsi, certaminis cupidi, in pugnā ruunt. Estq; pene prius concursum, q̄ signum a ducibus daretur. Inuasit Gallus multo acrius dextrū Romanorū cornu, nec ea vis sustineri poterat, nisi dictator ea parte spectator pugnæ hortatorq; suis affuisset. Appellare quosdam anxius dux, increpare alios, vt in castris feroces, in pugna timidos & imbelles, audire miles dictatoris conuicia, tārusq; inde pudor animos subijt, vt mente ab omni memoria periculi alienata, cæci ruerent in hostiū tela. Turbauit ea Romanorum vecordia primo hostē, eques deinde immissus turbatum auertit. Dictator vbi ab vna parte labentem Gallum vidit, signa in læuum cornu subito conuertit, simulq; ijs qui post montes latebant signum dedit: tum vero post quam inde quoq; nouus est clamor redditus, tendere q; ad Gallorum castra, obliquo monte, subitum agmen visum est, metu ne ab illis excluderetur turbatus hostis eodem cursum intendit, obiecit se his M. Valeriꝰ magister equitū, qui prosligato dextro hostium cornu, ad illorum munimenta adequitarat. Romani igitur equitis occursu, Galli ad montes fugam auertunt. Ingens inde sedes secuta, multi etiam in syluis cæca fuga errātes, ab ijs qui secundum montes latuerāt sunt oppressi. Post M. Furiū Camillū, nemo de Gallis iustiorē, q̄ Sulpitius triūphum egit. A consulibus eodē anno vario est euētu pugnatū: Hernici a Fabio victi prelio subactiq; sunt. Contra Plautius incaute ac proinde parū feliciter in Tarquinienses pugnauit. Nec tantū cladis in acie acceptū, q̄m q; Tarquinienses Romanorum odio. CCCVII. milites captos victimarū more iugularunt. Vastati sunt & Romani agri eodē anno Priuernatiū primo, mox Veliternorū incursione. Ludi, quos Camillus vouerat, facti, & lex de ambitu a C. Petilio tribuno plebis patribus auctoribus, tum primū ad populū lata. Phalisci sequenti anno & ipsi hostes facti, quia cū Tarquinieñibus eorum iuuetus militasset. Ea prouincia Cneo Manlio sorte euenit. C. Martius eius collega in Priuernatem agrum duxit, longa pace intactū. Ibiq; miles breui prēda expletus, ad Priuernū est vrbē adductus. Priuernatibus in vrbem prelio reiectis, quū iam scalemœnibus admouerētur, deditio ab oppidanis facta est. Triumphauit Martius de Priuernatibꝰ. Ab altero consule nihil memoria dignū fieri contigit, nisi q; in illi⁹ castris lex tributim de vigesima illorum qui manumitterentur, lata est. Eius legis abrogandæ, quia haud parūū inde vectigal inopi ærario querebatur, autores fuere tribuni plebis, nec tārē q̄ exemplo moti, capite sanxerūt, ne quis postea talī de causa populū seuocaret, prohibitumq; in castris iam inde legem sanciri vllam. C. Licinius stolo hoc anno decē milibꝰ dānatus, ex prescripto legis, quā ipse tulerat, quoniā mille soli iugera cum filio possideret. Secuti inde consules M. Fabius Ambustus, & M. Popilius Lenas. Hic in Tyburtes prospere rem gessit. Alterum cōsulem Phalisci & Tarquinienses prima pugna fuderunt Romanis falsa specie & velut phanatica, deceptis. Sacerdotes hostium cum facibus incensis, furiali incessu, anguiū nodos intendentes, militem spectaculo insueto turbauerunt. Inde vbi a consule & Tribunis coepta est in vanum illum metum reclamari, q̄ puerorum more talia expauescerent, pudore affecti milites ferociter in hostes verturtur, atq; in ea ipsa, quæ nuper extimuerant, velut amentes ruunt. Ibi hostili ludibrio confestim discusso, in armatos cuneos se inferunt. Fuitq; tantus Romanorum in prælium impetus, vt ne armato quidem non modo inermi hoste sustineri potuerint, fusa acie castris Romanus victor cum multa præda potitus est. Concitauit hæc Phaliscorum & Tarquiniensium clades omne Hetruscum nomen in Romanos, atq; duobus populis ducibus, ad Salina vsq; prædabundus hostis processit. Aduersus hunc terrorem M. Rutilius primus e plebe dictator est dictus. Qui C. Plantium & ipsum plebei sanguinis, magistrum equitum dixit. Ferre id iniquo animo patre, indignantes non consularum modo, sed dictaturam etiā in promiscuo esse, nihil itaq; illi decernere, vt irrita dictatura flueret, ea iniuria populus instructus, maiore quam vllo antea studio omnia ad bellum necessaria detulit: parato itaq; exercitu Rutilius in hostem contendit, exercituq; ratibus Tyberim traiecto, populatoribus multifariam oppressis ex improuiso castra hostiū adortus, vi cepit. Octo milia hostium capta Romam duxit, ac sine patrū autoritate, populi iussu, triumphauit. Atq; ita contigit, vt Rutilius qui primus e plebe est dictator creatus, idem primus inuitis patribus legitimum de hoste triumphū egerit, fuitq; annus ille quadringentesimus ab vrbe condita, post vrbem a Gallis receptam quintus, vt Liuius scribit, & quadragesimus. Quo anno duo patricij quanquam Tribunis reclamantibus creati sunt consules Sulpitius Potitus, & M. Valerius Publicola. Sed dum hæc in Italia geruntur, Ochus Artaxerxis filius in Persis regnum obtinebat. Periit Artaxerxes iam nonagenarius, quum duos & sexaginta, vt Plutarchus scribit, regnasset annos, vt Eusebius quadraginta: in cuius tempora quidam reijciunt, quæ de Hestere puella a nobis alio sunt loco prodita. Plutarchus qui eius vitā accuratissime scripsit, nullam fecit Hesteres mentionem. Fuit Ochus omnium, qui in Perside regnarunt crudelissimus. Is Apodasmo Iudæorum capta, loci accolas in Hyrcaniam translatos, circa Caspium mare collocauit. Sidonem euertit, & Nectanebone rege in Aethiopiam pulso, Aegyptum suo adiunxit imperio. Regnabat & Philippus Amynthæ filius in Macedonia, in Sicilia iunior Dionysius, qui Dionis consilio, cuius opera in administrando principatu nonnihil est vsus, Platonem in Siciliam accersiuit. Cui venienti virtatam nauim misit obuiam, mox in littus delatum, quadrigis excepit albis. Hunc Dionis impulsu quum imperfius audire cœpisset, paucisq; post diebus præceptis more illi perpetuum principatum alta voce precaretur, non desines inquit nobis has diras imprecarijs. Percrebuit inde rumor, fore, vt Platonis suasu Dioni aut fororis eius Aristomachæ filijs relicto principatu, Dionysius Athenas nauigaret, vt ibi sub Platone magistro in Academia priuatus ageret. Hos rumores Dionis æmuli dissipandos curant, vt maior illi inuidia inde conflaretur. Hi autem sub id tempus, quo Plato per literas accersebatur

Dictatoris strategema.

Pugna atrox.

Rutilius primus e plebe dictator.

Gallorū fuga.

Rutilius primus iniussu patrū triumphat.

Tarquiniēses ca ptiuos iugulant.

Ochus.

Priuernū capitur.

Plato inuenti honorea Dionysio excipitur

C. Licinius stolo dānatur.



batur, pro magno negocio habuerunt, vt Philistius qui a Dionysio patre fuerat relegatus, ab exilio reuocaretur, vt haberent quem Platoni apud Dionysium opponerēt. Philisti igitur & aliorum criminationibus primo Dion in suspicionem ductus, quia ad Carthaginiensium præfectos libellū dedisset, vt non nisi se præsente cum Dionysio de pace ageret, eius epistola ad Dionysium perlata cōfestim Dionem in Italiā deportari iussit. Quod vbi palam est factum, tristitia & mœror ciuitatem inuasit, sed maior regiam ipsam, erat Dion Tyranno perneccessarius. Nam & soror Aristomacha sensori Dionysio nupserat. Erat iunior Dionysius ex Daride Locrensi altera coniuge natus, duxissetq; idem in coniugē Sophrosinā ex Aristomacha ortam. Dionysius ad præsentem inuidiam leuandam per breuem peregrinationē a Dione suscepta prædicabat, nec multo post illū suis affuturū, mox potestatem fecit Dionis necessarijs, ex eiꝰ bonis quantuncunq; pecuniarum vellent ad eum transmittendi, vt vbicunq; esset laute, & pro pristina fortuna vitam ageret. Breui post ea Platonem quoq; nihil inuitum ex Sicilia dimisit, pollicitus fore, vt intra annum Dionem reuocaret. Nec ita longo interiecto tempore Archita & alij Pythagorici, qui in terra Italia erant, a Dionysio fatigati, vt Platoni persuaderent vti ad se veniret, futurum promittens, vt eo audito, Dionem in Siciliam reuocaret. Misit & ipse hoc nomine Archidamum cum triremibus, quibus Platonē quam honorificentissime in Siciliam deferret. Ea causa Platoni fuit tertio in insulam nauigādi. Nam maiore Dionysio qui fuit Hermocratis filius primo in insulam nauigauit, insulam & æteum craterem inspecturus, cæterum cum sæuissimo principe congressus, quia tyrannidem vituperaret, parum abfuit, quin ab eo sit interfectus, a Dione exoratus & Aristomene Polidi Lacedæmonio, qui publice legatus Syracusas venerat, ea cōditione tradidit vt pro seruo venderet, Aeginę venditus est, & ab Annicheri Cyrenaico viginti minis redemptus, quidam triginta prodiderūt. Eius itaq; aduentus æque Dionysio Syracusanisq; lætissimus fuit, obtulitq; tyrannus illi pergrandem dono pecuniam, quam quum Plato accipere recusasset, Aristippus dixisse fertur, tuto liberalis est, & munificus Dionysius, qui enim pluribus indiget pauca tribuit, Platoni, qui nihil accipit, multa exhibet. Primo igitur satis familiariter congressi sunt, mox sermone de Dionis restitutione iniecto acerbius inter eos disceptari cœptum. Secuta & conuicia, celare tamē omnia tyrannus. Accidit interea vt Helycon Cyzicenus vnus ex Platonis equalibus deliquium solis prædixerit, quare a Dionysio, argenti est talento donatus. Tum Aristippus, ego quoq; inquit habeo quod diuinem, rogatus vt diceret. Prædico inquit breui fore, vt Dionysius & Plato ex amicis inimici fiant. Ac sic certe accidit. Bonis enim Dionis a tyranno venditis, Plato eius satellitibus ad cædē est obiectus, quorum stationi proximū est illi domicilium datum. Oderant illi Platonem, quia credebatur Dionysio suadere, vt dimissa custodia priuatus ageret. Eratq; per hæc Plato in aperto vitæ discrimine constitutus, quum ab Archita & Pythagoricis legati affuere Platonem a Dionysio repetentes, cuius salutis ipsi obsides fuissent. Atq; ita Plato est a tyranni sęuitia seruatus. Dion iam inde animum ad Dionysium bello persequēdum adiecit, cuius consilij Platonem expertem habuit, vel quia iam grandis natu esset, vel potius q̄ hospitalia iura, quæ illi cum tyranno intercedebant, haud violaturus crederetur. Speusippus ex Platonis sorore ortus qui cum auunculo Syracusis versatus, rerum omnium statum per se diligenter explorauerat, quantum in Dionem propensa esset ciuitas, & in quanta expectatione ipsius reditus foret cum castris Platonicis se illi fautorem præbuit. Dion interim per alios, vt res occultior esset, militem ad bellum conquirere. Adiunxerunt se sponte illi Eudemus Cyprius, ad quem morientem librū de anima Plato dedit, & Timonides Leucadiꝰ. Ex Zacinthijs quoq; octingenti in rebellica exercitatissimi. Erat Syracusanorum exulum manus ingens supra mille numero, ex quibus vix quinq; & viginti allici potuerunt, vt se expeditionis illius comites professi. sint, veriti alij Dionysij potentiam, cui. CCC. aderant triremes, decem milia equitum bis totidē pedites, damnare ob id multi Dionis incœptum, velut præ nimia in tyrannum ira desipientis. Ille accuratissima oratione vsus confirmauit nonnihil suorum animos. Cæterum in Siciliam transmissurus, quum luna pleno luceret orbe, repente obtenebrata est. Id prodigium, velut infaustum, socijs aduersantibus, Dion, Miltha vate in medium producto, ostendit deliquium lunæ natura fieri. Verum si quid mali res ipsa portenderet, id totum ad tyranni exitium pertinere, q̄ principatus ille qui in omnibus gentibus clarissimus obductis velut tenebris esset inuoluendus. Nec solum id signum Dionysij cladem præcessit, sed mare etiam, quod Syracusanam arcem alluit, dulces & potu suaues per diē vnū habuisse aquas dicitur. Sues sine auribus nati. Et aquila de cœlo lapsa iaculum satelliti abreptum in sublime detulit. Quæ prodigia ad ipsius principatus euersionem attinere plerię; vatum cecinerunt, fore affirmantes, vt tyrannica illa temporū asperitas, amarissimusq; rerū status mitesceret, aureiq; ciuitatis a crudelissimo imperio auerterent, rollerturq; vis regia Iouis nutu, cui aquila esset sacra. Militibus in naues impositis, quum tertiodecimo die Dion in Siciliam venisset, essetq; haud multo post in terram descensurus, tempestate repente orta in altum est euectus, ibi ingenti procella cum periculo iactatus, postremo ad maioris Syrtis capita, cum tota classe est delatus. Nec ita multo post, austro ex insperato flare incipiente, plenis in Siciliam velis est reuectus. Ante Minoam primo in ancoris stetit, erat id oppidum Carthaginiensium Synabus, qui locum præsidio obtinebat, ignarus qui hominum hi essent, arcere milites a littore primo conatus est. Cæterum oppidanis in fugam versis, mixto agmine Dionani vrbem irrumpunt. Ibi duces inter se cogniti, erat enim Synabus peruetus Dionis hospes, nemine violato, vrbs Synabo restituta est. Ibi quod bene gerendæ rei spem omnibus attulit, cognitum est Dionysium in Italiam, cum octoginta nauibus transmisisse. Maturatum itaq; Syracusas, omnibus auxiliaribus id petentibus. Equites qui Ecnomum incolebant, eunti se Dioni vltro adiunxere, inde & Geloi. Dimocrates, cui Dionysius sororem suam Aretam locauerat matrimonio (fuerat Areta Dionis coniunx) audito hostium aduentu, ad Dionysium expeditissimum nuncium cum literis mittit, qui quum in Italiam traiecisset, atq; Cauloniam ad Dionysium rendit, labore victus paululum se quieti dedit, interim lupus odorem carnis secutus, quam ille ab hospite quodā inter eundum dono acceptā sacculo incluserat, dormienti loculum cum carne

Dionis exilium.

Dion mittem ad bellum parat.

Archita & Pythagorici.

Prodigia sub Dionis accessum.

Platonis casus.

Dion tēpestate ia ctatur.

Aristippi dictū.

Helycon Cyzicenus.

Siciliæ motꝰ sub Dionis aduentū.

Dionis felicitas in tabella rio.

& literis abſtulit. Experrectus tabellarius quum aliquandiu literas fruſtra requiſiuiſſet, veritus ad tyrannum accedere, ex itinere aduerſus in exilium abijt. Atq; ita accidit, vt Dionyſius quæ in Sicilia fiebant tardius reſciuerit. Camarinei interea ſe Dioni agglomerant, & agreſtis Syracuſanorum multitudo ingens. Dimocrates, qui præſidio vrbis erat, cum Leontinis Epipolas ab initio occuparat, a quibs deſtitutus ſe in vrbem recepit. Eranq; iam circa Dionem ad quinq; armatorum milia, qui poſtridie quam Epipolarum præſidio Dimocrates deceſſerat, Syracuſas progreſſus, ingẽti fauore & lætitia in portis ab omnibus excipitur, mox in tyranni familiares factus eſt impetus. Dimocrates quum in ſubita defectione in arcem recurrere nequiuiſſet, conſenſo confeſtim equo, fuga ſibi ſalutem queſiuit. Atq; ita anno octauo & quadrageſimo quam ſub tyrannis eſſe cœperant, vetus eſt Syracuſanis libertas reſtituta. Quacunq; Dion commeabat, a multitudine ſpargebatur floribus, ipſe pro concione ciues ad libertatem tuendam hortatus, muro arcem a terra circunſepſit, quo ſeptimo die Dionyſius claſſe aduectus eſt. Fecit ille ab initio ſpem tyrannidis deponendæ, ſuiq; in ordinem redigendi, petijtq; proinde a Dione vt aliquos ex ſuis ad ſe mitteret in arcem, cum quibus de pace certi aliquid poſſet tranſigi. Eos miſſos Dionyſius in carcerem coniecit, atq; vna Barbaros milites in murum arci obductum repente immiſit, continuo ibi pugna conſerta eſt, Dionq; tragula vulneratus, multi varijq; fuerunt vtrinq; conatus, ad poſtremum ex Dionanis quatuor & ſeptuaginta cæſis, Barbari cum aliquanto maiore cæde ſunt in arcem compulſi. Affuit interea Philiſtus ex Italia cum auxiliari claſſe, quo oppreſſo ac crudeliter necato, deſperatis rebus tentauit tyrannus certa conditione arcem relinquere. Cæterum Syracuſani rati fore vt eum viuum caperent, nullas tyrani admittebant conditiones, ibi Dionyſius arce Polycrati tradita, ipſe ſecunda tempeſtate in Italiam nauigauit. Interim populare ſtudium, quo nihil in humanis rebus eſt mutabilius, a Dione in alios inclinauit, creanturq; præfecti quinq; & viginti, qui rei Syracuſanæ præeſſent. Milites qui cum Dione venerant, tentati primo, an pretio ab eo alienari poſſent: vbi in fide perſtare, nec facile mutari poſſe viſi ſunt, hoſtiliter Syracuſani in eos coorti ad vnum obtruncaſſent, niſi Dion in hos caſus paratus, cum ſuorum globo, diſcuſſa multitudine, vrbe exceſſiſſet. Bis conſerto prælio dimicatũ, in vrbe primo, mox extra muros atq; vtrobiq; Syracuſani victi. Dion cum auxiliariorum manu in Leontinos contendit, vbi multa apud ſocios queſtus de ſuorum ciuium iniuria, tam diu ibi fuit, donec in vrbem ſit precibus reuocatus. Eo enim abſente, quum Syracuſani Nicipſium ex Italia a Dionyſio miſſum, vt arci commeatum importaret, nauali prælio victum, quatuorq; nauibus prius ademptis, in arcem compuliſſent, ea victoria elati, intempeſtiua conuiuia, velut nullus in vrbe hoſtis eſſet, inter ſe agere, libertatis propriæ ſalutiſq; immemores. Ea hoſtium negligentia animaduerſa: Nicipſius Barbaris militibus repente immiſſis, murum quem Dion arci obiecerat ſubita vi demolitus, vrbem tumultuoſa cæde & rapina inuadit multi paſſim obtrũcati, quidam etiam viui in arcem abducti, creſcereq; in dies ferocia hoſtibus: eranq; Syracuſani in luctu & mœrore, quum eorum conditio longe deterior eſſet, quam eorum qui bello capti ſunt, cædes, incendia, direptiones ante oculos fieri, quibus malis quum minime ab ijs iretur obuiam, qui reipublicæ præerant, tum demum Dionis preſentia cœpta eſt deſiderari, placuitq; Leontinos, vbi erat, legatos ſuppliciter mitti, qui illi publico nomine ſatisfacerent, orarentq; vt laboranti patriæ ſuccurreret, quot tantum abſuit vt facere recuſarit, vt milites quos ex Peloponneſo ſecum deduxerat, qui oĩa priusq; malle, quam Syracuſanis hominum ingratiſſimis ſuam operam impartire, hortatus ſit ad id obſequium. Atq; ita ille in patriam reuocatus, primo congreſſu Nicipſium & Barbaros cum multa cæde in arcem coniecit. Exin arcem nocte quæ ſecuta eſt, iterum circunſepſit. Fuitq; id opus non minori ciuibus admirationi, quam hoſti, imperium proinde terra mariq; ei publice delatum, nec diu poſtea Dionyſij filius deſperatis rebus, arce Dioni tradita, cum matre & ſororibus & triremibus quindecim, regia gaza honuſtis ad patrem nauigauit. Dion Areta coniuge Ariſtomacha filioq; Hippari no ſeu Areteo, vt Timetis ſcripſit cum arce receptis, ea Syracuſanis tradita, ipſe in paternã domũ cum ſuis reuerſus, ciuilem vitam inſtituit. Quæ modeſtia maiorem etiam illi famam non ſolum inter ſuos, ſed tota etiam Græcia magnaq; Italiæ parte peperit. Dedit inde Dion operam, vt preſens ciuitatis ſtatus optime ſtabiliretur, quo æquiore animo tulit Heraclidis cædem, quem collegam ſeditioſum in republica fuerat ſortitus. Ipſe haud multo antequam interfectus ſit, in domeſticum luctum incidit, filius pubertatis annos ingreſſus, puerili quadam iracundia, ſponte præcipitatus periit. Vtraq; clades terribili fuerat illi oſtento præmonſtrata, ſedebat forte cogitabundus in cubiculo ſolus, primis ſe tenebris intendentibus, quum repente ſtrepitus ingens, in ea parte ædium, quæ erat contra cubiculum, aures perculit. Tum ille in maligna luce intuitus, viſum eſt ipſi mulieri ſpecie ſimulachrum, ſtatura enormi, nihil a tragico cultu diuerſum, ſcopis pauimentum verrere, quo aſpectu perculſus, amicis ad ſe vocatis, iuſſit eos ſecum pernoctare, ne id phaſma iterum ſibi per noctem obuerſaretur. Nec multi inde dies interceſſerunt, quum ipſe Calippi Athenienſis fraude, quem in Sicula expeditione ſocium habuerat, & a Zacynthijs eſt militibus domi interfectus. Nec Calippus hominum nequiſſimus (merito enim Athenæ dictæ ſunt olim, vt bonorum optimos, ita peſſimos malorum ferre homines) Dioni multum ſuperſtes fuit, qui tota Sicilia eiectus, Rhegij quem locum occupauerat, eodem ferro, quo Dionem peremerat, a ſuis trãſfixus periit. Poſt Dionis interitum, manſit nonnihil libertas incolumis Syracuſanis. Cæterum Siculis ciuitatibus varie a Syracuſana re alienatis, aliis alio caſu afflictis, Dionyſius mercenario milite vſus, decimo demũ anno quam principatu exciderat Syracuſas adortus, iterum in ſeruitutem redigit. Quos ille quum multo crudelius vt ab exilio reuerſus, quam ante premeret, nobiliſſimi quiq; vrbe dilapſi, ad Icetem Leontinorum principem ſupplices confugiunt, eumq; ſibi ducem aduerſus tyrannum eligunt. Punica interim claſſis Sicilia appellitur, quo terrore perculſi Siculi Corinthum mittunt, qui inde auxilia implorarent. Corinthij Timoleontem ducem, & copias in Syracuſanorum gratiam comparant. Erant Syracuſani Corinthiorum coloni: ſed dum Timoleon ſe ad profectionẽ comparat, Icetes interea qui ad tyrannidẽ occupandam animum adiecerat, ſocietate cum Carthaginienſibus occulte inita, quos

auxiliares

Dion Syracuſas gredit.

Philiſti infelix exitus.

Diona Syracuſanis pellitur.

Dion reuocatur.

Arx Dioni dedit.

Dionis modeſtia.

Oſtentũ phaſma Dioni oblatũ.

Dion interficit.

Athenarum ſoboles.

Dionyſius principatũ recuperat.



auxiliares ſe habiturum ſperabat in Dionyſij principatu euertendo, per literas Corinthios a præſenti expeditione conatur auertere, multum periculi adituros ſignificans, ſi in Sicilia claſſe tranſmitterent: Carthaginienſibus omnia circa inſulam late obtinentibus, Dediſſe præterea ſe operam, vt ſocię ciuitates aduerſus Punicas opes tyranno iungerentur. Hæc ille, quibus tantum abſuit vt Corinthij a præſenti expeditione terreri potuerint, vt maiore

Timoleõ Corinthi⁹.

cũ antea, ſtudio, rebus ad bellum paratis, Timoleon confeſtim in Siciliam tranſmittere ſit iuſſus. Icetes interea Dionyſium prælio victum in inſula obſidebat, iubebatq; Carthaginienſes bono animo eſſe, affirmans fore, vt tyranno ante Corinthiorum acceſſum ſublato, inter ſe inſulam partirentur. Carthaginienſes & ipſi legatos Timoleoni miſerunt obuiam, qui illum hortarentur, vt remiſſis Corinthum nauibus, ipſe ſe Iceti ſocium adiũgeret, qui iam in poſſeſſione eſſet victoriæ. Benigne audire omnia Timoleon, ſed nihilo ſecius ex Rheginio littore Tauromínium tranſlatus, vbi Siciliam tenuit, mille ſtipatus militibus, quos, ſecũ ex Peloponneſo aduexerat, ab Andronico Tauro miniorum principe benigne acceptus, apud illum non nihil ſe tenuit dum omnia ab bellum neceſſaria expedit. Affuerunt interim Carthaginienſium legati, qui ex triremi Andronicum affati, minaciter vrbis euerſionem denunciant, cp eã Corinthijs

Andronicus.

patefeciſſet. Idq; quum geſtu etiam manus ſignificarent, eam ſæpius verſando, ſubridens Andronicus: videte, inquit, niſi hinc ſtatim in altum abieritis, ne iſta reſupinatio in veſtram nauim incidat. Fuit alioqui Andronicus homo in Siculis, tempeſtate illa, longe iuſtiſſimus, ac Timei, qui hiſtoriam ſcripſit, pater. Potitus eſt inde Timoleon Andrano oppido. CCCXL. ſtadia a tauromínio. Erãt vulgo omnibus Siculis ſuſpecti Græcorum duces,

Timoleõis ſucceſſus.

ob Calippi Athenienſis, & Pharnacis Lacedæmonij perfidiam, qui poſt Dionis cædem Siculis ſuaſerant, vt ſub tyranno malent agere, cp ſuis legibus viuere. Excludebantur ob eam rem Corinthij paſſim ab inſulanis. Aridranitæ diuerſis factionibus agitati, vno tempore Icetem alij acceſſerant, alij Timoleonem, quo cõtigit, vt Corinthius dux Icetem, qui cum quinq; milibus hominum ante Andranum metabatur, improuiſo acceſſu adortus, caſtris exuerit, ac tum Andranitæ fortunam ſecuti, Timoleonem in vrbem accepere. Fuit ea victoria ad res gerendas Corinthijs peropportuna, ſiquidem, paucis diebus, multarũ vrbium legati ad Timoleonem venere, amicitiam & ſocietatem poſcentes. Quædam etiam vrbes ſeſe agrũcp ſpõte dediderunt, quin & Mamercus Catanię tyrannus cũ Corinthijs ſocietatem init: Tum Dionyſius eam animorum inclinationem ſecutus, quum iam Icetem deſpicatum haberet, ad Timoleonem mittit, qui illi & Corinthijs, ſe, arcem, & omnem regiam fortunam dederent, nec Timoleon tantam præter miſit occaſionem, quadringentos cum Euclide & Telemacho Corinthijs miſit qui arcem a tyranno reciperent, in qua recepta præter regiam ſupellectilem, quæ immenſi fuit precij, tantam vim armorum repertam ferunt, vt. LX. hominum milia ad bellum inde commode inſtruerentur. Dionyſius præter arma, vim etiam equorum ingentem & milites Timoleoni tradidit, ipſe ſumptis pecunijs, cum paucis neceſſariorum, clam Icete qui vrbem obtinebat, ad Timoleonem nauigauit. Ille tyrannum cum vna naui & modicis pecunijs, Corin

Dionyſius. Coryntht mittitur.

thum tranſmiſit. Quo Græcorum multi, illius videndi ſtudio, nauigarunt. Alij priſtinæ fortunæ celebritatem, alij priuatum odium ſecuti, vt veterem ſuperbiam priuato exprobrarent. Multi fortunæ volubilitatem in eo intuiti dolebãt, humanarum rerum fragillitatem ſecum reputantes, quę quo maiores eſſent, eo ſua mole grauius ruerent. Ille vero quaſi ſui oblitus, nunc in vnguentaria ſedebat taberna, nũc miſcere ſe mulierculis, & cauponulas frequentare, vt iam vulgo potator diceretur. Interdũ & muſicos in vijs docebat, enixeq; dabat operam, vt per contentionem theatrales cantus, & harmonias ſuauiores redderet. Id credo ſecuti quidã ſcripſerunt, ludum etiam habuiſſe, vnde vox illa memorabilis ipſius Dionyſij ſit audita, ſe ex tanto nuper principatu deiectum, idcirco ad pueros inſtituendos poſſimum mẽtem adieciſſe, vt in aduerſa fortuna haberet quibus poſſet imperare. Rogatus præterea per contẽptum a quodam, ecquid ex Platonis conſuetudine fuiſſet adeptus: an parum tibi inquit adepti videmur, quum præſentem fortunam tam fortiter feramus? Multa huiuſmodi acute dicta ab eo feruntur, quæ dubium faciunt, eſſet ne ſordidum ingenium in cauſa, cp omnem priſtinæ perſonę dignitatem tam breui exuiſſet, an diſſimulatio potius animi, ex ſpe recuperandi adhuc regni pendentis. Ipſe in tyrannide amplißima natus, decem annos anteaq; a Dione pulſus ſit, tenuit principatum, & duodecim poſt Dionis interitum. Quo temporis ſpatio nunq; fere bellicis fuit curis liber. Nec tantum incommoda hæc illi in tyrannide perpeſſus, quæ communia ſunt omnibus regna obtinentibus, ſed filiarum virginum, ſororis ac coniugis hoſtium libidinibus proſtitutæ corporą, atq; in mari cum filijs pubeſcere incipientibus immerſa: quæ reputatio ſatis demonſtrat, cp infelix res ſit violentus principatus, rectecq; ſenſiſſe veteres poetas, qui tyrannos fecere amicorum non auri inopia perire, quod Periander ille Corinthius ſecutus, frequenter in ore habuiſſe traditur beneuolentia regem non armis munitum eſſe oportere. Diogenes Cynicus, qui tum Corinthi erat, cum Dionyſio congreſſus, ita primum hominem affatus dicitur: viuis inquit Dionyſi, tanq; vitę indiguus: Plato priuſcp Corinthum ille deportatus eſſet, vita deceſſerat. Timoleon. L. dierum ſpatio, cp in inſulam traiecerat, Syracuſana arce potitus, quum Andrani adhuc eſſet, parum abfuit quin inter ſacrificandum ſit Icetis fraude oppreſſus. Erat Icetes Syracuſis, arcemcp terra & mari varijs conatibus oppugnabat. Inde longiorem moram pertæſus Magonem Carthaginienſem velut in partem victoriæ Syracuſas cum opulenta claſſe pertraxit. Pœnus cum cẽtum quadraginta nauibus portum ingreſſus, petente Icete, caſtra in vrbe poſuit, ac tũ demum Carthaginienſes Syracuſis potiti ſunt, quũ ad id tẽpus multa ob id ipſum bella in Sicilia geſſiſſent. Timoleon interea lintribus per vadoſa ſtagna immiſſis, occulte ſuis, qui i arce erãt, cõmeatũ ex Catania ſuggerebat, qd fieri vbi Mago & Icetes exploratum habuere. Cataniam ſtatuunt eximpro uiſo occupare, lectoq; ex omni exercitu militum robore, cũ magna parte claſſis Syracuſis pficiſcunt, Nec fefelit Corinthios, qui in arce erant, hoſtiũ diſceſſus. Neõ preſidij pfectus, vbi vrbẽ Punico mili te exhauſtam vidit, ac ſi qui relicti erãt eos negligẽter agere, facta ex arce eruptione in cautum hoſtem aggreditur, multaq; cæde paſſim edita Acradinam, locum ſecũdum arcem Syracuſis munitiſſimũ, occupant.

Dionyſij caſus aduerſi.

Corinthij Acradinam occupant.

cupat, vbi immensa vis tritici asseruabatur. Eum locum Neon irrequieto opere communitum præsidio firmat. Mago & Icetes trepidissimis nuncijs reuocati, vbi Acradinam amissam audiuere, negocio infecto Syracusas reuersi sunt. Interea duo milia militum ex Peloponneso in Siciliam transferre tauere; tanta maris tranquillitate, vt nauigijs sedentes natantis equos habenis traxerint. Timoleō hoc copiarum supplemento fretus, Messana primo potitus est, inde structa acie Syracusas ire pergit, fortuna magisq; viribus fidēs, quum quatuor milia militum nec amplius sub signis haberet, contra Magonis stultitia. Magonem ad quadraginta hominum milia secum adduxisset. Vbi in conspectu hostiū Corinthij stetere, colloquiaq; inter eos & stipendiarios milites habentur, magna suspicio Magonem incessit, ne sibi insidiæ ab Icete tenderent. Eo itaq; inuito atq; idē tidem precāte, vt vrbem secum tueri perseueraret, monstrante adhęc quanto ipsi viribus & commeatu præstarent, fore vt hostes breui rerum omnium inopia adacti, non arce solum, sed tota insula excederent, hæc & alia Icete frustra prædicante Mago classe cum toto exercitu subducta in Libyam abijt. Perseuerauit Icetes nihilo secius in retinenda vrbe. Cæterum Timoleon haud vna parte vrbem adortus, sine vllo maiore certamine, Syracusis est potitus. Tum ille nihil nobilissimo arcis apparatu vt Dion commotus, per præconem Syracusanos ad tyrannorum sedem euertendam euocat, qua fundi tus diruta, vt omnis tyrannorum memoria abolere tur, eorum sepulchra, domum, regiam, demolitꝰ est. Populare inde regimen induxit Timoleon, & forum instruxit. Et quia tyrannorum sæuitia, varijq; bellorum casus, magnam fecerant in vrbe vastitatem, volentibus Syracusanis Timoleon Corinthum scripsit, vt si ita videretur, nouam Syracusas coloniam mitterent. Corinthij, vt alio est a me loco demōstratum, vrbem ipsam condidere, docere adhæc Timoleon, cur ita facto opus esset, periculum esse affirmans, ne si parum tempestiue nouis colonis ciuium numerus augeretur, vrbs in tanta solitudine prædæ Carthaginiensibus esset, quippe qui dicerētur Magonis ducis corpus, qui mortem sibi conscisuisset, ob relictæ vrbis iram in; crucem sustulisse, studioq; nouam classem parare, vt sub vernum tempus in sulam repeterent. Corinthij colonis ex tota Græcia & Asia allectis, decem milia numero Syracusas habitatum transcripsere. Timoleon & ipse interim ex Sicilia & Italia, & loci opportunitate liberalitateq; sua contraxerat, vt iā ad quadraginta hominum milia vrbem incolerent. Nec Syracusana libertate contentus Timoleon, cæteros Siciliæ tyrannos bello adortus, Icetē armorum metu compulit, vt arcem demolitus in Leontinis priuatus ageret. Alijs deinceps multis, secundum Icetem in potestatem redactis, ac Corinthum missis, Sicilia tyrannide liberata, ad vrbem legibus formandam animum adiecit, qua media cura Carthaginienses cum septuaginta milibus hominum, CC. triremibus ad bellum instructis, & mille nauibus Siciliam repetunt. Præerant classi Bomilchar & Hasdrubal missi eo consilio, vt ex tota Sicilia Græcos ejicerent. Is Carthaginiensium apparatus, adeo Syracusanorum animos fregit, vt demētem Timoleonem putarent, qui cum quinq; milibus peditum, & mille equitibus statuisset hostibus occurrere. Profectus tamen ille cum ijs copijs ad Crinisi⁹ fluuius. Crinisium amnem quo sciebat hostem venturum, octonis peruenit castris, quum igitur tumulum ascendissent, vnde hostium castra primo conspici potuere, multis apium hærbam ferentibꝰ occurrunt. Terruit id omen milites: Apio sepulchra coronari sciebant, vnde adagium illud frequens inter Græcos, incurabilem valetudinem Apio indigere. Timoleon longe alirer interpretatus, Coronas suis ante victoriam oblatas dixit, in Isthmijs enim victores Apio coronabantur. Postridie Carthaginienses, Crinisium superate adorti, iam currus & scutatorum vim ingentem trauiecerant, cum Timoleon priusq; totus exercitus fluuium superaret, equitem immisit, ipse cum phalange peditum e vestigio secutus, hostem ferociter inuadit. Sustinuere Carthaginienses ab initio Græcorum impetum. Cæterum vbi gladijs res geri cœpta est, subito ex montibus stupenda tonitrua sonuere, fulguraq; cœlo cadentia pugnantium strinxere oculos, inde imber vento permixtus a verticeGræcis illatus, Carthaginiensium ora occupat. Et iam præ nimio cœli strepitu ducum imperium exaudiri non poterat. Degrauati interim imbribus vestes, arcusq; & cætera instrumenta inutilia fieri. Sed nil æque Pœnorum animos turbauit, q̄m q̄ trāseuntium studio refractis Crinisij aggeribus, vorticosus & violentus amnis cœpit omnia circa loca inundare, vt iam alijs alij auxilio esse non possent. Postremo lectissima cohors a Timoleone in hostem sua sponte turbatum immittitur, tum verō Carthaginiensium multitudo cœno & aquis fœde colluctata, in fugam auertitur. Multi in ipsa planitie sunt oppressi, alij vi aquarum & flumi nis vorticibus absorpti perierunt. Decem Barbarorum milia eo prælio desiderata, & in his tria Carthaginiensium opibus & dignitate inter suos longe principum. Nullo ad id tempus prælio Carthaginienses tot viros vna pugna amiserant, nam cæteris bellis mercenario milite plurimum vsi fuerant, vincereq; non vinci consuerant. Castris Timoleon potitus, quinq; milia hostium cepit, mille thoraces, scutorum decem milia, auriq; & argenti maius omnino pondus q̄m pro numero hostium credi possit. Punica spolia Corinthum missa solenniq; titulo dedicata. Quoniam Corinthij arcē Timoleon imperator Græcos in Sicilia e Carthaginiēsium manibus liberarunt, Dijsq; munera suspenderunt. Timoleon Syracusas reuersus mille milites qui ab eo ante initum certamen discesserant, ante occasum solis Syracusis iussit excedere, atq; tota Sicilia facessere. Icetes & Mamercus Cataniæ tyrannus insignem victoriam Timoleoni inuidentes, societate cum Carthaginiensibus occulte inita impulsores fuere, vt non multo post Gysgonem cum. LXX. nauibus in Siciliam miserint. Ac tum primum Carthaginienses Græco sunt milite vsi, circa Messanam primi hostiū motus extitere, vbi trecēti Timoleonis milites periere. Congressus inde est Icetes cum Timoleone ad Damiriam flumen, milleq; militibus amissis ex acie ausugit. Nec ita longo interiecto tempore quum Timoleō aduersus Leontinos mouisset, Icetem cum filio Eutimo captū capitali supplicio affecit. Fama est Eutimū ob verbum in Corinthios temere iactatum, q̄ pro concione dixisset, si Corinthiæ mulieres domo egrederentur nihil molestum fore, nihil timendum, eaq; cōtumelia materiā Timoleoni præbuisse vt capitaliter in Eutimum animaduerterit. Adeo molestius contumeliā q̄ detrimentum ferunt mortalium quidā, verba q̄ facta, quū plꝰ certe odij sit i maledictis q̄ vitij. Icetis vxor

Omē in Apio.

Adagiū.

Tēpestas sæua.

Carthagi niēsium fuga.

Ingens præda.

Recēs Timoleōis victoria.



vxor filiæ & ipsæ Syracusis damnatæ Icetinæ crudelitatis vix integrum hostimentū, siquidem Dionis vxorem & Aristomachum sororem filiūq; adhuc puerum Icetes in mari viuos merserat. Icete cum tota domo sublato in Mamercum mota sunt castra, qui iuxta Cataniam prælio victus, & intra mœnia compulsus, duo hominum milia amisit. Tyrannus vna aduersa pugna fractus in Italiam ad Lucanos nauigauit, eos in Timoleonem excitu rus. Interea Timoleon Catania recepta, in Hipponem Messanę tyrannum vertit omnem belli im perum. Quem cum ipsa vrbe, paucis diebus, in suam potestatem redegit. Captus est ibi & Mamercus, qui ex Lucania in insulam redierat. Is ad Timoleonem perductus, quum pro se dicere esset exorsus, militesq; illi obstreperent, dolore & ira percitus, abiecto pallio, caput in subsellia, velut ibi moriturus, impegit. Sed ab ea vi reuocatus, paucis diebus, eo quo cæteri prædones affectus est supplicio. Tyrannisq; per hæc tota Sicilia extirpatis, insulam non solum libertate insignem, sed cultu etiam frequentiorem, dux Corinthius reddidit, per quæ nomen immortalitatis adeptus, a summis viris Agesilao, Epaminonda & Pelopida magnopere collebatur, qui adhuc in humanis agebant, quum a Timoleone hæc in Sicilia facta dicūtur. Affuit illi talia gerenti dexter quidam genius, vt quanto Epaminondas & Agesilaus labore & difficultate gloriam fuerunt assecuti, tanta Timoleon in clarissimis rebus gerendis felicitate, secundaq; fortuna fit vsus. Ipse vxorē in Siciliam accersita domoq; numini consecrata, in amœnissimo agro, quem a Syracusanis dono accepit, reliquum vitæ egit, neq; enim ciuili inuidiæ se obtulit amplius, quod ambitiosi quidam duces facere noluerunt, qui post clarissimas res gestas in ciuili multitudine versati, quia honoribus modum statuere nequiuerunt, naufragium in portu fecere. Syracusani defunctum magnifico funere extulerunt. Super alios honores, huiusmodi præconium in eius funere editum. Populus Syracusanus Timoleonem Timodij filium ducentis minis funerauit, ac per omne æuum Musica Equestria & Gymnastica eius honoris gratia instituit certamina, quoniam prostigatis eiectisq; Siciliæ tyrannis, Barbarisq; debellatis, leges Siculis edidit. Et Sicilia in hunc modum pacata aliq̄diu quieuit. Florebant interim clarissimi in Græcia oratores, Demosthenes Athenienſis, Aeschines eius æmulus, Hiperides, Demades, & alij Atticæ eloquentiæ longè principes, vixere vna. Sed procul Athenis, Diogenes Cranij Corinthiaci longæuus incola, Cynicæ disciplinæ cultor. Huius illud est, Turba ingens, sed viri pauci: Omniumq; malorum arx cupiditas. Extant & alia ab eo acute dicta, quæ numero exequi alienum sit a proposita stili brevitate. Nonaginta vixit annos, vidit q; Alexandrum ducem iam robustum, de cuius patre Philippo Amynchæ filio ordo temporum exigit vt dicamus, sed Romana adhuc illis præferenda. Post Rutilij plebei hominis dictaturam C. Sulpitio Potito, & M. Valerio Publicola patricijs consulibus creatis, nono anno q̄ lex lata erat vt aler ex plebe cōsul crearetur, nihil eo anno foris relatione dignū fieri contigit, nisi q̄ ex Tyburtibus Empulium est captum. Maius omnino certamen consulibus in vrbe fuit cum plebe annitentibus, vt integer consulatus iam inde in nobilitate esset. Extulerant credo Patricij animum, q̄ contra præscriptū legis ambo sui sanguinis consules eo anno creati essent. Contra plebs fremere regesq; ac decemuiros, & si quod tristius imperij nomen animo occurreret, citius latura videbatur, q̄ magistratum duorum ciuium virtute quæsitum, vniuerso ordini per ignauiam extorqueri. Sæuire tribuni assiduis concionibus. Descensum alienis vtrinq; animis in campum, atq; per irritas altercationes, quum plures dies comitiales exissent, postremo Tribuni consulum pertinacia victi, clamitantes actum de libertate esse, vrbem captam & oppressam patriciorum regno, cum magna parte plebis sese ex campo proripuerunt. Sequuntur nihilo secius incœptum consules, atq; ea ciuium infrequētia, quæ aderat, comitia perficiunt, creanturq; itērum ambo patricij consules M. Furius Ambustus & T. Quintius. Quidam M. Popilium pro T. Quintio scripsere. Tyburtes eo anno victi dedi tionem fecere, Sassula ex his vrbe prius capta, triūphatumq; de ea ciuitate est. Fuitq; victoria illa mitis, magis in Tarquinienses sæuitum, qui acie victi, quotquot viui capti sunt, pter. CCCLVIII. nobiles, qui Romam missi sunt, cæteri ad vnum trucidati. Nec mitior propterea factus est populus in eos, quibus armatus miles pepercerat, in foro virgis cæsi, ad vnum securi sunt percussi. Idq; pro Romanis in Tarquiniensium foro immolatis, est pœnæ hostibus repensum. Fœdus eo anno cū Samnitibus, qui ad hoc ipsum legatos Romam miserant, est ictum. Creati deinde consules patricij sanguinis C. Sulpitius Potitus & Marcus Valerius Publicola, bellum & a Ceritibus instabat, qui Tarquiniensium consanguineorum cæde permoti, bellum studio instruebant, & Latinorum legati nunciabant Volscos in armis esse, suisq; finibus imminere. Profecti consules in prouinciam Valerius in Volscos contendit, qui vbi ex Sulpitij literis cognitum est maius, q̄ opinio esset bellum ab Hetruscis imminere, Ceritesq; cum Tarquiniensibus sentire, Romam consul reuocatus iussu patrum T. Manlium L. Filium dictatorem dixit. Manlius consulari exercitu contentus, bellum Ceritibus indixit, qui vbi se hostiliter peti viderunt, subita pœnitentia adducti Romam legatos mittūt, eius culpæ pœnam deprecaturos. Legati a patribus ad populum reiecti, multum pro concione obtestati sunt, vt pro veteri sua pietate in Vestam & cæteros Romanos deos quos Senonico bello, ab omni externa iniuria, pientissimo hospitio seruassent, ne præsentem noxam vltionem persequerentur. Tarquinienses sceleratissimos homines quum infestū agmen per Ceritem agrum ducerēt, traxisse secum vi potiusq; voluntate suam iuuentutem, iam omnes pœnitere facti, poscerecq; suppliciter veniam, paratos esse se dissoluere q̄tricunq; ea iniuria æstimaretur, respicerent vetus meritum potiusq; præsentem culpam, paterenturq; suo beneficio esse incolume Romanorum sacrorum vetus receptaculum: darent eā veniam Vestali religioni & dijs, quos Cerites non solum seruassent, sed religiose etiam & caste coluissent. Valuit plus veteris meriti apud Romanos, q̄ præsens causa, veteris beneficij potiusq; præsentis iniuriæ memores. Data est pax Ceritibus, & inducīæ in centum annos. In Phalisc os inde itum, q̄ in eadem causa erant, hostes ibi nusq; reperti, ager fœda populatione vastatus. Nec in Hetruria aliud est eo anno gestū; legionibus Romam reductis turres & muri instaurati, Apollinisq; ædes dedicata est. Longum deinde certamen

Icetes sup plicio afficitur.

Mamercus vincitur.

Mamerti tyranni exitus.

Cōsules.

Empuliū

Discordia ciuita tis.

Cōsules.

Tarquiniē ses Romę in foro cę duntur.

certamen plebis & patrum, consularia comitia ad vndecimum interregnum prorraxit, Tribunis Licinia lege innixis, contra patribus totum potius cõsulatum tollere paratis, cũ promiscuum habituris. Cõsules. Quinqueuiri Mensarij. Postremo Tribuni obtinuerunt, vt C. Martius Rutilius e plebe cum P. Valerio Publicola sit Consul factus, His consulibus ad fœnebrem causam leuandam quinqueuiri Mensarij creati sunt, qui a pecuniæ dispensatione appellati, suo arbitrio æs alienum ex publico dissoluerent, quæ res inueterata tam vrbanæ discordiæ materiam prorsus e ciuitate sustulit. Exierant iam consules in prouinciam, quum ex Hetruria trepide nunciatur duodecim ei⁹ gentis populos in Romanum nomen coniurasse. Patres senatusconsultum ad consules in castra mittunt, vt statim Dictatorem dicerent, C. Iulius est dictus, & foris omnia quieta fuere: Dictator Romam reuersus comitia consularia habuit. Suntq; duo patricij consules creati, C. Sulpitius Potitus, & T. Quintius Pœnus. Ambo copias in hostes duxere, hicq; Phalifcos, ille Tarquinienses petijt. Agri late vtrobiq; vastati, quum ipsi mœnibus inclusi tenerentur. Fractiscq; ea clade animis pacem petiere, quam legatis Romam missis in quadraginta annos impetrarunt. M. Fabius inde Dictator est creatus, vt Tribunis Licinię legis assectoribus resisteret, sed plus lex valuit cũ dictatoria maiestas. M. Popilius Lenas ex plebe cum L. Cornelio Scipione est consul cratus. Popilio, Galli prouincia extra sortem, collega infirmo, est data. Erant Galli in Latino agro. Consul cum quatuor legionibus in hostem iturus patribus autor fuit, vt ad nouos casus alterum in vrbe exercitum subito cõscriberent, vbi hostis in conspectu fuit, Popilius, nisi eorũ viribus prius exploratis, certus erat omni certamine abstinere. Mandat itaq; castris, locum communiri. Galli Romana signa procul in tuiti, nullam prælio moram facturi instructa acie se Romanis ostentant, vbi nihil inde moueri vident, rati id metu fieri, militem operi intentum tumultuose inuadunt. Opus nihil eorum incursu est remissum. Principes & hastati Gallum temere subeuntem facile, velut ex superiore loco submouent. Iacere interim vallum, & fossam ducere triarij, mox vero Galli multis telis onerati velut vltimo conatu in castra euasuri, in aduersos Romanorum ordines connixi, castrorum munimenta subeunt. Tum Romanus & ipse maiore impetu inuectus præcipitem egit hostẽ ad imũ collẽ vbi maior hostiũ moles Romanis obstitit, abũdabat enim Gallus multitudine, Consulq; eo cõgressu humerum sauciatus, parumper acie excessit. Fuitq; interim lentior pugna, mox obligato vulnere in prælium reuersus, procul ad suos exclamat, quid statis milites? non cum Volscis & Hetruscis vobis res est, quem victum armis ex hoste socium tibi ascisças, a tali hoste hauriendus est sanguis, aut dandus. Egistis hostem supina valle præcipitem, super strata corpora dimicatis, complete eadem strage campos, qua tumulos replestis. Nolite expectare dum ex nostro abeat conspectu, consertum prælium virtute decernite. His hortationibus connixus miles, hostium manipulos perrumpit, ordinibus inde confusis, cum strage & cæde multa totis campis Gallos dissipat. Albana arx illis profugium fuit. Consul, quia vulnere grauabatur, a longiore insectatione abstinuit. Castra hostium victor diripienda dedit militibus. Inde Romam est exercitus reductus. Triumphus dilatus quoad Pompilius a vulnere conualuisset. Secuti consules, L. Furius Camillus & Ap. Claudius Crassus. Qui priusq; magistratum inirent, Popilius de Gallis triumphauit. Galli ex Albana arce excurrentes, & Græca classis in Antiatis Laurentinisq; tractus oram ex alto inuecta, præsentem annum fecere insignem. Maritimi prædones cum Gallis congressi, incerta victoria, sese ad naues receperunt. Concilium frequens Latinorum ad lucum Ferentinæ habitum, vbi Romanis auxilia de more postulantibus, responsum est, definerent tandem ijs imperare, quorum auxilijs indigerent. Latinos pro sua libertate potiusq; pro alieno imperio bella obituros. Subita Latinorum defectio eo Romanis terribilior fuit, q⁹ duo externa bella satis, sua magnitudine, ciuitatem per id tempus solicitam haberent. Tum vero quia aut proprijs viribus standum erat, aut bello, succũbendum, accuratissimus in vrbe & totis agris est delectus habitus. Suntq; decem legiones conscriptæ, quaternum milium & ducenum peditum, equitum trecentorum. Appius Claudius medio bellí apparatu vita decessit, incumbebatq; totum on⁹ reipu. Camillo alteri consuli, qui duabus legionibus ad vrbis præsidium relictis, cæteras copias cum L. Pinario prætore partitus, eum maritimam oram aduersus Græcos tutari iuber, prædonesq; procul littoribus arcere. Ipse ad hostem eo consilio proficiscitur, vt vago pabulatorum incursu inhibito facile hostem, qui in horam ex rapto viueret, assidendo domaret. Et Galli in conspectu erant, quum ex his vnus magnitudine corporis & armis insignis, hastam & scutum quatiens, ex Romanis, qui secum bellum decernat, vnum aliquem alta voce prouocat. Erat in castris, M. Valerius Tribunus militum adolescens, qui T. Manlij exẽplum imitatus, explorata consulis voluntate, instructus armis in Gallum contendit: mirum est q⁹ in ea pugna accidisse aiunt, coruum Romani militis in certamen euntis galeam insedisse. Tribunus velut omen cœlo, demissum lætus accepit, precatusq; est numen, vt quicunq; deorum esset, præsentem sibi pugnam secundaret. Fuit deinceps miraculo, q⁹ illico consertis manibus, ales aleuans se ro stro & alijs aduersum hostem non prius infestare destitit, cũ Gallus talli prodigio territus, oculosq; simul & mentem turbatus, ferro sita Valerio prostratus. Fuerant vtrinq; quietæ stationes, cęterum Galli suum bellatorem cadentem conspicati, haud passi iacentis corpus diripi, in Valerium spolia detrahentem decurrunt. Deuolãt eo & Romani milites, aliquanto celerius, committiturq; atrox prælium. Stationarij primo occurrunt. Mox leuis armatura. Postremo totæ vtrinq; legiones in pugnam ruunt. Adiuuat Romana vires consul sua præsentia & hortatione, iubetq; militem in pugnam fortiter ire, ac deorum omen sequi, ibiq; Gallorum cateruas prosternerent, vbi eorum ducem Romanus strauisset miles. Fuit id certamẽ acre ac diu anceps, inter eos qui ab initio concurrerant. Verum vbi Romana acies eo incubuit, omnis Gallorum multitudo, priusq; ad iactum teli veniretur, fugam arripuit: per Volscos & phalernum agrum dissipati, ĩ Apuliã & oram superi maris abierunt. Consul Tribunum pro concione laudatum, decem bobus & corona aurea donauit, manstiq; illi ab eius victoriæ euentu auxiliarijq; alite; Coruini cognomen, estq; ea appellatio in posteros propagata. Iunxit inde consul castra cum prætore aduersus Græcos, qui de industria bellum trahentes, pugna abstinebant, dixitq; absens patrum iussu, T. Manlium Torquatum ad consularia comitia habẽda dictatorem. Quibus consules creati sunt, M. Valerius Coruinus, quum tris & viginti natus esset annos, & M. Popilius Lenas. Camillus interim nihil cum Græcis memorabile gessit, qui quum aliquandiu in Latini littoris ora sine prælio versati essent, aqua deficiente, in altum abierunt. Qui Græcorum fuerint, qui tum Latium classe sunt infestare adorti, pro certo non ponit Liuius, Siculos tamẽ fuisse suspicatur, atq; ab eius terræ tyrannis classem instructam. Sed Timoleonis ductu & auspicijs, per hæc tempora Sicilia tyrannide liberata est, vt Plutarchus videtur significare. Pestilentia non nihil est Romæ laboratum, & cum Carthaginiensium legatis fœdus ictum, ocium domi foriscq; fuit. Sequenti anno, T. Manlio Torquato, & C. Plautio consulibus cum Volscis inde bellum fuit, quũ iam consules essent Valerius Coruinus iterum & C. Petilius, nunciabatur Antiates legatos Latium circuire, ad concitandum in Romanos bellum. Coruinus ad Satricum cum exercitu proficiscitur: quo Antiates & alij Volsci, præparatis ad id tempus copijs, occurrunt. Nulla itaq; dimicandi mora facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum gens cũ ad bella obeunda modico negocio victi, Satricum fuga repetunt. Cingit oppidum Romanus victor, scalisq; circa muros admotis, deditio facta est: quatuor armatorum milia cum imbelli multitudine dediti, eos ante currum vinctos triumphans consul egit. Secuti consules, M. Fabius Dorsuo, & Seruius Sulpitius Camerinus, quo anno Aurũcum bellum ab repentina est incursione cœptum, metusq; ciuitatem incessit, ne totius Latini nominis consensu, Aurunci arma induissent. Ob id, L. Furius Camillus, filius credo illius qui Gallos vrbe expulit, aut eidem arctissima cognatione propinquus, dictator est dictus. Romanæ legiones in Auruncos confestim ductæ, ibiq; prædonum animi magisq; hostium reperti, descensum tamen in aciem Dictatorq; Iunoni monetæ ædem vouit, si victor acie discessisset. Tum damnatus voti, vbi Romam venit, autor patribus fuit, vt duumuiri crearentur ad eam ædem in capitolio erigendã, vbi fuerant Manlij Capitolini ædes, annoq; sequenti cũ vota fuerat, dedicata est. Consules dictatoris exercitu ad bellum vsi, Soram de Volscis ceperunt: habuit annus qui secutus est, C. Martiũ Rutilium, & T. Manlium Torquatum consules. In Albano lapidibus pluit, & nox interdiu visa est intendi, feriæ proinde indictæ, dictatorq; ad id creatus P. Valerius Publicola, nec tantum a Romanis tribubus supplicatum, sed a finitimis etiã populis. Iudicia eo anno po. in fœneratores facta, quibus est ab ædilibus dies dicta. Ortũ inde bellum cum Sãnitibus est, M. Valerio Coruino & C. Cornelio Cosso consulibus, gente tum opibus & armis valida. Quod bellum aliud grauius cum Pyrrho rege, mox & cum Pœnis grauissimum pererit. Samnites a Sabinis oriundos esse Græcorum quidam arbitrati sunt, & ob eam causam Sabellos diminuata voce nuncupatos. Ferunt Sabinos cum difficile bellum aduersus Vmbros gererent omnia eo anno nata, si vincere daretur, voluisse, cuius voti haud multo post damnati, nata partim sacrificarunt, pueros Marti consecrasse contenti, adultos in coloniam misere. Hi in Opi eorum agro, veteribus inde incolis bello eiectis, sibi sedes quæsiuere, quorum opes adeo deinceps

Cõsules. Dictator Coruini cõs. ætas. Latinia Romani deficiũt. Cõsules. Gallorũ vagi excursus. Valerij cũ Gallo certamẽ. Dictator Iunonis monetæ templũ. Cõsules. prodigiũ Sãnites. Opici. Coruini cognomen.



creuerũt, vt. lxxx. milia peditum, & .viij. equitum, aliquando ad bellum instruxerint. Fuerunt qui scriberent Lacones cum his postea habitasse, alij Pithanas fuisse volunt, atq; Tarentinis oriundos. Nulla Italiæ gens diutius Ro. vires exercuit. Ferox genus hominum, & ad bellandum natura comparatum. L. Sylla dictator postremo gentem ipsam deleuit, quos prælio victos, ac fere ad vnum interfectos, ad quatuor milia, vt quidam tradunt, per deditionem recepta in campo Martio ad Quilia militibus ad cædem immissis triduo iugulauit, fassus nunq; Romanum populum pacem habiturum, donec Samnitium per se nomen cõsisteret, cui, fortuna belli pepercisset, eos proscriptione infectatus ad vnum pene sustulit. Eius gẽtis vrbes fuere Bouianum, Esernia, Panna, Telesia, & alliæ plerq; vicatim constitutæ, quæ oẽs aliæ alio casu interiere, tantum Venusia & Beneuentum nostra tempestate eius⁹ gentis vrbes extant. Veterem Samnitium morem fuisse tradunt, vt decem quotannis virgines, forma & virture eximia, ex omni virginum numero legerentur, quæ totidem optimis adolescentibus matrimonio locarentur, nec in affinitate iungenda cuiq; rei, præter cq; virtutis ratio habita, vt optima optimo locaret, ea lege, q⁹ si quis vitę institutum in peius mutasset, publice contubio priuarerur, qua ignominia nulla esse poterat grauior. Florebant itaq; per id tẽpus Sãnitiũ opes, erãtq; ipsi Romanorũ socij, quũ Sidicinis qui Theanum habuerũt, magis quia plus poterant, cũ q⁹ iustã vllã haberent belli causam, arma intulerunt. Sidicini Campanis sese iungunt, qui inter finitimos & ipsi maxime pollebant. Hi ocij & luxꝰ magisq; rei bellicæ studiosi, in Sidicinio agro haud magno negocio victi, oẽm belli mollem in se vertunt. Sãnites omissis Sidicinis Capuam finitimorum arcem, vnde maior spes prædæ, & gloria maior ostendebatur, ferociter inuadunt. Tifata, colles Capuæ imminentes primo occupãt, inde quadrato agmine vrbem petunt. Campani hostem in planitiem digressum prælio excipiunt, sed nihilo prosperior fuit ea Cãpanis pugna, cũ Sidicinis fuerat, victi magnaq; cum strage in vrbẽ deiecti, Romam legatos mittunt, qui auxilium ab inuicta ciuitate peterent. Hi in curiam introducti, in hunc maxime modum locuti dicuntur. Campanus populus nos huc miserunt patres conscripti, perpetuam a vobis amicitiam, præsensq; auxilium petitum. Eam si secundis rebus nostris petissemus, vt facilius, ita infirmiore vinculo contrahi potuisset. Etenim memores nos æquo fœdere in vestram amicitiam veniſſe, amici tantum fuissemus, non vt nunc, si recipiamur, vestro beneficio obnoxij, qui nisi ingrati erimus, colamus perpetuo necesse est Romanum nomen, q⁹ in dubijs rebus nostris, vestra ope adiuti simus, vestris armis, vestra virtute defensi. Neq; vos mouere debet, q⁹ Samnites prius in fœdus venerint. Haud enim in id est ea societas inita, vt non liceat vobis alios ascifcere, quum libitum fuerit, fuit equidem eritq; semper vt reor, vobis iusta causa eorum recipiendi, qui vestram vltro appeterent amicitiam. Sumus nos Campani: etsi afflictus rerum status prohibet nos quiecq; de nobis magnifice loqui, & vrbis amplitudine, & agri vbertate, nullis Italorum prætecq; vobis secundi, qui si in amicitiam recipiamur, quãtæ rebus vestris accessioni futuri simus, facile est cõfiderare. Volsci & Equi æterni Romani nominis hostes, quum nos a tergo esse viderint, desinent tandem vestra arma solicitare, vel siquid temere

Sãnitiũ exitium. Samnitiũ vrbes Samnitium mores. Sidicini. Samnitici belli causa. Oro Cãpanorũ ad senatum.

temere mouebũt, facilior de his victoria sequetur, quũ in medio bellare coacti, velint nolint cadant necesse est, illiscp subactis in Cãpaniã vsq omnia pacate Romani obtinebũt. Acerbum est & miserũ quod fortuna nos fateri cogit, eo hodie res nostræ sitæ sunt loco patres conscripti, vt posthac aut vobis amici futuri simus, aut inimici. Vestrarum partium, si vestro beneficio seruemur. Hostes si victi capiamur, nec tutum erit vestris rebus, Samnitium opibus totam Campaniam accedere. Aequum est præterea omnibus vestram misericordiam implorare P. conscripti, sed illis pcipue, qui vt ab aliis iniuriam auerterent, bellum in se verterũt, cpcp pro Sidicinis verbo, pro nobis armis pugnauimus. Nulli nõ perspicuum erat Sãnitiũ latrocinium, postea cp Sidicinorum opes deflagrassent, ad nos, qui finitimi eramus, peruenturũ, & non tam nostra iniuria irritati vltionem quærunt, cp oblatam occasionem cupide complexi, nostris fortunis imminent. Nam quæ tam infesta est hæc in nos Samnitium ira, quam noster sanguis duplici clade diffusus explere nequiuerit? Adde agrorum populationem prædas hominum atq pecudum actas, villarũ incendia, omniaq ferro & igni vastata. At his ira expleri non potuit, quæ vtiq nulla est, cupiditas eos ad nostram vrbem oppugnandam impulit, aut vrbem pulcherrimam delere volunt, aut certe possidere. Sed vos potius Romani, vestro beneficio, eã vobis vrbem vendicate, cp illos suo maleficio habere patiamini. Scio equidem me hæc apud eos loqui q nulla iusta recusent bella, verũ affirmare audeo, si tantum auxilia ostenderitis, bello nihil opꝰ fore. Haud enim supra nos ascendit Samnitium superbia, vmbra vestri auxilij tuti procul dubio erimus, quicquid iam inde fortunarum Cãpanis fuerit, vobis acceptum relaturi, imo id ipsum totum vestrum existimaturi, vobis Campanus agere arabitur, vobis frequentabitur Capua, tanta veneratione vos prosequemur, quanta gratæ ciuitates, atq optime institutæ, cõditores suos, parentes, Deos ipsos, terrarum vspiam prosequũtur. Annuite patres conscripti, inuictumq numẽ vestrũ, ac nutũ nobis exhibete, liceat nobis sperare per vos Capuam incolumẽ futuram. Qua putatis frequẽtia, quibus hominibꝰ, nos huc totam ciuitatem dimisisse, quibus votis, quibus lachrymis, ex ciuium complexibus digressos, & nunc qua solicitudine suspẽsam, & erectam ciuitatem stare, hanc vnã viam quæ ab vrbe Capuam ducit, die noctuq intuentem? Incertum habeo quid iubeatis nos illis renunciare, tantum affirmare possum, alterum responsum salutẽ, victoriam, ac per hoc lætitiam ingentem allaturũ: alterum ominari horreo quid ferat. Proinde aut vestris futuris socijs & amicis, aut deijs, qui nulli vsq paul opost futuri sint, consulite. Summotis ex curia legatis, etsi multi nobilissimæ vrbi subueniendum censebant, plus tamen fœdus & societas valuit, cp mortalium preces. Responsum est dolere patribus Campanorum vicem, dignosq censere qui bus humanæ opes opitularentur. Verum fœdus, quod sibi cum Samnitibus intercederet, prohibere, aliquid se moliri, quod cõtra iura societatis esset. Verũ vt scirẽt aliq da se iperatũ, missuros se in castra ad Sãnites, q publico noie hortarent eos, vt armis absisterent. Tum legatorũ princeps, quãdo fœdere prohibemini patres conscripti, vt aliena defẽdatis nos quod facere iussi sumus, Capuam vrbẽ, agrum, omnia diuina & humana vobis dedimus, vestrecp ditioni subiecimus. Iam vero nihil est, qd vos a vestris rebus tuendis remorari debeat. Quic quid posthac nos Campani patiemur, vobis dedi- Cãpano-
ti, vestrecp fidei passuri sumus. Mouit Campanorũ rũ dedi-
infortuniũ patres, vt ea ciuitas, a qua nuper reliquę tio.
gentes auxilia imploraſſent, in id discrimen incidisset, vt pro propria salute libertatem abijcerent. Cãpanis itacp in deditionem receptis, continuo legati in Samnitium castra sunt missi, qui deditionem a Campanis factam exponerent, peterentcp pro mutua amicitia, quam Senatus populuscp Romanus inoffensam manere vellet, vt Campanis parcerẽt, armiscp omnino abstinerent. Romanorũ postulatis non solum non est obtemperatũ, sed confestim legatis spectantibus cohortes prædatum in Campanum agrum ire iussæ sunt. Quibus Romã nunciatis, res a Samnitibus repetitæ sunt, quæ quia nõ Bellũ Sã-
redderentur bellum ipsi genti iussu populi est indi nitibus i
ctum. Consules cum duobus exercitibus ab vrbe dicitur.
profecti, in Samnium Cornelius, Valerius in Cãpaniam diuersi abierunt. Samnitium legiones Valerio obuiã progressæ, vbi Romana castra in conspectu habuerunt, certatim prælium deposcebant, nihilo meliore fortuna affirmantes Romanum Cãpanis opem laturum, cp Campanus Sidicinis tulisset. Distulit tandiu per Valerius certamen donec le- Valerij
uioribus præliis vires sit hostiũ expertus, inde suos Coruini
paucis hortatus, ne nouum hostem nouumq bellũ oratio ad
extimescerent, quin quanto longius ab vrbe Ro- milites.
ma pararentur hostes, tanto minus formidabiles putarent quippe qui nec rei bellicę multum assueti essent, naturacp locorũ minus feroces gignerẽtur. Nec quia Sidicinos & Campanos vicissent, esse eam victoriam multi faciendam, quũ magis frugum Campana tellus, cp bellatorũ esset ferax. Quãcp si bellicosi etiam fuissent duo populi alius post alium victi, eam propterea victoriam haud talem esse, vt cum rebus a populo Romano gestis, aliquo modo comparari posset. Succurreret animo, quot gentes, quot populos, in Sabinia, Hetruria, Latio Romani domuissent. Quid Sabinis cautius? Quid opulentius Hetrusci? Latinis coniũctius? Ferociꝰ Volsci? Hernicis bellacius? Rebellius Equi? tot tamen & tales populos Romana virtus non solum domuisset, sed ita etiam fregisset, vt iam pridẽ provictis & prostratis iacerent. Et vt aliæ gentes silerẽtur, quid Gallis terribilius Romano nomini fuit vnqcp? Cæterum illi ipsi iam toties victi, toties cæsi essent, vt iam nihil eo esset hoste despicatius, nihil æque omnibus vilius. Irent & quum suæ, tum maiorum virtutis memores, prælium capesserent, atq illud simul spectarent, cuius ductu & auspicijs pugnaturi essent. Eius scilicet a quo ferocissimũ Gallorum ducem singulari certamine prostratum vidisset, qui ex ea familia esset procreatus, qę tyrannis ex vrbe eiectis, patriæ libertatem quæsiuisset, vnde populares leges popularia cognomina, quæ decemuirorum impotentem dominatum fortiter oppugnasset, quæ ab initio ciuitatis nihil plebis patrocinio habuit antiquiꝰ. Habere plebem nihil, quod patribus inuidear, libertatem & magistratus omnibus æquatos. Si patria igitur chara esset, si illius decus & ornamentum, si propagandi imperij cupido animum tangeret, irent & dns bene iuuantibus, de nouo hoste secum nouum triumphum Perora-
quærerent. Popularis Valerij adhortatio ita grata tio.
fuit militibus, vt raro alias maiore sit alacritate in nouum hostem itum. Prælium pari spe, paricp sui fiducia vtrincp commissum. Augebant animum Samnitibus res ante gestæ, & duplex victoria paucis ante diebus quæsita. Romanis quadringentorum annorum decora, æqualiscp condire vr-

bi vincẽ



bi vincendi tenor. Sed quibus animis sit concursum pugna diu anceps facile demonstrauit: acie neutro inclinãte aliquot horas dimicatum est. Tũ consul immisso equite, prima hostium signa turbare conatus est, quod vbi parum processit, nostrũ inquit pedites illud opus non equitum est, perrumpenda vi est illa hostium acies, quæ hastarum densitate horret: ite fortes quacunq vestrum ducem eũ tem videritis. Hæc consul simulcp iussis equitibus in cornua discurrere, primus omnium in cõfertissimum hostium irruit agmen, & cum quo primum gradum contulit obtruncato, suo exemplo alios in pugnam accendit. Ciere milites dextra læuaque momorabilem pugnam, stabant tamen hostes nihilo secius sua vi obnixi, & quãquã multi inde caderent, locum tamen obtinebant, eratcp strages ingens edita circa illorum signa, nulla tamen adhuc fuga, adeo sola morte vinci destinauerant animis. Inclinabat iam dies, & iam hostibus multa lassitudine, non ita vt antea constabat acies, tum Romanus ira accensus, renouato clamore, in aduersos cuneos facit impetum, quo impulsu tum primum pedẽ hostis referre coactus est. Secuta inde fuga, qua disiecti ordines passim cum multa cæde tota plani tie aguntur. Nec multi superfuissent, nisi nox victoriam non prælium diremisset. Fatebantur Romani sibi nunquam rem fuisse cum pertinaciore hoste. Samnites & ipsi rogati, quæ causa tam obsti natam aciem prælio auertisset, oculos Romanorũ aiebant sibi ardere visos. Væsands vultus & orabie quadam contorta, & quasi furentia perferre nequiuisse, inde plus terroris, quam ex ferri acie ortum. eum non solum euentu pugnæ, sed nocturna etiam fuga confessi sunt, Consul sequenti die vacuis castris potitus est, quo omnis campanorũ turba gratulabunda ad consulem venit. Sed quam feliciter in Campania res gesta est, tam in Samnio periculo, & ignominiæ proxima fuit: Duxerat Cornelius cõsul incaute exercitum in saltum cauaval le peruium, & ab hoste vndiq iam antea insessum, nec prius Samnitem capiti imminentem aduertit, quã eo vsq processum erat, vt in tutum signa amplius referri non possent. Dum igitur Samnites tãtisper in mora sunt, conferuntcp inter se, qua ratione in subiectum hostem explicent aciẽ, P. Decius tribunus militum, saxosum iugi verticem intuitus hostium stationibus imminentem, præruptũ, & aditu difficilem armatis militibus, leuiter tamẽ instructis, haud inaccessum, Vides ne tu inquit Aule Corneli verrucam illam, quæ hosti imminet? in ea salus nostra sita est, si eam impigre capimus, vnius legionis hastatos mihi depoſco, cum quibꝰ si summum iugum insedero, incolumis licet hinc cum exercitu euadas. Necq enim hostis nobis subiectus, quicquam in nos, sine sua pernicie, mouere poterit. Nox deinceps, aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus illinc expediet. Collaudatus a consule Decius, per auersa loca montis insinuatꝰ, prius locum tenuit, quam ab hoste sit conspectus. Tum Samnitibus nouitate rei stupentibus, nec seinterim mouere ausis, consul per ocium copias in æquiorem locum, extra salrum, eduxit. Verterunt hostes omnem iram in eos, qui bene gerendæ rei occasionem e manibus extorserant. Cęterum dum in medium consultant, an collem obsiderent, an data via in vallem digressos adorirentur, nox adhuc consilij incertos oppressit. Miratus Decius hostium ignauiam qui interdiu se vallo circuire potuissent, sub vesperam gregali sagulo amictus, latenter speculatus est, quibus locis hostes præsidia

Pugna atrox.

Valerij cõlis virtus.

Væsania Rom. in prælio.

Decij tribuni cõsilium.

Decij virtute seruatur exercitus.

locassent, inde dispositis per opportuna loca custodijs, nequid ab illis interim mutaretur, secunda vigilia noctis, quo tempore mortales somno altissimo premuntur, per sopitas hostium custodias, cohors, Decij ductu, silentio abibat, quum iacentiũ Decius
vigilum scuto ab vno militum temere offenso, cum suis
quia hostis falli amplius non poterat, clamor a mi in tutum
litibus excomposito tollitur, qui repente sublatus euadit.
Samnites somno torpidos subito pauore exanimat. Incerti hostes an ciues essent, qui ita ruerent, an a consule capta essent castra, an qui in iugo erãt erupissent, dum tumultuantur magisquam arma expediunt, datus est Decio & alijs locus ad euadendum per vigilum cædem. Sicq contigit, vt vnius viri consilio & audacia, Romanus sit exercitus seruatus, præsidium, per quod salus parta erat, incolume ad consulem venerit. Decius quum noctu in castra venire potuisset, vt magis cõspicuus esset reditus, autor fuit socijs, vt lucem, loco cassris proximo, expectarent, postea vero quam illuxit, premisso in castra, qui seruatum præsidium nunciaret, paulocp post affuturum, ipe per multas passim gratulationes, & laudes militares, cũ tota cohorte ad prætorium tetendit. Ibi quum consul Decij laudes pro cõcione esset exorsus, ille interfatus docuit posse paucis horis cum hoste debellari, si dum castella tim sparsi per tumulos a nocturna illa trepidatione adhuc essent sine stationibus, sine imperio, sine præsidio vllo plerięq errarent, raprim ad eos legiones ducerentur. Placuit Cornelio id consilium. Ca Vincunt
piuntur edicto eius arma, itur pleno in hostem gra hostes
du, quem sparsum ac temere vagantem consul ad- Decij cõ
ortus, quum neq arma capere, neq in ordines coi- filio.
re spatium daretur, trepide Samnites in castra compelluntur, stationibusq vt in re subita turbatis, Romanus victor intra vallum perumpit. Castris captis multi absentes cessere, cædes ingens intra extraq edita est, ad triginta milia hostium in eo exercitu fuere, quorum pars longe maxima defiderata est. Consul insigni victoria potitus, concione iterum aduocata, peragit Decij laudes. cumulatiore etiam Multipli
testimonio recentioris consilij, cum alijs militaris- ces hono
bus donis, aureum illi coronam, centum boues, at- res De-
q in his album auratis cornibus donat habere Sin cio con-
gulis militibus, qui cum eo fuerant, duplex frumẽ- gesti.
tum accipere, binos in præsentia boues binasq tunicas. Milites eam consulis gratitudinem clamore approbantes, coronam gramineam, discussę obsidionis argumentum, Decio imposuere. Altera corona eiusdem honoris index a suo est præsidio illi imposita, quia ipsius consilio & virtute ab hoste obsessi, per illorum stationes, incolumes in Romana castra venissent. Ipse centum boues a consule datos militibus expeditionis illius socijs dono dedit. Sed dum hæc fauore, & militari assensu in Cornelianis castris aguntur, Valerius trepidis ab Suessula nuncijs accitus, q eo Samnites omnem militarem iuuẽtutem excisuisse, vt de summa rei iterũ dimicarent, postquam citato agmine ad hostem venit contractiorem cepit locum castris. Nec Samnites in mora fuerunt. Structa acie in Romanorum conspectu, nullam pugnæ moram fecisse, consistunt: qui vbi nihil in Valerianis castris moueri vident, contemplati ad hæc breuem castrorum ambitum, fremere vna replendas esse fossas, ac rescisso vallo in castra perrumpendum. Castigare Samnitium duces suorum temeritatem, quin hostem fame domandum censere, quando expeditus miles in paucos dies secũ cibaria attulisset, interim alios castris assidere, reliquum copiarum frumentatum

in agros exire. Valerius qui in omnem erat occasionem intentus, vbi leuatum vidit hostium numerum, & stationes infrequentiores, paucis suos hortatus in hostium castra eximprouiso impetum fecit, quibus haud magno negocio captis, duabus legionibus ad illorum præsidium relictis, in frumentatores præmisso equite, qui celeriter exploraret, qua illi parte vagarentur, subito cursu contendit, maior omnino cædes in agris, quam in castris edita, tantaq; vis hominum vtrobiq; deleta, vt ad XL. milia scutorũ, & CLXX. signa militaria sint ad consulem relata, tam insignis victoria & Phalisios, cum quibus inducię erant, ad fœdus petendum compulit: & Latinos, qui exercitum in Romanos comparatũ habebant, in Pelignos auertit. Carthaginienses quoq; legatos cũ corona aurea. XXV. pondo Romam miserunt, qui patribus & po. Ro. eam victoriam gratularentur. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt. Campani præterea & Suessani a patribus petierunt, vt præsidia aduersus Samnitium excursiones in suas vrbes mitterent, quod quum facile impetrassent, agri amœnitas, & ciuitatis luxus, iam inde parum disciplinæ militari vtilis, milites ita deliniuit, vt cõiuratio inita sit inter milites Capuæ vi occupandæ, vt Campani suo ipsi exemplo opprimerentur, quo veteres inde colonos expulissent: & iam atrox instabat facinus, quum Martius Rutilius & Q. Seruilius sunt consules facti. Rutilius, cui Campana prouincia euenerat, postquam ad exercitum venit, comperitq; per Tribunos militum quę consilia essent, hybernorũ tempore, inter milites inita, nec rem procul a sedítione abesse, facta spe futurorum in sequentem annum hybernorũ, ex suis præsidijs milites in castra traduxit, inde seditiosam multitudinem exonerare adortus, alios alia de causa domum ablegare cœpit, & in primis coniurationis capita, nec res ab inítio animaduersa. Verum vbi qui missi fuerant a patribus, & altero consule retinebantur, nec in castra patere illis reditum viderunt, perculsi milites, qui eius fuerant consilij conscij, ne causam Romæ dicere cogerentur, atq; iudicium subire, secessione facta, primo inter Lautulas & mare haud procul Anxure, munito colle cõsederunt. Fuitq; cohors vna hæc vnde secessio orta, inde alijs atq; alijs eo accedentibus, tantus est numerus confectus, vt sub longæ Albæ iugo castra fecerint. Quærebat interim dux aliquis aut imperator in tanto motu, qui quum in castris nemo idoneus reperiret, T. Quintium qui ob vulnus bello acceptum inutilis factus in Tusculano agro villicabatur, noctu oppressum in castra pertraxerunt, ibi capitalibus minis nisi in iunctum munus reciperet perterritum, ducem constituere. Nec mora deinceps fuit, rapto agmine Romam tendunt, irrupissentq; primo accessu in vrbẽ, ni Valerium Coruinum in se dictatorem creatum cum exercitu appropinquare audiuissent, ad octauum lapidem Appia via consederunt, nec ita multo post dictator affuit, & iam stabant aduersæ inter se acies, quum signorum aspectus & memoria patriæ militum iram permulsit. Nondum erat Romanus miles ciuili sanguini assuetus. Hic Dictator rẽpestiua ad pacẽ vsus hortatione, ac T. Quintio appellato, vt pacis potiusquam pugnæ se autorem suis exhiberet, quod ille sua etiam sponte factu rus, quum dictatoris autoritate permotus fecisset, illorum permissu in medium processit, secq; & milites suos dictatoris fidei permisit. identidem eum obtestatus, vt miserorum ciuium susciperet causam, nihil petens vt sibi caueretur, quando ipse omni culpa procul abesset, militibus cauendum dicere, ne apud patres aut populum ea secessio cuiquam fraudi esset. Dictator iussis omnibus bono animo esse, citato equo Romam deuectus, patribus autoribus in luco Petillini ad populum tulit, ne cui ea noxa fraudi postea esset, ne serio iocove secessio illa cuiquam postea exprobraretur, ne nomina ipsorum militum delerentur, nisi ipsis volentibus. Additum ipsi legi ne qui tribunus militum in castris fuisset, deinceps ordinem ducerent. Id propter P. Salonium factum prodiderunt, qui alternis annis nunc Tribunus fuerat, nunc primus centurio, quem primipilũ dixere. Ita sacrata lege res abolita est. Liuius autor est, in gbusdã annalib⁹ pditũ, comitijs illis L. Genutium Trib. pleb. ad populũ tulisse, ne cuiquam fœnerare liceret. Item ne quis eũdem magistratum intra decem annos caperet, Ne duos magistratus vno anno gereret. Vt liceret ambos consules plebeios creari. Alij non dictatorem ad id creatum dixerunt, sed per cõsulem rem omnẽ actam, Romæq; non foris eam secessionem fieri cõtigisse. Nec in T. Quintij villa, sed in C. Manlij domo ducem quæsitum. Inde ad quartum lapidem profectos consedisse, nec a ducibus concordiæ mẽtionem motam, sed ipsos exercitus, vbi exauerso stetere, subita sceleris pœnitentia adactos, cum lachrymis sese inuicem complexos. Atq; ita auersis a pugna animis de concordia agi cœptum. Adeo parũ fides constitit ijs, qui eam rẽ memoriæ prodiderunt. Latini & Priuernates ciuili discordia, fracti Norbam & Setiam, Romanas colonias, subita incursione populati sunt. Isq; tunc erat rerum Romanarum status, quum Philippus Amynthæ filius, qui Alexãdro fratre sublato, matris Euridices fraude, tutorem regni aliquandiu pro rege egit. Supererat enim ex Perdica fratre, q̃ pari fraude perierat, adhuc virilis stirpis soboles. Cæterum bellis vndiq; imminentibus, quum ferum videretur maturã pueri ætatem expectare, compulsus a populo Philippus regium nomen suscepit. Concitauit ille ab initio haud paruam de se expectationem, quum ipsa ingenij alacritate, & ad res gerendas promptitudine, tum quia vates iam antea prædixerant, vt vno ex Amynthæ filijs regnante, florentissimus Macedonum futurus esset status. Principio igitur regni, quum hinc cædes fratrum, inde hostium Macedoniæ rebus imminentium multitudo, iuuenilem animum vehementer solicitum haberent, accedebat his inopia rerum omnium, ob regnum assiduis exhaustum bellis, quum tot curis bellicis, q̃ vndiq; impendebant, impar futurus esset, alias interposita pactione exoluit, alias redemit pretio, omnia agressus, quibus trepidos militum animos confirmaret, sui contemptum hostibus demeret. Fuit itaq; primum illi certamen cum Athenien-sibus quibus per insidias victis, grauioris belli metu, sine pretio captiuos reddidit. Bellum inde in Illyrios transtulit, multisq; hostium milibus in acie cæsis, Larissam vrbem nobilissimam cepit, mox Thessaliam, vt meliore equitatu exercitum instrueret, nihil minus quam bellum metuentem inuasit, qua sine maiore certamine in potestatem redacta, vnum corpus equitum pedestriumq; copiarum inuicti conflauit exercitus. Duxitq; sub id tempus, quo hęc illi prospere euenere, Olympiadem Neoptolemei regis Molossorum filiam in vxorem, Arisba altore virginis ac patruele, nuptias conciliãte. Cæterum quum maiores ob hæc ille in horas alerer spiritus, non contentus bellum propulsare posse a suis finibus, quietos vltro lacessebat. Methonam

Rom. victoria.

Cõsules.

Militum secessio.

Militib⁹ publice venia data.

Primus Cẽturio olim Primipilus.

Variatio historiæ.

Philippi regis gesta.

Athen. vincunt.

Olympias.



Philipp⁹ Rex altero oculo priuatur. Philip. tẽperantia.

Græcarũ vrbium discordiæ.

thonã itaq; vrbem oppugnare adortus, sagitta in prætereuntem ex oppido iecta, dextrum illi oculum excussit. Qua clade neq; segnior est ad bellum factus, nec aduersus hostes iracundior, vt paucis in de diebus veniam precantibus dederit, in quos deditos non moderatum solum sed mitem etiam se præbuit. Critobolus medicus eius vulneris curatione magnam est Famam adeptus q̃ extracta ex regis oculo sagitta, citra oris deformitatem, curasset luminis orbitatem. Græciæ deinceps ciuitates vberem bellicoso regi gerendarum rerum materiã præbuere, quæ dum singulæ alnș capiunt imperare, omnes imperium amisere. Mutuis enim inter se bellis exhaustæ, dum adhuc in suum exitium ruũt Macedonica arma in sua viscera adegerũt, quibus oppressæ fœdum seruitiũ seruire coactæ sunt. Philippus harum libertati velut ex proxima insidiat⁹ specula, mutua populorum certamina ab initio aluit, minus potentibus auxilando, mox victos victoresq; vna adortus facile subegit. Fueruntq; Thebani malorum omnium causa, qui rerum nouissime in terra Græcia potiti, victos armis Lacedæmonios & Phocenses, velut parua supplicia cædibus & rapinis luissent, in communi Græcorum concilio superbe accusarunt. Lacedæmonijs crimini datum, q̃ Thebanam arcem inducarum tempore occupassent. Phocensibus q̃ essent Bœotiam depopulati. & Thebani hæc illis crimina intendere, velut post arma, & varias cædes vtrinq; illatas & acceptas, locus esset legibus in medio relictus. Vtriq; victorum arbitrio tanta sunt pecunia damnati, vt

Phocenſium Sacrilegiũ.

quum Phocenses agris, liberis, & coniugibus prius arentur, desperatione adacti, Philomene quodam duce, Delphici Apollinis templum, tãquam deo irati, auro & pecunia spoliarint, mercenario deinceps milite cõducto, bellum Thebanis intulerint. Peperit id scelus maiorem Thebanis inuidiam, q̃ Phocenses sua iniuria ad id sacrilegium coegissent quam ipsis sceleris autoribus. Primo igitur congressu Philomenes Phocensium dux Thebanos prælio victos castris exuit. Idem altero certamine victos concidit. In huius locum Phocenses Oenomaum ducem creauere. Thebani de euentu belli soliciti Philippum ex Macedonia cum exercitu accersunt, atq; ita se externo imperio subiecere, qui id in Græcis tantopere aduersabantur. Philippus velut sacrilegij non Thebanorum vltor militem lauro coronatum in aciem producit. Phocenses Apollinis fronde territi, tanquam manifestum numen exaduerso staret, abiectis armis fugam capessunt, pœnasq; violatæ religionis sanguine & multa strage vno tempore expendunt. Incredibile est quantam ea victoria Macedonijs, apud externas etiam gentes, virtutis famam conciliauerit. Illum vt stulta erat hominum superstitio sacrilegij vltorem prædicabant, vnum eius sceleris vindicem repertum, quod humanum genus expiare debuisset.

Phocen. cædes.

Philipp⁹ Græciæ vrbes diripuit.

Habetur itaq; Deo proximus per quem numinis maiestas vindicata esset. Atheniẽses audito pugnę euentu, veriti ne Macedonum arma in Græciam penetrarent, Thermopylarum angustias, vt olim aduersus Persas occupant. Philippus interea nihilo in socios pacatiore fuit, quam in eos quos vicerat, animo, ciuitates, quarum pauloante Dux fuerat, & quæ illi victoriam fuerant gratulatæ, hostiliter adhortus, non solum captas diripuit, sed coniuges etiam & liberos omnium sub corona vendidit, nõ deorum templa veritus, non aras, non deos penates publicos priuatosve, quos vt hospes non hostis ab initio subierat, vt non tam pietatis vltor ex titisse quam impie delinquendi occasionem quęsiuisse videretur: ad quam infamiam abolendam, haud multo post per oẽs gentes misit qui nobilissimos architectos magna mercede accerserent, q̃ animo destinasset, muros, templa, ac fama clarissimis quibusq; ciuitatibus in integrum restituere, quædã etiam ab imo excitare. Opifices qui opera redempturi conuenerant, vana expectatione decepti, tacito digressu, ne vim paterentur alij alio abierunt. Trogus autor est, Cappadocum gentem ab eo deinceps subactam, sed quæ causa sit bello prætensa non posuit. Olynthijs quod satis constat idcirco bellum intulit, q̃ duos Philippi fratres ex nouerca genitos, quos ille velut regni æmulos ad cædem requirebat, publico hospitio turati essent, atq; ob eam causam vrbem Thraciæ nobilissimam vi captam diripuit, direptam crudeliter excidit. Fratres in potestatem redactos extremo affecit supplicio. Sub id tempus crediderim ab eo & Potidęam captam, quæ in eodem tractu fuit, contigisq; vt vno die Potidęam sit ipse adeptus, & Alexandrum sibi ex Olympiade natum acceperit, Illyriosq; a Parmenione suarum copiarum duce prælio fusos, & in Olympio stadio ipsius equus victor exteriit, adeo fortuna illi in multis vno tempore arrisit. Alexander circa sextiles idus natus dicitur, quo die Ephesiæ Dianæ templum deflagrauit. Id Herostratus incẽdit, vt scelere atrocissimo sibi famã cõcilia ret, qui quũ eam sacrilegio causam prętendisset, parum abfuit, quin publico edicto ex hominum memoria exciderit. Macedo tot successibus elatus, nequid inuiolatum hominibus relinqueret, mare instructis ad id nauibus latrocinio infestare est adortus, sed fœdius illud, q̃ a duobus Thraciæ regulis de regno inter se disceptantibus, arbiter accersitus, cum exercitu vt ad hostes profectus, vtriusq; regno spoliauit. Necita multo post cum Athenien-sibus satis æquis conditionibus pacem fanxit. Tum vero æmulatione quadam ex tota Græcia ad eum legationes confluere, & in his Thessali & Bœotij precati, vt Phocenses aduersus quos se ducem ab initio professus esset, recenti bello persequeretur. Tanto tum Phocensium odio Bœotiorum animi exarserant, vt suarum cladium obliti perire mallent, quam eorum, quos infense oderant, incolumitatẽ pati. Contra Phocensium legati adhibitis Lacedæmonijs & Atheniẽsibus bellum deprecati sunt, cuius dilationem tum tertio a Macedone redemerunt. Fœdum & indignum spectaculũ, totam Græciam viribus & dignitate omnium nuper terrarũ principem, regumq; & gentium mulctarum victricem, nonnullarum etiam vrbium dominam, alienis sedibus excubantem, in alterius ope omnem spem belli & quietis repositam habere. Nec Philippus tantã potiundæ Græciæ occasionem est asper-natus, quin vtriusq; seorsum dat responsum. Phocẽsibus & ijs qui pro ea gente precabantur, se iniuria temperaturum pollicetur, Bœotijs in ipsorum gratiam arma recepturum, vtroscq; sacramento adegit vt quæ secum responsa ferrent, in occulto haberẽt. Mandat interea nihil parari, vt commodius bellũ dissimularetur ipse non multo post Græciã incautam adortus, Phocenses primo in deditionem receptos, adeo crudeliter affecit, vt non liberi parentibus, non vxores viris, non coniuges mariti, nõ deorum simulacra templis relinquerentur. Incredibile relatu est qua sæuitia captiuos populos victor Barbarus, huc atq; illuc trasferendo, vexauerit. Nec interim comploratio vlla exaudiri, nec pauidus discursus erat vllus, sed tacitus mœror hærebat

Olynthi excidiũ.

Alexandri ortus.

Philippi felicitas.

Herostratus incẽdit dianę templũ.

Græcorũ nota.

Philipp⁹ Græcos circunuenit.

Phocenſiũ excidium & mœror.

animis, qui affectus cum ipsa dissimulatione crescit, coq; validius vrget, quo altius deprimitur, nūc veteres penates, nunc tecta, quibus ipsi geniti erāt, liberosq; genuerant desiderantes, nunc vicem suā dolentes, q̄ in eam diem vixissent: nunc natorum sortes miserantes q̄ sæuo tempore nati essent. Captiua gens tota est Macedonia distributa. Dardanos inde cæterosq; finitimos armis domitos Macedo subegit. Postremo in suos conuersus Arisbā per quem Olympiadis nuptias fuerat adeptus, regno spoliare est adortus. Erat is Epirotarū rex & patruellis frater Olympiadis, & Alexandri qui in Italia bellum gessit. Alexandrum igitur Olympiadis nomine in Macedoniam accersitum, ad stupri consuetudinem impulit, quem postea vinginti annos natum, regno Arisbæ erepto, infanda stupri mercede donauit, in vtroq; turpis & iniurius, quippe qui nec in sene cognationis iura seruauit cui filiæ causa regnum ademit, & eū cui dedit, prius impudicum fecit quam regem. Ex præda inde vrbiū a se direptarum considerans quam opulenta res esset Grecia, quantum manubiarum ex ea armis victa posset expectari, vniuersæ genti bellum inferre statuit. Bizantium maritimam vrbem ostio pōtici maris, quem Bosphorum vocant, quoniam sibi portas clausisset, subita obsidiōe cingit. Trog⁹ præfert ea quæ de ipsius vrbis origene alio sunt loco prodita, a Pausania Spartano conditam, septēq; deinceps annos possessam autor est, procedente deinde tempore varie nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenienſium armis defensam. Incertus rerum status in causa fuit, vt neutri eam sibi ex toto veridicare sint ausi. Fueruntq; per hæc Bizantij ad id tempus, velut in medio positi, suam libertatem tutati. Quum Byzantina obsidio in longum traheretur, nec Philippus haberet vnde exercitū vni vrbi assidentem alceret, maris latrocinio aliquandiu stipendij inopiam leuauit, centum septuaginta nauibus merce onustis, aut hostiliter direptis, aut ne vexarentur ad libitum expilatis. Cæterum quū copijs abundarer, ne omnis virium conatus longa obsidione torpesceret, aliquot Chersonnesi vrbes cum parte copiarum in suam potestatem redegit. Erat per id tempus rex Scytharum Macheas, qui cū ab Istri accolis premeretur, auxilium a Philippo p Apollonienses petijt, promissa per legatos regni adoptione. Hostium interim decessu leuatus bello Macheas, Macedonas qui in auxilium missi fuerāt retro abire iussit, ac Philippo nunciare, nec; se eius auxilium petijsse, nec; adoptionem cuiquam mandasse, nec; Scythas Macedonibus egere vltoribus nec; incolumi filio sibi hæredem defuturum. Philippus ad Scytham misit, qui eum rogaret, vt in stipendium tam longæ obsidionis aliquid sibi pecuniarum mitteret, præsertim quum eos quos in Scythiam misisset, ne viatico quidem, non modo stipendio esset prosecutus. Ille regionis & cœli sterilitatem causatus, nullas ait sibi opes esse, quibus regem expleat, turpiusq; putare paruo defungi quam totum abnuere, Scythas virtute animi & duritia corporis, non opibus censeri. Philippus perbelle se rideri ratus, soluta Byzantij obsidione Scythicū aggreditur bellum, præmissis legatis, qui barbaro nunciarent, se ob Byzantinam obsidionem statuam vouisse Herculi, venire se vt eam in ostio Istri dedicaret, regi & Scythis omnibus amicum: Macheas statuam sibi mitti iuber, pollicitus fore, vt non solum eam dedicandam curaret, sed daturum etiam operam, vt imposterum illa incolumis maneret. Exercitum in suos fines induci vetat, q̄ si se inuito statuisset, fore, vt non multo post ipsius digressum eandē euerteret. Animisq; per hæc vtrinq; irritatis, committitur prælium, quo quum virtute & animo præstarent Scythæ, Macedonis tamē arte victi, ad. XXIII. puerorū & fœminarū, & cum his vim pecorū ingentem amisere, & in his. XX. equarum milia quæ alebantur ad sobolem propagandam. Triballi, qui ad Istrum habitant, Macedonibus præda onustis ferociter occurunt, negantq; Macedones per suos fines trāsituros, nisi tam opulentæ prædæ fierent participes, hinc iurgium primo, mox prælium ortum, in quo ita grauiter est Philippus vulneratus, vt per eius femur telum adactum, equum, in quo sedebat, vno vulnere confecerit. Macedones regis casu consternati prædam amisere, ita Scythica spolia velut deuota Macedonibus pene luctuosa fuerunt. Philippus in regnū reuersus bellum diu dissimulatum Athenienſib⁹ intulit. Thebani rati id incendium Athenienſibus victis ad se breui peruenturum socios se Athenienſibus iungunt. Hæ duæ ciuitates vniuersam Græciam legationibus fatigant, monent, hortantur, vt commune illud incendium secum restinguerent. Valuit publica charitas apud quosdam q̄ socias sibi partes susceperant, sed multo plures metus ad Philippum traxit. Postremo de summa rei ad Cheroniam dimicatum, vbi Athenienſes & Thebani pristinæ virtutis memores, fortiter dimicando occubuere. Quippe qui aduersis vulneribus loca q̄ a ducibus tuenda acceperant, cadentes suis corporibus obtexerunt. Illa demum pugna vniuersę Græciæ libertatem ademit. Mirum qua arte Philippus præsentem lætitiam texerit, nec; solita sacra eo die fecisse dicitur, nec; de more conuiuatus, non coronas non vinguenta sumpsisse, ne risisse quidem, & quantum assimulare potuit, ita vicit, vt victorem sentiret nemo, nec se regem Græciæ appellari voluit, sed ducem. demum ita inter suorum lætitiam & hostium dolorem temperauit, vt nec; victoribus assultare sit visus, nec; victis insultare. Athenienſibus quos infestissimos habuit captiuos gratis restituit, & peremptorum corpora sepulturæ reddidit. Alexandrum filium, quem iam inde a Byzantina obsidione duodeuiginti annos natum in castra accersiuerat, vt prima militiæ rudimenta apud se deponeret, & qui primus in sacram Thebanorum cohortem irruperat, Athenas cum Antipatro misit, q̄ cum ea ciuitate pacem iungeret. Contra Thebanorum captiuos non solum non dimisit, sed interfectorum etiam corpora vendidit, principes ciuitatis alios percussit, alios in exilium egit, bonaq; omnium occupauit, exulibus ad tercentum numero restitutis, quibus ciuitatis administrationē permisit, apud quos, quum quinq; ciuitatis assertores postularentur, q̄ per iniuriam se in exilium egissent, eius constantiæ fuerunt, vt omnes se autores faterentur, contenderentq; melius cum republica tūc actum, quum illi damnati essent, quā quum in vrbe restituti. Mira hominum constantia, de iudicibus vitæ necisq; suæ, ingenue quod sentirent indicasse, & q̄ libertatem, quam viribus vindicare non possent, lingua vsurparent. Miror Philippū ea in Thebanos sæuitia vsum, & q̄ non plus vetus hospitium apud eum, quam præsens iniuria valuerit. Triennio Philippus puer Thebis fuerat, atq; ex Epaminondæ consuetudine ea consecutus creditur, per quæ postea tantus imperator extitit. Ipse Græcię rebus compositis, vniuersæ gentis cōcilium Corinthum aduocauit, vbi pacem legesq; singulis Græciæ ciuitatibus, pro cuiusque meritis statuit,

Arisba.

Philippi flagitia i propinquos.

Philippꝰ Bizantiū obsedit.

Macheas Scytharū rex.

Philippꝰ a Scythā rege.

Philippꝰ Scythas prælio superat.

Philippꝰ vulneratur.

Philippi regis interitus Pausanię ignominia.

Græcoꝝ virtus.

Philippꝰ Græcos subigit.

Prima in Alexandro militiæ rudimenta.

Thebanorū cōstantia.



statuit, conciliumq; omnium veluti senatum vnū delegit. Soli Lacedæmonij legem & legis autorem contemp serunt. Auxilia inde ex tota Græcia conscripta, siue oppugnante aliquo manu illa iuuandus esset, siue ipso duce alicui bellum inferendum. Nec dubium erat ferocissimum regem, rebus prospere fluentibus, maiora animo concipientem, tantas opes in Persas comparare. Ad. CC. milia peditum scribebantur, equitum quindecim milia, citra Macedoniæ opes, ex ea auxiliorum formula. Et iā Parmenionem, Amyntham, & Attalum in Asiam præmittere parabat, cogebanturq; sub vernum tēpus ad Asiaticum bellum ex tota Græcia auxiliares copiæ, quum ipse Olympiade, ob suspitionem stupri, vt quidam tradiderunt, expulsa, Cleopatrā Attali filiam, vt Trogus scribit, vt Plutarchus Attali sorore genitā, matrimonio sibi iunctā, medio nuptiarum apparatu, a Pausania nobilissimo adolescēte interfectus est, diesq; lætitiæ destinatus, luctu est & mœrore regij funeris fœdatus. Causam cædis inde ortam ferunt, q̄ ab Attalo Cleopatræ auunculo Pausanias constupratus, & ab eo per cōtemptum plurium conuiuarum libidini, vt vile scortum, subiectus esset, quapropter pro ludibrio in ora omnium abierat, sæpius apud regem tam insignem contumeliam frustra questus, quū cerneret etiam tantum abesse, vt ob eam rem Attalus quicquam esset incommodi adituras, vt ducatum etiam nuperrime a rege accepisset, omnem irā in Philippum vertit, atq; vltionem quam ab adsario non potuit ab eo vt ab iniquo iudice audax adolescens exegit. Multi persuasum habuere Pausaniam ab Olympiade missum, nec Alexandro ignaro. Satis constat Olympiadem per custodi fugienti equos præparatos habuisse, & mox Pausanię in crucem sublato (nam ad supplicij est post cædem retractus) aureā coronam noctu impositam, qd̄ facere Alexandro filio superstite, præteripsum, qui vltor timebatur, alius quidem nemo fuisset ausus.

Philippi regis interitus Pausanię ignominia.

# M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER IIII.

PHILIPPVS Amynthę filius qui Macedonum opes in tantum auxit, vt iam merito Persis formidolosæ essent, in hūc modū perijt. Romani autē per id tēpus aut certe non multo prius posteriusve C. Plautio iterum & L. Aemylio Mamerco consulibus, Priuernatibus bellum indixere: quia Norbam & Setiam colonias essent, vt dixi mus, populati. Volsci quoq; ad Satricum castra cō muniuerant. Plautius cui ea prouincia sorte euenerat, Priuernatibus prælio victis, eorum vrbem vi cœpit, captæ præsidium imposuit: In Antiates deinde mouit, qui ad Satricum castra fecerant, dubio hic marte dimicatum, prælium q; priusquam fortuna alterutro inclinasset subita tempestas diremit. Tetra cedes vtrinq; fuit. Parabant se Romani nihilo secius ad pugnam in sequentem diem. Contra Antiates præsenti clade territi, nocte quæ est diem illum secuta, relictis castris in pacatum noctis silētio abierunt; magna vis armorum, quum inter cadauera cæsorum, tum in castris quæsita, consul duplici prælio victor omnem hostium regionem ad mare vsq; populatus est. Aemylius Sabellicum agrum ingressus, quum nusquam hostis occurreret, late omnia prædatus, cum multa populatione circum agebat exercitum. Samnites qui Sabelli a Græcis dicuntur, agresti illa clade perculsi, pacem per legatos orant, Consul eos ad senatum recipit. Samnitium postulata fuerunt, vt pax sibi redderetur, si ita patribus placeret, & vt Sidicini belli exequendi ius sibi remitteretur, quando illi perpetui sibi hostes essent, nec Romanorum amici eorumve ditionis facti adhuc essent. Consultus de his senatus censuit reddendum Samnitibus fœdus secundum eorum postulata. Responsumq; legatis est per populum Rom., non stetisse, quin pristinum inter se fœdus perpetuum esset & inuiolabile. Nec quum belli sua culpa contracti Samnitem pœniteret, obstari quo minus amicitia recōciliet. qd̄ ad Sidicinos attineret, nihil intercedi quo minus Sānitibus pacis & belli liberū esset arbitriū. Fœdere iterū icto, postq; Roman⁹ exercit⁹ inde abduct⁹ est ānuo stipendio frumentoq; in trium mensium alimoniam accepto. Ita enim fuerat consul pactus, ob id inducias hostibus datas, quo ad per legatos de pace ageretur. Sānites Romano bello soluti, confestim Sidicinos noua obsidione repetunt, qui quum suis viribus stare non possent essetq; haud procul vt iam hostis eorum vrbe potiretur, tum demum dedentes se se a Romanis auxilium implorant: ea deditio vt sera vltimaq; necessitate expressa, a Romanis non est recepta. Sidicini spe Romani præsidij abiecta, ad Latinos qui iā dudum in armis erāt, confugiunt. Latini Sidicinos complexi, confestim legiones transmittunt in Samnium, iungunt se ijs Campani suæ in Samnites iræ magis quam Romani beneficij memores. Fœdatus est Samniticus ager populationibus, ac sæpius etiam certatum, quibus prælijs etsi superiores fere Latini fuerant, ne sæpius dimicandum esset haud inuiti ex hostis eo excessere. Legati ab Samnitibus Romam missi, qui quererentur ea se Romanorum fœderatos pati, quæ ne hostes quidem antea passi essent. Satis Romanos habere, q̄ de Sidicinis & Campanis victoriam sibi eripuissent, abstinerent saltem ea iniuria, Samniticum nomen ne ignauissimis populis lacessendum dederent: Arcerent Latinos & Campanos qui Romanæ ditionis essent Samnitium finibus, vel coercerent potius armis, si minus imperio parerent. Responsum est Campanos vellent nollent quieturos, in Latino fœdere nihil positum esse, vt cum quibus velint bellare non possint. Id responsum Campanos a Romanis metu alienauit, & Latinos ad apertam defectionem ferocios reddidit. Principes ipsius gentis per spe-

Cōsules.

Sabelli.

Fœdus Sānitib⁹ redditur.

Sidicini Latinoꝝ sunt.

Sānitiū querelæ.

ciem belli in Samnites comparandi consilia inter se cõferentes Romanum bellum agitare, accedereq; his consultationibus Campani recentissimi beneficij immemores. Cæterum vt res Romana commodius oppugnaretur, placebat Samnites prius de bellare. Huiusmodi consilia indicio Romam delata, haud legitimo comitiorum tempore expectato confestim noui creantur consules T. Manlius Torquatus & P. Decius Mus. Hoc anno Alexãder Epiri rex magni Alexandri auunculus in Italiam classe appulit: Causa accessus & eius belli euentus, loco haud multum diuerso explicabitur. Romani etsi defectio Latinorum nulli erat dubia, Decem tamen eius gentis principes Romam accersunt, vellut de Samnitico bello cum his acturi, sed vt corã potius cognoscerent, quæ illi animo consilia agitarent. Fuere in his L. Annius Setinus, & L. Numitius Circensis Latinorum prætores, ambo ex Romanis colonijs, qui præter Velitras, ipsam Romanam coloniam, Volscos etiam ad bellum conciuerant. Horum Annius priusquam Romam veritũ fit, multa in Latinorum concilio ferociter locutus, autor fuit suis, vt a Romanis peteretur, si in fœdere vellent Latinos permanere, vt alter consul iam inde Latini nominis crearetur, & par senatorum numerus ex eadem gente, vt ex æquo Latini cum Romanis viuerent. Monstrare interea nullum vnquã fuisse tempus, quo Latini vetus seruitutis iugum facilius excutere potuissent, quam tunc, quum Campanos, Sidicinos, & Volscos secum haberent, flore retq; Latium quam opibus, tum militari iuuentute. Stulte quidem & segniter nimis facturos Latinos si non sibi libertatem vindicarent, quam illi taciti concederent. Negata iam antea ex fœdere auxilia, tacitum tulisse Romanos, in tulisse arma suis auspicijs Latinos finitimis, nec ab illis bello interdictum: Receptos in fidẽ Sidicinos, Cãpanos alienatos, Samnites multis cladibus affectos, nec ab Roma motum esse quicquam, vnde putarent esse eam Romanorum modestiam, nisi ex conscientia suarum virium. Satis compertum se habere, Samnitibus eorum fidem implorantibus, haud fateri ausos, Latium sub Romano esse imperio. Iturum se, si ita omnibus videretur, atq; communi Latinorũ nomine ea se a senatu & po. Ro. non minori animo postulaturum, quam ibi in suorum conspectu postulanda censuisset. Magno quidem assensu & fauore Annius auditus est, iussusq; ea Romæ agere ac dicere, quæ ex Latini nominis dignitate fideq; ipsius essent. V bi igitur in Capitolio steterit, ibi eum datus est Latinis Senatus, ac T. Manlius consul ab his peteret, ne Latini bello Samnites incesserent. Tempus erat inquit Annius T. Manli & patres cõscripti, iam nihil vos pro imperio nobiscum agere, cum Latium armis & viris potens videretis, Samnites a nobis victos, Sidicinos nostræ ditionis factos, quũ Campani & Volsci nobiscum sint, quũ vestræ etiam coloniæ Latinorum imperium vestro prætulerint. Nunc quoniam vos regno finem non imponitis, poterat Latium se ipsum armis in libertatem asserere, sed ne non aliquid consanguinitati a nobis datum pureris, visum est quando vires ipsæ æquatæ sunt æquas vobis conditiones pacis afferre, vt consul alter ex Latio creetur, alter etiam senatus ex æquo vtrinq; constituatur, fiatq; ex duobus populis vnus, vna respu. & quod vtrisq; bene vertat, sit sane hæc patria, omnes Romani vocemur. Tanta animorum indignatione, imprudentissima est Annij vox audita, vt Manlius consul iureiurando affirmauerit, si tanta patres dementia caperet, vt a Setino homine senatus leges acciperet, cum ferro se in curiam vẽturum, atq; ibi quẽcunq; Latinum offendisset hostiliter interfecturũ. Exprobrata igitur Latinis perfidia, acceptorũq; beneficiorum obliuione, confestim iussi sunt curia excedere. Annius quum & ipse concitato animo tumultuose se e vestibulo templi properaret, lubrici tate scalarum lapsus, ita grauiter saxum ceruice offendit, vt sopitus sit. Alij exanimatum dixere, qd' omen ad eius belli euentum pertinere est visum. Nec id reticuit consul curia egressus, prædicans se Latinorum legiones ita prostraturum, vt iacentẽ legatum videret, quæ vox a populo excepta, tantũ ardoris animis iniecit, vt contra ius gentium legati violandi fuerint, nisi a consule missi essent, qui illos extra fines prosequerent. Bellũ magno ordinũ cõsensu in Latinos decretũ. Cõsules duobus exercitibus conscriptis, per Marsos & Pelignos in Sãniũ profecti, adiuncto Samnitium exercitu, ad Capuã quo iam latini & socij conuenerant, castra locant. Ibi vtriq; consuli eadem per quietem obuersata species, viri statura angustiore humana habituque maiore dicentis, ex vna acie imperatorem dijs manibus, ex altera exercitum deberi, vtrius exercitus imperator se super hostium cateruas deuouisset, ei? populi victoriam fore. Conferunt inter se consules nocturnum illud oraculum victimasq; vterq; cædit ad iram deum auerruncandam. Hic cum aruspicum responsa conceptæ animo religioni respõderent, inter se comparant, vtvtrius cornu prius inclinasset, sese pro patria deououeret. Cæterum nouo luntariæ mortis causa ignoraretur, essetq; proinde ducis interitus militibus terrori, Legatos & Centuriones occulte consilij huius faciunt participes, & quia cum Latinis res futura esset, gente, lingua, moribus, armorum genere, Romanæ perquam simili edictum est, ne quis extra ordinem in hostem dimicaret. Forte accidit vt inter cæteros turmarum præfectos, qui omnia circa explorare iussi erant, T. Mãlius consulis filius cum suis turmalibus ad tumulum castris hostium imminentem processerit. Is vbi ad iactum teli in hostium cõspectu steterit, essetq; ab hominibus diuersæ stationis agnitus (vulgo enim viri illustres inter se noti erant) Genutius Metius Tusculanus vir inter suos genere & militia clarus paululum a statione progressus ecquid caui labundus ait, eo ne consilio huc Manli veniisti, vt vna Romana turma aduersus Latinos & socios confligeres? Quid consules intereã? Quid consulares exercitus agent? Aderunt inquit Mãlius consules non multo post, aderitq; cum his Iuppiter ipse, vltor fœderis a vobis violati, & si ad Regillum lacum ad sapietatem vestram maiores nostri pugnauere, hic quoq; efficiemus ne acies vobis & collata nobiscum signa, multo plus sint cordi futura quam tum fuerint. Ad ea Genutius vis quãdo dies ista expectanda est, qua tanto conatu exercitus moueatis, vt mecum interim congressus experiamur quantum Latinus Romano, Romanusve Latino virtute præstet? vt ex vnius breuis pugnæ euentu decernatur, quale sit copiarum omnium futurum certamen? Ibi Manlius seu ira impulsus, seu quia pudebat certamen detrectare, consularis imperij oblitus, præceps in certamen ruit,

Cõsules.

Annij oratio.

Latinoꝝ postulata.

Annij Setini cas⁹.

Bellũ Latinis indicitur.

Oraculũ.

Manlij filius. contra imperium pugnat.



ruit, equitibus cæteris velut ad spectaculum summoris, aduersi ambo in se concitant equos, & quũ infestis cuspidibus concurrissent, Manlij cuspis super galeam hostis elapsa est, Metij trans ceruicẽ equi, inde subito equorum circunactu infestius cõgressi. Manlius inter aures Metiani equi spiculũ defixit, ibi saucius equus, quum anterioribus pedib⁹ arrectis, iactatione capitis sæuiret, Metium ad terrã excussit quem parma cuspide innixum, dum in pedes a graui casu conatur assurgere, Manlius a iugulo percussum, vt per costas ferrum emineret, terræ affixit. Legit inde iacentis spolia, multaq; suorũ lætitia in castra est ad patrem reuersus, ignarus interim imminentis fati, parumq; neglecti imperij memor. Postquam igitur est ad prætoriũ vẽtum, vt omnes inquit iuuenes scirent Manlij pater, me vere tuam esse progeniem, equestria hęc ad te spolia retuli, ex cæso hoste capta. Consul filium auersatus confestim concionem aduocari iubet, quæ vbi frequens ante prætorium stetit, Tum ille, quãdo inquit T. Manli neq; consulare imperium, neq; patriam maiestatem reueritus, aduersus nostrum edictum extra ordinem pugnasti, quantum in te fuit, soluisti disciplinam militarem, qua Romana res ad hunc diem steti: adduxisti me certe in eam nece ſſitatem, vt aut reipub. me obliuisci oporteat, aut (quod satius erit) ingenitæ charitatis in filiũ, triste exemplum, sed nostræ ciuitati in posterum salubre, erimus. Ego morte tua fanciendum consulare imperium, nec si quid in te nostri sanguinis est, recusabis, quin militaris disciplina, quæ per te soluta est, tua in integrum pœna restituatur. Tantum ille effatus lictor inquit deliga ad palum. Defixit omnium animos pauore sæuum imperiũ, non aliter quam si in se virgæ & secures expediren tur. Metu proinde magis quam modestia tota concio quieuit, tenuitq; mœstum illud silentium, quo ad sanguis recisa ceruice fusus est. Tum libera cõploratio coorta, lamentari vulgo infelicissimam iuuentis sortem, patremq; aurorem supplicij vt impium execrari. Corpus Manlij milites, rogo extra vallum instructo, quanta funeris celebritate fieri potuit, concremarunt. Manliana imperia, quia illa tam seuere in filium animaduertisset, non tantũ in præsens tempus, sed ad posteros horrenda, tristioriscq; exempli extitere. Fuit deinceps pugna, quæ cum hoste commissa est, ciuili bello similis, adeo omnia præter animos Romanis Latinisq; in acie conformia fuere, in prima acie hastati erant, quindecim manipulis inter se parum distantibus, & in his leuis armaturæ milites, qui hastas tantum habebant & gesa. Principes inde post hos locati robustioris ætatis. Hi scutati omnes, insignibusq; armis instructi. Erat id. XXX. manipulorũ agmẽ Antepilanos appellabant. Postremo loco quindecim ordines locati erant. Habebat ordo sexcẽtos milites & duos centuriones. V nusquisq; ordo in tris diuisus erat partes, quarum vnamquanque primumpilum vocabant. Hastati igitur omnium primi pugnam inibant, qui si hostem profligare nequissent medijs ordinum interuallis retro abeũtes inter principes se recipiebant. Erat tum principum certamen, quos hastati nuper pugna egressi se quebantur. Triarij sub vexillis considentes finistro crure porrecto stabant, scuta innixa humeris, hastas surrecta cuspide in terra fixas tenebant, vellut vallo quodam septa inhorreret acies, si apud principes parum prospere dimicatum esset, a prima acie ad Triarios retro abibant, inde prouerbium vulgo percrebuit, quum in re aliqua laboratur. Res ad Triarios redijt. Triarij consurgentes hastatis & principibus inter ordinum interualla receptis, denso agmine hosti occurrebant, terrori erat noua repẽte acies oculis oblata, ac cæteris multo horridior. Habuit vexillum, quando eo venimus, vt eius rei mentio nuper sit facta, CLXXX III. milites, Ordo vero sexcentos. vtpote, qui tria haberet vexilla. Legio ea tempestate qua hæc gesta sunt quina hominum milia, quum a principio quaterna habuisset. Postremo ex senis milibus & amplius facta est. Et Romana acies ita stetit aduersus hostem eo die instructa, neq; a Latinis qui tum hostes erant quicquam variatum, vt non vexilla cum vexillis solum, sed hastati cum hastatis concurrerent, principes cum principibus, centuriones cum centurionibus. Haud procul radicibus Vesuuij prælium commissum: Est is mons in Campania, mari incubans, virtute, memorabili incendio insignis. Manlius dexterum cornu, læuum Decius tenuit. Primo concursu pari ęstardore dimicatum, milites hostium impetu degrauati, se ad principes receperunt. Decius consul ad Mar. Valerium conuersus, Deorum (inquit) Valeri auxilio res Romana indiget. Age nunc Rom. Po. Pontifex præfare carmen, quo me pro legionibus deuoueam: pontifex illi prætextam togam primo induxit, inde velato capite manu subter togam ad mentum exerta, super hastas pedibus subiectas stantem se deuouere iubet Ianę pater, Mars, Quirine, Bellona, Lares, Diui, Nouẽsiles & indigetes, Diui quorũ est potestas nostrorum, hostiumq; Dij manes, vos precor, veneror, veniam peto, vti Populi Rom. Quiritium vim victoriam prospereis, hostesq; populi Roma. terrore, formidine ac morte afficiatis. Ego sicut verbis nuncupaui, ita pro republica Quiritium, legiones, auxiliaq; hostium mecum dijs manibus deuoueo. Hæc ita precatus lictores ire ad collegam iubet, ac nunciare se iam deuotum esse, quod credo ideo factum ne casu aliquo ille quoq; se deuouerer, atq; ita exercitus ducibus spoliatus maius aliquod discrimen adiret, ipse Gabino ritu cinctus armat⁹ in equum insiluit, seque in medios hostes immisit. O Latinis & Romanis longe augustior humano, & quasi cœlo demissus repente apparuit, ita omnis terror pauorque cum illo hostium in hostes delatus, Latinorum signa primo turbauit, mox tota acies perculsa, quacunque ille equi impetu ferebatur, haud secus quam pestifero aliquo sidere icti hostes pauirabant. Ad postremum eo cadente consternatæ Latinorum cohortes fugam ea parte fecerunt. Non possum hoc loco, qd' sæpe alias feci, non mirari illius seculi amentiam, ꝙ in re tam seria non cernerent viri illi digni alioqui, qui media ambulasſ probrasſent luce, hæc malorum dæmonum ludibria, tio. vt de Decio nil dicam, qui charitate patriæ adductus, aut laudis cupiditate se hostibus perimẽdum obtulit, vtrumque enim excusari potest: Quid alij? an tantum delirare oportuit, vt crederent eum, qui se dæmonibus solenni precatione addixisset, eundem potuisse alios secum deuouere, vt eo cadente, necesse fuerit & eos cadere, in quos nullum ius haberet? Qua occasione recepta ne legiones quidem armare opus fuerit, neq; ferro

Manlius victor in castra reuertitur.

Manlius in filium capitaliter æstuat.

Imperia Mãliana

Ordines aciei.

Principes Triarij.

Antepilani.

Vexillũ.

Legio.

Ordo.

Vesuuij mons.

Decius se deuouet.

Votiua verba.

Turbat hostium acies.

Vanæsum perstitio nis exitus.

decertare, si quantumuis magno prælio Romani, vel vno milite amisso, defungi potuissent. Sed hic aliquis. Satis constat Decij decursu turbatos esse hostium ordines. Turbati sunt fateor, sed non ita fugati, vt signa desererent, quod Liuius demonstrat. Nec in Decio præter ferrum quicquam timere potuerunt, quippe quem deuotum nesciebant, quanquam si id quoq; sciri potuisset, religionis opinio, non vis dæmonum aliqua obfuisset. Neq; enim licet cuiquam deuouere, quod non proprij sit iuris, quando ista ratione facile ab vno quouis hominum potuerit humanũ genus exterminari. In quo illud adhuc magis destabile fuit, cp consuli ex diræ superstitionis instituto, vt Liuius scribit, liceret non se tantum, sed quemuis ex suo exercitu, cum legionibus hostium deuouere. Qui si casu ali quo seruatus esset, tum signum septem pedes altũ, aut maius in terram defodi oportuisse, piaculareq; ibi hostiam mactari, vbi signum esset defossum, Romanum magistratum eo descendere nefas fuisse. Qui sese deouisset vt Decius, ni mori contigisset, neq; publicum sacrum pure faceret amplius. Cæterum terrorem & fugam illam Romana virtꝰ, vt sæpe alias, fecit, quæ iam antea hostibus haud ignota, non potuit non esse formidolosa: Illud potius crediderim, maiusm aliquem genium, Consules nocturna specie deceptos, ad id facinus impulisse, vt maior cædes ex ea deuotionis forma oriretur, & vt non solum Decius sed Decij etiam filius sic perirent, dignus vterq; quorum famam omnis celebret posteritas, cp pro patria vitam abiecissent. Mãlius audito collegæ interitu, lachrymis temperare non potuit. Verum quia diuersa parte pugna instaurata nunciabatur, paululum addubitauit, an Triarijs ad consurgendum signum daret, ratus tamen conducibilius id subsidium ad extremum certamen seruare, accensos a nouissima acie ante signa procedere imperauit. Id Latini cõspicati, Triarios non accensos eos esse rati, statim & ipsi Triarios in primã aciem producunt, qui quum aliquãdiu inani pugna seipsos fatigassent, perfregissentq; hastas, aut ferrum heberassent, pulsis ad extremam aciem Romanis, quũ se prælio defunctos Latini arbitrabantur, Romani exercitus Triarij, signo a consule accepto, recentes in fatigatum hostem impetum faciunt, armorum fulgor & acies eximprouiso coorta hostem percellit, perturbantq; hostiũ principia, ora hastis ferientes, cæsoq; primo virorum robore per alios manipulos velut inermes vadunt intacti, tantaq; strage disiecti sunt hostium cunei, vt vix quarta pars hostilis exercitus superfuerit. Iuuere non nihil Samnites Romanam aciẽ, qui sub radicibus montis ad terrorem hostium steterant instructi. Latini ex fuga se Minturnas recepere, prima victoriæ laus penes ipsos duces, fuit, quorum Decius se deouerat, Mãlius ita strenue fuerat in acie versatus, vt Latini & Romani aperta prædicatione post pugnam testati sint, vtrius partis T. Manlius dux fuisset, eam haud dubie vincere oportuisse. Decij corpus postridie coopertum telis inter hostium cumulos repertum, collega, quã ornatissimo potuit apparatu, funerauit. Exibat Latinio Milonius prætor cum magnis Latinorum copijs vt suis auxilio iret, quum nuncius acceptæ cladis est eo perlatus, tum ille dixisse, fertur, pro parua via magna est merces Romanis soluenda. Quidam autores fuere, Samnites & ipsos, post commissum prælium, Romanis affuisse paucis inde diebꝰ, Numisij imperatoris sui ductu vno delectu habito, nihilo minore exercitu Latini ad Trifanum inter Sinuessam & Minturnas Romano consuli occurrunt, ibi prius quam locus castris caperetur, farcinis in medium coniectis, recens prælium est commissum, quo adeo res hostium sunt acciſæ, vt Latini nominis ciuitates vltro sese dediderint. Eam deditionem Campani secuti sunt. Vtriq; agro mulctati. Latinus ager & Phalernus, qui Campani populi fuerat, vsq; ad Vulturnum flumen Romanæ est plebi diuisus. In Latio bina iugera, tria in Phalerno, quia longius distaret, singulis data. Latinorum Laurentes & equites Campani, quia a Romanis non desciuissent, extra noxam fuere, renoua tumq; cum Laurentinis antiquum fœdus, atque ita institutum, vt quotannis renouaretur. Campanis equitibus ciuitas data. Manlio Romam veniẽti seniores tantum obuiam processere: iuuentus ipsa, quia filium occidisset, & tunc quidem, & in omni vita tantum virum est postea auersata. Cum Antiatibus qui in Hostiensem agrum excursiones fecerant, bellatum est non nihil post Torquati reditum. L. Papyrij Crassi dictatoris ductu, sed nihil interea gestum quod memoria fuerit dignum. Consules secuti, T. Aemylius Mamercus & P. Philo. Hi Latinos dolore amissi agri ad rebellandum impulsos, prius acie victos castris exuerunt, sed dũ Philo, cuius ductu & auspicijs fuerat pugnatum, cæteros Latinos recepit in fidem, Aemylius Pedũ oppugnat. Tuebantur Pedanos Prænestini, Tyburtes & Veliterni, aderant illis ex Lauinio quoq; & Antio auxilia, his prælio victis dum ad Pedum & alias socias hostium vrbes circunagit exercitum audito collegæ triũpho, ipse quoq; Romam cupiditate laudis, infecta prouincia, decessit. Negantibus triumphum patribus nisi Pedum vi captum, aut deditum esset, adeo Aæmylius est a patribus alienatus, vt in reliquum tempus anni, nõ minus fuerit nobilitati infestus, quam Philo, qui plebeꝰ erat. Nec contentus illa insectatione, quum ob Latij motum dictator dicendus esset, Aemylius, cuius tum fasces erant, Philonẽ collegam suum dictatorem dixit, pactus credo cum eo prius, vt populares leges, quæ postea latæ sunt, dictator ferret. Legum quæ latæ sunt vno capite sancitum, vt plebiscita omnes ciuitatis ordines tenerent. Altero vt legum quæ centuriatis comitijs ferrentur prius patres autores fierent quam populus in suffragia mitteret. Postremo vt censorum alter ex plebe crearetur. Persuasum fuit patribus maiorem domi cladem eo anno, ob inuisas leges, acceptam, quam foris bellica esset opera quæsitum. Erantq; iam consules L. Furius Camillus & C. Neuius. Latini qui ita adempti sibi agri omnia prius ferre poterant, quam ocium & quietem, in nouandarum rerum erant occasionem erecti. Oppugnabantq; iam consules Pedum, quod in Aemylij contemptum patres, non solum captum, sed etiam euersum volebant. Tyburtes & Prænestini suppetias Pedanis tulere, diuersa parte Aricini Lanuuini Veliterni & Antiates ad Asturam fluuium castra fecerãt, quos Næuius eximprouiso adortus fudit. Camillus interea, facta ex Pedo subita eruptione atq; exercitus parte in fugã iclinata laboriose aliquãdiu hostẽ sustinuit, inde instaurato prælio non solũ aduersam aciem perculit, sed oppidum etiam admotis scalis vi cepit. Nec pm eã victoriã prius queuere cõsules, cp vniuersũ Latiũ ptim vi, ptim voluntaria deditione, subegerint. Profidus inde oppidatim relictis ambo Romã reuersi, magno oim ɔsensu, de Latinis triumpharunt. Additus triumpho perrarus ea tempestate honos, vt statuæ equestres sint illis in foro positæ. Inde Camillo de Latij statu referente, ne Latini nouis assidue defectionibus populum Romanũ solicitum haberent, aut penitus tollendos censere aut quod satius videretur, in ciuitatem asciscendos quando id demum firmissimum esset imperium, quo subiecti gauderent populi. Decreuerunt patres, vt pro meritis cuiusq; ciuitatis, illis suum beneficium impertiretur. Lanuuinis itaq; ciuitas data est, suaq; illis sacra reddita, vt ædes lucusq; Sospitæ Iunonis Lanuuio municipio & Romanis communis haberetur. Aricini, Nomentani, Pedani eodem iure quo Lanuuini in ciuitatem asciti. Tusculanis seruata ciuitas, quam antea adepti fuerant. Veliterni, quoniam sæpius rebellassent, grauius mulctati, eorum muri diiecti. Senatus Romam abductus, iussusq; trans Tyberim habitare. Quibus clarigatio esset ad mille passus cis Tyberim. Qui deprehensus fuisset, tam diu in vinculis haberetur, donec mulctam persoluisset. In senatorum agrum noui sunt coloni ex vrbe missi: Antiatibus ciuitas data est, naues ademptæ, maricq; interdictum. Tyburtibus & Prænestinis ager ex parte ademptus, nec tantum ob recens crimen, sed quia populi Romani odio cum Gallis gente efferatissima, socia iunxissent arma. Cæteris Latinis connubia, commercia, & concilia inter se ademptа. Campanis equitibus Fundanis & Formianis ciuitas sine suffragio data, Cumanos & Suessulanos eiusdem iuris cuius Capuam esse placuit. Antiatium naues quædam sunt in nauale subductæ, aliæ incensæ, quarum rostris suggestum est in foro excultum. id templum rostra ob eam rem dixerunt. Latij rebus in hunc modum constitutis, iam pacate Romani agebant, quum C. Sulpitio Longo & P. Elio consulibus bellum inter Sedicinos & Auruncos est ortum. Aurunci quia a T. Manlio fuerant in deditionem accepti, auxilium ab Roma petiuere. Iussi consules Auruncis opem ferre, qui prius quam eo venissent cum exercitu, nunciatum est Auruncos, relicta patria populariter profectos, Suessam muniuisse: quæ res fuit in causa, vt iam inde sit Suessa Aurunca dicta. Veterem Auruncam quam illi reliquere, Sidicini funditus deleuerant. Senatus consulibꝰ iratus, cp Auruncis sero opem tulissent, Dictatorẽ dici iussit. Claudius Regilienſis ab his dictus, religione ab auguribus iniecta, cp vitio creatus esset, se magistratu abdicauit. Eo anno Minutia vestalis vi ua sub terram ad portam Collinam dextra via est defossa. Scelerato campo nomen loco factum. Fuit idem annus apud Romanos insignis, cp P. Philonem primum e plebe prætorem habuit, Consulibus inde L. Papyrio Crasso, & Cæsone Duellio cũ Ausonum gente bellum fuit. Cales oppidum Ausones tenebant, iunxeruntq; cum Sidicinis arma, vterq; populus vno læui prælio est a Romanis fusus. Cæterum, quando Sidicini adeo infesto erant in Romanos animo, placuit id bellum non intermitti. Interim M. Valerius Coruinus & M. Attilij Regulus consules fiunt, dataq; Sidicinorum prouincia extra sortem Coruino, qui victore exercitu a veteribus consulibus accepto Cales duxit, ibi hostes prælio congredi ausos egregiæ vicit, inde Cales oppugnat. Tantus erat militum ardor, vt scalis muro admotis per æqua & iniqua conarentur in arduum euadere, sed consuli res difficilior visa, quam vt temere milites in apertum vitæ discrimẽ adirent, tantisper abstinendum censuit, donec vineæ & turres muro admouerentur. Interea M. Fabius Romani sanguinis, qui ab Ausonibus captus in vrbe custodiebatur, ruptis vinculis ex muro hostium se reiecit dimissus. Is ad consulis præsentiam cõstitutus, autor illi fuit, vt Calenos vino & epulis sesto die sopitos, repente adoriretur. quo facto haud maiore est certamine oppidum captum, quam Caleni acie fuissent nuper victi. Calibus captis ac diripti consul Romam rediit, Calenumq; triumphũ egit. Inde ambo consules in Sidicinos duxere, qui priusquam Roma proficiscerentur, Dictatorem dixere ad comitia consularia habenda L. Aemylium Mamercum. Creati proximis comitijs consules T. Veturius & Sp. Posthumius. Gerebant interea bellum Coruinus & collega aduersus Sidicinos, sed dum illi foris agunt Romę triumuiri creati sunt ad Coloniam Cales deducendam, nec ita multo post noui consules Sidicino bello adhuc residuo a veteribus exercitum acceperunt, qui Sidicinos fines ingressi, quum late omnia popularentur, rumor percrebuit Samnites a Sidicinis ad arma conciri, quæ res effecit, vt consules autoritate patrum P. Cornelium Rufinum dictatorem dixerint. Qui vitio creatus se magistratu abdicauit. Creati sequenti anno consules L. Cornelius iterum & Gn. Domitius. Hi Gallici belli fama ciuitate perculsa, dictatorem dixere M. Papyrium Crassum. Et iam dictator cœperat summa cura delectum habere, quum explorato res ad id missi, omnia ex Gallia pacata retulerunt. Samnium interea suspectum Romanis erat, eaq; suspitio in causa fuit, vt Romanus exercitus non sit hoc anno ex Samnio abductus: Samnites Alexandri Epyrensis bellum in Lucaniam traxit, ibi duo populi aduersus regem excursionem a Pesto faciẽtem acie conflixerunt. Fuitq; ea pugna Alexander superior, victorcq; pacem cum Romanis fecit. Sic Liuius. Ego, quia nihil hostile in Romanos rex egerit, fœdus id fuisse potius crediderim. Tribus Mœtia & Scapria hoc anno veteribus additæ, & Acerranis ciuitas sine suffragio data. Infamis inde annus secutus M. Claudio Marcello & T. Valerio Flacco siue Potito, vt alij scripserunt, consulibus, quum multi ex primoribus patrum simili morbo & euentu mortui essent, ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum ædilem Curulem venit causamq; eius cladis prodituram se professa est, si fides sibi daretur, id indicium apud dominos haud futurum sibi noxæ. Fabius re ad consules delata, a consulibus ad senatum, fide, consensu ordinis, indici data, patefactum est muliebri fraude eam cladem accidere, multas esse quæ in virorum perniciem coquerent venena, ac si secum eant, fore, vt multæ venefitio occupatæ deprehenderentur. Missi qui ancillam sequerentur. Hi quasdam medicamenta coquentes, apud alias recondita inueniunt: Quibus in forum delatis, vigintiquæ numero matronis, apud quas id pharmaci genus fuerat deprehensum, publice accersitis, & in his Cornelia & Seruilia patriciæ gentis, quæ quum salubria esse contenderent, ab confutante indice bibere iussæ, spatio ad colloquendum sumpto, inter se locutæ, id haurire statuunt: medicamento in conspectu populi epoto ad vnam interiere. Inde ad. CLXX. eiusdem sceleris conuictæ, capitali sunt supplicio affectæ. Atrocitas rei, quia ad eam diem in nullam fuerat venefici anquisitum, prodigij est loco habita, velut alienatis furore mentibus id flagitium perpetrari contigisset. Dictator creatus figendi clauſi

Quid si deuotus seruetur.

Mãlij pietas in cõlegam.

Latinorũ strages.

Cãpani & Latini agro mulctatur.

Cõsules.

Leges populares.

Cõsules.

Minutia vestalis viua deoditur.

Prætor plebeius

Iuno Sospita.

Latij status cõstituitur.

Rostra.

Cõsules.

Aurũca Suessa.

Fabius vinculis liberatur

Tribus nouæ.

Cales capiuntur.

Dictator

Alexan. Epirẽsis.

Veneficę puniunt

Romanę veneficę.

Clauī fixio. di clauī gratia, q̄ eo olim piaculo mens plebis discordia alienata compos sui demū facta, & ad concordiam reuocata esset. Clauū Gn. Quintilius Mineruæ postibus affixit. Cōsules postea fuere, L. Cōsules. Papyrius Crassus iterū & L. Plautius Venox. Sub initiū huius anni a Volscis Sidicinis & Lucanis legati Romam venerūt, Romani populi fidē implorantes, dederentesq̄ se & sua, vt ab Samnitiū injuria defenderentur. Secundū eam deditionē iussi sunt Samnites per legatos ab deditorū finibus abstinere. Obtemperatum est a Samnitibus, nō quia pacē vellent, sed quod ad bellum res eorū nondum erāt instructæ. Priuernates interea Fundanis in socios ascitis, Romana in se arma vertunt. Qui Vitruuij Fundani ductu Setinum agrum, Norbanū, & Coranū effusa populatione vastarunt. Hos Papyrius consul vix explicata acie fusos castris exuit, exutos Priuernum compulit. Plautius alter consul Priuernatem agrum late populatus, in Fundanū transijt: Fundani Romano fines trāscendenti supplices occurrunt, orantq̄ ne a sua ciuitate exigerent pœnas eorum, quæ Vitruujus homo facinorosus cū paucis suæ factionis, priuato, non publico consilio, in socios populi Romani fecisset. Eam culpam procul a Fundana ciuitate abesse. Priuerni esse Po. Ro. Fūdanorū depreca tiō. hostes, ibi inuestigandos, armisq̄ persequendos, non Fundis, ibi Vitruuium & alios Vitruuij similes, belli sedē habere. Scelestissimos homines quoquo modo oppressos, suæ demum perfidiæ pœnas expendere oportere, vt sibi non patriæ deliquisse viderentur. Fundanis pacē esse, beneficiūq̄ Ro. po. q̄ ciuitate donati essent, grata memoria tenere. Romanorū esse vrbem, agrum, ipsorum corpora, conjugum, liberorūq̄ suorum, ipsi viderent an insontem ciuitatē, paucorum ciuium scelere, maiore aliqua velint clade affectam, vnum scire se, nullam sibi injuriam tam acerbā inferri posse, quæ publicū sit studium ciuitatis a Romanis alienatura. Laudati sunt a consule Fundani, iussiq̄ bene sperare, ipse Romā scripsit, Fundis omnia se pacata inuenisse, Priuernum inde belli impetum auertit. Quidam autores sunt, priusquam consul pacem Fundis redidisset, in capita cōiurationis esse animaduersum, trecentosq̄ & quinquaginta ex coniuratis Romā missos, eamq̄ deditionē patres non recepisse, quia plebeio sanguine Fundanus populus præsenti vel letsupplicio defungi. Obsidebant Priuernum duo consulares exercitus, quum consulū alter inde Romam ad habēda comitia est vocatus: crebrescebat Cōsules. in dies Gallici belli fama, quo contigit, vt noui cōsules L. Aemylius Mamercus & Gn. Plautius iussi sint confestim inire magistratum, partiriq̄ inter se prouincias. Mamercus, cui Gallicum bellum forte obtigit, decreto patrum nouum conscripsit exercitum. Opifices & fellularij, genus hominū parum alioqui militiæ assuetum, inautorati, adeo nō sem per eius gentis motus non Romanis formidolosi fuere. Processit consul Veios vsq̄, inde intentius explorans qua parte esset hosti occursurus. Cæterū quum quieta omnia ex Gallia nunciarentur, oīs vis belli Priuernum conuersa est, oppidum paucis diebus captum, murisq̄ nudatum. Vitruuius ibi captus Romæ capitali est supplicio affect⁹. Eius ædes quæ in Palatio fuere diruendas censuit senatus, bonaq̄ obscuro genio cuidam qui Semoni Iani nomine aduersus Quirini ædem colebatur, consecrauit. Hoc anno, siue, vt plures aiunt, eo qui proxime præcessit, equorum carceres in circo sunt constituti. Plautius de Priuernatibus triumphū egit. Mox vero quum Priuernatium causa in curia cognosceretur, legatorum vnus a quodam infestissimo senatore rogatus, ecquidnā Priuernates meriti essent? respondisse fertur, quod & illi qui se dignos libertate censerent. Tum a consule rogatus, quid si vobis pœnam remittimus, qualis a vobis pax expectanda est? Perpetua inquit & fidelis, si bonam deditionis: si malam, haud diuturna. Apparuit vt libere ita vere id dictum, quando pax nusquam fida, nisi vbi fuerit voluntaria: vbi sit seruitus, fidem sperari non oportere. Atq̄ ita ex autoritate consulis, latum est ad populum, vt ciuitas priuernatibus daretur. P. deinde Plautio Proculo & P. Cornelio Scapula consulibus nihil memorabile est domi foris ve gestum, nisi q̄ viscerationi populo data est a M. Viscera Flauio in funere matris. Sunt qui conuiuium fuisse tio qd sit interpretentur. Ego scio hodie in quibusdam locis Romæ circuniectis, veteri instituto corbes fuillæ carnis aut bubulæ, in æquales partes concisæ, ostia tim circunferri, inibiq̄ dispensatores singulis domibus frustum carnis vnum, indefuncti alicuius memoriam inferre. Adijciunt interdum filigineū panem & vini sextarium. Palæpolitani Samnitiū societate fraeti hostiliter interim Campanū Falernumq̄ agrum inuasere. Fuit Palæpolis haud procul Neapoli, eadē gens vtranq̄ vrbē habebat Cumæis oriunda, Cumani ipsi a Chalcidensibus fuerunt & Cumæis ex Euboea insula profectis. Res patrio more a Palæpolitanis repetitæ, non modo nō redditę sunt, sed legati etiam qui ad id missi fuerāt, minacissimū a Græcis tulere responsum. Erant tūc consules, L. Cornelius Lentulus & P. Philo: Pale Cōsules. polis, puincia Philoni euenit. Cornelius cū cætero exercitu missus est, qui Samnites obseruaret, quorū societas iam dudum parum fida haberi cœperat, & iam rumor erat magistratuum iussu in Samnio accuratissimū delectū haberi, Fundanosq̄ & Priuernates ad defectionē solicitari. Mittunt proinde in Samniū, qui motus ipsius gentis ex proximo cognoscerēt, haud quidē Samnites laturi videbant, q̄ Romani Fregellas oppidū Sānitici agri occupassent. & quū Romanus legatus cognitionem de ea re nihil grauate Populū Romanū ad socios delaturū diceret, ad ea Samnitium duces, quin inquiunt in Cā Sānitiū pano agro potius armis non verbis, rem ipsam de respōsū. cernamus. Proinde inter Capuam & Suessulam vtrinq̄ velut ex condito cōferamus castra ferro decreturi, vtrum Romani an Samnites Italiam imperio regant. Romani ad ea tm̄ responderunt, ituros se quo sui imperatores nō quo hostes ducerent, ac cū his digressi apertū cū Samnitibus bellū domū renūciant. Philo interea castris inter Neapolim & Palæpolim locum ceperat, ademptoq̄ hostibus cōmercio, vtranq̄ vrbem ancipiti bello premebat: Cornelius in castris dictatorem dicere iussus, M. Dictator. Claudiū Marcellum dixit, qui magistratu se abdicare est iussus, quia dicere⁊ vitio creatus. Criminari rem Tribuni plebis, fraudeq̄ eam calumniam religionis iniectam a patribus prædicare, quia Dictator plebeius esset. Haud quidem videre se, quid vitij inesse potuisset, q̄ consul noctis silentio de more Dictatorē dixisset, nec extare qui eū sedentē viderit, aut dicentē audire potuerit, qui auspicia dirimeret, nec si quid vitij in castris consuli euenerit augures id scrire potuisse, quum ille nec publice, nec priuatim scripsisset aliquid. Obtinuerunt tamen patres, vt res ad interregnum rediret, ac tum demum quartodecimo intetregno creati sunt consules L. Cōsules. Aemylius & C. Petilius. Hoc anno Alexander Epiri rex est in Lucania iuterfectus. Accitus ille in Italiam a Tarentinis Dodonei oraculi sortibus iussus



Alexan. Epirotæ gesta. iussus erat Acherusiam cauere, Pandosiāq̄ vrbem. Ibi fatis eius terminum dari. Hæc illi causa fuit in Italiam maturius transmittendi, vt procul esset a Pandosia Epiri vrbe, & Acherōte eiusdem fluuio, quem ex Molossīde fluentem in inferna stagna accipit Thesprotius sinus. Cæterum fatali necessitati humana prouidentia non repugnat, ruituraq̄ sæpi⁹ fugiendo in ipsa facta. Vicerat sæpe acie Alexnder Brutios & Lucanos, ceperatq̄ vi Heracleam & Cō sentiam ex Lucanis & Brutijs, Sipontum & Eriniā aliasq̄ Messapiorum & Lucanorum vrbes. CCC. interim illustribus familijs in Epirum pro obsidibus missis. Interea tris haud procul Pandosia vrbe tumulos ad Lucanos & Brutios fines infestandos cōmuniuerat, atq̄ inde quaq̄ versum hostes infestabat. Assidui etiam imbres adeo interiacentib⁹ campis inundauerant, vt exercitu trifariam intercluso, nulli alijs ferre auxiliū possent. Eam occasiōnē amplexi hostes. Alexandro opem suis ferre nequeunt, duo præsidia expugnant, inde ducē ipsum magna copiarum parte exutum obsidione cingūt. Erant ex Lucanis exulibus circa Alexandrum circiter ducenti, hi pacto occulte cum suis reditu, regem se aut viuum aut mortuum, in eorum potestatem daturos pollicentur. Interim rex ipse magnum faci nus ausus per medios hostes cū delecta manu erūpit, ducemq̄ Lucanorum cōminus congressum obtruncat, contrahensq̄ suos in vnum, denso globo ad amnem peruenit, cuius pontem vis aquarū nō multo antea discusserat. Hic quum incerto vado transitum meditaretur, miles labore fessus nomen fluminis regi abominandū forte protulit, iure inclamans Acheron nominaris, q̄ vox auribus excepta, ingentē regi dolationē iniecit, an fluuiū trāsiret. Eū ita cunctantē Sotinius minister admonet, Acherōi Italia & Epiro. Lucanos q̄ rere locū insidijs, quos vbi ille respiciēs in se ruere animaduertit, exerto gladio in fluuium Alexan. Epirotæ interitus desiluit: iā equus eū in aduersa pene ripa statuerat, quū Lucanorū vnus veruto transfixit. Eum labentem aquarū impetus hærente hasta in hostiū præsidia examinē traxit. Ibi fœda corporis laceratio facta, medioq̄ præciso parte Consentiā misere, alterā ad ludibriū seruatā, quū saxis & iaculis diutius incessissent, postremo mulierculæ condonarūt, q̄ vt virū & liberos qui captiui apud hostes erant reciperet, cremati corporis ossa Metapontū ad hostes trāsmisit, vnde ad vxorē Cleopatrā sunt & Olympiadē sororē missa. Erat hæc magni Alexandri mater, qui eodē anno, quo auunculus in Italia periit, ipse vt Liuius scribit in Aegypto Alexandriā condidit. Curtius post dariū bis victū id accidisse ait. Est igitur proprius hic locus, vt q̄ ille magno in terra Græcia successu, etsi illa sunt prius gesta, inde multo maiore in Asia & toto oriente gessit, ordine referent. Sed gerēdarū rerū magnitudo quāta olim Alexan. magni lā doles. futura esset, in eo adhuc puero argumēta extiterūt, quippe qui clarissimis Philippi patris rebus inter æquales haud obscure doleret, fassus nihil sibi & illis gerendū q̄d ad laudē pineret a patre relictū iri, quū interim nullā voluptatū illecebrā sed tantum pugnas arderet, gloriā cōcupiscere. Rogat⁹ aliquādo ab æqualium vno, an in Olympico agone libens decertaret, libenter quidem respondit, si mecum ibi reges certaturi essent. Quum forte Philippo absente Persarum legati in Macedoniam venissent, accepit eos Alexander viriliter hospitio, nec alium interim cum his sermonem habuisse fertur, quam de Persici regni statu, de itinerum longitudine, & situ locorū, quæ res in causa fuit, vt quū neq̄ humile quicquā, neq̄ puerile sciscitaret, altissimū ingeniū Persæ in puero demirati, Philippi grauitatē & prudentiā, priusquā cū eo congressi essent sint reueriti. Emerat Philonic⁹ Thessalus equū Philippo ferocissimū. XIII. talentis, quē sua ferocia intra Equus ctabilē, primus oīm Alexander ascendit, sponsio- Alexan. ne prius cū patre facta, fore, vt quē alij tractare non auderēt, ipse breui mansuetiorē redderet. Obseruauerat equū sua vmbra exterreri. Statuit itaq; adolescens eum ad solē conuersum, inde iubā leniter demulcens cū quadrupes proflatu & capitis quassatione adhuc fœuiret, reiecta paulatim chlamyde, illum repente conscendit. Sed quū multa peruicatia conscensus tractari nō posset, cupieretq̄ præceps abire, effusis in collū habenis adactisq̄ calcaribus ingenti clamore concitat in cursum. Ibi quā longa planities vltro citroq̄ ad satietatē exagitatū, Philip Philippi po & alijs stupentibus, mitiorē reddidit. Tum pa- verba de ter eū amplexus, I fili inquit, & aliud tibi regnū Alexan. quæras, nam te Macedonia nō capit. Cæterū quum Aristote bellicoso esset ingenio, haud tamen scientiā & libe les. rales artes est aspernatus, nota est vox eius ad Aristotelē, cupere se magis singulari disciplina q̄ pātare pūblicō, q̄ in Aristotele, quo vsus est p̄ceptore, adeo mirabat, vt eū non minus se amare q̄ patrē sæpius pūdicaret. Homeri Illiadē rei militaris viaticū vocabat. Per hęc & alia ingenitę virtutis argumēta adultus, Philippo eo modo quo diximus extincto, vi- Alex. rex ginti iam annos natus regnum adeptus, quia varij animorum motus ab initio regni extiterant, quibusdam de recuperanda libertate occulta consilia agitantibus, aliis militiā finire cupientibus, nonnulli etiā facem regalibus nuptijs accensam, in regnum rogis cōuersam ferebant ægerrime, grauiad exercitū concione vsus, primum omnium militē in spem maximam erexit, inde rerum omnium immunitate præterquā militiæ Macedonibus data, prudentiæ sibi opinionē & benignitatis ingentē conciliauit, vt vulgo prædicarent corpus hominis in rege mutatum non virtutem. Inde paternam cædem vltus: incertū, pietatem secutus, an ne parricidij, quod rumor erat, videretur conscius, quicunq̄ cædis illius fuerunt participes victimarū more ad eius sepulchrum iugulari fecit. Lincistarum fratri vni duntaxat pepercit, ob adepti nuper regni auspicium, ab eo enim primo fuerat Rex saluratus. Ex Macedonia non multo post in Peloponnesum profectus, Corinthi exemplo patris Dux Græciæ Dux Grę declaratur, mox vt Asiaticum bellum a patre in- cię Alex. choatum facilius exequeret, in Triballos mouit: Triballi. ne post se gentē vllam Macedonum rebus infestā Demo- relinqueret. Sedes habuit ea gens ad Istrum, cuius sthenis regem Syrmium, quum prelio vicisset, premeretq̄ menda- eam terram armis, repente ex Græcia affertur The- cium. banos, Athenienses, & Lacedæmonios ad Persas defecisse, Demosthenem clarum Athenis oratorē & qui Philippi patris rebus semper fuerat infestus auro a Persis corruptum autorē fuisse tam subitæ defectionis. Qui præter eloquentiam qua plurimū polleret, mendacio vsus diceretur, q̄ in concione quendam produxisset, qui affirmaret interfuisse se prælio quo Alexāder in Triballis perijsset, se quo q̄ vulneratum diceret, esse Macedonum copias ibi occidione occisas. Plutarchus nunc puerum, nunc adolescentem, inter agendum a Demosthene in cō temptum appellatum scribit. Alexander ad primū defectionis nuncium citato agmine in Græciā contendit, medio transcursu Thessalos hortatus, vt in fide permanerent, maternæ necessitudinis cū ipsa gente ob Aeacidarū genus admonitos. Athenienses audito regis accessu per legatos veniam precantur,

tur,quibus grauiter increptis remisit bellum. Alexander inde Thebas adortus, venia cum libertate proposita, Phœnicem & Prothitem inquietioris status autores sibi ad supplicium dari poscebat. Thebani contra conditionem aspernati Philotam & Antipatrum Alexandro charissimos iubebant sibi ad supplicium dari, vnaq; Græciæ ciuitates ad libertatem hortabantur. Alexander ira accensus suos ad pugnam instruit,nec Thebani etsi numero pauciores congressu absti nuerunt. Atrocius ab his quam pro numero dimicatum,magnumq; hostibus negocium iniecerant,sed a Lacedæmoniis q arcem præsidio adhuc tenebant,a tergo circunuenti,sunt in medio cæsi, vrbs inde capta est,Phocenses,Orchomenij,& Plateenses Alexandri partes secuti,Thebanorũ superbiam,& vetera ciuitatis scelera in scænis celebrata,in medium afferentes,faciles consecuti sunt,vt Alexander de eius vrbis excidio deliberans,militi diruendam dederit,præter sacerdotes,& Pyndari poetæ stirpem,& paucos. Macedonum hospites,dissuasoresq; defectionis, ceteram multitudinem sub corona vendidit. Ad triginta milia numero venisse dicuntur. Diripuerũt. Thraces Timocliæ matronæ clarissimæ domum, ipsiq; per vim stuprum intulerant. Tum Thrachũ Dux eam seorsum accersitam rogat,vbi domostii cum aurum occuluisset, demonstraturam se locũ illa,si secum eat in hortos, vbi multum auri deiectum esset,pollicetur. Barbarus auri cupidus eo se confestim duci imperat,quo, vbi ventum est, illeque puteo incubans (is enim locus ab illa fuerat demonstratus) quum intentius imas partes oculorum acie scrutaretur,a tergo impulsus in caput pessum corruit. Timoclia multis superne lapidibus coniectis,priusquam subueniri potuisset,stupri iniuriam vlta est. Thraces,dolore amissi ducis, Timocliam atrociter vexatam,velut ad certũ supplicium ad regis conspectum statuũt. Hic ille mulieris aspectu permotus,quærit quænam sit fœmina? Tum illa sororem se fuisse ait Theagenis, qui in Cheronia imperator,structa aduersus Philippũ acie pro Græciæ libertate occubuisset, inuictum mulieris animum,clarumq; facinus miratus Alexander,eam cum filijs in libertatem restituit. Athenienses etsi cum Alexandro nuper fœdus sanciuerant,Thebanorum excidium adeo iniquo animo tulerunt,vt mysteria quæ rite per eos dies erant celebranda sint prætermissa,ac si qui Thebanorum confugerant,contra regis edictum,comiter & humane accepti sunt. Sed tantum abfuit vt eo nomine Alexandrum infestiorem habuerint,vt eius permissu iam inde Athenienses res Græciæ publice curare cœperint,estq; regiæ huius clementiæ Plutarchus autor. Trogus ita Alexandrum ea contumacia offensum scribit,vt Athenienſibus iterum bellum indixerit,quod illi suppliciter deprecati,ea conditione veniam impetrauerint, vt defectionis duces & oratores dederentur,atq; in eo a rege temperatum,vt Ducibus in exilium actis, oratores in ciuitate sint retenti. Exules ad Darium profecti,nõ paruum momentum rebus Persicis attulerũt. Græciæ rebus in hunc modum compositis,Alexander solenni Græcorum conuentu aduersus Persas est imperator declaratus. Hic miratus ille q; inter plurimos philosophos,qui officij causa sibi præsto affuissent,Sinopensis Diogenes nõ adesset,pro magno habuit negocio eum conuenire. Diuersabat ille iã grandis natu in Cranio Corinthi, quo quũ Alexãder venisset,eũ inuenit ad solẽ apricãtẽ. Diogenes tã celebrẽ comitatũ ad se venire intuitus,paululũ resedit,mox rege familiariter salutato,quũ ab eo rogaret,an cuiusq; esset rei indigus, paululũ inquit te vestigio faceſſe,ne solẽ mihi adimas,ridẽtibus qui cũ Alexandro erant,stultã Diogenis securitatẽ,q; regiã maiestatẽ nihil veritus loco sibi cedere iussisset,conuersus ille ad suos, Ego profecto inquit nisi Alexander sim,libenter esse vellẽ Diogenes. Cõsultus Delphicũ oraculũ,quũ a Pythia sub primũ accessum inuictus appellatus esset, eo frætus omine,nihil vlterius scisciratus,ad exercitũ rediit. Multa dicunt illi in Persas proficiscenti prodigia oblata,in quibus illud maxime fuit memorabile,q; Orphei statua q ex cupresso Libethris fuit, sub ipsius accessum multo manauit sudore,quo p digio cæteris exterritis, Alexander bene sibi sperãdũ dixit,fore interpretatus,vt ea expeditio multũ laboris esset poetis,& cæteris rerũ scriptoribus allatura. Quantas ille secũ copias ad id bellũ traxerit, variæ,vt video,tradit: qui minimũ dicunt triginta peditũ milia & quinq; equitũ in Asiã traducta memorãt,qui plurimũ,quadraginta peditũ milia, equitũ quadraginta. cæterũ quantuscunq; ille fuit armorũ apparatus,nã ob tantã belli molẽ nõ potuit nõ mirificus esse,adeo certã spem victoriæ secũ tulit,vt triginta dierũ cibaria,si vera Aristobulus tradidit, & septuaginta duntaxat in stipendiũ talenta Macedo habuerit,quũ in Asiã transmisit. Nauim cõscensurus alijs amicorũ alia tradidit,portoria,villas, prædia,quibusdã etiã oppida distribuit. Perdicas ab eo scisciratus,ecquid regi superesset spes inquit. Tũ ille hæc & nobis cõmilitonib? cõis est,atq; cũ his prædiũ sibi assignatũ restituit. Hellesponto copijs traiecto,Ilium ascendit Mineruæ sacrificaturus: ibi quũ circa Achillis statuã vnguento delibutus de more cucurrisset,felicẽ illũ appellauit qui fidũ in vita amicũ,mortuus Homerũ fortitus esset vatẽ suarũ rerũ præconẽ. Rogatus cũ vrbẽ circuiret, an Paridis Citharã vellet videre, Achillis inquit mallẽ,qua fortissimorũ hoim cantauit gesta. Ilio cũ exercitu digressus,ad Granicum amnẽ habuit hostẽ obuiũ. Est Granicus Phrygiæ fluuius qui magna ex parte per Adrastiæ campos, in q bus est pugnatũ,decurrens inter Esapũ & Priapũ Hellespõto fundit. Fuit Priapus oppidũ ad mare & portus,Milesij qui Abydũ & Proconesum tenuerũt cõdidisse credunt. Obsederant itaq; Dariani præfecti aduersam fluminis ripã,cũ maximo copiarũ apparatu,quũ profunditate fluminis,tũ riparũ asperitate fræti. Alexãder suos intuitus periculo loci deterritos,cũ septẽdecim equitũ ordinibus fluuiũ ingressus,p sagittas & tela exaduerso cõiecta, aquarũ impetu laborioſe pdomito,in vlteriorẽ ripã ad hostẽ euasit,ibi Persæ,ne spatio quidẽ ad cogendos ordines Macedonibus dato in egressos hostes superne decurrunt. Erat Alexander quũ pelta, tum galeæ pulchritudine insignis, duabus candidissimis pennis vtrinq; assurgentibus. Spitridates illum & Thrifaces Dariani duces vno tempore in uadunt. Macedo eorum altero declinato, Thrisacẽ petit,q; thorace munit? diffracta Alexãdri hasta violari nõ potuit. Spitridates ex obliquo inuectus Alexãdrũ in aliud certamẽ intentũ,nã,hasta diffracta gladiũ cõtinuo strinxerat,supra galeã percutit, tantaq; vi est bipennis adacta,vt altera ala defracta ipsa galea pene cesserit ictui perstrictaq; sit ferro cæsaries,& iam in alterũ vulnus Barbarus surrexerat, quum medius a Clyto transfigitur, Alexander & ipse nihilo segnius suo prælio defungit, Thrisace letali vulnere ad terram deiecto. Eratq; per hæc iã equestre prælium constitutũ,quũ Macedonũ phalanx iraiecto amne pugnam ingressa, confestim fugam fecit. Græci q regis stipendia faciebãt,proximũ tumulũ occupãt, vñ Alexãdri fide implorata sese tueri conati sunt. Eos Rex nõ modo nõ recepit, sed oĩm primus per aduersum tumulũ furẽti similis in uectus in mediũ agmẽ irrupit, quo certamine Bucephalas, vt quidã scribũt, equus p ilia traiectus cõcidit, qui eo loco stererant ad vnũ occidione occisi sunt. Sexcenta milia Persarũ eo plio fugata scribit Trogus. Sed tot hominũ miliũ Dariũ postea secuta Plutarchus ꝓdidit, viginti peditũ milia quod satis constat,& duo equitũ cẽsa dicunt quũ ex Macedonibus quatuor dũtaxat & triginta cecidissent,& in his nouẽ pedites quibus totidẽ statuas Lysippi opus Alexãder eo loco constituit, misitq; quũ aliis Græcorũ hostiũ exuuias,tũ Athenienſibus clypeos trecẽtos,q bus dedicãdis id carmẽ adhiberetur. Alexãder Philippi & Græci absq; Lacedæmoniis hæc ex incolis Asiæ Barbaris Pateras adhæc precioſiq; apparatus alia multa eo plio quæsita,ad Olympia dẽ matrẽ trãsmisit habẽda. Attulit ea victoria magnũ Alexãdri rebus monumẽtũ: post vnã felicem pugnam Macedo Sardibus est potitus. Erat is loc? caput maritimi Barbarorũ imperij. Miletum inde & Alicarnassum vi occupat, cætera voluntaria est deditione adeptus. Fuit Lyco amni pons ad Xanthiorum oppidũ impositus, in quo æneæ tabulæ fuisse dicebantur, in quibus inciſæ erant literæ, Persarum imperium a Græcis olim euersum iri. Tabellæ cum ponte excussæ aliquanto antea q; ad Grani cum pugnatũ sit, in amnis alueum conciderant. Interfluit Lycus Celenas proximo monte ortus, Marsias tãdiu nuncupatus quoad ipsi vrbi infusus, per eam euoluitur. Mox inde egressus quum iã maiori bus aquis auctus fluere incipit, Lycus nominatur, liquid? fluit, eiusq; color placido mari similis. Strabo Cadmum ait montem appellari. vnde Lycus labitur, & alterũ Cadmũ noĩe in eodẽ mõte ortũ, plurimũ sub terra fluere. Lycũ ipsum & Caprũ in Męãdrum vno fere mo loco cadere, non procul a Laodicea. Tabularum fama Alexander permotus, quum aliquãdiu dubius stetisset, in quam potissimũ partem flecteret victoriæ cursum, ad dexteram conuersus, omnẽ oram maritimam a Lydia vsq; in Phœniciam, mira celeritate subegit: inde Phrygia ad leuã modico negocio recepta, sola Celenarum arx in mora fuit, in qua recipienda quũ plures essent dies consumpti, in ea castra affertur, Alexãdrũ Lincistarum Antipatri quem Macedoniæ præfecerat, genere suo regno insidiari, quo nuncio cõmotus Alexander aliquãdiu dubius fuit, an de eo supplicium sumeret: at veritus ne qs in Macedonia motus sequeretur, in vinculis habere tutius visum est. Celenis inde receptis Gordiũ vrbem quam Sãgarius amnis interfluit, non tã prædæ spem vllã q; oraculum secutus inuasit. Distat id oppidũ paribus spatijs a Põtico & Cilicio mari, qua parte est angustissima Asiæ inter duo maria intercapedo, & veluti isthmus quidam, in eo fuit Gordij Midæ patris iugũ cũ fatali nodo. Vetus erat oraculum, fore, vt qui eum nodũ soluisset, is Asię imperio potiretur. Vrbe capta, Alexander tẽplũ Iouis ingressus, vbi lora menta illa cũ iugo asseruabant, impatiens longioris moræ victor ferocissimus nodum gladio circũcidit, quoad occultiora capita intrinsecus solubilia sint facta. atq; ita vel elusit oraculi sortem vel impleuit. Erãtq; iam res Macedonum in aperto victoriæ cursu, quũ Darius tam multis Alexandri successibus alijs super alios perculsus omni præfectorũ administratione reiecta, quando eorũ pluribus in bello cura, omnibus fortuna defuisset, suo ductu & auspicijs iam inde rem gerere constituit. Fuit is Darius haud ab eo oriundus, qui post Cambysis imperium sublatis magis Persarum est regno potitus. Artaxerxes em̃ qui fuit Darij illius nepos, quicq; de regno cum Cyro fratre disceptauit, ex cẽtum quindecim vxoribus & pellicibus plures habuit filios, quorũ tres iusto erãt matrimonio nati, Dari?, Ariaramthes, & Ochus. Darius maximus natu præter Persarũ morem, vbi nisi cũ morte regis imperium nõ mutatur, a patre adhuc viuo regio est fastigio collocatus. Cæterum ille post insuetum paternę pietatis exemplũ, cum L. fratribus quos cogitati sceleris sui cios sibi ascĩuerat, capitales patri insidias instruit. Nec causa minus sceleſta, q; consilium q; Astasiam paternarum pellicum vnam insigni forma ab eo non impetrasset, interficiendi patris consilium ceperat incestus filius: Cæterum, sceleris conuictus, cum fratribus nefariæ coniurationis consijs, cognati parricidij pœnas, dijs paternæ maiestatis vltoribus, dedit. Interfectæ cum his vxores & liberi, ne vestigium tãti sceleris extaret, vllum. Ochus igitur in regnum successit, qui domesticas insidias veritus, cognatorum sanguine & strage regiã domũ fœdauit, atq; per hæc omni suspicione liberat? bellum Armenijs intulit. Erat in his castris Codomanus homo manu prõptus. Is ex puocatione inj pugnam magno cum fauore progressus, cæso hoste suis victoriam attulit, Persarũq; laudẽ senescẽtem in pristinã gloriã restituit. Id præclarum facinus Ocho materiam præbuit Codomani Armeniæ præficiendi, eo deinceps extincto magno omnium cõsensu ex præfecto Persarum est Rex declaratus, Darijq; nomẽ, ne quid regiæ maiestati deesset, est ei datum. Hic igitur, Macedonum bello petitus, quum eorum vires in dies magis augerentur, priusq; incẽdiũ in regni viscera penetraret, hostium conatibus occurrendum ratus, accuratissimum ex toto regno habuit delectum. Sexcenta hominum milia sub ei? signis fuisse Plutarchus scribit. Curtius totum fere orientem ait ad arma concitatum. Copias Xerxis exẽplo. X. milium hominum loco ad tempus para to in Mesoporamiæ campis Darius est dimensus, qui cum iactabundus a Caudemo Athenienſi (erat is Alexandri iussu Athenis deiectus) quæsiuisset, an talis exercitus satis ei videretur ad Macedonum opes perferendas, tũ ille magis vere q; opportune docuit non in auro & in multitudine, sed in virtute militum consistere victoriam. Aperuit inde duram & seueram Macedonũ militiam, peritiamq; & virtutem in prælio. Hortari proinde vt id aurum ad fortiorem militem ex Græcia conducẽdum Darius conuerteret. Cuius verba non aliter q; omen quoddam infaustum Barbarus auerfatus, etsi mitialioqui tractabilicq; erat ingenio, iussit tamen hominem ad supplicũ corripi. Rapior inquit ille ad mortem vtilia suadens, sed video mortis meæ vltorem paratum. Tu quidem licentia regni subito mutatus, documentum eris posteris, vt qui magnę se fortunæ permiserint naturam primo suam dedi scant. Sera deinde pœnitentia subijt regem, veraq; eum prædicasse confessus, sepeliri iussit, Timoclẽq; Mentoris filium iuuenem impigrum perigrinis militibus præfecit. Suis inde cum copijs profecto, ipsa imminentium malorum species duplici est illusa insomnio repręsentata. Macedonica phalanx primo illi igne depasci visa est, vt Plutarchus memorat. Curti? castra ipsa magno fulgore colucere regẽ imaginatũ, ꝓdidit, & mox paulo Alexãder ad se ad duci visus est sibi ministrare, ea amictus stola qua



Thebæ capiunt. Diruũt Thebæ.

Timocliæ facinus.

Alexan. clemẽtia in Timoclią.

Alexan. clemẽtią in Athenienses.

Diogenis & Alexã. congressus.

Macedonum victoria.

Spolia i Græciã missa.

Statua Orphei.

Copiæ.

Tab. fatales.

Marsias. Lycus & Caprus.

Achillis statua.

Alexan. verba.

Granic?.

Priapus.

Alexan. virtus.

Pugna ad Granicum flu.

Alexan. periculũ.

Clytus.

Gordiũ.

Vbi Asia angustissima.

Nodus Gordij.

Darius.

L. filij ab Artaxerxe interfecti.

Vũ Darius ort?.

Codomanus.

Darij Copiæ.

Caudeus ad suppliciũ rapit.

Insomnia regis.

ipſe vti conſueſſet, quũ regi ſeruiret. In eadem figura variat itidẽ Curtius, qui Dariũ ait per quietẽ vidiſſe Alexãdrũ ad ſe adduci eo habitu quo ipſe rex ſalutatus fuerat, equo deinde per Babylonem vectum, ac cum ipſo equo repente ex oculis abductũ. fuit, haud dubie diuinatio illa pſagiẽtis animi. Cæterũ peſtis regũ teterrima adulatio effecit, vt non ſolũ nõ incœpto deſtiterit rex, ſed maiore etiam fiducia in hoſtẽ ire ſit auſus, cõiectoribus totũ ſchema

Adulatio regũ peſtis.

alio, cũ ſentiebant, deflectentibus. Adijciũt & aliud omen, Darium, quũ primũ regnare cœpit, Perſicã acinacis vaginã mutari iuſſiſſe in eã formam, qua Græci tempeſtate illa vtebãtur, ac tum Chaldeorũ plures vaticinatos, futurum, vt Perſarũ imperiũ ad eos tranſiret, quorũ rex eſſet vaginã imitatus. Ipſe tamẽ vna ſpe plen⁹ ad Euphratẽ caſtra mouit, erat cũ regiũ agmen interea ita inſtructũ, vt ignis quẽ Perſæ ſacrũ & æternum arbitrabantur, argenteis altaribus præferretur. Magi trecenti & ſexaginta gnẽ cũ puniceis amiculis velati ſequerẽtur, pari numero dierũ, quos apud illos annus habuit. Iouis inde currum trahebant equi eximij candoris, his ſolis equi hærebant inſigni magnitudine, auratæ veſtes erant & virgæ aureæ ĩjs, qui illorum ſedebant dorſo, nec procul inde vehicula decẽ auro & argẽto cælata, quib⁹. XII. gentiũ hærebat equitatus varijs armis inſtructus, proximi ibant Barbarico cultu longe cõſpicui. X. milia numero, qui immortales, ſed aliter perſica lingua nuncupati, aurei torques maniſq; veſtes, quum auro, tum gemmis diſtinctæ, quindecim milia modico inde interuallo, mulierbri magis cultu, cũ armis cõſpicui, cognati regis appellati, mox Doriphoræ his hærebant regiam veſtẽ induere aſſueti, hi regis currũ præibãt, quẽ deoꝝ ex auro ornabant ſimulacra, aureũ iugũ interniten tibus gemmis, duo hinc aurei genij ſurgebãt, aurea in medio Aquila alas pandenti ſimilis. Puluinum Darius tunicis amiciebatur, albo diſtinctis, palla

Regius amictus.

ſuperiniecta cũ accipitribus aureis, ſeinuicẽ roſtro inceſſentibus aurea zona cinctus, acinace inde ſuſpenſo, cui gemmea erat vagina. Caput cærulea faſcia obuolutũ, albo diſtincta. Poſt currũ. X. milia haſtatorum, haſtæq; argento excultæ, & ſpicula auro præfixa. Ducenti ferme propinquorũ dextera læuaq; regi adequitabãt, claudebãtq; id agmẽ. XXX. milia peditum, ac ſecũdũ agmen. CCC. regij equi. Inde ſtadij interuallo, Siſingabin Darij matrẽ vehebat currus eximie inſtructus, & alter mox proximus regiã coniugẽ. Cætera mulierum turba equis ſedebat. Darij liberi cum nutricibus, & ſpadonum multitudine ſequebantur, & cum his. CCCLX. regiæ pellices & ipſæ regali cultu amictæ. Poſt ſexcẽ

Pellicũ numer⁹.

ti muli, & cameli. CCC. numero, cum regia pecunia, ſagittariorũ præſidio ſequente, propinquorũ amicorũq; coniuges, pxime ibant, lixarum & calonũ greges, leuiſq; armaturæ extremum cogebat agmen. Et Darius tali in Macedonẽ proceſſit apparatu, quem aliquis Perſicæ luxuriæ ignarus, non exercitũ illũ ad bellũ exeuntem, ſed amœniſſimi alicuius ſeceſſus comitatum crederet. Potuerit. Omnia in Macedone diuerſa, p auro ferrũ, p cultu ſqualloꝝ, per ocio ſolertia, & facere & pati magna tam rex cũ milites parati. Sed dũ Euphratẽ Darius copias trãſmittit, Alexander interea Paphlagonia & Cappadocia receptis, Cilicia petit. Eſt Cilicia aſperi & prerupti mõtis circuitu ptẽcta a mari incluſa ppetuꝰ iugorũ ambitu in duo cornua reductus, theatri pene formã exprimit. Litus inter vtrũq; extẽſum p ſcæna eſſet, niſi in vaſtũ curuaret ſinũ capeſtris regio, crebris amnib⁹ planitiẽ diſtinguẽtib⁹, & his Pyrrham⁹ & Cydnus, Coricum hic nem⁹ croceo fœtu olim memorabile, tres anguſti ad eã aditus, quib⁹ modico preſidio inſeſſis tuta eſt regni ab omi hoſtili incurſu. Erat tũ Ciliciæ pfectus Arſanes q audito Alexãdri acceſſu oĩa ferro & igni in agris abſumpſit, vt in vaſta regione hoſtẽ cõmeatus inopia fatigaret. Sed multo tutior futura erat prouincia, ſi anguſtias quib⁹ Macedo intrat⁹ erat, valido pſidio inſediſſet, qd bellorũ inſcitia, aut certe nimio metu pculſus, ac ,pinde conſilij inops Barbarus nõ fecit. Arſanes paucis in mõtiũ anguſtijs, quas pylas vocãt, relictis ipſe ad populandã terrã oẽm ſuarũ viriũ conatũ vertit, tancẽ totius rei ſumma in ea ſita eſſet, ſi nihil hoſti ad prẽdã relinqueretur. Cæterũ qui in preſidio erant ſe ad cædẽ deſtitutos rati ne appropinquantẽ quidẽ hoſtẽ tulerũt, in nulla re magis Alexãder ſuam miratus eſt felicitatẽ, poſtq; loci naturã iſpexit, iter anguſtũ vix quatuor armatorum capax, dorſum mõtis viæ præruptæ & accliui multis intercurrentibus riuis imminet, quo fit vt pauciſſimi multa hominũ milia nõ remorari ſolũ, ſed lapidib⁹ etiã ſuperne deuolutis obruere potuerint. Macedo anguſtijs potitus, copias Tharſum ad mouit. Et iã Perſæ adorti erãt vrbem incendio abſumere, ſed Parmenionis interuẽtu ad hoc ipſum inhibendum cum expeditiſſima manu miſſi fugatis hoſtibus Tharſenſes præſenti ſum clade ſeruati Tharſum Cydnus Mediã interfluit, in Tauro mon te haud procul ab ipſa vrbe ortus, atq; in cilicium mare apud Rhegma ſtagnũ euoluit. Cãpeſtri eſt Ioco Tharſus ſita, Argiuorũ opus, qui Io Inachi filiã quærentes, cũ Triptolemo his locis conſediſſe dicũtur. Erat tũ anni æſtas, quũ hoſtibus inde deiectis, Alexãder ſudore & æſtu feſſus, lucido aquarũ nitore, placidoq; fluminis allapſu inuitatus, poſitis veſtibus in conſpectu agminis nudatum corpus gelidiſſimis merſit aquis, pulchrũ in duce exẽplum ratus leui & parabili cultu corporis eſſe contẽtum. Mirum hic acciditſſe aiũt, ſubito horrore natãtis mẽbra diriguiſſe, palloremq; ſecutum toro propemodũ corpore vitali calore deſtituto, expiranti ſimilẽ miniſtri nec ſatis comporem mentis in tabernaculum deferunt, mœror & luctus ingens inuaſit vniuerſum exercitum, dolere ſimul ac miſerari regem omni ætate & memoria clariſſimum medio victoriæ curſu, non bellico caſu ſed lauacro lucidarum aquarum moliſſimo extinctum iri, ſed ſuum fortuna alumnũ, quem ad immortalem nominis extulerat haud paſſa eſt diutius iacere. Vbi vis illa graſſantis morbi paululum remiſit, cœpit ipſe ſibi conſtare, medicos ad ſubitam curationem vrgere. Enimuero Darius iam quinq; dierũ itinere abeſſet Satius igitur ratus ſtrenue mori, cũ tardius conualeſcere neceſſitatem medicis imp oſuit curationis precipitandẽ. Id eo amici grauius ferebant, cũ fama erat Darium mille talenta interfectori propoſuiſſe, necq; medicis preceps quicq; placebat, ne ſi pꝛeter ſpem aliquid euenirẽt in crimen verteretur, inſontesq; pro ſontibus ad ſupplicium raperentur. Vnus in his erat Philippus Acarnan, qui Alexandri adhuc pueri curam a patre creditã habuerat. Is pollicitus eſt ſe operã daturũ, vt potione vna continuo rex morbo leuaretur. Iubet eam Alexãder ſubito parari, arma enim & acies pene in conſpectu eſſe, & ia aduentantis hoſtis fremitus aures circumſonare. Interea Alexãdro libellus a Parmenione redditur, in eo erat ſcriptum, vt rex ſibi a Philippo medico caueret, quem ſciret a Dario mille auri talẽtis, ſororiſq; aut filiæ cõnubio corruptum. Cõmotus Alexãder aliquandiu ſecum anceps deliberauit, an

Coryciũ nemus.

Pylæ Ciliciæ.

Tharſus vrbs.

Cydnus flu.

Aegritudo Alexan.

Philipp⁹ medicus.

Philippi



Alexan. egregiũ facinus.

Philippi curationẽ repudiaret, ĩde ſati⁹ rat⁹, alieno ſcelere cũ ſuo metu, i lecto ab hoſte opprimi, Parmenionis epiſtola puluino ſubdita medicũ expectat, quo demũ admiſſo, lęua manu libellũ tenẽs, pocu lũ intrepide hauſit, inde ad Philippũ reſpiciẽs dat illi epiſtolã cognoſcẽdã, in quo cũ magis ſigna excãdeſcẽtis, cũ exterriti extitiſſent, oĩ ſuſpitione ejecta, lætus rex ac ſpei plenus dat medico dexterã, ſi diꝰ inquit Philippe pmiſiſſent, quo meũ in te aĩm experiri velles, hoc certe non alio modo expertum voluiſſes. Nec dubiũ mihi fuit quin ſi prius hanc epiſtolã legiſſes, minime paſſus eſſes bibi a me obĩ iectã ſuſpitionẽ hoc quod dilueras. Nunc video te nõ minus de tua fide cũ de mea ſalute eſſe ſolicitũ. Cæterũ dũ ille hęc loquitur vis medicaminis interius recepta, ita corp⁹ afflixit, vt pene facta ſit fides Parmenionis indicio nã ĩtercepta voce, aĩus vna defecerẽ viſus eſt. Inſtare Philippus fomẽtis, ac, nũc cibi nũc vini odore, illũ excitabat, medicamẽto deinde in venas diffuſo, ſenſim toto corpore eſt ſalubritas recepta, ita vt triduo ille in ſuorũ cõſpectũ venerit. Spectare Macedões nõ min⁹ libẽter Philippũ, cũ regẽ, illi⁹ dexterã oſculari gratulariq; ſimul oẽs. Dari⁹ fact⁹ certior hoſtẽ grauiſſimo morbo decubiſſe, & vt in gratiã augeri ſolẽt, cũ grata regib⁹ creduntꝰ,

Darius in Cilicią ꝓperat.

quũ modica ſpe vitã trahere diceret, vt Macedones intra Ciliciæ anguſtias opprimeret, quinq; dierum ſpatio Euphrate ſuperato, in eã terrã ire pergit. Erat in Perſicis tranſfuga quidã Macedo noĩe Amynthas, is vbi Alexãdrũ cõualuiſſe allatũ eſt, & iã ſeſe pugnæ cõparare, Dariũ monuit, ne ita ad hoſtẽ pro peraret, nec pergeret velle in Cilicię anguſtijs dimicare, vbi locorũ natura oĩa hoſtib⁹ meliora fieret, cãporũ vaſtitate opus eſſe vt hoſtis perſicis viribꝰ vinceret. Probabat id cõſiliũ Darius, ſed vereri ſe dicebat, ne Alexãder & hoſtes inde effugerent. Mitte inquit Macedo iſtud timere, Alexãder ſi recte eũ noui nõ modo nõ fugã molit, ſed certũ etiã habeo, ita fore, vt cũctãti tibi ſit haud multo poſt cũ oĩbus copijs affutur⁹. Dari⁹ Macedonis verba aſpernat⁹, nihilo ſecius in Ciliciã ire pergit. Occupauerat in

Alexan. Solos vrbẽ occupauerat.

interea Alexãder Solos vrbẽ, arcicq; pſidio impoſito ludos pro ſalute ſua votos Aeſculapio & Mineruæ fecit, eo Parmenio præmiſſus ad explorãdos locorũ ſitus venit, q angustijs per quas ad Iſſum vrbẽ penetrandum erat, milite inſeſſis, vrbẽ ipſam a Perſis relictã pſidio muniuerat, ad Iſſum proinde caſtra trãſfert, a quo ſinus Ciliciæ oræ vaſtiſſimus nomẽ obtinuit, eratq; Parmenio autor, vt ibi Alexãder Dariũ operiretur, futuras dictitãs auxilio Macedonib⁹ regionis angustias, aduerſum tantã vim hominũ quãtã ſecum hoſtis trahere dicebatur. Et iã Darius erat Ciliciã ingreſſus, quũ Euthimocles qui a Pharnabazo Græcos milites acceperat, regẽ vt antea Amynthas monuit, ne inuictũ alioq; exercitũ in arctũ cõiiceret, qui retro cõuerſus in Meſopotamiæ cãpis hoſtẽ operiretur, vbi Macedonum

Euthimoclis conſilium.

paucitas circũueniri a pluribꝰ poſſet. Non tã regi cũ purpuratis ea ſententia diſplicebat, criminaricq; Euthimoclis & Græcorũ qui cũ eo erãt apud Dariũ fidẽ. Corruptos eos dicere ab Alexãdro vt Perſarũ victoriam quoquo modo poſſent remorarẽtur. Cẽſebant proinde Græcorum phalãgẽ cum ipſo duce ſtatuendã in medio, atq; ab vniuerſo exercitu telis cõfigendã. Negat Darius ſe id ſcelus admiſſurum, vt milites ſuã fidẽ ſecutos tam fœde trucidaret, neminẽ affirmãs ſtolidũ cõſiliũ capite luere oportere. Inde vbi Alexandrũ in Cilicia commorari ſenſit fractos eſſe dicebat ferociſſimos Macedonũ ſpiritus, atq; ipſi⁹ ducis vigorẽ cũ ipſo morbo extinctũ.

Porro igitur copias admoturus, pecuniã Damaſci cum preciоſiſſimis rebus deponi iuſſit, Matre, vxore & cæteris domeſticis more patrio ſequentibus. Ita ſane accidit vt eodẽ tẽpore Alexander ab Iſſo ad fauces quibus Syria aditur peruenerit, & Darius ad eum locum quem Amanicas pylas vocant, ad mouerit copias. Habuit Barbarus ab initio perſuaſum, Alexãdrum congreſſum ſuum declinare, quę res materiã illi prębuit, vt poſtridie quũ Macedoꝝ tam anguſtias teneret, ſeſe illi in conſpectum dederit, cuius ſubitus acceſſus non nihil turbauit Macedonũ copias, qui magis itineri cũ pugnæ parati, arma extemplo expedire coacti ſunt. Tum primũ ferunt Alexandri fiduciam in ſolicitudinẽ verſam, vbi tempus adeſſe vidit, quo vnius pugnę euentu, palã fieri oportebat, fuiſſet ne fortuna ſibi per tot ſucceſſus inſidiata, an ſe tuendũ perpetuo ſuſcepiſſet, omnia itacq; intentius curare. Interfluebat Pyrrhamus amnis vtrancq; aciẽ, miſitq; Darius viginti milia ſagittariorum, qui fluuio ſuperato hoſtem pugnę intentum a tergo adorirentur, aut ſi fieri poſſet circũacto ad montes hoſtibus imminentes agmine ſubiectam hoſtium aciẽ ſuperne inuaderent, ac prącipitem darẽt. Cæterum ignauia eorum, qui bus id negociũ eſt datum, ſalubre regis conſilium fecit irritum. Ipſe ſic ſtructa acie ſtetit. Dextrum cornu Nabarzanes tenuit, cum equitatu & viginti ſagittariorum milibus, eratq; Timocles cum Græcis militibus triginta milibus numero. Validiſſima hæc copiarum pars, eſt Macedonicæ phalangi oppoſita. In læuo cornu Ariſtomedes Theſſalus procurabat, cum vigiti milibus peditum ex pugnaciſſimis gentibus. Ipſi regi ab eodem cornu dimicaturo tria milia lectorum equitum & triginta peditũ inhærebant. Hyrcani inde & Medi equites, & ſex milia iaculatorum, funditorumq; eos prącedebãt. Ingens præterea multitudo ſtabat matrem & cæteros regis neceſſarios, velut armorum vallo cõplexa, eratq; regia acies a iugis montium ad mare extẽſa. Alexander Phalangem, qua nihil erat apud Macedonas validius, in fronte conſtituit. Dexterũ cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur, huic proximi ſtabant Conon, Perdicas, Meleager, Neoptolemus, Amynthas, ſui quiſq; agminis duces. In læuo quod ad mare pertinebat, Crater⁹ & Parmenio ſunt curare iuſſi. Equites ab vtroq; cornu locati, an te aciem cõſtituit funditores ſagittarijs mixtos, iuſſit & Cretenſes ante agmen ire leui armatura inſtructos. Parmenioni imperat vt quãtum poſſit cornu ad mare extendat, recedatq; a montibus, quos hoſtes, quia a rege prämiſſi fuerant, iamdudum incíderant, ſed illi Agrianorum aſpectu, quos Alexander eis, re antea prouiſa, oppoſuit, confeſtim fugati diſiecticq; ſunt, atq; itacq; contigit, vt pene priuſcq; conſertum ſit prælium, Macedonum cornu ſit metu qui a tergo imminebat, liberatum. Vbi igitur ad teli iactum propinquæ ſibi acies ſtetere, Alexander in primam aciem concurrens, Macedones geſtarum rerum futuraręq; gloriæ admonere, futurum, vt ea pugna, ſi proſpere pugnata eſſet, omnium gentium imperio potirentur. Græcos veterum ipſius gentis iniuriarum & cꝰ toties Perſici reges alienam libertatem oppugnatũ veniſſent. Illyricis & Thracibus rapinæ & Latrocinijs aſſuetis, fulgẽtes in aduerſa acie veſtes, aurum, aliaq; præcioſa prædæ expoſita oſtendit, tempus adeſſe ait, quo ex inopibus & egenis, ſi viri ſint, diuites & clari fierent, ſiue in patriam redire velint, ſiue captarum regionũ amœnitate perfruí, non defuturam illis facultatẽ vtrobiq; laute viuendi. Et vt cuiuſq; erat gentis animꝰ,

Cõgreſſ⁹ Darij & Alexan.

Alexãdri ſolicitudo.

Darij Stratagema.

Perſica acies.

Macedonũ acies.

Alexã. ad hortatio.

ita aut monendo aut irritando ad ꝑliū hortari. Inhibere adhæc procurſum in hoſtem, ne nimia feſtinatione fatigaretur ſpiritus, priuſq́ inita eſſet pugna, atq́ ita demum terribili clamore a Perſis ſublato, vtrinq́ ferociſſime confligitur. Darius & equites cum ingenti ſtrepitu iu lævum Macedonum cornu primo impetum faciunt. Cupiebat Darius magis equeſtre prælium fieri, ob Macedonicam phalangem quam inuictam ſciebat, & ex altera parte dextrum Alexandri cornu hoſtium multitudine circuiri cœperat, quod vbi Macedo fieri vidit, duas equitum alas ad iugum montis, qua hoſtem circumagi oportebat, ſtatuit, ſuoſq́ a tergo tueri iubet, ceteroſq́ in mediam aciem infert, ſubductis inde Theſſalis equitibus, ipſorum præfectum occulte iubet circuire tergum ſuorum, Parmenioq́ ſe adiungere, ne ille vi Perſici equitatus obrueretur, prælium interim tam atrox erat, vt tela hincinde emiſſa, inter ſe concurrentia ſine effectu caderent, mox vero conſertis manibus gladios ſtringunt, atq́ interim ita cohærebāt, vt pes pedi hæreret eques equiti, collatoq́ vtrinq́ gradu, ſinguli inter ſe dimicarēt, nō timido, non ignauo ceſſare licuit, ſtabant ſuo innixi veſtigio nec gradum niſi per iacentium ſtragem his aut illis promouere dabatur, ſtrepitu & fragore armorum mōtes, valles, littus, & omnia ſonare & milites in hunc modum dimicabant, at reges ipſi nihilo ſeci⁹ ſua militaria q́ obibant munia. Luſtrabat ſolicita indagine Alexander, an Darium adeptus ſingulari certamine interficere poſſet, ſublimi curru nunc huc, nunc illuc volitantem, opima ſpolia ex cæſo rege quærens, eum ita veſtigantem Oxatres Darij frater intuitus cum equitibus quib⁹ prærat fraternum currum circumſepſit, tum demū ibi atrocior eſt pugna coorta, clariſſimiq́ Perſarū Duces, in conſpectu regis fortiter dimicantes occuburunt Trountes & Sathaces Aegypti præfectus ambo in faciem, vt in aduerſum vulnus concideraut, ingens circa illos ſtrages edita, peditum ſimul & equitum, Macedonumq́ fortiſſimi, etſi nō adeo multi, itidem occubuerunt. Alexandri quoq́ dextrum femur leuiter eſt enſe perſtrictum. Chares Alexandrum a Dario vulneratum ꝓdidit, ipſe quum de ea pugna ad Antipatrum ſcripſiſſet, a quo id vulnus acceperit, haud quidem ſignificauit. Iam & equi qui regem geſtabant partim feſſi, partim vulneribus confecti, quum præcipites agerentur, veritus ille ne ad terrā effuſus ab hoſte opprimeretur in equum aſcendit, quem poſt ſe in hos caſus paratū habuit, regniſq́ inſignibus abiectis acie exceſſit. Tū ceteri metu perculſi & ipſi poſt regem terga vertūt, qua cuiq́ patebat via, ad fugā ſeſe per æqua & iniqua expediūt. Cędit fugientes eques a Parmenione immiſſus, in dextero Macedonū cornu nō nihil laboratū, ſed fuga & metus a dextro Perſarum cornu ad lęuum delatus, ſiquid adhuc animorū in acie ſtabat ita fregit, vt hac quoq́ parte fuga aperte inclinarit: tum vero Dariani pecorum more paſſim ab hoſte qui veſtigio hærebat, totis campis & circa mōtes cæſi, plurimi tamen præoccupata fuga alij alijs tramitibus in tutum euaſerunt. Caſtra Macedo regio magis q́ bellico apparatu referta occupat. Cædes hic quoq́ edita, ſed maior præde q́ cædis cura. Diripere milites mulieribus ornatus, neq́ illarum corporibus parcere, vagabaturq́ victoris ſęuitia p armatos & inermes, fortes & imbelles, nulla mali facies deerat totis caſtris, multus erat vbiq́ luctus multus pauor ac trepidatio. Darij tabernaculum, vt regio erat luxu inſtructum, in Alexandri adueū aſſeruari placuit, ibi Darij mater erat atq́ vxor, quæ omnium in ſe oculos verterant. Hæc forma illa priſtina fortuna & ætate venerabilis. Iacebant in ipſius anus gremio duæ adultæ virgines Darij filiæ multo mœrore cōfectę. Regia coniunx paruū filium in complexibus habebat, ſexto ante anno in tantam ſpem regni genitū. Alexander ſub noctem a multa hoſtium inſectatione feſſus in caſtra ſe recepit, iuſſitq́ principes ad conuiuium vocari, ipſe iactatione vulneris intereſſe non potuit. Cæſa captaq́ ex Darianis eo die centum peditum milia, vt Curtius ſcribit, & decem equitum. Trogus peditum ſexaginta milia cecidiſſe ait, & decem equitum quadraginta q́ milia capta. Hi veriora mihi tradidiſſe videntur, q́ Plutarchus, qui vndecim milia tantum deſiderata autor eſt, ſed in numero a librarijs erratum credere æquum eſt. Macedonum quorum fides ſit apud autores ipſos, equites centum quinquaginta pedites duodetrigīta deſiderati. Poſtq́ Alexander in caſtra venit. Dariano arcu, curru, & alijs inſignibus prolatis, q̄ ille ſeſe ad fugam expediens abiecerat, percreb uit rumor Darium perijſſe, ad quam famam, tam ſæua comploratio circa regias mulieres eſt ſubito orta, vt tota caſtra ſint ad nouum illum tumultum concitata. Admonitus Alexander humanæ vicis miſeratuſq́ afflictam mulierum fortunam, Leonatum ad regium tabernaculum miſit, qui captiuas conſolaretur, nunciaretq́ Darium viuere. Ceterum regiæ mulieres Macedonem armis adhuc cinctum intuitæ, ratæ ad cædem eum venire finiendi doloris cupidæ obuiam illi progreſſę, ad eius genua procumbunt, iugulūq́ feriēdum enudant, immo viui te inquit ille, voſq́ Alexander bono animo eſſe iubet, nunciatq́ Darium viuere, ac fuga elapſum. Poſtridie ipſe cum Epheſtione, cætera multitudine excluſa, tabernaculum ingreſſus, prēmiſſo, qui ſe venturum nunciaret, ita contigit, vt quum Epheſtio aliquanto oris maieſtate præſtaret, Darij mater Alexandrum arbitrata, priuatum hominem pro rege patrio more adorauerit, tum, admonita ab Eunuchorum vno, non eum eſſe Alexandrum, mulier confuſo ore errorem excuſans ſuum, ad Alexādri pedes procubuit. Tum ille reginam attollens, haud inquit mater erraſti, nam & hic Alexāder eſt. Erat Epheſtio in primis Alexandro chariſſimus, cū quo vna fuerat educatus, omniaq́ ſecreta iam inde a pueris cōicare ſolitus, fuiſſetq́ per hęc Alexandro nō minus amicitia q́ bellica virtute felix, ſi tali in cæteros amicos moderatione fuiſſet, a qua tantum abfuit, vt Clytū & alios quoſdā ex cohorte amicorum, non minus ſtulte, q́ crudeliter occiderit. Sed tam pulchre ille ab initio naſcentem fortunam tulit, vt a nullo regum, qui ad id tempus fuiſſent, clementia vinceret & continentia. Etenim regis filias iā maturas viro, nō min⁹ ſanctę q́ ſorores habuit, a Darij cōiuge q̄ formæ præſtātia oēs ei⁹ ętatis fœminas antecelluit nō ſolū abſtinuit, ſed appoſitis cuſtodib⁹ cauit, neq́s eius pulchritudini illuderet, mā datq́ ſimul omnem ornatum mulieribus reſtitui. Ferunt Darij filium complexum, quū puer ex ipſi⁹ oſculo & complexu alicq́diu ſuauiter pependiſſet ad Epheſtionem conuerſus, q́ vellem inquit Dari⁹ aliq̄d ex hac indole habuiſſet. Siſingambis Darij mater tantam in rege humanitatem intuita, Dign⁹ es Alexander inquit qui tantum regem, non felicitate ſolum, ſed æquitate etiam ſuperaris. Dign⁹ cui ego & aliæ precemur, quod Dario ſolitæ precari ſumus. Tu quidem me matrem & reginam vocas ſed ego priſtinæ fortunæ haud immemor famulæ appellationē & ſeruitij iugū, ſub tanto rege iā inde

Acierum cōflictus.

Atrox ꝑlium.

Vulnerat⁹ Alexander.

Darij fuga.

Dariano⁹ rū fuga.

Capiunt⁹ Darij caſtra.

Cæſorū numerus

Cōplora tio regia rum mulierum.

Alex. ſui ſit Darij matrē & vxorem.

Clemētia Alex. in captiuas.



æquo animo feram, Alexander bonum animū habere iubet, ac bene de ſe ſperare, inde tabernaculo egreſſus tris aras in Pyrrhami fluminis ripa conſtituit, Ioui, Herculi, & Mineruæ, corporaq́ cæſorum ſepeliri iubet, permiſitq́ reginę, vt quos ex ſuis vellet patrio more funeraret. Plutarchus autor eſt Alexādrū acie egreſſum, Darij tabernaculū ſubijſſe, qđ ſane fieri potuit, vt diuerſus a matre & ſorore Darius tenderet, ibiq́ quum omnia auro & argēto coluerent, Perſicam opulentiam aſpernatus, hocciſſe dixerit imperare ſuis, inde balneum inquit Darij ſubeamus, immo tuū Alexāder reſpondit ex familiaribus vnus, victi enim bona victoris fiunt. Nec Alexander diu ibi cōmoratus, Syriā petijt. Interea Parmenio Damaſcū ꝑmiſſus, vrbe, ꝓditione recepta regia eſt pecunia potitus. Multo opulentior hic q̄ in caſtris præda quæſita eſt. Tradidit Curtius audito Parmenionis acceſſu, conatos perſas Fuiſſe aurum ex vrbe in tutum tranſferre, cæterum hoſtium interuentu geſtantium agmen metu & pauore diſiectum, per vias aurum & pecuniæ fiſcos effuſos iacuiſſe, vt milites auro honuſti precioſiſſima quædam temere occurrentia, vt vilia faſtidirent ſeptem milium iumentorum onera portantium, atq́ hominum. XXX. milia Damaſci capta. Satrapum coniuges ac liberi multi, & in his Ochi qui ante Darīū regnauerat, vxor atq́ filiæ, tres numero adhuc virgines. Capta eſt & Barſane vxor Memnonis, & ipſa mulier eleganti forma, quam vt Ariſtobolus ſcribit, Alexander Parmenionis impulſu compreſſit, fuit Memnon multi nominis apud Darium, qui ſub initiū Dariani belli perierat a cæterarū cōgreſſu pertinaciſſime Alexander abſtinuit, tantū dicere ſolitus Perſicas puellas dolores eſſe oculorum, fuit nec multum alioqui rei veneree dedit⁹, quippe q̄ ad Parmēionē ſcripſerit, ī ſopore & coitu ſe mortalitatē intelligere. Fuit & cibi tēperantiſſimus, quod ex ea epiſtola, quā dedit ad Adā, quā Cariæ reginā deſignauerat, potuit intelligi. Miſerat illa ad regē, quū obſonia quædā, tū optimos coquos, quorū miniſterio vteretur, quibus repudiatis melioreſ ſe habere eſt profeſſus quos a pueris Leonidas pedagogus ſibi comparaſſet vt ad prandium antelucano itinere vteretur, moderatiore prandio ad cœnā. Duo talētorū milia ſignatæ pecuniæ in parte præde reperta. Argēti præterea immēſum pōdus. Darius magnis itineribus, cū quatuor milibus Græcorū, modicoq́ ſuorum comitatu, ad Euphratem delatus, fluuio ſuperato ad Alexandrū epiſtolam dedit ſuperbe ſcriptam, qua petebat vt accepta quantacunq́ veller pecunia, ſibi matrem, vxorem, & liberos reſtitueret ipſe ſi ſaperet, amic⁹ ſibi ſociuſq́ ex Aſia excederet, aut ſi ſaniora nō admitteret conſilia, ſecum æquo marte contenderet, nihil magis Alexandrum offendit, q̄ ꝙ Alexandri nomen non Regis Darius in epiſtola potuiſſet, reſcripſit tamen, docuitq́ a Perſis primo ortam bellī cauſam, qui ſæpius in Græciam, ad alienam libertatem oppugnādam tranſmiſiſſent, & patrem ſuū Philippum, quum eam iniuriam vlciſci ſtatuiſſet ipſius fraude, qui illi percuſſorē ſubornaſſet, perijſſe. Sibi quoq́ capitales inſidias, pari fraude inſtructas, mille talentis medico promiſſis, quo nihil turpius dici poſſit, licitari hoſtiū capita, quū arma tenerēt. Sed dijs inquit, ſcelerū vltoribus frætus, iā magnā Aſiæ partē ſubegi, teq́ iuſto ꝓlio victū caſtris & exercitu exui, & nūc (licet minime meritus) ſi ad me ſupplex veneris, omnes neceſſitudines tuas a me gratis accipies, vincere enim, & victis conſulere ſatis didici. Dabo adhęc fidem te impune ad me

Contemptor deliarū Alexan.

Præda ingens Damaſci quæſita.

Memnō.

Alexādri tē perantia.

Darij lite ræ ad Alexan.

Alexan. reſpōſū.

venturum, ne metus tuis commodis obſtet. Poſtremo illud tibi ſuccurrat, quoties poſthac ad me ſcripſeris, te non ad regem tantum, ſed ad tuum regē ſcribere. Therſippo ad Darium cum huiuſmodi literis miſſo, confeſtim Alexander in Phœnicem deſcendit, Biblumq́ primo deditione recepit, inde Sydonem: obtinebat tum regnum inter Sydones Strato Darij amicus. Is quia deditio ab oppidanis facta eſt, indignus ab Alexādro habitus cui regnū reſtitueretur. Epheſtioni permiſſum, vt quem Sydonij regno dignum arbitrarentur, ex illorum ſententia regem declararet. Erant Epheſtioni hoſpites Dariarorum quidam, hi oblatum vltro regnum pertinaciter recuſarunt, prædicantes id faſtigium patrio more non recipi, niſi ab ijs, qui regia eſſent ſtirpe procreati. Laudati iuuenes ab Epheſtione, q̄ magnitudine animi ſpernerent ea, quæ per ignem & ferrum cæteri mortales peterent, iuſſi ſunt cum alijs bonis circūſpicere, qui omnium optime eſſet id nomē inter Sydonios laturus, tum demum multis ambientibus, res ad Abdolominum quendam longa cognatione regiæ ſtirpi annexum, eſt delata. Incolebat is ab omni armorum ſtrepitu remotus ſuburbanū hortulum, multa parſimonia, quo contigit, vt agreſti operi intentus ſit rex conſalutatus, illudi ſe ab ijs, qui ad id miſſi fuerant, ratus, non ſine cunctatione regis nomen & inſignia recepit. Cæterum multis eius inopiam & ſordes criminantibus, ad Alexandrum perductis, haud inquit Macedo viri indoles famæ generis repugnat. Videndum eſt inquit, quo animo inopiam tuleris. Abdolominum ille, vtinam Alexāder ſic regnū ferre poſſim, Hæc manus ſatis ad victum fuere, nihil habenti niſi vt nihil deſuit. Eo ſermone Alexander delectatus, non ſolum Stratonis ſupellectilem ad regiam inſtruendam detulit, ſed ex Perſica etiam præda dono quæ dam habere dedit, regionemq́ vrbi circunjectam eius ditioni ſubiecit. Sed dum hæc in Phœnice geruntur, Amynthas qui ab Alexandro ad Darium tranſfugerat, Perſicis opibus ad Pyrrhamum fractis, haud magis huic, ad quem venerat, fidus, q̄ illi, quem deſeruerat, cū fortuna fidem mutandam ratus, ex fuga Tripolim delatus, in Cyprum cum quatuor milibus tranſmiſit, & ex Cypro in Aegyptum, conſilio eius terræ per occaſionem occupādæ. Peluſium igitur primo occupat, dein Memphim copias admouit. Interim Aegypti gens nouandis rebus aptior q̄ gerendis, nouo motu conſternati ad Perſica præſidia delenda Amynthæ ductu decurrunt. Fit prælū, Perſæq́ eo certamine victi intra vrbem compelluntur. Inde iterum acie congreſſi adeo egregie viceruut, vt Amynthas, & qui cum eo erant, ad vnum omnes ſint occidione occiſi. Tentarunt Darij duces, ex Pyrrhamica acie in Paphlagoniam fuga delati, Lydiam recuperare, copijs partim ſecum ductis partim ex proximo quæſitis. Sed horum fortuna nihilo melior fuit, q̄ regis in Cilicia fuerat, triplici prælio ab Antigono Lydiæ prætore victi, cum multa cæde proſligerentur, per eoſdem dies Macedonicæ claſſis præfectus Ariſto, qui ad Helleſponti oram recuperandam fuerat miſſus, nauali prælio vicit, eius nauibus, partim captis, partim medio pelago depreſſis. Pharnabazus Darianæ claſſis diuerſa parte præfectus, præſidio in Chium inſulam introducto, Andrum primo, inde Syphenū aliaſq́ plureis inſulas occupat. Nec Græcia in tanto rerum motu quieuit. Agis Lacedęmoniorum rex octo milibus militum receptis, qui poſt prælium in Cilicia cō

Alexan. Biblum & Sydonē capit.

Verba Abdolomini ad Alexan.

Amynthæ conatus.

Vincunt terra & mari Perſæ.

missum domum incolumes venerant, Antipatro Macedoniæ præfecto intulit bellum, Cretensibus interim sua studia, inter Macedones & Spartanos, variantibus. Sed motus omnino leuiores. Vnum illud certamen, vnde cætera pendebant, omnium gentium in se oculos verterat. Iam enim tota Syria, totaq; Phœnice præter Tyrum Macedonum armis cesserat, habebatq; statiua in continentis ora cõtra Tyron Alexander, eo Tyriorum legati venerunt cum aurea corona, & larga commeatus copia, magis societatem q̃ imperium accepturi. Hos Alexander comiter accepit, dixitq; se Tyrum iturum, vt Herculi, q̃ ibi religiosissime colebat, oraculi iussu sacrificaret. Esse extra vrbem Herculis templum excludũt. Tyrij responderunt in eo loco, quem ipsi Paletron nuncuparent, futurum docent, vt rex ibi rite sacrũ peragereret. Haud tenuit iram Alexander, cuius impotens erat, Ergo, inquit, quia insula sit Tyrus inuictum contẽnit exercitum? Enimuero scient Tyrij, haud multo post, se in continenti esse, videant igitur vtrum a me vrbem intrari an oppugnari malint. Cum his legati sunt domum dimissi. Tyrij vero loci opportunitate fræti, ad Macedonum obsidionem ferendam omnia studio comparant. Quatuor stadiorum fretum insulam a Phœnicum terra dirimebat, idq; ita Aphrico obnixum, vt nulla moles credere tur fluctibus illius flatu concitatis obstatura. Erant tum forte Tyri Carthaginiẽsium legati, qui eo venerant, vt annua sacra more patrio Herculi facerent, fuere Carthaginiẽses a Tyro oriũdi, quod alia in parte operis est a me significatum, ab his Tyrij confirmati, vt obsidionem forti animo ferrent, non defutura ex Aphrica auxilia. Polle bant tum tota mari Carthaginiensium opes, quibus pollicitationibus Tyrij confirmati, per muros & turres disponunt præsidia, arma iunioribus diui dunt, opifices, quorum ingens erat copia, in officinas distribuunt. Extiterunt sub initium illius oppugnationis dira ostenta in vrbe, riui sanguinis solibus flare incipientibus per ignem fluxere, & miles in castris, quũ panẽ fregisset, sanguinis gutte subito emicuerũt, quo prodigio territus Alexander, ab Aristandro vate est confirmatus, qui ad Tyrios id pertinere ostẽdit, qñ cruor int? nõ forisfusus esset, misit nihilominus Alexander caduceatores, q̃ Tyrios ad pacẽ hortarentur, q̃ non solũ nõ accepta est, sed cõtra ius gentiũ legati sunt ab his interfecti, & corpora i pelag? proiecta. Ea Macedo iniuria ad huc magis irritatus, quia nauibus carebat perpetuo aggere Tyrũ continẽtem reddere est adort?. Imminebat manifesta in ore omnium desperatio inexhausti opus auersantium, ad quorum animos cõfirmandos Macedo pro concione dixit se sibi per quietem visum Herculis ductu in vrbem induci, irent & numinis fauorẽ secuti, legatorum vmbras fortiter vlciscerentur, eamq; vrbem excĩderẽt, cui? temeritas nobilissimæ victoriæ cursum ausa fit remorari, atq; per hęc omni cunctatione excussa exercitus operi admotus est. Adijcit Plutarchus aliud Alexandri insomnium, imaginatum fuisse regem in quiete, se Satyrum videre sibi plaudentem, quem in conspectu lasciuientem alicq̃diu capere ne quiuisset, postremo tamen in manũ venerit, ac super ea re consulti vates interpretati sint, haud dubie imaginem illam ad victoriam pertinere, græcam vocem secuti, quæ in duas partes diuisa, Tua Tyrus, sonaret. Veteris Tyri materiam a rot millibus hominum comparatam ab sorpserat profundũ pelagus, surgebatq; interim agger, non ita tamen vt omnino fluctibus extaret, cauillabantur Tyrij leuibus nauigijs incursantes, rogarecq; Macedonas an Neptuno maior esset Alexander, accendebanturq; proinde eo contemptu adhuc magis militum animi ad incœptum opus exequendum. Alexander ne tanta vis hominum vni vrbi assideret, partit? cum Perdica & Cratero copias, quos ad obsidionem relinquebat, ipse in Arabiam profici scitur. Erant eius gentis agrestes infesti Macedonibus ex Libano lignantibus. Sed dum Alexander abest, Tyrij oneratiam vnam sulphure & bitumine illitam in aggerem secundo vento immittunt, immissam ac molibus impactam continuo succendunt. Emicuit statim flamma, duasq; turres, & opera in fronte aduersus hostes cõstituta corripuit, qui in turribus erant, partim flammis perire, partim in subiectum mare desilientes, fudibus & contis ab ijs qui ex oneraria in scapham descenderant excepti, ad vnum periere. Haud igitur tãtũ opa cõsumpta sunt, sed tota etiam moles maris impulsu ab imo concussa corruit. Interea Alexander ab Arabica expeditione reuersus mutata operis ratione, non latus aggeris, quod ab initio fecerat, sed frontẽ in ventum & pelagus obuertit, ramalibus arborũ cum truncis in imum vadum deiectis, molibusq; superstratis. Sic quoq; quũ magna esset opus ex parte confectum, imis partibus concussis, plurifariam cœpit labefactari. Interea classis ex Cypro affuit Alexandro inter abeundi consilium & perseuerãdi dubio, cuius aduentu Macedo confirmatus, primo hostem tentandum? duxit, an ad certamen elici posset. Tyrijs haud pugnam inire aufis (aderant enim Macedoni naues centum octoginta numero,) Alexander hostium nauibus quæ vrbi hærebant demersis, muros bellicis instrumentis distur bat, remoliri noctu mœnia Tyrij, alterumq; interi? murũ studio attollere, vt ne priore disiecto hostes in vrbem mœnibus nudatã vi irrumperent. Cæterũ haud vnus terror Tyrios vrgebat, iam enim agger ad teli iactum vrbi propinquus erat, classis mœnia circuibat, ancipiti proinde malo circũuẽti, oẽm spem animo eiecerãt. Interea fœda tẽpestas iterdiu orta, Macedonum naues semilaceras circa littora disiecit, quibus diebus legati a Carthaginiẽsib? venerũt, domesticũ bellũ excusantes, quo ipliciti auxilia pgenitorib? suis mittere negrẽt, vrgeri Syracusanis armis nõ solũ Aphricã, sed ipsam quoq; Carthaginẽ, in cuius conspectu hostes statiua haberẽt, durarẽt ipsi tãtisper, dũ aliquod a pśenti bello laxamentum daretur, totum commeatum inde & auxilia benigne affutura. Nec Tyrij tanta spe destituti animum demittunt, liberis & vxoribus in puppim nauim impositis, animo includunt omnia vxores prius extrema experiri, q̃ vrbem dedere, quicquid Carthamalorum immineret fortius etiam laturi, si charissimã sui partem extra pericli sortem haberent. Et gant, res Tyriorum in hoc erant statu, quum quidam in concionem venit affirmans, visum sibi per quietem Apollinem dicere, velle se ex vrbe discedere, & aggerem quem Macedones statuissent, in syluestrem saltum commutare. Plutarchus eam in somnij speciem pluribus ait obtigisse, vt Apollo diceret se aliquando ad Alexandrum transiturum, ob idq; eius basim aurea catena a Tyrijs alligatam, ipsecq; iã inde Alexandrinus cognominatus. Erant qui sacrorum ritũ ex longo interuallo reuocandũ censerent, vt humana hostia Saturno immolaretur. Hic dirus Tyriorum ritus ad Carthaginienses qui fuerunt inde oriundi, defluxit, plures ætates & ipsi humanis hostis vsi dicuntur. Tenuit inde[a]li q̃diu acrius certamen: subeuntes nauibus Macedones

Tyrij Alexandrũ excludũt.

Tyri ĩsulæ sit?

Prodigia

Alexã. legati a Tyrijs occiduntur.

Oppugnatur Tyrus.

Marinũ phasma.

Insulanorũ succesſus.

Mutatio operis.

Vrgentẽ arctu? Tyrij.

Tyriorũ excidiũ.

Darij literæ ad Alexan.

Tyrij liberos & vxores

Carthaginẽsium

Apollo alexãdrinus.



dones muris tenaciter hærebant, iam Macedonicę classis interuentu nauium multitudo superabat. Contra Tyrij Harpagonibus, suspensiscq; tigno falcibus hostes supra modum infestabãt. Sed nulla re magis hostes conficere, q̃ feruida arena superne in eos deiecta, & quũ multa incassum certamina exhausta essent, tædio longioris moræ, consilia agita re cœpit Macedo, obsidionis soluendæ. Cæterum tam infecta re discedere, q̃ frustra Tyrijs hærere regem pudebat, æstuabatq; interim ira, quum circa molẽ mari impositã subitũ ostentũ extitit, bellua inusitatæ magnitudinis dorso sese attollens, crebroq; pulsu pelagus euerberãs, ab aggere ad vrbẽ contendit. Fuit id prodigium vtriscq; non ingratũ sed Tyrijs tãta inde fiducia orta, vt nauibus, si quę supererãt, decertare sint ausi. Hic victi, & intra portum compulsi, maiorem nauium partem amisere. Biduo post atrocior oppugnatio est. Tyrios adorta, totis viribꝰ Macedo cõnixus, vi in vrbẽ irrupit, tantaq; insulanorum pertinacia interea est dimicatum, vt sex milia propugnatorũ circa muros interfecta dicantur. Alexander (nullius opera magis eo certamine enituit) ex turri nauibus imposita adeo ardenter in hostes dimicauit, vt plericq; hostium telis, gladio, vmbone, e mœnibus ab eo sint præcipites deiecti. Sæuitum fine discrimine in Tyrios. Fuitq; illud præcipue admirationi, q̃ armato rum nemo ad deorũ opem confugit, nec ex ciuitate irato hosti obiecta superfuisset quisquã, nisi Sydonij, qui in castris militabãt, cognationis necessitudine adducti (vtrinq; em̃ ab Agenore erãt) nauibus celeriter admotis, plurimos furto subtraxissent quindecim milia seruata ab his dicuntur, quo intelligi potest quam opulenta tum fuerit Tyrus, vnde tantus mortalium numerus furto sit victori hosti subtractus. Satis cõstat, duo milia, quibus ira pepercerat, regis iussu circa littora crucibus affixa. Carthaginiensiũ legatis in vrbe deprehẽsis veniã dedit, addita belli denunciatione, quod præsentiũ rerũ necessitas moraretur. Vrbs septimo mẽse quã oppugnari cœperat capta est, atq; incendio cõsumpta. Post Tyri excidiũ literæ iterum a Dario sunt Alexandro redditæ, quibus eũ hortabatur, vt filia Satipne sibi matrimonio cõiuncta, dotis nomine acciperet q̃quid intra Hellespontũ & Halim gentium ac terrarũ esset i q̃ si oblatæ conditioni minus acquiesceret, sciret variabilem esse fortunam, nec postrema primis semper respondere, q̃ si nulla fortunæ inuidia timenda esset, illud saltem cogitaret, non semper in Ciliciæ angustijs rem inter se futuram: transeundum Euphratem esse, Tygrim, Araxem, & Hidaspem magna sui regni munimẽta, venientiũ in apertos campos, vbi suæ paucitatis Macedonẽ pœnitere oporteat. Accedere ad hæc q̃ tantum sibi terrarũ superesset, vt senescendũ sit prius Macedoni, q̃ vel pacatus eã obire posset. Alexander ijs, qui literas attulerãt, Darium aliena promittere respõdit, quando ea quæ dotis nomine dare se vel le polliceretur, alius iam pridem belli iure teneret. Nec esse aliud id agere, q̃ victos velle victoribus leges dare, quod inauditũ ad id tẽpus esset, sed tanti belli eam sibi exiguam mercedẽ videri. Persepolim caput regni, & vltimi orientis oram, suo imperio destinasse. Satis scire quocunq; Darius fugiturus esset eodẽ esse se peruenturũ. Postremo defineret sibi flumina iactare, cui ne maria quidẽ obstare potuissent. Cum Darij nuncijs a se dimissis Macedo, Cilicia Socrati tradita, Phœnicia Philotę, Andromacho Syria Cele cognominata, Ephestione cũ classe præmisso Gazam copias admouit. Sed dũ

Darius vi capitur.

Alexan. respõsũ ad Darium

Prefectorũ Alex. succesſus

Bactria norũ fœrocia.

Silentiũ Persarũ.

Vulnerat ur Alexander.

Gaza capitur.

multitudinem, cæsaq; Persarum & Arabum circiter decem milia. Bœotis capta vrbe ingentem circa se reddidit hominū stragem, viuusq; e media cæde abstractus, contumaci vultu, ad conspectum irati, regis constitit. Offendit ea constantia victoris animum, vtiusta ira in rabiem exierit, traiecto itaq; per talos loro, curru alligatum, citatis equis crudeliter per vrbem distraxit, Achillis exemplū, a quo prognatus esset, imitari se dictitans. Et Gaza in hunc modum capta est, vrbs in Iudææ finibus (inde vsq; in Antilibanum Iudæam Strabo ait appellatam) sterili & arenosa regione vt ad mare posita, regum pecunia illuc belli tempore delata nomen loco fecit: vt quidam meminerunt. Ex Gaza Alexander Hierosolymam infesto agmine petijt, vt Iosephus scribit, qui ab Hestere Iudaica puella, Artaxerxis connubio illustrata, ad Alexandri tempora gentilem intermisit historiam, vnum interim memorabile secutus quod iunioris Artaxerxis tempore contigit. Regnauit is vno Ocho interfecto, ante Darium ab Alexandro victum. Orta inter Iesum & Ioannem, Heliasibi filios, Hierosolymis de pontificatu discordia, Iesus a fratre & in templo interfectus, quod scelus in Iudæa nunquam antea acciderat, Vagosus Artaxerxis præfectus Ioannem violati parricidio templi reum, capitali supplicio affecit. Iaddus inde patris est sacerdotium adeptus. Erat huic frater Manasses. Hos quoq; cum domesticum malum inuasisset, neq; pudor, neq; infelix patris ac patrui exitus obstitit, quominus inter se de dignitate, si non vi, æmulatione saltem cōtenderent, eoq; certamine accensus Manasses, Isacham Sinaballthi Samariæ præfecti filiam duxit vxorem, socerioq; potentia fretus, futurum arbitrabatur, vt dignitatem vel inuito fratre obtineret. Cæterum tantum abfuit vt noua affinitas illi adiumento fuerit, vt a sacris sit populi consensu tanquam impius repulsus, quia alienigenam duxisset vxorem. Ea Manasses iniuria instructus ad socerum contendit, qui Iaddo & populo iratus in omnem vltionis occasionem erat intentus. Vincitur interea Darius in Cilicia, quo accidit, vt sub primum Alexandri in Phœniciam accessum, ille cum octo milibus armatorum in Macedonum castra venerit. Missit Alexander, quum Tyrum obsideret, Hierosolymam ad Iaddum pōtificem, vt commeatum & auxiliares copias in castra mitteret. Responsum est Iudæos sacrata fide teneri, vt viuo Dario nulli, præterquam ipsi vni, seruirent. Minatus est Alexander, Tyro capta, hostiliter se copias Hierosolymis admoturum, distulit tamen non nihil eam vltionem, tantisper dum Gaza caperetur. Inde vero citato agmine eo ire pergit. Ingens metus ciuitatem inuaserat, augebatq; præsentem curam duarum nobilissimarum vrbium excidium. Nemo erat cui non persuasum esset, futurum, vt superbissimus hostis vrbem quoquo modo captam excidio daret, aut certe Sinaballthi impulsu cædē in ea ingentem ederet. Mœror igitur & luctus omnium animos occupat. Interim Iaddus diuino oraculo, per quietem, visus est sibi moneri, vt festa fronde ciuitatem ornaret, sacerdotumq; multitudine in candida veste extra vbem producta, ipse pontificali habitu cultus venienti regi iret obuiam. Cum sacerdotibus igitur & frequenti populo Iaddus vrbe egressus, regem certamini intentum, ad locum quem Saphin indigenæ dicunt, Latini Scopulum, obuium habuit. Ibi Alexander candidatorum cœtum intuitus, & in his antistites cum bissinis stolis, Hictarchum ad hęc Iacinthina & aurea stola amictum, supra caput Cydarim cum lamina aurea in qua erat inscriptum Dei nomen, subita religione perculsus, solus rex illum adijt, supplexq; Dei nomen ac numen adorauit, ipsumq; pontificē veneratus est. Stabant stupore defixi Syriæ reges, & qui ex Phœnicibus velut ad certam prædā fuerant Macedonē secuti, venerabundū regem mirari malefico carmine eum mente alienatum credere. Cæterum nemo erat qui eum palā rogare auderet, vnde subita illa mentis alienatio, ineptaq; superstitio icessisset animū. Parmenio vt erat regi familiaritate coniunctus, postremo perconat⁹ dicit, quid rei accidisset, cp hostiū principē tam inepte adorauerit. Tum ille, nō sacerdotē, sed Deum cuius hoc sacerdotiū est, sum veneratus inquit, quippe quū in Macedonia adhuc essem, dū mecū cogitarē, quavi, quo cōsilio Asiā subigerē, simili habitu species mihi per quietē obuersata est, q̄ præcepit me fortiter Asiā inuadere, fore, vt suo ductu, Persarū opes euerterē. Tetigit itaq; religio animū, vbi primum pōtifex in cōspectū venit. Nec dubiū est quin Deo fuerit, cui olim imaginē tali habitu media quiete cōcepi, cuius prouidētia puto hæc oīa euenire. Cū his ille Iaddum & alios secutus, Hierosolymā pacatus adijt, atq; tēplum ingressus, iudaico ritu Deo sacrificauit. Prolatus inde illi est Danielis liber, in quo scriptū erat, futurū, vt Græcorū rex olim Persarū regnū euerteret, vehementer gauisus se eū esse interpretatus est. Iaddū proinde & sacerdotes amplissimis donauit muneribus, cōcessitq; petentib⁹ vt propriis vterent legibus, tributūq; in septē annos remisit, pollicitus quando Babylone potitus esset, p̄missurū Iudęis q̄ illic esse dicerent, vt & ipsi suis legibus viuerēt. Manasses & qui cū eo Sanballathi opibus fręti, aliud sibi templū in Samaria circa Gazarim montē constituerant, Macedonis studio in Iaddum deterriti haud multo post patrium cultū recepere. Mansitq; Iudæis is rerum status incolumis ad Alexandri interitum, quæ sub eius successoribus deinceps pertulerunt suo postea loco dicetur. Alexāder Hierosolymis digressus Aegyptū petijt. Est Aegyptiacæ terrę locus cui Alexandria nomē inde mansit, hic septimis castris postquā est a Gaza profectus Macedo cōsedit. Aegyptij venientē magno studio acceperunt, nā præterquā cp gens ipsa sua natura est nouarū rerum cupida, Persarum opes tum infense oderant, cp auare nimis superbeq; sibi imperatum credebāt, ipse primo Pelusium venit, vbi maiore copiarū parte relicta. Nilo subuectus Mēphim nauigauit. Erat ibi Astaces Darij prætor, is subita Aegyptiorū defectione perculsus, octoginta talenta, omnemq; regiā supellectilem Macedoni tradidit. Ex Memphi inde ad interiora Aegypti progressus, rebusq; totius gētis ita compositis, vt nihil ex patrio instituto sit ab eo mutatū, Hāmonis Iouis adeundi cupido animum incessit. Credebat eū, aut certe credi volebat, se Ioue nō Philippo genitū. Dubium, quia humanarū rerū fastigiū transgressus, augustior mortalibus eo mendacio videri cupiebat, an quia Draco Olympiadi dormiēti visus aliquādo accubare, quo visu Philippus ei⁹ cōgressum iam inde declinasse creditur, eam vt veneficā auersatus, aut certe religione contactus, genium se vidisse arbitratus, qui vxoris consuetudine teneretur. Cæterum illa satis vrbane filium vanitatis huius admonuit, eum per literas precata, ne pergeret in se Iunonem irritare, matrem Iouis pellicem mentitus. Sed quæcunq; illū ratio mouit, neq; memoria cladis in ipsis olim

locis

Crudelitatis exēplum in Alexan.

Diſcordia Hierosolymis de pōtificatu orta.

Iaddus et sacerdotes procedunt obuiā Alexandro.

De⁹ visus Alexan.

Alexan. liberalitas in Iudæos.

Hammonij. Troglodítæ. Aethiopes. Nasamones.

Alexan. ægypto potitur.

Fons Hāmonius.

Hammoniorum deus.

Alex. Hāmonē Iouē adijt.

Alexan. Iouis filius vocatur.



Iocis acceptæ cōstabat enim quinquaginta hoīm milia, a Cambise ad Hammonē spoliandū missa, arenarum cumulis obruta perijsse, neq; alia multa quæ proponebantur incommoda, ab instituto iti nere auertere potuerunt. Prædicabant Aegyptij steriles arenas iacere, quas vbi solis vapor accendisset intolerabili æstu vestigia exurerent, nec tantum cum ardore syderis colluctandum, sed cum te naciſſimo fabulo, cuius altitudo gressum moraretur, addere his aquarum inopiam, quos aliquanto maiora veris prædicantes, haud aliter, q̄ si omnia vana dicerentur, Macedo aspernatus est. Secundo itaq; amne cum quibus voluit ad Mariotidē paludem descendit, vbi Cyrenensiū legati cum muneribus illi affuerunt. His benigne appellatis, amicitiaq; cum ea gente inita, destinatum iter exequitur. Visus ab initio tolerabilis labor, nondum vastis solitudinibus aditis, verum vbi sterilis & morientē terra immensi arenarum campi patuerunt, haud secus cp profundū mare ingressi, terrā oculis requirebant, non arbor, non culti soli vestigium vllum occurrebat. Et iam defectu aquæ laborare cœperant, quum cœlo repente nubibus obducto, deinsus ad terram imber est deiectus. Profuit cœlestis aqua non solum ad leuandā sitim, sed æstus quoq; tolerabilior factus, arenaq; hausto humore firmiorem gressum præbebat, quandam odoris fragrantiam exhalans: dicuntur & corui volatu suo quum duces arenarum vastitate aberrassent, iter ostēdisse præpeti volatu. Quarto demum die ad templum peruentum est. Densum ibi nemus, multiq; fontes dulcibus aquis syluam abluunt, & vt Curtius scribit, mira ibi cōperies, verno tēpori perquā similis, Hammonij terram incolunt, quibus ad meridiem Troglodítæ adiacēt. Sunt Troglodítę Aethiopes, qui ad Arabiam & rubrum mare extēduntur. Altera Aetiopia ad occidentem solem Hammonijs propinqua. Septentrionem versus Nasamones, gens Syrtibus vicina, nauigiorum spolijs questuosa littora obsident, nauigiaq; maris æstu destituta notis sibi vadis occupant. Cætera ad Aegyptum & auroram arenarum obtinent solitudines. Hammonij mediū nemus, pro arce, triplici muro circundatū habuere, munitionū intima habuit tyrānorū regia. Alterā huic circumiectā regis cōiuges pellicesq; tenebāt cū filijs. Postremā illā atq; extimā satellites & qui regib⁹ militabāt. Ignobilis multitudo sparsim toto nemore habitabāt. Res mira est qd̄ de Hāmonis fonte hic traditur, mane tepidis fluere aquis, meridie frigidissimis, die in vesperū inclinātē incalescere, post mediam noctē æstuare, deinde a media nocte ad lucē feruorē illū remittit. Q.t apud Hāmonios pro deo colebat, haud ea fortuna videri, qua Iouē Greci & aliæ gētes figurabāt. Vmbilico similis fuit, smaragdo & gēmis cōpactus. Hunc quū respōsum petebāt sacerdotes nauigio aurato, multis hinc inde argēteis pateris pendētibus gestabant. Post matronę & virgines inconditū carmen patrio more canētes, sic numen ppitiari ratę sequebātur. Sacerdos igitur maxim⁹ natu, Alexādrū veniētē intuit⁹ filiū appellat, id nomē illi Iouē patrē reddere affirmās. Tum rex humanæ sortis oblitus, id accipere & cognoscere, respondit, & vt erat carmen in assentationē iam antea cōpositū, quū inde cōsuleretur, an sibi orbis imperiū destinaret, terrarum oīm gentium cp eum rectorem fore respondit. Postremo scisciatus an patris percussores ad vnū pœnas dedissent, negauit antistes ipsius patrē esse violabilem. Cæterum qui Philippum regem occidissent, abunde pœnas sui sceleris luisse. Fuerunt qui sciberent templi antistitem, quum Alexandrū Græce salutare voluisset, filiūq; appellare, Pædios Barbare pro Pędion dixisse, quam ille vocem pro oraculo sit complexus, tanquam Iouis filius esset appellatus, sed vtcunq; res acta est, ipse quod satis constat, sacerdotes muneribus amplissimis prosecutus, templū donarijs ditauit. Inde ex oraculo reuersus, vrbem inter Mareotim paludem, & mare, octoginta stadiorum aream complexus condidit, eamq; a suo nomine Alexandriā nominauit. Plutarchus prius q̄ ad oraculū iuerit, vrbē ab eo condi tam scribit, atq; de ea condenda animo secum agitanti visum fuisse per quietem, senem quēdam veneranda canitie adstare, qui hos versus ex Homeri odyssea caneret. Præterea vndisono quædā iacet insula ponto, Quā Pharon appellāt Aegyptia littora cōtra. Pharus quæ tunc insula erat, paululū supra Canopicū ostium, cōtinens postea facta est. Ex eo loco Alexander Isthmum cōtemplatus, qui in speciem coronæ quaq; versum æquis spatijs excurreret, loci opportunitatē intuitus, ibidem fundare vrbem est adortus. Eam Dinocrates architectus, memorabili ingenio metat⁹ est, quindecim milliū passuum laxitate inserta, ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato, lasciniosam dextra lęuaq; anguloso procursu. Ferūt ad vrbis figurationem, quum terra alba deesset, in nigri campi planicie farinam fuisse pro sulco insparsam, ad quam diripiēdam quum plurimæ aduolassent aues, cæteris male augurantibus, augures ferocitatem & opulentiā vrbis, quæ plurimos esset mortales alitura, auspicatissimo auiū volatu, portendi interpretati sunt. Dum autem vrbs cōditur, cepit impetus regem in Aethiopiam penetrandi. Sed quia grauior belli cura instabat, Esquilo Rhodio, & Peuceste Macedone, cū quatuor milibus hoīm, vniuersæ Aegypto præsidere iussis, ad residuū Dariani belli transigendum conuertitur. Fuit hic annus, quo Alexandria condita est, quater millesimus ab orbe cōdito, primusq; & suptuagesimus supra octingentesimum, Olympiadis vero centesimæ ad duodecimæ annus tertij. Quo anno Alexāder Epirota huj⁹ auunculus, in Lucania, vt supra est significatum, perijt. Quum interim Romæ consules essent, C. Petilius & L. Papyrius. Hi vt in Romanis reb⁹ quæ exteras præcedūt, nonnihil immoremur, patrum decreto Samnitibus, quia superbe Romanorum legatis respondissent, armaq; iam ex cōfesso instruerent, Fregellas repetituri, hominem intulere. Sabellicus ager primo populatus est, & tria ex ea gente oppida in potestatem recepta, Allifæ, Callirifæ & Ruffrium. Appuli et Lucani, qui neq; hostes, neq; socij ad id tēpus fuerāt, in fœdus & amicitiam populi Romani vltro venerunt. Neapolitani & Palæpolitani, qui iam pridem a Publio Philone obsidebantur, quū non pauca indigna a Samnitibus & Nolanis præsidiarijs paterentur, haud multū diuersa ab ijs, quæ pati solent qui bello capti sunt, Nymphidij ductu & Charialj, Samnitibus per expeditionis speciem vrbe ablegatis, Romanum præsidium intra mœnia accepere. Receptis Græcorū vrbib⁹ triumphus Philoni decretus est, cui duo noui honores contigerunt, & cp ei consulatu defuncto imperiū est prorogatū, & cp iam acto honore triūpharit, quod Romanorū nulli fuerat ad id tempus datum. Vix fuerant Romani Palæpolitano bello defuncti, quum recēs aliud est illis item a Græcis in diuersa Italiæ parte exortū. Tarentini a quibus ex Neapoli & Palæpoli implorata fuerant auxilia, vbi Romanorum fidē secutos audiuere, accusata sociorū inconstantia

Alexandriæ conditio.

Oraculū.

Dinocrates architectus.

Alexandriæ figura.

ANNI MVNDI.

Cōsules.

Neapolis.

Palæpolis.

Philonis honores.

Tarētini.

stantia, qui imploratis a se auxilijs deditionem fecissent, odio in Romanos & ira flagrare incipiunt. Hortatur igitur Samnites, vt forti animo bellum sustineant, auxilia promittentes, subornant & Lucanorum quosdam, qui ipsi inter se multati virgis in media suorum concione quererentur, iussu se Romani consulis fœde cæsos, & in Romana castra ingredi ausi essent: ad id mendacium, nam credita res est, tanta animorum mutatio est facta, vt confestim missi sint, qui cum Samnitibus societatem renouarent. Subita res, vt neq; causam satis cõspicuam, ita ne fidei quidem multũ habebat. Coacti a Samnitibus obsides dare, & præsidia in arces & munitiora loca accipere: præcipitante ira nihil recusatum est. Nec ita multo post fraus apparuit, autoribus defectionis Tarentum profectis, sed amissa sui potestate nihil supererat nisi vt frustra consilij pœniteret. Sunt Lucani medij inter Picentes & Brutios ad inferum mare, a Samnitibus orti, eorum oppidum Pestum ad mare cum portu Græci Possidoniam dixere. Et gens ipsa suo periculo a Romanis defecit. Romæ interea quum ingenuus adolescens, ob paternum æs alienum Papyrio fuisset addictus, esset q; ille insigni forma, ætate q; adhuc iniuriæ obnoxia, mala libido Papyrium cepit stupri adolescentulo inferendi. Tum velut ex flore ætatis aduẽtitium crediti fructum perceptu-rus incesto semone nexum compellat, qui quum flagitium auribus non admiteret, nec minis quæ secundo loco adhibitæ sunt moueretur, magis ingenuitatis suæ quam præsentis fortunæ memor, Papyrij iussu nudatus multis afficitur verberibus: ille vbi primum potuit se in publicum proripuit, ibi in concione libidinem & sæuitiam fœneratoris questus, adeo multitudinem, quum misericordia, tum rei fœditate commouit, vt cum tumultu & clamore sit in curiam concursum, ibi impotens iniuria plus valuit, quam fœneratorum conspiratio. Iussi sunt consules ad populum ferre, populusq; id sciuit, vt Romanus ciuis nisi noxam meruisset, donec pœnam lueret, nemo in vinculis haberetur. Atq; ita nexi soluti sunt, cautumq; ne in posterum necteretur quispiam. Eodem anno Vestini & ipsi se Samnitibus iunxere. Populus etsi apparebat bellum cum Marsis Pelignis & Marucinis habendum, si Vestini armis incesserentur, bellum tamen aduersus eam gentem iussit, in quo maior Romanæ ciuitatis animus, quam consilium extitit, sed euentus docuit fortunam fortes iuuare. Vestinos Iunius Brutus fortitus est, & Furius Camillus, (hi duo tunc erant consules) Samnium. Exercitus vtroq; ducti prohibitiq; hostes tuendorum finium studio copias iungere, sed vis morbi Camillum bello subtraxit: iussus itaq; dictatorem dicere, L. Papyrium clarissimũ ea tẽpestate virum dixit, a quo Quin. Fabius Maximus Rutilianus magister equitum est dictus, vir nobilis rebus eo magistratu gestis, discordia tamen quã cum dictatore exercuit adhuc nobilior. Brutus in Vestinis hostem agrorũ populatione in prælium euocatum acie fudit, fusumq; castris exuit. Mox vrbes oppugnare adortus, Carinam & Cingiliam ex ea gente vi captas militi diripiendas dedit. In Samnio res in acie prospere cessit, sed victoriam imperatorum discordia fœdauit. Repetiturus ex vrbe auspicia Papyrius, magistro equitum denunciat, vt intra castrorũ vallum se teneat, nec cum hoste manum se absente, alio quo modo conferat. Fabius post dictatoris digressum, quũ per exploratores cognouisset, oĩa perinde soluta apud hostes, qui ad Imbrinium sedebãt, acsi in Samnio nemo Romanus esset, spem bene gerendæ rei secutus, ferox iuuenis, structo exercitu ad hostẽ cõtendit: ibi ea pugnæ fortuna fuit, vt quũ nõ dux militi, neq; miles duci defuisset, ad viginti milia hostiũ sint cæsa. Quidam autores fuerũt, bis dictatore absente in Samnites prosp̃ere dimicatũ, in quibusdã annalibus rem totam silentio prætermissam scribit Liuius. Vbi literæ ad senatũ de reb⁹ p̃spere gestis perlatæ sunt, Dictator quia cõtra suũ imperium dimicatum esset, & q; non ad se aliquid magister equitũ de ea victoria scripsisset, cæteris eo nuncio lætis, ipse irarum plenus curia sese proripit, mox ex vrbe castra p̃fectus, nemini dubiũ fecit, quin Mãlij exẽplum secutus, ad Fabij supplicium potius q; ad bellũ p̃peraret. Fuit id Fabio saluti & ante Papyrij accessum per nũcios ad hoc ipsum cõcurrere iussos, factus erat certior, quo ĩ se animo dictator repeteret castra: cõcione aduocata Fabius fidem militũ aduersus dictatoris iniuriã ĩplorat, testatus non tam ira neglecti imperij, q; inuidia sibi præreptæ laudis Papyriũ vltionis cupidũ ad exercitũ venire, amentẽ inuidia, alienæq; virtuti iratũ. Haud dubie dolere q; victoria ad hostes nõ trãsferri possit, vt se & alios eius laudis participes, maiore inuidia vrgeret, Papyriũ iram spreti imperij p̃ se ferre, tanquã non eadẽ mente pugnari vetuisset, qua pugnatã doleret. Nec dubium esse quin haud multo pacatior tribunis & cẽturionibus, q; sibi in castra venturus sit. Sed quia inuidia vt ignis summa peteret, in se velut ducem cõsulij sæuire, suũ caput & vitam petere: qua extincta, nihilominus in plures sæuiturus esset. Adesset proinde in sua causa oĩm libertati, nec dubium esse, quin si in tuenda victoria eundẽ ille militũ consensum in castris offenderit, qui in pugna fuit, futurũ, vt animum in mitiorẽ sententiã inclinaret. Postremoq; se vitam fortunas q; suas illorũ fidei virtutiq; permittere. Ex tota cõcione clamor reddit⁹ est, atq; vox hortantiũ vt bono aĩo esset, nec Romanis legionibus saluis vim ab vllo reformidaret. Affuit nec multo post dictator, qui concione aduocata, Fabium ad tribunal citari iussit. Facto inde silentio. Quæro inquit de te Qu. Fabi, quũ summũ sit dictatoris imperiũ, pareant q; illi consules. Prætores, cæteri q; vrbis nostræ magistratus, an & magistrum equitũ eiusdẽ dicto obediẽtem esse oporteat: illud etiã interrogo: expediuerit ne turbatis auspitijs in hostem ire: an illa more maiorũ ex vrbe repetere? Simul & illud dicas, potuerit ne magister equitũ ea religione esse liber, q; dictatori obstitit? Quin illud quoq; respõdeas, an ego hinc abiens vetuerim te nequit me ab sente in hostem moueres? an lacessitus etiam ne in aciem descenderes? Quod meum aspernatus imperium, incertis auspicijs, turbata religione, contra militarem morem, contra patrium institutum cũ hoste cõsligere es ausus. Hæc respondeas volo, extra caue vocẽ mittas, tu lictor interim accede huc, & virgas expedi. Fabius quando aduersus ea nihil respondere poterat, q; accusator idem & iudex capitis sederet, cæterum vitam sibi eripi posse affirmabat, gestarum rerum gloriam non posse, & quũ per hæc parum purgaret quin accusaret potius, redintegrata ira Papyrius illum spoliari iubet, virgasq; & secures adhiberi. Fabius fidem militum implorat, lictoribusq; vestem lacerantibus, ad Triarios tumultuantes se recipit. Inde tota cõcione clamor oritur, alibi minæ, alibi preces exaudiri legati dictatoris sellam circunstantes, irã lenire conati quum nihil proficerent, vt in sequẽtem diem vltionẽ differret obtestari, ne iritata q; cione maior seditio

Lucanorum defectio.

Lucaniæ situs.

Papyrij libido.

Nexorũ solutio.

Cõsules.

Dictator

Sãnitiũ cædes.

Dictato ris in Fabium.

Implorat militum fidẽ Fabius.

Militaris motus.



seditio oriretur. Sæuire nihil secius Dictator: Fabiumq; ad se retrahi imperabat. Cessisset illius pertinaciæ victus exercitus, nisi peroppotune mox interuenisset, cuius beneficio Fabius ex periculo substractus, e castris Romam abijt, ibi autoritate patris, qui ter consul & Dictator fuerat, Senatu in curiam vocato, multa de dictatoris sæuitia in se, & crudelitate dicere exorsus, quum extra curiam exauditus est clamor lictorum multitudinem sum mouentium, iam enim dictator aderat, qui Fabij discessu audito, cum expeditissimo equitatu abeuntem fuerat insecutus. Tum in curia iterata contentione comprehendi Fabium Papyrius iubet. Hic primoribus patrum & Senatu vniuerso deprecantibus, quum ferox dictatoris animus nihilo secius fæuiret, tum Fabius pater. Quando inquit Papyri, neq; Senatus autoritas neq; ætas mea, ac filij vires te mitigare possunt, Tribunos plebis appello prouocoq; ad populum, videbo an prouocationi fessurus sis, cui rex Romanus Tullius Hostilius cessit. Itum inde ex curia in concionem, ibi multa Fabius de dictatoris superbia ad populum questus, nunc Quintij Cincinnati dictatoris in L. Minutium clementiam celebrare, nunc Camilli in Furium magistrum equitum mansuetudinẽ, quẽrere interdum & quid tandem plus filius passurus fuisset, si exercitum amisisset, si fusus, fugatus, castris exutus esset, quo vltra dictatoris violẽtia fuisset processura, quam vt eum verberatum necaret, quod supplicium inuito exercitu, inuito senatu, populo non probante, superbissimus dictator victori intenderet? Hæc ille multis lachrymis dictitans, Deum atq; hominum fidem implorare. Stabatq; iam Senatus maiestas & fauor multitudinis Tribunitiumq; auxilium pro Fabio: contra rei militaris disciplina & dictatoris imperium, non aliter quam numen quoddam ad id tempus inuiolabile gratiæ obstabant. Accedebant Manliana imperia, & Bruti qui vrbem liberauit, exemplum futurum, vt disciplina militari per gratiam soluta, non miles centurionis, non centurio Tribuni, nõ Tribunus legati, non legatus consulis, non magister equitum dictatoris amplius pareret imperio. Non imperatorum edicta, non auspicia obseruarentur, vagi & sine commeatu milites in pacato & in hostico errarent, signa desererent, non conuenirent ad edictum, iniussu ducum pugnarent, non ordines seruarent, non signa, non locum retinerent, cæca & fortuita pro solenni & sacrata militaris disciplina haberetur. Hæc Papyrius quum non minus vere quam ferociter iactaret, stupere tq; Tribuni, in preces populus repente cõuersus est. Iam Fabius iuuenis & pater contentionis obliti, ad dictatoris genua procumbentes, iram & supplicium de precari. Tum dictator silẽtio facto. Bene habet inquit Quirites. Vicit disciplina militaris. Vicit imperij maiestas. Non noxæ eximitur Q. Fabius qui cõtra dictatoris imperium dimicauit, sed criminis precarium nõ Tribunitium auxilium ferenti. Vive Q. Fabij felicior hoc ciuitatis consensu quã victoria, in qua paulo ante exultabas, id facin⁹ ausus cuius ne pater quidem si dictator fuisset veniã daturus fuerit, mecum vt voles in gratiã redibis. Romanæ ciuitati cui vitam debes, nihil post hac maius præstare poteris, quam si hic dies satis tibi documenti dederit, vt tam domi, quam foris legitima imperia pati possis. Atq; cum his Fabius iussus nihil iam inde pro magisterio agere, a Papyrio dimissus, a tristi nuper certamine ingens lætitia secuta est. Senatus & Tribuni plebis Fabio gratulari, foro decedentem summis sunt laudibus prosecuti. Per eos dies frumentatores Romani exercitus in Samnio ab hostibus circunuenti quum subueniri potuisset, quia legati Fabij exemplo deterriti nihil mouere sunt ausi, cæsi sunt ad vnum, quæ clades dictatoris inuidiam auxit haud mediocriter apud milites qui sua sponte illum inuisum habebant, & q; implacabilis Quinto Fabio fuisset, & q; veniam quam militibus negasset Popu. Rom. deinceps derat. Nec prius dictator sensit quanto inter suos odio flagraret, quam iusto prælio cum hoste comissio, miles non solum vincere noluit, sed multis vulneribus acceptis pene victus in castra reuersus est. Dictator dissimulata iniuria, saucios obeundo alios comiter appellando, breui sibi militaria studia reconciliauit, ita vt vna animi militum & corpora sanata sint. Circumactæ inde per hosticum cum multa præda legiones, quoad varijs cladibus Samnites subacti, pacem a dictatore petierunt, singula militibus vestimẽta & annuum stipendium pacti, inducias in annum impetrauere. Dictator Romam reuersus de Samnitibus triumphauit. Cæterum priusquam magistratu abiret comitijs habitis consules creauit Claudium Sulpitium Longũ & Aemilium Ceritanum, alij Aulum scripsere. Nec Samnites diu quieuere, sed non multo post quam Romanæ legiones Samnio sunt abductæ, Appulis in societatem belli ascitis rebellarunt. Sunt Appuli ad Ionium mare siti, terram ipsam Daunij & Peucetij Appuli tenuerunt, a Pilumni filio Daunios esse quidam crediderunt. Alij a Dio medis socero. Siticulosa & campestris regio a Septentrione Ferentanorum habet terram ad mare consertam. Ad meridiem Calabriæ contigua est. In Apuliam igitur Aemilius consul cum exercitu est missus. Fuerunt qui scriberent Appulos non tam armis petitos a Romanis, quam Samnitium iniuria defensos: Sulpitius alter consul in Samnij profectus, late hostium regionem vastauit. Romæ per id tempus nocturnus terror ciuitatem somno excussit. Conclamatum est ad arma ac tumultuatũ, velut omnia hostibus plena essent. Vbi vero illuxit, neq; terroris vllus autor, neq; causa comparauit. Tusculani eodem anno Flauia rogatione ad populum sunt vexati. Tuleratille vt quando ea ciuitas Priuernatibus & Veliternis in bello fauisset, puberibus cæsis, liberi & coniuges sub corona venirent. Quo periculo Tusculani perculsi, cum coniugibus & liberis Romam populariter venere. Sordidati Romanas tribus cum lachrymis circuire, valuitq; plus misericordia, quam causa. Oẽs tribus rogationem antiquarunt præter Polliam, quo accidit vt multas post ætates raro quispiam Polliæ tribus candidatus Papyriam tribum, quæ ad Tusculanos attinebat, i suffragijs tulerit. Adeo iniuriæ dolor tenacius hæret mortalibus quam beneficij memoria. Habuit sequens annus consules Qu. Fabium & Lu. Fuluium, instabatq; graue cum Samnitibus bellum. Fama erat conduxisse eos ex finitimis vim hominum ingentem. Aulus Cornelius Aruina est dictator creatus, qui delectu accuratissime habito in hostem contendit. Tantum abfuit vt Samnites Romanũ exercitum suos fines ingressum, vt antea effugerint, vt multitudine fræti, vltro ad Romana castra venerint nullam dimicationi moram facturi, fuissent q; castra oppugnare ausi, quia Romanus intra munitiones se tenebat, nisi nox interfuisset. Dictator multis ignibus circa vallũ accensis silenti nocte castris profectus.

Fabius Romam profugit.

Fabiꝰ pater ad populũ prouocat.

Donatur Fabius Po. Ro.

Dictator Fabiũ capi iubet.

Ira militum ĩ Papyrium.

Cõsules.

Appuli.

Nocturnꝰ terror.

Cõsules.

Dictator

ctus est, ne cogeret iniquo loco dimicare, nec tacta Romanorū digressus hostem fefelit, quin Samniticus equitatus extremū agmen adeptus, tumultuoso certamine iniecto remoratur abeuntes, inde sub lucē peditū robur affuit, ibi quū ne castra quidem Romanus metari posset, in Samnitē conuersus pugnam cōserit. A quinta diei hora ad octauam adeo ancipiti marte est dimicatū, vt aduersæ iter faciesque uo vtraq; gradu obnixę starēt, multa iterim cruore fusus, tantumq; laboris exhautum, vt militi vires, vis sua ferro, ducibus consilium deesset. Interim Samniticus equitatus in Romanorū impedimēta ex improuiso impetū facit hos prædę intētos M. Fabius magister equitū Dictatoris iussu tumultuose adortus cū multa cede & strage dissipat, pedestrem inde aciem alis paululū circunductis a tergo inuadit, tantumq; hostibus terrorem iniecit, vt illico ordines turbati sint faciesq; illis fluctuare cœperit. Tum dictator manu & voce suis significare, vt fortius instarent, se vexilla equitum & parmas cernere dictitans: ibi redintegrata pugna periculi & vulnerum milites obliti, in aduersam aciem irruunt, refractisq; hostiū cuneis, cædes ingens & fuga edita est, sed maior aliquanto vbi fuga inclinare cœpit, equitibus dispalatos obequitantibus. Adeo Samnitium opes ea pugna conciderūt, vt dānatis armis Brutulū & Papyriū rupti fœderis autores cū omni præda primis excursionibus parta, per legatos Romā Sānites miserint. Captiuos & q̄ ex præda agnita sunt recepit Ro. Po. Cæterarum rerum deditio irrita fuit. Dictator Romā reuersus de Samnitibus triumphauit. Fuerunt qui id bellum a consulibus gestū proderent, dictatoremq; Romæ creatum vt ludis præsideret, q̄ Plautius prætor morbo implicitus non posset. At siue consules, siue dictator Sānites vicerit, hi annus eū præcessit, quo Romanę legiones ad Caudinas furcas a Sānitibus sunt sub iugum missæ, quam cladem Macedonū rebus, quæ præcipuam sequentis libri partem obtinebunt, ordine subijciemus.

Pertinax pugna.

Sānitiū clades.

Sānitiū deditio.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER V.

IMMINEBAT iam totus Dario Alexander, quum hæc quæ diximus in Italia gerebātur, eratq; velut ad vltimū certamen Macedo profectus, quādo ex Syria afferē, Andromachum, eius prouinciæ præfectum, viuum a Samaritis concrematum, ad cuius interitum vindicandum Alexander profectus, defectionis autores capitali affecit supplicio. Menon qui postea Samariæ est præsidere iussus Aristonichum & Chrysolaum Mediorum tyrannos suis popularibus necandos tradidit. Contriuit inde Alexander nōnihil tēporis in Græciæ & Syriæ rebus ordinandis. Atheniēsibus quod illi fuerant per legatos precati, captiuos restituit: Rhodios et Chios leuauit quo grauabant præsidio: Mitylenæis ob egregiā in se fidē, pecuniam quā in bello impenderant, & obsides restituit. Cyprios reges a quibus in Tyro expugnanda fuerat adiutus, magnis est honoribus prosecut⁹. Misit & Amphoterō cū classe ad Cretam liberandā, quæ magna ipsius parte adhuc Persarum & Parthorū armis tenebatur, & vt mare piratarum latrocinio purgaret. Postremo aureo cratere cum pateris triginta Tyrio Herculi dono missis, iter ad Euphratem militibus pronunciat. Interea Darius circa Babylonem exercitum pene dimidio maiorē quā in Cilicia habuerat, studio contraxerat, maiore etiam cura in eo instruendo quam antea adhibita, equitibus & equis ferrea tegumenta, ferreis lamīnis inter se certa serie connexis, qui priore pugna tantum iaculis fuerant vsi, gladios & scuta adiecit. Maior equitū numerus factus, ducēticq; falcati currus ad hostium terrorem instructi. Ex summo themone præfixę ferro eminebāt hastę, a iugo vtrinq; terni gladiorum mucrones, erotis plura spicula surrecta in aduersum stabant. Aliæ deinde falces subnixæ rotarum orbibus hærebant. Aliæ demissæ ad terram, vt quicquid curribus quadrigarum impulsu actis obuium fuisset, fœde trucidarent. Exercitu in hunc modum instructo Darius Babylone proficiscitur, cui dexter Tygris fluebat, lævus Euphrates. Obtexerat ingens agmen Mesopotamiæ campos. Regionis natura & fluuiorum ratio alio est nobis loco relata. Et iam haud procul hostis habesse dicebatur, quum Darius Satropacem & Mazeum cum aliquot hominum milibus ad Euphratem præmisit, qui Macedonem transitu fluminis arcerent, omnemq; citeriorem regionem popularētur, vt si demum coacti essent cedere, Macedonicus exercitus in deserta & vasta regione fame conficeretur. Ipse cum cætero exercitu ad Arbellam vicum processit, vbi præcipua farcinarum parte cum commeatu relicta, Lycum quinq; dierū spacio ponte superauit, inde ad Brumellum alterū amnem, octoginta ab Lygo stadia, cum omnibus copijs consedit. Regionis natura idonea visa est ad explicandas copias, ac si qua tellus vepribus vestita esset, omnia solo æquari iussit, ne non vbiq; libero campo concurreretur. Alexander etsi non poterat non mirari tantum copiarū Dario esse, quātum fama ferebatur, omnis tamē periculi contemptor vndecimis castris ad Euphratem venit, cui Dariani duces metu perculsi facile cesserunt. Tum Macedo fluuium ponte transgressus, paucorumq; dierum quiete militibus data, in hostem ire pergit, atq; ita quarto die præter Arbellam ducens, haud procul ab hoste Tygrim fluuium, vt Curtius scribit, superauit. Est Tygris omnium orientis plagæ fluuiorum natura violātissimus, quippe qui a sua celeritate sit nomen fortitus, Sagittam Persæ Tygrim vocant. Ibi equite ad impetum fluminis mitigandum superiore parte constituto, & infra vadum velut altera ala ad eos qui impetu aquarum raperentur excipiēdos, submissa, ipse primus inter pedites armis supra caput impositis, in vlteriorem ripam euasit. Fœda inde colluctatio medio alueo coorta est, quum lubrica saxa vestigium fallerent, potuisseтq; exercitus facile deleri, si hostis Macedonem ægre fluuio emergentem subito inuasisset. Sed fortuna expeditionis illius comes vetuit Darium talem occasionem perspicere. Aberant vt dixi non multū Macedones a Darianis castris, quū Satropaces mille lectos equites secum habens in eorum conspectum explorabundus venit. Misit in eum Alexander Aristonem Peonum equitum præfectum, prælioq; repente conserto, Persæ amisso duce fugam capessunt. Macedo quum biduo in ripa fluminis statiua habuisset, in sequentem diem iter pronunciari imperat. Accidit interim vt circa primam noctis vigiliam luna repente defecerit, nitoreq; sideris obtenebrato, velut sanguineis

Samaritarū motus.

Recēs Darij appa-ratus.

Falcati currus.

Vbi Darius cōsedit.

Tygris fluuius.

Superat Alexan. Tygrim.

Deliquium lunæ.



neis maculis sit illius facies fœdata. Religio & metus ingens Macedonum animos inuasit, vulgo fremere stulte fieri, q̄ tot milia fortissimorum hominum temerarij iuuenis conatus sequerentur, iam Macedonia & patre abdicatis, cœlum ab eo vanis cogitationibus affectari, iam amnes, sydera, deos ipsos, eius improbissimis votis obstare, se tamen nihilo secius in vltimas terras traduci per vulnera & mortes, & iam prælium instare, quo non vt ad Granicum cum tumultuario exercitu, nō vt in Cilicia in angustijs montium & fluuiorum sibi dimicandum sit, sed cum toto orbe terrarum, paucissimos de vita certaturos. Exaudiri passim huiusmodi querelæ, nec res procul a seditione aberat. Alexander eo motu turbatus, Aegyptiacos vates in cōcionem produxit, qui lunaris deliquij ratione patefacta affirmare sunt ausi, id sydus sępe alias Persarum regibus cladem portendisse, qua prædicatione pristina militibus audacia restituta est. Nihil enim tam facile multitudinem regit quam superstitio. Sæna alioqui, impotens, mutabilis, vbi religio aliqua animum incessit, melius vatibus quam ducibus paret. Nec Alexander diutius moratus, secunda noctis vigilia motis castris in hostē ducit, Cordieos ad læuam montes habens. Interim ex Darij literis quæ interceptæ fuerant, cognouit Macedo Græcos qui in castris erant, ab hoste ad se interficiendum magna mercede solicitari. Recitasset illas pro concione Alexander, nihil de beneuolentia militum dubitans, nisi a Parmenione fuisset monitus, parum caute fieri q̄ militum aures eiusmodi promissis imbuerentur. Et iam hostis ad centum sexaginta stadia adesse dicebatur, quum Alexandro nunciatur Statyram Darij vxorem, quæ agmen sequebatur, continui itineris labore, animiq; ægritudine extinctam. Plutarchus dolore partus ait inter socrus & filiarum manus expirasse. Emisit lachrymas ferox alioqui iuuenis ad eum nuncium, atq; ad tabernaculum in quo defunctæ erat corpus reuersus, familiariter cum matre Darij acerbum reginæ casum deplorauit. Inde Sisingambem & filias consolatus, magnificentissimo rerum apparatu eam funerauit. Semel Alexander eam viderat postridie quam in Cilicia dimicatum est, eiusq; excellentem formam intuitus, non libidini sed gloriæ materiam in ea sibi quæsitam existimauit. Dignus qui nunc quoq; talis mansuetudinis & continentiæ fuerat fructum. Tyrores siue vt alij scribunt Tyreus ex intimis eunuchis vnus, deceptis custodibus in Darij castra penetrauit. Is coniugis mortem nūciauit regi. Credere ille primo quia stuprum pati noluisset ab hoste interfectam. Vbi vero victoris lachrymas, & funeris pompam audiuit, alia confestim animo orta est suspicio ne captiuæ consuetudine superbissimus hostis se priuatum doleret. Tabernaculum itaq; ingressu tormenta expediri iubet, quibus adhibitis Tyrotem sibi fateri imperat, fuisset ne coniunx sua dum vixit ab Alexandro compressa. Ille intrepide quæstioni oblatus deos testari inuocareq;, reginam vsq; ad exitum vitæ caste & sancte apud victorem habitam, tum demum facta fide, diu velato capite, manibus ad os reductis, amantissimæ coniugis fleuit interitum. Inde manantibus adhuc lachrymis manus ad cœlum tollens, deos patrios precatus dicitur, vt sibi regnum stabilirent, vel si cadere necesse esset, hostem ipsum, qui tanta in suos vsus esset pietate, sibi in regnum succedere paterentur. Misit inde decem legatos in castra qui cum eo de pace agerent, atq; omnem terram quæ intra Hellespontum iacet & Euphratem cum filia despponderent, haberetq; Ochum filium obsidem omnium quæ promitterentur, orare ad hæc, vt triginta, auri talentis sibi matrem & filias virgines restituerer, respiceret etsi iuuenis humanę vitæ fragilitatem, vel suæ coniugis acerbissimo casu monitus, quæ florentissima esset ætate nuper extincta. Illud etiam cogitaret, facilius quædam vincere homines quam tueri, ac multo plura mortalium manus rapere quam continerent. Hæc illi dicere iussi atq; identidem testari, nihil æque Dario subegisse, vt tertio pacem peteret, quā ipsius Alexandri iustitiam & continentiam, quibus virtutibus suarum pudicitia & dignitas tam inter hostes quam si apud se fuissent, incolumis prædicaretur. Alexander legatis iussis concilio cedere, quid primores suorum censerent scisciturus cœpit. Cæteris tacentibus Parmenio censuit, vt captiui acceptos auro restituerentur, nec videri sibi pacem quæ amplissimis offerretur conditionibus repudiandā. Macedoniamq; potius quam Bactra & Indos respici oportere. Tum Alexander si ego pecuniam mallem quam gloriā, essem Parmenionis perquā similis, nunc magis mei quā illius memor de pace pertate securus ostendam me regem esse non mercatorem. Nihil vænale apud me sit inquit, captiuos honestius dono quam precio restituam si restituendi sint. Inde legatis iterum introductis, ita ait, & Dario renunciate, nullum apud hostem esse gratiarum locum, superuacuumq; fuisse mihi agere gratias, q̄ humane & comiter penes me habuerim matrem & cæteros, non id nostræ amicitiæ quæ nulla est, sed meæ potius naturæ debet. Neq; em in fœminas & pueros, sed in eos arma gerimus qui mecum certare possunt & volunt. Nam quod ad pacem attinet, deliberarem forsitan an eam hosti redderem si fieri posset, vt Dari⁹ bona fide mecum in gratiam rediret. Quod autem fieri non possit, vel ex eo exploratū habeo, q̄ nunc milites per literas ad defectionem, nūc amicos ad capitales mihi insidias instruendas, pecunia solicitat, quare ad internitionē non vt legimus hostis, sed vt percussor & veneficus est ferro & igni persequendus. Præterea q̄d attinet mihi polliceri, quæ sunt vltra Euphratem, quum ego non ea solum, sed quæ citra quoq; sunt armis obtineam: aut filiā mihi despondere, quam ipse sit seruorum vni matrimonio locaturus? Ire inquam, & illi nunciate, quæ ad hunc diem amisit, & quæ nunc quoq; habet, præmia belli esse, & iam tēpus instare, quo fortuna sit ambobus suos regni fines decretura, nec me arbitretur eo consilio Asiam petijsse, vt ab alijs leges acciperē. sed vt darē. Si inferior & non par Darius mihi esse posset, impetraret forsitā quod optat, sed neq; cœlum duos soles habet, vel quia ferre non possit, aut quia nolit: neq; tellus saluo eius statu duo summa habere potest regna. Proinde aut deditionem hodie, aut pugnam in crastinum paret, nec aliam sibi quam expertus est polliceatur fortunam. Legatis hæc renunciare iussis, ipse imbelli multitudine cū impedimentis & modico præsidio in castris relicta, in hostem cōtendit. Darius audito Macedonū accessu, suis vt ad extremum certamen se expediāt, edicit, cupiebat quando multitudine abundabat, aperta planitie dimicare. Acies inde ita instructa, vt Bactriani equites mille in læuo cornu starēt, & cum his Dahæ Aracosij, quos centum falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis stetit Bessus cum octo milibus equitum, qui & ipsi Bactriani, Massagete, aliarumq; gētium plurimi. Persas inde

Statyræ reginę in teritus.

Tyrotes Darij Eunuchus.

Darij lachrymæ.

Darij preces.

Pax a Dario petit.

Alexā. regi spōsum.

Ferox

Darij acies.

cum Sogdianis Ariobarzanes & Oriobates ducta bant. Præesse his & Orsines, suum genus ad priscũ Cyrum referens. Quinquaginta falcati currus his attributi. Bradates inde cum Caspianis Indis & Accolis rubri maris, claudebant agmen, quinqua ginta aliæ quadrigæ pari ratione instructæ. Qui minorem incolunt Armeniam, Babyloniq, Medi, Phryges, Cathaones & Parthi extremo cornu sub sedere, Atq; in hunc modum sinistra acies esta Da rio instructa. Alterius cornu maioris Armeniæ gentes Cadduſij, Cappadoces, & Syri in fronte cõ stiterunt, quibus quinquaginta falcati currus hæ

Bellatorum numerus. rebant. Summa copiarum omniũ equitum quinq; & quadraginta milia, vt Curtius scribit, peditum ducenta milia. Trogus centum milia equitum, peditum quadraginta in ea acie stetisse prodidit. Tantum enim copiarum Darius ad bellum reparauit, vt ille autor est. Plutarchus decies centum milia in prælium producta credidit, cui propemodum acce dit Curtius, qui exercitum pene duplo maiorem eo, qui in Cilicia fuerat, a Dario reparatum diuerso testatur loco: vt merito suspicari possit, parum sibi Curtium constare, qui copiarum numerum in acie locatarum adeo extenuat, nisi aliquis dixerit, parum integre locum ad posteros custoditum, vt dextero Darij cornu eam Curtius summam, non toti aciei tribuerit. Atq; ita ille instructus in hostẽ processit. Cæterum dum Darius prælio se compa

Macedonum pauor. rat, subitus interim pauor Macedonum animos occupat. Cœli fulgor æstiuo tempore ardenti simi lis internitentis ignis præbuit speciem. Quo suorum metu animaduerso, tumulum Alexander occupat, quem Mazeus audito hostium accessu reliquerat, atq; ibi per noctẽ quiere & hortatione sunt militum animi instaurati. Plutarchus autor est, Parmenionem & alios Alexandri amicos conspicatos quicquid soli inter Nypharem & Gordiecorum montes iacet, hostium ignibus collucere, quũ inde etiam velut pelagi longius resonantis grauis fremitus redderetur, animo reputantes, quanta cer taminis moles cum tam numeroso hoste instaret, Alexandro suadere ausos: vt noctu confligeret, ne terribilis & immensa illa hostium acies militum oculis obiceretur, quibus vulgatum illud ferocis simus rex responderit. Egovero inquit victoriam Alexan. verbũ. furari nolo, istud latrocinantiũ est, non fortium vi rorum legitimeq; bellantiũ, malo me fortunæ pœ niteat q̃ victoriæ pudeat. Inde somni & quietis im

Macedonũ acies. patiens curarum æstu fluctuabat animus, nunc ex summo tumulo in dextrum cornu oculũ intendere, nunc in læuũ deflectere aciem. Postremo longo peruigilio fessus sub lucẽ in tam altũ est soporẽ resolutus: vt iam ducibus signũ expectantibus, iniecta sit suspitio, quid esset q̃ præter morẽ cunctatius in conspectũ veniret. Demũ hilari vultu, & quasi manifesto victoriæ præsagio in eius ore prominẽte tabernaculo egressus, suos ad pugnã hortatus, ita aciẽ instruxit: vt in dextro cornu Clytus, Philotas, & cæteri præfecti equitum ordine cõsisterent, post illos Macedonica Phalanx staret, post Phalangem Argyraspides, quibus Nicanor Parmenionis filius præerat: subsidio his esset, Cenos Orestes, & Lyceesta: Peregrinũ inde agmen sequi, cuius Amyntha erat princeps. Aderant Philagus & Balatros nuper in societatẽ asciti, & ipsi quidẽ moderatores. Leuũ cornu Parmenio & Craterus obtinere sunt iussi cũ Pelopõnesiũ Acheorũ & Locrenſiũ equitatu, hos Thessali equites claudebãt: Philippus dux cũ acie peditũ equitibus claudebatur, & hęc sinistri cornu prima fuit acies, quę ne circunueniri ab hoste pos set valida manu cinxit, nec cornua recta fronte, vt solent, sunt præsidijs firmata: sed auersa a suis facie hinc inde sterere: altera velut acie longo ordine pro ducta, vt si Barbarus multitudine frætus circuire suos aggressus esset, vtrinq; aduersam in se haberet aciem, a lateribus Agriani in hunc modum stare, a tergo Illiyrici cum Thracibus militibus merce de conductis, atq; ita eo die Macedonum acies con stitit. Præceptũ inde est: vt falcatos currus ex aduer so immissos patefactis ordinibus transmitterent, inde in cicumactu ex obliquo quadrigas suffode rent: vel si taciti hostes curr⁹ amisissent, ipsi equos clamore territarent. Impedimenta cum captiuis & modico præsidio post aciem munitiore colle constituit, dat inde negocium ipsis ducibus, nam præ nimio strepitu imperium exaudiri non poterat, vt circumeundo aciem equites docerent, indicio com pertum esse, murices ferreos ad equorum vngulas Murices. suffodiendas certa camporũ parte, qua Macedonicus equitatus procursur⁹ videbatur, leniter sub terra esse ab hoste conditos, locus oĩbus cõmonstratus: vt certis erat metis ab hoste notatus, vti facili⁹ a suis id insidiarum genus declinaretur: ijdem iussi per partes militem hortari: vt Granici fluminis, vt Ciliciæ, Syriæ, Aegypti, aliarumq; victoriarũ me Adhortatio Alexãdri ad suos. mor, acriter dimicaret sterneretq; hostem toties victum, sciretq; illius diei victoriam, totum orbem Macedonibus & sociis in prædam daturam. His illi hortationibus & alijs similibus, quæ in tali discrimine adhiberi solent: vt præceptum erat agmẽ circuire. Alexander in dextro cornu erat. Darius ex aduerso læuum procurabat, qui sublimis curru ho stium paucitate contempta, venisse diem prædicabat, quo Persæ ignominiam ad Granicũ, & in Cilicia acceptã abolerent. Longo inde sermone vsus quo omnia complexus est, quæ ad victoriam pertinere videbantur. Per patrios inquit deos, æter Darij adhortatio ad suos. numq; ignem vos precor viri Persæ, per Cyri me moriam, qui tanta indole nobis hoc regnum pepe rit, ab vltimo dedecore hodie nomen gentiq; Persarum vindicate, & quam gloriam a maioribus ac cepistis posteris relinquite, in vestra dextra liberta tem, opes, spem futuri temporis geritis, cõtemptu non metu mors effugitur: ite viri fortes, & mecum aciẽ ingressi pro patria, pro liberis, pro vobis ipsis fortiter dimicate, nam quod ad me attinet vos mo neo & hortor, vt vestrũ regem in prælio imitemini; siue ille fortitudinis, siue ignauiæ fuerit exemplum. Nec ille pluribus affatus, vbi Alexandrum vidit obliquasse agmen ne in murices incederet, tum & ipse repente auersum ab eodem loco equitatum in hostem immittit. Falcati currus cum impetu & fragore in equites impacti, dextra læuaq; stragem primo conflictu insignem ediderunt, turbatiq; sunt ordines, dum illos: vt iussi erant per aciem transmittunt, auxerunt hunc metum Scythæ & Caucasij equites a Mazeo immissi ad Macedonum impedimenta diripienda. Quod fieri intuitus Parmenio Alexando confestim nuncia re iubet, hostes impedimentorum direptioni imminere, cui ille. I, & Parmenioni nuncia, oportere nos hodie acie vincere, vt illa & quæ hostium sunt habere possimus. Interea qui missi erant diiecto præsidio tumulum occupant, captiuos sol uunt: multi captiuorum soluti circa Sisingambim circunfusi stabant, vicisse Darium prædicantes, Sisingãbis constantia. Macedonibus cæsis suos in prædam discurrisse Cpersuasum fuit is quando sui eo irrupissent hostem acie profligatum) illa vero etsi multi horta rentur, vt bono esset animo, immobilis & sine

voce



voce nullum lætitiæ signum præ se ferens stabat, siue quia rem tantam non temere crederet, siue q̃ fortunam post tot clades arridere incipientem irritare non fuerit ausa: adeo vt quid mallet eam intuentibus incertum fuerit. Occurrit eo Amyntas præfectus equitum incertum sua sponte, an Alexandri iussu, sed quum Scytharum impetum ferre nequisset, sese ad regem recepit, magis amissorum impedimentorum testis q̃ vindex. Missus inde eo Aretes dux astatorũ, quos Sarissophoros

Difficiũtur falcati currus. vocabant. Interea currus qui primo concursu equites turbauerãt in Phalangem illati, dextera læuaq; suffossis equis, multa aurigarum ruina distrahuntur. Pauci ad extremam aciem peruenere. Ibi fœda strages editur, iacebant passim membra humi effusa. Quædam adhuc palpitantia, alia vt suo habitu obriguerant, aut gladium, aut parmam tenentia. Aretes Scytharum duce interfecto grauiter hosti instabat. Is recenti Bactrianorum equitum occursu, quos Darius suis auxilio miserat pene obtritus est, multisq; amissis in aciem refugit. Tum Persæ clamore sublato in hostem quasi vbiq; profligatũ incurrunt. Instare suis Alexander ac territos castigare, prælijq; sua præsentia haud vno loco instaurabat. Nouissime conspicatus læuum hostium cor

Persarũ successus nu rarescere, quod Bactrianorũ equitum discessu accideratq; Scythis auxilio ad impedimenta missi fuerant, in eam partem Macedo grauiter inuectus perisset haud dubie a suis exclus⁹, ni Agriani equi tes in Persas eum circunuenire adortos, effusis repente habenis impetum fecissent. Hi subita vi degrauati, Macedonico agmine quod cum rege inter cluſum vndiq; premebant omisso, in Agrianos impetũ vertere conati sunt, & Bactriani qui ad im pedimenta vt suis auxilio essent occurrerant, sese

Cõgressꝰ regum. ad signa recipiebant, cæterum confertis agminib⁹ non patuit illis reditus. Etiã reges ambo vno globo dimicabant, curru Darius, Alexander equo. Ibi atrox vtrinq; certamen accẽsum. Pulchrum quisq; putabat in sui regis cõspectu cadere. Fertur aquila supra Alexandri caput pene immotis alis aliquan

Aristander vates diu pependisse, quo augurio Aristander vates confirmatus, candida vt erat veste amictus coronam suis intendẽs, victoriæ nuncium adesse exclamat. Ea voce Macedones alacrius connixi, per æqua & iniqua ruere. Tum ibi auriga qui ante Darium sedebat, hasta transfixus concidit. Persæ iuxta ac Macedones regem occubuisse crediderũt. Hi alacri clamore sublato prælium instaurant, planctus inde & vlulatus repente ortus acierem æquo adhuc marte dimicantem ita perterruit, vt momento temporis secuta fit fuga. Qua inspecta deseritur Darij currus ab ijs qui circa illum pugnam obibant. Tum ille stricto acynace dubitasse dicitur, an fugæ dedecus honesta morte vitaret, cæterũ eminens curru, quia nondum vbiq; aperta erat fuga, suos deserere erubuit, sed res semel inclinata sisti nõ potuit amplius.

Darij fuga. Nam alijs super alios se pugnæ subtrahentibus, solutis ordinibus, via ad cædem & ruinam est hostibus facta, ac tum demum Darius rebus perditis, & ipse in fugam auertitur. Cedit victor Macedo fugientium terga, ademeratq; interim omnem periculorum prospectum densissimus pulvis, vt auriũ sensus multo habilior esset quam oculorum ad hostem persequendum. Cæciderat iam per longa spatia Alexander fugientium agmen, quum trepidus illi a Parmenione nuncius affuit, læuũ cornu multitudine hostiũ ita degrauari, vt nisi confestim auxilio adesset, resisti non posset amplius. Infremuit ferox ille, eripiq; sibi occasionem assequendi regis

Mazei fuga. questus, anceps, suis ne auxilium ferret, an fugientium terga premeret, ad postremum victoriam se quebatur, quum in altero hostium cornu rei male gestæ fama, & fuga regis nunciata, ita Mazeum & alios perculit, vt cõfestim ea quoq; parte pugna remiserit. Mirari primo Parmenio quid esset q̃ hostis sua sponte a prælio discederet. Verum ratus nõ sine causa id fieri, ad suos conuersus. Ecquid videtis inquit milites, hos qui modo tam ferociter pugnam ciebant pedem territos referre? nimirũ Alexander diuersa parte iam dudum fusum hostem in sequitur, & nos hic segnes stamus? Ite & nobilissimam victoriam pro viribus iuuate. Sustinere Ma

Persarũ clades ad Lycum. quum progressus quum pontem fugientium turba oppletum offendisset, tantum hostibus terrorem subito accessu iniecit, vt multi ex ripis, quidam alij ex ipso ponte cum rotis armis in rapidum amnem desiliuerint, ibiq; impetu aquarum & armorum pondere depressi, altris sunt gurgitibus absorpti: & iã mox instabat, Alexandercq; ex Lyco estu & labore fessus ad suos reuertebatur de læuo cornu ob ea quæ nunciata fuerant adhuc solicitus, quum interim equites a Parmenione missi, ab ea quoq; parte victoriam nunciant. Sed magnum interea rex adijt periculum, iam enim parta victoria exiguam manum & incompositam trahenti, repente hostiũ agmen fuit obuium, ibi nouo certamine iniecto, quum hostium dux infesto cursu in Alexandrum deferretur, ab eo est hasta transfixus, ea res auxilio fuit Macedoni. Barbari qui numero & ferocia superiores erant, duce spoliati, cunctantius prælium obire cœperunt, inde tenebris sese intendentibus fuga dilapsi, hosti victoriã reliquere. Atq; hunc exitum habuit pugna illa memorabilis in Aturiæ campis trans Lycum, iuxta Gaugamelam vicum commissa, qua Darius victus imperium amisit.

Cæsorũ numerus Perierũt eo die Persarum quadraginta milia, quorum numer⁹ iniri potuit. Macedonũ paulominus CCC. desiderati. Victiq; eo die Alexander magis virtute q̃ fortuna, magis consilio quam loco, ob idq; victoria ipsa multo speciosissima est visa. Darius qui vt dixi media fere nocte Arbelam venerat, quo & amicorum pauci regis vestigia secuti, & militum manus ingens venerat, suos pro con

Darijpru dentia. cione affatus, docet videre se breui futurum, vt victor hostis omnia voluntaria deditione occuparet. Cæterum laturum se æquiore animo inexhaustam Macedonum famem Persica gaza expleri, quam celeri cursu victoriam sequi, relicturumq; ob id se omnia quæ adessent, aurum, pellices, & omnem præciosam supellectilem, vt quum ijs, quæ sibi oneri potius ad res gerendas quam emo

lumento fuiſſent, ſeſe hoſtis immerſiſſet, a priſtina virtute degeneraret. Expedire ſibi iterea intacta ſui regni loca adire, vbi bellum ex integro repararet, edoctus iam ferro tutius quam auro bella adminiſtrari. His ille quum ſuorum animo erexiſſet, haud multum ibi cunctatus, ne hoſtium interuentu opprimeretur, cum ea manu quam habuit in Mediam iter intendit. Nec ita multo poſt Arbela Alexandro tradtur: vbi præter opulentiſſimam totius exercitus prædam, regia ſupellex cum quatuor milibus talentorum regi eſt præſentata. Nec diu ibi ſtatiua habita, ob morbum qui vulgari cœperat. Profectus inde Macedo per loca ducens Arabiæ propinqua, odorum fertilitate & paſcuis inſignia Memnium venit, cauerna ibi eſt cum fonte bituminis, ex qua materia Babylonis mœnia magna fuerant ex parte interlita. Ducebat ex Memnio Babylonem Alexander, quum ex inſperato Mazeus, qui ex acie fugerat cũ filijs illi occurrit, ac ſeipſum vrbemq; victori dedidit. Fuit ea deditio Alexãdro admodũ grata, q; regia vrbe, q̃ laboriosa aliquot obſidione fuerat expugnanda, primo potitus eſſet acceſſu. Mazeum igitur & filios complexus, vrbem quadrato agmine ingreſſus eſt. Tota ciuitas videndi ducis ſtudio, obuiam venienti effuſa eſt. Multitudo obid ipſum muros occuparat. Bogophanes arcis & regiæ pecuniæ cuſtos, ne ſtudio erga Macedonem a Mazeo vincereturviam, qua rex vrbem initurus erat, floribus & coronis inſterni iuſſit, argenteis altaribus ab vtraq; parte conſtitutis, miram odorum fragrantiam ſpirantibus. Præibant Magi patrium carmen canentes, poſt Chaldæi, inde opifices cum organis & fidibus ſui generis regum laudes canere ſoliti. Præibat & Babylonicus equitatus, luxurioſo magis quam bellico cultu inſtructus. Ipſe curru inuectus per vrbem regiam intrauit. Poſtero die omnẽ Darij pecuniam & cæteram Gazam recognouit, ſed nihil æque regem ac cæteros delectauit, quam magnificentiſſimus vrbis apparatus, de quo in Semiramidis rebus explicandis longior a me habitus fuit ſermo. Adijciam q; Curtius Babylonis arcem præter cætera miratus eam vicenum ſtadiorum ambitu fuiſſe prodidit, murorũ faſtigio octoginta pedes in cœlum educto, & in arce penſiles hortos proceritate arborum miraculo viſenda, in his frugiferas quaſdam octonum cubitorum craſſitudine, quinquagenos pedes cacumi tibus extantes, quod citra fidem pene ſit, tãtam arborum proceritatem in aliena terra coaleſcere poruiſſe. Hortorum moles viginti lati parietes ſuſtinebant, inter ſe vndecim pedum interuallo diſtantes, vt procul viſentibus, quædam ſyluarum ſpecies montium verticibus impoſita videretur. Fuitq; ibi Alexander quatuor & triginta dies, adeoq; breui illa temporis intercapedine captus eſt Perſicis illecebris exercitus, vt haud dubie longe debilior futurus fuerit, ſi priuſquam ad priſtinam diſciplinam reuocaretur, fuiſſet alicubi hoſtem adeptus. Curtius autor eſt, adeo impudice Babylonios conuiuari, vt matronæ etiam nobiliſſimæ abiecto pudore, velamenta corporis frequenti cõiugio deponant, ſed dum parum vtili exemplo Macedonum exercitus Babylonicis deliriis ſaginatur, ad nouem milia peditum, & quingenti equites Alexandro in ſupplementum venere, & cum his quinquaginta principum Macedoniæ filij iam adulti qui illi miniſtrarent epulas, ac circa cubiculi fores per vices excubarent. Admouebant eiuſmodi miniſtri pugnanti regi equos quum opus eſſet, venantem comitabãtur. Enimuero quũ vacuus erat ille, vbi mane ſurrexiſſet, poſt rem diuinam peractam, ſedens prandebat, poſt reliquum diei dormitabat. & interdum etiam totum diem, aut venabatur & nonnunquam per iocum vulpes, ſagittabat etiam aliquando, aut citatos currus aſcendebat celeriter & deſcendebat, vt in prælio. Legebat præterea aut ius militibus dicebat, ſingulorumq; deſideria cognoſcere. Cœnabat ad altam noctem, trahebatq; potando longiſſimos ſermones, aſſentatoribus ſupra quam dici poſſit, deditus: quæ res quũ ipſi ad vicium nocuit, tum familiarium quibuſdam qui aſſentari neſciebant, aut certe ſi ſciſſent, nolebant. Babylone igitur profecturus, Agathonem arci præfecit, Mazeum Babyloniæ Satrapem conſtituit, Mitreni qui Sardis prodiderat, Armeniam attribuit. In Satrapenem terram primo exercitus eſt adductus, ibiq; militari certamine propoſito, nouem, qui omnium fortiſſimi iudicati ſunt, Chiliarchas creauit, quum ad id tempus qui cohortibus præeſſent quingentos non mille ſub ſe miſlites habere conſueſſent: ſignum profectionis interdiu obſeruari iuſſit fumum ex ſumma pertica, quæ regio imminebat tabernaculo, noctu vero ex eodem loco flammam. Satrapenam aggreſſus, quum Suſas verſus iter intendiſſet, Abulitis filius qui regioni præſidebat, a patre miſſus deditionem pollicitus eſt. Accepit eum comiter Alexander, cæterum vrbem adeunti Abaulites obuius regi fuit, Dromades Camelos & duodecim Elephantos ſecum habens, ex India nuper a Dario ad vſum belli accerſitos. Ibi Gazam ſuper ducentos annos a Perſicis regibus congeſtam Macedo eſt adeptus, & in his quadraginta milia æris talenta. Archelao ad Suſarum præſidium relicto, arcis & theſaurorum curam Callicrati demandauit. Suſianorum Satrapiam Abauliti qui vltro deditionem fecerat, reſtituit, matremq; & Darij liberos in ea vrbe collocauit. Miſitq; Siſingambi purpuream veſtẽ dono, quę ex macedonia fuerat illi delata, eam per internuncium hortatus vt nepres nobiliſſimo operi admoueret, cuius ratio vt facilius condiſci poſſet, miſit & opifices eius artis peritos, qui virgines inſtituerent. Fertur Siſingambis adhuc regios ſpirans faſtus ad eum nuncium lachrymas fudiſſe, præſentem fortunam ſibi exprobrari interpretata. Nulla maior contumelia apud Perſicas muli eres habebatur quam ſi lanæ manus admouere cogerentur. Edoctus Alexander in quanto illa mœrore eſſet, ad eam ingreſſus gentilis inſtituti inſcitiam excuſauit. Nam quod ad Macedonas attineret, veſtem qua tum ille cultus eſſet, ſuarum ſororum non priuatæ fortunæ mulierum opus eſſe docuit. Atq; ita illa in ſpem honeſtioris fortunæ reſtituta, Suſis profectus, quartis caſtris Alexander ad Tygrim venit, eum accolæ Phaſim vocant. Oritur in Vxiorum montibus, ac ſtad, ferme quinquaginta præceps per ſyluas & ſaxa ruit, potius quam fluat. Acceptus inde camporum planitie mitior factus, ad ducenta ſtadia euagatus, Perſico mari vno oſtio infunditur. Vxiorũ regio Suſis finitima eſt, longoq; tractu in Perſidem excurrit, hanc terram Tygri omnibus copijs traiecto Tumultuoſe inuaſit, vbi non nihil eſt a Madate regionis præfecto a curſu, quem in Perſidem intenderat, retardatus. Erat locus quem hoſtis præſidio inſederat, parum aditu habilis, fueruntq; ob id irriti primi Macedonum conatus. Multi qui per ſaxa & abruptos ſcopulos caſtellum temere ſubierãt, fœde vulnerati ſe ad ſigna receperãt. Fuiſſetq; non

Alex. exercitatio quũ belo vacuꝰ eſſet.

Darij ex Arbela digreſſus

Alexan. Babylonẽ potit.

Babylonica luxuries.

Babylonicę arcis apparatꝰ

Suſidæ pylæ.

Alex. Suſis potit.

Darij mater et filię Suſis collocãtur.

Macedones a Pylis cũ cæde repelluntur.

Tygris ortus & fluxus.

Vxianæ fauces.



non ſine regis & aliorum indignatione ibi diutius laboratum, niſi occultioribus ſemitis expeditorum manus montibus inſinuata, iugum caſtello imminens occupaſſet. Tum Macedo ſupra caput repente conſpectus, tantum terrorem hoſtibus iniecit, vt alij per auerſa loca oppido egreſſi in pacatum profugerint, plures vt in re trepida ſeſe in arcem recepere. Inde a Madate. XXX. ad Alexendrum miſſi, qui ſalutem cum arce paciſcerentur, triſte reſponſum illis redditum non eſſe amplius veniæ locum. Territus Madates ad Siſingambem occulte miſit, qui eam rogaret vt ab Alexandro exitium, quod ſibi & ſuis inſtabat, deprecaretur. Duxerat Madates eius ſororis filiam vxorem, erat & Dario alioqui arcta iunctus conſanguinitate. Illa præſentis fortunæ haud oblita, multum diuq; dubitauit, an id ab Alexandro peteret, verita ne victoris in ſe indulgẽtiam fatigaret, demum proprinqui duntaxat ſui vitam, nec alterius, per literas a rege ſuppliciter precata eſt. Ea fuit regis clementia vt in Siſingambis gratiam haud Madatem ſolum, ſed omnes qui cum eo in præſidio fuerant, incolumes dimiſerit, oppidanoſq; immunitate donauerit, & hæc victor Alexander captiuæ tribuit, quæ ne mater quidem plura a victore Dario impetraſſet. Vxiorum gente ſubacta triduo Alexander ad Perſidis anguſtias venit, quas Suſidas Pylas vocant. Rupes ſupra iactum teli promi nentes, Ariobarzanes cum quindecim milibus hominum occupauerat, iuſſit ille ſuos quietos expectare quoad Macedonicum agmen eſſet anguſtias ingreſſum. Stabant itaq; hoſtes velut inter pugnæ fugæq; conſilium ancipites, quo aſpectu Macedones confirmati, montium fauces audacius ineunt. Tum Dariani hoſtem iniuriæ opportunum nacti, ſubita vi coorti, cum clamore & ſtrepitu grandiora ſaxa in ſubiectum agmen deuoluunt, ruere illa cum fragore & impetu, multamq; ſecum impulſorum lapidum ruinam trahere, donec in denſos milites deuoluta obiectas parmas cũ ipſis corporibus obtriuerant. Fœda ibi ſtrages momento temporis edita eſt, alij ſuper alios afflicti in numerum cadebant metu deinceps in rabiem verſo, conantur Macedones obiectis ſcutis in aduerſos hoſtes ire, ſaxorum crepidines muricesq; manibus prenſantes, tum aliquando atrocior vis orta, tanta q; telorum vis eſt ſuperne effuſa, vt diffracta ſorlutaq; ſcutorum crate, miſerabili modo proiecta & attrita corpora ſint ad imum cum ſtrage deuoluta, atq; ita pluribus amiſſis, multis etiam vulneratis, Alexander cum exercitu male affecto, ad trigin ta retro ſtadia remenſus, caſtra eſt in aperto metatus. Hic alterum regi iter in Perſidem a locorum peritis demonſtrabatur, cæterum noluit ille inſepultos milites relinquere. Conſilij itaq; inopem captiuorum vnus, qui Lycio erat patre procreatus matre Perſica, docet, dorſo montium iter in Perſidem patere, Calles eſſe multa arborum denſitate perplexos, perpetua montium iuga a Caucaſo ad rubrum mare extenſa, mille & ducentorum ſtadiorum longitudine, mira arborum denſitate veſtiuntur, ſecundum iuga pari ſpatio ſed plurimum campeſtris. Perſica regio excurrit, vicis & vrbibus frequens. Araxes eam interſecat, multorum ſecum torrentium euoluens aquas, hærbis & floribus veſtiens quicquid abluit, Regio haud alia toto Orien te ſalubrior. Alexander quum inter loquendum audiuiſſet eum Lycium eſſe, qui indicium faciebat, memor oraculi quo monitus fuerat, fore, vt Perſidem Lycio duce ingrederetur, Cratero ad cuſtodiam caſtrorum relicto, cum expedita manu & equitibus ſagittarijs ducem ſecutus, per montes ad hoſtem ire ſtatuit, Cratero attente obſeruare iuſſo, vt quum prælium initum ſenſiſſet in montibus, confeſtim faucibus copias admoueret. Tertia vigilia noctis ſilenti agmine monſtratum iter ingreſſus, per abruta loca, & aditu difficillima primo ium, tetra fuit militum colluctatio in locorum anfractibus, foueiſq; niue refertis, multi imprudenter in altiores niues collapſi, potius auxiliantes ad ſe trahere, quam inde alleuari poſſent, demum vbi multo labore in ſummum iugum eſt ventum, Philotam, Cenonem, Amyntham, & Polypercontem, cum expedita manu ſenſim procedere ad hoſtem iubet, ipſe longiore ambitu circuuectus, ita vt maiore diei parte laborioſe conſumpta feſſis militibus ſubſtiterit, in ſecũda vigilia ſequentis noctis, per confragoſa loca ſub lucem in editum montis verticem euaſit, vnde ſubiectæ hoſtium ſtationes videri poterãt: ibi dato ſuis ſigno hoſtem a tergo inuadit. Fuit primo atrox pugna Perſis fortiter reſiſtentibus. Craterus interim audito clamore ſubito cum alia manu anguſtias occupat, Ariobarzanes & alij hoſtium armis vndiq; de grauari, quando præſens periculum bene pugnãdi neceſſitatem imponebat, non ſolum hoſtem ſuſtinent, ſed memorabile etiam prelium edunt. Nudi quidam vt in re ſubita, armatos Macedonas cõplexi ad terrã deijcere, dejectis tela adimere, ademptis in eos vertere conati ſunt. Demum ſuperante Macedonum multitudine ac cæteris cadentibus, Ariobarzanes, cum quadraginta equitibus per medios hoſtes elapſus, Perſepolim caput gentis celeri curſu contendit, vnde a cuſtodibus vrbis excluſus, Macedonum interuentu, qui e veſtigio ſequebantur, cũ ſuis interfectus eſt. Alexander traducto agmine, eo quo hoſtis ſtatiua habuerat caſtra fecit loco. Inde Perſepolim ituro literæ a Tyridate reddũtur (præerat is regiæ pecuniæ) ſcriptũ erat his, imminere qui in vrbe erant regijs theſauris, vt eos diriperent, nec ſi vis intenderetur armatæ multitudini reſiſti poſſe. Properaret ipſe occupare nefariũ hominum conſilium ſubito acceſſu, vt is intactis potiretur. Alexander huiuſmodi literis cõmotus, cum copijs ad Araxem contendit, eoq; ſuperato caſtra ad duo ſtadia ab vrbe collata. Fœdum ibi ſpectaculum regis & aliorum oculis oblatum, ad qua tuor milia Græcorum, qui diu in hoſtium poteſta te fuerant, corporibus miſerabili modo truncis, in conſpectum ſuorum venere, alijs pes alter decerat, alijs manus, quibuſdam oculi eruti, nonnullis aut aures, aut nares præciſæ, inſcriptaq; corpora figuris literarum, quibus Perſæ vtebantur. Magna ibi miſericodia, & cõploratio orta, vbi voce agniti, forma ob acceptam cladem humanæ diſſimilis. Rex eos conſolatus iubet bene ſperare, fore vt oẽs in Græciam reuerterentur, viatico & vectura adiuti. Illi vero haud ignari, nullam tam apram infelicibus patriam eſſe quam ſolitudinem & malorum obliuionem, illud quoq; animo volutantes, celeriter lachrymas in aliena calamitate exarescere, nec fideliter diligi quenquam ab eo cui faſtidio ſit, etſi non deerant qui patriæ deſiderio tenerentur, plures eo inclinarunt vt ab Alexandro locum peterent, vbi procul a conſpectu Græciæ miſeram bilem illam corporum calamitatem, velut in occulto haberent. Iam Macedo iuſſerat mille denarium, & iumentum ſingulis aſſignari, vt domum tiã Græcos mutabirent, quum iterum ad illius pedes ſupplices iacuere, nullam præ pudore vocem emittere auſi, los.

Fœdum Græcorũ ſpectaculum.

Araxes fluuius.

Alex. expeditio.

Depellit Perſę ex Pylis Suſidis.

Alexan. munificẽtia.

quorum consilium vbi rex exploratum habuit, iumenta inquit vobis & pecuniam pro viatico destinaueram, nunc ꝙ vos manere velle intelligo, vt in his terris commode esse possitis, non minus libenter præstabo, assignatoq illis agro quem colerent, terna milia denariorum singulis & binas vestes dedit, addita his armenta cum pecoribus & frumento, vt coli sericq posset attributus ager. Postero die milites pro concione affatus, nullus inquit milites locus fuit vnquam magis Græciæ infestus, quam arx hæc Persarum regum, quam ante oculos habetis, hinc procellæ illæ bellorum quæ toties maria & terras concesserant. Hinc illa immensa agmina, Darij prius, mox Xerxis imperio Europę infusa, haud dicam vrbium excidia, cædes hominum, direptiones, rapinas, & alia mala quæ bella ipsa ferre solent, quæq; maiores nostri ab his perpessi sunt olim, quorum vmbris non video quomodo sanctius parentari possit, quam inimicissimæ vibis excidio quæ malorum omnium illis origo fuit & caput. Hic præterea multo maior regum Gaza congesta est, quam vspiam locorum alibi. Ite & vrbem Græco nomini inimicam, auri

Persepolitana Gaza.

argentiq; ex regia Gaza quæsitum, quantum nec Susis, nec alibi terrarum, Plutarchus Alexandrum scripsisse ait Persepolitanam prædam Susianæ æqualem fuisse. Sed quanta fuerit ex eo conijci potest, ꝙ decem milia mulorum fuga, & quinq; milia camelorum, diuitias, & reliquum regiæ domus instrumentum vexisse traduntur. Satis constat milites vasa immensi pretij dolabris inter se partitos. In nulla captarū vrbiū maior est cædes edita. Multi etiā Barbarorū desperata salute hostiū manus voluntaria morte euaserunt. Incenderunt quidam proprias ædes quod hostis facturus videbatur: Alexander arce valide præsidijs munita, cum mille equitib⁹, & exp edita peditum manu sub ipsum vergiliarum sydus, in interiora Persidis loca pene trauit. Per inuios saltus & niuosos agmine laborioſissime acto, agreste genus hominum vicatim habitans domuit. Ventum inde ad Mardos gētem bellicosissimam, & multum a cætero Persarum cultu horrentem. Specus effodiunt, in quos, se, libe-

Opulenta præda.

ros & coniuges condunt. Pecorū ferarumq; carnibus promiscue victitant, fœminis horror quidam atq; hirtæ comæ prominentes, vestis super genua, funda frontem vinciunt. Id illis telum & mundus est. Hos quoq; idem fortunæ impetus domuit, vnde Alexander trigesimo die, quam in eam expeditionem exierat est Persepolim reuersus. Hic intempestiuis conuiuijs & immodica temulentia fœdare cœpit nobilissimæ victoriæ laudem. Adhibebantur castrensia scorta regio conuiuio, & in

Mardos rūgens.

his Thais Attici generis fœmina, omnium quæ castra sequebantur, ob excellentem formam nobilissima, eam postea Ptolemæus regnans scorum habuit. Hic quum iam in multū vini Rex & alij prouecti essent, illa Alexandrum allocuta dicitur, Maximum inquit Rex omnium laborum, quos Asiatica sum expeditione perpessa, hac nocte fructum percepi, ꝙ in superbissima Persarum regia Alexandri regis inuictissimi conuiuium celebro, sed multo maiorem perceptura, si Xerxis regiam,

Thais scortum nobilissimum.

qui nostras olim Athenas cremauit, mea manu iri cenderem, quod & tibi gloriæ sit, si ad posteros tradatur, vt Atticæ mulieres secutæ Macedonum castra, patrię excidium fuerint vltæ, quod tot classes, tot exercitus, tot duces, ex terra Græcia profecti, ad id tempus vlcisci nequiuissent. Hæc illa, atq; vna spectante rege facem accendit. Plausus consessum & tumultus toto conclaui oritur, cæteriscq; ad id facinus hortantibus, ebrius imperator, ebrium scorta secutus, facem & ipse corripit, idem alij faciūt, clamoreq; sublato ad regiam incendendam discurrunt. Milites qui extra vrbem tendebant, flammā conspicati, rem fortuitam rati cum aqua in vrbem concurrunt, ibi regem inter cęteros materiam igni suggerentem intuiti, abiecta aqua alacri animo & ipsi faces subdunt. Nemo erat cui non persuasum esset, excisa regia vrbe, Alexandrum retro habiturum, atq; ita fore, vt victores & præda onusti breui domum reuerterentur. Et domus illa inclyta tot regum altrix, totius orientis imperatrix & domina, Græciæ & cæterarum gentium terror, hunc infelicem habuit exitum, quę decem milium nauium classem aliquando instruxerat, exercitus tam numerosos coegerat, vt maria pedibus peruia fecerint, montes a continenti abscinderint, flumina vno hausu exiccarint, per ludibrium meretricia manu incensa & excisa est. Vrbs quoq; cum regia absumpta est, vt procedēte tempore, vbi Persepolis fuisset, ignorari potuerit, nisi Araxis vicinitas, qui ad viginti stadia præterfluebat, insignem locum fecisset. Fuerunt qui eius consilij Alexādrum ignarum fuisse crederent, sed nemo alius tantum fuisset facinus parrare ausus. Persepoli delata, continuo Macedo in Mediam contendit, Darium secuturus. Erat tum ille Ecbatanæ quæ caput fuit gentis, Parthi reges postea locum tenuere, aberatq; Alexander ad mille & quinquaginta stadia ab hoste, nec flumina, aut montes erant vlli qui victorem exercitum diutius morari possent. Tum Darius magis prælio quam fugæ intentus, nullus regum maiore animo aduersam fortunā meo iudicio tulit vnquam) ita est suos pro concione allocutus. Si me inquit viri fortissimi, cum ignauis & timidis fortuna coniunxisset, & ꝙs qui pluris vitam quam laudem æstimarent, tacerem ne frustra hodie apud vos verba facerem, sed maiori quam vellem documento & virtutem vestram & fidem expertus, magis ac magis eniti debeo, vt talibus fim amicis dignus, ꝙ dubitare an vestri simi-

Incendit Persepolitana regia.

Persepolis excidium.

Oratio Darij ad suos.

les adhuc sitis, ex tot milibus hominum, quæ ad hoc bellum semel atq; iterum comparaui, vos soli hominum me his victum, bis fugientem secuti estis. Fides vestra & constantia facit, vt me adhuc regem esse credam. Desertores & transfugæ in meis vrbibus regnant, non vt ab hoste eo honore digni habeantur, sed vt talibus vos illecebris & præmijs solicitati, ex fidissimis perfidi, vt illi, efficiamini. Cæterum vos vt fortes viros decuit meam fortunam licet afflictam, quam victorum sequi maluistis, digni quibus si ipse non possim, Dij immortales pro me gratiam referant, ac referent quidem, si fides, si iustitia cœlestibus curæ est. Nulla erit tam surda posteritas, tam ingrata fama, quæ nō meritis vos laudibus sit in cœlum latura. Nunc vero si consilium fugæ, a qua vehementer abhorret animus, aliquando agitasse m, vestra virtute confirmatus, hosti obuiam ire cogito. Etenim quouscq; aduenam & externum regem vitabundus mei regni fines vagus perlustrabo, quū liceat fortunā belli experto, aut ea quæ amisi recuperare, aut

Oblique carpit de ditiōs.



aut honesta morte præsenti calamitate defungi; ni si forte facius esse dicat aliquis victoris arbitrium expectare, velit ne me seruatum vt Mazeū & alios, vni genti præficere, an suæ iræ potius ꝙ gloriæ indulgere, quod nefas dij auertant, vt hoc decus capitis mihi adimere quisq;, aut condonare possit, quin viuus nunq; hoc imperium amittam, cuius idem erit finis qui & vitæ: si hic animus vobis est viri fortes, hæc sententia, parata est vnicuiq; vestrū libertas, nemo fastidium & superbiam Macedonū cogetur ferre, sua cuiq; dextra tot malorum, aut vltionem pariet aut finem. Verumtamen uero fortuna, quod oēs scitis, variabilis est, & quia mutari potest, haud imerito mitiores vices expecto. Quā si dij cœlestes pia & iusta bella auertantur, idq; euenire velint, quod nolo ominari, vt fortibus tamē viris honeste mori licebit. Quare vos per maiorum vmbras oro & obtestor, qui memorabili laude totius orientis regna tenuerunt, quibus Scythia cessit, Thracia subacta est, Græcia concussa, Macedonia stipendiaria facta, vt nobilitatem vestram totiusq; gentis dignos spiritus geratis, eaq; animorum constantia, qua cætera pertulistis, extremam hanc pugnæ sortem experiri velitis me certe aut victoria egregia in perpetuum nobilitabit, aut pugna. Perstrinxit omnium animos ferocissima Darij oratio. Erant cum eo ad. XXX. milia peditum, & in his quatuor milia Græcorum, quorum fida strenuaq; opera fuerat Rex haud vno loco vsus: Equitum tria milia & trecenti. Consensus tamen non medioc ris aderat sequi volentium. Sed Bessus Bactrianæ vrbis regionisq; præfectus, & Nabarzanes consilium inter se nefarium iniuerant, regis in suam potestatem redigendi, vt equum consendat, secumq; fugam capessat: ille deos vltores adesse testatus, Alexandri fidem implorat. Tum ambo ira accensi tela in regem conijciunt, multisq; vulneribus confossum in curru pro mortuo relinquūt. Nabarzanes Hyrcaniam versus fugā intendit. Bessus paucis comitantibus in Bactra. Ad tria hominum milia, sub primum Macedonum accessum, ferro interiere, cęteris Alexādri iussu venia data est. Interim iumenta quæ erant currui alligata, sine rectore ad quatuor stadia militari via aberrantia in cōualem quandam deceſſerant, haud procul fons inde erat, ad quem monstratum, quum Polystrates Macedo ęstu & siti confectus venisset, aquā galea haustā poturus, iumenta inhærentibus telis deficientia conspicatur, nouitate rei commotus ad currum accessit, ibiq; Dario reperto, aquam ori adhibuit, vt extremum spiritum trahētem reficeret. Hausit ille aquā, atq; addidit. Quisquis mortalium es, hoc ad extremam calamitatem mihi accidit, vt pro tali in me beneficio gratiam tibi referre nequeā, Referet Alexander, Alexandro vero dij immortales, ꝙ in matrē meā, vxorē, & liberos, pius & clemens extitit. Tuq; oro in meæ pietatis argumentum, hoc dextræ pignus illi dato, ac precare etiam ne meum corpus insepultum iacere patiatur. Atq; hæc dicen tē accepta Polystratis manu vita destituit. Et Darij rex in hunc modum periit. Ad quē videndū quum Alexander & multi accurrissent, dicitur Rex lachrymis temperare nequiuisse, demptaq; sibi chlamyde iacētis corpus cōtexit, postremo regio more funeratū, reliquias corporis maiorum tumulis inferri iussit. Plutarchus autor est, corpus ab Alexandro ad matrem quę Susis erat missum. Cecidit cum Dario Persarū regnum, ducēteſimo ferme anno ꝙ conditum erat, Fuitq; hic annus a mūdi origine septuageſimus ſeptimus ſupra octingēteſimū ac qua-

Verba vero regę digna.

Vincitur Darius.

Alexandri celeritas.

Bessus & Nabarzanes Darium confodiunt.

Nabarzanis ambitiosa oratio.

Darij fe rocia.

Darij ritus.

ANNI MVNDI.

ter milleſimum. Quo anno Alexandria in Aegypto condita eſt. Et Alexander Epirota in Italia perijt. Quo item Romani Palæpolitanos in ora Campaniæ obſidione domitos, ad deditionem compulerunt. Quapropter bellum eſt populo Ro. cum Tarentinis ortum, & Agis Spartanorum rex congreſſus prælio cum Antipatro Macedoniæ præfecto, fortiter pugnando mortem occubuit. Fuit hic Agis multo iunior illo, & ab eo diuerſus qui Peloponneſiaci belli tempore diu Athenas, ex proximo infeſtauit. Hic qui iunior fuit Græcia in ſpem recuperandæ libertatis erecta, Lacedæmonijs autoribus, copias Alexandro abſente in Macedones parauit: Sed medio belli apparatu, cum Antipatro qui ad primos Spartiatarum motus cum valido exercitu occurrerat, manum conſerere coactus, adeo ferociter in hoſtes diAgis. micauit, vt inclinante ſuorum acie intrepide oAgidis re gis virtꝰ. mnem Macedonum impetum ſolus exceperit, atq; ibi comminus eminuſq; petitus, multiſq; vulneribus confoſſus, tam diu exaduerſo ſtetit quoad fluuio ſanguinis exhauſtum corpus ſupra arma corruit ad terram, inde a ſuorum globo (non enim adhuc tota acies ad fugam inclinarat) ſublatus in pedes, quum paululum quieuiſſet in hoſtem ferocius q̃ antea conuerſus, ſuos ad prælium inſtauran dum hortatus eſt. Fuitq; deinde cerramen accerrimum, Spartanis vetera decora intuentibus, præſentia & multo maiora Macedonibus, his pro gloria & imperio, illis pro libertate dimicantibus. Eorum anguſtiæ effecerant, vt ad multum diei ſit dubio marte dimicatum. Demum Spartanorum fortuna inclinante, Agis vbi res perditas vidit, ſe a quibus geſtabatur deponi iuſſit, ibi cũ dolore vulnerum pedibus conſiſtere non poſſet, poplitibus innixus, vt ſpatium daretur ſuis ad euadendum, clypeum hoſtibus obiecit, ferrum vibrans ab hoſtibꝰ quærere, Ecquis eorum iacenti ſibi ſpolia detraheret. Nemo erat qui commin⁹ lacеſſere auderet: ſed multa in vnum tela vno tempore cadebãt, quæ impune excepta in hoſtem remittebat, donec pectore lacea traiecto, moribundus in clypeum procubuit, minor felicitate, viribus & animi præſtantia nihilo Alexandro inferior. Qui nuncio amiſſi exercitus cum Sophryone in Scythia, haud tantum doluiſſe dicitur, q̃tum lætitia & gaudio eſt affectus, q̃ duos æmulos reges, Agim & Alexandrum auunculum, eodem tempore extinctos accepiſſet, quo clades illa Scythica nũciata eſt. Perierunt cum Agide quinq; milia Spartanorum. Ex Macedonibus haud amplꝰ. CCC. cætero exercitu vulneribꝰ affecto. Fregit ea clades nõ Spartãos ſolũ ſed cæteros, etiã Græcos q̃ ab illis ſtetterãt. Lacedæmonij miſſis ad alexãdrũ legatis veniam impetrarunt, paucis eius deffectionis autoribꝰ ſupplicio affectis. Maior omnino clades fuit, quæ Sophryonis temeritate in Scythia accepta eſt. Is Ponticæ regioni præfectus, ocioſum ſe ratus, niſi aliquid ſuo ductu ea quoq; parte gereretSophryonis cędes pra Pontum incolunt, bellum intulit. Cæſuſq; cũ toto exercitu pœnas luit innoxiæ gentis temere laceſſitæ. Spartanum bellum Curtius compoſitum ſcribit priuſq; Darius fuerit prælio in Meſopotamia victus: Trogus in Parthia tum Alexandrum fuiſſe ait, iam Dario extincto, quum de Agidis & Alexandri auunculi interitu Macedo factus eſt certior: ſed quæ Curtius ait propiora vero ſunt, ob Alexandri cædem, quam aliquanto antea nunciari oportuit ſi interim quum Alexandria conderetur, ille in Italia periſſet, vt Liuius ſcribit: q̃q; vtrũq; vt video euenire potuit. Satis conſtat luctum vniuerſo exercitui, ob auũculi mortem, ab Alexandro triduo indictum. Ipſe Dario ſublato, quum ſubitum patriæ deſiderium militum animos inceſſiſſet, & iam palam voces iactarentur, Perſico bello perfecto finiri oportere militiã, quo militari motu Alexander inſtructus, vocatum ad concionem exercitum, in hunc modum affatus dicitur. Nemo veOrõ Alexãdri ad milites. ſtrum eſt viri fortiſſimi, quem non merito ſatietas gloriæ, finiendæq; militiæ deſiderium teneat, ſi ea tantum ſpectet quæ ad hũc diem geſſimus. Etenim Prouinciæ bello victæ. vt Illyrios omittam, Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos, Peloponneſum & alias terras in Europa, quæ partim meis, partim meorũ ducum auſpicijs, Macedonum armis ceſſere, eccehoc biennio ab Helleſponto bellum exorſi, Ionas & Aeolidem ſeruitio exemim⁹. Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphiliã, Piſides, Ciliciam, Cyriam, Phœnicem, Aegyptum, Armeniam, Meſopotamiam, Perſidem, Medos, Parthienem in poteſtate habemus, vt plures expeditione vna prouincias ceperimus, q̃ cæteri imperatores vrbes. Nunc vero ſi tot captarũ gentium imperium ſtabile, & manſurum nobis arbitrarer, vel vobis renitentibus ad matrem & cæteras neceſſitudines reditum feſtinarem, vt cum his laude vobiſcum parta potiſſimũ fruerer, vbi vos quoq; viri fortes, liberorum coniugum, parentum lætitia expectat. Veriſſimus victoriæ fructus, optata quies, & rerum per virtutem partarũ ſecura poſſeſſio: ſed in nouo & tumultuoſo adhuc imperio, tempore opus eſt milites, dum efferatiſſimę gentes mitioribus ingenijs imbuantur, effrenatos mores conſuetudo melius, q̃ metus mulcet, fruges quoq; ſua lege certoq; tempore miteſcant neceſſe eſt. An putandum eſt innumeros populos, alterius imperio, & nomini aſſuetos, non ſacris, non moribꝰ, non linguæ commercio nobis coherentes, eodem prelio domitos, quo victi ſunt, & qui noſtris armis magis q̃ ſuis moribus quieſcunt, tam paratos fore, q̃ hodie ſunt, ſi immatura victoria relinquatur? fallitur opinione ſi quis contingere id poſſe arbitrat⁹, qui nunc preſentes metuunt abſentibꝰ hoſtes erũt, cũ feris beſtijs nobis res eſt, quas cauea incluſas magis tempus q̃ natura mitigat, ſed quid attinet hæc dicere, quaſi omnia quæ Darij fuerunt armis ſubegerimus? Hyrcaniam Nabarzanes tenet. Bactra non ſoluQuãtum ad ſolidã victoriã deeſſet. poſſidet Beſſus, ſed minatur etiam nobis. Sogdiani, Dahæ, Maſſagetæ, Sagæ, Indi ſui adhuc iuris ſunt. Omnes hi vna ſi terga noſtra viderint, vt hoſtes ſequentur, noſtroq; iugo excuſſo, ſuum his gentibus quas tenemus ſine vllo certamine imponent. Suis autem quiſq; placidius paret, q̃ externis & ignotis. Aut proinde quę cepimus omittenda ſunt, aut quę non habemus occupanda: ſicut ægris corporibus, nihil quod nociturum ſit medici relinquũt, ita nos quicquid noſtro obeſt imperio recidam⁹ neceſſe eſt. Parua ſæpe ſcintilla ignis magnum ſuſcitat incendium, ſed nihil tuto cõtemnit in hoſte, quippe qui negligendo violentior fiat. Nec Darius hæreditarium Perſarum accepit imperiũ, ſed in Cyri ſede Bagoæ eunuchi opera locatus eſt. Nec mirum vobis videri debet, ſiquis dixerit, quãtũcunq; eſt hoc imperium facile a Beſſo, niſi noſtra obſtent arma, breui occupatum iri. Et nos parũ iuſte fecimus, ſi ad hoc Darium vicimus, vt Beſſo eius ſeruo imperium traderemus, qui vltimuũ ſceleus auſus, q̃ regẽ ſuũ, cui hoſtis pepercifſet, in vinculis cõiectum, propria manu peremit. Hunc ergo regem patimini militeſq; quẽ ego in crucẽ tollere iã dudum meditor, omnibus regibus gentibuſq; meritas luiturum pœnas. At Hercle ſi hic idẽ nũcietur vobis Helleſpontum, aut Lydiam vaſtare, dolore perciti, q̃ noſtræ victoriæ præmia corrumperet, ad vltionem feſtinaretis: Quãto autem præſtat nunc, territum, & vix mentis compotem opprimere? Quatridui iter eſt, ne per niues aut montium abrupta eundum, ſed plana omnia & prona. Ad ipſum victoriæ limen eſt ventum, pauci nobis fugitiui, & ſui domini interfectores aſſequẽdi ſunt quibus ſupplicio affectis, haud mediocris noſtræ gloriæ fiet acceſſio. Etenim tum non ſolũ extincti regis odium finiuiſſe videbimur, ſed eius etiam mortem vindicaſſe, atq; ob id quoq; Perſæ multo obſequentiores facti, facilius noſtro aſſuefcent imperio. Magna militũ alacritate eſt ea oõ excepta,Peroratio. ac quo vellet ſeſe duceret, acclamatũ. Nec rex multum deinceps cunctatus, Craterọ cũ ijs copijs, quibus præerat ad Parthienen obtinendam relicto, tertijs caſtris in Hyrcaniam venit. Hic Phrygium iuſſum per aperta loca ducere, ipſe cum phalange & expedito equitatu, ad. XX. milia paſſuum proZioberis Rindach⁹ fluuius. greſſus, ad Zioberim amnẽ peruenit. Fluit is haud vna facie, præceps primo & violentus, mox tellure abſorptus, poſt aliquot milia paſſuum ad auras emerſus, nihilo mitior Rindacho amni miſcetur, mixtuſq; nomẽ amittit. Quatriduo hic circa fluuium caſtra habita. Quadrato inde agmine in Nabarzanẽ itũ, a quo literæ venerant, quibus ille cauſam reddebat, cur Darium occidiſſet, q̃ille ſibi vitam prius adimere voluiſſet, qua nihil mortalibus ſit charius. Si Alexander ad ſe venire iuſſiſſet, intrepide ſe ad eum venturum, nihil quidem veritum, quin fidẽ ſuã tantus rex ſancte eſſet cuſtoditurus: Deum a deo falli non ſolere, q̃ ſi indignus videretur, cui fidem daret, multa patere fugiẽti exilia, Patriam eſſe vbicunq; vir fortis ſibi ſedem delegiſſet. Ad hæc nihil Macedo reſpondit, ſed propere rare ad opprimendum hoſtem, pugnæ tamen intẽtus. Erant enim loca aditu difficilia, patens vallis ad Caſpium pelagus erat extenſa, cuius latera velut brachia vtrinq; excurrentia, in ſemiplenæ lunę ſpeciem admiſſum mare amplectuntur. Cercetæ leuĩDe Caſpij maris natura. lat⁹ accolunt, Moſſini & Chalybes dexterũ, Leucoſyri & Amazonum cãpi. Id mare, alij Caſpium, alij Hyrcanum vocant, ſed neutrum ratione caret: piſces in eo diuerſo ab alijs colore, & aqua dulcior q̃ alibi: quo argumento adducti quidam, Meotidis paludis humore huc infuſo, mare ipſum dulcorari arbitrati ſunt. Eſtq; coniecturæ huius auctor Curtius. Plutarchus vt tribus alijs terrarum locis, hac quoq; parte Oceanum terræ infundi arbitratus eſt: quã Plini⁹ aliquãto antea celebrauit opinionem. Ptolemęus ab oĩ exterioris fluct⁹ cõmercio alteriuſ ve maris Hyrcanũ vindicat. Valle igit ſylueſtri ad mare nullo hoſtiũ occurſu penitꝰ Macedo. Ibi pter alios cõmearus, quorũ tum regio abũdabat, pomorũ vis ingens paſſim exercitũ alebat vberrimũ gignendis vuis ſolũ, frequẽs arbor quærno ferme folio, idq; multo melle tingitur. Legatur neceſſe, eſt ante ortũ ſolis, alioqui eius radijs cõtactus euaneſcit. Aruas oppidũ primo Alexãder petijt, q̃ PhradatesMel i fo liꝰ. Taurorum præfectus occurrens, vltro dedi tionẽ fecit, cui⁹ exẽplum ſecuti Satrapes Hyrcaniæ pleraſq; ſecũ gẽtes, tradidere. Venit eo Artabazus cum nouem filijs: is ſe & liberos Macedoni veniẽArtabazus cum filijs venit ad Alexan. ti vltro dedidit. Habebat is ſecum Græcorum manum, fuerat Artabaz⁹ Philippi hoſpes fact⁹, iã ide ex quo Ochi regis tẽporibus exul venit in Macedoniã. Hoc fuit in cauſa vt illũ iã nonagenariũ, & ad pedes procũbẽtẽ, Alexãder dextera alleuarit. Tũ Senex ego inquit Alexãder tua felicitate lætus, hoc vno torqueor, q̃ diutius tuæ clementiæ fructum ob ętatem percipere non poſſum. Conuerſus inde ad filios, eos obteſtatus eſt vt tandiu viuere vellẽt, quoad vtiles Alexandro eſſe poſſent. Alexander non Artabazum ſolũ & filios benigne excepit, ſed in ſenis gratiam, Græcis quoq; qui cũ illo venerãt, dedit veniã. Fuerunt hi decem milia & quingenti: quorũ vnus Democrates Athenienſis, q̃ ſemp Macedonum opibus fuerat aduerſatus, deſperata ſalute, ſibi manum intulit. Mardorum gens inde bello peritа eſt, qui neq; legatos miſerant, neq; impetrata facturi videbantur: noctu iter cum expedito exercitu, ingreſſus Macedo, prima luce eorum fines irrupit: fuitq; ibi tumultus magis q̃ prælium: Barbari collibus quos inſederant deturbati, fuga diſſipantur. Capti inde vici cultoribus deſerti. Montuoſa loca ad quæ hoſtes profugerant, aditu difficillima, arboribꝰ inexplicabili nexu, a teneris incolarũ ſtudio increſcere aſſuetis: eratq; genti pro vallo & mœnibus id munitionis genus. Circuire ſeptum Alexander, atq; omnia a ſuis tentari iubet, ſiqua poſſint irrumpere. Multi interim hoſtium intercipiebantur: ſed & Macedonum quoq; non pauci, ignoratione locorum, in Barbarorum manus incidebant. Et in his Bucephalas inſignis equus captus, qui chariſſimus erat regi. Nobiliſſimi equi iactura rex permotus hoſtibus nunciari iuſſit, fore, vt ad vnum omnes ferro obtruncarentur, niſi in columem equum ſibi reſtituerent: Mardi minaciſſima regis denunciatione territi, equum & alia dona ad regem miſerũt. Inde quum nihilo ſecius oppugnarentur deditio facta eſt. Obſidibus ab ea gẽte acceptis, quum Alexander ad Darij regiam, quę in Hyrcania fuit, contenderet, Satribarzanes accepta fide ei occurrit, ſecum habens Bagoam ſpadonem, cuius conſuetudine ob elegãtem formam Darius tenebatur. Erat Hyrcaniæ finitima gens Amazonum: regnabatq; tũ in his locis Thaleſtris omnem late terram inter Caucaſum montem & Phaſim imperio obtinens. Hæc viſendi regis cupiditate accenſa, cum vna equitum ala fines egreſſa eſt. Longum inde iter emenſa, priuſq; in conſpectum veniſſet, præmiſit qui regi nũciarent veniſſe Thaleſtrim Amazonũ reginã ipſius adeũdi cupidam. Tum facta veniendi poteſtate, cum. CCC. mulieribꝰ, vt Curtius ſcribit, ad regem venit. Vbi igitur primo ſtetit, cõfeſtim equo deſiluit, binas haſtas manu geſtans. Erat læua pars veſtis ad pectus nuda, ſinuſq; in nodum collectus. Intuebatur Thaleſtris regem interito vultu, habitumq; corporis tantarum rerum famæ imparem (nam non omnia vni Dij dederũt vt ſapiens ait poeta) tacitis luſtrabat oculis. Semper hominibus Barbaris veneratio in maieſtate corpis non parua fuit, magnorumq; operum non alios capaces putant, q̃ quos eximia ſpecie donare dignata ſit natura. Cęterũ interrogata nũquid aliquid petere vellet a rege, haud verita eſt fateri ſe eo conſilio ad Alexandrũ veniſſe vt ex eius congreſſu cõciperet, ſi ſe nõ indignã exiſtimaret, ex qua regni hæredem tolleret, ſi puer ediTha leſtris Amazonũ regina. Quo anno Thaleſtris Alexan. tus eſſet, muliebrem ſtirpẽ gentili inſtituto ſecum habitura. Rogata an vna militare vellet, regnũ ſine cuſtode a ſe relictum cauſata cõmilitiã detrectauit. Contendere tum nihilo ſecius ne ſe rex ſuo congreſſu fruſtraretur. Abſumpti inde. XIII. dies in obſequij deſiderium. Trogus. XXX. ſcribit: quod tempus ad conceptum deprehẽdendũ magis idoneũ fuiſſe mihi videtur, q̃ quod Curtius poſuit,

Thalestris vbi vterum implesse sibi visa est, in regnum cum suo comitatu abijt. Meminerunt rei huius præter Curtium & Trogum, plerique Græcorū: Clatarchus, Polycritus, Onexicritus, Antigenes, & Hystros. Plures contra id figmentum arbitrati sunt: & in his Aristobulus Chares, Hyssingelus, Ptolemæus, Philon Thebanus, Hecateus Eritriensis, Philippus Chalcidicus & Duris Samius quibus Alexandri testimonium, vt Plutarchus scribit, astipulatur: qui ad Antipatrum singula perscribens, Scytharum regem sibi filiam despondere velle significauit: nulla interim Amazonum mentione facta. Lysimachus qui ex Alexandri comitatu vnus fuit, quartum Onexycriti librum asp natus dicitur, qui hæc habuit, q̄ de Amazone sunt ab illo & alijs prodita. Secundū hæc Macedo in Parthiā profectus (vt sunt hoīm ingenia, quæ cū fortuna sæpius mutant) felicitate nimia corruptus, barbarā primo stolā induit, dubiū, ad cōciliados Barbarorum animos, an vt Macedonas tentaret, possent ne a patrio ritu, ad barbarum traduci. Inde deorum fastigium æmulat⁹ iacere ante pedes patiebat, venerabundos homines, qui ad suū cōspectū veni rent: sumpto diademate, quali Darius fuerat vsus albo purpuram variante. Literas ad hæc asiaticas Darij obsignabat annulo. Pellicib⁹. CCC. & LX. vt ille, regiam repleuit. Sequebantur & spadonum greges, & ipsi muliebria pati assueti, ingemiscebāt veterani milites ac vehementer indignari, eratq; iā propemodū vnus in totis castris sensus, plus amissum esse tam clara victoria, q̄ quæsitū. Alexandrū ex imperatore clarissimo Darij Satrapem factum videri: Ipse ad conciliandos sibi barbarorum aios, Roxanen, vt quidā tradūt, elegāti forma virginem sibi matrimonio iunxit. Cæterum plures autores sunt Roxanen aliquanto postea, loco⁹ multum diuerso, ab Alexandro in matrimonium receptam. Triginta præterea puerorū milia barbarici sanguinis græcarum literarum disciplina instrui iussit: Macedonicoq; ritu armis assuescere. Alienatisq; p hæc militum animis, res haud procul a seditione aberat, quum per opportune affertur bessum regio habitu sumpto Artaxerxem a suis appellari, Scythasq; & cæteros Tanaidis accolas, bellū studio cō parare. Tum Macedo in hostem moturus, omnes fere totius exercitus farcinas in apertā iuber planitiē contrahi. Mox haud vno loco subiecta flamma momēto tēporis oīa corripuit incēdium. Tū vero quisq; pro se quæ maxime necessaria putauit flammis subtrahere est conatus, cætera luxuriæ instrumenta promiscue deflagrarūt. Tulit eam cladē mi les æquiore animo: q⁹ Alexāder suas quoq; res ignibus cremendas subiecit: in Bessum inde mota sunt castra, magnisq; itineribus in eum Macedo tendebat, quum factus est certior Satribarzanem, quem ipse Ariorum genti præfecerat, ad hostem defecisse. Alexander barbari defectione commotus, cum expeditissima manu, ad eum opprimendum iter deflexit, subitus regis aduentus adeo hostem perculit, vt Satribarzanes cum duobus milibus equitum prouincia digressus, ad Bessum celeri fuga abiuerit. Insederat Ariorum multitudo ingens locum vndiq; prærumptum, quo prægrandi lignorum materia militari opere admota, atq; subiecto igni, fumo & æstu semineces barbari arce deturbati, partim in subiectum ignem desiluere, partim in ferum temere reuertentes occidione ad vnum occisi sunt, plerique etiam per rupes & abrupta loca montis præcipites acti, voluntaria morte occubuerunt. Pauci semiustis corporibus viui in potestatem

Historiographi.

Mutatur Alexandri vita.

Alexan. Roxanē duxit vxorem.

Alexan. facinus.

sunt redacti. Recepta inde per deditionem vrbe quæ caput erat gentis, in Dracas transijt Macedo quinq; milibus peditum, atq; equitibus quadringentis, ex Macedonia, Græcia, & Lydia in supplementum, quum adhuc in Aria esset, acceptis. Erat Dracarum Satrapes Nabarzanes, qui cum Besso Darium obtruncauit. Is nefariæ cædis sibi conscius, audito hostium accessu in Indiam aufugit. Sed dum hic Macedones statiua haberent, Dymnus quidam ex Calestra Macedoniæ oppido, cū plerisq; alijs regi insidiatus est. Amabat is Alexandri exoletum Nichomachum nomine, quem ratus fore vt in societatem sceleris ascisceret, destinatæ cædis participem fecit. Ille vt commodius falleret iureiurando pollicitus est, frem in occulto habiturum, inde per Cebalinum fratrem, ne suspitionem coniuratis faceret, dat operam vt regi indicium deferretur. Cebalinus Philotæ Parmenionis filio qui plurimum apud regem autoritate & gratia valebat, primo rem aperuit: vt per eum rex de ijs, q̄ pararētur certior fieret. Is vbi alia atq; alia causando indicium de industria detrectare visus est: Cebalinus per Metionem armentarij præfectum, rem detulit. Iubet confestim Alexander Dymnum ad se trahi, qui destinati parricidij conscius, continuo sibi manum intulit. Inde quæstione habita plerisq; conuicti sceleris, pro concione, Macedonico more, lapidibus coopertī sunt. Philotas & ipse multis cruciatibus prius affectus, vt coniuratorum vnus occisus est. Occisus & Parmenio pater tanq; & ipse eius consilij non ignarus. Eum Mediæ Alexander præfecerat: nec vllius opera magis fuerat eo bello vsus, quippe qui omnibus prælijs læuum cornu procurare solitus esset. Perijt ille septuagenarius secutus ex Macedonia regem, cum tribus filijs, quorum Hector minimus natu, quum Alexander in Aegypto esset, fortuito casu in Nilum naujgio excussus perijt. Nicanor quum ex Hyrcania Alexander in Ariam duceret, fato multo prius decesserat: & Philotas cuius nunc mentio facta est. Plutarchus duos priores filios prælio absumptos scribit. Non defuerūt qui crederent Parmenionem, & Philotam inuidia interfectos, quando iam antea Philotæ ingenio regis animus offenderetur, quippe qui quum Antigonæ Phidneæ, scorti haud ignobilis consuetudine teneretur, puellæ indicio Alexander comperit, ferocem iuuenem iactare solitum nunc sua, nunc patris opera, Macedonibus haud vno loco vincere contigisset, qua insolenti prædicatione ratus Alexander suam laudem denigrari, occasionem magisq; crimen secutus, vtrū q⁹ occiderit. Ad quod ipsum non mediocriter creditur a Cratero impulsus, qui cum Parmenione & Philota nihil obscuram exercebat simultatem. His ita peractis Alexander in Euergetas iter pronunciari iubet. Id nomen genti ab eo inditum, q⁹ Cyri regis exercitum frigore & fame cōfectum, tecto & commeatibus olim iuuissent. Euergetas in potestatem redactos, ob egregiam fidem, quā Cyro olim præstitissent, Alexander grādi pecunia donauit. Aliquot dein, in gentis statu ordinando, diebus cōsumptis, relicto qui regioni præsideret, Aracosijs cosios subegit, ibi exercitu, qui sub Parmenione fuerat, recepto, sex milia Macedonum erant, & Graij generis quinq; milia, Mennona Aracosijs prætorē dedit. Ipse cum cętero exercitu Paropamisadas agreste hominū genus, & inter Barbaros incōditū bello petijt. Ea regio ad septētrionem magna sui parte exposita, ad occidētē solē Bactrianis

Alexan. Ariā recepit.

Euergetę

Aracosij.

Paropamisadæ.





subnixa, ad meridiem Indico pelago iacet obuersa, gentis ædificia ex laterculis carinato fastigio, in quo, ad domicilium illustrandum, foramina relinquuntur: vites & arbores hyeme aduersus frigora humo tegunt, cœlum tanto rigore obstringitur, vt neq; auium vestigium, neq; ferarum tota regione extet vllum. Obscura cœli verius vmbra, q̄ lux nocti similis, premit terram. Talis cœli inclemētia varia clade affecit exercitum: Multi frigore exanimati, aliorum pedes adusti, quidam etiam pene oculis capti. Incolæ armatorum speciem tum primum in tuiti, tanto sunt metu perterriti, vt p̄ nimia formidine omnia in apertum deferrent, veniam supplices orantes. Circuire rex suos inter eundum, alios iacentes erigēs, alios corporis adminiculo sustinēs, nunc affectum agmen agere, nunc extremum cogere, nunc in medio spectare, donec ad culti ora est loca perue tum, exercitusq; largo commeatu recreat⁹: Processit inde Macedo ad Caucasum montem, cuius dorsum Asiam perpetuo iugo diuidit. Hinc pelagus quod Ciliciam subit, illinc Caspiū mare spectat, & cætera Scythiæ deserta. Taurus Caucaso cōmittit, a Cappadocia se tollens, Ciliciam præterit Armeniæq; montuosa, atq; ita plura inter se iuga, velut serie cohærentia, perpetuum ad orientem extendūt dorsum. Omnia Asiæ flumina his orta. Hęc in rubrum & indicum mare, inde illa in Caspiū & Ponticum dilabuntur. Caucasus septēdecim dierū spatio ab exercitu est superatus. Monstrabatur ibi rupes in qua Prometheus religatus fabulose tradebatur. Græci scriptores Alexādro adulātes apud Paropamisadas speluncam se vidisse affirmare sunt ausi, in qua Prometheus religatus fuisset: Sed integræ fidei scriptores, nihil eius rei meminerunt. Trogus auctor est, non Parapamenos solum, quos Curtius Paropamisadas, alij Parapamissas vocant, sed Hydaspios quoq; ea expeditione domitos & alias plerasq; gentes, quæ ad Caucasi radices accollunt, vrbemq; his locis Alexandriam nomine, super amnem Tanaim. VIII. & XL. stadiorum muro in vrbem deducto, septem dierum spatio cōditam. Curtius prodidit. Sed dum hæc circa Caucasum gerun tur, Bessus regia appellatione tumens, intempestiuis conuiuijs de bello consultabat, nunc hostis temeritatem, nūc Darij vecordiam accusans, qui florentissimo exercitu hostibus in Ciliciæ angustijs obiecto, Macedonibus gradum ad victoriam fecisset. Obiecturum se Alexandro Oxium amnem, dū ex Chorasanijs, Dacis, Sagis, Indis Scythis, qui trās Tanaim incolerent, auxilia contraheret. Approbātibus id consilium cunctis, qui vna vino incalue rant, Cobares natione Medus, magicæ disciplinę haud ignarus, præfatus in primis multo vtilius ser uis esse dicto regis parere, q̄ consilium adferre vllum, ita rum est aperte fatus. Quā parum inquit mortalium natura sapiat, quum ex multis alijs rex cognosci potest, tum ex eo quod dicam maxime. Nemo est, qui in proprio negocio non minus sapiat, q̄ in alieno. Turbida est ratio eorum, qui sibi consulunt, alijs met⁹ obstat, alijs cupiditas, alij alio effectu trahuntur. Nemo, aut pauci omnino, sibi sapiunt. Magnum est regni onus. Infigne istud, aut moderate ferendum est, aut quod deus auertat, in te cito corruet. Consilio non impetu opus est. Lantrant timidiores canes, non mordent: & altiora flumina sine strepitu labuntur. Fuge consilia, vt video, moues, velut iter non vbiq; tutius sit victori q̄ victo, q̄to vtilius tutiusq; sit tibi nomen regis per eum tibi stabilire, qui dare potest tibi regnum, si volet, atq; idem auferre. Consilium habes fidele, quod tardius exequi superuacuum erit. Nobilis equus virgæ vmbra regitur, ignauus ne calcaribus quidem excitari potest. His Bessus verbis non solum non paruit, sed in tantam exarsit iram, vt stricto acinace fuerit Magum trajecturus, nisi ab amicis esset inhibitus. Cobares inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. Habuit circa se. VIII. milia Bractrianorū Bess⁹, quo ad Alexāder in Indiam proficisci est creditus. Vbi vero in Bactra iter flexit, alijs alio dilapsis, solus cum modica clientum manu destitutus, adhuc ferociter bellum meditabatur. Interea in Ariorum gente Satabarzanes transfuga, qui hostibus præerat, quum forte acies in procinctu staret, adempta sibi galea, in medium processit, alta voce inclamans, an ex hostibus esset, qui secum vellet singulare certamen obire. Tum Eriginus, etsi iā grauis ætate, pulchrum tamen ratus cum duce hostium depugnare, capitis & menti canitiem ostentans, dimicaturum se dixit, vt ex euentu vnius senilis pugnæ intelligi posset, quantum Alexandri milites, quibus integra ætas esset, Barbaros virtute anteirent. Dato itaq; ad concurrendum spatio, equos in se concitant. Eriginus hostis ictu capitis acclinatione vitato, hastam in aduersum Barbari guttur defigit, quem ad terram deiectum, altero ictu repetita, per concauum oris sarissam inserit. Satribarzanes hostilem hastam manu complexus, vt maturius expiraret, victoris ictum altius adegit. Extinctum Eriginus spoliat. Inde hostium exercitu sua sponte disiecto, Eriginus opima præ se ferens spolia, Alexandro in Bessum eunti sese multa gratulatione obtulit. Excesserat interim Bessus e medio, quem secuturus Alexander, relictis cum Artabazo, & parte copiarum impedimentis, ipse exercitum trahens expeditum, deserta loca ingreditur. Torrida erat regio & siticulosa, noctu prosinde porriusq; interdiu rex iter faciebat, sitiq; interim & æstu pene ad interitum laboratum, quo contigit, vt repertis aquis tantum humoris hauserit auidus miles, vt ad sustinenda arma pene inutilis sit factus. Tum quoq; editum ferunt exemplum illud continentiæ in summo rege, qui sitibundus, quum ægrum ac seminecem traheret exercitum, forte accidit, vt quidam vtrem aquæ habens filio occurreret, ne intoleranda siti absumeretur. Is regem intuitus æstu & labore affectum, vas aquæ illi obtulit. Tum rex, cui (inquit) opem ferre destinaueras, q̄ meo (ait) filio, veritusne prius q̄ ad flumen venerit extingatur. Restituit Alexander illi poculum, fassus se bibere non posse, tot militibus sitientibus, quorum desideria exiguum vas aquæ explere non valeret. Atq; per hunc modum ad Oxum amnem non multo post ventum est, vbi sub noctem ignes regis iussu in edito cōplurimi excitati sunt, vt ad eos tardum agmen flecteret vestigia. Misit & qui cum vtribus fluuiali aqua plenis venientibus prodirent obuiā, vt siti & æstu affecta corpora potu leuarentur. Fama est ibi aquam tam cupide hausta, vt plurimi intercluso spiritu confestim exanimati sint, nec vllo vnq; loco citra pugnam maior est Macedoni clades accepta. Alexander, quia materiæ defectu fluuij pontibus iungi non poterat, vtres stramento refertos militibus diuisit, quibus singuli binive incubantes ad vlteriorē ripā tranauere. Oxo in hūc modum superato, haud multum itineris inde exercit⁹ fecerat, quum regi nūciaretur Bessum in Susiana ca

Taurus mōs. Caucasus

Spelūca Promethei.

Cobaris magi verba.

Bessi ira.

Sitis militum.

Oxus fluuius.

Brāchidę

prum a Spitamene & Datapherne, quos ille inter fidelissimos habuerat amicos. Rex ad Branchidarum oppidum progreditur, id subita vi captum hostiliter diripit. Violauerāt olim maiores Didimaonis templum, quod apud Milesios fuit, atq; a Xerxe ob id in Asiam traducti. Direpta vrbe ciues ad vnum sunt trucidati, nec commercio linguæ, aut suppliciorum velamentis, precibusve, ferrum inhiberi potuit. Muros vrbis a summo ad imū victor Macedo demolitus est. Sacros etiam lucos extirpauit, vt ne vestigium quidem vllum extaret in posterum. Nec ita multo post Spitamenes Bessum in castra ad regem traxit. Eū Alexander Oxartis fuerat is Darij frater, quem Macedo non solum incolumem præstitit, sed inter custodes etiam corporis habuit) custodiendum dedit, vt loco quo Darium occidisset, meritum expenderet supplicium. Laudati sunt a rege qui Bessum vinxerant, amplissimisq; muneribus donati. Postridie Barbari, qui ad montes concesserant, facto in Macedonas pabulatores impetu, rotis campis dispalatos adepti, plurimos obtruncant. Multi etiā ex his capti, atq; in altos mōtes abducti. Macedo vlciscendæ cladis cupidus, interque audacissimos militum postridie aduersos montes subiturus, sagitta ictus acie excessit. Ferrum crurī altius infixum extrahi nō potuit. Nec latuit regia clades Barbaros, quo casu veriti ne ad vnum victi cæderentur, vltro deditionem fecere, quum. XX. milia numero essent. His in fidem receptis, vbi castra mota sunt, ingens certamen gestandi regis est inter equites & milites ortum, tantisper dum vulnus curaretur. Ille ratus fore, vt dum vnis omnino se crederet, alios offenderet, per vices gratissimum onus vtrisq; partitus est. Ad Marupenta dein quartis castris ventum est. Patebat vrbs. LXX. stadiorū ambitu, qua recepta Aulorū, qui iustissimi inter Scythas habentur, ac bellorū experres, legati superuenerunt deditionem vltro facientes. Fuerat ea gens iam inde a primi Cyri temporibus libera. Hos benigne Alexander audiuit, laudatosq; in fidem recepit. Misit inde Penidam ad eos Scythas, qui supra Bosphorum & Meotim incolunt quos transire Tanaim vetaret. Ipse interim diligenter regionem exploraret, & locorum situm animo conciperet. Cōsideraretq; locum vrbi super ipsius amnis ripam statuendæ. Discussit id cōsilium Sogdianorum defectio, cuius gētis ad septem milia eximprouiso ad arma recurrerāt, falsis rumoribus impulsi, Bactrianos equites Macedonem iccirco ad se accersiuisse: vt infesto exercitui trucidādos obiiceret, ad quem motum comprimēdum Spitamenes est a rege missus. Cæterum animi ad defectionem semel inclinati, ad officiū retrahi nequiuerunt. Alexander transfugarum defectione comperta, Craterum Cyropolim obsidere imperat, ipse aliam regionis vrbē corona adortus, vi cepit, signoq; dato vt puberes interficerentur, reliqua multitudo prædæ fuit militi. Vrbs diruta est, vt vnius excidiū cæteris documento esset, ne extrema experiri vellent. Misit & ad Memacenos Macedo gentem validam equites. L. qui eos ad deditionem faciendam horrarentur, vt finitimorum excidio edocti periculum quod vniuersis immineret, voluntaria pace subterfugerent. Hos benigne acceptos, extracq; vrbis munimenta iussos tendere, somno & vino grauatos intempesta nocte Memaceni adorti, contra ius gentium interficiunt. Barbarorum perfidia adeo regem vniuersæ genti reddidit infestum, vt Cyropolim interim capram, quam ob Cyri memoriam incolumem seruare in animo habebat diripuerit. In duobus ille regibus præcipuam animi virtutem miratus dicit, in Semiramide & Cyro, atq; ob eam rem amborū memoriam semper veneratus est. Memacenorum obsidio diutius tenuit, cū rex ab initio persuasum habuit, nullaq; ciuitas laborios[i]or a Macedōe est oppugnata. Quū rex incaute muros subiisset, ceruice saxo percussa, parum abfuit quin caligine oculis oborta, caderet. Sed nihil ea clade territus, non pri⁹ incœpto destitit, cū murorum parte cuniculo nuda ta, vrbē vi cepit, captam diripuit, direptam solo æquari iussit. Misit & Menedemum, cum tribus millibus peditum, &. CCCC. equitibus ad Maracādam vrbem, quam Spitamenes transfuga occupauerat. Ipse ad Thanaim profectus locū castrorum, quem sexagenum stadiorum habuit, muro circundedit, vrbemq; Alexandriam nuncupauit. Id opus tanta est celeritate perfectum, vt. XVII. die cū ibi metat⁹ est castra, domus tectæ sartæq; constiterint. Bactrianos Thanais ab Scythis, quos Europeos vocant diuidit, id Asiæ Europæq; confinium. Et hæc nō pauo quidem errore de Thanai, & rebus ab Alexādro circa illū gestis, prodidit Curtius. Etenim magna Asiaticæ terræ pars fuit, inter Thanaim & Hyrcanum mare, quæ non sensit Macedonum arma. Estq; huius opinionis autor Strabo. Is quia in tanto Asiæ motu, hæc quoq; terræ magnos contraxerat exercitus persuasum habuisse quosdam existimat, eum gentium tractum fama Alexādrum obtinuisse, sed quū Strabo hoc ipsum, tū Plutarchus haud obscure demonstrat, Alexandrum, & qui cum illo in Asia fuere, opinione deceptos, quia Hyrcani maris aquam dulciorem gustu deprehēdissent ad Meotim se paludem peruenisse, cuius Thanais sest accola, Cadunt in Hyrcanum pelagus grandiora flumina, ex Scythiæ montibus decurrentia, Ochus, Oxus, Iaxarthes, quorum Aristobolus Ochum maximū omniū fluminum, quæ in Asia viderit secūdum Indica arbitratus est. Hunc Strabo Thanaim falso appellatum ab ijs qui cum Alexandro fuerūt existimat, quo errore Polycletus, Thanaim ex Indiæ montibus lapsum in id mare cadere arbitratus est, conatus coniectura haud inepta ostendere, lacū eum esse, non mare, quia serpentes aleret, & dulcioris esset gustus, cū cætera maria. Idē Curtius, & qui Curtium in eum errorem traxere, Bactrianā ab occasu Thanai fluuio allui opinati sunt, sed quātum Thanais ab ea terra distet facile deprehēditur. Taurus ex Pamphilia assurgens perpetua iugorum serie, in Hyrcaniam extenditur, cuius septemtrionale latus habent Gelæ Caduſij, Mardi, Hyrcani, Parthi, Margiani, Arij, tum deserta regio, quam Sam⁹ amnis intersecat. Sūtq; ab Hyrcano mari ad Arios sex milia fere stadiorum. Inde Bactriana est regio, cui Curti⁹ & qui ei⁹ erroris autores fuere, Thanaim affinem fecerunt, quum tot alioqui gentes longissimaq; terrarum spatia, Thanaim, qui in Ripheis ortus montibus in Meotim labitur, a Bactris procul dirimant. Ptolemæus quod ad Alexandriam attinet, duas vrbes huius nominis in Sogdianis retulit, quarum alteram Oxianam vocat, ab Oxo credo, qui terram ipsam a Bactriana diuidit, quo apparet, Oxum esse siue Ochum, vt alij tradūt, quem illi Thanaim falso nominant. Sed vereor ne maiore verborum complexu, cū necesse fuit locus sit hic a me discussus, quum omnes qui de ratione terræ scribunt, opinioni, quam sequimur, haud dubie astipulentur. Illud memorabile adiciunt, quod ad Caspium mare attiner, tanto impetu flumina

quædā

Bessus traditur. Alexan.

Affectus militum in Alexādrum.

Memace norū per fidia.

Alexan. vulnerat Memace norū excidium.

Alexandria.

Thanais fluuius

Ochus. Oxus. Iaxarthes flu.



quædā ex rupibus, quæ aliqua sui parte mari promi nent, suas aquas in subiectum pelagus eiaculari, vt infernum littus ne aspergine quidem cadentium aquarum attinguatur, sitq; exercitibus peruiū, vulgoq; locorum indigenę æstiuis horis conuiuia ibi inter se celebrent. Alexander vrbe, vt diximus, cōdita dubium aliquādiu habuit, deberet ne Scythas bello persequi, an Bactrianorū defectionē vlcisci. Cui deliberanti nuncius affertur, Menedemū, qui in Bactris fuerat relictus, ī insidias lapsum, cū duobus milibus peditum, &. CCC. equitibus cæsum. Hic ille etsi ceruicis vulnere haud satis cōualuerat, dolore & ira acceptæ cladis, quam pro magno habuit negocio occultare, ne suorū animi a rerum gerendarum cursu auerterētur, esse sibi in animo pronunciat, statim in hostem ducere atq; equestres copias ratibus fluuio traijcere. Ipse identidem noctu summotis tabernaculi pellibus, hostium numerū, qui vltra flumen erant, ex ignibus in conspectu accensis, tacitus explorat. Et iam omnibus ad traijciēdum paratis. XX. Scythārū legati venerunt in castra, qui vbi ante regem constiterunt, maximus natu ita est eum allocutus. Si dij immortales Alexander tui corporis habitum (erat enim in illo præsentia oris omnino maiestate nominis inferior) imoratio ad menſæ animi, istius cupiditati parem esse voluisſent, iam te totus orbis non caperet vnaque manu oriētem tangeres, altera occidentem, actum quoq; haud dubie requireres, vbi tanti nominis fulgor conderetur. Sic quoq; plus nunc (quod fari liceat) concupisti quam capias, an si humanū genus tibi cesserit, cum fluuiis & fluminibus, cumq; ipsa rerū natura bellare incipies? An ignoras immensas arbores diu crescere, vna deinceps hora, aut hominum iniuria, aut casu extirpari? Leo quoq; minimarū auium fit pabulum, & ferrum cōsumit rubigo. Nihil est tam solidum & firmum, cui non demum ab inualido sit periculum. Quid tibi rei cum Scythis est? aut qua nostra iniuria lacessitus, nobis bellum inferes? & quis homo esses, & vnde venires ignorare poteramus, in profundis fluuiis agentes, nec quod ad nos attinet, vlli hominū seruire possumus, nec cuiquam imperare desideramus, contenti vno iugo boum, aratro, sagitta, & pharetra, fruges amicis impertimur honesto labore quæsitas. Eminus hostem sagitta petimus, comminus vero hasta. Tu te ad latrones persequendos venisse gloriaris, quum istud ipsum sit vere latrocinari, eos tibi ad prædam deligere, a quibus nulla fis iniuria affectus. Iam a Lydia ad Bactra omnia tibi subiecisti, nunc nostris pecoribus inhias, quid tibi diuitijs opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, vt quo plura haberes, acri⁹ quæ non habes cuperes. Bellum tibi ex victoria nascitur, quum pax ex bello alijs quæratur. Verum enimuero ista ratione quo tibi plura parabuntur, eo minus quietus esse poteris. Ecce dum Bactra subigis: Sogdiani in te arma induerunt. Nemo alienigenam dominū vult pati. Transi modo Ochū, velocior Scytharum paupertas erit, quam Macedonicus exercitus tot gentium spolijs honusti⁹. Rursus quum procul nos a bello esse credideris, tū fortassis aut a fronte insultabimus, aut a tergo erimus, eadem velocitate & fugimus & sequimur. Nos deserta & humano cultu vacua sequimur, non vrbes, non opulentos agros, facileq; hostem ludim⁹ rursusq; quum opus est petimus. Contine proin de fortunam tuam pressis manibus, lubrica est, tuęq; felicitati impone frænos. Sine pedibus aiunt fortunam esse, manus tantum & pennas habere, atque

Mira aq̄rū eiaculatio.

Scythæ

Alexan.

Peroratio. Alexan. Oxū trās greditur.

Liberi patris metę

Cōparatio Ro. & Macedo.

eadem quum manus porrigat, pennas comprehendi non patiatur. Deniq;, si deus es benefacere mortalibus debes, non obesse, munera impertire, non sua eripere cuiquam: sin homo, hoc quod certe es, te semper esse cogita. Stultum est eorū meminisse, propter quæ tui obliuiscaris. Quibus adhuc bellū non intuleris, bonis amicis vti poteris, nam firma & stabilis est inter pares amicitia, inter dominum & seruum, ne media quidem pace amicitia vlla esse potest. Nec de Scytharum fide, si in amicitiam recepti sint, quicquam dubirari oportet, qui eam colendo iurant. Græcis iusiurandum cautio est, nos religionem in ipsa fide nouimus. Qui non reuerētur homines, fallunt & deos: Nec tibi amico opus est, de cuius beneuolentia dubites. Scythicæ gentes magnam Asię partem obtinent, magnam & Europæ, si bellum cum vno eius gentis populo contraxeris, cum omnibus erit habendum, tam hic quam ibi tuo imperio finitimi sumus. Proinde hostes an amicos habere velis prius quam arma inferas, recū etiam atq; etiam considera. Quum adhæc Macedo nihil pacate respondisset, vt erat in omne vetitum præceps, cōfestim copias fluuio admouit, rates primo in hostem missæ, has sequi pedites iussi vtrib⁹ incubantes. Equestris Scytharum acies aduersam ripam magno agmine insederat: qui in prima frōte ratium constitere obiecto clypeo in genua subsidere iussi sunt, vt cæteros protegerent a lateribus locati erant qui tormenta in hostes intenderent. Remigem lorica indutum, clypeorum testudo inter agendum tegebat, erat rex in prima rate, multūq; solicitus an ripam obtinere posset, siquidem tanta vis sagittarum ab hoste sub ipsum appulsum in Macedonem missa est, vt pauci e primoribus, intactis corporibus, in hostium euaserint. Cessit feliciter regi, q̄ vbi prima ratis terræ appropinqua re cœpit, tormentis subito in hostem excussis, quia nullum telum in confertum agmen irritum cadebat, paululum cessit hostium acies, quo factum, vt plures vna connixi continuo ripam occuparint. Tum vero strepitus & clamor applicantium, pene prius quam vllum sit iniectum certamen, hostem in fugam vertit. Tenuit tamē non nihil pugna Scythæ fusi fugatiq; ad mille & octingētos equos amiserunt. Victor Macedo fugientes ad noctem vsque persecutus est. Transgressus iam Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant, crebris interuallis dispositi, arboresq; proceræ, quarum stipites hædera contexerat, Alexander ad concilianda benignitatis famam captiuos Scythis sine prętio restituit, vt de virtute se contendere non de vita aut diuitijs, intelligerent. Vix credi possit quantum ea victoria famæ & celebritatis inter Scythas & alias gentes Macedoni parauerit. Nulla gens in terris Alexandri armis par futura credebatur amplius. Sed illi quibus Macedonum vires cum ijs, quæ ea tempestate populi Roma. fuerunt conferre curæ fuit, multum diuersa vulgi opinione fuerūt Macedo, & in his Liuius Romanarum rerum autor clarissimus. Is omnia quæ victoriam parere possunt, militum copiam, virtutem, duces, ducum felicitatem, diligenter complexus, adeo hæc Romanis, per id tēpus, quo res Macedonū longe latęq; Alexandri ductu floruere, superfuisse existimat, vt velut ab alijs regibus gentibusq; ita ab hoc quoq; quiritium nomen, si ille in Italiam venisset, fuerit incolume mānsurum. Nec (quod ad imperatorem attinet) Alexādrum egregium fuisse ducem inficiatur, sed multū illi ad celebritatem contulisse, q̄ vnus inter suos fuerit, q̄ adolescens nullum fœlicitatis fortunæ im-

petum fit expertus. Cyrum quem omnium ducũ maxime Græci probarũt, vt alij reges duceſq; omitterentur, non paruum exemplum fuiſſe humanorũ caſuum, mutabiliſq; fortunæ. Romanos duces vt illi tantum cenſerentur, cum quibus bellandum Alexandro fuiſſet, ſi hos ſibi hoſtes deſtinaſſet M. Valerium Coruinum, C. Claudium, M. Rutilium Clau. Sulpitium, T. Manlium Torquatum, Q. Publium Philonem, L. Papyrium Curſorem, Duos Decios, Q. Fabium maximum, & M. Curium indole & ingenio nihilo inferiores Alexandro: idem autor arbitrat, quippe qui ea militia imbuti eſſent, quam ſub regibus primo Romanus populus imbibiſſet, Iunij, Valerijq; regum exactores confirmaſſent, Valerij, Fabij, Quintij, Cornelij auxiſſent. Nec quia Alexander militaria opera obiuerit, quo eſt illius nomen & imperium illuſtratum, Torquatus ei aut Valerius Coruinus ceſſiſſent, qui prius inſignes milites, quam duces fuere. An Papyrius illi corporis robore ceſſiſſet? An Decij deuotis corporibus in cuneos hoſtium ruentes? An vnius iuuenis conſilijs, ne ſinguli duces nominentur, ſuperari potuerit ſe natus ille, quem Cyneas hoſtis haud multo poſtquam hæc geſta ſunt intuitus, ex regibus conſtare dixit? Nec periculum fuiſſe, vt quam quiuis horum, aut caſtra diligentius meraturus eſſet, aut cautius inſidias itaturus. Rurſus ne, aut pugnæ tempus aptius captaret, melius aciem inſtrueret, ſubſidijs firmaret, nec cum Dario rem illi futuram fuiſſe, qui ſpadonum & fœminarum maius pene agmen quam militum trahebat, verius præda quam hoſtis. Vicit demum ille incruentus nil aliud tam bene auſus, quam vana cõtemnere. Lõge alius Italiæ quam Indiæ ſitus, per quam ille comeſſabundus temulentum circumagit agmẽ. Horridiores Lucaniæ tumuli, domeſtica clade inſignes oculis occurriſſent. Quid q; ille ſecundis rebus merſus, barbaricaq; illecebra captus, ſimilior Dario q; ſibi ipſi fuiſſet Italiam ingreſſus? Quid corporis habitus? Quid humi iacentium deſideratæ adulationes, victis etiam non modo victoribus graues? Quid infanda ſuppliciaq; in cœnis mediaq; potatione amicorum cædes? vanitaſq; ementitæ ſtirpis?

Quid q; Macedone Græci afferant.

Nec maius aliquid a Græcis pro Macedone allatũ idem autor ait, quam q; Parthi, quos ille ſubegit, graui prælio Romanos vicerint, quaſi vero ea gẽs non fuerit poſtea ſæpius a Romanis victa. Nec illud multo maius habendum, q; vbiq; Alexander feliciter pugnauerit, quum multi ex Romanis ducibus, pari felicitate bellarint, vt nulla nõ acie victores extiterint. Inuicto igitur cum inuictis bellandũ fuit, habuiſſentq; Macedones vnum Alexandrũ: Contra Romanorum pleriq; extitiſſent. virtute, cõſilio, felicitate pares. Nec ſi copiæ collatæ eſſent, copijs res Romana fuiſſet inferior, quando ſcriptores quidam cum. XXX. milibus peditum, & quatuor duntaxat equitum, Macedonem Aſiam traiciſſe memorent. Etenim ſi Perſe oriente domito, aut Indi illi acceſſiſſent, talia auxilia impedimento potiũ ad rem gerendam, quam adiumento fuiſſent, quũ interim ducena quinquagena milia capitum cenſerentur, vrbanoq; delectu decem nonnunquam ſcriberentur legiones, ſæpeq; per eos annos quaternis quiniſve exercitibus ſit reſpub. foris adminiſtrata, Acceſſiſſent his ſociæ vires, Hetruria, Latini, Sabini, Marſi, Picentes, Equi, Volſci aliæq; gentes fortiſſimæ Italiam incolentes. Arma Macedoni clypeus & ſariſſa Romano ſcutum & pilum habilius, & telum perniciоſius. Illi Phalanx, ſed confuſa. Huic acies ex pluribus ordinibus compacta, Vtereque ſtatariæ pugnæ aptus, ſed Romanus ad tolerandum laborem melior. Vno prælio victus Alexander bello victus eſſet. Romanum quem ſub id tempus non Caudium, non Tranſimenus, non Cannæ fregerunt, nulla certe acies fregiſſet. Ille autem etiam ſi prima proſpere eueniſſent, confeſſus eſſet, ſibi in Aſia cum fœminis bellatum, quod Alexander eius auunculus dixiſſe fertur. Poſtremo bella punica facile demonſtrant, an populus Ro. vinci potuerit, quorum ſpatijs ne par quidem Macedo fuiſſet, atq; ſic demum ille colligit, fuiſſe Romanum nomen aliquando prælio victum, bello vero nunquam. Sed nos hæc ex Liuij diſſertatione plurib⁹ forte quam inſtituti operis breuitas exigat, executi ſumus. Nunc quando ex magnitudine rerum ab Alexandro geſtarum, eo proceſſit ſermo, vt Romanarum virium mentio ex collatione fieret, vt noſtratia, quod vbiq; pene fecimus, peregrinis præferantur, iam in ijs, quæ per id tempus Ro. po. in terra Italia geſſit, nonnihil immorabimur. Principio eius anni quo Romanę legiones ad Caudium, cuius proxime mentio facta eſt, a Samnitibus circunſeſſæ iugum ſubierunt, Conſules Romę creati ſunt, T. Veturius, & Sp. Poſthumius. Hi Samnium prouinciam adepti, copias in hoſticum eduxerunt. Iam Samnites & ipſi Herennij Pontij ductu arma induerant (quam rebellionis cauſam prętenderent, proximo volumine explicauimus.) Incenderat Pontius ſuorum animos ad Romanorũ vim ſortirer propulſandam. Expiatum dicere quic quid cœleſtium irarum erat ex rupto fœdere, deditos, ad ſupplicium autores violatæ pacis deditionem ipſam a Romanis neglectam. Omnia Samnites feciſſe, quæ ad placandos deos homineſq; fieri potuerunt. Nec ſe videre quid Samnium aut Romanis, aut dijs fœderum, deberet amplius. Quod ſi cum potentioribus nihil humani iuris inopi relinqueretur, ad deos intolerandæ ſuperbiæ vindices ſuam Samnites cauſam relegarent, aut ſi quibus ſatiſfactum voluiſſent, aliter placari non poſſent, niſi ſanguinem hauriendum, ſuaq; corpora lanianda darent. Irent & fortiter vitam, parentes, liberos, penates, aduerſum ſuperbiſſimũ hoſtem tuerent. Iuſtum eſſe bellum, quibus & neceſſarium. Pia etiã arma, quum his ſolis ſpes vitæ relicta eſſet. Talib⁹ Herennius quum multum iræ ſuorum animis addidiſſet, ad Caudium non multo poſt cum valido exercitu conſedit. Mittit inde decem milites paſtorali habitu, qui pecus in conſpectum Romani præſidij darent, captiq; Samnitium legiones dicerent, Luceriam in Apulia circunſedere: Romani conſules caſtra ad Calatiam fecerant, apparebatq; ita futurum, vt Lucerina obſidione audita, continuo ad opem ſocijs ferendam occurrerent. Milites pro paſtoribus in caſtra adducti, quum de ſtatu prouinciæ appellati idem omnes dicerent, facile fidem fecere. Duæ viæ erãt, vna per oram ſuperi maris, ſed quo tutior eo magis prolixa, reliqua per Caudinas furcas, ſaltus duo ſunt prælti, atq; ſilueſtres iugorum perpetuirate inter ſe iuncti, iacet inter eos ſatis patens clauſus in medio campus, hærbidus, & aquis irriguus, per quem medium eſt iter. Huc adeuntibus intrandæ ſunt anguſtiæ, tum ſi retro abire velis, aut eadem qua te inſinuaueris via petenda eſt, aut per arctiorem impeditioremq; ſaltum euadendum. Huc igitur Romani conſules temere ingreſſi, quum ad vlteriores anguſtias occupandas, citato agmine irent, multa mole arborumq; deiectu obſeptas inueniunt fauces, tum demum fraude hoſtiũ cognita, præſidiũ quoq; in ſummo iugo cõſpiciũt,

Herennij Pontij ducis arma in cludẽdo Ro. exercitu.

Interclu ditur Ro. exercitus iter Caudinas furcas.

Cõſules,

Cõuertit



Conuertit inde retro curſum miles, eadem qua venerat, in apertum euaſurus. Hunc quoq; aditũ obij ce, & armis occluſum conſpicatus, ſtupore defixus conſtitit. Tum ibi alius alium intuentes, tacito obtutu requirere, & quę omnium fortuna futura eſſet: Inſolitus torpor ſimul mentes occupat. Mox vbi conſulum prætoria ſtatui cœperunt, ad munienda caſtra conuertuntur, velut munitio vlla adiumento eſſe poſſet quo minus capti caperentur. Multa per diẽ inter duces & milites iactata, qua arte, qua vi inde abirent, atq; per irrita conſilia luce exacta, nox incertos oppreſſit. Tum Herennius Dux patrem in tanta re conſulendum ratus, miſit qui ab eo ſciſcitaretur ecquid ſibi agendum putaret? Romanas legiones cum conſulibus intra Caudinas furcas a ſe iam dudum obſideri. Incolumes cũ ſuis ducibus exercitus mittendos cenſuit ſenex, quod conſilium quum vulgo diſplicuiſſet, ſecundo ad eum filius miſit, qui iterum ab eo ſciſcitaretur, quid opus eſſet facto? videri ſibi reſpondit, Romanos ad vnum interficiendos. Herennius in tam diuerſa ſententia anceps patrem in caſtra plautro aduehi iuſſit. Ibi ſenem coram ſciſcitatus, ecquid tam diuerſæ in eadem conſultatione ſententiæ ſibi vellent? Tum ille, videbam (inquit) conducere Samnitibus, vt cũ potentiſſimo populo per ſummũ beneficiũ pacem firmarẽt. Id quia diſplicuit duos conſulares exercitus interficiendos duxi, vt res Romana, huiuſmodi clade afflicta in plures annos accliſa iuuentute, minus formidabilis fieret, Tertium nullum eſſe conſilium affirmans, quod initum Sãnitice rei expediret. Quid (inquit) ille ſi media quadam via ingreſſi incolumes dimittamus, & velut bello victi leges pacis a nobis accipiant? Iſtud ait ſenex neq; amicos parat, neq; hoſtes tollit, ſeruetis modo q̃s ignominia irritetis. Ea eſt Romana gẽs, quæ ne victa quidem quieſcat. Vos quicquid feceritis Deo ſecundare volo, atq; his dictis ſenex caſtris exceſſit. Romani interim poſt multos irritos ad erumpendum conatus, quia ſuper alia mala ino pia rerum omnium premebãtur, ad hoſtes mittũt, qui pacem peterent, quam ſi æquam impetrare nõ poſſent, hoſtem ad pugnam prouocarent. Pontius debellatum eſſe reſpondit, inermes quum ſingulis veſtimentis ſub iugum ſe Romanos miſſurum, cõditiones pacis fore, vt Samnitium finibus Romanus decederet. Colonias abduceret. Suis inde legibus Romani Samnitesq; viuerent. Si quid eorum diſpliceret, vetuit legatos ad ſe redire. Vix maior luctus caſtra occupaſſet, ſi renunciatum eſſet mortem ibidem omnibus oppetendam. Nec Cõſules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam neceſſarium quicquam hiſcere. Tum L. Lentulus legatus, Audiui ego inquit, ex patre meo, ſe vnum fuiſſe eorum, qui negabant Capitoliũ auro a Gallis eſſe redimendum, quum foſſa & vallo clauſis, etſi non ſine periculo, ſine certa tamen pernicie eruptio fieri potuiſſet, quod ſi hodie tali fortuna premeremur, vt quemadmodum illis ex ſuperiore loco in hoſtem decurrere liceret, ſi quam pauciſſimi etiam eſſemus, potius diſcrimen adeundum, quam præſentem ignominiam accipiendam cenſerem, vellemq; fieri poſſe, vt hodie ego pro ſalute populi Ro. meum hoc caput deuouerem, primus vt ego in hoſtium legiones irruerem, duo Conſulares exercitus me cadente ſeruarentur. Sed quum ea ſit locorum iniquitas, quibus tenemur, vt ne cum ho ſte quidem pugnam detrectante manum conſerere liceat, ſitq; aut fortunę cedendum, aut ad vnum hic omnibus cadendum, ſubeundam hanc indignitatem quantumlibet magnam, parendumq; neceſſitati cenſeo, redimendamq; armis ciuitatem, quam maiores noſtri auro redimere non recuſarunt. Hic enim omnis ætas militaris eſt, quam ſeruando patriam ſeruamus, ad necem dedẽdo deſeritur patria ac proditur. Conſules huiuſmodi hortatione adducti, in colloquium cum Pontio venere, ibi negãtes fœdus vllum fieri poſſe iniuſſu Populi Romani ſponſione rem tranſegerunt, fore, vt ſtaretur cõuentis. Conſules ſpopondere, Præfecti, Legati, Quæſtores, Tribuni militum. Sponſorum nomina monumentis literarum poſtea extiterunt. Sexcẽti præterea equites obſides dati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Claudius annalium ſcriptor, fœdus ibi percuſſum tradidit, ſed falſo, vt Liuius exiſtimat. Tempus inde conſtitutum ad emittendum exercitum, reintegratus eſt in caſtris dolor, ac vix miles a violandis conſulibus abſtinebat, quorum temeritate tanta eſſet ignominia accipienda, nunc arma intueri, quæ hoſtibus relinquenda eſſent, nunc ludibriоſa iugi ſpecies animo obuerſari, fœdiſſimuſq; per ſocias vrbes in patriam redire? quo triumphantes redire conſueſſent. Conſules lictoribus abire iuſſis, paludamentiſq; exuti, ſeminudi ſub iugum miſſi, a quo indigno ſpectaculo milites non aliter auerterũt oculos, q̃ ab ſcelere aliquo atrociſſimo. Tum vt gradu quiſq; proximus erat, ita fuit ignominiæ ſubiectus, ipſæ deinceps legiones, circunſtabant armati exprobrantes conuiciũq; facientes ſingulis, quibuſdam etiam ferrum intentatum, vulnerati etiam atq; interfecti nõnulli, qui contumaciore vultu hoſtem reſpexiſſent. Atq; in hunc modum Romanos exercitus ad Caudium locorum iniquitate, non virtute hoſtium ſubiugari contigit. Triſte agmen quum Capuam ante nõctem ingredi potuiſſet, noluit, incertum ſociorum fidem veritũ, an vt pudorẽ celaret ſuum. Euicit iuſta miſeratio ſuperbiam Campanæ ciuitati ingẽtem, faſces, purpura, lictores conſulibus, veſtimenta & commeatus alijs benigne data: Capuã ingreſſi in Romanorũ in Rodientibus Senatus & populus obuiam ſeſe effudit, multaq; horrando monendoq; conſolari dolentes Rom. pudor. Nec vlla ſociorum comitas tanti fuit, vt aut in ſermonem prorumperet quiſquam aut oculos attolleret. Poſtridie, quum nobiliſſimi quiq; iuuenum, abeuntes conſules communi nomine proſecuti eſſent, nec ex toto agmine verbũ elicere potuiſſent in curiam retulerunt, nullam maiorem cladem po. Ro. accidere potuiſſe, proſtratam ac in omne tempus extinctam cum ea clade Romanam indolem, cecidiſſe martium illum vigorem, atq; inuictum animum Romanorum, nec Samnites in præſens tempus viciſſe ſolum ſed perpetuam ſine ſanguine victoriam adeptos. Hæccp illis affirmantibus, Offilius Acalanius clarus genere, lõge aliter ſe opinari dixit: ſilentium illud, fixoſq; in terram oculos & q̃ aures ad omnia ſolatia obſtruiſſent, intuendæ lucis pudorem eſſe, ingentemq; irarum molem agitantis animi indicium, aut ſe multum opinione falli, aut breui futurum, vt Caudina victoria inexpectatum afferret Samnitibus luctum, triſtiorẽq; eius rei euentum ipſis quam Romanis futurum. Hæc tum Campani varie coniectare. Romæ interim accepta clades infamis erat, perculerat primo ciuitatem fama obſidionis, ſecutus inde acceptæ ignominiæ nuntius, qui non minus triſtis fuit, q̃ ſi exercitus ipſi acie deleti eſſent. Circa forum vellut in publico luctu tabernæ clauſæ ſunt, iuſtitiũq; in foro prius cœptum quam indictum, laticlaui annulicq; aurei poſiti, nec ciuitas duces ſolum, ſed

Herẽnij patris duplex ſententia.

Turpis Ro. emiſſio.

Ro. ignominia.

Campanoꝝ offi ciũ in Romanos.

Oꝛo L. Lentuli.

innoxios etiam milites odisse, vulgoq; negare vr-
be aut rectis accipiendos. Flexit tamen ciuitatis irā
miserabilis illorum aduentus. Quippe qui noctu
vrbem ingressi, quum se quisq; domum tacitus re-
cepisset, plures dies foro omniq; publico congres-
su abstinuerunt. Consules & ipsi in priuato ab-
diti, nihil iam inde pro magistratu agere sunt ausi.
Demum senatusconsulto iussi dictatorem dicere,
Q. Fabium Ambustum, mox Aelium Petum, cō-
mitiorum causa, dictatorem dixere. Per interregnū
inde commitia distracta, quoad cōsules creati sunt,
Q. Publius Philo, & L. Papyrius Cursor clarissimi
ea tempestate duces. Hi eo die, quo creati fuerant,
quum magistratum iniuissent primum omnium
Posthu. de Caudina pace ad senatum retulere. Ibi Sp. Po-
sententia. sthumius primus sententiā dicere iussus autor fuit,
vt ipse & collega quando populum Ro. sua spon-
sione obstringere nequiuissent, nudi vinctiq; hosti
bus dederentur, conscriberentq; consules exercitū,
copias finibus hostium admouerent, nihilq; prius
gererent, quam sui deditio rite facta esset. Hæc quū
ille disseruisset, tanta eius constantiæ admiratio pa
tres incessit, vt vix crederent eundem esse, qui tam
fœdę pacis nuper autor extitisset, misereri etiā mul
ti præsentis fortunæ, adeo vt ex tribunorum colle
gio, L. Liuius & Q. Melius intercedere conati sint,
quo minus dederentur. Sed eo plus valuit religio
& ciuitatis dignitas, vt ipsi tribuni qui intercedere
erant ausi, vltro in ordinem redacti cum cæteris
dediti sint. Delectus prope voluntarius fuit. Scri
ptæ ex eodem milite nouæ legiones. Exercitusq;
confestim ad Caudium ductus. Ibi feciales ad ho-
stium portas progressi, vestes spōsoribus pacis de-
Dedunt trahi iubent, manusq; post tergum vinciri. Hic
spōsores quum lictor verecundia maiestatis Posthumium
fœderis. laxius vinciret, quin tu (inquit) arctius nectis, vt
deditio rite fiat: tum vbi ad tribunal Pontij ventū
est, Au. Cornelius Aruina fecialis ita verba fecit.
Quando quidem homines iniussu po. Ro. Quiritiū
fœdus ictum iri spoponderūt, atq; ob eam rem no
xam nocuerunt, vt populus Romanus impio sit
scelere solutus, hostes homines vobis dedo. Hæc
dicenti feciali Posthumius femur quanta maxime
vi potuit genu perculit, claraq; voce ait se Samnitē
ciuem esse, Legatum contra ius gentium a se viola
tum, vt bellum iustius po. Ro. gereret. Neq; ego (in
quit) Pontius deditionem istam accipiam, neq; Sā
nites ratam habebunt, quin tu Posthumi imo
po. Ro. si deos esse censet, stet pacto: ac si sponsio-
nis pœniteat, restituat in eum locum, vnde sponsio
ne eductæ sunt legiones, tum omnia pro infectis
sint, recipiant arma, quæ per pactionem tradiderūt
redeant in castra, ac quidquid habuerunt pridie cḡ
in colloquium sit ventum habeant, tum bellum
& fortia consilia placeant, tum pax & sponsio re-
pudientur. Nunquam ne causa defiet, cur vos Ro-
mani pacto non stetis? Sic Galli inter accipiendū
aurum, quo vrbem redemeratis, oppressi sunt, sic
pacem qua nunc legiones recepistis irritam habe-
Posthu- tis. Non probat po. Rom. sponsionem, quia pax
mius & ignominiosa est, restituat legiones, quas per illam
alij dedi- recepit, sic satis fœderibus fecialibusq; cerimoniis
ti nō reci fiet. Ego vero istos quos dedere simulatis, nec ac
piuntur. cipio, nec dedi arbitror, ac ne moror quidem quin
iratis dijs in ciuitatem sponsione obligatam re-
deant. Geratur bellum quia Pu. Posthumius le-
gatū fecialem genu perculit, atq; ita fiet vt dij Po-
sthumium Samnitem, non Romanum credant. Pu
dere deberet Romanos talia religionum ludibria
proferre, pueris potius quam senatu aut imperatori
bus digna. I lictor deme vincula Romanis, mora
tus sit nemo quo minus, vbi visum fuerit abeant.
Hæc Pontius. Illi vero dubium publica fide, sua
certe liberata ab Caudio in Romana castra sunt re-
uersi. Samnites animo præsagientes, quam inse-
stum bellum esset sibi ab Roma renatum, tum de-
mum Pontij senioris vtranq; sententiam laudare.
Satricani interim ad Samnites defecerant, & Fre-
gellæ Colonia noctu ab Samnitibus ipsis occupa
ta. Sustinuerunt Romani Coloni tumultu exciti
hostium arma, quoad per præconem inermibus
salus promissa est. Tum pluribus auersa porta
oppido dilabentibus, qui hostium fidem secuti, in
oppido subsederunt, ira renouati belli circunda-
to igni ab hoste sunt cremati. Consules inter se Consula
prouincias partiti sunt. Papyrius luceriam ire per- res pro-
git, vbi Romani equites asseruabantur. Publius uinciæ.
in Samnio substitit, aduersus Caudinas legiones.
Pontius anceps consilij in Apuliam ne contende-
ret ad opem Lucerinis ferendam, an in Samnio se
hostibus obijceret, potior sententia visa est cum
Publio de summa rei dimicare: ille vbi certamen
instare vidit, quum milites ad concionem vocas-
set, vt eos ad ignominiam eo prælio sibi demen-
dam hortaretur, sermo nullus haberi potuit præ
nimio clamore signum ad pugnam poscentium.
Suus cuiq; animus vltionis cupidus hortator ade-
rat. Itum itaq; in prælium tanta festinatione, vt
signiferi pene præcipites, vrgentium impulsu, in
hostes iuerint, pilaq; velut inutilia temere cōiecta,
vt comminus res gereretur. Nihil ibi imperatoria
arte opus fuit, hostē militaris ira pene prius fudit,
quā prælium consereretur. Exuti castris Samnites Exuunt
Apuliam fuga petierunt. Ibi agmine iterum co- Sānites
acto Luceriam sese conferunt. Publius Samni- castris ad
tium castris potitus, plus inuisi hic sanguinis quam Caudiū.
in acie hausit, magnaq; pars prædæ præ nimia ira
corrupta est. Papyrius interea per maritimam
Apuliæ oram Arpos venerat, inde Luceriam pro-
gressus proximus hosti consedit, fuissetq; rei frumē
tariæ inopia ab Romanis non minus, quam ab ho
ste laboratum, ni Arpi abunde omnia ministras-
sent, odio magis Samnitium, quam vllo Roma-
norum in se merito. Erat ora illa Samnitium po
pulationibus valde infesta. Arctior inde obsidio
est Samnites adorta, vbi Publius consul cum vi-
ctore exercitu eo venit. Hostes vbi rerum o-
mnium inopia laborare cœperunt, acie dimicare
constituunt. Romani & ipsi læti aciem ex aduer-
so explicant. Superueniunt interim Tarentino-
rum legati denunciantes, vt Romani, Samnitesq;
finibus Apuliæ abscederent, quod nisi facerent, fo
re, vt ipsi arma in eos induerent, per quos suo edi-
cto minus obtemperatum esset. Papyrius ad eā
denunciationem, quando Pullarij omnia prospe-
ra nunciarent, se in prælium iturum dixit, vanissi-
mam increpans gentem, quæ præ domesticis di-
scordijs suarum rerum impotens, alijs gentibus pa
cis & belli leges auderet præscribere. Samnites se
in Tarentinorum fide esse clamitantes arma inhi-
buere, confessi se parere malle, quam Tarentinorū
autoritatem aspernari: Romani consules vallum
hostium militem subire iubent. Hic momento
temporis repletis fossis, munitionibus dissectis ca
stra miles irrumpit, cędis & ruinę omnia complēs.
Fuissentq; hostes ad vnum obtruncati, nisi duces Exuunt
militem a cędę imperio & minis reuocassent, do- castris Sa
lere vulgo omnes interpolatam suæ iræ dulcedi- mnites
nem, ob idq; consules odisse, sed pro cōcione ędo- ad Luce-
cti sunt, sexcentorum equitum, qui in hostium po- riam.

testate



testate essent, rationem haberi oportuisse, ne qui in
vrbe inclusi erant, suorum cæde irritati, florem Ro
manæ iuuentutis crudelissime necarent. Laudare
milites q; suæ iræ itum esset obuiam, omniaq; pri⁹
ferenda existimare, quam salutem tot fortissimorū
iuuenum prodendam. Papyrio igitur cum parte
copiarum ad obsidionem relicto. Publius Apuliā
peruagatus multa oppida in fidem recepit. Nec ad
Luceriam interim minus prospere res gesta est. Ho
stes qui in vrbe erant rerum omnium inopia ada-
cti, ad consulem miserunt qui peterent, vt equitib⁹
receptis obsidionē Romanus solueret, Respōsum
est oportuisse eos Pontiū Herenniū ducem suum
consulere, quo autore Romanas legiones sub iugū
misissent, quid victis patiendum esset: Nunciari
ergo iussit, vt rebus intra vrbem relictis, cum sin-
gulis vestimentis, qui incolumes esse vellent mœ
Sānites nibus egrederentur. Septem milia hostium sub iu-
ad Luce- gum missa. Præda ingens in vrbe quæsita est, rece-
riam iu- ptaq; ferme omnia, quæ Romani ad Caudium ami
subijci- serant. Et quod omnium lætissimum fuit, Pon-
tur. tius totius gentis imperator cum cæteris subiuga-
tus. Quamquam de eo dedito obscurior ad poste-
ros manauit fama. Fuerunt qui proderent a L.
Cornelio dictatore hæc gesta, sub quo L. Papyrius
Cursor sit equitum magisterio functus. Verum
siue hic fuerit, siue alius, qui eam Romani nominis
ignominiam vltus est, vbi Romam venit trium-
phum, quod satis constat, egit insignem, ac secun-
dum eum, qui ob vrbem a Gallis receptam Camil
lo decretus est, omnium, quos Roma ad id tempus
Cōsules. viderat, clarissimum. Secuti consules, Q. Aurelius
Ceretanus, & L. Papyrius, Mugilanus an cursor, q
superiore anno consul fuerat, parum perspicue tra
ditur. Aurelius cum Ferentanis vno secundo præ-
lio debellauit, eorum vrbe quo victa acies fugam
inclinauerat, in deditionem recepta. pari fortuna
belli Papyrius est vsus, atq; aliquanto etiam maio
re, qui Satricanis pacem perentibus respondit, nisi
Samnitium præsidio quod secum haberēt interfe-
cto, aut tradito, non esse cur pacati a se quicquā ex-
pectarent. Minacissimo cōsulis responso territi op
pidani, quum duæ in vrbe factiones essent, quæ ad
Samnites rem traxerat, ad promerendā Romanor⁹
gratiā occulte docet consulem, qua hora noctis, &
qua regione Samnites ex oppido egressuri essent.
Cæterum Romanæ factionis viri, eadē hora consu
lem intra vrbē accepere, atq; ita vno tempore Satri
Sānites cum est receptum, & Samnites in insidias præcipi-
ad Satri- tati occidione occisi sunt. Papyrius autoribus defe
cum cæ- ctionis interfectis, tum demum Romam reuersus,
tur. de hostibus sub iugum ad Luceriam missis, & Satri
Papyrij co recepto, vt nonnullis placuit, celebrem tri-
seueritas umphum egit. Multa quidem de fortitudine, &
seuero huius imperio sunt memoriæ prodita, equi
tibus petentibus, vt pro re bene gesta aliquid la-
boris remitteretur, ne nihil (inquit ille) remis-
sum dicatis, cū ex equis descenderitis ne dorsum de
mulceatis. Et Prænestinorum prętorem qui cū
ctantius suos ex subsidijs in primam aciem eduxe
rat, ad se accersitum, quum forte ante taberna-
culum inambularet, sola voce pene exanimauit,
lictore in alium vsum securim expedire iusso. Em-
uero ille in se ferrum stringi arbitratus, quum
vix pedibus subito perculsus metu consisteret,
lictor (inquit Cursor) radicem hanc mihi ex-
cidito, ambulantibus incommodam. Hæc con
sul, atque vna Prænestinum vltimi supplicij me
tu consusum, citra sanguinem multatum dimisit.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER VI.

TRES Italiæ in hunc se mo
dū habebant. Alexāder interea
Scythis qui ad Oxum ocurre- Alex. suc
rant prælio superatis, Sagarū cessus.
gentē in deditionē recepit: in-
de Cratero cum robore copia-
rum sequi iusso, ipse vt impro
uiso accessu hostem opprime-
ret, cū expeditissima parte exercitus, ad Merecātum
vrbem cōtendit, Menedemi mortē vlturus, qui il-
lis ipsis diebus, quibus Scythas vicerat, cum duo-
bus milibus, vt alio est loco significatum, fuerat a
Spithamene oppressus. Cæterū ille audito Mace-
donis accessu in Bactra celeri fuga abijt. Alexander
ad locū cædis progressus iubet suorū corpora sepe
liri. Conuersus inde ad hostilis terræ populationē,
Sogdianum agrum vri imperat, puberes ad vnum
interfici. Est Sogdiana magna ex parte deserta, ad Sogdia
octingenta stadia obtinent vastæ solitudines. Po- ni.
lytimetus amnis in his gentibus præceps aliqan-
diu fluens in arctum contrahitur, ibiq; terra ab sor
ptus, certo velut mugientis terræ argumento lon-
ge subterlabitur, longumq; velut sulcum humida tel
luris facie trahens. Huc. XXX. Sogdianorum no-
bilissimi ad Macedonis conspectū adducti, quū ad Sogdia-
suppliciū trahi imperasset, vbi quid mandaret per norū cō-
interpretē didicissent, cōtinuo lætū carmē more gē stātia in
tis canere occœperunt, ac tripudio quodā gaudiū morte.
testari. Miratus hominū constantiā Alexander, sci-
scitatus est, quid esset q; paulo post morituri læta
rentur, respondisse dicuntur, nihil sibi in morte op
tatius cōtingere potuisse, cḡ vt iussu iudicti regis ex-
tinguerent, Honestissimā se mortē illā arbitrari, cḡ
patrio more cantu & lætitia celebrarent. Tū rex rō
gari iussit, an suo beneficio seruati, sibi nō inimici
victuri essent. Illi se nunc̄ inimicos cuic̄ fuisse te-
stati sunt, sed illatā propulsare voluisse iniuriā, at si
vita donarent, beneficio cū eo, vt antea armis, cer-
taturos. Quærenti regi, quo pignore fidem apud se
obligaturi essent, vitā cḡ acciperēt pignori futurā
responderūt, reddituros se illā quoties repeteretur.
Tali virorū indole delectatus Macedo, incolumes
domū dimisit, qui fide in Macedones egregia, iā in
de inter suos populares fuere. Sogdianis in potesta
tem redactis, Bactra Alexander peruenit. Eo Bes- Besli in-
sum adduci iussit, vt ob Darij parricidiū, supplicio terimus.
afficeret. Plutarchus autor est Disphendomene dif Disphen
fispatum. Id supplicij genus tale fuit, vt proceræ ar- domenis
bores multas vi in se curuatæ intēderent, inde singu supplici
læ corporis partes singulis alligatæ, remissis subi- um.
to cacuminibus in diuersum sint discerptæ. Et Bes
sus qui Dariū occidit hūc fortitus est exitū. Alexā-
der aucto nouis supplemētis exercitu, ad eas gētes
q; defecerāt recipiendas mouit. Miles siticulosa re-
gione pluribus locis puteos effodit, sed quū haud Fons re-
facile aquarū venæ terrā aperientibus occurrerent, pertus.
neq; ex Quo qui cœnosus fluebat aquari posset ex-
ercitus, ferūt repente in regio tabernaculo fontē ex
titisse, quē Macedo vanæ originis iactator, diuini-
tus oblatū videri voluit. Curtius eū haud ab initio
aīaduersum credidit. Plutarchus pinguis liquoris
fontē fuisse scribit, oleoq; neq; gustu neq; odore dif

 similis,

similis, & quod maiori fuit admirationi tradidit eam terram non alere oleã, quãquã & Oxi flumínis aqua adeo pinguis sit naturæ, vt qui in eo loti fuerint, cute, velut oleo perfusi, nitescant. Macedo flumine traiecto ad Margianiam cõsedit. Circa eã sex oppidis condendis lecta est sedes, vt velut præ-
Petræ Bactrianæ situs. na domitarũ essent gentium. Erat ibi petra ingens vndiq; præcisa, supercilio in arduum verticẽ stadia. XXX. erecto. Ambitus trecentorũ erat stadiorum. Ex specu qui præruptus parte erat, & qui in hirto angusto calle adiri poterat, manabat fons perennis aquæ, quæ cum strepitu per præruptum petræ cadebat latus. Hunc Arimazeus Sogdianus cum XXX. milibus armatorum obtinebat locum, cõmeatu in biennium comparato. Erat os antri angustum, introrsus vero adeo late patebat, vt plura milia hominum cõmode sua amplitudine, vastisq; caperet recessibus. Visa est ab initio loci facies vt erat natura inexpugnabilis, missiq; ob eam rem Copham Artabazi filium Macedo ad barbarorũ animum tentandũ, an ad voluntariã deditionem compelli possent, ipse continuo re impetrata, alio abiturus. Arimazeus non solũ non quicquam pacate respondit, sed cauillabundus ex Copha qui missus fuerat, q̃siuit an alatos hostis haberet milites. Tãtum abfuit vt superbissimum barbari responsum regem fregerit, vt ira accensum ad ea etiam audenda impulerit, quæ ne alius cogitare quidem fuisset
Præceps Alexãdri consiliũ. ausus. Trecẽtos ex Macedonica Phalange, qui per rupes & inuia priusquam inautorari contigisset pedes agere consueuerant loca, magna spe præmiorũ oneratos, gladio & iaculis cingit. Inde occulto ad eam partem ducit petræ, quæ maxime ab hostiũ conspectu fuit auersa, per asperas & prominentes cautes quoquo modo possint in summum iugum iubet euadere, quod vbi adepti essent, velum ex militari hasta suspenderent, edicit. Ibant iuuenes in apertum vitæ discrimẽ tam præcipiti ascensu, quã hostium vi nisi eos fallerent perituri. Consumpta nox tota est, cuneisq; interim, ac funibus & uncis ferreis cum natura loci pugnatum, demum. XXX. & amplius lapsu exanimatis, cæteri sub lucem fessi in summum verticem euasere. Alexãder accepto signo instructum exercitũ loco admouet, Copha iterum ad barbaros misso, qui cũ his de deditione
Deditur Arimazeus. faciẽda in colloquium veniret, quibus si nihil pacarius respondissent, milites qui eorum capitibus imminerẽt, ostenderet. Ille Arimazeum a pace abhorrentem ex spelunca vestibulo spectare iubet, quid spei ipsi & aliis esset. Barbarus Macedonicam cohortẽ summo iugo sedentẽ intuitus, aliis qd̃ per contemptũ prius dixerat, eos illuc delatos credidit, ac tum perculsus animo ad regem velut rebus iam perditis accessit. Educta inde tota multitudine Macedo Artabazo locum dedit præsidio obtinendũ. Arimazeum & cæteros defectionis autores circa petram crucibus affixit. Inde tripertito in Bactrianos mouit, quorum multi armis subacti, alij voluntaria deditione in Macedonum potestatem cõcesserunt. Attinas interim regionis præfectus, cum CCC. equitibus in insidias præcipitatus, cum tota equitum ala perijt, eam cladem Craterus, qui ad primam rei famam eo occurrit, egregie vltus est, mille hostium occidione occisis. Curtius legatos a Scythis, qui supra Bosporum Cimerium incolũt, Alexandro Maracadam repetenti, cum Berde, quẽ ad eam gentem miserat, occurrisse ait, sed quam procul a Bosphoro tum res gererentur supra est significatum. Petebant Scythæ vti Macedo Scytha tum regis filiam in matrimonium reciperet, aut si puellæ nuptias repudiaret, patereť Macedonũ principes cum primoribꝰ Scytharum affinitate iungi, ipsum regem regum haud grauate ad Alexandrũ venturum. Miserat Phartaphanes Massagetis & Dacis coniunctus, qui Alexandrum sibi conciliarent. vtraq; legatio benigne audita, castraq; sunt in Arzariam promota, ibi nemora longo murorum ambitu veterum regum iussu circundata, nobiliũ ferarum vim ad venatorium vsum alebant ingentem, eratq; nemus quatuor ætates intactum. Huc productum exercitum iussit Macedo feras agere, ipse leonem immani magnitudine Lysimacho, q̃ se obiecerat, repulso fortiter prostrauit. Atq; ex hoc casu Curtius fabulam credidit ortam, q̃ quidã Lysimachum a rege leoni obiectum falso prodide-
Alexander leonem prostrauit. rint. Quatuor milia ferarum ibi cæsa dicuntur, atq; rex eodem nemore cum vniuerso exercitu hilare epulatus, Maracadam rediit, vbi Sogdianam Artabazo ætatem excusante, Clyto destinat prouinciam. Hic ille Clytus est, a quo Alexander quum
Clytus. ad Granicum pugnaret, ab ictu imminentis barbari seruatus est, vetus Philippi miles, & Hellanices frater quæ Alexandrum educauerat. Eum Alexander postridie in prouinciã abiturum regio cõ-
Alexandri iactãtia. uiuio admouit, medioq; accubitu quum rex iam vino incaluisset, immodice, vt fæpe alias, res a se gestas iactare est adortus, & quod veteranorum plus animum offendit, quantum sua interim magis extollebat, tantum paternam gloriam obtrectando eleuabat, in nobilissimamq; illius victoriã inuectus, qua ad Cheroniam totius Græciæ opes Philippus fregit, ad se ea tempestate adolescentem trahens si quid in ea merito laudabile accidisset, qui primus in sacram Thebanorum cohortẽ irruisset, aspernari cætera eiꝰ certaminis opera, vt obscura nullaq; memoria digna. Audire hęc alij, multiq; in ipsius gratiam, ea quæ dicerentur, vehementer probare. Clytus qui ipse parum sobrius erat, inter eos qui proxime accubabãt Euripidis illud submissa voce iactasse dicitur, quo significabať, haud recte cõparatũ, q̃ regũ dũtaxat noĩa tropheis inscriberent, victoriã alieno sanguine partã itercipi. Tũ vero res Philippi maiore voce, vtriã ab Alexandro audireť referens ita æstimabat, vt cũ p̃sentibus nõ solũ æquilibriũ facerent, sed pponderare etiã viderent. Ausus ad hæc aliqua oblique iactare de Parmenionis & filij cæde. Quibus temulẽtus rex adeo
Excandescit Alexãder in iram. ira exarsit, vt illum primo conuiuio excedere iusserit. Inde adhuc cunctantẽ, quũ proximi abducerẽt, nec interim linguæ parceret, sed illius vanitatẽ eludens, q̃ Iouis etiã filius stulte vellet credi, verioraq; se illi dicere, quã Hammon Iuppiter dixisset, tantus irarum æstus regis animũ occupauit, quantum vix sobrius ferre potuisset. E lecto itaq; repente p̃siliens, abrepta lancea ex spiculatoris manu, Clytũ percurrere conatus est, peregissetq; facinus, nisi consurgentibus, qui proxime accubabant, regi manus iniecissent. Implorabat ille militum fidẽ, comprehendi se a proximis, amicorum clamitans, vt nuper Dario accidisset, signumq; tuba dari iubet, vt milites in regiam armati coirẽt. Ptolemæus, Perdicas & alij, qui illũ circunsteterãt, eius pedibus aduoluti, rogare eum supplicíter, ne præsenti iræ indulgeret, differret vltionem Clyti in sequentẽ diem, illum & alios in ipsius potestate futuros. Obsurdue-
Alexander Clytũ in terficit. runt aures obstrepente ira, & iam impotens animi factus, in vestibulũ procurrit, ibi vigili excubanti hasta ablata Clytum ex triclinio exeuntem lancea transfigit, cadentisq; cruore aspersus, I inquit ad Philippũ & Parmenionẽ, ambos; studiosus. Male humanis



humanis ingenijs natura consuluit, q̃ sæpius transacta quam futura, & quũ amplius mutari non possunt perpedimus. Satiatus cæde animus, vbi in Iocũ iræ facti æstimatio successit, nunc mortui personã nunc cædis causam reputans, q̃ amicũ, q̃ senẽ, & innoxiũ, & inter pocula interfecisset, q̃ laudes
Audi Alexandri cõsternationem. patris haud minus iracunde, q̃ cõuiciũ audiuisset, pudere simul ac pœnitere cœpit facti, pœnitẽtiaq; nõ minus præceps q̃ nuper ira occupat aĩm, confestimq; telũ ex Clyti corpore eductũ in se vertit, admoueratq; pectori cuspidẽ ferro incubiturus, ni subito eorũ qui tum illi forte apparebant occursu, hasta ex eius manibus fuisset extorta. In tabernaculũ inde delatus humi deiectũ corpus affligit, gemitu eiulatuq; miserabili laniare os vnguibus, circunstantesq; rogare, ne tãto dedecori se superstites esse sinerent. Per hæc nox tota acta est. Subibat aĩm & alia reputatio, futurũ arbitraŕ, vt attonitis amicoꝝ animis, nullus esset secũ amplius sermonẽ sociatus, viuendũ sibi iã inde in solitudine ferarũ ritu, quæ mortalibus sunt terrori. Triduũ inde clausus iacuit, quẽ milites vbi obstinato ad moriendũ animo in mœrore perseuerantẽ viderunt, tabernaculũ vi irrũpunt, multũq; ac diu illorũ precibus relucta-
Anaxarchi adagium. tum peruicerũ, vt cibũ caperet. Plutarchus partim Aristandri monitu leuatũ scribit, qui ad deorũ irã cædem ipsam referens, domesticã illã cladẽ regi accidisse prædicabat, q̃ eo anno fuisset Bacchi anniuersariũ intermissum, partim Callisthenes suauissimo sermone, sed multo plus Anaxarchi peroportune adagio, qui ad eũ repente ingressus, quum alia ad regiã potestatem pertinentia tum illud inclamarit, Ius & fas proinde si nescis Alexander, Ioui cõminus assidẽt, vt quicq; regibus facere libuerit, liceret id, ac recte fieri intelligaŕ. Adhibuerunt & milites suum leuamẽ corã affirmantes Clytũ iure cæsum, nec passuros se fuisse eũ sepeliri, nisi rex id fieri imperasset. Fuit inde Alexander Maracãdis aliquot dies, Ephestionẽq; cũ parte copiarũ in Bactrianã missus, in Sogdianã, q̃ Clyto destinauerat, Amyntha qui prouinciæ præsideret, ipse Xenippa cũ cætero exercitu est profectus. Est terra hæc Scythicæ propinqua, vnde Bactriani exules sub Alexãdri accessum sunt ab indigenis pulsi, mox equestri prælio victi, iterũ veniã ab Alexandro impetrarũt.
Naurani cũ matribus concumbũt. Quibus in fidem receptis in Naurã Macedo cũ omnibus copijs venit. Obtinebat eam gentẽ Simithrides, qui ex matre duos liberos pcrearat, filij in ea gente qd̃ alibi sit auditu infandũ, cũ matre concumbũt. Obstitit Simithrides, locorũ opportunitate fractus, nõ nihil Macedonũ conatibus. Iterũ vbi munimentorũ parte discussa, machinas petræ quã insederat, admoueri vidit, Ozorte etiã hortante, q̃ ad hoc ipsum fuerat ab Alexãdro missus, se & suos dedidit, duobus filijs Alexandro traditis, qui sub eo militarẽt. Restituit Macedo Simithridi principatum, mox per loca aditu difficilia, vltro hostes insecutus, qua expeditione Philippus Lysimachi frater perijt. Dracæ sunt inde subacti. Spitamenes eius gentis principatũ occupauerat qui quũ ab vxore quãvnice amabat, nec; hortatu nec; precibus com-
Barbaræ mulieris facinus. pelli posset, vt Alexandro se dederet, aderat iã Macedonicus exercitus, quin illã identidẽ admonentẽ, & iã longioris fugæ laborẽ propemodũ detrectantem, stricto acynace haud dubie interfecisset, nisi a cæde necessariorũ interuentu fuisset reuocatus. Secubuit ille non nihil, mox intermissæ consuetudinis impatiens, coniugem ad se reuocaram supplici terq; satisfacientem, in pristinum congressum restituit. Nec ita multo post mulier recentis iniuriæ memor dormientem obtruncat, vnoq; famulo comitata, in Macedonum castra penetrat, caput habens quod viro ademerat. Plus valuit apud regem atrocitas facti, quam gratia, scelestam fœminã nulIo humaniore responso dignatus, castris iubet excedere, Dracisq; in fidem receptis, in Gabazam regionem duxit. Agebatur per saltuosa loca agmen, & iam biduum nubilo cœlo fœdamq; tempestatẽ interminante, iter egerat, quum tertia dies multo nubilosior orta, totam cœli faciem horrendo atrore fulgoribus intermicantibus vestijt. Secutus fragor cadentium fulminum fœdaq; tempestate militum oculos & mentem perstringens. Tum densa grando præcipiti casu superefusa ita exercitum afflixit, vt eo quo quisq; fuerat loco deprehensus, humi procumberet conregens se armis. Quidam arborum stipitibus hærebant, obrigescentibus interim membris, multi eodem habitu, quo hæserant arboribus, inter se obuersi exanimes reperti sunt. Fuisset eo saltu pars maxima exercitus consumpta, nisi rex hortando singulos circuisset, egre humo attollens corpora torpore defixa, deerantq; vires ad continuandum iter, nisi toro saltu iussu regis ignes confestim excitati essent, quibus refectus miles paulatim gressum remolitus est, signaq; obseruauit. Saltu itaq; emersis, loca humano cultu frequentia corporibus affectis auxilio fuere. Hic rex admoto igni cœperat alijs rigentes artus fouere, quum gregarium militem Macedonici sanguinis intutus vix ob laborem & frigus sese in armis traducens, nec iam multum compotem mentis, exiliens in Alexander in sellam, qua ipse erat ad ignem perductus, in sua ipsius sella collocauit. Nec ille prius, aut vbi qui eseret, aut a quo acceptus esset agnouit, quam vitalis calor maiore sit parte corporis receptus. Tum vero regiam sedem & regem ipsum stantem intuitus, consternatus animo trepide consurgit, obliuionem & imprudentiam excusaturus. Cui Alexander hilari vultu, ecquid nescis miles quanto meliore sorte vos Macedones, quam Persæ sub vestro rege viuitis? Illis capitale est in regis sella consedisse, tibi saluti fuit. Postero die pro concione pronunciauit omnia quæ amissa essent militibus redditurum, fidemq; præstitit. Peroportune contigit, vt Sisimithres iumenta plurima, & duo milia camelorum, pecorumq; vim ingentem dono regi in castra miserit, quæ Barbari munificentia cladem exercitus & famem continuo leuauit. Certatum est ab Alexandro cum Alexãdri Sisimithre munificentia. XXX. milibus pecorum munificentia. quæ ex Sagis in predam Macedones illis ipsis diebus egerant, dono datis. Mota sunt deinde castra in Cohortandi Satrapis regionem, qui se cum tota gente Alexandro venienti tradidit. Eum Macedo benigne acceptum pristinum principatũ renere permisit. Cæterum quem duo ex tribus filijs iussi essent Macedonum castra sequi, obtulit & tertium pater, inde conuiuio barbara opulẽtia instructo, regem accepit: quod vt multa comitate celebrarer. XXX. nobiles induxit virgines, & in his filiam eleganti forma, Roxane erat puellæ nomen. Conuertit illa in se omnium oculos pulchritudinis præstantia, sed tegem omnium maxime, qui iam suis cupiditatibus, inter tot fortunæ oblequia, minus imperabat. Captus itaq; Persicæ puellæ vultu, eam sibi vxorem a patre perijt. Achillem, a quo ipse genus duceret, Alexan-
Alexander Roxanem captiua coiuisse prædicans, & ad regnum stabiliendum volebat id cõnubium pertinere, per nẽ ducit quod & victis pudor, & victoribus superbia vxorem

minui videretur. Nulla igitur mora facta est, puellæ patrē inſperato gaudio lætum menſę admouet. Ibi Macedonico ritu panē (hoc erat apud eam gentem ſanctiſſimū coeuntiū pignus) diuiſum vtercꝫ libat. Credibile eſt per hæc, qui id ſacrū primi inſtituerunt, oſtendere voluiſſe, parco & parabili victu contentos eſſe debere, qui corpora & animos iugali vinculo ſociarent: ſic Aſiæ & Europæ rex potentiſſimus, & qui Darij vxorem & filias non aliter cꝫ pater inſpexerat, ignobilem virginem ſibi matrimonio iunxit, ex captiua procreaturus qui victoribus imperaret. Pudere Macedonas tam ignobilis cōnubij, verum Clyti exitu edocti, vultu quę pars hominis præcipue ſeruit, aſſentiebantur. Hinc Alexander Indiam petiturus, ex omnibus prouinciis XXX. milia iuniorum legi imperat, perducꝫ ad ſe in caſtra iubet, verius obſides quam milites, nequid a tergo moueretur. CXX. milia armatorum ſub ſignis erant, quæ ad bellum regē ſequebantur. Gliſcere interea in tanto rerum ſucceſſu gloriæ cupiditas, vt iam nō aliter quam proſtratis humi corporibus ſe ſalutari pateretur. Superabatꝫ abunde adulatio perpetuum regnorum malū, quorū opes ſæpius quam hoſtis dira peſtis euertit. Macedones tamen minus facere, immoderatius Græci, genus hominum in id vitium propenſiſſimum. Et in his Cleo Siculus, qui pleno conuiuio Alexandro de induſtria triclinium egreſſo, ſermonē intulit, oportere eum pro deo, vt liberum patrem & Herculem venerari. Facturos omnes non pie tantum ſed prudenter etiam, ſi in conuiuium redeuntem in terrā proſtrati exciperent. Haud perplexe in Calliſthenē ea dirigebatur oratio. Erat is ex Ariſtotelis conſobrina genitus, eloquentia ſingulari liberocꝫ ingenio, & ob eam rē ab hominibus ſui generis diuerſo. Ridens Calliſthenes Cleonis verba, diuinitatē ſequi hominem ſolere, non comitari dixit, neque Herculem, aut Liberum patrem, conuiuij decreto deos factos, prius naturam mortalium oculis amolitam, quam fama in cœlum receptos. Scilicet inquit Cleo ego & tu deos facim⁹, a nobis diuinitatis ſuę Alexander opinionē accepturus eſt: libet experiri quid præſtare poſſis, fac aliquem regem, fi deum pores facere, facilius eſt regnum dare quām cœlum, diū ſine inuidia audiuerint, quę Cleo dixit, eodemcꝫ curſu res iræ patiantur, quo illorum benignitate ad hūc diem fluxere. Poſteri Cleo, ſi neſcis hoc mortuis tribuunt. Ego ſeram immortalitatem regi precor, vt vita diuturna ſit, & victura maieſtas. Nemo fere fuit Macedonum, qui Calliſthenis verba non probarit, ſed quantum ſermo ille alios delectauit, tantum regis offendit animum, qui proximo loco latens, expectabat quo aſſenſu exciperet Cleonis adhortatio, etenim excompoſito ad dicēdum venerat. Alexāder diſſimulata ad tempus ira, conuiuio velut eorum omnium, quæ acta erant, ignarus ſe reddidit. Nec ita multo poſt Polypercōtem, qui rideret Perſas ad eum ingreſſos procumbentes, e lecto quo accumbebat ad terram præcipitem dedit, ſurridenſcꝫ, vides inquit te idem feciſſe quod ſtulte in alio ridebas? Hac ille vi eſt in Polypercontem vſus, ſed maiori Calliſthenem odio infectatus, obliquis vocibus iam inde inceſſere non deſtitit, audita vox eius dicentis, odiſſe ſe ſapientē, qui nihil ſibi ſaperet. Enimuero Calliſthenes parū mentis compos a multis habebatur, quam velut amentiam iratus rex illi exprobrabat concitauerat cꝫ per hæc ſibi Alexander multū odij inter ſuos populares. Orta interim eſt & alia multo pnicioſior inuidiæ cauſa, cꝫ Hermolaum vnum ex nobilibus miniſtris, quia leoni, quem ferire deſtinaſſet, ſe obiecerat, ſeruiliter verberari iuſſit, qua iniuria ille accenſus, cum nobiliſſimis quibuſdam ex ſua cohorte in regem coniurauit, vt illum conuiuio ſub lucē egreſſum, quum primum dormire cœpiſſet, obtrū carent, peregiſſentcꝫ per otium deſtinaram cędem, niſi Alexandro fatidica mulier occurrens (verſabatur hæc familiariter in aula) ex triclinio exire volēti, conuiuij iam pene ſoluti, in ſecundam diei horā protrahendi, autor extitiſſet. Succeſſerunt interim alij in ſtationem, cōiuratiꝫ preſenti occaſione fruſtrati, quaſi Deus aliquis ſuo aduerſaretur conſilio vehementer cœperunt ſibi timere. Plurium dierū orbis euoluendus erat, priuſquam in ſtationem reuocarentur. Conſilium igitur quod plures dies pertinaciter celauerant Epimātes Eurilocho patri prodidit. Eurilochus rem ad Alexandrum detulit. Capti coniurati, & cum his Calliſthenes, qui vt Curtius ſcribit, velut deſtinati ſceleris particeps, cum cæteris capitali eſt ſupplicio affectus: Alij in quib⁹ eſt Chares, eum in vinculis extinctum tradidere, ſed primo menſe quam cuſtodiri cœperat. nullius cædes apud Græcos maiorem regi concitauit inuidiā: conſtans fama erat Calliſthenem eius conſilij expertem, per inuidiam in crimen deuocatum periiſſe. Ipſe ne ocium ferendis rumoribus natum, diutius morando aleret, in Indiam mouit. Indiæ ſitum cū ipſo ritu gentis, in relatione rerum a Semiramide in ea terra geſtarum, abunde retuli. Multi Indorum reguli Alexandro regionis terminos ingreſſo, nouarum rerum cupidi, præſto affuerunt, ſe & ſua vltro dedentes. Cæterum vbi indigenarum voluntaria illa deditio remiſit, apparebatꝫ p loca parū pacata eundū, Cratero poſt ſe cū Phalange ſequi iuſſo, Perdicam cum copiarum parte præmiſit, ad eos ſubigendos, qui imperium auerſarentur, & vt per recta pergeret ad Indum fluuium duceret, nauesꝫ ad exercitum traijciendū expediret. Curti⁹ ait Ephęſtionem cum Perdica miſſum, ſed in Bactrianam idem autor ait cum parte copiarum eum poſt Clyti cædem ab Alexandro miſſum, expeditionis cauſa an preſidij parum liquido tradidit. Mota ſunt in de caſtra, multæcꝫ inter eundum gentes prælio vicē, & vrbes pleræcꝫ expugnatæ, ſæuitumcꝫ in omnem ſexum & ætatem, vt alijs documento eſſent, ne imperium detrectarent. Ignis domibus iniectus, & mœnia diſturbata. Hoc victoriæ curſu ad Nyſam vrbem Macedo peruenit, huius in colæa a Libero patre ſe conditos affirmabant. Vrbs ad radices montis ſita eſt. Meron quod latina voce femur dici queat, indigenæ appellant. Vnde Græci materiam adepti creduntur mentiendi, quæ de Baccho & Iouis femore in fabulis tradiderunt. Nyſei quum aliquot dies obſidionem ptuliſſent, Macedoni ceſſerunt. Rex ea victoria potitus, monte cū toto exercitu conſcendit, vitibus & hædera vertex abundat, multæcꝫ perennes aquæ inde manant, pomorum varij & ſalubres luci, lauri baccæ. hic decē dies hedera & pampinis inſtructi milites, laſciuia quadam, bacchantium more per montem euagati, rege epulas large exhibente, atcꝫ totum id temp⁹ per temulentiam & crapulam cōſumptum. Nec interim repertus eſt qui exercitū ſopore & vino ſepultum hoſtiliter inuaderet, quū vel muliebri manu deleri potuerit, adeo nonnuncꝫ ingens gloria fortunę magis eſt, cꝫ virtutis bñficiū. Dędala mox regio inſita. Oia hic indigenarū fuga deſerta, pari rōtione quicquid terrarum inde ad Coaſpem fuit, nullo

Panis libatio.

Alexandri copię

Cleonis Siculi aſſentatio.

Calliſthenis liber tas.

Alexan. ſuppia.

Fatidica mulier.

Calliſthenes ab Alexandro interficit

Indica ex peditio.

Nyſa.

Femur.

Bacchat ę victor ex ercitus.

Dędala.



nullo maiore negocio, Macedonum imperio acceſſit. Coaſpe ſuperato, emittit is in Cophē fluuium, Cenonecꝫ ad Beirę vrbis opulentæ obſidionē relicto. Rex in Mazacas proceſſit. Cleophes Aſſacani regis nuper defuncti vrbem, natura & opere munitam, cū XL. milibus hominū obtinebat. Hic dum Macedo vrbis munimenta circuit, crus eius ſagitta configitur, educto telo equum, qui ſubito ei admotus eſt, ne obligato quidem vulnere conſcendit, pgitcꝫ nihilo ſecius negocium obire, mox vbi frigeſcens vulnus grauare cœpit, dixiſſe fertur, ſe exiſti mari Iouis filium, ægri tamen corporis vitia ſentire. Fuit obſidio illa paucorū dierum. Nam aggere in muros erecto, admotiſcꝫ turribus, barbari mœnibus diſixi in arcem conceſſere, atcꝫ legatis inde ad regem miſſis, pacem ſuppliciter impetrarūt. Regina cum nobiliū fœminarū cœtu aureis pateris vina libantiū, ad regem venit, paruoꝫ filio Macedonis pedibus admoto, non ſolum veniam adepta eſt, ſed regia appellatione a victore rege ſaluta. Multi perſuaſum habuere, plus formæ ab Alexandro quam fortunę datum. Puero quod ſatis cōſtat, quem poſtea enixa eſt, Alexandri, nomē ab ea eſt inditum. Ad Noram vrbem dein Polypercon miſſus, Barbaros prælio victos in poteſtatem redegit. Magnus interim agreſtium & caſtellanorum cōcurſus ad petram factus dicebatur (ſic em̄ loca dixerunt ſaxo abrupta) arcem ipſam peculiari nomine Dorinim Indicæ gentes vocarunt. Locus, vt fama erat, olim ab Hercule obſeſſus capi non potuit Copijs eo admotis, Alexander voragines ad radices circūiectas repleri iuſſit, ingēti ſylua ad id opus deſecta, vt imæ partes ſaxi, in metæ ſpeciē ſurrecti ſaltē teneri poſſent. Quod Macedo adeptus, in aduerſum montem aciem erexit. Expediti milites in ſummum euadere conati, ſuperno ſaxorum deiectu ad vnum fere obtriti ſunt. Perijt in his Alexander vir fortiſſimus, quem in hoſtē euntem rex monuerat, vt memor eſſet nominis, quod ſecū cōmune haberet. Macedo primo conatu fruſtratus, conſilium ceperat ſoluendæ obſidionis, quum Barbari qui biduum poſt victoriam ad tympanorū cantū egerant, ſubita deſperatione adacti, ſilenti fuga nocte ſunt inde abire conati, nec trepidatio illa Macedonem fefellit, qui Indorum conſternatione ad aduerſa, clamorem ſuſtulit quo illi adhuc magis perculſi, per abrupta ſaxa formidine præcipitati pluribus amiſſis beneficio noctis in pacatum deſceſſere. Alexander in ſumma petra victoriæ aras erexit, Sicocoſticꝫ ad præſidium relicto, ad Echolima tranſtulit caſtra, ex cuius loci anguſtijs Ericē cū. XXX. milibus hominum depulit: Sexti ſdecimis mox caſtris ad Indum fluuium contendit. Omphis interea illi cum toto exercitu, ſexcꝫ & quinquaginta elephantis, officij cauſa factus eſt obuius. Fuerat is auctor patri, vt pacare Macedonem acciperet, ſecꝫ & regnum illi traderet, ad quod ipſum Epheſtio aliquanto antea præmiſſus, non nihil fuerat hortatus ſed tam ſubitæ deditionis illi cauſa fuit bellum, quod cum duobus potentiſſimis regibus Abiſare & Poro inchoatum iam antea habebat. Regnabant ambo illi late vltra Hidaſpem, qui læuus Macedoni fluens Indo infundebatur. Præbuit Omphis primo aſpectu hoſtis ſpeciem, & iam Alexander equites in cornua ſubducebat, quum ille præuectus equo, quia ſolus adequitans pacem petere non bellum viſus eſt, pacatiorem ſibi Macedonē reddidit. Alexander cum eo congreſſus, vbi quis eſſet, per interpretem cognouit (nam Omphis iam antea per Epheſtionem deditionem fecerat) clemēter & humanę complexum, regnare permiſit, ibiq; regijs inſignibus ſumptis, patris nomine qui ante Macedonis acceſſum obiuerat diem, eius populares Taxilen dixerunt: ille præter aureas coronas, quas regi & primoribus dono dedit, octoginta ſignati argenti talenta Alexandro obtulit, quæ ille Taxilli non ſolum reddidit, ſed mille etiam talenta de manubijs ſuperadiecit, vaſa ad hæc ex auro & argento, cum Perſicis veſtibus, & equis triginta in ſignibus. Vix regia liberalitas tātum Taxilem Macedoni deuinxit, quantum amicorum animos offendit, adeo vt Meleager ſupra cœnam largiore vino vſus, gratulari ſe Alexandro dixerit, cꝫ virū in India reperiſſet talentis mille dignum. Tenuit rex iram, cꝫ fatis ſuperꝫ Clyti a ſe interfecti pertæſum erat, tantum reſpondit, inuidos homines nil aliud eſſe quam ſua ipſorum tormenta. Sub id tempus Abiaſaris legati ad Alexandrum venerunt, qui regem & omnia quæ rex haberet, vt iuſſi fuerant, illius poteſtati ſubiecerunt. Oneſicritus qui non rerum Alexādri, ſed mirabilium potius ſcriptor fuit, ex his legatis Macedones audiuiſſe prodidit, duos Dracones in Abiaſaris regno nutriri, quorum vnō octoginta eſſet cubitorum, centum alter & viginti. Perhumane Abiaſaris legatos Alexāder accepit, fidecꝫ firmata retro ad regem remiſſi ſunt. Miſit & ad Porum Alexander, quem fama ſui nominis ad deditionem compelli poſſe arbitrabatur. Cleochares qui ad eum eſt miſſus, his conditionibus cum Poro pacem firmare eſt iuſſus, vt ille ſtipendiarius Macedonum eſſet, & Alexandro venienti in finibus regni pacatus occurreret. Porus ſe ſtipendium nec illi necꝫ alij penſurum reſpondit. Alterum facturum libenter, vt in finibus regni Macedonem venientem exciperet, ita vt cum eo acie congreſſus de regno & vita dimicaret. His Alexander commotus, cōfeſtim ad Hidaſpem copias admouit. Quicquid terrę inter Hidaſpem & Aceſinem iacet, Poro per id tempus parebat, trecentis ferme vrbibus frequens, & ſylua prope Emodos montes, vnde cedrum, abietem, & pinum poſt victoriā Macedo ad nauale vſum ſibi petijt. Peropportune interea Barzentis & Gamaxus rex exigue Indorum partis qui ſe Barzenti iunxerat cum. XXX. elephantis ad Alexandrum venit, nulla parte belli magis hoſtium opes valere credebantur, quam eiuſmodi beluarū multitudine, nam & Porus qui vlteriorem Hidaſpis ripam inſederat. XXX. milia peditum, quinqꝫ elephantos & octoginta exaduerſo cōſtituerat, qui de induſtria irritati, horrendo ſtridore perſtringebant aures Macedonum. Ferebatur ad hæc fluuius præceps, ſubiectiſcꝫ cautibus ſpumidus & violentus, ripis altioribus cohibitus, ſic quoqꝫ quingentos paſſus ab vtraque ripa ad alteram patens. Erant inſulæ quædam medio flumine, & ipſæ ab Indis inſeſſæ. Irritum circa earum vnam certamen Alexandro fuit, in quo Nicanor & Symach⁹ Macedonum promptiſſimi, hoſtilium telorū multitudine cooperti perierunt. His cadentibus cæteri metu præcipitante in fluuium deſſluere, quos violentus amnis vorticoſo impetu abſorpſit. Hic Macedo conſilij inops in omnes partes animum verſabat, contra Porus quia ab initio fortuna aſpirraſſet, exultare gaudio, certamcꝫ ſpem alere. Erat inſula extra conſpectum, præcipua inter alias magnitudine, qua copias in barbaros tranſmittere Macedo conſtituit, atcꝫ ad hoſtium oculos ludibrio aliquo, ab eo quod vere parabatur, auer tendos,

Maſſacarū regina

Alex. miles perijt.

Alex. petrā obtinet.

Omphis

Taxiles rex.

Abiaſaris rex.

Draco nes.

Pori belicus apparatus.

Infeliciter Macedonum pugnant

tendos, Ptolemæũ iussit cũ parte exercitus aliquã-
to dextera ripa fluminis diuersum adequitare, ibiq;
alia atq; alia tanquam iam exercitum traiecturum
tumultuose assimulare. Ad hæc regiam cohortem,
velut in statione esset, ante regiũ tabernaculũ, qđ
in hostiũ conspectu erat, ociose inambulare, Atta-
lumq; æqualẽ suum, eodẽq; oris habitu atq; corpo
ris, regio amictu cultũ, in Pori & aliorũ conspectu,
qui in aduersa ripa sedebant, sæpius obuersati, ve-
lut nulla interim alia præter illam, quã Ptolemæ⁹
moliri videbatur, superandi fluminis iniretur ra-
tio. Verterat ille iã dudũ in se hostẽ tumultu & cla-
more. Alexãder interea nubilũ & caliginosum cœ
lũ adeptus, silentio iubet naues, quæ ad traiciendũ
paratæ erant, ad destinatũ animo locũ cõtrahi, hic
omniũ primus nauim ingressus maximam exerci-
tus partẽ in vlteriorẽ ripam, quæ a nullo tenebaꝫ,
exposuit: & iam suos in ordinem redegerat, quum
trepide Poro nunciatur citeriorẽ amnis ripã a Ma-
cedone teneri, ac breui quadrato agmine affuturũ.
Poriferocia. Barbarus ad ea nihil territus, Hagã fratrem cũ qua
tuor milibus equitum, & centum curribus ad pu-
gnam instructis, hostibus iubet occurrere, singuli
currus duos sagittarios habebant, & totidem cly-
peatos, cum duobus aurigis. Interim densus imber
cœlo effusus, inutilem reddidit curruum apparatũ,
paucissimis Macedonum primo congressu obtri-
tis, equi in voragines & lacunas suo impetu acti cur
rus cum bellatoribus & aurigis ad terram fuderũt.
Alij clamore hostium consternati, in subiectũ am-
nem precipitauere curricula. Iam & Porus ipse ade
rat, qui dissipatos currus intuitus, proximis amico
rum distribuit elephantos, hos sagitariꝫ & pedites
sequebantur. Simulacrum Herculis huic agmini p̃
ferebatur, maximũ ad bellandum incitamentũ fla
Porisi- gitium terrũ existimari, siquis id signum in acie de
gna. seruisset, capitale erat ijs qui illud in pugna amisis-
sent. Tintinabula pro tubis aures circunsonabant,
ad quorum cantũ bellatorũ aures demulcerentur.
Macedonibus non beluarum tantum species, quis-
bus insueti erant congredi, sed ipsius quoq; regis
aspectus fuit a principio formidolosus, excedebat
non nihil Barbarus humanæ staturæ modum ve-
hebaturq; prægrandi elephanto, tantum inter be-
luas sua eminente, quantum rex ipse inter alios In
dos corporis proceritate præstabat, arma auro erãt
& argento distincta. Terribilem agminis aspe
Alexan. ctum Alexander intuitus, Video inquit par meo
verba. animo periculum, cum bestijs & viris fortibus
hodie dimicandum, inde ad suos conuersus cum
ego inquit Ptolemæo Perdica & Ephestione comi
tatus in læuum hostium cornu impetum fecero, vi
deritisq; regem medio prælij ardore versantem, tũ
Stratage Cenon nostrum dextrum cornu repente in hostem
ma Ale- mittat, & turbatis Barbarorum ordinibus inferat
xandri. signa. Antigonus Leonatus & Tauron mediã eo-
dem tempore aciem inuadant, hastæ sunt vobis lõ
gæ & prælialidæ, his beluarum rectores deturbate,
easq; rectoribus excussis confodite, atq; in suum
agmen precipites agite, est id anceps auxilij genus,
& in suos pernicijosius, quam in hostes sæuit, in
hos imperio, in illos metu & cõsternatione grassa-
tur. Tantum Macedo locutus, simulq; in aduersam
aciem incurrit, mouet haud multo post vti iussus
est Cenon. Macedonica Phalanx & ipa in mediam
aciẽ ferociter inuehitur. Iusserat q; ab initio Porus
beluas in Macedonum equites immitti, sed segni⁹
illæ actæ, quum sua mole, tum rectorum ignauia
quæ res spatium equitibus dedit, pugnæ prius con
serendæ quam beluæ in occursu fuerint. Iuuit plu-
uius dies rem Macedonicã, q; arcus quibus Barba-
rus vulgo vtitur assiduo madore minus ad pugnã
habiles fuere: turbatur itaq; statim hostium acies,
ita vt neq; imperium exaudiret ab vllo, neq; per se
quisquam quid ad pugnam expediret, satis intelli-
geret. Alius itaq; iungebat aciem, alius dirimebat
stabant plerique in vestigio, conabantur alij Mace-
donem circunsistere. Porus hos manu & capite im
minens, alios voce in ordinem reuocabat. Verum
vbi id fieri non posse vidit, cũ eo hominũ globo,
quẽ circa se habuit, elephantibus in aduersum Ma-
cedonem actis prælium capessit. Terruit beluarum
stridor Macedonũ equos, animal ad omnia pauí-
dum, turbatisq; equitũ turmis aperta fit fuga. Tũ
Alexander Agrianos & Thracas in elephantos im
mittit, qui telorum multitudine exauersо conie-
cta, eorum impetum primo inhibuere, inde Pha-
lanx audacius inuecta, multis vulneribus in se be-
luas irritant, ibi fœda strages orta, Macedonumq;
haud pauci sunt a beluis obtriti. acerbum & atrox Atrox
spectaculũ erat, milites cum totis armis proboſci- certamẽ.
de arreptos, suis rectoribus a belua trucidãdos por
rigi, anceps diu fuit certamen, quoad securibus in
hunc vsum paratis beluarum suffragines cœptæ
feriri, adhibitæ & copides, est id falcati gladij genꝰ Copis.
ad elephantorũ manicas amputandas, atq; tum de
mum vulneribus affecti, rectoribus aut seuiendo
excussis, aut inuitis, in suos impetum vertere: ibi
Porus hoc quoq; præsidio spoliatus a pluribus pe-
titus, momento temporis, nouem vulnera a tergo
& a pectore accepit, resistebat tamen donec eum de
ficientem rector intuitus beluam qua sedebat in
fugam vertit. Concitat in eum fugiẽtem Bucepha- Bucepha
lam Alexander, sed bellator equus pluribus confo- las inter
sus vulneribus procubuit, rege magis depositо q̃ ficitur.
effuso. Mittit Alexander dum equum mutat, Ta-
xilis regis fratrem, qui Porum ad deditionem hor
taretur. cuius voce audita Porus, etsi viribus iam Pori faci
magna ex parte effœtis, conuersus tamen in illum, nus.
Agnosco inquit fratrem Taxillis sui regni prodi-
torem, atq; cum his arrepto telo, quod vnicum su-
pererat, Barbari pectus transfixit, inde repetito cur
su quum iam belua & vulneribus & labore defice
ret, a fuga destitit, obiectisq; venienti hosti pediti-
bus, quibus stipatus erat, prælium paululum in-
staurauit, iam enim Alexander recenti equo vsus
aderat. Cadunt hic quoq; momento temporis
haud pauci, donec Porus alijs vulneribus super
alia acceptis, ad terram defluxit, rector sua spõte re
gem corpus acclinasse arbitratus, statuit elephan-
tum in genua, id intuiti pedites, & ipsi pugnam
remittunt, circunsistunt Macedones regium cor- Mirum i
pus spoliandi studio, tum belua iterum sæuiens, elephãto
hostem procul distinebat, leuatumque humo re-
gem proboscide suo tergo imposuit. Sed hæc
quoque telis cooperta concidit. Regem vehi-
culo exceptum ita est Alexander allocutus. Quod
malum inquit, quæ te infelix Pore tenuit amẽ
tia, vt cognita rerum a me gestarum fama for-
tunam belli malueris, quam nostram amicitiam
experiri, presertim quum quam clemens essem
Taxillis fortuna te docere potuisset? Tum Po Verba
rus attollens paululum oculos, neminem in- Pori ad
quit mortalium me feliciorem arbitrabar, siqui Alexan-
dem meas noueram vires, nondum tuas exper- drum.
tus, nunc te fortiorem esse pugnæ huius docuit
euentus. Rogatus quid victorẽ statuere oportere ar
bitraretur, quod hic dies inquit suadet, quo exper
tus es, quam caduca sit humana felicitas. Plus mo-
nendo Barbarus profecit, quã si vitam p̃catus esset.

Alexander



Alexander magnitudinem animi in hoste mirat⁹,
non solum seruauit, sed in magno etiã honore ha-
buit. Eum vtiq; diligenter curatum, in amicorum
numerũ asciuit, ascitũ maiore quã antea tenuerat,
regno donauit. Mox inclyta victoria lætus, primũ
oĩm milites pro concione laudauit, pollicitus fore
vt nõ multo post oẽs, gẽmis, margaritis, auro, ebo
re abundarent. Inde singulos copiarum duces, au-
rea corona, & mille aureis nũmis donat. Cæteris
pro cuiusq; meritis, suus est honos redditus. Circa
flumen vrbes duas condidit. Niceam vnam ab in-
signi victoria. Alteram quam a nomine equi in pu
Bucepha- gna amissi Bucephaliam appellauit. Plures tamen
lia vrbs. tradiderunt equũ nõ statim absumptũ, sed post lõ-
gam vulnerum curationẽ. Onesicritus eum senio
& labore confectũ prodidit, eius morte qđ satis cõ
stat, vehementer indoluit Alexander, amicum &
familiarẽ sibi ademptũ ratus. Proximis inde nemo
ribus ad naualem vsum iussit ingentẽ materiã pa-
Rhinoce- rari. Rhinocerotes in locis vagari dicunt. Animal
ros. buxei coloris, vno in narib⁹ cornu. Hostis elephã-
to natura quæsitus, cornu ad saxa prius limato se
pugnæ comparat. Longitudo corporis nõ minor
huic quam elephanto. Crura multo breuiora. Mo-
tis, ab Hidaspe castris ad interiora Indiæ est itum,
ductuq; interim exercitus per syluas stupẽdæ pro
ceritatis, mira inibi cœli temperies, & loca fontib⁹
irrigua serpentiũq; vis ingens auri fulgorẽ redden
tium virus haud vllum magis noxium, ictum præ
sens mors sequebat, donec ab locorum indigenis
sit remedium commostratũ. Per deserta dein loca
ad Hiarotim est flumen ventum, iunctum erat ana-
Pauones ni opacum nemus, syluestrium pauonũ multitudi
syluestres. ne frequens, vrbs regionis caput non muro solum
Alexan- sed palude etiam cingebatur. Hæc vbi oppugna-
dri suc- ri cœpta est, oppidani nouo genere pugnæ iunctis
cessus. inter se curribus, Macedonem excipiunt, sed nullo
momento victi, & intra mœnia compulsi, quia iã
scalæ cœperant mœnibus admoueri, palude subi-
to traiecta, multi vrbem reliquerunt, cæteri ab ho-
ste oppressi cum patria hostiliter vexati sunt. Ca-
stra mox ad aliam vrbem translata, totius gentis
caput, quo incolarum fuga inclinauerat. Hic quũ
duarum factionum alij alio rem traherent dum, or
ta inter eos seditione, nihil medium consulitur, per
eos qui erant deditionis faciundæ autores, parefa-
cta repente porta Macedo vrbe potitus cæde absti
nuit, venia omnibus data. Conciliauit ea res Ale-
xandro magnam clementiæ famam, quo contigit,
vt breui pleræq; ciuitates non ignobiles in fidem
Cathæa venerint. Itum inde in Cathæam Sophitis regionẽ,
regio. gentem sapientia optimisque institutis inter In-
Gentis i- dos præstantem. Liberi ab ineunte ætate non parẽ
stitutũ. tũ arbitrio tolluntur, sed eorum quibus id negociũ
publicæ iniungitur, tenerorũ infantiũ illi habitũ
inspiciunt, ac siqui segnes ab initio, aut parte ali-
qua corporis debiles deprehenduntur, necari iu-
bent. Connubia non opibus & nobilitate, sed for-
mæ præstantia concliant inter se, liberorũ magis
quã voluptatis causa. Strabo autor est vxores hic
cum viris vita defunctis cremari. Sophites tum la-
te in ea terra imperabat, regia vrbs quum Macedo
copias admouisset, nullum habuit in muris præsi-
dium, nullas pro portis stationes, id secum mirat⁹
Alexander, ancepsnon nihil stetit inter spem deser
tæ vrbis & metum insidiarum: sed quũ rex & alij
starent in ea admiratione defixi, portis repente pa
tefactis, Sophites cum duobus filijs multum inter
Sophitis alios eminens (Onesicritus pulcherrimũ forma ibi
egis cul regem creari prodidit) ad Alexandrum cũ magno
tus. comitatu venit. Erat illi vestis auro & purpura
distincta, aureis soleis inseruerat gẽmas, brachia &
lacerti margaritis nitebant, ex auribus insigni can-
dore lapilli suspensi. Aureum illi sceptrum beril-
lis distinctum, quo Macedoni tradito p̃catus est,
vt se, liberos, oẽmq; gentẽ suã in fidẽ acciperet, nec
rex est eam deditionẽ aspernatus. Curtius tradidit Mira de
canes hic sine latratu feras insectari, precipueq; leo canibus.
nibus esse infestos. Admouit id spectaculũ regi &
Macedonũ oculis Sophites, obiecto Leone duob⁹
canibus breue fuit certamen, beluaq; confestim ex
animis iacuit: tanta illis conficiundæ feræ auiditas,
vt ne crure quidẽ canis regis iussu resecto a tenacis-
simo morsu diuelli potuerit. Sed fides rei huius sit
apud eos, quibus curæ fuit id literarum monumẽ-
tis tradere. Nec minus a fide abhorret, q̃ Albano-
rum regem eidem Alexandro canem dono mississe
aiunt inusitatæ magnitudinis, cuius specie Mace-
do delectatus, vrsum illi primo obiecerit, quem
per contemptum intuitus, nõ modo nõ allatrauit,
sed immobilis etiam iacuit, iussit rex aprum profer
ri, nouissime & damã, his quoq; nihilo magis so-
licitatus quũ pari contẽptu adhuc hæreret, offensus
ea corporis segnitie iracundus imperator, canẽ ge-
nerosi alioqui spũs occidi imperat. Nũciauit id fa-
ma muneris autori, cõfestimq; alterũ illi misit pari
magnitudine, addidit & preces, ne canis ferociam
in paruis, vt fecerat experiretur, sed in leone aut in
elephanto, duos fuisse sibi eiusmodi canes, hoc qui
reliquus esset interempto, fore præterea nullum:
nec Macedo distulit rem periclitari, leonemq; pro-
tinus vidit ab eo prostratum, elephantus dein per-
ductus, haud alio magis spectaculo rex lætatus di-
citur, inhorruit canis toto corpore belua inspecta,
inde latratu intonuit, atq; in ceruicem assultans, ar
tifici dimicatiõe, hinc atq; illinc bestiam infestare,
donec assidua rotatum vertigine, terra grauiter ei⁹
casu concussa, solo afflixit. Sed ego neq; pro ve-
ris hæc affirmanda dixerim, neq; quoniam sunt ab
alijs tradita, pro vanis repudianda. Alexander re- Indi ma
gno Sophiti restituto ad Hypanim fluuiũ proces- gnitudo.
sit, hic postremus est omniũ fluuiorũ, qui Indũ in-
grediuntur, qui quindecim numero traduntꝫ, quis
bus infusis tantũ augetur, vt ad centũ stadia, vt q
dã memorant, ab vna ripa ad alterã late pateat. In-
dus (vt qui verecundius hæc tradiderunt dicunt)
quinquaginta duobus ostijs in Eoum mare euol-
uitur, mille stadijs vt Aristobolus, vt Nearchus
mille & octingentis inter se distantibus. Regio quę Vrbium
inter Hidaspem & Hypanim iacet, nouem habet frequẽtia
gentes, quarum ciuitates quinq; milia numero tra
duntur, neq; vlla Co. Meropide minor. Alexan-
dro ad Hypanim tendenti Phegelis Sophiti regno
finitimus cum donis occurrit, eo in fidem recepto
triduo post Macedo Hypanim superaturus, Phege
lem percontatur, ecquænam terræ essent vltra flu-
uium. Docet ille. XI. dierum trans Hypanim so-
litudines esse, excipere inde Gangẽ oĩm Indiæ flu- Gangari
uiorum maximũ. Gangaridũq; vlteriorẽ ripã esse, & Pharrasiorum, quorum rex esset Grammẽ, esse dũ opes.
illi in armis. CC. milia peditum, & .XX. equitum,
duo milia quadrigarũ, & qđ precipue timori aces-
sit, tria milia elephantorũ. Incredibilia hæc primo
regi videri, ex Poro inde quem secũ habebat, vera
omnia esse cognouit, tantũ adijcere ad metũ eleuã-
dũ, vltimæ sortis hominẽ ibi regnũ obtinere, opi-
ficis filiũ, qui in diem sordido questu famẽ propul
sare consuesset. Cæterum præstantia formæ conci-
liatum reginæ, primo rege per insidias interfecto,
mox regno tutelæ noĩe recepto, regijs quoq; pue-

ris

ris crudeliter necatis, regnum occupasse, ab eoq; Gramme procreatum vilem, suisq; ob ingenij sordem popularibus inuisum, paternæ fortunæ magis quam suæ memorem. Pori affirmatio varie afsecit Macedonis animum, regem & beluas asperna ri, contra locorum situm & vim fluminis extimescere, nec interim satis scire, quam animati essent milites, ad se in vltimas terras sequendũ, nam post prælium ad Hidaspem cum Poro cõmissum multo remissiores erant Macedones facti ad extrema prælia tentanda. Non erat igitur militibus, qui & regi animus, hic cupidate gloriæ accensus, ac totius orbis imperium mente complexus, videri sibi in primordio suorum operum adhuc stare. Contra il li labore fessi longinquam finire militiam optabant. Etiam multi senes sub pellibus facti, ad extrema terrarum per labores & pericula traducti, militiam nihil obscure detrectabant. Periclitaturus itaq; rex suorũ animos, pro concione, ita est exercitum allocutus, vt multo minora esse contenderet, quæ de ijs Indis accepissent, qui trans Gangem incolerent, quam vulgo fama ferrentur, sic pugnæ ad Granicum cõmissæ magis arduam expectationẽ, quam opus fuisse, sic Ciciliæ fauces, sic Mesopotamiæ campi, Tygris, Euphrates, & Hidaspes maiores inquit animo occurrebant, quã postea subigẽdo visi essent. Tacere se numerosos hostiũ exercit⁹, & beluarũ greges, quos vincẽdo experti essent maiori incommodo suis quam Macedonibus fuisse. Nec Gangis latitudinẽ extimescendã, qui quo latius flueret, eo mitius. Nec multũ referre aiebat, an tria milia Elephantorum essent, vt falsis rumoribꝰ ferretur, an quot ad Hidaspẽ cum Poro nuper fuissent, cum vno aut altero consternato, totum agmẽ in suarum partium perniciẽ rueret, nec q̃. CC. milia peditũ, &. XX. equitũ aduersam ripã insiderẽt, si cũ longe maioribꝰ copijs, sæpius ac pspere semp cõflixissent, adesse præterea Bactrianos auxiliares, Scythas, Dracas, Sogdianos, qui haud antea affuissent, etsi ipse suorum Macedonum manus, non Barbarorũ intueretur, cum quibus quoties in acie staturus esset, non paucitatis suæ, nõ hostium multitudinis, se memorem futurum. Adhiberent modo animos alacritatis & fiduciæ plenos, quando non in limine suorum laborum sed in exitu atque eo ipso minime pœnitendo starent, vincendo ad extremum terrarum peruenisse, terrarũ omnium victores domum reuersuros, si paululum adhuc nitivellent, nec malos agricolas imitarentur, qui maturas fruges per inertiam e manibus labi paterentꝰ majora esse periculis præmia, diuitem & imbellem regionem esse, crederent se ad prædam & gloriam, non ad prælium duci, dignos esse, qui talibus spoljs quibus littus illud abũdarer, honusti in patriã redirent, dignos qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquerent. Rogare obtestariq; per eximiam ipsorum gloriam qua humanũ fastigium excederent, pẽr sua in singulos, omniũq; in se merita quibus inuicti contenderent, ne se alumnum & cõmilitonem (ne regem diceret) humanarum rerum terminos adeuntẽ desererẽt, cætera imperasse se, illud vnũ a suis precibus contendere, qui nisi in suis manibus palmam infringerent. Herculis & Liberi patris (abesset verbo inuidia) breui gloriam esset equaturus. Nullus ad ea verba secutus est militaris clamor, quin oculis ad terram defixis mœstum mi lites silentium tenuere. Tum ille, vbi est inquit militũ si lentium. lites clamor ille vestræ alacritatis index? vbi ille meorum Macedonum vultus? quid surdas pulso aures? iam in solitudine mihi esse videor: quid nemo respondet? neget saltem aliquis, sed esto solus ire perseuerabo, obijcere me fluminibus & beluis illis, quas perhorrescitis, inueniam qui desertum se quantur. Non sequentur Alexãdrum Macedones At Scytæ & Bactriani sequi volent, mori præstat quã imperiũ precibus mercari. Ite duces domũ. Ite deserto rege ouãtes. Ego hic desperatæ a vobis victoriæ: aut certe mortis locum inueniam. Stabat ad hucimmota concio, lachrymis vbertim manantibus, donec Pœnus, sic enim scriptum reperio apud eos quos sequimur, sed Pœonus libẽtius legerim, tacito militum consensu, paucis est regem affatus, quibus ostendit paratos esse Macedonas regem & imperatorẽ suũ per æqua & iniqua sequi, cæterũ re spiceret ipse suorũ ora, atq; habitum corporis, trũcaiam debilitata vulneribus membra, cicatricibꝰ reliquum corpus deformatũ. Nihil præter militiæ nomẽ Macedonibus superesse, non vires, nõ cultũ denicq; patrium, oia murata, iam vulgo Persico cultu Macedones vti, quia Macedonicus tam procul deferri non posset, in eas terras venrum, vnde si veteranus missus fiat, vix tantum vitæ supersit, vt in patriam redire possit, pateretur veteranorum corpora maiorꝰ sepulcris inferri, miserereturne eorũ senectæ, pareret illorũ infirmitati, per quos clarissimã adeptus esset victoriã, nec pgeret, dum laudũ cupiditatẽ fectaretur, florentissimi olim exercitus reliquias Indiq; beluis laniandas obijcere, aut absorbẽdas fluminibꝰ, parceret sibi ipsi, nec fortunã suã nimis onerando fatigaret. Q? si in India bellare adhuc vellet, flecteret saltem ad Oceanum cursum, maximã eius terræ partẽ, quæ ad Eoum mare exposita esset, ipsius armis adhuc esse intactã, nec circuitu peteret gloriam, quæ ad manus posita esset, illuc potius belli impetum flecteret, vnde non minor victoria, cæterum longe tutior expectari posset: Quod ad milites attineret, neminem non Macedonum libẽter iturũ, quo ipsius fortuna duceret, mõ & salutis & breuioris militiæ spes aliqua effœto iã ætate & vulneribus militi, in futurum ostenderetur. Excepit militaris clamor Pœni sermonem, flectusq; & miserabilis comploratio orta, regem & patrem appellantium. Circunstabant ex senioribus plericq; veniã ætati implorãtes. Huiusmodi cõsensu victus Alexander, quia nec castigare obstinatos poterat, nec iratos mitigare, amenti similis, ex cõcione se in regiã proripuit, eaq; clausa biduũ mitigandæ irę indulsit. Postremo in publicũ egressus ex quadrato lapide duodecim erexit aras, monumẽ tũ suę expeditionis in omne æuũ, castrorũq; metas latius propagari iussit, vt vel molitiones ipsæ hostibus terrori essent, maiorq; suarum rerum in posterum maneret fama. Quin & arma aliquãto ampliora quã milites gestarẽt relinqui iussit, & fræna multo grandiora, vt maiorẽ sui admirationẽ apud locorum indigenas relinqueret. Inde ab Hypane ad Acesinẽ amnẽ, qui Pori regis terminus erat, ad ortũ solis reuersus, mille nauiũ classe Pori & Taxilis opera ad tps instructa, elephãtos cũ impedimẽtis propter amnẽ sequi iussis, ipse cũ toro exercitu, secundo fluuio delatus ad confluentẽ Hidaspis & Acesinis in Soborũ regionẽ copias exposuit. Hi Sobi. maiores suos ex Herculis comitatu fuisse memora- Populi bant, ægros olim ab ipso heroe, quum Indiam circumiret his locis relictos, ferinis pellibus in argumẽtatu Herculis. tũ rei amiciebantur, clauas pro telo habẽtes. Sexaginta milia Barbarorũ ripã obtinebãt, quibus in fugã actis, aliquot eorũ vrbes Macedo vicepit, vna hoste a mœnibus repulso, aliquandiu pertulit obsidionẽ. Eã quũ Macedo obsidere pseuerasset, desperatis rebus oppidani incenderunt, secq; cum liberis & vxoribus in medios ignes, velut grauiora ab hoste expecta nda essent, præcipitarunt. Nec procul in de Hidaspes & Acesines Hidaspi a meridie ifusus, cũ Indo cõfluũt. Quę flumina tantos suo cõgressu cient fluctus, tanta vadatim oblimatio, vt velut irato mari vaste concitentur, vnde magno cum periculo eo fluminum congressu laboratũ, vt duob⁹ nauigijs absorptis, regia quoq; nauis tam proxime periculum adierit, vt Alexander, positis vestib⁹, se se velut naufragus expediuerit. Cæterum remotũ pulsu euerberati fluctus cesserunt. Statuit ibi Alexãder in ripis aras pro fluuiorum numero, inde in Sandracas & Mallos est ventũ. Trogus Ambros & Sycumbros vocat, idẽ autor est ipsam gentem ad LXXX. milia hominum in armis habuisse. Curti⁹ minorem posuit numerum, sed quantæcũq; tum illis copiæ fuere, ex eo ingentes fuisse suspicari libet, q̃ Macedones hic quoq; multa de regis pertinacia questi, pene militiam detrectarint. Placatus tamen precibus & hortatione exercitus sub primam lucem est hostibus admotus. Barbari dubiũ metu an seditione inter eos orta in proximos montes, non expectato vt prælijũ iniretur, dissipata multitudine fugã cõcesserũt. Alexãder hostiũ impedimẽtis potitus, ad Mallorũ oppidum scalas admoueri iuber. Curtius Sandracarum nõ Mallorum id fuisse scribit, Demophõte vate frustra clamitante, vt incepto abstineret, periculũ ingẽs ipsius vitæ imminere. Hic cæteris cũctantibus omniũ prim⁹ in muros euasit: Stabat vndiq; telis expositus, multaq; interi e proximis turribus cadentia excipiebat tela, quum scalis festinantium pondere diffractis, omni suorũ auxilio destitutus, non nihil vim cadẽtiũ telorum pertulit: inde suis hortantibus, vt sese e murorũ fastigio, saltu ad terram demitteret, excepturos se eũ ruentem suo complexu, ac statim protecturos, non solũ nõ id fecit, sed facin⁹ ausus est incredibile, multoq; ad famam temeritatis q̃ ad gloriæ insignius, in vrbẽ hostiũ plenã præcipiti saltu desiluit, potuisse viuus opprimi, non modo interimi, nisi hostiũ segnitia, aut fortuna potius eum solo afflictũ protexisset. Ipse confestim in pedes erectus, vibrans gladium clypeum hostibus obiecit, saluti fuit arboris stipes, cui inhærens hostem a fronte distinebat, per fregerant galeã saxa e muris coniecta, ægreq; vim telorum excipiebat, multo labore fessus, & iam genu subnixus pugnabat, quum corpus sustinere nõ posset, tum duo propius accedere ausi vnus post al terum ab eo letali vulnere excepti, concidũt transfigitur interim sagitta duorũ cubitorum qualibus Indi vtuntur, paululum supra dextrum latus, quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis continuo effusa, moribundo similis remisit arma, qui vulnus intulerat, velut voti compos eo occurrit, vt cadentẽ spoliaret, ipse vt hostem corpori manum iniecere sensit, vltimi dedecoris indignitate cõmotus, linquentem animum reuocans, nudũ hostis latus sub iecto mucrone hausit, iacebant circa regem tria cadauera, Barbaris stupentibus, altera manu ramos arboris apprehẽdit, atq; ira subnixus, quũ se paululum alleuasset, continuo in genua recidit, ac sic vix compos mentis vitam tueri: Affuit interim Peucestes, mox Timeus, inde Leonatus & Aristonius qui hostibus muro deturbatis per media tela eo ad uolarunt, hi obiectis ante regem clypeis Barbarorum impetum sustinent, sed quum miles adhuc cessaret, Timeo & Peucestę cadentibus, duo reliqui grauiter vulnerati, vix a rege hostem distinebant, tum Macedones rabie accensi, rumor erat, re



gem ceci disse) dolabris muros haud vno loco sub ruunt, inde per oppidum cũ cæde euagati obuium quenq; vt regis interfectorem cupide obtruncant. Alexander in castra relatus, inspecto a Critobolo cũ Indo cõfluũt. Quę flumina tantos suo cõgressu cient fluctus, tanta vadatim oblimatio, vt velut irato mari vaste concitentur, vnde magno cum periculo eo fluminum congressu laboratũ, vt duob⁹ nauigijs absorptis, regia quoq; nauis tam proxime periculum adierit, vt Alexander, positis vestib⁹, se se velut naufragus expediuerit. Cæterum remotũ pulsu euerberati fluctus cesserunt. Statuit ibi Alexãder in ripis aras pro fluuiorum numero, inde in Sandracas & Mallos est ventũ. Trogus Ambros & Sycumbros vocat, idẽ autor est ipsam gentem ad LXXX. milia hominum in armis habuisse. Curti⁹ minorem posuit numerum, sed quantæcũq; tum illis copiæ fuere, ex eo ingentes fuisse suspicari libet, q̃ Macedones hic quoq; multa de regis pertinacia questi, pene militiam detrectarint. Placatus tamen precibus & hortatione exercitus sub primam lucem est hostibus admotus. Barbari dubiũ metu an seditione inter eos orta in proximos montes, non expectato vt prælijũ iniretur, dissipata multitudine fugã cõcesserũt. Alexãder hostiũ impedimẽtis potitus, ad Mallorũ oppidum scalas admoueri iuber. Curtius Sandracarum nõ Mallorum id fuisse scribit, Demophõte vate frustra clamitante, vt incepto abstineret, periculũ ingẽs ipsius vitæ imminere. Hic cæteris cũctantibus omniũ prim⁹ in muros euasit: Stabat vndiq; telis expositus, multaq; interi e proximis turribus cadentia excipiebat tela, quum scalis festinantium pondere diffractis, omni suorũ auxilio destitutus, non nihil vim cadẽtiũ telorum pertulit: inde suis hortantibus, vt sese e murorũ fastigio, saltu ad terram demitteret, excepturos se eũ ruentem suo complexu, ac statim protecturos, non solũ nõ id fecit, sed facin⁹ ausus est incredibile, multoq; ad famam temeritatis q̃ ad gloriæ insignius, in vrbẽ hostiũ plenã præcipiti saltu desiluit, potuisse viuus opprimi, non modo interimi, nisi hostiũ segnitia, aut fortuna potius eum solo afflictũ protexisset. Ipse confestim in pedes erectus, vibrans gladium clypeum hostibus obiecit, saluti fuit arboris stipes, cui inhærens hostem a fronte distinebat, per fregerant galeã saxa e muris coniecta, ægreq; vim telorum excipiebat, multo labore fessus, & iam genu subnixus pugnabat, quum corpus sustinere nõ posset, tum duo propius accedere ausi vnus post alterum ab eo letali vulnere excepti, concidũt transfigitur interim sagitta duorũ cubitorum qualibus Indi vtuntur, paululum supra dextrum latus, quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis continuo effusa, moribundo similis remisit arma, qui vulnus intulerat, velut voti compos eo occurrit, vt cadentẽ spoliaret, ipse vt hostem corpori manum iniecere sensit, vltimi dedecoris indignitate cõmotus, linquentem animum reuocans, nudũ hostis latus sub iecto mucrone hausit, iacebant circa regem tria cadauera, Barbaris stupentibus, altera manu ramos arboris apprehẽdit, atq; ira subnixus, quũ se paululum alleuasset, continuo in genua recidit, ac sic vix compos mentis vitam tueri: Affuit interim Peucestes, mox Timeus, inde Leonatus & Aristonius qui hostibus muro deturbatis per media tela eo ad uolarunt, hi obiectis ante regem clypeis Barbarorum impetum sustinent, sed quum miles adhuc cessaret, Timeo & Peucestę cadentibus, duo reliqui grauiter vulnerati, vix a rege hostem distinebant, tum Macedones rabie accensi, rumor erat, re

eadem insectatione in suspitionem deuocatus, cp aureum poculū extriclinio furto subtraxisset, tā fœ dæ calumniæ impatiens, datis prius ad regem lite ris, quibus crimen purgaret, sibi manum intulit. Legati paucis diebus reuersi, mille &. XXX. qua drijugos currus regi dono adduxerunt, mille scuta indica, & candidi ferri centum talenta. Cicures leo nes adhæc inusitatæ magnitudinis, & cum his Ty gres, lacertarumcp ingentium pelles, ac testudinum putamina. Mota deinde castra. Cæterum quum to ta Indi fluminis vastitas nauiū magnitudine ope reretur, territi passim locorum accolæ, vltro dedi tionem fecere. Condita est hoc tractu vrbs quam rex a suo nomine Alexandriam vocauit. Musica nos inde & Præstos, vtracp gentem inter Indos nō ignobilem, Macedo subegit. Est & Sabi regis terra hinc hostiliter inita, regia vrbs cuniculo capta, fuit cp ea res miraculo Indis militarium operum igna ris, cp armati, media vrbe, velut terra geniti repente extitissent. Perijt Sami regnum quatriduo post Ale xander, hostesq insidijs exceptos ad quingentos ce cidit, mille & amplius cepit, alij metu in vrbem cō iecti, ferrum veneno tinxerunt. Multi macedonum ea oppugnatione saucij extincti sunt, perijsset & Ptolemæus, qui postea in Aegypto regnauit acce pto vulnere, nisi per quietem herba regi demon strata esset, quo remedio ille seruatus est, seruati & cum eo multi. Fama erat Ptolemæum Philippo ge nitum, eius pellice natum satis constabat, Draco in somnis Alexandro inspectus, eam herbam ore ge stans remedium sibi nocturna illa imagine com monstrari rex arbitratus herbam studio conquisi tam ac reperram potioni diluit, vt Trogus scribit, dilutam Ptolemæo & alijs præsens remedium ob tulit. Idē autor est, in Musicanis id accidisse. Cur rius, qui in Sami regno hæc gesta arbitratus est fo lium ait vulneri applicitum. Barbari præsenti spe frustrati, vrbem dederunt. Pathalia gens quæ ab his proxima fuit, hostib⁹ regione relicta, in altos & de uios montes cum Mœri rege ad tēpus concessit. Eo rum terram populatus Alexander, opulentacp inde præda abacta, ad insulam medio flumine sitam ad mota est classis. Hic duces fluuialis nauigationis in cautius asseruatos Macedo amisit. Iussi nihilo seci⁹ gubernatores vlterius tendere, locorum quidem & gentium ignari, & iam progressa classis ad quadrin genta stadia sine ducibus, quum maris aura cœpta est sentiri, capti inde circa fluuium agrestiū quidā, ac rogati, quantum adhuc a mari distarent, respon derunt se nō habere quid de mari dicerēt, ignotam sibi rem, verum scire se ad tertium dierum nauiga tionē, vastitatē imēsam falsarū aquarū iacere, q bus verbis Oceanū significari nulli dubiū fuit, triduo inde perseueratum. Tum mare fluuio mixtū senti ri cœptum, classemcp ad proximā insulā appulsa, res noua, & tum primū visa valde Macedonas pculit. Subitus Oceani æstus, oēm terræ conspectum ocu lis ademit, magnoq impetu non aliter cp torrentis alicuius transuersæ naues, quo semilites tumultuo se receperant, agebantur. Rei igitur ignari (nam Oceani natura nondum cuicp eorum erat nota) a tertia diei hora ad meridiem iactati, inde vbi dies inclinare cœpit, variante vice, modico temporis spario naues in sicca tellure statuunt, alię alio statu vt varia erat terræ facies, in qua quisq erat ab æstu destitutus, hæ in proram, illæ in puppim aliæ in la tus procumbentes, ibi fœda colluctatio orta, me tusq ingens oīm animos occupat, sed aquis sub noctem alternantibus, vbi rursus oīa sibi fluctus vendicare visus est, sublato metu intelligere cœpe runt Oceani eam vicissitudinem esse. Alexander cū paucis nauigijs ad ostiū fluminis progressus, ad CCCC. stadia in altum enauigauit, ac tum demū factus voti compos, sacrificio vndarum & locorū dijs facto, ad classem reuersus est. Aduersoq deinceps fluuio nonnihil subuectus, Leonatum pmisit qui passim puteos effoderet, qua exercitum ductu rus esset: Erat plurimū regio siticulosa. Nearchoq & Onesicrito iussis cum robore nauium Oceani oram vsq ad Euphratis ostia circuire, ipse reliquū hyemis circa Indi ripas egit, quibus locis aliquot sunt ab eo vrbes conditæ, & in his vna Barce noie vt Trogus scribit, mox ad prima veris signa stati uis egressus nonis castris in Aboridon regionē ve nit. Hinc populis vltro se dedentibus, bis septenis ad Barbarū amnē Macedo consedit, quo superato per desertas regiones ad Noritas venit exercitus, hic cū Ptolemæo & Leonato partitus triplici agmi ne, vt latius Barbaros affligeret, ductare constituit Ptolemæus propius mare duceret, maxime ab eo diuersus Leonatus. Ipse medium agebat agmē. Per uētum interea est per Amerchosios, ad maritimos Indos, genus hominū incultū, nullo finitimorū cō mercio assuetū. Prominēt vulgo vngues, vt nūcp resecti. Comæ hirsutæ & intonsæ. Tugiria cōchis & Oceani purgamentis constructa, ferarū pellibus vestiuntur, piscibusq duratis, aut belluarum quas Oceani æstus ejecit, vescunt carnib⁹. Nec me pterit Ptolemæum & alios eum secutos, eam maris vasti tatem, quæ Indiæ præiacet, negare Oceani esse par tem, sed mare vndiq terra ambitum. Sed plures tā Græci cp Latini scriptores diuersam ab eo tuen tur opinionē, & in his Plinius, qui haud obscuris vsus argumentis, ab Indico mari demōstrat Ocea num vsq in Germaniam enauigatum, & rursus ad meridiē ab Aegypto & extrema Arabia, pter vtrā cp Aethiopiam, in Atlanticū & Hibericū Oceanū, perpetua nauigatione itū. Alexander oībus gētib⁹ dextera leuaq domitis, multum iam terrarū emen sus, vbi ad loca humano cultu deserta peruenit, cō festim commeatuum sentire cœpit inopiam, pal marū radices, quā solā arborē ea alit tellus, p cibo militibus fuerūt, ac iumenta passim cęsa, ne inedia miles cōficeret, secuta est & pestilētia, quā ciborū insalubritas fecerat, stratiq erāt campi cadauerib⁹, quo quisq vi morbi victus procubuerat, ibi nul lo opem ferente, quando agmen raptim ageretur, expirabāt. Plutarchus autor est, ex centum. XX. mi libus Peditū, & quindecim equitū, quæ illi quū ab Indo mouit assurere, vix quartā partem Babylonē peruenisse incolumē. Nec prius his malis est exerci tus defunctus, cp Gedrosię fines sit ingressus, ibi cle mentiore cœlo, copiacp rerū omniū confirmari cœ pit. Eodē & a Leonato literę perlatę, q bus significa batur cōflixisse se cū Noritarū gente, atcp octo mi lia hostiū eo prælio occidione occisa. In Carmaniā inde itū. Hic Alexādri exercit⁹ iumētis est & cōmea tu ab Aspaste adiutus. Rex Bacchum imitatus, qua cunq erat iter facturus, vicos passim & oppida flo ribus spargi iusserat, crateres vino repletos ante do morū limina prætereūtibus statui, ipse cū regia co horte, curribus preciosa veste stratis, ad fistularum & tibiarum cantū videbatur, armis eximio fulgo re circūpendētibus, impudicæ mulieres lasciuia sal tatione regiū currū circūstrepere, atcp ita septē cōti nuos dies, per gentes non bene pacatas, comessabū dus incessit exercitus quod merito in tanto duce re prehendat posteritas. Nam si cū viris nō fœminis, vt Alexander Epirota huius auunculus vere dixis se fertur, tum bellatum esset, mille duntaxat sobrij

Indorū munera.

Alexandria Idię.

Sami regnum.

Hærba salubris Alexandro per quietem monstrata.

Oceani æstus.

Triperti to ducit Macedo.

De Oceano.

Inedia Macedonum.

Pestilentia.

Alexandri erros maximę





temulentum illud agmen longa crapula sepultum modico negocio deleuissent. Eratcp Alexāder haud procul a mari, quum Nearchus & Onesicritus illi assuerunt, affirmabāt hi præter alia multa, quæ eo tractu explorauerant memoratu digna, stulte per suasum esse vulgo, rubras alicubi esse maris aquas quin ab Erithro rege nomen pelago inditū credere se, cuius sepulchrum, eius gentis literis insignitū, in insula haud procul a terra intuiti essent: hæc illi, quorū est Curtius autor. Alij aquam videri rubrā etsi non sit affirmant, seu quia rubens sit arena, qua leuiter commota, talis existat in fluctibus color, aut cp montium qui argilosi sint repercussu, pacata pelagi facies fuscescat. Nec illud video, quod ad illo rū nauigationem attinet, quonam modo rubri ma ris naturam tā cito illi exploratam habere potuerit, quū priusq in Persidē venerint, Alexandro occur risse dicantur, quū rubrum mare dici constet, quod a Persico sinu in Arabiā extenditur, sed fides apud illos erit, qui hæc tradiderunt. Alexander Onesi crito & Nearcho vlterius progredi iussis, quoad per Euphratem subuecti Babylonem venirent, ipse haud præsenti victoria contentus, ex Syria petere Aphricam statuit, Carthaginiensibus iam inde a Tyria obsidione infensus, quibus subactis per Numidiam & Mauritaniam Gades proficisci, vbi Herculis metæ esse dicerentur. Inde per Hibe riam & alpes Italiam petere, eaq domita Epirū & Macedoniam æquata Herculis gloria inuisere, tā tam belli molem animo cōplexus, ingentem in Ly bano mōte materiam ad naualem vsum parari ius sit, Thapsacumcp in Syriā deportari, ibicp opulen tam fieri classem, septiremescp texi, nec nauem mi nori ordine vllam: Cyprij reges æs darent stuppā & vela. Ipse Sagara gentem Persicam petijt, Or synes eius terræ Satrapes regi occurrit, eratcp a pri sco Cyro oriūdus, obtulitcp dono regi aurea vasa, gēmas, vestes & quatuor milia talentorū signati argenti, largacp adhæc in omnes Alexandri princi pes vsus munificētia, Bagoan eunuchū stupro Ma cedoni consiliatum nullo prosecutus est munere, fassus se regis amicos nō scorta colere. Criminatus ab eo apud Alexādrū, cp multa talētorū milia fura tus esset ex Cyri cō ditorio, quod Alexāder per id tē pus visere voluit, vt nobilissimo regi inferias red deret, indigenis quibusdam ab eo subornatis, qui id se cōpertum habere regi affirmarēt, innoxius Or synes damnatus est, cui quū Bagoas manū iniecis set, Mirabar inqt ille mulieres olim ī Syria regnas se, at nūc magis miror castratū hominem regnare. Plutarch⁹ Polymachū ab Alexādro interfectū scri bit, quia Cyri sepulcrū demolit⁹ esset, ī quo id scri ptū fuisse memorāt. Quisquis es mortalīū, & vnde cūcp aduenis, aduenturū em te scio, Cyrus sum qui Persis imperiū quesiui. Hoc igitur humi paululū, quo meū corp⁹ tegit, mihi ne inuideas. Eratī Saga ris adhuc Alexāder, cū illi a Ceno literę allatę sunt, de reb⁹ in Europa & Asia gestis, his scriptum erat, Zopyrum Thraciæ præfectū, dum Getas bello per sequeretur, tēpestatibus procellisq subito coortis, cum toto exercitu oppressum qua clade tota pene Thracia defecisset, quū Græciæ stat⁹ interea nihilo pacatior esset. Arpalo & Atheniēsiū primorib⁹ ab eo corruptis res nouas aperte molientibus. His Macedo & alijs, quæ non minus tumultuose nun ciabant classem in Græciā parari iussit. Cæterū Ar pali interim cæde nūciata lætus trajiciendi in Euro pam cōsiliū omisit: inde veterano exercitu alieno ære liberato, pter XIII. milia peditum & duo equi tū, q secū retinere statuit, cæteros exautoratos in Macedoniā dimissurus, pecuniarias mēsas ī castris disposuit ad alienū æs dissoluēdū, decē fere milia ta lentorū ea dissolutio decoxit regi, inde vbi auditū est, non omnes dimitti, sed partē exercit⁹ in Asia re tineri, tanta rabies militū alios inuasit, vt ipsi regi nō aliter insultarēt, cp si ex cōmilitonib⁹ esset vn⁹, longā illi militiā ac pericula exprobrātes. His ægre pacatis Susas cōtēdere statuit, quib⁹ dieb⁹ Calanus ex Gymnosophistis vnus, ad id tēpus Alexādrū co mitatus, aluī fluuio vexatus, sibi pyram struī iussit, Calano illi inter græcos nomen inditum ab Indi cę vocis frequētissimo vsu, ad oēm amicorū occur sum, cala vox q apud illos salutātis est, ī ei⁹ ore esse. Viu⁹ igit patrio more in ignē descensurus, spectāte Macedonū exercitu, ab Alexādro interpellatus, an mādare vellet aliq d, pri⁹ cp in ignē desiliret, paulo post inquit te videbo, quod omē ad ipsius regis in teritū qui breui postea secutus est, haud dudie perti nuit. Onesicritus memorię prodidit, se ad Gymno sophistas ab Alexandro missum, quos nudos Ma cedo agere audiuisset, corporacp ad tolerātiam exer cere, inuētosq a se ad. XX. stadia procul ab vrbe XV. hoies alios alio statu meditātes, & in his quos dam nudis corporibus in feruida iacentes arena, alios cautibus sedentes, atcp ita se cum Calano con gressum, qui sit postea Alexādrū vsq in Persidē se cut⁹, repertū a se Calanū meminit Onesicri⁹ nudū in saxis iacentem, ac continuo in risum irrupisse, vbi se chlamyde amictum cum crepidis & pileo vi disset. Hæcq prorin⁹ fari exorsum. Olim plena erat omnia triticea & hordeacea farina, vt nūc puluere. Fōtes præterea, alios lacte, alios melle, alios vino fluxisse, non nullos etiam oleo. Tū vero mortales satietate corruptos, delitijs addictos, quas Iuppiter auersatus oīa quæ fuerāt aboleuisset, vt vita per la borem ageretur. Tum vero continentia & virtutis bus in mediū prodeūtibus, bonorum copiam iterū factam, sed cernere se rem ad sacietatem & contu meliam iterum delabi. Quod si sapiētiā audire vel let, positis vestibus supra cautes, syderis intempe riæ æstuantes, secum assideret, & hæc ille Calanum dixisse prodidit. Mox cum Mandane maiore natu locutū, qui Alexandrū eo nomine laudasset, cp vn⁹ omniū in medijs armis sapientiam respexisset, qui quum multa de rerum natura, & mentis affectib⁹ sedantis disputasset, diceretcp Onesicritus talia apud Græcos sensisse Socratem, Pythagoram, & Diogenem, probauit Mandanis illos vt sapien tes, in eo Græcos accusans, cp legem anteponeret naturæ, nec se pudore afficī, cp nudi degerent, quum alioquī frugaliter viuerent, optimam do mum esse, quæ minimæ supellectilis indigeret. Et Calan⁹ qui horum vnus fuit, ita vt dixi, petijt. Ale xander eo extincto solenne conuiuium instituit, in quo temulentiæ certamen proposuit, vt omniū bi bacissimus vnius talenti coronā acciperet. Proma chus quatuor ingurgitans cantharos victor iudica tus, nec multis diebus huic victoriæ superstes, qui vt Chares tradidit, quum vnum & quadraginta cyathos continenter bibisset, eximprouiso expira uit. Exercitus dein Susas ductus, vbi Alexader Sta tyram Darij filiam vxorem duxit, locauit & alias nobilissimas fœminas Macedonum primoribus, qua nuptiarū celebritate, quū nouem milia cōuiua rum accubuissent, singulis aureā phialam ad sacro rum vsum, dono a rege datam Plutarchus scribit. Nec ea liberalitate contentus, hic vt ille ait, exerci tū alieno ære liberauit, pecunia creditoribus ex fi de repræsentata. Adduci inde in conspectum iussit triginta milia tyronum, quos pueros Macedonico

Mare rubrum.

Cyri sepulcrū.

Alexan. milites liberat alieno ære.

Calani interitus.

Gymnosophistę.

Labor ab Ioue inditus.

Mādanis

Promachi bibacitas.

Alex. Statyrā ducit vxorem.

Tyronū multitudo ingēs

habitu & militia instruēdos reliquerat, qui quū iā robusti essent, atq; in aperto futuræ strenuitatis experimēta depositissent mira regē lętitia affecerunt, sed vix ille tātū lætus est, quātū Macedonū animi ad id spectaculū ingemuere, ibiq; multo mœrore affecti, eo magis affligebant, q̄ nulli dubiū erat futuros se iā inde minori curę regi, q̄ partim senio cōfecti, ac tū demū q̄d in Sagaris accidisset, vt proximo est a me loco memoratū, q̄dā scripsere, vulgaris rumoribꝰ fore, vt rex. XIII. milibus peditū Macedonici generis, & duobꝰ equitū in Asia secū reērētis, cæteros breui esset exautoraturus. Tāta Macedonū animi ira in eū exarserūt, vt subito furore correpti, conuicia in imperatorē & regē iactarēt, coraq; fine pudore, vt gregario militi, obstreperēt, cōtumelioſe se negligi querētes, se p oēs pliorū vsus ductos, se iā longa militia emeritos, vt inutiles dimitteret, omnesq; Macedonas inutiles & imbelles vocaret. ipse tyrones nactus, cū his Pyrrhicā saltaret, atq; orbis imperiū quæreret. Hāc militū intēperiem adeo ægre tulit Alexāder vt q̄busdā ad supplicii correptis, cæteros pro cōcione ciues nō milites appellarit, omnesq; se missos facere pronunciauerit. Incedere inde Persarū manu stipatus. Persæ circa illū excubabant, soli Persæ illi apparebant, q̄ prędidit ratio, lōge ab ea quę fuerat diuersa, adeo Macedonū aīos æmulatione accēdit, vt abiectis armis, vnaq; dūtaxat tunica amicti, tabernaculū regis cōploratione & lachrymis circūsederent, sese iniquos ingratosq; fateri, implorare regiā fidē, quo libitū esset duceret: turos se ipsius ductu & imperio in apertum discrimē mortis, nil antiquiꝰ omni tēpore habituros, q̄s pro imperatore optimo, quicquid adhuc sanguinis supereſſet effundere. Plures dies in hoc illi luctu & mœrore fuerūt, postremo ab imperatore appellati, viderūt illū lachrymātē. Varia inde regis oratione affecti, nūc ipsorū cōtumaciā accusantis, nūc bene nauatam in bellis operam grate & amice memorantis, demū pluribus exautoratis, qui partim casu, partim ætate, iam inutiles facti essent, cæteri in integrū restituti sunt. Quicūq; sunt dimissi magnificentissime donatos per literas Antipatro cōmendauit, vt primū in theatris locū obtinerēt coronati q̄ spectarēt, vt defunctorū liberis paterna procederēt in pędia. Militari seditiōe in hunc modū cōpositā, in Mediā concessit, vbi prouincię reb̄ cōpositis quū spectacula & solēnes dies indixisset, tria histrionum milia ex Græcia ad id missa in publicū, pduxit. Per eos dies Ephestio qui cū Alexādro a pueris cōiunctissime vixerat fato decessit, quem acerbissimū casum tā impatiēter rex tulit, vt mulis & equis detonsis, finitimarum vrbiū pinnacula decusserit, Glaucū medicum quo absente Ephestio in theatro assam ex capro carnem ederat, hauseratq; p sicteris vinum, velut eius mortis autorē, in crucē sustulit. Tibias & cętera instrumenta aliquandiu in castris canere vetuit, donec ex Hāmonis Iouis oraculo diuinos illi honores vt Heroū vni indixit. Extulit eū Alexander, quod a fide propemodū abhorret, decem talētorum milibus. Dein ad mitigandā doloris magnitudinē in Cusseos mouit, quorū puberes ad vnum interfectos velut inferias defuncto dedit. Ex Media Babylonē petenti, Nearchus cętera maris ora enauigata, per Euphratem incolumi classe subuectus, occurrit. Is in Chaldęos quosdā incidisse se aiebat, q̄ dixissent ad regis salutē ptinere, vt Babylone, pcul abesset, quā vocem aspernatus, quum pergeret ad vrbem ire, in aliud infaustum omē incidit. Corui sublimi volatu se mutuo incessentes quosdam afflictos ac pene discerptos, in illius conspectu, ad terrā demisere. Apollodoro quoq; Babylonis prefecto pro rege immolāti, sine capite iecur extitit, & ignotus quidam diademate & stola insignis, in regio solio eximprouiso resedit, iussum a Serapide se id facere prędicans, qui augurū iussu cōfestim neci est deditus. His Alexander prodigijs territus, iuxta deos homines q̄ suspectos habere cœpit, atq; omniū maxime Antipatrum, cuius filium Cassandrum capillis arreptum parieti afflixerat, q̄ Barbaros intuitus regem adorantes, vt adolescens nuper domo profectus cachinno non abstinuisset. Necita multis interiectis diebus quum ex Græcia & macedonia adessent, qui Antipatrū accusarent apud regem, atq; ille patris dignitatē acerbius tueretur, Alexāder quid ais inquit? an putandū est violatos homines, tam lōgis itineribus huc patrem tuū falso criminatum venisse? Tum ille, immo ait hoc ipsum calumniæ indicium est maximum, vt tā lōgis itineribus huc venerint, ne quæ mentirentur redargui possent. Ridens Alexander hæc illa sunt dixit Aristotelis sophismata, quæ vtriq; plorabūt, si quēq; a vobis violatū cōperero, qua minaci denūciatione tantus timor Cassandri animum incessit, vt procedente tępore quū ipse Macedoniæ & Græciæ imperaret, animaduersa forte Delphis magni Alexādri statua, tanto defuncti regis admonitu est terrore perculsus, vt trepidatio illa aliquandiu sedari nequiuerit. Alexander plures dies sacris operatus vt prodigia quæ facta erant procurauerat, essetq; iam sacrificiulis addictus, quū ad. XIIII. Calēdas quintilis diem nocti potādo iunxisset, Herculis scypho nondum epoto, in febrē incidit. De causa eius mortis non vna est opinio. Aristobulus tradidit eum sæuitia febris sitim collegisse, vinoq; ab eo epoto mēte alienatū, pridie Caleñ. Iulij diē obiuisse. Fuerūt q traderent illi venenū ab Iolla regio pincerna datū, qui erat Cassandri frater, quod quum Olympias Alexandri mater sexto āno post resciuisset, Iolaę(nā & ipse interea perierat) ossa in vltionem filij dissipauerit. Venenum fuisse aiunt gelidissimam aquā ex Nonacriæ petra in Arcadia sudantem, quę in morem tenuissimi roris collecta, equina vngula excipēretur, cæteris vasorū generibus nimio frigore fatiscētibus. Creditur Aristoteles eius consilij fuisse particeps; quippe qui Antipatro transmittendi in Assyriam veneni rationem ostenderit: eleuat vt Plutarchus ait hanc receptā a multis de eius morte opinionem, q̄ nulla veneni argumenta in eius corpore extiterunt. Periit vt Trogus scribit, tres & triginta annos natus, vir supra q̄ dici possit, animi magnitudine excellens cum nullo vnq; hostium est congressus, quē nō vicerit, nullam obsedit vrbem, quam nō expugnauerit, nullam gētem adiit, quā nō calcauerit. Postremo qui cæteros vicerat, suorū fraude, vel quod plures probāt, fatali est necessitate victus. Eius interitus fama ad Darij matrem delata, abscissa veste qua vtebatur, lugubrem sumpsit, humiq; sese præ nimio dolore afflixit, & quæ patrem & octoginta fratres vno die ab Ocho regum sęuissimo cæsos vidit, parcę tanto fuit dolori: quæ Dario filio amplissimi imperij fastigio deiecto & extincto superfuit, genero, quem magis q̄ filiū amauit, esse non potuit. Enimuero nepotem aequę aueraeneptē auersata, q̄ Ephestioni nupserat, Statyra eā aberat, luce & cibo pertinaciter abstinuit, donec quinto die vita decessit. Alexandro nondum sepulto cœptū est inter duces de regno ambigi, requirebant illi aio, ecgs Macedonū tāti ipij dignus esset successione. Erāt qui regnū Herculi, quē Alexander ex Barsine cōceperat, quoad pupillares esset annos egressus,

Macedonū consilij ectatio.

Ephestionis interitus.

Funebris impensa.

Prodigia

Alexan. ira i Cassandrū.

Timor Cassandri.

Dubia mortis causa.

Venenū aquæ Nonacriæ.

Alexan. interitus.

Siffingabis mors



egressus, asseruādum cēserēt. Alij Roxanes partum expectandū dicere, q̄ prægnās ex eo relicta erat. Nō nulli Perdicę q̄ pfect̄ erat eq tū, regnū decernebāt, cui oculis requisito moriēs Alexāder annulū, quo res imperij obsignabat, tradidisset. Quidā ad ipsos duces regni administrationem relegabant, qui de summa rei circa Alexandri sellam in mediū, cōsultarēt, sed quum, in varijs volūtatibꝰ plures regē vellent, post multas altercationes, Arideus Alexandri frater, ex Philippo & Thessala matre genitus, vt in regia stirpe imperij fastigiū maneret, Meleagro peditum præfecto sententiā dicēte, rex declaratus est. Peditibus inde cū impetu curiam irrumpentibus, equites Perdicæ ductu vrbe excesserūt, ortaq; hinc prima inter Macedones seditio, cæterum ducibus inter se recōciliatis, Arideo regnum stabiliri coepit Philippusq; vt gratior militibus esset, pro Arideo a suis est appellatus. Imperij administratio, ita inter primores diuisa, vt alij ducum alias præsidio prouincias obtinerent, Ptolemæus Arabiā, Aegyptum, & Aphricæ gentes tueretur: Philotæ Cilicia data est: Syria & Phœnice Laomedonti Mityleneo. Antigono maior Phrygia cessit. Lycia & Pamphilia Learcho. Cassandro Caria. Lydia Menādro. Hellespontus cum minori Phrygia Leonato. Eumenes Cappadociam cū Paphlagonia sortitus. Platon Mediā. Thraces Lysimachus & cū his pōticas gentes Thraciæ finitimas. Parapamenos & fines Caucasi montis Axiarches tenuit. Dracas Statanor. Amynthas Bactianos. Nicanor Parthos. Philippus Hyrcanos. Armenios Pharphares. Neoptolemus Persas. Peucestes Babylonios. Archelaus Mesopotamiam. Græciæ & Macedonię regnū Antipater vt antea prouinciā haberet. Quidam alij aliarum ius gētium obtinere sunt iussi, earum præsertim quas ab Alexandro accepissent. Decretum adhæc vt Perdicas cum rege esset, copijsq; præficeretur, quæ cū rege assidue essent. Seleucus in castris tribunus esset. Cassander Antipatri filius regis stipatoribus præsideret. Meleager Perdicæ opera in seditione quæ ab initio mota est perijt. Rebus in hunc modum compositis Alexandri corpus, quod iā septimū diē incorruptū manserat, sepeliuere. Chaldæi, Aegyptijq; more gentis procurarunt qui tacita religione contacti, vix ab initio manus admouere sunt ausi, velut adhuc spirantem regem reueriti, dein precati, vt ius fasq; esset mortalibꝰ eū attrectare, corpꝰ purgauere, quod odoribus refertum, aureo solio, cum eius fortunæ insignibus locauere. Id postea Ptolemæus, cui Aegyptus cessit, Memphi primo, mox Alexandriæ collocauit. Sed dū hæc in Asia a Macedonibus geruntur, Athenienses & Aetoli bellum in Grecia summa ope instruebant, rebellandi causam ex eo adepti, q̄ Alexander ex India reuersus, omnibus Græcię ciuitatibus scripserat, placere sibi exules, præter eos qui cædis damnati essent, restitutum iri. Literæ ab rege missæ, Olympio conuentu oībus Græciæ populis recitatæ, magnū animorū motū fecere. Fremere prīcipes ciuitatū, ac palā fateri rem vniuersæ Græciæ perniciosam imperari, haud dubie futurum, vt exules in suas quisq; ciuitates restituti, confestim in hoīes aduersæ factionis sæuirent, & principatus & vltionis cupidi. Multæ igitur ciuitates libertatem bello vindicandam censuere, sed oīm maxime Atheniēses & Aetoli, q nouimor in Persas delati, adeo regē ira accenderūt, vt cōfestim numero sam classem parari iusserit, ad Athenas excidio delendas, in Greciam traiecturus. Verum Arpali interitu audito, qui eius motus autor fuerat, ad Aphricum bellum, quod iampridē animo moliebatur, omne studiū, vt diximus, & curā retorsit, cęterū parauerāt nihilo seciꝰ Atheniēses exercitū, vt sub id tēpus, quo Alexander vita decessit. XXX. hominū milia haberēt in armis, &. CC. naues ad bellū instructas. In Antipatrum igitur cohorti, eum circa Heracleā aliquā diu obsidione fatigarunt. Interea Demosthenes q ob pecuniā ab Arpalo acceptam vrbe eiectus, Megaris exulabat, quum Hyperidē ex Athenis publice in Peloponesum missum cognouisset, vt i socię tatē belli Pelopōnēses traheret, eum sua sponte secutus, Argiuos, Corinthios, Sycionios & alias terræ ciuitates, sua eloquentia Athenienſibus iunxit, quo merito ab exilio reuocatꝰ, quū Athenas veniret nauis publice instructa illi est obuiā missa. Missa rat interea ex Heraclea Antipater ad Leonatum, cui Hellespontus cum minore Phrygia euenerat, vt laboranti sibi auxilium ferret. Leonati aduentū quū Athenienſes præsensissent, eum procul Heraclea venientem equestri prælio excipiūt. Fuit aliquādiu atrox pugna, qua dux ipse graui vulnere percussus, mortem occubuit. Iunxerūt se nihilominus illius copiæ Antipatro, cui Leonati interitus haud proin de grauis fuit, nā & fortunarum æmulū sublatū vidēbat, & quicquid illi viriū fuerat, suis adijcere opibus cogitabat. Auctis itaq; copijs, quū par esset iam hostibus, sine alio certamine, Athenienses soluta obsidione in Græciam abierūt, auditoq; Antipatri in Macedoniam accessu, Græcorum exercitus militibus domū dilabentibus breui solutus est. Erātq; res, Græciæ in hoc statu. Interea plericq; studio sapientię viri in eaterra illustres fuere, & i his Aristoteles Stagyrites Nichomachi & Festiadis filius, quo Alexāder vsus fuit præceptore, Peripatetici cognomen inde adeptus, q̄ Athenis in Lycio, Peripatum habuit, quo in ambulādo philosophari sit solitus, vel q̄ Alexandro ex morbo conualescenti, atq; ambulanti assistens, quædā differere soleret. Is oēs phi losophiæ partes erudite & copiose tractauit, nec minus studiorū euentu q̄ ingenio felix. CCCC. circiter volumina librorum scripsit. Huius est vox illa, disciplinam senectutis viaticum, & veram amicitiam vnam esse in duobus corporibus animam. Deum vt Plato incorporeū finiuit, Endelechiā animam. Platonē naturæ priuilegiū dixit, Theophrastum tacitam deceptionem, Theocritū eburneū detrimentum, Xenocratem regnum solitariū. Rogatus quid differret doctꝰ ab indocto, quod viuꝰ ingt a mortuo. Tria ad profectum necessaria arbitratus est, ingenium, exercitationem, & disciplinā. Vixit Alexandro ob Callisthenis interitum inuisus, nec minus illi infensus, vtpote qui eius necis haud inscius fit a multis existimatus, ab eo Peripatetici sunt. Platonem annos ferme. XX. audiuit. Decessit vita in Chalcide anno tertio fere & sexagesimo ætatis, sub id tempus quo Demosthenes orator Antipatri metu Athenis fugatus in Calabria Thraciæ, ad Neptuni aram, vnde vi abstrahebatur, venenī hausto perijt, & Hyperides eiusdem hostis iussu, lingua prius auulsa, Aeginę in templo Aeaci interfectus est. Fuit his & Aristoteli æqualis Xenocrates Chalcedonius, & ipse Platonis auditor, adeo tamen dispari ingenio, vt sæpius vox Platonis sit audita, cui equo quem asinum jungor tātū q Aristoteles præstabat ingenio, vt eiusdem prædicatiōe frænō indigere crederet, Xenocrates calcaribus, quod in Ephorum & Theopompū ab Isocrate vsurpatum autores sunt quidam. Ab Xenocrate Polemo Atheniēsis & Crātor extiterūt, Academici ambo, & qui his operam dederūt, Archesilaus Scy

Arideus Alex. frater rex declaratur.

Prouinciæ aliæ alijs cessere runt.

Diuisio Macedonici regni.

Curatur Alex. corpus.

Noui Græciæ motus.

Demosthenes ab exilio reuocat.

Leonati interitus.

Aristoteles.

Demosthenes. Hypides Xenocrates.

Polemo. Crantor.

tha,& Crates Atheniēſis,ſed horū tēpora aliquāto recētiora.Oneſicritus Aeginēſis,vel vt ab aliis traditur,Aſtipalēſis & Anazarchus Abderites,Alexādri comites fuere,ob idq; eadē ætate clari,Metrodori hic,ille Diogenis diſcipulus.Sed Anaxarchi exitus memorabilis,qui in Nicocreōtis Cypriꝝ Tyrānī ſinū,medio cruciatu,linguā mordicus preciſam cōſpuit.Ex Ariſtotele Theophraſtus & alij, q poſt illum in peripatetica diſciplina claruerunt. Demas Atheniēſis & Aeſchines,Demoſthenis, cuius nup

Apelles. mētionem feci,& æquales & æmuli fuerūt. Fuit & Apelles Cous per id tēpus in ſuo genere clar⁹.Is nō tantū Alexādri tēporibus vixit,ſed ſuperfuit etiam pene plura vnus q; cæteri in pictura cōtulit, voluminibus editis,q ea cōtinerēt artē.Ven⁹ mari exiēs inter præclara illius monumēta, inſigni fama defluxit ad poſteros,cuius inferiorē partem vetuſtate corruptā,nemo poſtea reficere eſt auſus. Auguſtus eā tabulā in tēplo Cæſaris dedicauit.Parem laudē in altera Venere aſſecutus,quā Cois imperfectā reliquit.Idē in equæ figuratione æmulos ambitu pua lere ratus,ad mutas quadrupedes ab hoībus prouocauit,ſua emulorūq; pictura inductis ſeorſum eqs, hiſq; ad Apellei operis imaginē,vt ad veꝝ animal hinnientibus. Primus corporis vitia in figura abſcondidit,Antigoni regis imagine,qui ob vulnus ad Olynthum ſub Philippo acceptum luſcus erat, ex obliquo deliniata,vt quod corpori fuerat adem ptū picturę deeſſe crederetur.Campaſpen nobiliſſimū Alexandri ſcortum,& ob formę elegantia regi chariſſimū,quia nudā ipſius inductu mirū in modum expreſſiſſet,ab iuuene puellæ cupido dono ac

Lyſippꝰ. cepiſſe traditur,apud Alexandrū tātū gratia & auto
Pyrgote ritate valuit, vt rex ſuperbiſſimus vetuerit ſe ab
les. alio q; ab Apelle figurari,vt a Lyſippo fingi,& Pyr
Protoge gotele celari.Clarueruṫ cū eo & alij,Protogenes ad
nes. quē videndū Rhodū Apelles nauigauit, vbi ſit inter eos contigit memorabile illud certamen,quo Protogenes ſe ſuperatum verecūdo eſt pudore confeſſus,tribus verſicoloribus lineis vno corpore miriſice inſertis,vt quæ in duarū medio nouiſſime eſt ab Apelle deducta,nullum amplius deducendæ locū reliquerit:Nobiliſſimū Protogenis opus Lalyſus,ob cuius tabulæ præſtantiā,ne pictura incēdio deflagraret, Demetrius hoſtis quū ea parte capere

Ariſtides Rhodū potuiſſet,abſtinuit.Fuit horū æqualis Ari
Lyſiſtra ſtides Thebanus,qui primus animū pinxit,& ſen
tus. ſus oēs mirifice expreſſit. Vixiſſe cum his videri

Sycioniꝰ poteſt Lyſiſtratus Sycionius Lyſippi frater,qui primus ex Gypſo fecit imaginem,etſi multum antea, quod ad Plaſticen attinet, quæ ſtatuaria eſt longe vetuſtior,Dibutades Corinthius primꝰ ex Argilla typum feciſſe dicatur,deliniata ad lucernæ lumē a filia adoleſcentis,quem amabat, facie. Multi hac quoq; parte ingenij ſunt laudem adepti,ſed nos flores hominum delibare contenti ſumus.Inciderunt extrema Alexan. tempora in duorum Luciorum Flacci Plautiq; conſulatum qui poſt Papyriū cur-

Cōſules. ſorē,& Aurelij Cereranū,quorū mētio in ſuperiore libro facta eſt, rempub. foris adminiſtrare iuſſi, Flaccus Samnitibus fœdus petentibus in bienniū inducias dedit, Plautius ex Appulis Theanēſes & Canuſinos populationibus feſſos, ad deditionem cōpulit,obſidibus in fidem eorū,q promittebant, ab vtriſq; acceptis.Duæ tribꝰ hoc anno priori ſunt

Tribus additæ. numero additæ Vſentina & Faleria. Theates& ipſi
Cōſules. appuli ſequenti anno deditionem fecere,quum.C. Iunius Bubulcus,& Q.Aemylius Barbula iam cōſules eſſent, arq; per hæc Appulorum animis ad accipiendum iugum ſemel inclinatis, tota fere gēs in deditionē venit. Ex Apulia cōſules in Lucaniā trāſiuere paucis diebus Florēto & Nerulo ex ea gēte captis.Secuti cōſules Spu.Nautius, & M. Popilius,habuitq; principiū huius anni dictatorē.L.Aemyliū,qui quū Satriculā oppugnare eſſet adortus, Dictator rebellandi cauſam Samnitibus dedit:ancipiti proinde terrore eſt ibidē dimicatū,hinc Sānitibus,qui coacto exercitu ſocijs auxilio venerāt,inde Satricu lanis eodē tempore patefactis repente portis in Romanos irruentibus,conſtitit tamē immota acies dictatori,mox Satriculanis in vrbē reiectis, tota vis in Samnites verſa eſt, cū his quoq; haud dubia eſt victoria pugnatum,victi prælio hoſtes nocte,q ſe Vincunt cuta eſt,ſilenti agmine caſtris exceſſerūt, qui quum Satricula Satriculā haud defenſi poſſe cernerent, Poſtiā ſeu ni. Pliſtiā,Romani nominis ſocios,vt parii iniuria hoſtes afficerent,tumultuoſe circunſident. Excepit id bellū adminiſtrādū,Q.Fabius dictator,cōſules Romę vt priore āno māſerunt ,Fabius cum ſupplemēto ad Satriculā profectꝰ,ibi Sānites inuenit,qui Pliſtiana obſidione omiſſa,cū maioribus copijs eodē quo priore anno conſederāt,iterū periculū facturi, an ſocia ciuitatē obſidioni eximere poſſent.Immi nere nihil o ſeci? dictator Satriculanis,ſatis habiturꝰ,ſi ſedēdo hoſtem domuiſſet. Contra Sānites Romanorum vallum ferociter obequitare,laceſſereq; ſimul cōuicio. Nō tulit eā hoſtiū intēperiem Aulus, Ceretanus magiſter equitum, quin aliquot equitū,turmis in Samnitem ductis,equeſtre pręliū eximprouiſo conſerit,ibiq; hoſtium ducem media acie adortus cuſpide tranſfixit,equo exanimē deiecit,ad cuius caſum Samnites dolore accēſi,Aulū,p cui a ſuis auectū circūſiſtunt,atq; equo deructum, cæſi ducis fratri,iræ & mœroris pleno, laniandum tradunt,eius cadauer fœde trucidatū,poſt acerrimū certamen Romani ægre receperunt,fuitq; tum quo q; penes hos victoria,vt priore anno. Hoſtis amiſſo duce ad Pliſtiam rediit, atq; inde paucis diebus Romanꝰ Satricula ex Samnitibus & Pliſtia potit⁹ eſt.Dictator ex Apulia & Samnio Soram tranſtu- Sorā bellit bellum.Sorani Romanis colonis interfectis,ad hū tranſ Samnites defecerant.Secutus e veſtiq hoſtis dicta fertur. torem ad coloniæ vltionem tendentem,ad Lautulaſcę eūtē adortus,certamine eximprouiſo iniecto, ad noctē vſq; ancipiti eſt prælio dimicatū. Quidā eā pugnam parū proſperā Romanis fuiſſe tradiderunt,atq; eo prælio,Q.Aulū periſſe.Tenuit, quod ſatis cōſtat,ſe plures dies dictator intra caſtrorū munitiones,obſeſſo magis q; obſidēti ſimilis.Interim Claudius Fabius Auli loco in caſtra cū ſupplemēto magiſter equitum miſſus,iuſſus prius q; Soram veniret poſt mōtes i inſidijs ſubſiſtere,donec ſignū ad procurrendum acciperet.Signū erat fumus e ca- Dictatoſtris ſublatus.Poſtridie militibus edicit, vt ſeſe ad ris Strata pugnam expediant,quibus vt maiorē pugnādi ne gema. ceſſitatē imponeret,caſtra ſe incenſurū pronūciauit ne ſpes in tutum redeundi militi eſſet.Irē igitur in pugnā,eo cōſilio,vt nō niſi victores inde abſcederent,futurum vt ea caſtrorū clades, hoſtiū præda,ſi acie vinceret,reſarciretur.Profuit id cōſilium haud dubie ad victoriā,miles enim, vbi ex acie fumum e caſtris ſublatum vidit,ratus caſtra dictatoris iuſſu incēſa quum re vera ſignū illud eſſet,quod magiſtro equitum ad cōſurgēdū ex inſidijs dabaṫ,cela uerat dictator de aduentu magiſtri equitū ſuos, miles in irā & rabiē verſus continuo hoſtium aciem perpulit.Exoritur inde Sānitibus a fronte turbatis, alius a tergo terror, Claudio cum fremitu & clamore aduentante,ita pluribus in medio cæſis,cætera multitudo dilapſa,quo quęq; ſuus tulit impetus





ſe periculo ſubtrahunt.Miles caſtris hoſtiū potitus victoria a ac præda lætus,in caſtra rediit,q vbi præter ſpem incendio intacta offendit,multo eſt maio re lætitia affectus,q q hoſtē cecidiſſet. Sora ſecundum eā victoriā oppugnari cœpta eſt,quo noui cō

Cōſules. ſules venere,Qu .Petilius & C. Sulpitius, exercitucq; a dictatore accepto, quū ob loci ſitum, natura & opere munitiſſimū,de obſidionis euentu ſolliciti eſſent,proſpera ipſorū fortuna, ex Soranis quidā datus,q ſua ſpōte vrbē tradere pollicit⁹ eſt. Fuit ea

Sora pro res cōſulibus eo gratior,quo minus expectata, pro
ditione ditorēq; promiſſis oneratū, cū decē militib⁹,quos
capitur. ille depoposcit,ad occupandā arcē dimiſere,admotaq; ſilentio noctis vrbi maiore militum manu,vt cōuenerat,inceſſa a paucis arce,proditor vrbē terrore cōplet, arcē ab hoſte teneri clamitans, quod vbi ita eſſe animaduerſum eſt, ciues ſibi ſceleris cōſcij, vt beneficio noctis in tutum euaderent,portam caſtris aduerſam temere refringunt, egreſſos & incauteabeuntes, Romani qui in inſidijs erant feri o excipiunt,exceptos magna ex parte trucidant,inde vrbem tumultuoſe ingreſſi,nihilo minorem cædem

Sorani edunt,quoad deditio facta eſt. Sora in hunc modū
Romæ ſe recepta. Conſules. CCXXV. autores defectionis
curi ſubij patratæq; in Romanos colonos cædis conſcios,
ciuntur. Romam miſere, qui ad vnum in foro virgis cæſi ſunt,ac ſecuri percuſſi.Præſidio Sorę relicto conſules Auſonū genti bellū intulerūt,nā & hi Sānitib⁹ acceſſerant, per eos dies quibus fuerat ad Lautulas pugnatū, Auſona,Nūtūnæ, Veſtina illorū vrbes erant. Cæterū vt Sorani ita & Auſones ſuorū proditione victi ſunt. XII. numero fuere principes iuuentutis,q cōſulib⁹ nunciarūt,populares ſuos incerta cōſilia agitare,poſtquā ad Lautulas cū Sāniti bus victi fuerāt,vtrū Romanos pacate acciperent, an veniētibus portas clauderent. Fore vt ſi media conſultatione milites circa oppida mittantur, ſine vllo maiore certamine illorū mœnib⁹ potirentur. Aſſenſerunt cōſules. Illi inter ſe negociū partiti,cū q bus res gerēda erat,quiſq; ad ſuos pfect⁹,vna hora tris vrbes Romano ,pdiderūt:ſequitū vbiq; eſt in miſeros oppidanos prius q interuentu cōſulū cædes inhiberi potuerit,& quod adhuc iniquius fuit, incerto crimine gens delera eſt,inter Italos ſua vetuſtate celebritateq; noīs haudquaquā ignobilis.

Auſonū Auſonę Circes & Vlyſſis filiū autorē memorant
excidiū quidā. Cæterum tantum gentis opes olim auctæ
& opes. ſunt,vt tota Italia ſit inde Auſonia nuncupata.Luceria eodē anno Romanis Colonis ſubita defectione interfectis,Sānites i vrbē accepit, ſed tam his q; Soranis priore anno, ſua perfidia exitio fuit, vrbe paucis diebus a Romanis recepta, Lucerini cū Sa-

Lucerino mnitiū præſidio ſunt ad vnum cæſi. Dubitatū eſt
rum defe etiā Romæ, an & vrbs ipſa delēda eſſet, valuit miction. tior ſentētia, vt vrbs incolumis ſeruareṫ.Tranſcripta eo duo ſunt colonorū milia, & q ngenti Capuę hoc quoq; anno cōiuratio aduerſus Romanos oppreſſa eſt, ſublatis capitibus defectionis,q quæſtione decreta, & dictatore ad id Romæ creato, ſibi vltro mortē cōſciuere, & Romę nō nihil anquiſitum eſt in eos,qui honorū adipiſcendorū cauſa,in vnū coire dicebātur.Sānites ſpe Cāpanę defectionis ex Apulia Capuā petiere,eo Romani cōſules vno pene tēpore occurrūt. Aliquot leuioribus prælijs cōmiſſis, demum totis viribus cōcurritur. Sulpitius conſul dextrū cornu procurabat, Petilius læuū,pedeſtre prælij primo fuit,inde equites in hoſtē miſſi, vna peditē cum ſuo equitatu a ſiniſtro Sānitiū cornu turbauere. Ab læuo Romanorum latere nō nihil trepidatū, feciſſetq; ea parte hoſtis fugam,ni-

ſi Petilij interuētu,qui collegæ ab initio fuerat auxilio,acies fuiſſet reſtituta. Miles audita alteri⁹ partis victoria, præſentiaq; ducis adiutus, in pugnam ferociter conuerſus, breui hoſtem perculit,perculſum fundit fugatq;, pauci ex prælio Maleuentū cō

Maleuen fugerunt. Beneuento mox ipſi loco nomen eſt in-
tum. ditum,ad.XXX.milia Samnitiū cæſa dicitur.Bo uinum oppidū eius gentis illuſtre poſt eam victoriam Romani conſules circūſederunt, tenuit obſidio illa in reliquū anni.Nouis inde cōſulib⁹ L.Papyrio Curſore,& C.Iunio Bubulco,Claudius Pe- Cōſules. tilius dictator aliquandiu & ipſe Bouinū obſedit, quo vbi allatū eſt Samnites Fregellanā arcem occupaſſe,ſoluta repente obſidione,ad Fregellas reci piendas occurrit,hoſtis eius aduētu audito diffiſus loco, rapto agmine in Campaniam deceſſit, ibiq; Nolam ingreſſus , cū agreſtibus , qui in oppidum Nola. cōfugerant,tueri mœnia aggreditur.Fregellis receptis,Dictator hoſtiū veſtigijs inſiſtens, Nolam cōtendit.Hic vrbis ſitu inſpecto,vt aliquāto habili⁹ oppugnaretur,ædificia vrbi circumiecta incendit, nec multis inde diebus interiectis, Nola capta eſt, dubium,a Petilio dictatore,an a C.Iunio conſule. Vtrūq; em traditur,Qui Nolanæ victoriæ dec⁹ ad cōſulē traxerūt, Atinū adiecerūt & Calatiā ab eo captas. Petilīū figendi claui cauſa aiunt, nō vt bellū foris gereret, dictatorē creatum. Sueſſa & Pontiæ eodē anno coloniæ deductæ. Pōtias inſulā Volſci habuerāt,Sueſſam Aurūci. Mimturnā quoq; et Caſinum vt coloni mitterētur ſenatus decreuit,miſſa vtrobiq; quatuor Colonorū milia. Sānitico bello nondum profligato,aliud recēns, atq; oīno terribilius,ob gētis opulentiā,locorūq; propinquitatē ex Hetruria eſt ortum.Quapropter noui conſules M. Valerius & P.Decius partiti inter ſe ,quincias,Va- Cōſules. lerio ad Samnitiū reliquias perſequendas profecto, eius collega, quia prouinciam morbo implicitus obire non potuit, patrum decreto dictatorem dicere iuſſus, C. Iuniū Bubulcū dixit: habuit Dictator is delectū accuratiſſime in hoſtem cōſectim iturus, ſiquid inde moueretur.Cæterū Hetruſci etſi oīa ad bellū ſtudio cōparauerant, ſe tamē intra ſuos fines tenuerunt.Incidit in hunc annum, qui vigeſimus fuit Samnitici belli,App.Claudij,& C. Plautij cen ſura haud ignobilis, Appij memoria felicior,q & publicā viam lapidibus muniuit,& aquā induxit, Via Apea opera ſolus perfecit,quia ob infamē ſenatus ele- pia ſterni ctionem collega pudore victus ſe magiſtratu abdi tur. cauit,quo contigit, vt tam aqua q; via alterius nomen tulerit, via ab vrbe ſumens principium inter Tuſculū & Albā, ad Algidum tendit, inde porro ad Caſſilinū ,pgreſſa vndeuiginti ſtadijs a Capua Latinæ viæ iungitur. Idē Anienē in vrbē induxit, Anio in atq; ab autore ipſo Claudia eſt aqua dicta,in Auen vrbē intini vſq; verticem flumine corriuato. Hoc quoq; ducitur. tempore Potitia gens ad aram maximā ſacrificare ſolita, gentili miniſterio, Appij auctoritate, ad publicos ſeruos delegato, quum.XII. familiæ eſſent, intra annum extincte dicūtur,& in his,XXX. pu- Portitioberes. Præuiderant vtiq; mali dæmones eos interi rum interturos, cęterū vt praua ſuperſtitio in alios trāſferre- ritus. tur, enixe operati ſunt, vt ſuperſtitioſa ciuitas tenacius iam inde ſuo errori hęreret, quod vt aliquādo cōmodius fieret, ſecuta eſt Appij Claudij cæcitas, quaſi vero ille,aut primus hominum,aut vltimus in ſenio captus ſit luminibus.Sequentibus cōſulibus C. Iunio Bubulco,& Qu . Aemilio Barbula, Cōſules. pteriti ſunt in recēſendo ſenatu,quicūq; ab Appio & collega fuerant in ordinē aſciti, Tribuni militū ſenideni in quatuor legiones tum primū a populo

creati,qđ dictatoris,aut consulis fuerat ad id tẽpus beneficiũ. Tibicines,a proximis cẽsoribus,phibiti in æde Iouis veteri istituto epulati,Tibur eo agmine abierũt. Quũ igitur nemo in vrbe esset, qui sacrificijs præcineret,legati iussu patrum sunt Tybur missi,qui publice peterẽt, vt darent Tyburtes opera m,tibicinib⁹ sibi quoquo modo restituẽdis,qui quũ Tyburtiũ hortatu nihil mouerẽtur, dissimulato negocio eos, velut ad festas epulas inuitant. Hic vino,cuius auidũ ferme genus est hoim, oneratos curribus imponunt,ac Romam sopitos deportant nec prius suũ ludibriũ sensere, q̃ plaustris in foro relictis,plenos crapulę adhuc semisomnos lux oppressit,tunc populi ꝯcursus eo factus, impetratũq; vt Romæ esse vellẽt,restituto illis vescẽdi iure. Datum præterea,vt quotãnis solenni cãtu ornati triduũ per vrbẽ vagarẽtur, totẽ dies abfuisse credere par est. Sãnites dum hæc Romæ fiunt, Romanũ præsidiũ ad Cluuianũ domitũ ac deditum crudeliter trucidant. Iunius consul, cui sorte ea prouincia euenerat,Cluuianũ subito adortus vi cepit, pubereſq; vltionis cupidus ad vnũ trucidauit,inde Bouianum expugnat, vbi plus prædæ fuit q̃ cædis, præda militi benigne cõcessa, diffisus suis viribus Sãnis insidias moliebatur,pecusq;,vt eo Romanũ prædæ illecebra traheret, in loca insidijs opportuna agũt, atq; id cõsuli per trãsfugas significãdũ curant, nulla q̃dẽ mora fuit,ductæ sunt ad locũ expeditæ legiones, & iam miles ad abigendũ pecus discurrerat,quũ hostiũ acies ex superiore loco sese obtulit,turbauit primo ea res militum aĩos,Caudinę cladis recordatiõe, inde vbi se ad signa receperunt cõsulis horatu acies ĩ aduersum iugũ, quod ab hoste tenebatur,magno ardore subijt, nulla locorum iniquitas,nõ magis q̃ si per æqua itũ esset,sustinere potuit Romanorũ imperũ,captus collis,hostesq; tanta ex incesso iugo strage deturbati, vt. XX. milia hoim desiderata dicuntur. Sed dum hæc in Samnio geruntur,vniuersum nomen Hetruscũ, præter Arretinos,Sutriũ socia populi Romani vrbem summa ope oppugnabat. Alter consul Aemilius, ad socios obsidiõe leuãdos,ex vrbe ꝓfect⁹,postridie cẽ ad hostes venit, ferociter in acie descendit,a prima ferme luce ad meridiẽ stetit vtrinq; immotũ agmẽ, tam Ro. q̃ hostes expectantes vt ex aduerso prius signa canerẽt. Postremo ne re infecta loco cederetur, clamor ab Hetruscis sublatus Romanã acie in prœliũ traxit,concursum vtrinq; est infensis animis,neq; spe militũ dissimili, Romanis sua virtute,hostibus militũ multitudine frętis, cruentum ab initio certamẽ fuit, multos ad promptissimum quemq; prælium absumpsit, nec prius res Romana superior esse cœpit, q̃ principibus fessis hastati in primã aciem occurrerunt. Contra Hetrusci nullo suffulti p̃sidio, ante & circa signa cæsi, memorabili cæde locũ nobilitassent, nisi nox victos, & iã obstinate magis, q̃ strenue resistentes, sua vmbra ꝓtexisset, nec post eã pugnã est in Hetruria quicq; relatu dignũ ab Aemilio gestũ, hostiũ exercitu magna ex parte consumpto, & apud Romanos tantũ vulnerũ fuit, vt plures post prælium mortui sint, q̃ in acie cecidissent. Thuscum Bellum Q. Fabius sequẽtis anni consul excepit,ab Romaq; profectus supplementũ ad Sutriũ duxit, sub cuius accessum Tuscis ibi sedentibus, nouæ ex domo copię venere. Romæ interea, P. Sempronius trib.pl. Appium Claudiũ, vltra Aemiliæ legis præscriptũ in cẽsura perseuerantẽ, grauiter pro rostris increpuit, cauillãte Appio, legemq; .XII. tabularum celebrãte, qua fuerat ab initio institutum, vt in quinq; annos censura extenderetur, Sempronius in eum ferocius coortus. Hic(inquit)est Quirites illius Appij progenies, qui Decẽuir in annum creatus perpetuũ sibi finxerat imperiũ, in quo male quæsito, pessime administrato, suis sceleribus cõcidit. Hæc eadem illa familia, cuius vi atq; iniurijs compulsi, patriaq; electi, sacrũ montẽ cepistis, hęc quoq; illa aduersus quam tribunitiũ vobis auxiliũ comparastis. Hæc propter quã Auentinũ insedistis. Hæc quæ Agrarias leges fœnebresq; suo in vos odio semper impugnauit. Hæc patrũ cõnubia & plebis quantũ in se fuit interrupit. Hæc plebi ad curules magistrat⁹ iter clausit. Hoc est nomen nostræ ciuitati multo quam Tarquinij infestius. Inde in eum conuersus, quum probris & maledictis multum diuq; prosciderat, nec ille proposito auerteretur, i vincula duci iussit. Cæterum e collegio tribunorũ intercessione missus, ingenti omnium ordinum inuidia ex antiquoris legis præscripto, cui centesimo ante anno fuerat abrogatum, censurã administrauit. Hæc domi. Fabius interea ad Sutriũ cum longe maiore hostium exercitu cõgressus, quum natura loci, quem ceperat, tum militũ virtute adiutus, Thuscum magna strage fusum, atq; in Ciminiã vsq; syluã fugatum, ipsorũ castris cũ ingenti præda potit. Erat Ciminia sylua ad id tẽpus Romanis inuia, ne mercatoribus quidem adita, quum omnes eam temere ineundam negarẽt, neq; eã Caudinę cladis recens memoria animis excideraț: M. Fabius Cæso, siue vt alij scribunt, C. Claudius res Hetruriæ citra vltraq; Ciminiũ montẽ exploraturũ se est pollicitus, Fuerat is forte Cere educatus, atq; ob eam rem Hetrusca lingua & literis optime institutus: vno igitur dũtaxat seruo comitatus, cũ quo vna fuerat nutritus, pastorali habitu & agrestibus telis gestisq; binis armatus, ad Camertes vsq; Vmbros penetrauit, ibi quis esset fateri ausus, in senatum introductus, consulis verbis de amicitia & societate publice ineunda egit. Comi inde hospitio acceptus, cõsuli nunciare est iussus, si cum exercitu ad ea loca veniret, præsto illi Camertium iuuentutem cum XXX. dierum cõmeatu affuturã. His ex Vmbria relatis, consul præmissis ꝑdimẽtis, legionibusq; post impedimenta ire iussis, ipse cum omni equitatu, stationibus hostiũ (nam Thusci & ipsi citra Ciminium saltũ, postq̃ acie fusi fuerãt, castra cõmuniuerant) in multum diei adequitauit, inde in castra reuersus, porta quæ maxime fuit hostibus auersa, occulte cum suis equitibus delapsus sub noctẽ Romanũ agmen assecutus, postridie prima luce, summa Ciminij montis iuga tenuit. Mittit inde consul milites in subiectos Hetruriæ campos prædatum. Fuerunt his obuiæ tumultuarię quædã Tuscorum cohortes, quib⁹ cæsis, lõge lateq; Romanus per hosticũ euagatus cum ingenti præda in castra redijt. Quinq; ex vrbe legati cũ duob⁹ tribunis plebis eo die in castra venerant. Ciminij saltus transitum Fabio inhibituri, lætati itaq; serius se venisse, q̃ vt expeditonem reip. vtilissimam impedire potuissent, inexpectatæ victoriæ nuncij Romam reuersi sunt. Concitauit ea expeditio non profligauit Hetruscũ bellum, siquidẽ irritatis noua clade animis, omne Thuscũ nomẽ quãto nunquã antea tumultu, consternatũ ad arma ocurrit. Nec ita multis interiectis diebus, quũ Fabius in priora castra redijsset, ingẽs hostium exercitus ad Sutrium confedit,ibiq; vlciscẽdæ cladis cupidi,suaq; multitudine frẽti,aciem in Romanorũ conspectum tumultuose explicant, nullã dimicationi morã facturi, quã vbi cõsulem detrectare vidẽt, castrorum munitiones subeunt,

Tibicines ebrij Romam deportãtur.

Ro. virt⁹ in Samnites.

Atrox prœliũ.

Appius Claudiꝰ cẽsor vexatura trib.ple.

Vincunt Hetrusci.

Ciminia syluа.

Fabij exploratio.

Hetrurię ppli pacẽ petunt.

Consul vulneratur.

Dictator



Hic minitabundus hostis ferrum intẽtat, fremitq; non esse vestigio abscedendum, quoad Romana castra assidendo expugnassent, mittunt proinde ad duces, vt cibaria illius diei ad se deferri iuberẽt, constituisset militem ab Romano vallo non prius abscedere, quã vi aut arte, hostem intra inclusum opprimeret. Consul quum suos ad altum diem in armis habuisset,iubet cibum capere,ac paratos esse vt quacunq; hora signum accepissent, nihil sibi in mora essent,inde hortatus militum animos, quarta fere vigilia noctis, proruto repẽte vallo, opplet⁹q; castrorum fossis, instructum exercitũ in Thuscos effudit, ibi passim hostes strati, ac sopore victi,quod ẽ̃ssitiuis fere noctibus solet euenire, vt sub lucẽ arctiore somno premãtur mortaliũ corpora, multi alta quiete pressi, semisomnes alij, fœdissima strage cędũtur,plures armis media trepidatiõe captis,inter pugnę & fugæ consiliũ destituti, haud maiore negocio q̃ inermes, sunt oppressi,cæteram multitudinẽ primo ad castra vsq;,inde his captis, ad mõtes Romanus victor cũ cæde & strage multa persecutus est,cęsa ea nocte & die qui secutus est ad LX. milia Thuscorũ. Castrẽsis præda,præter aurũ & argentũ quod in mediũ cõsul referri iussit, militi data. Quidã non ad Sutriũ,sed trans Ciminiã ad Perusiã hoc euẽtu dimicatũ memoriæ prodiderũt. Sed vbicũq; pugna illa insignis pugnata est. Thuscorũ opibus præsenti clade accisis,a Perusia Cortone & Arretio, quæ tũ Hetruscæ gentis capita fuere,legati Romã venerũt,pacẽ implorãtes. Inducias in .XXX. annos his datæ. Sed dũ hæc in Hetruria geruntur,Martius Rutilius Fabij Collega Alifas Sãnitibus ademit, multaq; ad hæc castella, aut vi capta deletaq; sunt, aut integra in potestatẽ venere. Romana classis ad Cãpanę oræ præsidiũ missa,Põpeijs per id tẽpus est a P. Cornelio eius præfecto appulsa,inde quũ nauales socij ĩ Nucerinos fines irrupissent, abducerent q; ad mare opulentã ex hostico prædã,in insidias præcipitati,cũ cæde & fœda fuga ad mare reuersi sunt. In Sãnio audita Fabij alterius cõsulis trans Ciminiã syluã ꝓfectione, rati hostes illũ cũ exercitu intercluſum, cõcurrũt & ipsi ad M. Martiũ extinguendũ eo consilio, vt si cũ eo debellatũ esset, confestim agmine in Hetruriã transirẽt, ad rem Romanã ea parte infestandam. Fuit itaq; ad primũ illorum accessum atrox pugna, atq; incerto euẽtu est luce illa dimicatũ, sed eo iniquius id certamẽ Romanis fuit, q̃ plerięq; equestris ordinis sũt in acie amissi, & cũ his aliquot tribuni militũ & legatorũ vnus, & quod maiori militibus terrori fuit ipse cõsul graue vulnus accepit. Fama eius Romã delata, decreuit senatus, vt continuo dictator diceretur, eratq; tum ois rei bellicæ summa in Cursore Papyrio reposita, eumq; patres & cæteri creatũ iri volebãt. Cæterũ parũ constabat Martiũ viuere, ad quẽ mittere possent. Fabius ob veteres cũ Papyrio inimicitias, iam inde a magisterio equitum, quod sub eo ꝺictatore gessit, quemuis aliũ prius dictur⁹ videbatur. Placuit igitur legatos ad cõsu. in castra mittere, qui publice eũ hortarẽtur, ne priuatũ odiũ publico cõmodo anteferret, legatis hæc corã precãtibus, deiectis in terrã oculis, quasi q̃d acturus esset animo agitaret, tacitus ex illorũ cõspectu abijt, nocte inde silentio Papyriũ dictatorẽ dixit, cui quũ ob animũ egregie victum, legati gratias postridie agerent, obstinatũ tenuisse silentiũ dicit, ac fine responso dimississe, vt appareret insignẽ dolorẽ ingẽti ab eo animo cõpressum. Dictator cũ legionibus ad Longulã primo ꝓfectus, acceptisq; a Martio cõsule veteribus militib⁹, in aciem copias eduxit, nec

Fabij strategema.

LX. milia Hetrurum cæsa.

Hetruscis Ciminia syluа.

Papyrius ornatus.

Papyriꝰ Sãnites fudit.

Fori Ro. ornatus.

Marsi & Sãnites vincunt.

hostes pugnã detrectarunt. Cæterũ neutris prœliũ ineuntibus,armati instructiq; sine prœlio ad noctẽ steterẽ. Statiua inde aliquã diu in ꝓpinquo habita. Interea Hetrusci iterũ ad arma reuersi, ad Vadimonis lacum, nouo exercitu sacrata lege coacto, ita vt vir virũ legerit, cũ Fabiano exercitu tãto animorũ ardore cõflixere, vt telis ab neutra parte emissis, cõtinuo sit gladijs dimicatũ: nec cũ Hetruscis res geri videbatur, qui toties victi fuerant, sed cũ noua aliqua gẽre. Anteſignanis cæsis succesſit fecũda acies inde quũ hæc quoq; parũ sustineret hostẽ, iam ex vltimo ordine accersebãtur subsidia, eratq; res Romana in summo discrimine, quũ equites dimissis equis ad terrã desiliunt, ibi in aduersam aciem acriter inuecti, Herruscũ hostẽ gradu submotũ pedites instauratis animis vrgent, victaq; ipsius pertinacia, in fugã auertunt. Concidit illo die quicquid virium ea tempestate habuit Hetruria, castra capta; discepto. Nec in Samnio minori interim periculo a Papyrio res gerebatur, duo erant hostiũ exercitus, vnius scuta auro, alterius argẽto ad maiores armorũ conat⁹ ostẽtandos affabre celata. Galeæ cristatę, finistrũ crus ocrea tectũ, & spõgia pectori tegumẽtum, tunicæ versicolores aurata scuta habentibus, argentea, linteæ cãdidæ. His dextrũ cornu datum, finistrum illis, docet fuos Papyrius, armis bellatorem virũ operũ esse oportere, nõ auro aut argẽto, illaq; verius prædã esse q̃ arma, nitere talia in ꝓcinctu, cędę & cruore respersa deformia videri, virtutẽ esse decus, nõ fulgorẽ armorũ, eiusmodi hostiũ delitias fortes viros ad prædam inuitare non terrere. Irent fortes in pugnã, diuitemq; hostem pauperis esse militis præmiũ arbitrarẽtur. His hortationib⁹ Papyrius in aciem eduxit. Certatũ ab initio est magna vtrinq; pertinacia. Iunius Bubulcus magister equitũ ab lęuo cornu primus hostem fudit, inde & ab sua parte dictator fecit fugã, Samnites cum cæde multa dissipati, atq; castris exuti sunt. Papyrius victor Romã reuersus triumphauit, aurata scuta ex ea victoria relata, inter argẽtariorum dominos adfori⁹ instruendũ sunt diuisa, ac tum primũ mos, Romani fori quũ Thensæ ducerẽtur, excolendi ortus dicitur. Fabius ad perusiã, q̃ inducias fidẽ ruperat cũ Hetruscis tertio pugnauit, prospero vt bis antea euentu, quo prælio fracti hostes, ne maiorẽ cladem adirẽt, vrbẽ ipsam Romanis dedidere. Cõsul legatis Hetruscorũ pacẽ petẽtib⁹ Romã præmissis triũphans in vrbẽ est inuectus, atq; ob rem præclare foris administratam cum Publio Decio consul refectus est. Hi inter se prouincias partiti. Decio Hetruria, Samniũ Fabio euenit, qui in prouinciã profectus, Alifates primo subegit, & Sãnites prœlio fudit, in qua acie Marsi noui hostes a Samnitibus steterisse dicunt. Tarquiniẽses interea a Decio in Hetruria subacti inducias ĩ .XL. annos periere, & Volsiniensiũ quoq; castella q̃dã vi capta, & ex his quædam subuersa, ne receptaculo essent hostibus, tantusq; per hæc terror Hetruscis est iniectus, vt tota gens supplex fœdus a Decio petierit. Inducię in annum datæ, ea conditione, vt annuũ stipendiũ militi darent. Fuisset q; pax in id tẽpus secuta, nisi subita Vmborum defectio materiã multis Hetruscorum rebellãdi obtulisset. Cõflato igit̃ ingenti exercitu, Decio post se relicto, ad vrbẽ Romã oppugnandã tumultuose cõtendunt. Decius hostẽ secutus in Pipiniensi agro consedit: patres noui belli fama perculsi ad Fabiũ alterũ consulẽ mittunt, vt si quid laxamẽti in Sãnio esset, in Vmbriã trãsiret. Paruit dicto consul, & ad Meuaniã, vbi hostes castra fecerãt magnis itineribus venit, subitus Fabij accessus,

Vincunt.

a quo

a quo toties Hetrusci victi fuerãt, adeo hostem turbauit, vt multi censerẽt ad vrbes munitissimas cõcedendum esse. Alij bellum omnino omittẽdum, Materini (ita gens vna in vmbris nuncupata est) nõ solum nõ cedendũ putauere, sed arreptis armis in Fabianos metari incipientes facto impetu, cæteram multitudinẽ in prælium traxere, tum consul milites ad signa reuocatos, vt irent hortaꝛ, hostẽq; vinci assuetum in perpetuum vincerent, impiæq; vocis pœnas experetẽt, qua minari ausi essẽt se Romã oppugnaturos. Et iam signũ datuꝰ erat, quum eo nõ expectato, præ nimio militum ardore, est in hostẽ pcursum. Citra fidẽ q̃dã in eo prælio facta dicuntur, vt hostibꝰ signa medio pugnæ ardore sint adẽpta, ac cũ ipsis signiferis ad cõsulem abstracta, mlitesq; ex acie in aciem cũ totis armis transilatos, gerebaturq; res interim vmbonibus magis q̃ ferro, incussaq; & strata hostiũ acie vna vox exaudiebatur iubentiũ ponere arma. Deditio igitur in acie facta, & primo ab ipsis belli autoribus populis. Fabius alterius sortis prouincię victor, in Samniũ redijt, cui ob res præclare gestas, imperiũ foris senatusconsulto est in sequentẽ annũ propagatum. Cõsules interim fuere App. Claudius & L. Volũnius Salentini noui hostes Volumnio dati. Appius vrbanis artib⁹ aptior, q̃ bello Romę fuit. Volũni⁹ rẽ foris feliciter administrauit, hostibus sæpe prælio victis, aliquot vrbes ademit, & Fabius cui prorogatum erat imperiũ ad Alifas cũ Sãnitibus prospero marte cõflixit hostib⁹ acie fusis, atq; intra castrorum munimenta cõpulsis. Postridie cũ singulis vestimentis deditos sub iugũ misit. Qui cum ipsis Samnitibus erãt, præter Hernicos, seruiliter veniere. Hernici Romã missi, a quibus quesitũ publico an priuato consilio cũ Samnitibus militassent. Id negocium mox Latinis senatꝰ iniunxit, vt Hernicos tandiu in custodia haberent, donec de ea re noui cõsules in curia repulissent. Tulerunt id ægre Hernici Anagninisq; totius gentis consilium habentibus, vniuersi, præter Alarrinates, Verulanos & Ferentinates Romanis bellũ indixerunt, & in Sãnio Fabij decessu noui motus secuti, Calatia & Sora, quæ Romano pũsidio tenebãtur, expugnatis. Iussu itaq; noui consules inter se prouincią partiri. P. Cornelius Aruina Samnites, Qu. Martius Tremulus Hernicos, sorte sunt adepti. Fuit id bellum specie magis quã euentu terribile, insessis ab hoste itineribus inter vtraq; consulũ castra, vt vterq; de alterius statu solicitus aliquot dies egerit, quæ fama Romã perlata causam præbuit noui exercitus, ad subitos casus conscribendi. Cæterũ Hernici ter paucis diebꝰ victi ac castris exuti, inducijs in triginta dies impetratis ab senatu ad consulem reiecti, deditionẽ fecere. Cornelius interea vijs ab hoste insessis, quũ belli dilationẽ cõmeatus inopia diutius ferre non posset, abstinerentq; interim prælio Samnites, cõsilij inops obsesso propior erat q̃ odẽdi, quũ ex insperato clamor simul & puluis procul excit⁹ significarũt collegã auxilio adesse, Sãnites Martiũ in cõposito agmine venientẽ cõspicati, cõtinuo in eũ impetũ faciunt, neq; in re subita consiliũ Romano defuit, quin sarcinis in mediũ cõiectis, prius q̃ manꝰ cõsereret, aciẽ Ro. cõsul instruit. Mox inito prælio, quũ hincinde acriter dimicaret, Corneli⁹ suos hortatus, hostiũ castra celeri cursu occupat, quib⁹ incẽsis cũ clamore & fremitu in prælium fertur. Samnis castrorũ clade animaduersa, vbi aduẽrantiũ quoq; strepitũ hausit, fugã circunspectare incipit. Sed improuisa re perculsus, dum diliberãti similis segni⁹ se ad fugam expedit, florẽtissimus alioqui exercit⁹ in medio cæsus est. Pauci media trepidatione dilapsi, in proximos mõtes cõfugere, ad triginta hoĩm milia ea prælio Samnites amisere: superuenerũt cę di aliquot recentes ipsius gentis cohortes, quas Romanus procul intuit⁹ præsenti victoria ferox cum clamore iuasit, fuissetq; illarũ fors nihilio felicior, nisi fuga dissipati in proximos mõtes ad suos, qui fuga seruati eadẽ loca insederãt, sese proripuissent, nec Romanus locorũ iniquitate deterritus, a persequendo hoste abstinuit, quin cursu instaurato per cliuos & abrupta saxa ad hostẽ ire pergit, fuissetq; breui loco potit⁹, hostib⁹ recenti clade cõsternatis, nisi Samnitibus ex superiore loco veniã petentib⁹ annuo stipendio, tunicisq; in singulos milites imperatis consules potestatẽ fecissent legationis Romam ad patres mittendæ. Martius collega in sua prouincia relicto Romã profectus, de Hernicis triumphauit. Statua illi equestris in foro decreta, tribus populis qui in fide permansẽrãt suæ leges redditæ. Id illi potius q̃ ciuitatẽ voluerunt. Anagninis ciuitas sine suffragio data. Hoc anno ædes salutis a C. Iunio Bubulco censore locata est, quã consul in Sãnio vouerat, ab eo & collega viæ p agros publica impẽsa, factæ. Fœdus quoq; hoc anno tertium est cũ Carthaginiensibus renouatũ, vt Liuius scribit. Polibius sub id tẽpus, quo Pyrrhus in Italiã venit, id factũ arbitrari videtur, in quo ait antiquorũ fœderũ formulæ id additũ, si cũ Pyrrho foedus percusserint curato vterq; populus vt alterutri auxiliũ ferre liceat ijs quib⁹ bellũ inferretur, si Carthaginienses socijve auxiliũ Romanorũ postulabunt, nauigia prębero ad trajciendum, belligeran dumq;, si Romani socijve Romanorũ postulabũt, mari Carthaginienses opitulãtor, in terrã vero vt descendãt nemo cõpellito, suis quisq; stipẽdia soluito. Idẽ autor est, in primo fœdere quũ inter vtrũq; pp̃m, Iunio Bruto, & M. Valerio cõsulib⁹ est ictũ, hi em̃ primi cõsules Romæ fuerunt, duodetriginta annis ante primã Xerxis in Græciam expeditionẽ, huiusmodi iusiurãdũ vtrinq; adhibitũ, vt Carthaginienses per deos patrios iurati sint. Fecialis vero Po. Ro. sumpto in manib⁹ lapide, postq̃ inter partes de fœdere quenerat, sic sit locut⁹. Si recte & sine dolo malo hoc fœd⁹ atq; iusiurãdũ facio: Dij mihi cũcta felicia præstent. Si aliter, aut ago, aut cogito, cęteris oĩbus saluis, in proprijs legibus, in proprijs laribus, in proprijs tẽplis, in proprijs sepulchris solus ego pereã, vt hic lapis e manibus meis decidet. Nec locutus plura, lapidẽ manib⁹ deijcit. Atq; hũc vetustissimũ iurisiurandi morẽ apud Ro. Polybi⁹ fuisse ait, quod a Liuio & Dionysio prætermissum equidẽ miror. Eorum neuter nisi opinione fallor, iurisiurãdi hui⁹ meminit historia. Habuit hic annus dictatorẽ P. Cornelium Scipionẽ, a quo P. Decius magister equitũ est dictus, his comitia consularia habẽtibus L. Posthumius & T. Minutius consules creati, Calpurni⁹ Piso hos. Q. Fabio & P. Decio subiecit biẽnio prætermisso, quo Claudius & Volũnius prius, mox Cornelius & Martius cõsules fuerũt. Noui cõsules, quia Sãnites in cãpũ Stellatẽ excursionẽ fecerant, diuersi in hosticũ exercitũ duxerunt, Tifernũ Posthumius, Minutius Bouianum. Cum Posthumio hostes ad Tifernum congressi, æquo marte, vt quidam autores sunt, acie discesserunt. Alij victos Samnites meminerunt, ac triginta hominum milia ex his capta. Sed quocũq; est euentu dimicatum, Posthumius secũdum eam pugnam, castris edito loco communitis, silentio noctis, eum expeditis legionibus, ad collegam accessit, præmissis qui illi nunciarent, vt cũ hoste sui

accessus

Fabius Vmbros superat.

Cõsules.

Hernicũ bellum.

Cõsules.

Hernici victi.

Fœda Samnitiũ strages.

Aedes salutis.

Tertium fœdus cũ Carthaginiẽsibus ictum.

Forma vetusti fœderis.

Dictator

Cõsules.



accessus ignaro prælium committeret, affuturum se mature illi auxilio, vbi certamen esset initum. Nec Ro. id consilium irritum cessit. Conserto prælio, ac non nihil ancipiti euentu distracto, hostem iam fessum recentes Romanorum legiones iuuadunt, illico fuga facta est, Samnitium acies disiecta, castra capta, & cũ his Statius Cellius huius dux exercitus, signa militaria vnum & triginta, est & Boianum deditum. Consules, ingenti gloria vtrobiq; parta, Romam reuersi ambo de Samnitibus triumpharunt. Minutium grauiter in pugna vulneratum, vbi in castra relatus est, continuo expirasse quidam prodiderunt. Bouianumq; captum a Lu. Fuluio in eius locum suffecto Sora, Arpinum, Cessentia eodem anno a Samnitibus recepta Pu. Sulpitius Auerrio, & P. Pomponius Sophus proximo anno cosules fuerunt: Sempronius in Samniũ cum exercitu missus, quia omnia ibi pacata occurrerant, iussu patrum antiquũ fœdus Samnitibus petentibus restituit. In Equos inde bellum transtulit, qui Samnites iuuerant, Ambo consules ad id bellum missi. Fecerant Equi ab initio castra, inde quum alij acie pugnandum, alij tuenda mœnia censerent, appareretq; ea animorum varietate cladem omnino aliquam accipiendam, alijs alio dilabentibus, castra noctu deserta sunt, quibus postridie occupatis, Romani consules circumacto ad vrbes & oppida eius gentis bello, triginta oppida breui oppugnando ceperunt, atq; eorum quædam incensa ac diruta. Equicum nomen prope ad internitionẽ deletum. Fuit ea clades finitimis terrori, vt pacem a Romanis peterent. Marci, Peligni, Ferẽtani Romam legatos, ad amicitiam & pacem sanciendam miserũt, cum omnibus fœdus ictum, & consules de Equis triumpharunt. Eodem anno C. Flauuius, Gn. filius scriba patre libertino humili licẽ fortuna natus, inuita nobilitate ædilis curulis factus, in eius ordinis inuidiam ciuile ius reposuit, tum in penetralibus pontificum vulgauit, fastosq; in albo proposuit, vt quando lege ageretur sciri posset. Aedem concordiæ, quam pro ordinum reconciliatione vouerat, in Græcostasi supra forum (Liuius in Vulcani area fuisse ait) non sine ingenti patrum indignatione, dedicauit: & in collegæ domo, quum forte ad eum ægrum officij causa venisset, ibiq; nobilium iuuenum nemo venienti assurrexisset, curulem sellam apponi sibi iussit, anxioq; liuore inimicos ex loco honoratissimo spectare non dubitauit. Comitia quibus ille est honorem adeptus, tantum indignitatis habuisse dicuntur, vt plerique nobilium aureos annulos, vt Liuius scribit, & phaleras deposuerint. Plinius priuatum nullum aurei annuli vsum ea tempestate fuisse arbitrari videtur. Abijt iam inde ciuitas in duas velut factiones, vt alij bonorum cultores essent, alij forensi fauerẽt multitudini, quoad Q. Fabius qui cum P. Decio censor est factus, concordię causa omnem forensem factionem in quatuor tribus coniecit, quæ vrbanæ nũcupatæ sunt. Idem institutum dicitur, vt quinquennalibus idibus equites in trabeis transueherentur. Adeoq; hæc vulgo grata extitere, vt inde maximi cognomen adeptus in nepotes transmiserit.

Sãnitiũ clades. Statius Cellius captus.

Equicũ nomẽ fere deletũ.

Fasti vulgantur. C. Flauiꝰ ædilis.

Aedes cõcordiæ.

Q. Fabij Maximi optima instituta.

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER VII.

IAM hae quidem paucis annis, post magni Alexandri interitũ, a Romanis in Italia gesta, quo tẽporis interuallo, res Macedonum in Asia & Europa, sua velut mole laborãtes, domestica labefactari discordia cœperũt: accensis semel ad certamẽ animis, adeo in malũ in vna gẽte exarsit, vt prævalidæ regni opes, mutuis cõuulsæ cladib⁹ factæ sint, quum aliarum gentium, tum Romanorum viribus obnoxiæ. Perdicas, penes quẽ regiarum copiarum potestas erat, Ariarathem Capadocum regem obnoxiũ subito bello adorꝰ, victũq; prælio, & obsidione fatigatum, ad eam desperationem redegit, vt auro argẽtoq; cum preciosa veste, cęteroq; ornatu de industria corrupto, coniugibus & liberis, alijs super alios interfectis, ipsorum corpora, secq; ipsum in accensos ignes deiecerit. Nihil igitur ex eo bello præter vulnera adeptꝰ, vt ad maiora rerum momenta regiam autoritatem acquireret, Cleopatrã magni Alex. sororẽ, quæ alteri Alexandro, qui in Lucania perijt, nupserat, ne Olympiade quidẽ inuita, vxorẽ sibi iungere conatus est. Sed per Antipatrũ id obtinere nõ potuit, quẽ prætextu nouæ affinitatis, prius capere fuerat Perdicas adortus, illius filia sibi in vxorẽ petita, qua fraude instructus Antipater, nõ solũ non illi filiam dedit, sed quo minus Cleopatræ nuptijs potiretur sua autoritate effecit. Oritur nec multo post bellum inter Perdicam & Antigonũ, cui maior Phrygia obuenerat. Causam cur inter se bellare cœperint, non reperio. Fauebãt Antigono Crater⁹ qui regię erat pecuniæ præfactus, & Antipater, q̃ pace cũ Athenien sibus cõposita, summa ope nitebatur oẽs Perdicæ conatꝰ euertere. Ille alienatis rebus Ariadeũ cũ Alexãdri filio, in Cappadocia traxit, vt de summa belli cũ ijs, q̃ in partib⁹ adhuc erãt, cõsultaret. Erãt qui in Macedonia bellũ trẽsferendũ dicerẽt, ad ipsum caput & arcem regni, Olympiadẽ ibi esse Alexandri matrẽ, nõ mediocre momentũ ad res gerendas, ciuiũ fauorẽ futurũ, ob Philippi & Alexandri nomina, Cęterũ veriti ne Asia a se relicta a Ptolemęo occuparetur, ab Aegypto, quã ille obtinebat, placuit bellũ auspicari. Eumeni vltra Paphlagoniam ab initio decretã, Cariam, Lyciã, et Phrygiam adijciunt, vt maiores adeptus vires, Antipatro audaci⁹ occurreret, si ipsis Aegyptiaco bello occupatis, in Asiam trãsire conaretur, Alcera Perdicę fratre & Neoptolemo auxiliaribꝰ datis, cũ quib⁹ ille bellũ administraret: atq; ita Macedonũ potentia, in duas velut diuersas factiones diuisa, ab hostili sanguine, in se ipsam, malo cõsilio, pęiore euentu, suas vires & arma diuertit. Mouit igit in Aegyptũ Perdicas terrifico armorum apparatu, nec Ptolemæus ociosis interim auribus acceperat, quę a Perdica & alijs eius factionis in se parari dicerentur, quin nulla nõ in Aegyptios moderatione omnium fauorẽ adeptus, finitimos reges fœdus sibi & amicitia obstrinxerat. Cyreneq; suo imperio adiecta, iure formidabilis erat hostib⁹. Parabat igitur summa ope bellũ, primis Perdicę conatibus occurrsurus, cuius superbiã multi interea exosi ad hostes fugã meditari, & in his illustres quidã, quorũ Neoptolemus traducere secũ copias conatus cũ Eumene, cui datus fuerat belli socius, cõflixit. Cæterum victus ad Antipatrũ & Polyperconta aufugit, quibus autor fuit, vt Eumenẽ ob recentẽ victoriã secure agentẽ, subito accessu inuaderẽt, fusi ne tũc Polypercõ an Antipatri ductarit exercitũ, parũ compertũ habeo

satis

Ariarathis regis facinus.

Cleopatra Alex. soror.

Noui belli motus in Asia

Ptolemæi cõsilijs in nouo bello.

satis constat Euridices imperio, quæ Arideo coniuge aduersa valetudine implicito, primas in administrando regno sibi partes vendicabat, Polysperconti exercitū ademptū, Cassandroq; ductandū datum, sensit tamē Eumenes se insidijs peti, vertitq;, vt præsenti erat cōsilio, in insidiatores periculum, quos ad se venientes, ac nocturno itinere fessos, nihil minus q̄ insidias timētes, inopinato excepit prælio exceptos primo cōgressu perculit. Hic Polyperconi, vt Trogus falso credidit, ictus cōcidit. Plutarchus Craterū scribit, eumq; Neoptolemo in prælium adductū, spe transitionis a Macedonibus ad eū faciendæ, quod Eumenes veritus, de Crateri aduentu milites sub pugnæ tēpus celauerit. Sed siue hic, siue ille concidit. Neoptolemus & ipse cū Eumene mutuis vulneribus colluctatus, ita vt galeis capite auulsis thoraces sibi etiā inuicē perfoderint, postremo Neoptolemꝰ vno sub genu vulnere acceptо, mox circa ceruicē altero, fortiter occubuit. Duplici prælio victor Eumenes, non nihil præsenti rerum successu socios in partibus cōtinuit. Perdica interea in Aegypto, militari seditione interfecto, Eumenes ob Crateri mortē, a Perdicano exercitu, cum Phytone Illyrio & Alceta Perdicæ fratre hostis iudicatur. Quod vbi ille cōpertum habuit, periclitari statuit militū animos, pro cōcione multa de præsenti iniuria questus, potestatē fecit oibus libere quæ vellent loquēdi, qua voce suarū partiū studiū erexit, vt vltro milites ducem ipsum consolarentur, polliciti se ferro Macedonum decreta rescissuros. Hoc militari consensu cōfirmatus Eumenes, vt vniuersum exercitum sibi deuotiorē redderet, Cleopatrā Alexandri sororem ad se accersitā in primorū conspectū dedit, vt in partibus eā esse intelligerent. Nihil ad militem in officio continendum æque valuit, ac mulieris vnius adhortatio, adeo Alexandri memoria omnium animos inuaserat, vt vel mortui vmbra, per necessitudinū vestigia coleretur. Nec ita multis interiectis diebus, passim totis castris Antigoni literæ repertæ sunt, præmium Eumenis percussoribus statuēris, cuius rei periculo territus Eumenes, milite ad concionem vocato, magnas se omnibus gratias debere professus est, cp nemo reperꝰ esset, qui nefarij spem præmij secutus, fidei sacramētum violare esset ausus. Sed ne quisquā opinione deciperetur, libellos qui in castris disiecti essent, ad militum in se fidem experiendam sua opera confictos non ignorarent. Verum salutem suam in omniū potestate esse nec Antigonum, aut ducum aliquem, sic velle vincere, vt alieno sanguine pessimū in se statuant exemplum. Hęc ille multa arte mentitus, labātes militū animos a præsenti scelere deterruit, & in futurū cauit, vt si quid simile accidisset, nō se mercede inuitari milites arbitrarētur, sed ab ipso duce suā fidem potius tentari. Nec Antigonus multo post cū valido exercitu affuit, cū quo Eumenes prælio congressus vincitur, victusq; cū parte copiarū in proximū castellū ausugit. Hæc Trogus. Proditione Plutarchus victum Eumenē scribit, cui rebus propemodum perditis, adeo animus superfuisset, vt proditorem ad hostem fugientē irrequieto cursu assecutus, ad supplicium retraxerit. Illud in duce non minus memorabile fuit, prælio victus, quum a conspectu insequentium hostium paululum deflexisset agmen, auersis itineribus ad locum vbi cōmissa erat pugna reuersus, cęsorum in vnum coaceruata, villarum foribus, aliaq; domestica materia cremauit, inde Antigoni impedimenta assecutus, quum facile diripere potuisset, ne suos præda impediriores redderet, abstinuit. Sed factus ob vnam aduersam pugnam hosti impar, ad Noram in Cappadociæ Lycaoniæq; finibus, cum sexcentis equitibus se recepit. Hic ab Antigono ad colloquium excitus, parum absuit quin Macedonū incursu, in Crateri vltionem, sit disceptus. Aegre ab Antigono submota multitudine seruatus est. Cinxit deinceps Antigonus oppidum vallo, præsidioq; ad obsidionem relicto, cum cætero exercitu in Phrygiam concessit. Eumenes interea, vt viros & equos ad subitos casus expediriores haberet, locum in oppido constituit, quo se iuuenes assidua luctatione exercerent, equos anteriore parte suspēderent, ita vt prioribus vngulis altius subnixis posteriores terræ niterentur, atq; ita crebra flagelli excussione, clamoribusq; circunstantium consternati sublime corpus calcibus & assultu agitabant. Tenuit aliquandiu ea obsidio, interea nunciata Antipatri morte, qui fato in Macedonia decesserat, Antigonus maiora animo concipiens, Eumenem indu cias cum eo pactus obsidione soluit, equitibus ex pristino exercitu collectis, quia sibi præfectura adempta non restituebatur. Duabus alis equitum frætus omnia circa Cappadociam crebris excursionibus infestat. Trogus non Antipatri mortem, sed quia ab Antipatro auxilia Eumeni missa essent, soluendæ obsidionis causam fuisse prodidit. Imminebatq; iterum illi Antigonus, ob ea quæ fiebant, verum omnium auxilijs destitutus, ad Argyraspidas inuictum Alexandri exercitum se contulit. Hi post regis interitū nullius se imperio subiecerant, veteris militiæ gloria inflati, ducem saltidiebant. Horum ferociam tempestiuo alloquio adeo Eumenes flexit, vt eum in cōmilitonē prius acceperint, mox paulatim pro duce se gerentē sua sponte audire cœperit exercitus. Mira interim arte vsus dicitur, ad salutē suā primoribus cōmendandam. Simulata inopia ab Argyraspidum principibus multum argenti mutuo accepit, vt veriti illi ne creditam pecuniam amitterēr, de sua incolumitate soliciti essent. Vnius igitur Eumenis nutu oīa gerebantur, quum subito affertur Antigonum cū exercitu adesse. Tum Argyraspides Eumenis impulsu in prælium progressi, magis sua discordia, quam hostium virtute vincuntur. Coniuges & liberi quos secum habebāt, cum omnibus fortunis hostibus prædæ fuerūt. Nec victori incruēta acies cōstitit, quinq; milibus hominum prælio amissis. Plutarchus (nam Trogus eorum quæ scripsimus est autor) ad Pasitygrim flu. multa hostium cæde concursum scribit, ac quatuor milia eorum capta, secundumq; eam victoriam Argyraspidas in Gabenorum agrum hybernatum cōcessisse, qui in vicis ac villis subito Antigoni accessu facile opprimi potuerint, nisi Eumenes cum expeditis equitibus progressus ignis plurimos in hostiū cōspectu sub noctē accendisset, quæ ignium species magni exercitus castra procul mētita, Antigonū tam diu ab instituto cursu ihibuit, donec Argyraspides in vnum coiuerint, nec ita multo post acie dimicatū, Macedonicamq; Phalangem ab Antigonianis loci & tēporis iniquitate victā, omnibusq; impedimentis exutam. Qua clade Agyraspides fracti legatos ad Antigonum mittunt qui liberos, vxores, & res amissas sub cōditione pacis reposcerent. Antigonus, cuius res fuerant eo prælio haud mediocriter accisæ, comiter se omnia redditurum pollicetur, si Eumenem sibi traderent. Tum neq; pudor Macedonibus obstitit, neq; militare sacramentum continuo in Eumenem manum iniiciunt. Alij ex fuga

Craterī interitus.

Eumenes hostis iudicatur.

Eumenis ars in aperto periculo.

Vincitur Eumenes.

Eumenis virtus.

Eumenis exercitatio in obsidione.

Argyraspides.

Vincunt Argyraspides.



fuga eum retractum scribunt. Sed quoquo modo vis illata, vbi reuinctis manibus in militū conspectu stetit, facta est ei loquēdi potestas, quod vt sibi facere permitteretur, multis precibus contenderat. Cernite inquit milites habitū & ornamenta ducis vestri, quæ nō hostium quisquā imposuit, nam id quidem solatio in summa calamitate esset, vos me ex victore victū, ex imperatore captiuum fecistis, militari sacramento sępius hoc anno adacti. Haud eū decet miseros cuiquā conuiciari, vnum oro, vt si propositorum Antigoni in me perdēdo summa constitit, inter vos memori patiamini. Neq; enim illi interest, quemadmodū aut vbi cadam. Enimuero si vestra indulgentia mortis ignominiā effugero, soluo vos iureiurādo, quo mihi astricti estis. Conficite hic me rogo ipsi multis vulneribus, aut si religio, aut pudor prohibet, date mihi ferrū. Imperator pro vobis id faciet, quod vos pro me facere debuistis. Obaudire hæc Argyraspides, nec seci dendum fremere. Tum Eumenes a precibus in irā versus: Ad vos inquit deuota capita respiciant Diį periuriorū vindices, talesq; precor vobis exidˀ dent, quales vos ducibus vestris dedistis. Vos Perdicæ sanguine nuper respersi estis. In Antipatrum pene eadem moliti, ne Alexandro quidem, si ille mortalium manu cadere potuisset, parsuri. Victima nunc ego vestra perfidorum victima has vobis diras imprecor. Inopes extorresq; omne æuū in hoc castrensi exilio agatis. Hauriāt impium sanguinē deuota arma, quibus plures vestros quā hostiū duces absumpsistis. Hæc ille locutˀ iræ plenus ad Antigoni castra custodes præcedere cœpit. Sequitur ex ercitus captiuo similis, triumphum de seipso ad victoris castra ducēs. Visaq; est ea deditionis species pulchrior Antigono quā innumeræ Alexandri victoriæ fuissent. Quod quum ille orientem vicissetˀ ipse eos a quibus oriens victus fuerat, armis subactos ac sibi deditos videret. Vbi in castra ventum est, Antigonus rebus ex fide restitutis, ipsos domitores orbis suo exercitui diuisit. Eumenem verecū dia pristinæ amicitię, ad suum conspectum venire non est passus. Non nihil igitur in carcere asseruatum, demum bidui inedia cōfectum iugulari fecit. Et Eumenes hunc exitum habuit. Euridice interea Aridei regis vxor quum per viri valetudinem primaria sibi officia in administrando regno vendicaret, exercitum, Polypercōti iam antea ademptū, Cassandro dari imperat. Cœperat Polipercon Euridice suspectus esse, ob Olympiadem Alexandri matrem, cum qua parum ipsi Euridice conueniebat. Cassander accepto exercitu, in Græciam post Antipatri obitum transgressus, multas eius terræ vrbes, quæ a Macedonibus defecerant excidit, & iam Lacedæmonem obsidebat, quum turbato Macedoniæ statu, exercitum ex Peloponneso abducere est coactus. Olympias Alexādri mater ex Epiro in Macedoniam reuersa, Aeacidem secum habens Molossorū regem, quum Aridei regis & Euridices iussu regni fines ingredi prohiberētur, Philippi & Alexandri memoria tantum apud Macedonas valuit, vt ab rege ad eam populariter transeuntes, in mariti & filij regnum ipsam restituerint. Nec illa muliebri iræ temperauit, Arideo & Euridice interfectis, mox per principum capita fœdissima est cæde debacchata. Perijt Arideus sexto sui regnianno. Nec Olypias diu incolumis mansit, quin Cassandri aduentu perculsa, diffisaq; Macedonibus, quos certo sciebat cum fortuna fidem mutaturos, cum Hercule Alexandri filio, quem Barsine tulerat, haud multo postquam in Cilicia prospero marte pugnauit, & cum Roxane nuru in Pictuam vrbem concessit. Secutæ eam abeuntem Deidamia Aeacidæ regis filia, & Thessalonicæ, & ipsa clara Aridei patris nomine. Ibi aliquandiu a Cassandro obsessa, demum incolumitatem pacta, se hosti tradidit. Eam deditā quia ob fidem quam acceperat violare nefas erat, occulte subornat Cassander, qui Olympiadā apud Macedones crudelitatis & sæuitiæ in suos accusarent, & vt sunt multi tudinis studia quæ facile cum fortuna murantur, magno omnium cōsensu damnata est. Olympias vbi percussores ad se missos sensit, duabus ancillis innixa vltro illis obuiam processit, qui ad cædem venerant, Philippi & Alexādri memoria animū subeunte, attonitis similes ferrum inhibuerunt. Superueniunt inde alij a Cassandro missi, illa vbi ferrum in se nudari vidit, non eiulatu & vociferatione, sed virorū fortium more, composita circa corpus veste vt honestius caderet, pluribus vulneribˀ confossa concidit, vt magni regis vxorem, multo maioris matrem cadendo facile agnoscereris. Ea extincta Cassander Thessalonicem Aridei filiam sibi vxorem iunxit. Alexandri filium cum matre in Amphipolitanam arcem custodiēdos mittit. Hoc potius crediderim, vt post Eumenis interitū, Barsine quæ illi nupserat, ad filium se receperit, quā quod Trogus ait: Roxanem circa Olympiadem fuisse, quum illa Pictuam ausugit, quam ex Alexādro grauidam relictam, a Statyra Darij filia, statim post viri interitum, interfectam Plutarchus tradidit. Ducibus aduersæ factionis in hunc modū subiatis, pacate inter se facturi videbantur, qui ex Alexandri successoribus adhuc supererant. Cæterum cupiditas regnorum alumna, victores ipsos in alio quanto fœdius quā nuper defuncti essent certamē coniecit, Ptolemæo, Cassandro & Lysimacho postulantibus, vt pecunia Alexandri ductu sed communi periculo & labore parta, quam penes se Antigonus habebat, ex æquo diuideretur. Negat ille diuisionem vllam fieri oportere, qui vt honestius bellum suscipere videretur, Olympiadis a Cassandro interfectæ se vltorem profitetur. Nec passurū Alexandri filium diutius cum matre custodiri. Tenebat Ptolemęus Aegyptum, cum parte Aphricę, parebat & Cyprus illi, & nō parua Syrię pars vsq; in Phœnicem, vt fortius suas opes ad futurum bellum cōfirmaret, sacrorum prætextu Hierosolymā sabbatorum die ingressus, qua luce Iudæi, Gētili instituto tractare arma prohibentur, sine vllo maiore certamine vrbem Syriæ clarissimā obtinuit. Meminit oppressionis huius Iosephus in historijs & Sabatarcides, qui Iudæos superstitione sua libertatem amisisse prodidit. Et Ptolemæus iam tantus erat. Cassandro vero Græcia & Macedonia parebant. Hi suis opibus fręti, Seleucoq; & Lysimacho, cuius Thracia erat & Pontici maris ora, in focios ascitis, enixe bellum, terra mariq;, in Antigonum comparant. Primo itaq; armorum motu, Demetrius Antigoni filius, siue ex fratre nepos, vt alij crediderunt, Ptolemæi conatibus occursurus, cum valido exercitu in Syriam profectus est. Erat tum Demetrius duos & viginti annos natus, maioreq; ferocia quam consilio, ad Zamam, seu ad Calamam, vt Trogus ait, cum callidissimo duce congressus, Alexandriq; militiæ assueto, ingenti prælio victus ad tredecim milia hominum vna acie amisit, quorū quinq; occidione occisa dicuntur, reliqua multitudo capta. Ptolemęus hostium castris potit, Demetrio regium tabernaculum, cum toto apparatu, & captiuis omnibus restituit, adijciens

Dirę Eumenis.

Argyraspides Eumenem dedunt.

Eumenis exitus.

Olympiadis fœuitia.

Olympiadis cædes.

Noua Macedonū discordia.

Demetrius vincit

ptolemęi dictum.

hæc,non de omnibus simul,sed de regno & gloria magnos viros certare oportere.Sed dum hęc in Syria gerũtur,Cassander ex Apollonia rediens in ingẽtem Abderitarum cœtum incidit, qui ranarum muriũq; multitudine patrium solum relinquere coacti, nouas sibi sedes quærebant: veritus ille ne profuga man', desperatione rerũ, Macedonię quietem, si in eam terrã irrupisset, subito accessu turbaret, in socios recepit, victoq; in id fœdere, agrum illis in Macedoniæ finibus assignauit, inde Alexandri filiũ iam. XIIII. an. natũ, cũ Barsane matre occulte interfecit, veritus ne Macedones Alexãdri memoriam secuti puerũ adolescere incipientẽ, in auitum patriumq; regnũ restituerent. Addiditq; scelus sceleri, Roxane cum altero Alexandri filio haud multo post pari fraude interfecta. Adeo nihil in regia stirpe reliquum esse voluit, quod regno male parto formidolosum esset. Plutarchus, vt loco non multum diuerso est supra significatum, post Alexandri obitum Roxanen a Statyra Darij filia cum sorore necatam prodidit. Sed dum Cassander per hæc scelera suas opes firmat, Demetri⁹ reparato ex integro exercitu, iterum Syriam ingreditur. Ptolemæus ratus adolescentem vna aduersa pugna fractum modico negocio superatum iri, Cillem vnũ ex purpuratis obuiam illi misit, qui improuiso hostium accessu oppressus, cũ octo milibus hominũ

Ranarũ muriũq; vis.

Barsane cũ filio a Cassãdro interficit

Liberalitatis hostimentũ

est a Demetrio captus, captiuorũ numerũ cũ ipso duce Demetrius patris permissu, Ptolemæo restituit, vt hæc illi par gratia repensa videretur. Adeo de gloria inter se tunc, non minus q̃ de regno, summi duces bellarũt, vt honestius tum bella gererentur, q̃ hodię amicitiæ colantur. Demetrius Syria recepta in Nabatheos Arabes expeditionem fecit, ac parum abfuit, quin aquarũ inopia (est enim plurimum Arabia sticulosa) vita & exercitu sit periclitatus. Locorũ difficultate ægre superata, sese in tutum recepit. Reciderantq; his motibus res Macedonum in nouam rerum discordiam, & velut in nouas factiones, pars victrix sua sponte abierat, quũ Ro. in Italia Aulo Genutio, & Ser. Cornelio cons. Soram & Albam in Equis colonias deduxerunt. Eodem anno Arpinatibus & Trebulanis ciuitas data, & Eruginates, quia Hernicos ad bellũ sollicitasse indicio cõperti sunt, capitibus coniurationis secuti percussis, tertia agri parte sunt multati. In Vmbria quoq; nonnihil bellatum, sunt q; ad duo milia hominum in spelũca quadam igni & armis oppressa. Bellum sequenti anno ab Equis renouatum, qui Albam coloniam expugnare adorti, tantum terrorem Rom. iniecerunt vt M. Liuius et Qu. Aemilius consules iussu patrum Qu. Iulium Bubulcum dictatorem dixerint. Is primo congessu Equos subegit, pauciq; diebus triumphans in vrbem est reuersus. Salutis ędem quam consul vouerat, & cẽsor locauerat, Dictator dedicauit. Aemili⁹ consul in Salentinis Cleonymum Lacedæm. qui classe nuper appulsa Thurias occupauerat, prælio victum ad naues compulit, compulsum in altum abire coegit. Cleonymus ex Salentinis expulsus Italię oram cicunuectus ad intima Adriatici sinus littora peruenit, ibi per ostium prealti fluminis (amnem Meduacum vocant) in stagna quæ intra littus late patent, transgressus copiarum partem in interni littoris accolas pædatum misit. Græci ex improuiso egressi, ingentem agrestium fugam & trepidationem fecere. Vicos aliquot subita vi capros incẽdunt, lateq; prædam ad naues agunt. Terror interea Patauium perlatus iuuentutem confestim in prędones exciuit, vno itaq; tẽpore & Grę-

Cõsules.

Salutis ędes.

ci per agros palati, & naues quibus per internum flumen ad loca cultu frequentiora penetrauerant, sunt oppressi, qui cędebantur dilapsi ad littora refugerãt, Veneti locorum accolæ exceptos magna ex parte interfecerunt. Cognitum inde maiorem classem cum ipso duce haud procul abesse. In hanc quoq; factus est impetus, fueruntq; præcipue adiumento expedita nauigia, ad stagni & fluuiorũ vsum cõparata, quorum agilitate locorum accolæ frœti, tantum negocij Grœcis a tergo & a lateribus incessentes fecerũt, vt Cleonymus vix quinta nauium parte incolumi, in altum abiuerit. Liuius autor est nauium rostra monumentũ illius victoriæ in Iunonis templo quod Patauij fuit asseruata, quæ sua etiam ætate viserentur, nauale q; certamen in ipsa vrbe diu postea fluuiali alueo celebratum. Anno quo hæc gesta sunt, Carseoli Colonia in Marsos deducta est, & Hetrusci rebellaturi credebant, quapropter Marcus Valerius dictator est creatus: in Marsos prius itum, quibus prælio victis, Miloniam ex ea gente, Plistiam & Eresiliam paucis diebus dictator vi cepit, ad postremum Marsis parte agri mulctatis Romanus pacem restituit. In Hetruscos inde Valerius bellum vertit. Hic dictatore absente, qui Romam auspiciorum causa abiuerat, Romanæ cohortes in hostium insidias præcipitatæ, aliquot signis amissis cum multa cæde & trepidatione, sese in castra receperũt. Acceptæ cladis fama ad vrbem perlata dictatorem in castra exciuit, Romæ ad eum terrorem stationes sunt circa portas dispositæ, & in muros tela trepide congesta. In prouincia quietiora dictator omnia inuenit. Nam Marcus Aemilius Paulus magister equitum, castris in munitiorem locum translatis, exercitum non modo non exerritum, sed pugnæ etiam cupidum intra munimenta tenebat, cohortibus vallo excussis quæ signa amiserant, has ignominiæ causa subsidio excubare iusserat. Sub dictatoris reditum castra in Rusellanum agrum sunt translata, hic quoq; Tuscus Rom. insidijs capere est adortus. Sed quum fraus parum processisset, aperta est vi dimicatum, ac parum abfuit quin pabulatorum præsidium pene prius si rab hoste oppressum, quam ex castris dictator subsidio abfuisset, sub cuius accessum eques inter peditum ordines immissus hostem turbauit. Secuta peditum acies, quam Tuscus quoniam sustinere nequiuisset, cum multa strage in proxima castra refugit. Sed neq; vallum, neq; munitiones vllæ victis adiumento fuere. His quoq; exuti teterrimaq; cędę affecti, rebus noua clade accisis, iterum pacem petierunt. Pax negata est. Inducię in biennium datæ, stipendio in annum, & frumento duorum mensium imperato. Fuerunt qui scriberent Hetruriæ statum, sine cæde vlla, a dictatore pacatum. Sequens annus Marco Valerio, qui prior eano dictator fuerat, & Appulio Pansa consulibus, foris pacatus fuit. Domi inter patres & plebem vetus certamen renatum, plebe postulante, vt ex suo quoq; corpore pontifices & augures crearentur, quod ad id tempus non fuerat impetratum. Multum diuq; de iure auspiciorum est inter Appium Claudium & P. Decium disceptatum. Erat illius filius, qui se Latino bello, pro omnibus legionibus, deuouerat. Ibi quum multa cirro vtroq; dicta & responsa essent, ac ferme omnia quæ olim pro licinia rogatione, eo Decius suum sermonem flexit, vt diceret, non oportere Claudium suam & aliorum nobilitatem tam insolenter plebi exprobrare, quando illi qui primo Romæ patricij facti essent, non cœlo fuissent missi, sed qui patrem

Cleonymus a Patauinis pellitur.

Carseoli colonia.

Rusellanus ager.

Cõsules.

Decij verba cõtra nobilitatem.

ciere



ciere auumq; potuissent, at filium suum & patrem & auum consularem ciere posse, & alijs innumeris id dicere, nec de auspicijs, quæ soli patricij habere dicerentur, plura dici oportere. Talia & quum P. Sestius primus de plebe cõsul est factus abunde de cantata. Quũ Licinius Stolo primus magister equitum. Quum Martius Rutilius primus Dictator & censor. Quum P. Philo primus prætor. Cõspectos illos & multos postea de plebe in curuli sella, in toga prætexta, tunica palmata, toga picta, triumphali corona præditos, tantumq; abfuisse, vt eorum quicquam inuitis dijs factum videri possit, vt iam inde ex quo plebeij ad eos honores admissi essent, multo maior meliorq; resp. facta esset, ac tũ quoq; si quod repens bellum oriretur, haud dubium cuiquam esset, quin nihilo maior spes in patricio duce, quam in plebeio foret. Quod in pluribus reipublicæ casibus experientia ad id tempus docuisset. Tum ad populũ cõuersus Decius. Certamẽ inquit patricij petunt Quirites, neq; quęrunt quem certaminum euentum habeãt, modo vestra commoda remorẽtur. Ego quod bonũ faustũ felixq; vobis & reipu. sit, legẽ hanc vti rogatum fuerit subeundam censeo. Adeo Decij valuit autoritas, vt sequenti die lex lata sit. Creatiq; primum e plebe pontifices P. Decius legis suasor, P. Sẽpronius Sophus, Claudius Martius Rutilius, M. Liuius Denter. Quinq; augures plebeij, Claudius Genutius, Pu. Elius Petus, Mar. Minutius, Claudius Martius & T. Publicius, atq; ita nouem augurum & pontificum octo numerus est factus, quum ad id tempus, quatuor pontifices & quinq; augures, atq; omnes patricij fuissent. M. Valerius eodem anno legem de prouocatione bis antea ab hominibus eius familiæ latã vt diligentius sanciretur, autor extitit. Valeria lex tantum vetabat, ne quis ciuẽ ad populũ prouocantem virgis cæderet, aut securi necaret, quod si quis fecisset, is probe fecisse videretur. Porcia lex, quæ postea lata est, longe vehementior, quippe quæ, si quis Romanũ ciuem verberasset necassetve, graui pœna afficiebat. Idem Valerius consul hoc anno in Equos bellũ gessit, sed fama eius gesti obscura, quia nihil in eo acciderit memoria dignũ. Apulei⁹ collega Nequinum in Vmbria obsedit. Fuit id oppidũ, vbi nunc est Narnia, locus, quia in arduo & præcipiti situs erat, capi non potuit. Tenuit itaq; obsidio in sequentem annum, qui M. Fuluium Petum & L. Manlium Torquatum consules habuit. Anienses & Terentina tribus his consulibus veteri numero additæ & lustrum conditũ. Nequinum oppidanorũ proditione captũ, qui noctu consulẽ in vrbem induxere. Eo colonia aduersus Vmbros missa, atq; a Nare fluuio Narnia appellata. In Hetruria bellum est Gallorum interuentu motũ. Eruperat ea gens hostiliter in Thuscos fines. Hetrusci vt eam Gallorũ procellam in Ro. auerterẽt, magnã cum Gallis pecuniam pacisc̃untur, vt ex hostibus socij facti, secũ in Romanos bellum gererent, Barbari pecuniam adepti negant eam sibi eo nomine appensam, vt in quenquã militarent, sed ne Thuscum agrum popularentur. Postulare igitur vt in partẽ agri reciperentur, si se socijs in bello vti vellent. quod ipsum quia vulgo est negatũ, pecuniã ingentem sine labore sortiti, retro abierũt. Nec Romani eo secius in Hetruriam legiones misere, vbi T. Manlius consul in ferotioris equi circũactu ad terram effusus, triduo expirauit, in cuius locum M. Valerius surrogatus, confestim in Hetruriam ad exercitum venit. Post eius accessum hostes intra munimenta se tenentes, etsi ante oculos videbant passim agros vastari, vicosq; & villas incendi, vt acie decertarent compelli nequiuere. Nec in Hetruria quicquã deinceps memorabile est eo anno gestum. Proximo ineunte Lucanorum legatis ad nouos consules Lu. Cornelium Scipionem & C. Fulcõsules. uium venere questum de iniuria Samnitium, qui hostiliter suos fines vastarent, q; ab illis in societatem belli trahi nequiuissent. Cæterum male se prius omnia extrema adire, quam Romanam amicitiam violare. Orare proinde vt vniuersam gentem acciperent in fidem, arcerentq; ab se Samnitiũ iniuriam, obsides ad fidem daturos se esse, etsi bello cum Samnitibus inito abunde sua apud Romanos probata esset fides. Cum Lucanis fœdus percussum, bellumq; illatum Samnitibus, quia res solenni modo repetitas non reddidissent. Consules inter se prouincias partiti: Scipio Hetruriam obtinuit, Fuluius Samnites. In Hetruria ad Volaterras incerto euentu ad noctem vsq; dimicatum. Hostis silentio noctis profectus, haud dubiam Romano relinquit victoriã. Postridie Scipio in aciem descẽdit, vt manum cum hoste consereret, cognitaq; ei⁹ fuga castris potitur, inde late per hosticum euagatus, præter agrorum vastationem, multos vicos & villas incendit. A Fuluio quoq; per id tẽpus grandis pugna est in Samnio ad Bouianum depugnata, qua acie haud dubie victor Aufidenam de Samnitibus cepit. Quãti ea victoria apud Romanos fuerit, ex eo potest intelligi, q; Fuluio Romam venienti datum est, vt triumphans vrbem ingrederetur. Inde quum ex Samnio & Hetruria maior belli moles in sequentem annum ostenderetur, fremerent hinc Tusci Gallos quoquo modo ad bellum accersendos, inde Samnites suos duces accusarent, qui Lucano bello auersi, florentissimum exercitum Romanis cędendum obiecissent, magno omnium ordinum consensu, Qu. Fabius Maximus consul Cõsules. est factus. Eratis rei militaris atq; vrbanarum artium Romanæ ciuitatis peritissimus. P. Decius ei collega datus. Et iam hi, de sortitione prouinciarum, & delectu accuratissime habendo consilia cõferebant, quum ex Nepete & Sutrio affertur in Hetruriæ concilijs de pace agitari. Ea res vtrunq; consulem in Samnium auertit. Diuersi tamen in hostem mouere. Per Soranum agrum Fabius, Decius per Sidicinos, vterq; suam regionem populatus. Cæterũ Fabius hostem ad Tiphernũ nactus suos continuo in aciem eduxit. Nec Samnites pugnam detrectarunt, satius rati cum vno consulari exercitu, quam cum duobus dimicare. Fuit primo pedestre prælium, inde & equestre iniectum, Acies q; in vtroq; certamine Samnitibus immota stetit. Pugnabant, vt si quando alias, obstinatis animis, & quum nulla vi gradu submouerẽtur, resistarentq; præter opinionẽ, Fabius consilij inops aliquandiu anceps stetit, qua vi qua ve arte hostẽ deturbaret. Sed vt vir erat quũ acri ingenio, tum presenti cõsilio in dubijs rebus, dat Scipioni legato negocium, hastatos primæ legionis quam occultissime ex acie subtraheret, his q; proximos montes circunductis, sese hosti ex summo iugo ostenderet. Erat vbi q; interim atrox pugna, creueratq; hostib⁹ animus, q; ad omnes Romanorum conatus immoti, locum tenuissent, quum ex montibus repente clamor exauditus, præsenti prælio occupatos perculit. Resistere tamen. Verum Fabius Decium collegam cum legionibus adesse clamitans, tantum militibus ardorem subdidit, vt confestim gradu hostem submouerint fugarintq;: cæsa prælio ad tria milia hostium & quadringentos. Signa militaria

Pontifices

Augures

Leges.

Nequinum oppidum. Narnia.

Fabij stratagema.

Sānitiū ædes.

tria &. XX. capta. Iunxissent se Appuli Sānitibus priusquā ad Tiphernum dimicatū esset, nisi Deci⁹. ad Beneuentum obuius illis factus, prælio ostem fudisset, Duo hostiū milia hac quoq; acie cæsa. Decius secundum eam pugnam iterū Samniū ingressus, quinq; &. XL. locis in hostico fecit castra: Fabius sex &. LXXX. Gimetramq; vrbem cepit. Regio tota populationibus & vastitate deformata est.

Cōsules.

L. Volumnius & Appius Claudius inde consules facti, Imperium Fabio & Decio, vt rem in Samnio gererent, prorogatum, Deciusq; collega absente adeo hostium opes populationibus afflixit, vt Samnites patrio solo pulsi, facto agmine in Hetruriam abierint. Ibi consilio populorum Hetruriæ coacto, omne Thuscum nomen in Romanos concitarunt. Hortati sunt vt finitimos accolas Gallos secum ad id bellum traherent: futurum, vt trium gentium viribus res Romana breui ad internitionem redigeretur. Decius interea ad vicos & oppida circumagens exercitum, Marguntiam validam gentis vrbem, vi captam diripuit, inde & Romuleam, mox & Ferentinum, vbi ad tria milia hostium circa muros cæsa sunt. Erat id oppidum in Samnio diuersum ab eo, quod haud obscuri est nominis hodie in Hernicis. Sunt qui Romuleæ & Ferentini expugnationem ad Fabium non Decium trahant; Alij nouorū consulū eam laudem fecere. Verum dum hæc in Samnio geruntur, ex Hetruria tumultuose affertur, iam omne Thuscum nomen bellū in Romanos cōsciuisse, ingentēq; vim hoīm in Samnitium castra cōfluxisse: Vmbros præterea in societatē belli ascitos, Gallos solicitari. Terribilis belli rumor Appium in Hetruriam excuit. Volumnius aliquanto antea cum exercitu in Samniū fuerat profectus. Ab Appio leuiora quædam prælia fuerant parum prospere gesta, creuerantq; ob eā rem hostibus animi. Et iam prope erat, vt neq; milites duci, neq; dux militibus, satis fideret. Volumnius interea aliquot ex Samnitibus castella ceperat, quum literis est in Hetruriam accersitus, vt collegæ opem ferret. Fuerint ne Appij literæ an ab alio confictæ parum liquet. Enimuero vbi eo Volumnius venit ab Appio rogatus dicitur, an in Samnio res saluæ esset, aut quænam causa eum impulisset, vt prouincia relicta in alienam cum exercitu veniret: Res inquit Volumnius, satis ibi prospere sunt, tuisq; huc literis accersitus veni, quæ si falsæ sunt, nec vllus est mei vsus, extemplo conuersis signis in Samnium, vnde veni, bona tua & omniū venia reuertar. Tu vero abeas, inquit Appius, nec enim te moratur aliquis.

Appij superbia.

Bene habet Volumnius ait, malo operam hanc frustra mihi insumptam, quam aliquid aduersi accidisse. Consulem conuenti signa iubentem, Appiani exercitus legati simul & tribuni trepide circunsistunt, nunc illum nunc imperatorem suum orant, ne sua discordia remp. perderent, plures Volumnium & obtestari simul, & mouere ne Romanas legiones ī aperto discrimine relinqueret, siqua clades incidisset desertori magis quam deserto noxæ futurā. Rem eo adductā vt omne decus dedecusq; gerendæ rei penes Volumnium futurū esset. Neminem questurum quæ fuerint Appij verba, sed quæ Romani exercitus sit fortuna. Dimitti eum a collega, sed a rep. retineri. His querelis consules pene inuitos in concionē traxere, ibi Appij cauillationib⁹, quū Volūnius identidem incesseretur, q; ex muro & e lingui extemporalis sua opera factus esset orator: Mallem inquit ille Appi, vt tu a me strenue facere didicisses, q̄ ego abs te scire loquiat quando respu, non verbis sed re in diget, conditionē fero Samniū malis, an Hetruriā obtinere. Etenim vter nostrum melior sit imperator belli exitus declarabit. Tum clamor ex tota cōcione ortus, hortari vt ambo in Hetruria essent. Petente autē Volumnio, vt clamore sibi significarēt, vellent ne se ibi manere an abire, tantus iterū clamor elatus est, vt hostē e castris exciuerit. Tum vero arreptis armis, suos Volūnius in aciē educit. Sequitur Appius, veritus ne oēs legiones, se inuito, collegā sequerentur. Fuit prælij ab initio pene tumultuariū, alijs super alios vtrinq; in pugnā ruentibus. Hetrusci Volūnio oblati sunt, Samnites Appio, qui medio pugnæ ardore Bellonæ in illis locis ædem vouisse dicitur. Fuit deinceps aliquandiu anceps certamen. Postremo susi hostes in castra cōpellūtur, q̄ Romanus victor oppugnare adort⁹, in nouū incidit prælium. Tueri Hetrusci Samniticæq; cohortes vallū, tanta animorū pertinacia, vt lōge maior in castris q̄; in acie, sit cædes edita. Ad septē milia & trecētos hostiū cæsi, duo milia & centū viginti capti. Castra capta milites diripuere. Sed dū cōsules omnisq; Romana vis in Hetruscū bellum versa est, nouus hostium exercitus ex Sānio egressus, per Vestinos in Cāpaniam Phalernumq; agrū descendit. Tum multa præda grauē Volūnius ex Hetruria rediens, circa Vulturnū amnem adeptus, castris exuit, exutum fugat, multaq; cæde dissipat. Hic quoq; ad sex milia hominum cæsa, duo milia & quinquagita cum ipso duce capti, & quod lætissimum Romano fuit, super aliā prædā sane opulentam, septem milia captiuorū & amplius sunt recepta. Præsens Samniciū motus, & quia in Hetruria posī Volumniī digressum hostes ferocius cohorti Vmbros & Gallos accersere dicebantur, Romæ tantum terroris fecere, vt iustitium indictum sit, habitusq; delectus, nō solum ex iuuioribus, sed seniorum quoq; sint cohortes aliquot conscriptæ, liberti niq; centuriati. Leuarunt hunc ciuitatis metū Volumniī literæ, quibus significatum est Campaniæ prædatores ad Vulturnum oppressos. Recreata lætissimo nuncio ciuitas, iustitiū remissū, decretaq; est cōsulis nomine supplicatio, duæ coloniæ aduersus huiusmodi Samnitiū motus destinatę, ad ostium Liris vna, quæ Minturnæ est postea appellata: altera ī Vestino, vbi Synope Græca vrbs fuit. Coloniam ipsam Rom. Sinuessam dixerunt. Cæterum quatuor gentium conspiratio quæ in armis esse dicebātur, ab coloniarum deductione ciuitatē auertit: Thusci, Galli, Vmbri, & Samnites in vnū coiuerant, binaq; castra fecerant, quando tanta vis hominum vnis teneri non poterat. Ob hæc igitur & quia comitiorum tempus instabat, L. Volūnius Romā reuocatus, priusquā cōturiæ ad suffragia vocarentur, graui oratione populū admonuit, vt meminisset die illo aduersus quatuor ferocissimas gētes duces legi oportere. Quanta em̄ belli moles instaret, vel ex eo intelligi posse, q̄ aduersus Hetruscos & Samnites duobus consulibus, duobusq; cōsularibus exercitibus opus fuerit, vt in Hetruria respu. eo anno ex sententia administraretur. Accessisse Vmbros & Gallos omnium gentium Romano nomini infestissimos, non gratiam, nō genus, sed virtutem in futuris ducibus spectandā. Ex vniuersa ciuitate legēdos qui in tanto rerū motu rempublicam felicitate, prudentia, autoritate tueantur. Inclinabant oīm studia in Fabium Maximū rum Romanæ ciuitatis longe principē. Is quū diu multumq; imperiū detrectasset, ætatem excusando, parumq; proficeret, a pp̄o petit, vt quādo præcipuā rerum gerendarū momentū in ducum concordia

Thuscorū & Samnitiū cædes.

Minturnæ. Synope. Sinuessa.

verte



Cōsules.

verteretur, sibi P. Decium collegam darēt, cū quo bis consul fuisset, concordiq; animo remp. administrasset. Dedit id libens ciuitas, ac Decius cū Fabio consul est creatus. L. Volumnio imperiū foris prorogatū. Multa eo anno prodigia exiterunt, quorū auerruncandorum causa, supplicationes in biduū sunt decretæ. Vinum & tus publice prębitum, a viris et fœminis passim supplicatum. Certamenq; ex ea re inter mulieres ortum, Virginia Auli Sulpitij filia patricij generis, cæterum plebeio viro L. Volumnio, qui superiore anno consul fuerat, matrimonio locata, patriciarum cœtu sacellū pudicitiæ, quod in foro Boario fuit ad rotundā ædem Hercu lis adire prohibita, mulier ferox, cōtumeliæ impatiens, in parte ædium, quas in longo habuit vico a prophano vsu excluſa, aram plebeiæ pudicitiæ cō stituit, hortataq; est eiusdem ordinis matronas darent operam, vt ara illa a sanctiorib⁹ castioribusq; quam patricia coli crederetur. Ita contigit, vt pudicitia iam inde duobus in vrbe locis sit culta. Nulli nisi spectatæ pudicitiæ, & quæ vni nup fisset, fas erat ad patriciam illam aram, aut plebeiam sacrificare. Vulgata deinceps religio, & a pollutis frequētari cœpta, nec matronis solum, sed omnis ordinis mulieribus. Postremo ritus nō modo non integer mansit, sed in obliuionē etiā venit. Eodē anno fœneratoribus quibusdā multatis. Gn. & Qu. Ogulini ædiles curules ęnea in capitolio limina, & triū mensarū argentea vasa, in cella Iouis, Iouemq; in culmine cum quadrigis posuere. Plinius fictile id opus fuisse autor est, & ad Ruminalem ficum Romuli & Remi simulachra sub lupæ vberibus stauerunt, ænea hæc ex aliane materia, Liuius haud diserte posuit. Visitur hodie Romæ signum ex ære factum, apud vrbis conseruatores, lupā est duos ad vbera infantes habens, sit ne vetus illud signū, de quo Liuius, an aliud recens ab eo diuersum haud affirmare ausim. Ortum inde inter consules certamen, patribus extra ordinem Hetruriam Fabio decernentibus, Decio eam rem ad sortem reuocante. Cæterū populus ad quē Decius a patribus cōfugerat, haud minore cōsensu q̄ senatus, extra sortē Fabio prouinciā detulit. Nec ita multo post Fabius cū quatuor milibus & sexcētis, quos exingēti multitudine noua dare volentium in supplementum legerat, in Hetruriā concessit. Habebatq; tum Appius prioris anni consul castra haud procul ab hoste ad Archanā oppidū. Huc quum Fabius conten deret, in Romanos lignatores incidit, qui Fabij accessu audito, læti illi occurrerant, feliciter venire iubent, palamq; Ro. po. agunt gratias, q; inuictū sibi ducem destinassent. Rogati inde quo tēderent, quū lignatum ire se respondissent, tum Fabius, nonne & castra vallo munita habetis? Duplici inquiunt vallo, nec adhuc satis nobis tuti videmur. Ite retro consulait, affatim lignorū in proximo est, vallum cōuellite. Procursum itaq; in castra, vbi Appio & alijs consularis imperij ignaris nouus est terror iniectus, posteaquam tumultuosius vallum a caloni bus cœperat refigi. Cessit inde metus, vbi consul appropinquare dictus est, atq; eius iussu id fieri. Fabius Appio ad vrbē misso, postridie motis castris, aliquandiu est per hosticum euagatus. Dein appetēte vere, legione vna ad Clusiū relicta, id oppidū tum Camarsolim appellabant, ipse Romam ad cōsultandū de rep. redit, Legioni ad præsidiū relictæ L. Scipionē prefecit. Ibi Appio prioris anni consule, qui prætor vrbanus erat famā belli augente pacuit vt Decius quoq; cum Fabio eo anno in Hetruria esset. L. Volumnio Samniū demandaretur. Cōsules ex vrbe cū legionibus Clusiū tendebant. Interea Senones Galli Romanā legionē, quæ in Hetruria a Fabio relicta fuerat, ex improuiso adorti, Scipionem tumulū vrbi proximū capere conantem, vt suos inde tutaretur cū tota legione circunuentū trucidāt. Fama est ne vnū quidē superfuisse, qui' cladē nūciaret. Quidā eam cladem ab Vmbris illatā memoriæ prodiderūt, nec adeo rem afflictā, quin pabulatoribus circunuētis e castris continuo auxiliū affuisse, ac tum hostē adępta præda, procul fugatū. Cōsules hoste ad Clusiū nō reperto, Apenninū trāsgressi, in Sētinati agro cōsederunt. Hostes vbi Romana castra in proximo videre, ita inter se cōparāt, nè quatuor gentiū fortuna, in vnū pugnę discrimen conīceretur, vt partiti copias, alij in pugnam descenderēt, alij extra aciem Romana castra oppugnarent. Gallis & Samnitibus pugna delegatur. Vmbri interea & Hetrusci castris imminerent. Hæc hostium consilia Clusini transfugæ ad Romanos consules deferunt, ad quæ discutienda, Fulvio & Posthumio, quorum hic in Vaticano ille in Phalisci, ad hos casus, exercitum habebāt, copias Clusium admouere imperant, lateq; hostium fines populari. Huius populationis fama Thuscos ex Sentinati agro, ad cladem arcendam citra Apenninum reuocauit, quibus absentibus cōsules rem gerendā rati, hostē prælio lacessunt, biduū leuioribus prælijs datū. Postremo totis viribus in planiciem descensum. Interea quū vtrinq; instructi starent, lupus ceruā ex proximis montibus persecutus, medium inter vtranq; aciem percurrit spacium. Inde cerua ad Gallos cursu delata configitur. Lupus in Romanos auersus per medios ordines cdata est eā Martiæ ferę ad euadendum via) incolumis euasit. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites cōstiterunt Gallis se Fabius obiecit cum prima & tertia legione, Decius quintam & sextam aduersus Samnites tenuit. Secundā Volumnius & quartā per id tempus in Samnio habebat. Adeo æquis ab initio viribus est vtrinq; concursum, vt si Hetrusci prælio interfuissent, clades omnino ingēs fuerit eo die Romanis adeunda. Trahere Fabius de industria prælium: etem satis scire hostiū ferocia, cum ipso ardore pugnæ, remissum iri. Nota erant Gallorū ingenia laboris & æstus intolerātissima. Terribilia primo & ferocia, mox fluida & remissa. Cōtra Decius quicquid viriū habuit primo certamine effudit, & quia pedestris pugna frigidior erat, equitatū in hostes concitat. Ipseq; globo immixtus, ad rem bene gerendā cæteros hortatur. Bis Decius fudit aduersum equitatū, perruperatq; iam in medias Gallorū alas, quum in nouum genus pugnę incidit. Arma tus hostis in essedis sedens, ingenti equorum & rotarum strepitu inuectus Romanum equitatum nouitate rei territum ī fugam auertit, viroſq; & equo ruentes improuida fuga proculcat, Multi vehiculis in medium agmen actis obtriti, nec Galli interim vllum respirandi spacium territis dabant, inclinaueratq; haud dubie ab ea parte fortuna. Decius vbi, neq; precibus, neq; minis sisti posse fugā vidit, paternū secutus exemplū M. Liuio pontifice quē ad hos casus penes se ī acie habuit, præfari carmen iussō, se & hostiū legiones Dijs manib⁹ deuouit. Deuotus Gabino ritu cinctus, qua confertissima erat Gallorū acies, bellatorē equū immisit, ibi infestis telis vndiq; petitus extēplo cōcidit. Ducis interitus qui terrori alioqui militibus esse solet, mirum dictu inclinatā aciem a fuga reuocauit. Hortari pontifex ac testari vicisse Ro. fato consulis defunctos esse omni periculo. Gallos & Samnites telluri

Clusium olim Camarsolis

Auguriū

Feróx cō cursus.

Gallorū ingenia.

Gallorū mentū.

Decij deuotio.

& dijs manibus deuotos iam pugnæ immemores alienata mente astare, irent deuotamq; aciem sternerent. Et iam Martius & Cornelius Scipio cū subsidio aderant a Fabio missi, ita pugna nō solum ea parte instaurata est, sed cœptus etiā sterni hostium globus. Fabius Gallis dextro cornu fatigatis, Sānitibusq; fugam circunspectātibus vna equitum ala immissa, quæ a tergo Barbaros inuaderet, terrorē illis incutit, quos loco submotos principes tertiæ legionis degrauare iubet. Et iam palam vtrinq; hostes fusi passim sternebātur, quum consul ad Sānitium castra oppugnanda occurrit, quæ Gellio hostium duce cadente momento temporis sunt capta. Cæsa eo die quatuor & viginti hostium milia, octo capta. Nec Romanis ea victoria incruenta fuit septem milibus ex Deciano exercitu, mille & trecentis ex Fabiano in acie amissis. Spolia hostiū Fabius in vnū coaceruata victor Ioui ex voto concremauit. Decij corpus postridie inuentum, multis militū lachrymis honorificentissime est funeratū. Per eos dies quibus in Sentinati agro est prospere a Romanis pugnatū, Gn. Fuluius in Hetruria hostiles agros late populatus, manū cum Thuscis cōseruit, ac tria hostiū milia & amplius vna acie confecit. Samnitiū agmen castris exutum, quum in Samnium consternatū abiret, a Pelignis circūuentū, ex quinq; milibus qui pugnæ supererant mille fere me obtruncati sunt. Fabius Romā reuersus, de Gallis Samnitibus & Vmbris triumphauit. Celebrata est eo triumpho militari carmine Decij consulis mors. Militibus octogeni bini æris dati ex præda, sagaq; & tunicæ munera ea tempestate rara. L. Volumnius in Samnio hostē in Tiphernū montē cōpulsum, iniquitate loci nihil deterritus fudit fugauitq;. Rebus vtrobiq; bene gestis, in Hetruria tamē & Samnio nihilominus bellum adhuc residuum erat, nam & Thusci Perusinis autoribus rebellauerant post consulis digressum, & Samnites Vestinū & Formianū agrum prædati, oia terroris compleuerant. In eos Appius Claudius prætor cum Decimo exercitu est missus. Fabius in Hetruriam reuersus quatuor milia Perusinorum prælio occidit, cepit ad mille septingētis & quadraginta. Appius & ipse collatis cum Volūnio castris, i Samnites acie dimicauit. Atrox pugna fuit, Romanis ægre ferentibus, q; toties Samnites rebellassent, Samnitibus spe vltima vitę & fortunarum dimicantibus. Cæsa ergo Samnitium sexdecim milia & ducenti, duo milia capta, & septingenti. Fuit hic annus rebus bellicis felix, sed ciuitati pestilens, varijsq; prodigijs solicitus: nam & terram multifariā pluisse ferunt, & in Appij Claudij exercitu plericq; fulmine icti sunt. Ob quæ prodigia sunt libri Sibyllini aditi & Qu. Fabius Gurges consulis eius anni filius, aliquot matronis stupri damnatis ex multatio ære Veneris ædem ad circum maximum statuendam curauit. Habuit sequens annus consules M. Posthumium Megellum, & M. Attilium Regulū. Ambobus Samnites prouincia data, bellū anno sexto & quadragesimo iam antea inchoatum, adhuc cū his erat. Posthumius aduersa valetudine implicit⁹ Romę fuit. Attilius in Samnium profectus in ipsis finibus hostem obuiū habuit. Hic Samnites, quod vix Ro. toties victor fuisset ausus, Romana sunt castra oppugnare adorti. Tantum vltima desperatio nonnunquam audere cogit. Texerat caligo ingēs terram, vt Lucis etiam vsum adimeret, hac tempo
ris opportunitate Sānites freti, improuiso accessu, decumana porta, custodibus cæsis, in Romana castra irrumpunt, Clamore inde sublato questoriū occupant, Opimium q; questorem obtrucant. Consul subito tumultu excitus duabus cohortibus ad prætorij custodiam relictis i hostem vadit, anceps primo certamen fuit, vt in re dubia, inde militum globus consulis presentia & periculo commotus, summa ope annixus, hostem castris eiecit. Eie ro instare insidiarum metu non est ausus. CCC. hostium periere, Romanorū. CC. circiter & triginta. Tantum andacie attulit successus ille hostibus, vt pabulatione infesta coactus sit consul hostium finibus excedere. Is terror ad vrbem perlatus Posthumium alterum consulem, qui vix bene a morbo cōualuerat, in prouinciam traxit. Ibi duo consules cum duobus exercitibus hosticum ingressi, Posthumius Miloniam post acerrimum certamen expugnauit. Cæsa dicuntur ad tria hostium milia, quatuor capta & septingēti. Ad Feretinū mox itū. Hoc & alia pleraq; oppida sine certamine ex Sānitibus capta, vnde ab hoste populariter fuerat migratum. M. Attilius maius omnino negocium cū hoste habuit, & in lucernis finibus primo incerto euentu congressus, agmen adeo vulneribus affectum in castra reduxit, vt postridie quum neq; precibus, neq; minis in aciem educere posset, statuerit vel solus in prælium ire, certo moriendi consilio priusquā a Samnite toties victo se circunuallari pateretur. Enimuero hostes procul habituri, quū vna recta via esset, quę ante Romanorum oculos ducebat, aliā omnino speciē præbuerunt a fuga longe diuersam, velut ad Romanū vallū oppugnādum pergerent, non fugā meditarētur. Tribuni primo & centuriones, mox reliqua acies pudore affecta, eundē cōsulē in aciem est secuta. Sānites vbi hostē adesse vident, farcinis i mediū coniectis, sese ad pugnam expediunt. Vtrinq; acies nonnihil immota stetit, atq; anceps an pugnā capesseret. Dein prælio inito Romani in fugā vertūtur. Tum consul cum equitibus, cursu ad portas delatus, ferri aciem in fugientes vertit, equitibus vt idem faciāt edicit, alta voce milites increpans, nunc timidos, nunc ignauos vocat, aut redeundū in aciem esse proclamat, aut ante vallū pro hostibus cadendū. Miles necessitate adductus in hostē vertitur, & consul statori Ioui ædem vouet, si fuorū fuga eo die sisteretur. Conuersis signis redintegratur prælium pulsiq; retro ad impedimenta Samnites. Illic iterum hæsit pugna, vbi vero hostis Romano equite circunuētus, quū a fronte satis superq; a milite grauaretur, post cædē & stragem multam, ad deditionem se conuertit. Septem milia deditorū & septingenti sub iugū missi. Pugna ad quatuor milia absumpserat, nec incruēta obtigit ea Romanis victoria, septē milib⁹ & trecentis desideratis. Paucis inde diebus alter Samnitium exercitus præda onustus in Attilium ipsum, a Luceria redeuntem, incidit. Hic quoq; hostis subito prælio excepti⁹ præda exuitur, multisq; in medio cęsis, fœda fuga dissipatur. Tentauerāt hi Interamnam Romanam coloniam in Latina via occupare, quod incœptum quia ijs irritum fluxerat, magnam ex circuniecto agro prædam abegerant. Res Interamnatibus restitutæ. Ipsi Attilio comitiorū causa Romam venienti, ob ingentem militum iacturam, & q; captiuos hostes iniussu patrum sub iugum mississet, negatus est triumphus. Posthumius alter consul, quia in Samnio iam belli materia deerat, in Hetruriā transgressus, Volscinensem agrū primo vastauit, duobus milibus hostium cæsis, qui ad arcedam populationem occurrerant. Rosellanus inde ager vastatus, & oppidum cum magna hostium cæde expugnatū. Ob hæc & quia res



Cæsorū hostiū numerus.

Milonia capitur.

Fabij triumphus.

Attilij Serocia.

Perusino rū cædes.

Sānitiū deditio.

Prodigia

Interāna

Cōsules.

Sānitiū facinus.



Hetruscorū multis cladibus alijs super alias fuerāt accisæ, pax fuit i reliquū anni. Trib⁹ Hetruriæ vrbibus, vt tū opes erāt, validissimis, Vulsinijs, Perusia & Arretio pacem petētibus induciæ in. XL. annos datæ, multaq; quingētū milliū æris singulis ciuitatib⁹ indicta. Posthumi⁹ Sānio & Hetruria domitis, quū Romā reuersus a senatu triūphū nō ipetraret, quia in Hetruriā iniussu patrū ex Samnio Bellum transtulisset, ad Tribunos plæbis cōfugit, res inde ad populū delata, cuius suffragio inuitis patribus Posthumius celebrē triūphū egit. Claudi⁹ Quadrigari⁹ scripsit Posthumiū, post aliquot vrbes in Samnio captas, ab hoste in Apulia fusum, Lucretiaq; cōpulsum, nec vter cōsulū i Hetruria bellū gesserit apd alios satis liquet, Qui hūc annū, pxie secut⁹ est, L. Papyriū Cursorē cōsulē habuit, q ingēti plio, & quāto post Papyriū patrē fuerāt a nullo victi, Sānites strauit. Miret hic aliq⁹, nec immerito, quonam modo vna gēs toties cæsa, aut temere bellū reparare sit ausa, aut reparādo par tot cladibus esse potuerit. Quod sępius rebellarint Samnites, parti ferox ingeniū fecit, partim locorū opportunitas. Mōtana ferme est eorū regio, nec multū externis armis peruia ira adhęc, & inueteratū cū iniuria odiū, supra vires aīos exagitabat, vt quū maxime vincerentur se haud vinci putarēt: sed nihil æque in tot annos bellū traxit ac populorū multitudo, vt credere par sit, nō vno tępore ab oībus bellatū, atq; ita eueniſſe vt dū alij interim eiusdē gēris in armis essent, ad reparādā sobolem satis sit tęporis quiescētibus datum. Cōiurauerat igit per id tęp⁹, qd haud antea acciderat, omne Samnitiū nomē. Estq; sacrata lege, vt olī inter eos fœdus ictum. Ioui sacrū fuit caput eius, q ad Imperatoris edictū non extęplo affuisset, qui ve illius iniussu deseruisset signa. Ad. XL. armatorum milia hac lege velut initiata Aquiloniā cōuenerāt. Hic in medio castrorū loco lintheis & cratibus cooperto arā statuerūt, ad quā multis victimis cæsis centuriones nudis ensibus circunstabant. Huc sigil latim primores gentis admoti iurare cogebātur, q audita ibi visaq; essent nulli se enūciaturos, se deinde familiāq; suā cū tota stirpe execrari, nisi ad imperatoris edictū cōuenirēt, citiusq; in acie occūberent, q ex acie metu refugerent, aut si fugientē vidissent quęq;, nisi pro hoste habituri essent. Plericq; id sacramenti genus detrectātes ante arā ipsam cōfossi perierūt, vt corpora inter victimas proiecta cęteris terrori essent, quo minus id iusiurādū abnuere audereēt. Ouius Pacci⁹ homo magno natu sacro pfuit, q se ex veteri Samnitiū disciplina morē hūc hausisse affirmabat, tā religiose, nec aliter, a maioribus suis olim coniuratū dictitās, quū illi adimendæ Hetruscis Capuæ consiliū cepissent. Igitur primū agmen ex lectissimo quoq. XVI. milia armatorū habuit, ea legio linteata dicta est a tegumento septi, in quo fuerant sacramento admoti. His arma insignia data, & cristatæ galeæ, vt inter cæteros eminerēt. XX. milium & amplius alter exercitus nō specie corporum, aut bella gloria, sed armorum habitu linteatæ legioni dispar, atq; hoc hominum robore Samnites ad Aquiloniā confederunt. Sp. Caruilius Papyrij collega aliquanto prius in prouinciam venerat cum his legionibus, quas M. Attilius superioris anni consul in agro Interrannati reliquerat, cepitq; Amiternum oppidum de Samnitib⁹. Duo milia hic hominum cæsa, quatuor & amplius capta. Paucis inde diebus Papyrius consul cum nouo exercitu Samnitium ingressus, Duroniam expugnauit, maior hic cædes, q; ad Amiternum edita, in de consules per hostium agrum euagati, ad Cominium Caruilius consedit, Papyrius ad Aquiloniam, vbi hostes ab initio castra fecerant. Hic aliquot dies leuioribus prælijs absumpti. Postremo Papyrius extremæ dimicationi intentus, ad collegam mittit (distabāt inter se Romana castra ad. XX. milia passuum) esse sibi in animo postridiæ cum hoste confligere, daret interim operam, vt Cominium acrius aggressus hostem interim occupatum haberet, ne suis suppetias iret. Ipse prius q; signum pugnæ proponeretur, pauca pro concione militum de vano hostium apparatu locutus. Nō galeæ inquit virī fortes, nō clypei, nō linteę tunicæ, quę ab hoste ad terrorē ostēdūtur, plus in acie valēt, q; ferrum, hoc opus, quum res gerēda est, hoc aduersos cuneos rescindit, viamq; sibi ad victoriā facit. Illa quidem non tā pugne necessaria, q; gestu decora, estq; illecebra quę dā hostiū ad prędā anhelantiū. Quid si non sæpe experientia cognitū esset q; vanus sit eiusmodi rerum apparatus, ac tū maxime quum aurea argenteaq; eiusdem gentis acies a patre meo occidione occisa est? Honestiora quidē tum spolia victoribus fuere q; ijs, qui antea gestauerant, esse potuissent, & iam forsitan familiæ nostræ datum vt aduersus maximos huius gentis conatus Papyrij duces opponamur, spoliaq; a nobis referantur ad publicorum ornamentum locorum idonea. Scio ego deos fœderum vltores adesse, q; toties hostes petita fœdera fregerint, nec arbitror gentem ipsam magis vnq; infestos habuisse deos, q; hoc tempore, quo illorum aras humano sanguine fœdarunt, inuitusq; sit miles seipsum deuouere coactus, ita vt merito sint deos infestos, ciues, & hostes, eodem tempore habituri. Milites in spem bene gerendæ rei huiusmodi sermone erecti, alacri clamore pugnam deposcunt, dolentq; in posterū diem certamen differri. Nemo erat, qui non pugnę cupiditate teneretur, ita vt pullarius in auspicium a consule missus, quum pulli non pascerent mentitus solistimum consuli tripudium renunciare sit ausus. Lætus consul tanq; vera audiuisset, signū pugnæ proponit, interim transfugæ indicio ad cōsulem defertur. XX. hostium cohortes Cominium profectas, quod ne collegam lateret, misit qui cursu celerrimo id illi nunciaret inde copijs in æquū eductis, dextero cornu L. Volumnium, læuo L. Scipionem præfecit, C. Cęditium & Trebonium legatos equitum alijs pręesse iubet. Spurio Nautio edicit, vt mulos clitellis detractis, cum cohortibus alarijs, occulte mōtibus circumageret, inde medio cōgressu ex colle prius demonstrato cum strepitu & clamore nouo subsidij speciem suis exhiberet, & iam concursuræ erant vtrinq; acies, quum ad consulem defertur ortam esse inter pullarios de auspicijs cōtētionē. Ipsi inquit luāt, si quid fraudis inest, mihi solistimum tripudium nūciatū est. Hæc ille, atq; vna mandat pullarios in prima acie constituī. Mirum hic accidisse aiūt, vt priusq; pugna orta sit, pullarius ante aciem stans telo saucius conciderit. Sed qualia hæc habenda sint sæpius est a me significatū. Id vbi cōsuli renunciatū est, dij, inq;, in plio sunt. Luit mędacij pœnam noxium caput. Cui hęc dicenti coruus, vel malus dæmon potius superne occinuit, quo lætus augurio cōsul signa canere clamoremq; tolli iussit. Raro alias tam disparibus animis prelij est initū. Hinc ira, ardor, spes, militē in prelij rapit. Illinc implicitus superstitiōe miles, religionis metu a fuga prohiberur, accurrere dirus ille sacrorum apparatus, araq; fando nefandoq; san-



Induciæ. Hetruscis dantur.

Cur Sānites toties rebellarint.

Sacratū fœdus.

Legio linteata.

Cons. Amiternum.

Duronia Cominium.

Oro Papyrij ad suos.

Romana acies.

Pullarij interitus.

guine conſperſæ, ſæua execratio, ac furiale carmen fugæ obſtabat, plus ciuē q̄ hoſtem timere. Stat Romanus cōtra, attonitūq̄ metu hoſtē, atq̄ ægre pugnantē, ab vtroq̄ cornu vrget, & iam cædes ad hoſtiū ſigna peruenerat, quū procul denſus puluis ſignificauit recētes adeſſe copias. Is Nauti⁹ erat qui, vt cōſul iuſſerat, ramis arborū torrido ſolo verſis, cū ſuis de induſtria denſum puluerē excitabat. Perculit ſubitus aſpectus nō Samnitē ſolū, ſed Romanū etiā militē Papyriį conſiliį ignarū, ibi conſul alta voce collegam Cominio capto adeſſe cōclamat, irent milites atq̄ enixius conati hoſtes priuſq̄ alter exercitus adeſſet, funderent fugarentq̄, totāq̄ ſibi preſentis victoriæ laudē vindicarēt. Hæc ille equo ſedens, vnaq̄ centurionibus imperat, vt repēte paratis ordinibus, ſpatiū equitibus darent ad hoſtes inuadendos, qui ſigno accepto cum fremitu in aduerſam aciē decurrūt. Interea hinc Scipio, inde Volumnius nihilo ſecius Samnitē ſternūt. Hoſtes vndiq̄ degrauati, vi hominū deorūq̄ neglecta, ſimul iurati iniuratiq̄ fugam capeſſunt. Peditum agmen ex acie reuulſum ad Aquiloniam in caſtra fugam inclinat, equites & omnis nobilitas Bouianum, Caſtra a Volumnio extemplo capta ſunt, Scipio, qui ad Aquiloniā curſum intenderat, ſuos hortatus, ad terrā deſiluit, ſcutoq̄ ſuper caput elato, portas ſubire pergit. Secuti mox alij, factaq̄ teſtudine in vrbem Romanus irrupit. Tenuit tamen certamen cū hoſte ad noctē, cuius ſilētio oppidani & qui eo ex acie cōfugerant agmine deceſſerūt. Cęſa vno die ad Aquiloniā. XXX. hoſtiū milia. CCC. XL. Quatuor milia capta & amplius, ſigna militaria ſeptem & nonaginta. Pari euentu ab altero conſule res ad Cominium geſta, admouerat ille vrbi copias præſidijs circa portas diſpoſitis, ne qua fieri poſſet eruptio, quum nuncium accepit de XX. cohortibus, que eo venire dicebantur, tū præſenti vſus conſilio, Decium Brutum cum legione vna & XX. cohortibus alarijs venientibus mittit obuiā, mādatq̄ vt ſi inſidijs exceptum hoſtē oppri mere non poſſit, porocul ſaltē ab vrbe acri certamine diſtineat. Ipſe ſcalis haud vno loco admotis teſtudine ad portas ſuccedit, & in muris & pro portis reſtitit ab initio hoſtis, atrox pugna vtrobiq̄ fuit. Poſtremo refractis portis, muroq̄ pluribus locis ſubruto, vbi victorē intra mœnia Samnites viderunt, in forū eſt cōcurſum. Ibi paululū redintegrata pugna eſt, fuiſſetq̄ per oēm ſexū & ætatē ſine diſcrimine cædes euagata, niſi ſubito abiectis armis victi veniā imploraſſent. XL. milia. CCC. in fidē conſulis venere, ad quatuor milia cęſa. Cohortes, quæ venturæ dicebantur, in caſtra medio itinere reuocatæ neutri prælio interfuerunt. Egeruntq̄ rerū omniū incerti noctem vnam, inter Cominium & Aquiloniam. Poſtridie ſub lucē rebus per noctem vtrinq̄ exploratis, præcipiti fuga Bouianū conceſſerunt. CC. extremi agminis quod Romani equites carpebāt, amiſſis. Aquilonia & Cominiū vrbes direptæ vno die deflagrarunt. Mutua inde congratulatione cōſules caſtra iunxerunt, atq̄ vtercq̄ ſuos vt erant cuiuſq̄ merita, Corniculis, Armillis, Aureiſq̄ coronis donauit. Mox vbi per literas Romā ſignificarunt q̄ feliciter reſpu. in Samnio adminiſtrata eſſet, diuerſi cum ſuo exercitu, Papyrius ad Sepinum oppugnandum, Caruilius Volanam abierūt, Romæ quatriduū ob res feliciter in Samnio geſtas ſupplicatum. Caruili⁹ paucis diebus, Volanā, Palumbinum, Herculaneum de Samnitibus cepit, atq̄ ad Herculaneum bis pugnatum, cæſaq̄ ad. X. milia hoſtium. Eranteq̄ res Samnitium per hęc quā tum nullo antea tempore acciſæ, quum Conſules iuſſi ſunt inter ſe Hetruriam prouinciam ſortiri, iā enim Hetruſci Phaliſcis in ſocietatem belli aſciſcis defecerant. Caruilio Hetruria euenit. Ad Sepinum durius certamen cum hoſte fuit, cæterum vrbe bellicis operibus & virtute militum capta, iræ Papyrius indulgens, crudeliter victoriam exercuit: ad VII. milia cæſa & quadringentos, capta plus min⁹ tria milia. Et iam omnia erant niuibus operta, quū Papyrius exercitum Romam reduxit, magno omnium ordinum conſenſu triumphus illi decret⁹ eſt, prælata ante currum præter hoſtium ſpolia æris vicies centum milia, auri tria & triginta milia, atq̄ omnia in ærarium, non ſine militum indignatione, q̄ præda fraudarentur, illata. Conſul ædem Quirini dedicauit. Eam ipſe an pater vouerit parum conſtat, templum ipſum forum cæteraq̄ vrbis loca ſacra & prophana exornauit ex hoſtium ſpolijs, quorum tanta fuit copia, vt colonis ſociiſq̄ finitimis, in hunc vſum, ex vrbe tranſmiſſa ſint. Ab triumpho in Veſtinum agrum qui Samnitibus erat infeſtus, hibernatum duxit. Caruilius interea Troilum oppidum in Hetruria vi cepit, fuerit ne id oppidum quod alij Troſulum dixere: vnde & Ro. equites, quia loco ſine vlla peditum opera ceperint, fuerunt Troſuli appellati, haud facile dixerim. Expugnauit inde Caruilius caſtella quedam munitiſſima. Phaliſcis pacem perentibus in biennium inducias dedit, pactus centum milia grauis æris, & vt eius anni ſtipendium exercitui penderent, ipſe quoq̄ triumphans in vrbem ingreſſus. CCC. nonaginta milia grauis æris præſe tulit, militibus centenos binos aſſes ex præda diuiſit, duplū centurionibus & equitibus, cæteram pecuniam ad ædem fortis fortunæ locandam ſepoſuit. Aedes hæc iuxta veterē illam a Seruio Tullio erectam conſtituta eſt. Luſtrum hoc anno cōditum P. Cornelio Aruina & C. Martio Rutilio cenſoribus. Suntq̄ capita ciuium cenſa. CC. LII. milia. CCC. XXI. fuit cenſus ille ſextus & vigeſimus a primis cenſoribus. Eodem anno, ob res feliciter foris geſtas, populus coronatus Romanos ludos ſpectauit, palmæq̄ victoribus datę. Creati inde conſules Fabius Gurges Fabij maximi filius, & Iunius Brutus cognomento Scæua. His conſulibus ne non ſemper cauſa eſſet aliqua, quæ ciuitatem recēti aliqua imbueret ſuperſtitione, quum forte annus ille peſtilens eſſet, ex Sibyllinis libris de more additis, relatum eſt Aeſculapium in eius mali remedium ex Epidauro Romam accerſendū. Verum conſulibus bello occupatis, quia eo anno nemo eſt in Greciam miſſus, ſupplicatio in diem vnum illi decreta eſt. Adhuc res populi Romani, ea ſerie, qua Liuius per reges primo, mox per annuos magiſtratus explicaui mus, iam hinc alius ſeruandus ordo, quando neq̄ illius monumēta, neq̄ alterius extent, quæ velut faſtos eius gentis nobis ſuggerant, q̄ in tanta rerum explicandarum multitudine, ſatis habiturum lectorem exiſtimo, ſi ſeruato temporum ordine, per quos res geſtę ſint non ignorabitur, quod in externarum etiam gentium rebus referendis eſt a me ab initio operis ſeruatum. Nunc ne nimium in noſtris immoremur, Macedonum geſta ſequēs habebit relatio. Nam dum hæc quæ diximus, a Romanis in Samnites & Hetruſcos geruntur, res eius gentis nihilo minore motu q̄ antea concuſſę ſunt. Prolemæus, Caſſander & alij diuerſæ factionis, quibus Antigoni opes merito ſuſpectæ erant (creuerant enim omnino magis q̄ vt ſinguli æmulari

Sānitiū ſtupor.

Papyrij ſtratagema.

Hoſtium cædes.

Comiſ niū capiſ tur

Aquilo nia.

Ingēs ex Sānitib⁹ præda.

Aedes Quirini.

Troilū capitur.

Troſulū.

Aedes fortis for tunæ.

Cēſus vr banus.

Cōſules.



æmulari poſſent) bellū ſummo ſtudio in vnū cōparāt. Cæterū quia Caſſander in Europa aduerſus finitimos in armis erat, Lyſimachū cū ingētib⁹ copijs ad Prolemæū & alios ſocios miſit. Erat Lyſimachus Macedo, claris ort⁹ natalibus, ſed militari gloria & laude ingenij clarior adeo philoſophię ſtudijs ab initio capt⁹, vt Calliſthenem, quē ob cōiurationis ſuſpitionē Alexāder occidit, auribus naſo labijs crudeliter trūcis, cauea cū cane icluſum, audire pſeuerarit, eiq̄ remediū malorū venenū miſcuiſſe ſit credit⁹, tuliſſetq̄ id ille a rege ſupbiſſimo haud quaq̄ impune, niſi maior fuiſſet virt⁹ q̄ ſuppliciū. Leoni, vt quidā ſcribūt, Alexādri iuſſu obiect⁹ manū manipulo inuolutā in fauces irrūctis beluę iniecit, linguāq̄ forte adeptus nō prius ab ea cōuellenda deſtitit, q̄ rege, & qui cū eo aderant ſtupentibus, belluā exanimē ad terrā deiecit. Fuit id cōſtātiæ exēplū illi, apud Alexandrū ſaluti, quippe qui iuuenē data venia inter familiarios recepit. Nec ille, ppter ea minore fuit fide in regem, vtpote qui Alexādrū poſtea ſolus per vaſtas arenarū moles fideliter fuerit comitatus, quū inſectādorū hoſtiū ſtudio dux ferociſſimus procul a ſuis deerraſſet. Qua ſane expeditione rex equo deſiliēs Lyſimachi frontē imprudēs conſauciauit, ibi quū ſanguinis fluuius aliter ſiſti nō poſſet, diademate e capite ſublato vulnus obligauit, q̄ res auſpiciū illi fecit regiæ in poſterū dignitatis. Alexandro vita defuncto, prouincia omniū aſperrima illi ceſſit, Thracia cū tota pontici maris ora, tātum virtute cæteros duces anteire eſt credit⁹.

Lyſimachi ſtudium.

Lyſimachi pugna cum leone.

Diadematis vſus.

Acceſſit & Seleucus nouus hoſtis Antigono: fuit Seleucus Antiochi filius, qui vn⁹ fuit ex claris Alexandri ducibus. Is vxorem Loadicē habuit, quę ea nocte qua Seleucū cōcepit, per quietem ſibi viſa eſt cum Apolline cōcūbere a quo annulum anchoræ figura inſculptū in fidei argumētum accepiſſet, eūq̄ in lecto repertū, diligenterq̄ aſſeruatū, Laodice Seleuco de ſua origine edocto in Aſiam cū Alexandro eunti dedit. Adhęritur fabulæ Seleucū & ab eo procreatos femur natiua anchora inſignitū habuiſſe, ſed de his apud lectorem fides erit, illud ſatis cōſtat, regnū in Aſia adeptū, quatuor clariſſimas ibi dem vrbes cōdidiſſe. Seleuciam a ſuo nomine iuxta Tygrim. CCC. ſtadiorum circuitu, & a patris Antiochi nomine Antiochiam apud Daphnen. In Pieria Laodiceam & Apameam. hanc ab vxoris nomine, illam a matre nuncupatam. Principio caſtrorum tribunus ab Arideo & alijs creatus, poſt regis in Macedoniam digreſſum Babylonem occupauit. Bactrianos vicit, & Indorū gentes, quæ poſt regis interitum præfectis ſubita defectione cæſis a Macedonibus defecerant, in quibus ad imperium reuocandis, magnum illi negocium fuit, cum Sandrocho, qui iuſſus olim ab Alexandro ob noxam quādam occidi, fuga ad Indos ſibi ſalutem queſiuerat. Ferunt fatigatione corporis, quum forte medio fugæ tempore in nemore quodam ſopore preſſus iacuiſſet, leonem enormi magnitudine ad eum acceſſiſſe, qui ſudorem corpore manantem placide lampſerit, atq̄ ſomno excitatum beluæ immanitate exterritum placide reliquerit. Hoc quoq̄ prodigio ad ſpem regni impulſus, poſt Alexandri in teritum Indis vt rebellarent perſuaſit, icæſiſq̄ Macedonibus regnum occupare eſt auſus. Seleucus rebus cum Sādrocho compoſitis, ad ſociale bellum rediit. Ego cauſam belli a Seleuco in Antigonum ſuſcepti fuiſſe arbitror, q̄ eo Indicis rebus occupato Demetrius Antigoni filius Meſopotamiam ingreſſus, dimidium Babylonis occupauit, ex altera parte vrbis Seleuci præſidio expulſo, verū quia tota vrbe potiri non cōtigit, ratus haud diutius in ea commorandū in qua incolumis eſſe non poterat prædabundus iter ad mare cōuertit, quo tumultuoſo nuncio Seleucus excitus, rebus Indiæ ad tempus conſtitutis, hoſtis Antigono, ob eam iniuriam, ſit in Meſopotamiā reuerſus. Inuidia, quæ cæca eſt, vt dicitur, Antigonum adegit, hoſtilia in Seleucū moliri, quem ſua opera in principatu conſtituti ægre ferebat tam late ſibi regnum ad orientem propagare, vt & Indos quoq̄ imperio ſubigeret. Cæterum vt aliquo maiore negocio ex tam ſpecioſæ victoriæ curſu excuteret, filiū ad Babyloně occupādā cū exercitu miſit. Demetri⁹ Meſopotamia relicta quū Alicarnāſum a Ptolemæo obſideri acciſſet, iter ad mare cōuertit, vrbemq̄ opportuno accurſu obſidione liberauit. Rebus inde proſpere fluentibus, non ſuo magis q̄ patris conſilio in Græciam, Caſſandri imperio ſubiectam, tranſmiſit, vt eam in libertatem reſtitueret. Tenuit ab initio anceps conſultatio, vnde potiſſimum id bellū inchoari oporteret. Cenſebant quidam primum omnium Athenas velut vnicum Græciæ lumen, Caſſandro adimendas, præſidium q̄ ipſi vrbi imponendū. Negauit id ſe facturū Demetrius, beneuolentiā dictitans optimū eſſe regni fundamentū, firmūq̄ pſidiū. Ducēris igitur & quinquaginta nauib⁹ exercitu in Greciā deportato, cōſeſtim eſt magn⁹ aliorū motus ſubſecut⁹, ſub ipſius in Atticā appulſum. Adminiſtrabat iam decim annū rē Atheniēſem Demetri⁹, Phalere⁹, Caſſandri p miſſu homo in peripatetica diſci plina clar⁹. Nulla vnq̄ ciuitas maiores cuiq̄ honores tribuit, trecētæ æneæ ſtatuæ atq̄ earū equeſtres plurimæ ab Athenienſibus illi erectæ dicūtur: Id gratiæ an fortunę ſit datū haud facile dixerim. Satis conſtat ciuitatem ab eo vectigalibus & ædificijs magnifice & vtiliter auctam. Is portu Demetriana claſſe occupato; quia Athenienſes aperte ad defectionem ſpectabant, cum hoſte egit, vt liceret ſibi Thebas cum amicis & domeſticis proficiſci. Id nō ſolum non eſta Demetrio illi negatum, ſed data etiam ab eo opera, vt incolumis cū quibus vellet in tuto ſtatueretur, poſt cuius digreſſum Athenienſes omnes eius ſtatuas euerterūt præter vnam, quæ in arce fuit, quæ ſubita animorum mutatio arguit, q̄ incerta ſit popularis aura, quæ per æqua & iniqua ab ijs, qui ad rempu. accedunt, incerto captatur euentu. Ipſe de ſtatuarum euerſione factus certior, dixiſſe fertur. At illi virtutem euertere non potuerunt. Poſt Caſſandri interitum, qui haud multum deinceps ſecut⁹ eſt: Demetrius in Aegyptum nauigauit, ibiq̄ apud Ptolemęum Sorerem diu uerſatus, aſpidis morſu ictus obdormiſcenti ſimilis obijt. Media in eo dicendi figura, philoſophiæ ſcilicet & oratoriæ particeps. Primus Atticam eloquentiam inclinaſſe creditur. Ioſephus apud Philadelphum, non Sorerem Ptolemæū honorifice verſatum ſcribit, cuius rex opera, in bibliotheca Alexandri conſtituenda ſit precipue vſus. Demetrius Antigoni copiarum parte Athenis relicta (nam Munichia adhuc Caſſandri præſidio tenebatur) Megaras conceſſit. Huc illi affertur Crateſipolim quæ ab Alexandro fuerat Polyperconti data, fœminam Perſici generis, eleganti forma, cuius pere ſecum congredi. Intemperans iuuenis, & in libidines pronus, relicto ad obſidionem exercitu, cum expeditiſſima manu ad Crateſipolim, quæ Patris erat, ire pergit. Vbi ad conſtituturn locum venit, parum abfuit, quin tabernaculo paululum a ſuorum conſpectu auerſo, vt commodius mulieris acceſſum cælaret, hoſtibus in eam occaſionē erectis,

Sādrochi caſus.

Demetri⁹ dimidium Babylonis occupat.

Demetrius Populi Atheniēſes cōſtātia.

Demetrij verba in Atheniēſes.

Demetrius pene periclitatur.

ctis, sit turpiter cũ ea oppressus. Fuga tamẽ ad suos incolumis euasi. Eius tabernaculo cum omni supellectile hostes potiti sunt. Nec ita multo post cẽ ille Megaras rediit, in vrbem receptus quũ multa passim a militibus diriperentur, Athenienſibus pro finitima ciuitate precantibus, libertatem Megarenſibus restituit. Interea ad se Stilponem vocari iussit, de quo magna quidem apud Megarenses & cæteros Græcos in studijs sapientiæ erat opinio.

Demetrij & Stilponis congressus.

Demetrius illum comiter affatus, perhumane rogat, an ei milites aliquid ademissent, nihil inquit Stilpo, scientiam enim adimere non potuerunt: Cętera nõ mea sunt sed fortunæ. Captus Demetrius tẽ pestiuo hominis sermone, ex hoste eius est auditor factus. Postremo Demetrius Megaris profecturus, quum seruitia Megarenſibus abstulisset, ad Stilponem conuersus dixit. Liberam vobis Stilpo ciuitatem relinquo. Sic Demetri est inquit ille, nullũ in ea seruum reliquisti. Demetrius Athenas reuersus, hostium præsidio ex Munichia pulso, arcem diruit. Athenienſibus libertatem cum patrijs legibus restituit, quintodecimo anno postẽ a Macedonib⁹ fuerant oppressi. Athenienses genus hominũ in assentationẽ propẽsum publice decernũt, vt Demetri⁹ & Antigonus regũ reges appellarentur, vocarẽturq; Dij seruatores, esserẽq; in vrbe seruatorũ sacerdos. Ara ibi erecta est vbi Demetrius primum e curru descendit, vt idẽ & pater Antigonus in peplo vna cum Ioue & Pallade intexerentur, vt duę tribus veteribus adderentur, Demetrias, & Antigonia. Stratocles adulationum inter suos populatores inuestigator maximus, decretum tulit, vt legati, qui ad eos mitterentur, vt illi qui ad Olympia sacra & Pythia publice accedebant, sacri haberentur. Sed quãtum Stratocles in adulatione impudens tantum Philippides, veteris comœdiæ scriptor ab eo vitio diuersus, qui huiusmodi leuitatis exprobrandæ occasionem nactus, quum multis cladibus post id decretum, cœli iniuria Athenæ Affectæ essent, illud in comœdia posuit: Per quem cõbussit pruina vites: Per quem scissum est in medio peplum, diuinos honores mortalibus tribuentem. Hic idem aliquãdo a Lysimacho rege inuitatus vt diceret, si quid vellet a se impetratũ, vnũ, respõdit, vt ne qd tuorũ archanorũ mihi credas. Fuerũt qui adhuc aliquanto impudentius censerent, vt quoties Demetrius Athenas veniret, in Cereris & Bacchi hospitio exciperetur, alij vt scutum illi Delphis cõsecraretur, vnde publice caperatur oraculum. Quibus adulationibus corruptus iuuenilis animus, facile in omne scelus ac flagitium abijt: duxit inde vxorẽ Athenis Euridicen ex nobili Milciadis familia. Duxit & alias alibi, & in his Philam Antipatri filiam, per quam est illi postea Macedonum fauor cõciliatus. Ad huius nuptias, quum vix compelli posset, quia in multũ iam ætatis prouecta esset mulier, ab Antigono patre est admonitus, nubendum esse supra naturam, vbi lucrum ostenderetur. Duabus igitur ille vxoribus vno tempore dedit⁹, scortorumq; cœtibus immersus, adeo in omnes voluptates præceps abijt, vt omnium opinione incontinentissimus ducum eius ætatis haberetur. Interea Antigoni literis fit certior. Ptolemæum Cypro insulæ imminere. Obtinebat & Cleonides Ptolemæi præfectus Corinthũ & Sicyonẽ, quæ postea Demetrias dicta est. Tenuit Demetrius Cleonidem pecunia corrũpere, quod vbi efficere nõ potuit, vrgentibus de Cypro nuncijs, cum classe in Ptolemæũ mouit, grauiter dolens, q⁹ a liberandæ Græciæ proposito auertertetur. Eunti Menelaus Ptolemæi frater fact⁹ est obuius, quem Demetrius primo cõgressu fudit fugauitq;. Maiore deinde prælio Ptolemęũ vicit, habebat is. CL. nauiũ classem, habebat & terrestrẽ exercitum accuratissime instructum. Fremere Ptolemæus minaciterq; hosti denunciare: vt Cypro faceſſeret, nec vellet vltima experiri: contra Demetrius poscere, vt Corintho & Sicyone præsidia abduceret, tenuitq; altercatio illa plures dies, erantq; omniũ gentiũ animi in vnius pugnę euẽtũ erecti, nulli dubiũ erat quin vter ea acie vicisset, idem ex Alexandri successoribus maximus futur⁹ esset. Habebat igitur id certamẽ non solum ipsos exercituũ imperatores anixos, decq; belli exitu vehemẽter solicitos, sed alios quoq; summos duces, qui erant iã pridẽ in partibus. Ad postremum quum nihil conuenire potuisset, haud procul Salamine præliũ cõmisere. Teucer Thelamonis filius, patria profugus id oppidũ cõdidisse fert. Misit Ptolemæus nũcium ad Menelaũ fratrẽ, vt intẽtus expectaret certamẽ. Id vbi cõtractum sensisset, ex Salamine cum sexaginta nauibus erũperet, hostemq; plio intẽtum a tergo inuaderet. Nec Demetriũ latuit hostis consilium, misitq; .x. naues quę fauces, quibus eruptio faciẽda erat, occuparent: ipse terrestribus copijs in littore collocatis, primo pene concursu hostilem classem auertit. Cæterum terrore semel incusso naues sua sponte turbatas toto mari dissipat, alias capit, alias fluctibus mergit, sexaginta numero naues captæ, cæteræ cũ suis turmis passim alto sunt mari depress̨ præter octo, quæ Ptolemæum fugientem secutę sunt. Demetrius victor, omni regio comitatu, cum ingenti pecunia, bellico apparatu est potitus, & in his Lamia fœmina ea tempestate quum forma, tũ lemęum tibiarũ cantu longe celeberrima. Menelaus & ipse vincit. non multo post, cum ipsa vrbe, & nauibus quas habebat victori est dedit⁹, & cum his equites mille & ducenti, peditum duodcim milia. Victoris pietas & insignis liberalitas, victoriam per se nobilẽ, multo nobiliorem reddidit, cæsorum hostiũ coporibus sepulturæ deditis captiuos restituit sine pẽcio, armorum quoq; vim ingentem dono misit Atheniẽsibus. Præclaræ huius victorię nũci⁹ adeo Antigonũ, & qui circa illum forte erant, lętitia extulit, vt & is confestim rex sita suis consalutatus, ipse mox per literas filium regẽ appellauerit, quod exemplum secuti qui in Aegypto erant Ptolemæũ regem salutare cœperũt. Ac tũ demũ cæteri duces, ęmulatiõe accẽsi, se reges nominare sunt ausi, quũ ad id tẽpus tã superba appellatiõe pertinaciter abstinuissent. Abierũt deinceps illi, humanę sortis obliti, in oẽm vitæ turpitudinem, scænicos artifices imitati, qui cum veste vocem mutant & incessum, & quod subditis gẽtib⁹ calamitosi⁹ fuit, eorũ vita & mores in peius mutati sunt. Sed vt est rerum humanarum vicissitudo quædam qua alternante nihil homini fuit vnq; in vita diuturnum, haud multo post Salaminiã victoriã, quum Demetri⁹ ad hostiũ terrorẽ circũageret classem, subita tẽpestate iactatus præcipuã nauiũ partem naufragio amisit, & Antigonus qui secus mare florentissimũ ductabat exercitum, quum in multas difficultates incidisset, copijs oĩbus pene deletis, sese domũ victo similis recepit. Erat ille octogenarius, ac super ætatem iam decrepitam graui mole corporis premebat, vt parũ iam bellicæ esset rei idoneus. Demetrius & ipse suę naturæ nihil oblitus, ab armis ad ocium reuersus, neq; modum neq; modestiam in perfruendis voluptatibus postea adhibuit. Fuit ille eiusmodi ingenio, vt cum pax esset omnibus voluptatibus, addictus viueret, quũ rursus ad arma respexisset, oĩb⁹ vi

tæ illecebris procul abiectis, vitã & mores tẽpori accommodaret. Idq; in causa fuit, vt æquiore aio Antigonus illiuslibidines, & intempestiuas potationes ferret. Perstringebat tamen nõnũq; vrbana cauillatione vtrumq; in filio vitiũ, a quo arctiore osculo exceptus: Lamiam (inquit) credo osculari voluisti. Erat fama illum Lamiæ congressu & consuetudine cupidius teneri. Questus præterea iuuenis, q⁹ molesto rheumate vexaretur, vide ne Thasium sit inquit, aut Lesbium potius. Ex vtraq; em insula optimũ illia duehebatur vinum. Sed quẽadmodũ Scythæ, quũ in multum temulẽtię prouecti sunt, arcuũ chordas pulsare cõsueuerunt, vt per eã agitationem animum ad pristinam cõtinentiã reuocent, ita Demetrius laborẽ & mollitiem, medio quodã negocio iungere solitus dicitur, quippe qui sequestra quadam, inter arma & voluptatem, industria vsus, naues & bellicas machinas ingenioſe fabricaretur, non ad sordida & puerilia, vt plerique regum, opera animum intendens, sed ad rei bellicæ vsum maxime necessaria. Ac multo melius hęc ille, q⁹ Europus Macedoniæ rex abacos & lucernas fabricare solitus, aut Attalus post ipsum Demetrium, qui cicutam & aconitum, aliasq; pernicioſas hærbas plantare in hortis solebat fructumq; percipere. Tolerabilius illud Parthorum, regum, & minus a regio proposito abhorrens, qui ia cula & cuspides conficiebant. Audio Maomethũ Othomanum Turcorũ imperatorẽ qui nostra memoria Grecorũ imperiũ euertit, quũ sol⁹ esset ligulas & cochlearia celare solitum, aut imagines deliniare, vt ocium quoquo modo in negocium verteret. Cæterũ Demetrius multo maiora secutus, quin decim remẽ nauim contexuit, & alterã vno ordine adhuc maiorem. Plinius triginta remẽ prodidit. In gentem præterea machinã, qua aduersus Rhodios est vsus qui Ptolemæi partes fuerant secuti. Machina, ab euentu, vrbium expugnatrix est dicta, & ipse per hæc quæ flebant Poliporthos est dictus, id est vrbium populator. Petiti, itaq; bello ab eo Rhodij, post Cypriã victoriam, quibus quũ minus hostiliter cẽ assolet assideret Demetri⁹, forte ita accidit, vt literæ & quędã ad rabernaculũ instruendum necessaria, a Phila ipsius coniuge missa, ab hoste intercepta sint quæ quũ Rhodij nõ solũ nõ restituissent, sed ad Ptolemæum in Aegyptum trasmittenda, in hostis inuidiam, curassent, Rhodios infestius adortus, haud tulit eorum exẽplũ imitari. Captã Lalysi imaginẽ, quã Protogenes Caunius septẽ annorum spatio pinxerat, precãtibus ne eã corrũperent, incolumem seruauit. Sunt qui scribant eum ab ipsa murorũ parte, qua forte tabula fuit dedicata, omnẽ, belicã iniuriam abstinuisse. Tenuit inde plures dies obsidio, sed quum multus ibi labor incassum esset exhaustus, optaretq; longioris moræ impatiens alicũde dari sibi occasionem obsidionis honesti⁹ soluendæ, Athenienſium legati ad eum venerũt, nunciantes Athenas iampridẽ a Cassandro oppugnari. Rogare itaq; atq; obtestari ne vrbem a se liberatẽ assertam rursus in seruitutem labi pateretur, fore, nisi ẽ primũ auxilio adesset, vt paulo post audiret, Cassandri armis inuitos Athenienses cessisse. Demetrius præsenti occasione lætus, cõfestim ex Rhodo cum CCCXXX. nauium classe, in Atticam transmisit, Cassandrumq; ex Athenienſium ceruicibus repulsum, ad Thermopylas vsq; est persecut⁹, quo progressus Heracleam vltro deditam suis opibus adiunxit. Mox Athenas reuersus, multo ipudẽtius solito, in Atticas matronas & adolescentes in genuos inexpletam libidinem exercuit. Memoriæ prodítum est, Dimoclẽ puerũ pstanti forma, ne in balneis ab eo infanda paterẽ in seruẽtis aquæ lacũ desiliſſe, atq; ita repente extinctum. Athenienses tamen ob recẽs beneficiũ, adeo illi indulserũt, vt decretũ tulerint, quicquid Demetrius vellet, id ipsum apud superos sanctum, & inter hoĩes iusti habereť. Incessebatur interim Stratocles vt delirus, qui talis fuisset decreti autor, quapropter Spartanus quidã dixisse fertur, Delirus esset Stratocles nisi sic deliraret. Demetrius Argentis profectus, totam fere Peloponnesum, eiectis inde Ptolemæi & Cassandri præsidijs, in libertatem restituit, quo tempore vxorem duxit Deidamiam Pyrrhi sororem, Aeaci regis Molossorum filiam. Sycionem postremo profectus, Sycionijs autor extitit, vrbis haud pcul ab ea, quã habebant, condendæ, quo contigit, vt Demetrias sit iam inde pro Sicyone nũcupata. His gestis in Isthmico Græciæ cõuẽtu obtinuit, vt quẽadmodũ olim Philippus, inde Alexander, totius sit Græciæ dux declaratus. Ipse Athenas reuersus, quum mysteria sibi patefieri vellet, quia non nisi Nouembri & Iunio mensibus ostẽdi solerent: Stratoclis inuẽto decretum, vt Ianuarius, qui tũc erat, Nouẽber diceretur: Atq; ita nomẽ secuti ad minora Demetrius mysteria est admissus: verũ quum & maiora videre veller, pari assentatione eundem mensem in Iunium vertere, cuius cerimoniæ illæ erãt. Per hæc Demetrius Athenis & in cętera Græcia iperio abusus, cõperit a Seleuco & cæteris regibus in se & patrẽ coniuratũ, habereq; hostes ad bellũ quęstra draginta peditũ milia, decem equitum elephantos quadringentos, centũ viginti falcatos currus. Qua belli magnitudine motus, confestim ex Græcia, cũ Pyrrho Deidamiæ coniugis fratre, adhuc adolescẽte, in Asiam ad Antigonũ transijt. Nec ille interea in ocio fuerat, quippe qui pari equitum numero peditum aliquanto etiam maiore, florentissimũ cõegerat exercitum. Aderãt insuper elephanti qnq; & LXX. Collatis itaq; in vnũ castris, certamen ingẽs de summa rei instabat. Fertur Antigon⁹ quasi psagiret infelicẽ pugnę euẽtũ turbatiore vultu, cẽ vllo vnq; bello, a suis visus, filiumq; pro concione miserum sibi successorẽ constituisse. Inde, remotis arbitris, longissimum cũ eo sermonẽ pter cõsuetudinẽ habuisse. Clades quę postea accepta est, quũ seni ipsi, tum Demetrio per quietem, tristiq; augurio est aliquãto prius repręsentata. Hic sibi per quietẽ visus est Alexandrum audire, qui diceret se ad hostem transire, & Antigonus, quum structa acie ex tabernaculo exirer, offenso pede in faciem procubuit, in pedes inde erectus, supinis ad cœlum manibus a dijs precatus dicitur, vt aut sibi victoriam daret, aut honestam mortem, a turpi fuga suam laudem incolumem seruarent. Hæc affatus aciem ingreditur. Fuit pugna vtrinq; acerrima, vtpote inter exercitus & duces, qui non tam æmulatione laudis, cẽ odijs inter se certarent. Plutarchus ad Hipsęũ amnem pugnatum scribit, vbi omnes terrarum reges vno tempore conflixerunt. Prælio omni parte accenso, Demetrius in Antiochum Seleuci filium cum globo lectorum equitum impetum dedit, quem fusum ac fugatum dum vincendi cupiditate longius insequitur, victoriã semi partam perdidit. Peditum agmen equitum præsidio nudatum continuo ab hoste circunsistitur. Attulit improuisa res Antigonianis terrorem maximum, vbi Demetrij præsidio spoliatã aciem vndiq; grauari senserunt, magna itaq; pars ne in medio cæderetur, subita defectione ad hostem transijt. Qui in officio adhuc erant, suorum proditione perculsi,

Sycia postea Demetrias dicta.

Ostentum.

Demetrij domestica opera. Europi & Attali opera.

Othomani studia.

Polipor-thos.

Protogenis tabula.

Libido efrenata.

Demetrij vertibilinio, vt cum pax esset omnibus voluptatibus, addictus viueret, quũ rursus ad arma respexisset, oĩb⁹ vitas.

Rerũ vicissitudo.

Regis denoiatio.

Prodigia.

Preces Antigoni.

Græciæ dux Demetrius.

Apparatus belli cus.

Antigoni interitus.

perculsi, in fugã vertuntur. Tũ vis hostiũ ingẽs, ve lut procella quędã in Antigonũ ferebatur, ipse ad monitus vt fuga sibi salutẽ peteret, Demetriũ auxi lio affuturũ respõdit, conabaturq; illũ ad se clamo re reuocare, quũ ab hoste circunuẽtus, multisq; vul neribus confossus concidit. Demetri⁹ vbi res perdi tas vidit, cũ quinq; peditũ milib⁹, & quatuor equi tum, fuga dilapsus Ephesum venit, vbi veritus ne milites inopia & desperatione adacti Ephesiæ Dia næ thesauros diriperent, ne sacrilegij autor crederẽ tur, copijs, quas circa se habuit, in naues impositis Athenas velut ad vnicũ malorũ refugiũ, cursum intẽdit. Cæterũ quũ Cycladas legeret, Athenienſ. le gati obuiã facti sunt, publice rogãtes, ne Athenas annauigaret, decretum tulisse ciuitatẽ, vt in liberã vrbẽ nullo modo acciperet, qui nuper eiectus esset regno. Dolor & ira ingens subijt Demetrij animũ. Cæterũ quia præsentẽ vlcisci iniuriã, neq; tẽpus, ne q; vires patiebant, humane de Athenienſibus locu tus, petijt vt naues, quas in Pyreo reliquerat, sibi re stituerent, quib⁹ benigne acceptis, & cum his Dei damia, omniq; regia supellectile, in Isthmũ trãsijt. Hic quũ cerneret res suas indies deteriores fieri nã multi Græcię populi ad hostes defecerant, Pyrrho Aeaci filio ad vrbes in fide cõtinendas relicto, cum ea classe quam habuit, in Cherſonesum nauigauit,

Demetrius.

vt Lysimachi regnum hostiliter inuaderet. Rebus illic prospere succẽdentibus, exercitum & classem

Lysimachum infestat.

mirifice auxit. Ferebant æquo animo cæteri reges res Lysimachi a Demetrio infestari, quia post Anti goni mortem, quum ipsius inter se regnum diuisis sent, multa Lysimachus in singulos superbe & cõ tumelioſe fecerat. Nec ita multo post quum Deme trius filiam Stratonicen Seleuco perenti matrimo nio locasset, ipse Deidamia morbo defuncta, Pto lemęi filiam sibi matrimonio deuinxit. Hic quum a Seleuco genero, qui ab indico mari in Syriam vſq; sibi regnum propagauerat Tyrum & Sydonem dono impetrare nequiuisset, ea spe prẽter opinionẽ destitutus, Athenarum consilio recuperandarum, in Græciam nauigauit. Constans fama erat Lacha rem in magna Athenienſium seditione tyranni dem occupasse, sed cursu fœda tempestate excus sus, viris & nauibus maiore parte amissis, Pelopõ nesum tenuit, vbi in Messenia oppugnatione cata pulta percussus pene extinctus est. Aliquot inde vrbibus in fidem receptis, Athenas terra maricp in festans, breui ad tantam rei inopiam redegit, vt tri cenis drachmis veniret modius frumenti. Plutar chus ait memoriæ proditum, filium in ea egestate aduersus patrem, ob murem, qui forte e tecto exa nimis conciderat, ferro dimicasse, & Epicureę sectę quidam, fabis æqua portione distributis, liberos ea temporum iniquitate aluisse. Athenienſes fame

Athenſ. fames.

domiti, & Lachares occulte ex vrbe discesserat, De metrium præmissis qui ab eo ciuium salutem de precarentur in vrbem accepere. Ille, vt magno erat animo, non solum receptis dedit veniam, sed obtri xe etiam curauit, vt dira illa fames commeatibus vndiq; inuectis, confestim tolleretur. Athenis præ fidio firmatis, Archidamum Spartanorum regem ad Mantineam ingenti prælio vicit, mox Laconi cos fines hostiliter ingressus, altera Spartanos fu dit pugna, parumq; abfuit quin vrbem ad id tem pus indomitam, armis subegerit. Sed in nullo vn q; regũ fortuna volubilius suas vices exercuit, vt merito illud Aeschyli sæpius ex ore eius sit auditũ. Tu me fortuna extulisti, atq; eadẽ deponis. Erãt res Demetrij in Peloponeſo satis prosperæ quũ nũcia tũ illi est vrbes, quas in Asia habebat, a Lysimacho oppugnari, & Cyprum in Ptolemæi potestatẽ cõ cessuram, nisi matri & liberis, in Salamine Cypria obsessis, illico subueniret: His Demetrius nuncijs turbatus Lacedæmonem obsidione soluit, cui ira æstuanti prosperior fortuna manu vna ignẽ, vt di citur, altera aquam gestans, nouam bene gerendæ rei occasionem ludibũda obtulit. Cassandro extin cto qui annos duodeuiginti Macedonũ regnũ ha buerat, Philippus filius, qui regnũ ab eo per man⁹ acceperat, breui post illũ obijt cuius decessu Anti pater & Alex. & ipsi ex Cassandro gẽiti, de regno in ter se disceptare cœperant, in qua altercatiõe Anti pater Thessalonicam matrem, cp in diuisione regni in Alexandrum propensior videretur, occidit, fra trem cp regno eiectum armis persequebatur. Alexã der Pyrrhum regem, qui iam adultus in suum redie rat regnum ex Epyro ad se vocauit, & Demetrium

Macedonici regni mor⁹

ex Peloponneſo, nec Pyrrhus multo post affuit, q opera Alexãdro, in recuperando regno optime na uata, magnam ab eo Macedoniæ partem obtinuit. Demetrius & ipse breui in Macedoniam venit, pri mocp congressu satis hospitaliter est ab Alexan dro acceptus, mox vbi insidias sibi ab adolescente parari comperit indicio, eum conuiuio egressum militibus obtruncandum obiecit. Inde causa cędis pro concione exposita, magno omniũ consensu, rex saluratus est. Profuit haud mediocriter Deme trio Philæ connubium, ad Macedonum fauorem

Demetrij successus

& studium conciliãdũ. Eratq; per hæc ille in ingen ti fama & celebritate, cp ad Græcię opes, Macedonię regnum adiecisset, non poterat tamen de matre & liberis non esse solicitus, qui iam pridem a Prole mæo in Cypro oppugnarentur, hærebatq; hæc illi cura, quũ insperato nũcio affertur, liberos, & matrẽ a Ptolemæo obsidione leuatos, atq; ab eo honorifi ce dimissos, & filiam Stratonicem, soluto Seleuci cõnubio, Antiocho eius filio nupsisse, reginãq; ab ijs qui incolunt superiora Asię, appellatam. Ferunt Anthiochum adolescentem adhuc, Stratonices nouercæ forma captum, dum illicito amori pudo re & metu repugnat, pene ad interitum perductũ. Occultam langoris causam Herasistratus medicus haud vulgari solertia deprehendit, adolescẽti ęgro to assidens magnum in eo animi motum & pallo rem fieri occulta indagine rimatus, quoties ad eum Stratonices ingrederetur. Tum ille Seleucum affa tus, & vires inquit nobis desunt rex, & ingeniũ in tuo filio curando, incurabilis illum amor ad inte ritum perducit. Seleucus eam desperationem mira tus, quænam tanta intẽperies hæc est ait, cui nullũ possit remedium adhiberi? Coniugem inquit ille meam deperit. Tum Seleucus Herasistratum cõple xus, lachrymis & rogat & obtestatur, vt vsuaria cõ iuge sibi filium seruet, non sic inquit Herasistratus sentias, si tuam ille Stratonicem amet. Vtinam rex ait, dij aut homines eam mihi facultatem darent, vt præsenti periculo huiusmodi queam remedio oc currere, sane omnia quæ mihi charissima sunt, pro filij salute libenter, profuderim. Hic Herasistratus haud vltra cunctatus apprehẽsa regis dextera, si ta li rex ait es in filium animo, qualem prædicas, no stra amplius opera nihil indiges, non meã, vt scias, sed tuam ille ardet Stratonicem. Turbauit Seleucũ rei nouitas, mox vbi per ociũ cætera cognouit, in dulgentissim⁹ pater vxorem quam vnice amabat, suo matrimonio abductam filio collocauit. Et Se leucus rex nouo pietati exemplo, ita amãti filio in dulsit. Demetrius interea Macedoniam cum Thes salia adeptus, Bœotios subegit. Interim certior fa ctus Lysimachũ a Dromychere rege captum, Thra

Antiochi amores.

Herasistrati prudentia.

Seleuci ĩ filium in dulgẽtia.



ciam inuasit, quam Bœotij occasionem nacti iterũ rebellarunt. Etenim haud multo antea, quũ a Cleo nymo Spartiate præsidio accepto defecissent, ar mis victi, pecunia fuerant a Demetrio multati. Re cens Bœotiorum defectio Demetriũ a Thraciæ re bus auersum in Bœotiam reuocauit, quo quũ veni

Antigonus Demetrij filius.

set offẽdit bellũ magna ex parte Antigoni filij vir tute profligatum, eoque successu æque ac debuit Demetrius lætatus, Thebas obsidione cinxit. qui bus expugnandis quum totus immineret, per lite ras & nuncios fit certior Thessaliam a Pyrrho po pulari, ibi filio ad obsidionem relicto, ipse cũ ma iore copiarũ parte ad populationem arcendam oc currit. Pyrrhus Demetrij aduentu non expectato, totam regionem ad Thermopylas vſq; depręda tus, Thessaliæ finibus excessit. Thebas Demetrius reuersus, quum longum videretur expectare ma chinam illam memorabilem, quam ipse fabrefece

Machinę moles.

rat. Fuit enim tantæ molis, vt vix duo stadia binis esset mensibus traducta, hostibus assidua oppugna tione fatigatis, vi vrbem irrupit, vbi paucorum cæ de contentus, qui noui motus autores fuerant, cæte ris veniam dedit. Thebisq; in hunc modũ potitus, Aetolis Demetrius bellum intulit, quorũ agrum hostiliter peruagatus, parte copiarum ad eam gen tem infestandam cum Pantacho relicta, ipse cũ cę tero exercitu ad Pyrrhi iniuriã vlcisceñdã, ꝓficiscit.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER VIII.

Causæ belli inter Demetriũ & Pyrrhũ.

ELLVM quod iter Pyrrhũ est & Demetriũ gestũ, nõ vna ex causa ortum videri potest. Deidamia Pyrrhi sorore, quæ demetrio nupserat, fatali mor te sublata cõfestim regni ęmu latio amborũ animos ad certa mẽ accendit, mutuæ deinceps querelæ, & excursiones ex Thessalia factæ interces serunt, sed nihil æque reges ipsos in tam infestum traxit certamen, ac Macedoniæ communis posses sio. Nulla regnorum potestas cõsortij patiens fuit vnquã. Tenebat Pyrrhus Nympheã vrbem, & ma ritimã Macedonię oram, quã mercedis nomine ab Alexandro Cassandri filio ipsius opera in regnum restituto acceperat. Demetrius qui Alexandrum su stulit multo maiorem regni partẽ occupauerat, & qđ adhuc magis Pyrrhum offenderat regis erat no mẽ Demetrius inter Macedonas adeptus. His sti mulis reges accensi, vterq; alteri infestus, odiũ sua sponte glisscns mutuis ad id tps offensis alebant. Postremo Dem. Pantacho vt dixi in Aetolia reli cto, in Pyrrhũ cũ maiore pte exercit⁹ mouerat, nec ille audito hostiũ accessu metu desedit, sed magno aio venientibus ꝓcessit obuiã. Cęterũ ambo inuicẽ aberrãtes (casu an volũtate incertũ habeo) ácie di micare nõ potuerũt. Demetrius Epirũ ingressus o mnẽ regionẽ prædа & populatione pculit. Pyrrh⁹ meliore fortuna vsus, dũ ꝓculi hostẽ q̃drato agmi ne ire pergit, in Pantachum incidit, a quo ad singu lare certamẽ ꝓuocat⁹, vno vulnere accepto, duob⁹ illatis hostẽ moribundũ ad terrã deiecit. Plantachi exercitus amisso duce cõfestim in fugã vertit. Cõci liauit Pyrrho pugna illa nõ mediocre apud Mace donas nomẽ, vulgo p̃dicare Pyrrhũ vnũ regũ oim

Pyrrhi virtus.

Pãtachi cædes.

peritia armorũ inuictoq; aio Alexãdri memoriã re nouare, cæteris regibus fastu & superbia inflatis, id vnũ cordi esse, vt luxu & põpa cæteros principes anteirent, eratq; Demetrius huic infamiæ ꝓximus, q nõ tm Diadematis vsum receperat, vestesq; pur pura & auro intextas, sed calceos etiã gestabat aura tos. Difficiles prẽterea ad eum aditus superbissima

Demetrij cultꝰ. Demetrij superbia.

responsa nõ mediocriter ab illo pp̃os; studia alie nabãt. Biennio cũ Athenienſiũ legati secuti fuerãt nec demũ admissos domũ dimisit, quũ Athenien ses ex oĩbus Græcis vni apud Demetriũ gratia pol lere crederẽt, & ex Lacedęmone quũ vnus ad se le gatus veniſſet, iracunde ꝯſisse dicit, an ad Deme triũ vnicus missus esset, cui Laconice ille vnus in quit rex ad vnũ. Sed in eo Macedones plurimũ of fendit, facta oĩbus peredi potestate qđ quisq; ad se impetrarum vellet: quũ ad eã spem magnus ſuppli cantiũ factus esset cõcursus, implesseteq; sinũ libel lis singulorũ desideria significãtibus, vbi ad Axij fluminis pontẽ venit, quicqđ libellorũ fuit patefa cto sinu in profluentẽ deiecit. Affecit ea cõtumelia mirũ in modũ populorũ animos, & in primis Ma cedonũ. Nemo erat cui nõ persuasum esset, se non cõtẽptui solũ, sed ludibrio quoq; supbissimo regi esse. Postremo suppliciter anus quædã vt se audiret precata, neganti sibi audiendi ociũ esse, ergo quid inquit regnas? Quæ vox adeo regis aĩm pstrinxit, vt multo faciliorẽ iã inde se adire volẽtibus p̃bue rit, remisitq; multũ ex solita illa vultus & verborũ cõtumacia. Sed nihil est tam ꝓpriũ regi cp iustitia, quã Pindar⁹ oĩm legẽ appellauit. Est em rex vrbiũ rector & custos, a qua virtute tm illius natura ab horruit, vt expugnator vrbiũ nõ moderator info lenti appellatione dici maluerit. Et Demetrius in suos talis fuit, quo contigit, vt cum Pellæ morbo grauiter decubuisset Pyrrhus totã fere Macedoniã nullo obuiã prodeũte populatione fœdauerit, nec vindex vllus prius extitit, cp rex leuatus sit morbo. Ipse quũ iã maiora aĩo agitaret, etem paterni regni recuperandi cupido animũ incesserat, ne Macedo niæ res sibi impedimẽto essent, primũ oĩm cũ Pyr rho bellũ dissoluit, mira inde celeritate ad centũ mi lia peditũ, & decẽ equitũ ad bellũ cõparauit, mox qngentarũ nauiũ classe instructa, in qua sexdecim remes etiã fuere, in Asiã transmissur⁹, inexpectata bellorũ mole prius cp moueret pene obruptus est. Seleuc⁹, Lysimach⁹, & Ptolemæus huiusmodi bel li appatu cõmoti, fœdere, ꝓfestim inter se icto, sum ma ope quisq; p se terra maricp arma mouerãt. Pir rhũ quoq; legatiõe ad id missa vt Macedoniã inua deret ppulerũt, denũciantes, Demetriũ tã diu cũ eo pacẽ habiturũ, donec Asiatico esset bello defunct⁹, fore inde, vt ipsius regnũ totis viribus conareẽ euer tere, nec q̃ dicebanẽ Pyrrho aliquo mõ vana existi mari. Hinc itaq; ille, inde Lysimachus Macedoniã vno tẽpore inuadunt, classis quoq; ab Prolæmeo missa, orã Græcię subito adorta, metu oĩa & trepida tione cõpleuit. Demetrius filio ad Græciæ præsidiũ relicto ipse in Lysimachũ mouerat. Nõdũ ad hostẽ ventũ erat quũ ei tumultuose nunciat, Beriã Mace doniæ vrbẽ a Pyrrho captã, oẽmq; regionẽ illi ꝓxi mã populationib⁹, & incendijs vastari. Turbarũt hi nũcij vehemẽter Demetrij aĩm, sed multo magis Macedonũ defectio, q militiã primo detrectare cœ perũt, quos vt in officio retineret, in Pyrrhũ ꝓnũ ciauit se iturũ, ne Macedonia vastaret. Hic ille fuit ꝓtextus, sed re a Lysimacho cp longissimi abesse cu piebat, ad quẽ vt populare sui Macedones trãsitio nes parare dicebanẽ. Ratus igit haud tã ꝓpensos in Pyrrhum fore, ab Lysimacho auersus ire cœperat,

Macedonũ leuitas.

quũ ex Beria quidam Demetrij castra ingressi, Pyrrhũ summis laudibus extollendo, eo homines sui generis perpulerunt, vt continuo in apertam defectionem eruperit. Demetrius factus certior de ijs q̃ parabant, haud acerbiorẽ motum expectãdũ ratus regijs insignibus depositis, pulla chlamyde amictus paucisq; comitatus in Cassandrã vrbem profugit, vbi Phila eius vxor doloris impatiens, venenosibi mortẽ consciuit. Pyrrhus haud multo post quã Demetrius e medio excesserat exercitũ sine dubiam occupat. cẽ adortus, cæteros primo clamore dissipauit, a Macedonibus benigne accept⁹, castris & imperio vna potitus est. Regnum inde quod septẽ annos sub Demetrio fuerat, cum Lysimacho partitus, regis nomen apud Macedonas obtinuit. Demetrius quũ Thebas venisset, illud Euripidis in eum protulit quidã forma diuina in mortalẽ formam versa ad Dirceos fontes & Ismenum venit. Ipse collectis nauibus ex fœda maris iactatione, qua per idẽ tempus pene tota est classe spoliatus, reliquiasq; amissi exercitus complexus, Athenas quæ cum fortuna fidem mutauerant, non nihil obsidione fatigauit dum Crateris philosophi impulsu, soluta obsidione vndecim ferme milia hominum sub signis habens in Asiam transmisit: vt Cariam & Lydiam a Lysimachi dominatu auerteret. Hunc transmisso exercitu Ptolemai dem duxit vxorem. Sardibus inde & aliꝭ vrbibus in Lydia occupatis aliquãto maiores sibi copias comparauit. Hinc Agathoclis Lysimachi filij interuẽtu in Phrygiam diuertit, ratus fore, vt si Armenia occuparet, facile & Mediç fat⁹ turbaretur. Ducere ille interea per aperta loca, sæpiusq; cum Agathocle congressus, qui vestigio hærebat, omnibus fere pl̃is victor, vrgebat nihilominus cõmeatus & pabuli inopia, vtpote per loca parum sibi pacata agens exercitum, inopinata deinde clades accessit in superando Lyco amne, cuius vado magna pars exercitus decepta, vi fluminis est consumpta. Hoc itaq; casu famæ ad hæc, & pestilẽtia octo circiter hoim milibus amissis, in Ciliciam cursum deflexit, vbi a Tharso diripiẽda suorũ vim abstinuit, ne Seleucũ offenderet, mox ipsius terræ angustijs ab Agathocle infestis ægrea Seleuco impetrauit, cuius Cilicia erat, vt cum exercitu illic hyemare liceret. Nec Seleucus in ea voluntate diu mãsit multis suspitionibus a procleo & aliꝭ familiaribus imbutus, velut parũ prudenter ab eo fieret, q̃ bellicosissimi ducis exercitũ, in vsceribꝰ sui regni aleret. Quæ verba, quũ apud illũ fidẽ fecissent, cũ valido exercitu confestim in Ciliciã venit. Ibi Demetrius, quũ a Seleuco nihil precibus impetraret, essetq; velut siluestris fera indagine vndiq; ferro & laqueis circumuentus, lenitate in rabiem versa, aliquot Ciliciæ oppida, subita vi diripuit, mox acie decertare ausus, Seleuci curribus euersis, cæteroq; exercitu in fugam verso egregiæ vicit, victorq; angustias sibi Cilicias patefecit, pulsis vndiq; Seleuci præsidijs, veneratq; per hæc in spem melioris fortunæ, quum in aduersam valetudinẽ incidit, qua diutius conflictatus magnã amisit exercitus partẽ multis ad hostem transeuntibus: aliꝭ alio, vt suus quẽq; impetus tulit, dilapsis, quorũ pars magna locorũ inscitia aberrantes variꝭ casibus periere. Quũ igitur a morbo conualuisset, cum ijs qui in officio adhuc erant, Cilicia haud modica sui parte populata in hostiũ conspectũ venit. Amano deinde superato, ad Cyrrhestẽ vsq; regionẽ prædabundus venit. Hic Seleucũ sibi imminentẽ noctu est superare adortus, qđ consiliũ quũ parũ processisset, quin pl̃io cõmisso victu acie decessisset, cito gradu ad Amanicas pylas reuersus est, in profundas inde syluas cum ijs quos forte circa se habuit sese immersit. Caunũ vbi paratã se classem habiturũ arbitrabat, per deuia loca penetrare est conatus, sed terrarũ angustijs vndiq; insessis, & ex tenui comitatu pluribus in orã dilabẽtibus, amicorũ hortatu missit q̃ Seleucò vitã suã, & afflictas opes dederent. Fertur Seleucus regium illi tabernaculũ parari iussisse, omnia venienti exhibiturus, quæ illius fortuna incolumi hospiti nõ captiuo præstari potuissent. Multi quoq; rati futurũ, vt breui Demetrius apud Seleucũ gratia & auctoritate floreret, officij causa illi obuiã processere. Nouis interim suspitionibus Seleucus a suis mutatus, priusquã Demetrius ad se veniret, Pausaniã cũ mille equitibus obuiã misit, qui eũ in potestatẽ redactũ in Syriæ Chersonnesum perduceret, hicq; loco angustijs finibus circunscripto diligenter custodiret. Vnde ille, etsi regali apparatu, multaq; custodũ comitate Seleuci iussu habebat, Antigonũ rẽ filiũ misit qui illũ monerent, vt se pro defuncto haberet. Nec suis literis signoveullam amplius habere fidẽ. Ingemuit Antigonus ad tã tristẽ nunciũ, literasq; circa reges misit, quibus salutẽ patris oĩb⁹ pientissime cõmendauit, Seleuco se ipsum & fortunas, quæcunq; reliquæ erant, obsides detulit, vt patrem liberaret. Perseueraui ille nihilo secius in Demetrio custodiendo, qui cũ ab initio & venari solitus esset & frequenter equitare, multoq; labore corpus exercere, mox velut p̃sentis vitæ tædio captus, in multã sese immersit crapulam, atq; ita triennio postquam a Seleuco relegatus est naturæ cõcessit, annos iam quatuor & sexaginta natus. Nec hostis mediocriter est eius morte affectus, se ipsum incusans, q̃ in virum gestarũ rerũ gloria excellentẽ, aritaq; sibi affinitate deiunctũ, adeo iplacabilis fuisset, nec Drimocheris quidẽ Thracis & barbari hoĩs exemplo motus, qui Lysimachũ hostẽ captũ spõte dimisisset. Antigonus vbi patrẽ vita defunctũ accepit, in Syriam nauigare constituit, vt inde paternos cineres in suum rogũ deportaret: cũ valida ergo classe in altum euectus circa insulas occurrerũt q̃ defuncti reliquias, Seleuci iussu, in Græciã deuehebant. Venerabundus ille auratã vrnã cõplexus, qua ossa inclusa erant, in summa puppi regię nauis collocauit, diademate & regia purpura instratã, validi iuuenes hastilia habẽtes vrnã circũstabãt. Adrat & Xenophantes inclytus ea tẽpestate modulator. Is eximia concẽtus suauitate sacrũ canebat carmẽ, ad cuiꝰ numeros remiges nõ sine harmonia q̃dã, remorũ pulsu verberabãt fluctus. Vrna Demetriadẽ delata est, quã a Demetrio ipso nominatã, populi ex paruis circa oppidis profecti tenuerunt. Habuit Demetrius ex Phila Antigonũ & Stratonicẽ, Alexãder ex Deidamia est illi natus, q̃ in Aegypto plurimum vixit. Genuit & Demetrios duos, vnũ ex Illyride fœmina, ex Ptolemaide alterũ, qui in Cyrene postea regnauit. Ex Antigono q̃ singulari fuit pietate in patrẽ, & cui Gonato cognomen fuit, iunior Demetrius ortus, qui Macedoniæ rex fuit. Huic Antigonus cognomento Doso successit, ab eo q̃ oĩa poscẽtib⁹ polliceret, id cognomẽ adeptus, Dosoni Philippus, Philippo Perseus, quo a Romanis victo Macedonia ex regno prouincia facta est. Nec inter Pyrrhũ & Lysimachũ, vt ad Macedoniã reuertar, diu post Demetriũ eiectũ fida pax fuit, quippe qui si nõ aperto bello, insidijs tñ inter se certabãt, inducturũ & belli nominibus vt nũdinis, nõ ad iustitiã sed ad cõmoditatẽ vtentes. Verũ tã diu aperto bello abstinuerũt, quoad Demetrius steterit, quẽ Macedonia eiectũ, quũ in Græcia velut ex naufragio

Capitur Demetrius.

Soluitur Demetrij exercitus.

Pyrrhus Macedo.

Demetrij errores.

Demetrij interitus.

Xenophantes modulator.



ex naufragio quodã vires colligeret, Pyrrhus præmere non destitit, Athenienses etiã aduersus illum auxilio profectus, quo tempore in arcẽ ab Athenienses inductus, quum palladi rem diuinã fecisset, digrediens loco ad eos qui officij causa circunstabant, conuersus, gratum sibi fuisse testatus est, q̃ tantũ sibi amica ciuitas credidisset, vt se in arcem deduxerit, verũ vt amicũ monere se eos, parum ipsorum libertati expediturum, si temere cuiuis regum eum amplius locũ patefecissent. Thessaliam deinceps ille, Demetrio in Asiam profecto, occupauit, quod demum profligato Lysimachus Macedonici sanguinis, & qui vnus erat ex Alexandri successoribus, iniquo animo ferens, peregrinũ hominem Macedonibus imperare, Pyrrho bellũ intulit, quem ad Esam prælio superatũ studijs hominum ab eo alienatis facile regno expulit. Pyrrhus Macedonia eodem exemplo amissa, quo adeptus fuerat, quum in Epirum sese recepisset, essetq; vt Achiles, a quo prognatus erat, ocij & quietis impatiens, peropportune a Tarentinis in Italiam aduersus Romanos est accersitus. Sed de Italica expeditione aliquanto postea instituetur sermo. Lysimachus & ipse magis belli quã pacis studijs dedit⁹ Pyrrho Macedonia eiecto, Thraces primo, mox Heracleã bello petijt. Fuit Heraclea in Ponticis marís ora, quam Bœotij pestilentia laborãtes, Delphi co moniti oraculo condiderunt, iussi in Põtum colloniam Herculi sacrã mittere. Heraclienses breui sibi magnas opes parauere, & cum finitimis grauia gesserunt bella, & domestica etiã seditione sæpius agitati, ab Athenienses quandoq; armis petiti q̃ post Medicum bellum tributum pendere recusassent, in quo illud memorabile accidit: Malachus atticæ classis Dux ad id bellũ profectus, quũ in terram egressus agrum populat, classe subita tempestate disiecta, in hostico viribus & consilio destitutus, ad extremam rerum inopiam redactus, casurus haud dubie erat. Heraclienses beneficij occasionẽ honestiorem rati quam vltionis, totũ exercitũ cũ ipso duce, commeatibus & auxilijs adiutum incolumẽ misere, satis se bello adeptos arbitrati, si qui hostes venerant hospites suis finibus excederent. Procedente deinde tempore ciuitas, domestica seditione agitata, in tyrãnidem incidit. Clearchus pluribus senatorij ordinis vi oppressis, aliꝭ in exilium actis, præter cætera scelera indigna & nefaria in ciues edita, inter sectorum coniuges inuitas suis matrimonio satellitibus collocauit, quarũ plurimæ violentum connubium in viros vltæ, vltro sibi mortem consciuerunt. Postremo Chion & Leonides afflictum suorum ciuiũ statum miserati, in tyranni exitium conspirant. Fuerant ambo Platonis discipuli. Quinquaginta igit̃ cognatorũ in insidijs locant, quos sui consilij, participes fecerant, ipsi mutuo se iurgio lacessentes in arcem contendunt, qui ad regem iure familiaritatis amissi, dum prius dicẽtem attente Clearchus audit, ab altero qui in eam intentus erat occasionem, ferro opprimitur. Spiculatores, & qui custodiendi regis causa circunstabãt, continuo percussores inuadunt, armisq; prius obruunt, quam a coniuratorum manu subueniri potuerit. Perijt Clearchus, sed sæuus dominatus abolieri non potuit. Satyrus tyranni frater principatũ velut per man⁹ acceptum inde tenuit, multaq; deinceps successione fuit Heraclia tyrannorũ regia. Illa vero tempestate qua Lysimachus intulit Heraclienses bellum, in Helespont & Chersonnesi regionibus terra adeo horrende mota est, vt Lysimachia vrbs altero & vigesimo anno ab eo quo condita fuerat, magna ex parte conciderit. Fuitq; prodigiũ illud Lysimacho, & eius stirpi post paulo interiturę, ac malorum omnium quæ deinceps secuta sunt. Enuero Agathocles regis filius, haud longo interiecto tempore, ab Arsione nouerca veneno sublatus est. Erat hæc Ptolemæo Lagi filio genita, fuit q̃ hæc illi prima mali labes, pendentis q̃ ruinæ initium. Secutæ inde principũ cædes supplicia luentium, q̃ Agathoclis interitum liberius questi essent. Mox qui exercitibus præerant, ad Seleuchum defecerunt, quorum impulsu Lysimacho bellum intulit, idq; vltimum certamen fuit successorum Alexandri, & velut ad fortunæ exemplum soribus hi duo reseruati annos quatuor &. LXX. Lysimachus natus, Seleuchus tribus adhuc annis maior. Etsi in ea ætate iuuenilis ambobus animus, & inexpleta regnandi cupiditas, qui quũ orbẽ terrarum ambo tenerent, angustijs se terrarum inclusos arbitrarentur, vitæ finem non annorũ spatio, sed imperij finibus metientes. Lysimachus. XL. liberis alijs alio casu eo bello amissis, postremus ipse domesticæ cladi cumulus accessit. Lætus ea victoria Seleuchus, q̃ vnus ex omni cohorte Alexandri, & velut victorũ victor superfuit, diuinũ id opus pdicabat, gloriariq; vbiq; suæ interea sortis ignar⁹, q̃ppe qui septimo victoriæ mense a Ptolemæo magni Ptolemei filio Arsinoes fratre insidijs exceptus perijt regnumq; Macedoniæ qđ Lysimacho ademerat cum vita perdidit. Ptolemæus per hæc regnũ adeptus cum Ptolemæo fratre a quo fuerat Aegypto pulsus per literas de concordia egit, pollicitus nihil se a fratre præter amicitiam quæsiturum eo contentus regno quod paterno hosti ademisset, adhibere præterea omnem diligentiam, vt Antigonũ Demetrij filium sibi conciliaret, sororis nuptias ambire, puerorum quos illa ex Lysimacho pcreauerat adoptionem pollicitus. Erantq; res Macedonũ in hoc statu, quum Romani Fabio Gurgite Fabij maximi filio, & Iunio Bruto cognomento Scæua consulibus, quorum nomina alio sunt loco relata, adhuc cum Samnitibus bellabant, cum quibus Fabij ductũ intra eorum fines infeliciter est dimicatum, triaque hominum milia vno prælio amissa, ad quam infamiam abolendam: quum in senatu forte mentio mota esset de imperio consuli abrogãdo, filij ignominiam Fabius parer in curia de precatus, se legatum illi in castra iturum professus est. Profectus inde in prouinciam, perculsum recenti clade exercitum adeo præsentia & consilio iuuit vt non solum hostem prælio vicerit, sed triumphantem etiam consulem Romam sit secutus, C. Pontio Samnitium duce ante currum acto, securiq; percusso. Laborauerat iam biennio ciuitas pestilentia: tum vero quum præsenti clade se non aliter defuncturam arbitraretur, Sibyllini carminis oraculum aliquanto antea vulgatum secuta legatos in Peloponnesum misit, qui ex Epidauro Aesculapium accerserent. Legati vbi eo venerunt, secundum publica postulata facile ab Epidaurijs optatum numen impetrarunt. Distabat Aesculapij templum quinq; milibus passuũ ab vrbe, huc legati comiter ad ducti iubentur inde sumere quicquid suæ ciuitati salubre arbitrarentur, quam hospitalem Epidaurienses ius indulgentiam, loci genius, nisi malus ille Dæmon potius fuit, voluntario visus est probare obsequio. Erat is anguis, quẽ Epidaurij raro, sed nunquam sine publica felicitate a se visum prædicabant: mitibus itaq; oculis per celeberrimas vrbis partes cunctis religione attonitis, leui tractu clarioris velut sedis non obscuram

Pyrrhi verba ad Athenienses.

Heraclienses.

Heraclienses magnanimitas.

Clearchi exitus.

Terræ motus.

Cõsules.

C. Põtius captus & cæsus.

Pietas Fabij in filium.

Aesculapij templum.

Serpens Aesculapius

præ se ferens alacritatē, ad Romanā triremem perrexit: Ibi nautis inusitato spectaculo pauentibus, placido illapsu eo cōscēdit, vbi Q. Ogulinj vnius legatorum erat tabernaculū, ibiq; in multiplicē cō uolutus orbem velut sopore pressus quieuit. Legati optatæ rei cōpotes cultu anguis a peritis diligenter excepto, læti ex Epidauro in altū abierunt. Pro spera inde nauigatione vsi, vbi Antiū appulerūt, Anguis qui vbiq; in nauigio manserat, in terram
Aesculapij tēplū. prolapsus myrtum multiplici spira insedit, q̄ in vestibulo erat Aesculapij, triduoq; Antiatis tēpli hospitio vsus, mox sese Romanis aduehēdū restituit. Postremo nauj Romā Tyberino anni subuecta in insulā, q̄ medio flumine hodie est, vbi illi est post ea templum constitutū, sua sponte transnauit. Insulæ huius primordiū æqualem Romanæ libertati habuit ortum. Tempestas illa ciuitati aduersa sub præstigiosi anguis aduentū cerant iam vtiq; ea Romani defuncturi) paulatim remisit fuitq; diro cultui iam antea recepto, res hæc nō parua accessio, L. Posthumij dānatio. Posthumius vir consularis hoc anno dānatus est, q̄ quum exercitui prę esset militum opera in suo agro colendo fuerat vsus, & cum Samnitibus iam bello fessis quarto est fœdus renouatum, de his victis & Marsis, qui & ipsi rebellauerant, bis eodem magistratu Curius triumphauit. Eutropius autor est, in tantum res Samniticas huius, & P. Cornelij Rufini consulatu accisas, ita vrbes excidio deletas, vt procedente tempore cœptum sit Samnium in Samnio requiri. Tunc (vt arbitror) memorabile illud exemplum continentiæ in Curio extitit, cui Curius. Samnites magnam vim auri occulte misisse dicuntur, rogasseq; vt mitius Samnium vexaret, quibus ita sit ab eo occursum, Malle se aurum habentibus imperare, quam aurum possidere. Redita tamē victis pax est anno vndequinquagesimo, ex quo cū ea gente cœptum fuerat bellari. Lustrum hoc anno
Lustrū. conditum, censaq; sunt. CCLXXII. milia ciuium.
Secessio plebis. Grauis inde seditio ciuitatem inuasit ob es alienū, varijsq; certaminibus plebs agitata in Ianiculum secessit: Q. Hortensius dictator eam reduxit, mox pacato ciuitatis statu, contra Volsinienses & Lucanos est bellatum. Quorum ductu aut euentu non reperio. Galli quod liquido traditur, decimo post anno quam in Sentinati agro victi fuerant, Aretiū in Hetruria tumultuose oppugnare adorti Romanos sociæ ciuitati opem laturos in eius vrbis conspectu prælio vicerūt. Fuitq; victis eo funestior pugna, q̄ L. Cæcilius prętor eo certamine occubuit. Mannius Curius inde in prouinciam profectus, legatos in Galliam misit, qui captiuos redimerent. Hos contra ius gentium Ro. nominis odio Galli interfecerunt. Quod hostium scelus vlturus Rom. Po. nouum statim exercitum misit in prouinciam. Occursum est ab hoste Romanis legionibus, priusq; quā Gallię essent fines ingresse. Hic atrox pugna cōmissa est, Gallicę fœda sunt occidione occisi. Qui prælio superfuerunt ex ea terra quam diu possederant, tum demum sunt Romanis armis eiecti. Tū
Sena. quoq; Sena vrbs Gallica, quæ ad Adriam iacet, facta est vt Polybi⁹ ait, Romanorum colonia. Liui⁹ aliquanto prius id factum arbitrari videtur, quo anno & Adriam coloni missi sunt. Boij Galli ægre passi Senonas conatos suis finibus pelli consternati, arma capiunt, Hetruscosq; sibi belli socios asciscunt. Fuit pugna quæ ab his cum Romano exercitu postea pugnata est, nihilo ipsi genti felicior, Hetruscorū cornu fœdissima cæde disiecto, ipsi quoq; maiore ex parte Romanis armis obruti, pauciss. imi ex acie profugerunt. Ea clade magis irritati hostes quā facti, sequenti anno iuuentute ad bellū instructa iterū cum Romanis confligunt, quo prelio sunt pene ad internicionē cæsi, eorū rebus magis q̄ vllo vnquā certamine accisis, fœdere cū Romanis icto, quinq; &. XL. annos quieuere. Fuitq; hic annus, tertius post traiectionē Pyrrhi in Italiam, cuius belli causa a Tarentinis orta est, qui Romanā classem ex occasione adorti eius prefecto cū plerisq; classiariorū cæso hostiliter diripuere. Legatos ad res de more repetendas ex vrbe missos, scelus scelere addere ausi, cōtra ius gentiū violarūt. Bello pinde a Romanis petiti cū impares viribus Romanis essent, nec ob insitam superbiā bellū solui vellent, Pyrrhū in Italiā accersendū decernūt. Reclamabāt maiores natu in hanc sententiā, vt ciuitati pernicio sam, sed qui bellū malebant quia multo in suffragijs potentiores essent, strepitu & clamore bonos audiri non permisere. Meton quidam eo die, quo de Pyrrho accersendo ferendū erat decretum, coronatus cum lampade præcinente tibicine, se frequē concilio intulit. Hic plausu & hilaritate a sedenti bus exceptus, vbi ludibundus & quasi aliquid canturus astitit, factūq; esset vndiq; silentiū. Recte facitis inquit viri Tarentini q̄ iocari & ludere volentibus, veniā datis. Nunc si sapitis vos quoq; hac lu dendi libertate fruemini, priusq; Pyrrhus adsit, tū vero nō nostro sed ipsius erit arbitrio viuēdū. Turbauit ea vox pplm casuræ libertatis admonitū, & iam multi sua sponte Pyrrhi nomen abhorrere: autores tū belli veriti ne cōposita cū Romāis pace ad supplicij dederent, increpita multitudie q̄ temulē tū in re seria audiret hoiem, Metonē pcilio ejciūt, eiectoq; cōsestim vtrin sua sniam decretū fieret, obtinuerūt. Missi deinceps in Epirū ad regē legati cū donis qui dicerēt se, nō tā multitudine q̄ prudenti & strenuo duce indigere, affatim armorum Tarentini & socijs esse, ad. CCC. & amplius milia peditū viginti equitum sub signis habituros, solius ducis operam ad res gerendas requiri, cætera Tarentinos ad bellum necessaria daturos. Extulerunt legatorū verba non regē solū, sed totā etiam Epirū in quæstuosæ & inclytæ spem militiæ. Erat apud Pyrrhū Cyneas Thessalus ingenio ea tēpestate & eloquen tia clarus, vtpote qui Demostheni diutissime operam dedisset. Is sæpe a Pyrrho missus ad ciuitatum studia sibi conciliand a, quum mira felicitate versaret populorum animos fertur Pyrrhus in eum dicere solitus illud Eurípidis. Omnia conficit oratio, vel quæ hostile etiam ferrum nequeat. Hic vbi regem ad eam expeditionē summa ope se parare vidit, ab eo familiariter quæsiuisse dicitur. Rogo inquit rex, si dij annuerint vt Romanos bello superes quid his victis postea agemus? cætera Italia subigenda nobis est, inquit Pyrrhus. Italia vero domita, quid? ille ait. Sicilia Pyrrhus respondit meis opibus adijciam. Quid Sicilia victa? Aphrica & cæteras terras nr̄æ ditioni subigā. Tū Cyneas, qd quū rotū orbē viceris? Tū ridens Pyrrhus ociū inquit agemus, ꝓpetuaq; lætitia epulis mutuoq; sermone perfruemur. Tū ille. Quid attinet per labores & pericula ea quærere, quorū facultas abunde parata est, modo frui velimus? Turbauit magis his verbis regem Cyneas, quā a proposito auertit. Sed vteq; parum honesta intulit, & rex, qui ocium nō beneficentiam, & cultum iustitiæ victoriæ fructum credidit: & Cyneas, qui regem in ocio retinere satius duxit, quam ab iniuria mortalibus inferenda auertere. Paucis igitur diebus interiectis Pyrrhus Cyneam Tarentum misit cum tribus milibus peditum. Ipse ratibus & nauigijs omnis ariam ex Tarēto, vt





Aduent⁹ Pyrrhi ī Italiam. Plutarchus scribit, missis (Trogus ab Antigono Demetrij filio naues ad Exercitum deportandū tiras autor est) cum tribus equitum milibus, & viginti peditum, funditoribus & sagittarijs quingentis, elephantibus q̄ vigenis, haud multo post Cyneam est secutus. Tenebatq; rex iam mediū Ioniū, quum subita tempestate disiecta est classis, nauium aliæ in Lybicum pelagus, in Italiæ oram aliæ cursum tenuere, regia naui ad Messapiorū littus deiecta, Pyrrhus cū periculo noctu in terrā adnatauit, nec ita multo post Cyneas, cū sua legione ad eum venit, a quo Tarentū est perductus. Trogus quod ad beluarum numerū attinet (nam hac parte viriū bis Romani victi sunt) quinquaginta ait Elephantos Pyrrho in Italiam transmissuro Ptolemæum Macedoniæ regem obtulisse in biennij vsum, ac supra id auxilij gen⁹, quatuor equitū milia, & quinq; peditum ab eo data. Tanta tum Pyrrhi inter reges aut gratia aut autoritas fuit, vt quū Europę & Asię regibus parum conueniret, ipse tanquā magnum momētum futurum vtri partium accessisset, æque sit ab oibus adiut⁹. Nec in Aeacidarū gente vllus maiore fuit celebritate, post Pyrrhū Achillis filiū, nam quod ad Achillē attinet, oēs Homeri testimonio mortales virtute bellica superauit. Fuit igitur Pyrrhus quē ille procreauit, Molossici regni autor, qui ex Ilio reuersus paterno principatu per absentiam amisso, in Molosside consedit, a quo regionis incolæ Pyrrhidæ primo, vt Trogus scribit, mox Epirotę nūcupati sunt. Inde Pyrrh⁹ Dodonæi Iouis tēplū ingressus, vt numē cōsuleret, Anasā Hercules neptē, inde abductam matrimonio recepit, ex qua octo liberos sustulit. Caoniæ deinde parte He leno ob diuinandi peritiam data, cōcessaq; illi Andromache quā post captū Ilium in partē prædæ fuerat sortitus, ipse Delphis ab Oreste insidijs exceptus perijt, cui Piales filius in regnū successit. Lōgo deinde ordine regnatū ad Arisbam, qui casu quodā Athenis liberalibus disciplinis institutus, leges senatum, & annuos magistratus, & ciuitatis formā suis cōstituit popularibus, ita vt quēadmodū Pyrrhus regni ꝓditor fuit, ita Arisbas cultiorē posteris vitā tradidit. Plutarch⁹ Tesprotas Molossos & Epirotas ēadē putat esse gentē, atq; post diluuiū in ea terra Phaetontē regnasse existimat, vnū ex ijs q̄ cū Deucaliōe in Epirū nauigarūt. Alij Deucalionē & Pyrrham ad Dodonæum oraculum profectos, in ea terra subsedisse autumant, quæ Epirus sit postea dicta. Procedente deinde tempore Neoptolemum Achillis filium in his locis regnasse, ex quo & Ianassa quam Cleodis vocant, Pyrrhus & alij liberi
Pyrrhi progenitores. orti sint, a Pyrrho inde ad Tarritam quem Arisbā Trogus vocat, ignobiles & fera barbarie obscuri in Epiro regnum habuisse dicuntur. Tarritæ Alcetem filium fuisse aiunt, Alcetæ Arymbam, Arymbæ & Troadis Aeaciden, a quo Pyrrhus qui in Italia aduersus Romanos bellauit est genitus. Alij Arisbæ Neoptolemū, & Eaciden filios subijciūt, ex hocq; Pyrrhum ipsum genitum. Olympiadem ex illo magni Alexandri matrē, & Alexandrū qui in Lucania perijt. Neoptolemo Aeacides frater regno successit, qui bellorū assiduitate populū fatigādo, suorū offensam cōtraxit, atq; extorris regno eiect⁹, Pyrrhū admodū puerū reliquit, qui & ipse quum patris odio ad necem quæreret furtim subtractus est, & in Illyrios delatus, traditusq; est Beroe Glauci regis vxori nutriendus. Erat Beroe & ipsa ex gente Aeacidarū. Mirū est ac citra fidem qd Græci scriptores asiūt in puero euenisse, quū illi q̄ in periculo infantē subtraxerant ad fluuiū, qui iuxta Megaras Macedoniæ locū labitur, cursu deuenissent, vrgerenturq; ab ijs qui ad cædem pueri missi e vestigio sequebantur, nec a percussoribus opprimerent (nā scrimina fluuius tranari vado non poterat) infantem saxo alligatū seruatorum vnum in vlteriorē ripam validissimo iactu incolumen emisisse, alij tragula alligatum affirmant, quē Pyrrhi casum videri potest Maro in Camillam a Metabo patre seruatam transtulisse. Glaucus siue misericordia, siue infantilibus blandimentis inductus puerū aduersus Cassandrū Macedoniæ regem diu protexit, quem ille sub belli denunciatione sibi ad necem tradi deposcebat, addito huic pietati adoptionis officio, quē Glauci fauorem Epirotæ deinceps secuti, puerum vndecim annos natū in regnum restituere, datis illi qui regnū ad adultam vsq; ætatem tuerentur. Tātis inde Pyrrhus est auctus successibus, vt vnus omnium regum sit creditus, qui a Tarentinis & socijs Po. Ro. viribus tuto opponeretur. Ipse magni Alexandri laudū æmulus, potius occupandæ Italiæ consilio, quā vt Tarentinis auxiliū ferret, ad id bellum venisse creditur. Ingenium in eo gloriæ cupidum, aspectus non mitis, sed terrificus, pro denti bus osse vno superna gingiuarū parte genitus, qd Dentes Pyrrhi, & Prusiæ Bithynię regis filio accidisse proditū est, rimulis in figuram dentium, ossis spatium diuidētibus. Mederi ad hęc splene laborātibus dextro pede contactis. Pedis digitus maximus post mortem cremari non potuit. Pyrrhus vbi Tarentum venit offensus ciuitatis desidia gymnasijs & ābulacris, in quibus Tarentini verbis militabāt, clausis acerbissimū habuit delectū. Interea & qui tēpestate fuerant disiecti perpauci affluerunt. Ibi rex, etsi cęteros expectare in animo habebat, quia tamen ferebatur Valeriū Leuinium consulē Lucaniā populari, cum Valerius ijs copijs quas ad manus habuit, in hostē proficisci Leuinj⁹. tur, præmisso ad Romanos caduceatore vellent ne se iudice cum Tarentinis de iure causam decernere. Responsum est a consule Po. Ro, neq; Pyrrhū iudicē legisse, neq; hostē formidare. Hæc ille, atq; vna in Pyrrhū progressus, inter Pandosiā vrbem & Heraclią ad Syrim fluuiū consedit, a quo & Syris alias quādo Heraclia est dicta. Fuit Pandosia Oenotriorū regia, sed Alexandri cede multo insignior facta. Pyrrhus cū Romana castra inspecturus ad Syrim adequitasset, ordinē & formam castrorū procul in tuitus, Hæc inquit Barbarorū disciplina nō est bar Verba bara, dein citeriore ripa fluminis stationibus firma Pyrrhi ta, tātisper pugna abstinendū duxit, donec copiarū de Ro. q̄ mari disiectę fuerant, robur circa signa coiuisset. Cæterum hæc causa quæ Pyrrhum ad pugnā cunctatiorē fecerat, eadem Leuinio suadebat, vt prius fortunam experiretur, quā hostium vires augerentur. Fluuium itaq; haud vno vado transnare adortus, Græcos qui in aduersa ripa stationē habebant, metu disp ulit. Pyrrhus tumultu excitus aciē instruit imperat, ipse cū tribus milibus equitū ad fluuiū oc Cōcurrit currit, vt hostē vado ihiberet, aut nup fluuio emer ad Sysum, & in ripa adhuc tumultuantē, subito turbaret rim flu. accessu. Vbi igitur eo ventū est, Romanosq; obiectis clypeis in acie stare vidit, atq; equitatū oēm in cornua reiectū, prim⁹ oīm, virtutē animi ac robur corpis ostētaturus in aduersam aciē irruit, statimq; sublato vtrimq; clamore atrox est pliū initū. Ferire Pyrrh⁹ hostē, atq; vna suos exēplo & verbis horta ri, quū Epaclus Ferentanus pfectus infesto telo re Pyrrhi gē inuasit, atq; traiecto equo ad terrā deiecit. Hic ce casus. leri suorū occursu defensus in alių recentē equū subito cōscendit, pśenti periculo cautior factus, sed ad pugnā nihilo segnior: fuit Epaclo sua virtus infe-

lix, suffosso equo ad terrã deuolutus, hostilibus' armis iacens obruptus est, multisq; vulneribus confectus. Iam equestris acies Pyrrho minus ac minus constare cœperat, quũ phalange hostibus obiecta, pugnã exæquauit, ibi Pyrrhus regnis insignibus depositis, gregarij militis habitu se ornat, vt cauti? in media pugnaret acie, atq; ita incognit? in aduersum Romanor? agmen irruit. Parũ abfuit quin error ille victoriã Romanis dederit. Ignobilis quidã Epiroticũ militẽ pro rege adortus ad terrã deiecit, deiectũ spoliat. Chlamidẽ inde & cætera insignia clamitans suis ostentat, Pyrrhũ a se interfectũ quũ aliis passim, tum cõsuli affirmat. Fecit res ipsa fidẽ cõspectis spoliis, ingensq; alacritas est Romanis orta. Hostes contra dolor & metus occupat, fuissetq; statim acies in fugã versa, nisi nudato capite rex se viuere inter suos alta voce testatus esset. Septies vtrũq; agmẽ alterũ pepulit, totiesq; retro pulsum abijt postremo Romanor? equis insueto Elephantorum odore, & aspectu territis (nã tum primũ Romani Elephãtes viderãt) primo stupor equites incessit, inde pauor & trepidatio ingens secuta est: vt qui vbiq; vincere cõsueuerunt, monstrosa beluar? magnitudo vicerit. Pyrrhus labantem Romanor? aciem intuitus, Thessalos equites in Romanas alas metu perculsas immittit. Tum cæde & strage multa aperta fuga inclinauit. Dionysi? ad. XVI. milia Romanor? eo prælio cæsa scripsit, nec Pyrrho gratuita ptigit victoria. XIII. milibus hoim, vt ide? auctor prodidit, acie amissis. Hieronymus, Plutarcho autore. VII. milia Romanor? & quatuor hostiũ desiderata eo die credidit. Pyrrhus postridie Romanis castris potitus, q̃ noctu fuerãt a cõsule deserta, spolia ex cæso hoste legit, ibi iacentiũ Romanor? vulnera truncisq; vultus secum miratus, oim se gentiũ breui dominũ futurum dixit, si tales esset milites sortit?. Multis inde ciuitatibus in fidẽ receptis, iunctisq; sibi Brutijs Sanitibus & Lucanis, q̃ iã antea a Romanis defecerant. Romam ire pergit, Campaniaq; fœde populata, Prænestẽ vsq; progressus ad decimũ octauum lapidẽ ab vrbe, vt Eutropius scribit, castra fecit: Trogus autor est. CCC. stadia ab vrbe metatum, inde veritus ne ab hoste circunuenire tur (nã Romanus consul nõ multo post sequebat) in Campaniã decessit, quo legati ad illum venisse dicuntur, vt captiuos redimerent. Ibiq; rex testatus se certare cum po. Ro. de gloria & imperio (vt Ennius preclare scripsit) nõ mangonũ more negociari, captiuos sine pretio restituit, qui mille & octingẽti numero fuisse traduñ. Trogus ducẽtos gratis po. Romano redditos ait. Eranq; res Romanæ in hoc statu, cum Mago dux Carthaginiensium cum CXX. nauium classe ex fœdere in auxilium Romanorum venit. Is curiam ingressus ægre Carthaginienses ferre dixit, q̃ bellum in Italia a peregrino rege illatum haberent, missumq; se ob eam cãm, vt socios auxilio iuuaret. Gratiæ actæ sunt Carthaginiẽsibus a senatu. Sed Mago punico ingenio, haud multo post quasi futuræ pacis autor, Pyrrhũ adijt, corã speculaturus quæ consilia de Sicilia inuadenda agitaret. Constans fama erat illum in Siciliam accersi, atq; ea de causa vt regem Italico bello remoraret, potiusquã q̃ Romanis consultum vellet, classis fuerat a Carthaginiensibus in Italiam missa. Fabritius interea homo singulari continentia, ad Pyrrhum vt Trogus scribit publico nomine venit, de pace cum eo acturus. Plutarchus, pace a Pyrrho per Cyneã prius tentata, Fabritium ait ad regẽ venisse non de pace acturum, sed vt captiuos redimeret, a qua opinione ne omnino abhorrerẽ, ea res fecit q̃ Pyrrhus, vt credere par est, in Siciliã transferretur?, Romanũ bellum quoquo mõ cõpositũ voluisset. Illud inter oẽs cõstat, regẽ ob famã inter ipsos etiã hostes de Fabritio receptã experiri voluisse, an illius aĩm posset auro & muneribus corrũpere. Quarã sui regni partem ei conditione pollicitus est, si se cum militare vellet. Sed similius vero est qd' Plutarchus meminit, q̃ fama & celebritate viri Pyrrh? adductus hospitium cũ eo inire voluit, obtuleratq; ob eam rem seorsum abducto vim auri ingentem, quo cõstanter repudiato, alia sit a Pyrrho via inita, ad constantiã hominis explorandã. Postridie per speciem colloquij Fabritium secretiorẽ in locũ traxit, vbi post aulæum maximus oĩm Elephantorũ qui in castris erant, de industria latebat. Hic sermone vix bene instituto, secundum aulæi casum ingẽti stridore belua Fabritij caput proboscide pcussit, ad quẽ ictum nihil vir Romanus exterritus, placide Pyrrhum respiciens, Nec? heri inquit rex tuum aurum me mouit, nec? hodie belua. Inde regiæ cœnæ adhibitus, quum Cyneas q̃dã de Epicuro dissereret, qui hoiem a cura reip. submoueret, tanq; voluptatis, cuius erat assertor, corruptrice, pdicaretq; oia esse voluptatis causa facienda, Fabritius palã optasse fertur, vt eã dij mentẽ Pyrrho darent & Sanitibus q̃diu essent cum Romanis bellaturi. Quũ per hæc ille regẽ & alios in sui admirationẽ vertisset, Romam est dimissus, cunq; eo Cyneã a Pyrrho missum q̃dã scribunt, vt corã ibi de pace ageret. Ve Romam siue tunc, siue prius ille Romã profectus est, nam vtrunq; traditur, multa a rege munera secum attulit. Sed nulla ei domus (qd' vix, in hac auri fame qua hodie laborat, fidẽ inueniat) inferre volẽti patuit. Adeo tunc par cõtinentiæ studium oĩbus fuit. Inclinabant tñ oĩm animi ad pacẽ, cuius cupidus erat Pyrrhus ob Siculã expeditionẽ, q̃ animo agitabat. Romani & ipsi graui pelio victi, veriti ne maius aliquod discrimen respu. adiret, a pace nihil abhorrebant. Sed quum ea adhuc consultatio teneret, Appius ille Claudius, qui post censurã captus fuerat luminibus, lectica in curiam delatus, vbi dicturus sententiam stetit, silentio inter patres facto, ob tanti viri autoritatem, sic orsus dicit. Dolebant inquit antea patres conscripti, q̃ in hãc aduersa oculorum cæcitatem incidissem, at nunc vehementer doleo, q̃ non sum & auribus priuatus, ne turpissimas sententias, quæ vrbis nostræ gloriam sub uertunt, audirem. Mox his repente illatis, quæ post ea Ennius carmine est complexus, Quo subita & dementi ruina inquit patres conscripti, flexerunt mentes illæ, quæ vobis antea steterant? Vbi illa verborũ iactantia, quæ in ore omniũ nuper erant? si Macedo ille Alexãder orientis domitor in Italiã venisset, essetq; cũ nostris patribus, aut nobiscum acie congressus, euenire oportuisset, vt aut morte, aut turpi fuga maiorem gloriã maiusq; nomẽ huic vrbi relinqueret. Sed q̃ per deum nunc diuersi ab ea verborũ iactãtia abitis, Chaones & Molossos, q̃ semper Macedonibus prædæ fuerunt, & Pyrrhum eorũ regẽ formidatis, quẽ vnus ex Alexandri satellitibus regno expulit, & nunc non magis Tarentinis auxiliaturus, quam vt domesticos hostes fugeret, in Italiã transmisit, ausus profiteri se Italiã subacturũ, qui exiguã Macedoniæ partẽ mercede adeptus tueri non potuit. Q̃n si turpi pace bellum cũ eo soluitis, non tam ille erit amicus factus, quam alij externi reges, velut illecebra quadam, inuitabuntur ad Romanum nomen bello lacessendum. Et qd' omnium turpissimũ sit, abibit Pyrrhus nõ modo impune ferens quæ per iniuriam nobis intulit, sed accepta etiã mercede autor erit fœderis cũ Samnitibus & Tarentinis recipiendi. Mouit hæc Appij oratio vniuersum ordinem, animisq; ad belli studiũ reuocatis, ita est Cyneæ responsum. Oportere Pyrrhum prius Italia excedere, inde si vellet cum Po. Ro. de societate & amicitia ageret. Cyneas ad regẽ reuersus dixisse fertur, se Romæ multorum regum consessum non senatum vidisse. Alij dicũt a Pyrrho interrogatũ, qualis ac quanta hostiũ ciuitas illi visa esset, regũ non priuatorũ hoim cõuentum responderit se Romã arbitrari. Nec ita multo post C. Fabritius & Q. Aemylius cõsules facti quũ in castris essent, occulte epistola a Timochare Pyrrhi medico est illis reddita, qua regẽ se veneno sublaturum pollicebat, si dignum sibi præmiũ proponeretur. Valerius Antias eũ furtim ad consules venisse prodidit, remq; a consulibus ad patres delatam, atq; publice legatos ex vrbe ad regem missos qui eum commonerent, vt ab insidijs suorũ caueret, nulla Timocharis interim mentione apud regẽ facta. Claudius Quadrigarius non Timocharem, sed Niceam id pollicitum prodidit, nec? legatos a senatu missos, sed literas a consulibus ad Pyrrhum regem in hanc sententiã datas. Fabritius & Aemylius consules Pyrrho regi salutem dicunt. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenui tecum inimiciter bellare studemus, sed cõmunis exempli & fidei visum est, vti te saluum velimus, vt esset quem armis vincere possemus: venit ad nos Niceas familiaris tuus, qui sibi preciũ a nobis peteret, si te clã interfecisset, id nos negauimus velle, neue ob eam rem quicquã commodi expectaret, & simul visum est, vt te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostro consilio ciuitates factum putarẽt, & quod nobis non placet, Romanos precio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu nisi caueas iacebis. Plutarchus breuiore exemplo literas non nihil ab illis diuerso datas retulit C. Fabritius & Q. Aemylius consules Pyrrho regi salutem. Nec? amicorũ, nec? hostium fortunatus æstimator nobis esse videris, quũ hanc epistolã ad nos missam legeris, tũ satis cognosces te bonis quidem & iustis viris bellum inferre, malis verò & iniustis confidere. Hæc aũt nõ tui gratia tibi significamus, sed ne mors tua calumniã afferat, quasi virtute nequiremus, te dolo superare contenderimus. Pyrrhus his literis lectis medicum sceleris conuinctũ merito supplicio affecit, captiuosq; sine precio vt beneficij id hostimẽtum esset, Po. Ro. restituit, ac tum demum iterũ de pace acturum Cyneã Romã missum Plutarch? scribit. Vũ quũ ille responsum nihilo pacatius retulisset, rex bellũ executus apud Asculũ cũ P. Sulpitio & Decio cõsulibus iterũ congressus, quia locorũ difficultate elephãtes impetũ capere nequissent, ancipiti marte ad noctẽ dimicauit, ac triduo post acie æquioribus locis instructa, iaculatoribusq; inter beluas cõstitutis, toto simul agmine in Romanos incubuit, q̃ locorũ difficultate nihil adiuti, diu tñ cõfertum prælium sustinuerunt, demũ ea pre qua res suos i pugnã vrgebat, Romana acies pulsa est, Sed nihil æque fugã fecit ad beluarum impetus ad quas inhibẽdas nullã adhuc Romani artẽ cõmẽti, velut turbinẽ & pcellã q̃dã earũ in cursum declinarũt. Castra quo fuga inclinauerat strenue sunt retenta. Hieronym? sex Romanorũ milia eo pelio cecidisse pdidit. Dionysius ne his q̃dẽ ad Asculũ dimicarũ scribit, nec Romanos victos, vnius iterim pelij mẽtione facta, qd' noctis interuẽtu decerni neq uerit. Pyrrhi brachio transfixo cecidisse vtrinque supra quindecim milia hominum. Nec Pyrrhum

Cæsorũ numer?.

Pyrrhus Romam adit.

Captiuorũ numerus.

Fabriti?.

Cõsules. Timochares medicus.

Pyrrhus ad Fabritiũ auro corrumpere tentat.

Bis paucis dieb? pugnatũ Ad Asculum. Iterum Ro. dimicãt.



acceptam eo prelio cladẽ dissimulasse aiunt, qui in recognoscendo post pugnã exercitu dixerit: Perimus haud dubie si sic Romanos iterũ vicerimus, maxima militum parte, quos secũ aduexerat, duobus prælijs consumpta, & cum his oĩbus fere ducibus, atq; fortissimo quoq;, nec domi erant quos in de accerseret in Italiam. Contra Romani, assiduis supplementis, nullum videbantur sentire detrimẽtum. His ille difficultatibus circunuẽtus, in nouas rursus spes incidit, hinc Siculis identidẽ eum aduersus Carthaginienses & Tyrãnos accersentibus, inde ex Græcia literis & nunciis significantibus, Ptolemæum, qui Seleuco insidijs oppresso Macedonię regnum inuaserat, victum prelio a Gallis mortem occubuisse. Eũ uero immensa vis Gallorũ bipertito ex Gallia vno tẽpore profecta traditur, ad CCC. milia fuisse dicuntur. Pars vna Brẽni ductu vrbẽ Romã cepit & incendit. Altera Hircinios saltus transgressa, per illyricũ in Pãoniã penetrauit, atq; terra ipsa armis subacta diu haud vnius regni opibus contenti, cum finitimis vario euentu bella rũt. Multis inde successibus, alijs super alios, elati, duplici iterũ agmine digressi, pars hæc Græciam, illa Macedoniam inuasit. Tantus interim erat Gallici nominis terror, quorum arma velut procella quædam omnia sine discrimine proculcabant, vt reges nondum lacessiti, ingenti pecunia pacem ab ea gente mercarentur. Solus Ptolemæus qui Macedoniq; regnum scelere quæsitum obtinebat, Gallorum aduentum intrepidus audiuit, tanquam bella nihilo difficilius quam scelera patrarentur, parrici diorũ furijs agitatus barbaro occurre est ausus. Ille quum aliquandiu bellũ cũ Antigono Demetrij filio gessisset, eo vi pulso, cum Antiocho pacẽ firmauit. Pyrrhum aliquanto antea sibi affinitate deuinxerat, ei filia in matrimonium data. Externoq; per hæc metu depositio animum ad domestica scelera conuertit, primoq; Arsinoe sorori suæ insidiatus, filios quos illa ex Lysimacho fuerat enixa sustulit, ipsamq; Cassandrę vrbis possessione priuauit. Qd' scelus, vt aliquãto commodius conficeret, sororis nuptias primo ambire cœpit. Abnuere Arsinoe id matrimonium, vt quæ nullam fratri haberet fidẽ magis filijs quam, sibi timens, cum quibus se illa in Cassandra vrbe continebat. Demum vltimis execrationibus apud simulacra & puluinaria deorum interpositis, syncæra fide ipsius nuptias sibi deposcere, velle se cum filijs eius regni consortiũ iungere, ipsamq; reginã appellare, nec? se aliã vxorem, nec? alios liberos, quam ex ea sublaturum: Arsinoe in spem magni cõnubij futuræq; concordiæ adducta, cũ fratre venit in colloquium, ibi quum Ptolemæi vultus & blandientes oculi, nõ minorẽ fidẽ quã iusiurandũ pollicerent, frustra filio identidẽ reclamante, matrẽq; fraternæ fraudis admonente, nuptiæ regali apparatu multaq; lætitia celebrantur. Ptolemæus vocato ad concionẽ exercitu, sororis capiti diadema imponit, ipsamq; reginã appellabat, quo nomine in lætitiã effusa, qa appellationẽ, quã morte prioris mariti amiserat, recipisset, vltro virũ in vrbem suam Cassandrã inuitat, cuius potiundæ cupiditate, omnia dolo malo a rege fiebant. Prægressa igitur Arsinoe diẽ festũ vrbi in fratris & mariti aduentũ indicit, domos, templa, vias, festa iubet frõde exornari, aras passim q̃ hostias dissponi, filiosq; adhæc Lysimachũ sexdecim annos natum, Philippum triennio minorẽ, vtrunq; forma insignem, coronatos auunculo eidẽq; & victrico, iubet ire obuiam. Eos Ptolemæus, ad celandã fraudem, multa hilaritate complexus, diu oscu-

Gallorũ successus

Gallorũ terror.

Ptolemæi fraus erga Arsinoen sororem.

lis fatigat, mox vrbem ingressus arcem illico occupari iubet, pueroscp vna interfici qui cum ad matrē vi lis percussoribus confugissent, in eius gremio & complexu obtruncati sunt. Arsinoe interim proclamante, quod tantum nefas nubendo, aut post nuptias contraxisset, suumcp corpus percussoribus obiiciente, vt filios protegeret. His igitur crudeliter interfectis, ipsa conscissa vestae duabus duntaxat ancillis comitata, in Samothraciā concessit eo miserior cp cum filijs mori non licuisset. Furiae igitur domesticorum scelerum vltricibus Gallorum copijs insandum caput obiecere, quod vt stultius periret. XX. Dardanorū milia per legatos in auxiliū missa repudiauit, actum de Macedonia dicens, si quum totū orientē eius terrae viri domuissent, Dardanorum opead se tuendos indigerent. Habere se filios eorū, qui cum Alexandro maiorē terrarū partem armis subegissent. Quae vbi Dardanorum regi nunciata sunt dixisse fertur, Macedoniē regnum immaturi iuuenis temeritate casurum. Venerunt interim a Belgio Gallorū duce legati ad Ptolemeū pacem pollicentes, si eam certo auri pondere redimeret. Tum ille, audientibus legatis, restatus est metu perculsos pacē a se petere, quā se Gallis haud quidem daturū respondit, nisi armis traditis suos sibi regulos obsides dedissent. Riserunt Galli vanā hominis fiduciam, pauciscp interiectis diebus commisso prælio, Ptolemaeus multis vulneribus confossus viuus capitur. Ipsius inde caput busto ademptum atcp hastę affixum Galli tota acie ad hostium terrorem circunferunt. Macedones & ipsi ad vnū propemodū caesi, siqui pugnae superfuerūt, eos prę ceps fuga seruauit. fama acceptae cladis adeo Macedoniā perculit vt passim portae vrbium sint clausae. Dolebant simul interfectorū vicē, simulcp nūc Philippi, nunc Alexādri nomē, cū fletu, & suspirijs inuocabāt, miserericp vna afflictā totius gētis fortunā, vt Macedones, qui rerū gestarum gloria nuper cōlo proximi accessissent, omni praesidio spoliati, barbaris futurae praedae relicti essent. Caeteris igitur desperantibus, vnus Sosthenes repertus est qui non lachrymis & precibus agendū ratus, contracta iuuenture, Gallos victoria exultantes non solū sustinuit, sed Macedoniae etiā finibus expulit, quae res effecit, vt quū multi Ptolemaeo sublato regnum ambirent, ceteris posthabitis, magno totius exercitus consensu, rex sit Sosthenes appellatus. Sed dum haec in Macedonia geruntur, Brennus cuius ductu in Graeciam se alterum Gallorum agmen effuderat, audita suorū victoria, indignatus cp temere prouinciam oīm fere gentiū spoliis honustam victores reliquissent, cum centū quinquaginta milibus peditū & equitū. XV. milibus Macedoniam tumultuose irrumpit, cui Sosthenes cum modica manu occurrit. Tum vero facile pauci a pluribus trepidi a potentibus victi, intra moenia compelluntur. Brennus totam Macedoniam late populatus, inde quasi hominum spolia sorderent, agmē duc ad res sacras diripiendas conuertit animum, deos dictitans largiri hominibus oportere, Delphos igitur raptim ducit agmen Apollinis templum spoliaturus. Fuit illud in Parnassi parte constitutum, rupibus & scopulis pene vndicp impendentibus. Ibi ciuitatem frequentia hominum ea tempestate fecerat, quum ad affirmationem maiestatis vndicp currentes in eo saxo consedissent, templum ciuitatemcp non muri, sed praecipitia defendebant. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine exigua erat planities, & in ea profundum terrae foramen, quod ad oracula patebat, ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento, in sublime expulsus, in furorē & amētias afflatas virgines vertebat. Impulsae Pythiae fatidico haustu secreta fatorū promere. Multa hic veterū recentiorūcp regū congesta erant donaria, quae Brennus direpturus, nonnihil vbi templū in conspectu habuit, deliberabundus stetit, īmitteret militē cōfestim in praedā, an sessum itinere ad radicē montis nocturna quiete reficeret. Eurydamus & Tessalonus, qui spe praedę se Barbaris iunxerant, tollendā esse moram censent, dū hostes imparati adhuc essent, subitusq accessus terrori esset propugnatoribus, interiecta nocte, & animos hostibus & auxilia accessura. Haec illi, sed Galli ex lōga inopia rerū oīm opulentiā passim totis agris adepti, licētiosius per agros dispalati, in praedā verterunt, ac procul a signis digressi, pro victoribus euaganē. ea res saluti fuit Delphis, qui finitimorū auxilijs noctu adaucti, prius vrbem firmo praesidio muniuere quā eā Galli oppugnare sint adorti. Habebat Brennus (Idem enim nomē huic quoq fuisse reperio, cuius ductu tū res gerebatur, quod & illi qui cū diuersa Gallorū manu Romanos olim ad Alliam vicit) ex omni exercitu lecta quinq & lx. peditū milia, Delphij cū appendicibus sociorū circiter quatuor milia fuere, tū Barbarus ad suorū animos accendēdos quadrigas plurimas quas puro auro fusas esse credi volebat, & alia pclara signa ex subiecta planitie militibus ostentat, victoribus pdae futura affirmās, suos in aduersum mōtē imittit. Contra Delphij multa vi resistunt, Gallosq per scopulos & saxa ardua in summū nitētes omni genere telorū obruunt. In hoc partiū certamine, templi antistes, & Pythie cum eo, sparsis crinibus insignibusq & infulis pauidae in primā pugnantium aciē procurrunt, deū adesse clamitātes vidissecq se eum desilientē in tēplū per aperta culminis fastigia, inde quū omnes opem dei suppliciter implorassent visum a se iuuenē, supra humanū modum insigni pulchritudine, comitesq illi duas virgines armis instructas ex ppinquis duabus aedibus Dianae & Mineruae occurrisse, nec oculis haec tantū a se visa, sed auditū etiā stridorem arcuū, ac strepitū armorū, ne proinde cunctarent deijs antresignanis hostem prosternere, victoriaecp deorū se socios adiungerent. His malorū daemonū praestigijs, aut facerdotum potius mendacio, propugnatores accensi, certatim in pugnā prosiliunt. Fama est subito motu terrae partem montis abscissam, in densos Gallorum cuneos cum strage & ruina multa incidisse, secutam inde foedam tempestatē, grandinem fulminibus mixtam, quae magnam exercitus partem cōsumpsit. Brennus quum in expectatae cladis dolorē ferre non posset sibi manum intulit, ad. X. milia quae ex ea strage emerserant, alij fame, gelu, peruigilio: alij quum per loca passim sacrilegijs infesta fugerent, ferro perierē, vt nemo qui cladē nunciaret, ex tanto nuper exercitu, superfuisse credat. Nec ita multo post altera Gallorum manus, quae a Brēno in Graeciam profecturo, ad Pannoniae fines tuēdos relicta fuerat, ne soli desides viderentur cum XV. milibus peditum, & tribus equitum, domo profecti, Getas & Triballos praelio superant. Dein Macedoniae imminentes legatos ad Antigonum Demetrij mittunt (nam Sosthenes vix triennio regnauerat) qui vaenalem illi pacem offerrāt. Legati magno auri apparatu in castris ab Antigono excepti, vbi domum venere autores suis fuerunt, vt castra auro & argento referta, nullis munitionibus firmata, subito accessu occuparent. Galli haud leui illecebra adducti, noctu hostē opprimere

Arsino. filij obtruncant

Ptolemaei insolentia.

Ptole. & Macedonū cędes.

Sosthenes rex declarat.

Brennus Delphos agmē ducit.

Antrum Fatidicū.

Brēni copiae.

Oppugnantur Delphij.

Dæmonū presligiae.

Gallorū & Brēni regis interitus.



opprimere constituunt. Praesensit Antigonus Gallorum consilia, datcp suis signum, vt pciosissimis quibusq rebus sublatis, in proximam syluam sub noctem concederent, ibicp intenti in omnem occasionem starent. Galli deserta castra intuiti, mirati primo solitudinē, inde & insidias veriti, non nihil ab irruptione abstinuerunt. Fuga deinceps hostiū certius explorata, in praedam discurrunt, direptis castris, vt & naues diriperent, ad littus contēdunt. Hic dum incautius versantur praedae intenti, a nautis & parte exercitus, quę eo ex castris sese receperat velut insidijs excepti, in medio cędūtur. Fuitcp Gallorum caedes adeo ingens, vt pacem Antigono, nō solum ab ea gente, sed a finitimis quoq eiusdem feritatis, in posterum praestiterit. Fuit ea tempestate tanta Gallorū foecunditas, vt maiorem Asiae partem incredibili multitudine impleuerit, nemoq Asiaticorum regum, sine Gallicis auxilijs bellaret, necp regno pulsi ad alios quam ad Gallos confugerent. Tantus terror erat Gallici nominis, siue armorum felicitas, vt nemo maiestatem suam tutā sine talibus auxilijs crederet, quo contigit, vt a Bithyniae rege in auxiliū vocati, cum eo post victoriam regnū partiti sint. Terra quam mercede tenuerunt, Gallograecia appellata est. Polybius, quod ad Delphicam expeditionem attiner, existimare videtur, biennio priusquam Pyrrhus in Italiam traiecit, Brēnum cum suo exercitu Delphis extinctū. Trogus & Plutarchus, sub id tempus, quo Pyrrhus in Siciliam bellū transtulit. De quo, vt certius omnia dicantur, altior est nobis de statu insulae instituendus sermo. Euerso iunioris Dionysij principatu in terquieuit non nihil res Syracusana, libertascp a Timoleonte restituta, inter spem & metum plures est annos retenta. Caeterum quum externam vim formidarent Siracusani in domestica inciderunt. Agathocles homo in Sicilia sordido loco natus, & qui nihilo honestiorē pueritiam quā domesticos natales habuit, Syracusarum & vniuersae insulae tyrānidē occupauit. Fuit is insigni forma & pulchritudine corporis egregia, diuq vitā egit stupri patientia. Vbi vero per aetatē adoleuit, libidinē a viris ad foeminas transtulit, mox eo scelerū processit, vt iā vtroq sexu infamis vitam latrocinio mutauerit. Interfecto deinde tempore quum Syracusas venisset, diu sine fide, mox gregarius miles fuit. Idē, quū & manu esset & lingua promptus, breui centurio, deinde tribunus est factus. Aetneo deinceps bello quum clarum virtutis experimentum in omnium militum conspectu deposuisset, magnamcp de se spem ciuibus fecisset suis, in Damasconis ducis fato defuncti locum magno est omnium consensu suffectus, cuius vxorem adulterio cognitam, post illius mortem in matrimonium recepit, nec presenti successu contentus piraticam exercuit. Inde Syracusanorum libertatem opprimere adortus, frustratus incoepto, in exilium agitur. Marguntini, apud quos exulabat, in Syracusanorum inuidiam, quos infense oderant, praetorem primo inde ducem declarant, quo bello Leontinis vi captis, Syracusas obsidione cingit: Syracusani ab Hamilchare Poenorum duce auxilium implorant. His etsi ad id tēpus Carthaginiensium hostes fuerant, misit tamē Poenus auxilia, atcp ita accidit vt vno tempore Syracusae ab hoste defensae sint, & a ciue hostili odio oppugnatae: ibi Agathocles cum cerneret vrbem fortius defendi, quā vt expugnari a se posset, Hamilcharem per internuncium precatur: vt inter se & Syracusanos pacis arbitrium suscipiat, peculiaria sui obsequia in ipsum repromittēs. Hamilcharatus fore, vt per Agathoclem ipse multo potentior in Sicilia fieret, cum eo societatem iungit, ac quanto ille aduersus Syracusanos potētior fieret, tanto sibi & alijs Punicis imperatoribus maior gerendarum rerum facultas in insula pararetur, Agathocli non solum pacem & reditum in vrbem concessit, sed vt praetor etiam a Syracusanis designaretur autor extitit. His ille expositis ignibus caereis tactisq in obsequia Carthaginiensium iurat, acceptisq ab Hamilchare quinq milibus Aphrorum ex principibus ciuitatis potentissimum quenq interficit. Inde velut reipublice statum reformaturus populū in theatrū ad concionem vocat. Interea senatum, quem aliquanto antea in gymnasium acciuerat, militibus trucidandum obiecit. Hacq peracta caede ex plebeijs nobiliores quosdam, linguacq & manu promptiores occidit. Quibus ita gestis, conscripto exercitu, finitimas vrbes inopinato bello aggreditur, sociasq interim Carthaginiensium ciuitates, permittente Poeno, omnibus iniurijs vexat. Sociorum querelae Carthaginem delatę, magis Agathoclis iniuriam quā Hamilcharis perfidiā incusabant, illū vt tyrannū & ad insulae principatum anhelantē, hunc non Syracusarum modo sed sociorum etiam proditorem, breuiq futurum nunciabant, foedum illud incendium Hamilcharis culpa conflatum, quo tota Sicilia arderet, ipsa Libyci maris vastitas cohibere non posset, quin & Aphricam corriperet. His sociorum cīrelis senatus ira accensus, tacito Hamilcharem suffragio dānat, veritus credo illius potentiam, cp exercitui adhuc praesset, & cum Agathocle sentire credebatur. Suffragijs in vrnam coniectis, non placuit prius decretum recitari, quā ille priuatus Carthaginem veniss. Sed id iudiciū mors Hamilcharis preuenit, liberatusq est fati munere, quem ciues tacito iudicio morti destinauerant. Atcp ea res materiam Agathocli praebuit bellum Carthaginiensibus inferendi, cp in suam inuidiam Poenū ducem sciret a suis prędicidio dānatū. Cōgressus itaq cū altero Hamilchare Gisgonis filio, qui cū nouo exercitu ī Sicilia venerat, tyrānus plio victus Syracusas pcessit. Nec multo post reparato bello nihilo meliore fortuna cū Poeno cōflixit. Hamilchar tyrāni opibus duplici plio fractis Syracusas obsidet. Hic Agathocles quū necp par esset hosti, necp ad ferendā obsidionē satis instructus, iā em & sociae ciuitates ab eo defecerāt, bellū in Aphricā transtulit, rē ausus, cp ne victor qdē alius temere audere debuisset, vt qui in sua vrbe impar esset hostib⁹, alienā bello adoritret, & quū domestica tueri nō posset, pegrina armis inuaderet, victoribusq victus insultaret. Magna fuit talis cōsilij fiducia, sed nō minor industria in perpetrando occultāda, Agathocle cū nullo destinatū facinus cōicante. Tm Syracusanos p cōcione hortatus dr, vt obsidionē fortiter ferrēt, breui futurū, vt Carthaginienses, Syracusis relictis, de suarū rerū statu solliciti essent. Firmarēt ipsi aīm in breue tps ad ferendā obsidionē, si quiuero essent, q bus psentis fortunae cōditio displiceret, facturū se illis liberā quo vellēt abeūdi ptātē. Mille & sexcēti reperti sunt, qui tyrāni permissu, solū verterēt, cæteros ipe praesidio & cōmeatu instruit. Mox seruos militaris aetatis libertate donatos, pari ingenuorū numero, in naues occulte iponit. Hic merito aliquis miret, cp Syracusani, tā aduersō Agathoclis tpe, aut militiā nō detrectarint, aut q in vrbe relicti sunt, ad hostem eo absente nō defecerint. Ego (qñ rem alij silentio prætereunt) coniectura adducor, Syracusanorū odium in Carthaginienses omnia tyrāno dimi forisq

Antigoni consilium.

Gallorū cædes.

Gallorū nomen.

Gallograecia.

Siciliae status.

Agathocles Syracusanus.

Agathoclis incrementa.

Agathoclis crudelitas.

Damatus Hamilchar.

Obsidet Agathocles.

Ferox Agathoclis consilium.

mi foriſq; tuta præſtitiſſe, vt ſæuiſſimo tyrãno ſeruire maluerint, quam ab iſs vinci, cum quibus de Siciliæ principatu diu armis diſcepraſſent. Septimo itaq; ſui principat⁹ anno duobus adultis filiis comitãtibus, Agatarcho & Heraclida', ipſis quoq; ignaris quo curſus intenderetur, in Aphricam Agathocles nauigauit, quum vulgo crederetur in Sardiniam, aut alio procul Carthagine exercitũ deportari. Poſtea vero quam in Libyco ſterit littore, tum paucis ſuos affatus, in quo diſcrimine res Syracuſana ſita eſſet oſtendit, cui ſeruandæ vnum duntaxat relictum eſſet remedium, vt in hoſtes a ſe verterent mala, quæ ipſi paterentur, aliter domi, aliter foris bella tractari. Latiorem viam ad victoriã in hoſtico eſſe, quam in proprio ſolo. Domi eas vires eſſe quas patria ſubminiſtret, foris ipſum ſuis hoſtem viribus vinci, deficientibus ſocijs & diuturni imperij odio externa auxilia circunſpicientibus. Accedere ad eam ſpem q; Aphricæ vrbes nõ muris cinctæ, nõ in montibus ſitæ eſſent, ſed in planis & humilibus locis, ſine munitionibus, villas & vicos facere, quæ excidij metu facile ad belli ſocietatẽ pelliciãtur. Maius bellũ ex Aphrica quã ex Sicilia Pœnis exarſurum, coituraq; vndiq; auxilia aduerſus vnam vrbem nomine multo ampliorẽ quam opibus, & quas non attulerit vires inde ſibi deſumptum, nec in ſubita Pœnorũ conſternatione modi cum victoriæ momentũ fore, quibus tam hoſtium audacia, quã villarũ incendia, vicorũ & vrbiuũ direptiones, eximprouiſo ſint oculis occurſuræ. Addere his Carthaginis obſidionẽ, q̃bus hoſtes haud multo poſt intelligerent non Pœnis ſolũ in alios bella patere, ſed aliis quoq; in Pœnos. Nec eos in Siracuſanorũ obſidione moraturos, vbi ſua oppugnari ſenſiſſent. Nullum vnquã bellũ facilius geſtum nec ex alia prouincia vberiorem prædam ſperari potuiſſe, ſi capta Carthagine omnis Aphrica Siciliaq; victoriæ præmiũ proponeretur. Gloriã preterea tantã ex eo bello aſſuturam, vt nulla obliuio pulchri eſſet facinoris memoriã abolitura, vt ad poſteros ferretur Syracuſanos ſolos mortaliũ bella, quæ domi ferre non poterant, ad hoſtes tranſtuliſſe, vtroq; victores perſequi auſos, obſeſſoreſq; vrbis ſuæ obſediſſe. Quantũ hæc oratio animorum militibus attulit, tm prodigiũ, q̃d inter eundũ illis occurrerat, occulte adimebat. Altũ adhuc tenẽtib⁹ ſol defecerat, q̃d prodigiũ ſatis arguta interp̃tatione ad hoſtiũ excidiũ ptinere dixit Agathocles, quia nõ ante profectionẽ id accidiſſet, ſed vbi bellum Aphricæ ex alto intendi occœpiſſet. Naturaliũ ſyderũ defectũ ſemper pręſentiũ rerũ ſtatum mutare. Haud dubie florentibus Carthaginienſiũ rebus, ſuiſq; iandudũ iacentibus, mutationẽ ſignificari. Hiſq; perſuaſionibus exercitũ in ſpem bene gerendæ rei erectum, ſimul in littore exponit, & naues omnibus volẽtibus iuſſit incendi, vt nemo eſſet q̃ i fuga ſpem repoſitã haberet. Inde Aphricã ingreſſi, quũ paſſim villas & vicos incẽderent, Hãno dux cũ triginta milibus armatorũ factus eſt illis obuiꝰ, cõmiſſo p̃lio egregie Agathocles vicit, Hãno cæteris fuga diſſipatis cũ tribus milibus acie periit. Tyrãnus p̃ſenti ſucceſſu elatus, multo latius Libyam populat', ad quinq; milia paſſuũ caſtra a Carthagine locat, inde ſuburbanas villas & p̃dia amœniſſima paſſim populari, diripere, incendio abſumere. Admiratio primo ſtuporq; ciuitates inceſſit, q̃d eſſet q̃ Carthaginienſiũ opes eo breui recidiſſent, vt ab iis q̃ pro victis habebanꝰ ad excidiũ p̃merenꝰ. Cõtẽptus inde, vt fit, ſtudio nouarũ rerum aũos ad defectionem accendit, vt breui vrbes nobiliſſimæ ad Agathoclem defecerint, frumento & ſtipendio victorem proſecutæ. Acceſſit his malis velut eorum narum cumulus, exercitus per eos dies in Sicilia de letus, ſiquidem poſt Agathoclis diſceſſum Pœni ſegniores facti, ab Atandro regis Agathoclis fratre ſubita eruptione oppreſſi nunciabant. Cuius rei centioris cladis fama, non tributarias tm̃ vrbes, ſed ſocios etiam reges a Carthaginienſibus alienauit, amicitiæ iura non fide ſed ſucceſſu penſitantes. Fuitq; in his Offellas Cyrenarum rex, qui ſpe improba totius Aphricæ potiundæ, cum Agathocle per legatos ſocietatem iunxit, cũ eo pactus vt Carthaginienſibus victis ſibi regnum Aphricæ cederet. Cum ingenti igitur exercitu in caſtra ad tyranum venit, eiuſq; filium adoptauit. Tyrannus Offellam cœnæ adhibitum obtruncat, eiuſq; exercitũ morte regis conſternatum occupat, atq; viribus nouo ſcelere auctis, iterum cum Carthaginiẽſibus cõfligit, fuitq; recentior hæc pugna Carthaginienſibus nõ minus quã prior luctuoſa, tanta deſperatio, ob rem male geſtam, Pœnorum animos inuaſit, vt niſi in Agathoclis exercitu ſeditio orta eſſet, tranſiturus ad eum fuerit Bomilchar, qui tum exercitum, ductabat, cuius nefarij conſilij poſtea cõuictus, in medio foro a ſuis eſt patibulo affixus, vt is locus monumentũ eius ſupplicij eſſet, qui ornamentum ante fuerat honorum. Sed magno Bomilchar animo atrox ſupplicũ tulit, medio fertur cruciatu velut e tribunali concionabundus publicæ ingratitudinis exempla collegiſſe, nunc illis Hannonem obiectans falſo affectati regni crimine circunuentum, nunc Giſgonis iniuſtum exilium, nũc tacita in Hamilcharem patruum ſuum ſuffragia, q̃ Agathoclem ſocium ſuis ciuibus facere quam hoſtem maluiſſet. Atq; hæc ille concionanti ſimilis vociferans in voce defecit. Agathocles Pœnorum opibus acciſis, altero filiorum cum exercitu in Aphrica relicto in Siciliam nauigauit, nihil ſe ex ea victoria lucratum exiſtimans, ſi Syracuſæ, vt antea, obſiderentur. Nam & Carthaginienſes, medio ardore belli, nouum in Siciliam poſt Hamilcharem interfectum, miſerant exercitum. Fama igitur rerum in Aphrica geſtarum, paucis diebus, quibus ille domum reuerſus eſt, non ſolum Syracuſana obſidio ſoluta eſt, ſed miro ciuitatum ſtudio Carthaginienſes tota ſunt Sicilia expulſi. Tranſmiſit nec multo poſt tyranus in Aphricam ad exercitum vbi in militarẽ ſeditionem, ob ſtipendium non redditum, incidit. Eo motu ad tempus ſuppreſſo, quum haud multo poſt temere prælio cũ hoſte cõmiſiſſet, maiore copiarum parte amiſſa, in caſtra redijt, duplici inuidiæ obnoxius, & q̃ ipſius temeritate præſens clades acepta eſſet, & q̃ necdum ſtipendium militi daretur. Ob id ratus parum tutum ſibi imperium inter iratos milites futurum, concubia nocte ex caſtris cum Agatarcho filio profugit. Siculi milites regem ſequi conati ſunt, ſed a Numidarum ala excepti aſſequi nequiuerunt. Retractus & filius in caſtra, qui ea trepidatione a patre aberrauerat. Ipſe ijs nauibus quibus ex Sicilia nuper fuerat delatus Syracuſas nauigauit. Milites a rege deſtituti, vbi ſe proditos vident, filiũ obtruncant, ipſi propriã ſalutẽ pacti, in Carthaginienſiũ fidem conceſſere. Fertur Agatarchus, quum ab Archeſilao quodam interficeretur, percuſſorem interrogaſſe, quid puraret Agathoclem patrem ipſius liberis facturum, p̃ quem ipſe filio orbaretur? cui Archeſilaus, Satis inquit habeo, q̃ certo ſcio filios meos Agathoclis filio ſuperſtites

Agathocles ĩ Aphricam trãſmittit.

Agathocles ſuccęſſus.

Agathocles perfidia.

Agathocles fuga.

Occidũt Agathoclis filij.



perſtites futuros. Miſerunt Carthaginienſes haud multo poſt exercitum & duces in Siciliam, cum quibus pacẽ Agathocles æquis cõditionibus fecit pacatoq; Siciliæ ſtatu, maioris Dionyſij veſtigia ſecutus in Italiam cũ exercitu tranſmiſit. Primiq; oĩm Brutij ſunt hoſtes ab eo deſtinati. Sunt Brutij Lucanorũ paſtores, qui fuga ſeſe in libertatẽ aſſeruerunt, q̃d ipſum nomen arguit. Brutios Lucani rebelles & fugitiuos vocant. Pandit ab Silari vſq; ad Laum fluuium Lucaniæ ora, inde quaſi Cherſoneſum quandã ab Lao ad Leucopetram promõtorium, quod eſt vltra Rhegiũ, Brutij tenuerunt. Trogus aliã opinatur nominis cauſam. Vetus peculiare eius gentis fuiſſe ait, vt Lucani inter paſtores liberos ab initio pubertatis haberent, ſine ſeruili miniſterio, ſine veſte q̃ indurent, aut ſtramento, cui incubarent, vt a primis annis parſimoniæ aſſuefcerent. Cibus his venatica præda. Potus mellis & lactis & fontium liquor, vt per ea ad bellicos labores pferendos habiliores fierent. Ex his igitur quin quaginta primo, mox alia maior man⁹, latrocinia in finitimos exercuit. Oppoſuit huic iniuriæ, ſocio rum q̃relis fatigatus, Dionyſius Siciliæ tyrannus ſexcentos Aphros, quorũ p̃ſidium ad excurſiones inhibendas cõmunitũ, per mulierem, cui Brutiæ fuit nomen, latrones expugnarunt, ibiq; ciuitatem paſtoribus ad opinionem nouæ vrbis cõcurrentibus cõſtituere, Brutioſq; ſe a mulieris nomine appellarunt. Primũ his bellum cum Lucanis fuit, ſuæ originis autoribus, cum quibus bello victis pacẽ æquis conditionibus ſanxerunt. Præſenti dein ſucceſſu erecti, cæteros finitimos ſubegerunt, tantaſq; breui opes conſecuti, vt & Sicilię regibus formidoloſum Brutium eſſet nomen. Creueratq; cũ ſucceſſu feritas, vt quum finitimos multis iniurijs infeſtos haberent, ab illis Agathocles imploratus, auxilij p̃textu, ſpe tamẽ ampliãdi regni, in Italiã trãſfretauerit. Brutij terribilis belli fama perculſi, legatos ad Agathoclẽ mittunt, qui ab eo ſocietatem & amicitiã peterent. Quos ille cõiuio admotos, alia atq; alia ſimulando, tam diu ſecũ habuit, quoad exercitus ipſis ignaris trajceret, die in poſterũ cõſtituta. Fuit tamẽ id bellũ magis nomine q̃ euẽtu terrificum. Vis morbi ingens tyrannum adorta, infecta re in inſulam breui poſtea abire coegit, quo in dies magis inualeſcente, adeo de eius eſt vita addubitatũ, vt inter filium & nepotem, contentione de regno orta, fœdata ſit regia parricidio, alteroq; Agathoclis filio, qui minor natu fuit, a filio fratris interfecto, regnum Agathocle adhuc viuo parricidij autor occupat. Credo hũc Agatharci fuiſſe filium, aut certe alterius, qui inter Agathoclis liberos maximus natu fuerit. Senex vbi nullã pellendi morbi ſpem reliquã ſupereſſe vidit, Theogenãvxorẽ & liberos, quos ex ea tulerat, adhuc pueros, cum omni pecunia & regali inſtrumento, quo nemo regũ ditior fuit, nauibus impoſitos in Aegyptum, vnde vxorem duxerat, dimiſit, veritus ne prædonem regni, hoſtem quoq; pateretur. Diu coniunx reluctata dicitur, charitate viri commota. Filij nauem conſcenſuri, flebili eiulatu patrem amplexi tenebant, Theogena & ipſa maritum vt nunquam amplius viſura oculis fatigabat. Nec ſenis lachrymæ erãt minus miſerabiles. Flebant pueri morientem patrem. Ille exules liberos. Sed profectionis neceſſitas finem lachrymis impoſuit, eſtq; regis mors p̃ficiſcentes ſecuta, Sicq; Agathocles crudelitatis ſuæ ſi non merita ſupplicia, certe ad dolorem efficacia expendit, qui liberis maioribus natu crudeliter amiſſis, duobus ſuperſtitibus cum matre in exiliũ abeuntibus ipſe regno ſpoliatus in orbitate & ſolitudine deceſſerit. Carthaginienſes cognitis, quę in Sicilia facta erant, occaſionẽ totius inſulæ occupandæ præbitam ſibi exiſtimantes, cum quam maximis in Siciłam copijs reuerſi, multas ciuitates, aut vi, aut voluntate ſubigunt. Hęc cauſa Syracuſanis fuit Leontinis, & alijs quibuſdam ciuitatibus Pyrrhi regis ex Italia in Siciłam accerſendi, & quia in Macedoniam quoq;, vt ſupra eſt ſignificatum, per id tempus, ob Ptolemæi cædẽ reuocabat, quẽ Galli cũ exercitu trucidarant, de fortuna queſtus dicit Pyrrhus, q̃ plurimarũ rerũ gerendarũ occaſiones in vnum tempus contuliſſer. Stetit proinde nõ nihil anceps, vtram potius prouinciam capeſſeret. Poſtremo ad Siciłiam, velut ad inſtrumentum belli in Aphricã trãſferendi, animũ adiecit. Premiſit, vt Plutarchus ſcribit, Cyneam qui ciuitatũ ſtudia ſibi conciliaret. Tarentinis autem poſtulantibus, vt aut ſecum Romanum profligaret bellum, aut liberam ciuibus vrbem relinqueret, nullo benignio re reſponſo dato, tempus expectare iuſſit, arceq; p̃ſidio firmata, cum cętero exercitu in Siciłiam tranſfretant. Præſtiterunt illi fidem ciuitates, a quibus fuerat accerſitus ſubito ſeſe Regi applicantes. Multæ inde vrbes, partim vi, partim voluntaria deditione, receptæ. Inde Carthaginienſes adortus, Punicas opes breui tota inſula afflixit. Erycem inde, vbi validum erat Pœnorũ p̃ſidiũ, ſubita oppugnatione adortus, primus oĩm, admotis ſcalis, oppidi muros aſcendit, hoſtemq; truci vultu territans, plures Pœnorum vno loco obtruncauit. Soluit inde votum Herculi, cui ludos in vrbis oppugnatione vouerat. Eryce potit⁹ Mamertinis bellũ intulit. Campani hi fuerunt, qui ſub Agathocle ſtipendium in Sicilia facientes, Meſſanæ vrbis ſplendorem & opulentiam mirati, vbi primum peragẽ di ſceleris oblata eſt eis occaſio, per amicitiam in vrbem recepti, violata fide, in ciues impetum fecere. Diſtat Meſſana parum omnino a Rhegio, quod in Italia eſt inteiecto freto. Eam Meſſenij condiderunt, qui Peloponneſum habitabant, quibus nomen immurari contigit, ſiquidem prius Zancle locus dicebatur, ab ipſius ſitus credo poſitura, quia Zanclen Siculi falcem vocent, vt Polybius ait, vel vt Straboni placuit, quia Zanclia illi curua loca dicant. Meſſenijs igitur partim cæſis, partim fuga dilapſis eorũ vxores, liberos, vt cuiq; medio conflictu fors obtulerat, Campani inter ſe partiuntur. Ita pulcherrimæ opulentiſſimęq; vrbis compotes facti, ob ferociam & contumax ingenium, a Marte, vt Plutarchus prodidit, Mamertini ſunt appellati. Et Campani ipſi tales in Meſſenios extitere, quod fœdum & turpe exemplum haud multo poſt Romana legio, quæ Rhegij præſidio erat, imitata eſt. Liuius hos quoq; Campanos fuiſſe, exiſtimat, Polybius vero Romanos. Cærerum quicunq; hominum illi fuere, Decij Iubellij, vel vt alij ſcribunt, Decij & Campani ductu Rheginos, ad quorum p̃ſidium ſub ipſum Pyrrhi in Italiam acceſſum miſſi fuerant, hoſtiliter aggreſſi, cum cæde & strage multa extorres eijciunt, eiectis vrbem occupant. Sed tam his quam illis ſuum ſcelus exitio fuit, ac prius aliquanto Mamertini vltionem ſenſere, qui bello a Pyrrho rege petiti, prælio victi, multi ſunt cladibus affecti, eorumq; præſidia haud vno loco deiecta. Carthaginienſibus inde pacem petentibus vnam illius aſſequendæ ſpem eis reliquam reſpondit, ſi tota Sicilia faceſſerent vltraq; Lybicũ pelagus fines ſui imperij terminarent. Ad quos, terra mariq; p̃ſequendos, quũ acerbiſſimũ haberet deſectum,

Vũ Brutij dicti. Lucania.

Lucanorũ ritus.

Brutia.

Brutiorũ opes.

Agathocles grauis morbo laborat.

Miſerabilis Agathoclis exitus.

Accerſit Pyrrhus in Siciliã

Pyrrhi ſucceſſus in Sicilia

Meſſana.

Romana legio occupat.

Mamertini norũ clades.

ctum,& qui ab initio placidus & mitis fuerat,tyrā
ni persona induisset,non paruā in populis contra-
xit offensam,tulere tamen ciuitates aliquandiu re-
gis insolentiā. Verum Theone Syracusano regis
iussu interfecto per quē nō Syracusanoꝝ tantū,sed
& multarū studia ciuitatū fuerant Pyrrho concilia
ta,vno tempore totius insulae in eum odia exarse-
runt,vt multae ciuitates se Carthaginiensibus ad-
iungerent,aliae cum Mamertinis aduersus illū vi-
Digressꝰ Pyrrhi ex Sicilia res consociarēt. Quo insulanorū consensu Pyrrhꝰ perculsus,oēm spem Siciliae retinēdae protinus ab iecit. Peropportune ad pudorē celandū a Tarenti-
nis & Sānitibus illi literae reddunt,quibus in Ita-
liā,ad opē sociis ferendā accersebatur. Sicilia igitur
profecturus,non metū aut desperationē praese vi-
lem ferens,sed necessitatē accusans,quā decedendi
sociorū preces imposuissent,retro ad insulā cōuer-
sus,o qualē inquit Romanis & Carthaginiensibus
palaestrā relinquo. Nec Mamertinos,quū inde sol-
ueret,pacatos habuit,nec postquā soluit Carthagi
nienses ipsos,vt trinqꝫ petitus,aliquot naues ancipi
Mamerti ni Pyrrhi agmē infestāt. ti praelio amisit. Quinvbi Italiam tenuit,Mamerti
ni e vestigio secuti,extremū agmen carpebant,ex-
ercitum in locorū angustias coniectū a tergo & a
lateribus adorti,duos elephātos prostrauere,& cir-
ca beluas multi vno tēpore occubuerunt. Pyrrhus
ita accensus,a prima acie in praelium ruens,omnē
in se hostiū impetū conuertit,hicqꝫ quū non leue
vulnꝰ accepisset,paululū acie excedere coactus est,
dū plaga obligaret. Processit iterim i mediū ex Ma
mertinis quidā,magna vir statura,nec minore vi-
rium ostentatione,Pyrrhū si viueret ad singulare
certamen prouocans. Rex ira & dolore percitus,vt
erat cruore respersus, truci & terribili aspectu in
aciem rediit,hostēqꝫ repente assecutus ita valide,vt
Pyrrhi fa cinus. Plutarchus scribit,eius caput percussit,vt vehemē-
ti ictu vsqꝫ ad infimas partes ferrū descenderit,de-
fluxerintqꝫ ad terrā hincinde dimidiati corpis par-
tes. Mamertini tantum regis robur intuiti, foedaqꝫ
vnius caede perculsi,ab hoste vlterius insectando
destiterūt. Pyrrhus iā inde pacatus Tarentū venit
triginta peditū milia secū trahens viginti equitū.
Pyrrhi copiae. Hic nouo sociorū delectu habito,in hostes ire per-
git. Erat tū consul Manlius Curius Dentatus,cui?
collega Cornelius Lentulus in Lucania habebat ex
ercitū. Pyrrhus,parte vna copiarū in Lucaniā mis
sa ne Cornelius suis auxiliū ferre posset,cū robore
exercitus in Curiū contendit,qui circa Beneuentū
Cor. Rufi cęcitas. metatus erat castra. Mirū est quod de hoc Cornelio
proditur. Plinius Rufi cognomen illi reddit. Per
quietē is oculorū visum postea amisisse dicit,quū
id sibi accidere somniasset. Fecit rex sub primū ac-
cessum pugnę copiam hostibus. Curius quia neqꝫ
auspicijs satis prospera nunciabantur,collegamqꝫ
constituerat expectare,certamine consulto absti-
nebat. Ibi Pyrrhus opprimendi hostis cupidus,prius
quā alter consul cum exercitu adesset, elephantos
delectūqꝫ copiarū robur,per hirtos & arduos salt?
circūuectū,ex superiore loco in Romana castra im
mittere conatus est. Sed agmen noctu extinctis lu-
minibus aberrans luce oppressum,prius quam ex
implicitis & arduis locis in apertum euaderet, a
Romanis inspicitur. Trepidatum est non nihil
in castris ad primum hostium conspectum. Cete-
rum Curius necessitate coactus legiones in beluas
& hostium agmen,virgultis & locorum anfracti-
bus praepeditum,immittit. Facilis fuit victoria tur
Curius vincit. batis sua sponte hostibus. Multi quidem caesi,& ex
elephantibus nonnulli capti,aliquot etiam praeci-
pitati. Prospera haec pugna adeo Curium extulit,
vt iustā cum Pyrrho pugnam haud multo post pu
gnare fit ausus. Varie ab initio dimicatum,ab vno
cornu pulsi hostes,& quia in aperto res gerebatur,
Romanus Elephantorū impetu perculsus,ex altera
parte in castra vsqꝫ est pene praeceps actus, hic mili
tes qui pro vallo stabant,iussu consulis ex superio- Curiꝰ ꝓ
re loco in beluas impetum faciunt, quas immo- spere pu
dico terrore in suos praecipites agunt. Ibi soluta,dis- gnat.
iectaqꝫ hostiū phalange fuga cōtinuo secuta est, ex
fuga victoria orta,quae tantū opinionis Romanis
rebus attulit vt breui tota Italia illorū armis cesse-
rit. Quidā autores sunt tria & viginti milia hostiū
caesa. Sunt & quatuor Elephanti ex hoste capti, ac Caesorū
tum primum in triumpho deducti. Nunquam ma numer?.
iora continentiae exempla in Romana ciuitate exti
terunt. Constat Curiū ex tā opulenta praeda nihil
praeter fagineū guttū attigisse. Idē Samnitiū Lega-
tos cum auro ad se missos reiecisse dicitur,ineptaeqꝫ
legationis ministros appellasse, testatus malle se
habētib? aurū imperare,qꝫ locupletē fieri. Pyrrhus
post aduersam illā pugnā ad Beneuentū pugnatā,
Tarentū se recepit. Hic arce Heleno filio & Miloni Digressꝰ
vni ex amicissimis,tradita,cū ijs copijs q̄ supererāt Pyrrhi
in Epirū trāsmisit,anno sexto ab eo,quo in Italiā ex Italia.
venerat. Id famae tali bello adeptus,vt militari di-
sciplina,fortitudine atqꝫ vigore animi,oēs sui tpis
imperatores longe anteiret,sed qui saepius certa ꝓ
incertis amiserit,quare ab Antigono malos luso-
res imitari dicebat,qui tesserarū casu felices,aleam
in peius vertant. Incidit id bellū,qd cū Pyrrho est
gestū in annū,vt Nepos Cornelius scripsit,quadrin Lusoris
gentesimū ac septuagesimū vrbis Romae,quo tpe mali mo
Antigonus Demetrij filius Graeciā obtinebat. Ma res.
cedoniā,quū Pyrrhus in Italiā trāsmisit,Ptolemę? Tēporū
cognomēto Ceraunus, cui Sosthenes successit,& suppura
Mox prius quā in Italia debellari cōtigerit,idē An tio.
tigonus,cuius proxime mentio facta est. In Aegy-
pto Ptolemę? regnabat cognomēto Philadelph?,
ex eo Ptolemaeo natus,qui fuit Lagi filius, vnusqꝫ
ex Alexandri ducibus,quo rege Sostratus Gnidius
turrim in ingressu Alexandrini portus ad dexterā
construxit,vbi Pharos insula Homerico carmine Pharos.
celebris. In Syria Antiochus Seleuci filius. Pōtifex
in Iudaea Simon Oniae filius,& Mox eleazarus ei?
frater,quo Pontifice Ptolemaeus Philadelphus cē-
tū viginti milia Iudaeorū libertate donauit, qui in
Aegypto seruiturē seruiebāt. Erant huius literae ad
Eleazarū Pontificē,vt ad sacrā hebręoꝝ historiam
in Graecum sermonem vertendam,sibi ex seniori-
bus Iudaeorū,& qui sacratum essent literarum peri
tiores ad se mitteret. Sed ex vnaquaqꝫ tribu petitos
videntur literae ad Eleazarum datae significare. Ce-
terum Eusebius septuaginta missos prodidit, cui
magis scriptorum vsus, quam veritas astipulatur.
Lex duorum & septuaginta dierum spatio in Grae
cum versa est,Phalerij Demetrij procuratione, qui LXX. in
tum regiae praerat Bibliothecae. Is roganti regi qd terpretes
esset,qꝫ Graecorum nemo diuinae legis memini-
set,religionem dixit obstitisse. Deterritos Theopō
pi & Theodectae clade caeteros scriptores,diuinum
arcanum nihil attingere ausos,quoniam horum
vtercꝫ pauca suis scriptis ad eam legem attinentia
immiscere ausus,hic luminibus aliquandiu captus
ille mente alienatus suae impietatis supplicium ex
pendissent. Qui ab Eleazaro in Aegyptum missi
fuerant, post conuersionem legis,in Palaestinam
magnis muneribus a rege donati, abierunt. Ma-
gna adhaec donaria Phadelphus Hierosolymis in
templo dedicauit. Eleazari epistola triginta aureas
pateras fuisse significat,& argenteas totidem, crate
res



res quinqꝫ,centum talenta. Iosephus mensam ex so
lido auro,eximij ponderis, adijcit. Eusebius autor
est,quarto Philadelphi anno haec fieri contigisse.
Europius in trigesimum fere annū reijcit,cui ne ac-
cedam Eusebij facit autoritas. Is si vera colligit,iā
tum Eleazarus fato decesserat. Vixerunt eadem tē-
pestate cū Alexādri successoribus,& ijs qui ab illo
geniti sunt,in terra Grecia clari ingenio viri. Theo
Theo phrastus. phrastus,cui diuinum dedit nomen eloquiū. Fuit
is Eresius ac Melanthi filius. Leucippum primo au
diuit,mox Platonem,postremo Aristotelem,cui?
defuncti loco in Chalcide docuit,Cassandro charis
simus. Ad quē librū de regno scripsit. Et Ptolemę?
ad eum ex Aegypto misit qui eum accerserent. Hu-
ius vox illa. Quum viuere incipimus tunc mori-
mur. Eius monumenta & varia,quippe quae ducē-
ta triginta duo milia versuum,& amplius haberēt.
Strato Lampsacenus,qui Philadelphū Ptolemaeū
Deme instituit. Demetrius Phalereus,cuius nuper mētio
trius Pha facta est. Heraclides Ponticus,& ipse Aristotelis au
lereus. ditor,quem Attici a tumore ventris Pōpicum dixe
re. Fuerūt his tēporibus interiectis Crates Theba-
nus,Metrocles Maronita,& Hipparchia eius soror
cynicae disciplinae assectatores. Metroclis illud est.
Aliud pecunia parari,vt praedia,aliud tēpore & di-
ligentia,vt disciplinas. Idē suos libros combussisse
fertur,falsus somniorū phantasmata illa esse. Alij
Theophrasti commentarios ab eo combustos pro
Menede mus. diderūt. Menippus Ponticus & Menedem?,qui fu-
rialibabitu vsus dicitur,pulla tunica amict? ad pe-
des demissa,quā puniceus balteus astringebat. Ar-
cadicus pileus capiti impositus cum duodecim Ele
mentis intextis. Tragici cothurni,prolixa barba,&
virga in manu fraxinea,atqꝫ horum vtercꝫ Cynic?.
Zeno Citticus. Zeno Citticus adhuc memoratus in Pyrrhi tēpora
descendit,Stoicae disciplinae longe princeps,Cra-
tis & Stilponis auditor. Alij Xenocrati operā dedit
se ferūt. Extat huius quoqꝫ praeclare quaedam dicta.
Nihil fastu & superbia indecētius. Melius pedibus
labi qꝫ lingua. Eius scolā saepius rex Antigonus De
metrij filius ingressus post eius obitū dixisse fertur.
Heu quale spectaculū perdidit Quia in Pesianacta
porticu frequens fuit, ab eo illius assectatores, qui
Zenonij prius nominati sunt,Stoicorū nomē tule-
re. Heratosthenes poetas eos ab initio nuncupatos
prodidit. Duo idem principia posuit,Deū & mate
riā,sempiternū illū,atqꝫ omnia per materiam creas
re. Perijt Zeno iam grādis natu octauo & nonagesi
mo aetatis anno. Sunt qui septuagenariū decessisse
Epicurus memorēt,ac vitali spiritu de industria suppresso vi
tā finiuisse. Epicurus Atheniensis & ipse in haec tem
pora incidit,Gargetti ortus. Est is Attici soli pagus,
duodeuigesimo vitae anno Athenas se cōtulit,quū
Xenocrates Academiam teneret,floreretqꝫ tū maxi
me in Chalcide Aristoteles,eius dogma infame vt
foedę voluptatis assertor. Sunt qui illud ab insigni
calumnia vindicent, laudatāqꝫ ab Epicuro volu
ptatem dicant,quae ex veri rectiqꝫ contemplatione
oriatur,consentiuntqꝫ ipsius scripta huic opinioni.
Negat ille se bonū vllū intelligere,in his volupta
tibus,quae ex venere,oculis,auribus, & saporū sua
uitate oriuntur. Plurimum Leucippo in ijs, quae de
natura scribit,& Democrito accedit, quod eius epi
stolae ad Herodotum nescio quem demonstrāt,nā
vt ad Alicarnasseum illum,qui historias scripsit,da
tae videri possint,ipsa temporū ratio repugnat. Ae-
Timon Apollo niates. qualis his Timō Apolloniates, qui Sillos scripsit.
Is quia cū Stilpone Megaris est congressus, merito
his aequalis habēdus. Fuit & alius obscurior,ea tātū
infamia not?,qꝫ in humani generis odiū est,pueri?.
Sed ille Pelopōnesiaci belli tpa aut pcessit,aut exi-
gere nō potuit. Fuerāt & Menander Cephisius, vt Menāder.
Apollodorus scripsit,& Philemō,vtercꝫ socio cla- Philemō.
rus,atqꝫ inter se nō equales solum,sed vtercꝫ alteri,
clara aemulatione,infestus. Illustrior tamen Menā
der,quippe qui fulgore sui nominis caeteris eiusdē
carminis autoribus tenebras induxit. Varro autor
est,quinqꝫ & septuaginta ab eo comoedias scriptas,
in quibus quinquies vincere contigerit. Apollodo
rus quinqꝫ supra centum ab eodē editas,atqꝫ octies
coronatū prodidit. Satis constat Philemonem,pra
uis hominū iudicijs,illi poetico certamine praelatū,
& ob eam rem a Menandro ex occursu aliquādo sa
miliariter rogatum,an rubore afficeretur,quum se
vinceret. Atqꝫ hi tum viri ingenio & sapientia clari
fuisse dicuntur. Romae Fabritius cēsor P. Rufinum Fabritij
Consularem virum senatu mouit,ꝙ decem argen censura.
ti pondo facti haberet: lustroqꝫ condito cēsa sunt ci
uium capita ducenta septuaginta vnū milia,ducen
ti viginti quatuor,& cum Ptolemaeo Philadelpho
Aegypti rege iūcta est societas. Sextilia vestalis dā
nata incesti circa Collinam portam viua est defos-
sa. Nouae in Lucaniam Coloniae per id tempus du- Possido
ctae Compsa & Possidonia, Pestum ante nomina- nia olim
tū. Id Sybaritae condiderunt. Lucani,conditoribus Pestum.
eiectis,vrbem tenuere. Postremo Romani eo Colo
ni missi. In inferi maris ora vrbs sita, vnde & sin?
in quo sedet nomen est fortitus. Caeterum dum haec
in Italia fiunt, Pyrrhus in Epirū reuersus, quia ab Pyrrhus
Antigono,qui Macedoniam tenebat, supplemen- Macedo
tum ad Romani belli vsum per legatos non impe niam in
trauerat, cupidus ad haec quaestuosi alicuius belli, uadit.
cum octo milibus peditum,& quingentibus Mace
doniā ingressus,quum tantum praedandi studio re
gni fines inuasisset,auctus praeter spem duobus mi
libus,qui primo motu ad ipsum defecerant. in An
tigonum ire pergit. Cruenta deinceps pugna fuit.
Pyrrhꝰ caesa auxiliari Gallorum manu ex Antigo
ni commilitio,beluisqꝫ indicis parique strage dissectis,
hostium phalangē adortus,ad dedicionem compu
lit. Antigonus exercitu exutus in maritimas regni
vrbes sese recepit. Pyrrhus spolia praelio capta in tē
plo Itonidis Mineruae suspendit,eulogio victoriae
addito. Praecipua inde regni parte potitus Macedo
num animos offendit,ꝙ antiquorū regū sepulcra
auri cupiditate passus esset dirui a Gallis,quos a cu-
stodia sui corporis remouerat, Magnum inde ali-
quod facinus porro obiturus,cum quinqꝫ & vigin
ti milibus peditum ac duobus equitum, non mul- Pyrrhus
to post Peloponnesum ingreditur,populare nomē Pelopon
bello astruit,rumores dissipat eo consilio se in eam nesum
terram venisse,vt eius ciuitates a superbissimo An petit.
tigoni dominatu vindicaret. Haec palam, occulte
vero Cleonymi viri Spartiatae pollicita secutus,
Lacedaemonem occupare in animo habebat. Paca
tus igitur exercitus tam diu incessit,quoad Spartia
tarum finit fines initi,tum late in praedam & popu
lationem est discursum. Quaerentibus Lacedaemo
nijs,ꝙ se bello haud indicto, contra ius gentium
hostiliter inuasisset, Nec vobis curae est,inquit Pyr
rhus,viri Spartiatae,quod facturi estis alijs denun-
ciare. Exercitu inde ad vrbem admoto,magnū ho-
stibus terrorem injecit. Spartani nocte, quae secuta
est,consilium ineunt,quando vix tantum hostem
laturi crederentur, vt vxores & liberos in Cretam
ablegarent. Tenebatqꝫ adhuc ea consultatio,quum Archida
Archidamia virago quaedam senatum stricto gla- mię spar
dio ingressa conuicio adoritur de rep. consultātes, tanae in
multum,vt dicitur, questa,ꝙ Lacedaemonij viri doles.
persuasum haberēt,posse Spartanas mulieres euer-

Spartanarũ mulierũ indoles.

sa patria vitã vlterius agere, quibus verbis discussa ea consultatio fuit. Vbi vero ad vallũ hostibus obiciendũ iuuentus conuersa est, vt nocturno opere vrbẽ cõmunirẽt, hortantur eos matronæ & virgines quiescere, vt interdiu fortius dimicarẽt, ipsæ irrequieto opere fossam, sex cubitorum latitudine, quatuor profundã, vallo superimposito, prius q̃ il lucesceret, vrbi circunducunt. Nec segnius, pugna prima luce inita tela propugnatoribus suggerentes, vna voce hortabantur, vt fortiter pro patria dimicarẽt. Pyrrhus vallum ferociter aggressus, magnum illico affert Spartanis negocium. Diuersa parte Neoptolemus filius, discussis haud vno loco curribus, quos oppidani pro vallo obiecerant, irruptioni imminebat, nisi Acrotatus adolescens impiger cum globo iuuenum Neoptolemũ in precipiti & arcto loco stantem, difficili prælio fatigatũ, ab irruptione auertisset. Erat Acrotatus Arei filius, qui tum Spartanæ rei præerat, auxiliaresq̃ copias pro Corcyrensibus Cretico bello procul domo ductabat, amabaturq̃ iuuenis nihil obscure a Cleõyde Cleonymi vxore, iqua iniuria ille irritatus, autor Pyrrho fuerat Spartanæ rei subito bello

Acrotati adolescẽtis laus.

inuadendæ. Fractis igitur ea parte hostiũ conatib⁹, oppugnationeq̃ frustra in serum diei protracta, tota laus retentæ vrbis penes vnum fuit Acrotatum. Ibat iuuenis multa cæde conspicuus, viri simul & mulieres prætereũtẽ fauore & plausu prosequebantur, multæ inuidebant etiã Cleonydi amorem strenui adolescẽtis, quædam insuper voces iactare sunt ausæ, vade age Acrotate tibiq̃ Cleonyda habero, liberosq̃ tui similes patriæ procreato. Proxima nocte visus est sibi Pyrrhus per quietẽ cernere Lacedæmonem a se fulminibus incensam, læsurusq̃ ea imagine multo maiore conatu, q̃ antea, vrbem inuasurus dat pugnæ signũ militibus. Lysimachus nõ placere sibi eã visionẽ prædicabat, quoniã loca fulmine contacta inuia fierent, quem vt delirum Pyrrhus aspernatus, copias vallo admouet. Fuit hoc quoq̃ certamẽ nihilo mitius priore, atq̃ rex fossam cadaueribus oppletã transgressus, iam vrbi imminebat, quum equus per ilia effossus concidit, ipseq̃ præceps humi effusus præsenti periculo milites in se ab ardore pugnæ auertit. Vrbs hoc quoq̃ die valide defensa est. Affuerũt interim ab Antigono auxilia, & Areus non multo, post cum copijs superuenit. Duplici itaq̃ præsidio Spartani recreati, audacius vrbem tuebantur. Pyrrhus quando iã hyemis

Pyrrhus Argos accersitur.

appetebat, abacta ex circunfectis agris multiplici præda, in Laconico solo hyemare in animo habebat, quum Argos fatalem vrbẽ per Aristei factionẽ aduersus Aristippum Antigoni amicum, est accersitus. Carpebat extremum abeuntis agmẽ Are⁹, cum lecta Spartiatarum manu, adeoq̃ infesto gradu vestigiũ premebat, vt coactus sit Neoptolem⁹

Neoptolem⁹ Pyrrhi filius cadit.

regis filius manum cum hoste conferre, qua tumultuaria pugna, quum strenu⁹ adolescens omnes hostium impetus ferociter exciperet, telo ictus concidit. Trogus scribit eum in Spartana oppugnatiõe, quum in mediã vrbẽ irrupisset, ab hostibus circũuentũ periisse, morteq̃ patri nuncíata vnam ferunt ab eo vocem emissam. Tardius q̃ timui. Plutarch⁹ cuius diuersa est sententia, Neoptolemo cadente facta ait a Macedonibus fugã nec prius ab ea trepidatione cessatum, q̃ in apertos cãpos pulsum emersisset agmen. Tum ibi Pyrrhum, audita morte filij, in Spartiatas temere ruentes conuerso secum agmine, omnia hostiũ caudaueribus loca impleuisse, actũ demũ velut inferijs filij manibus datis, ipse presenti cæde cõtẽtus, a persequendo hoste abstinuit.

Vbi igit̃ Argos ventũ est, caduceatorẽ ad Antigonũ misit, qui & ipse aliquãto antea ab hominibus

Antigoni verba in Pyrrhum.

sue factionis accersit⁹, circa vrbem castra fecerat, vt secũ in apertũ armorũ certamẽ descenderet, cui ille suã militiã respondit non magis armorũ q̃ tẽporũ esse. Si Pyrrhum suæ vitæ tæderet, satis multas ad interitum vias patere. Argiui ad vtrũq̃ miserũt rogantes, vt suis finibus abscenderent, nec ocium inuiderent ciuitati vtricq̃ amicæ, Cæterum Pyrrho

Prodigia

Argis assidenti, hæc sunt propinquæ mortis prodigia oblata. Defecta boum capita i postq̃ nõnihil humi intermortua iacuere, repẽte linguas cũ igemitu exertauere. Et in Argo Lycæus Sacerdos, fanati

Pyrrhus Argos occupat.

eo cursu per vrbem euagat⁹ cernere se omnia cadaueribus plena vociferatus est. Pyrrh⁹ noctu muros subiens per portã ab Aristeo patefactã, in vrbẽ copias immisit, silentioq̃ est in forũ itum. Cæterũ vbi cardines portarũ, quæ Indicas beluas nõ capiebãt, submoueri cœpti sunt, suo stridore ciues excitant. Post vbi strepitus & properatio militũ ex vijs audi

tus est, sublato clamore, ad arma concurritur, Antigonusq̃ ex diuersa parte in vrbẽ irrupit, filio cũ parte copiarũ ad Aristippum transmisso, ipse cũ cæteris exercitu haud procul a mœnibus pugnæ intentus substitit. Pyrrhus vbi clamorẽ in vrbe sublatũ audiuit, veritus ne sui foro pellerẽtur, illatis signis, per æqua & iniqua equites ad locũ pperare iussit. Incerti itaq̃ rerũ omniũ duces, quia per noctẽ & in tanta ædificiorũ perplexitate nulla disponẽdę acies ratio aderat, lucem expectabãt. Sub primã igit̃ aurorã Pyrrh⁹ omnia ex aduerso hostilibus obsepta armis cõspicatus, vehemẽter cõmotus est, sed nihil

Lupi & Tauri cer tamen.

æque mouit ac veteris oraculi recordatio, quo monitus erat, tũ fatale tẽpus affuturum, quum in Tauri & Lupi pugnã incidisset, quorũ simulacra Argiui, ob antiqui facti memoriã, in foro insigniter sculpta habebant. Fama fuit q̃ Danaus ex Aegypto ad ea loca appulsus, i id certamẽ incidisset, spectatoq̃ pugnæ euentu, vbi lupum, quem pro aduena acceperat, victorẽ sit intuitus, Lyceo Apollini vouerit tẽplũ, Gelamorẽ inde, q̃ regno ea loca obtinebat, bello adortus vicerit porroq̃ fugarit, atq̃ ita voti compos sit fact⁹. Pyrrhus huiusmodi imagine perculsus, tũ quia confiliũ occupãdæ vrbis in cassum abierat, ad Helenũ filiũ portarũ exitũ obsidẽtẽ mittis, qui statim muros vrbis dirui iuberet, vt agmen minus telis obnoxiũ in apertũ educeret. Adolescẽs

errore deceptus, velut ad subsidiũ vocaretur, consestim equitũ globum cũ elephantis in vrbẽ per portam intulit. Et iã Pyrrhus cõposito agmine suos ex foro subducere cœperat, quũ duo agmina sibi occurrentia, adeo omina repente turbarũt, vt neq̃ signa seruari, neq̃ imperium vllum exaudiri posset

Turbat pyrrhi agmen.

Auxit militũ trepidationẽ Indica belua, casu quodã in ea porta qua euadendũ erat sua mole afflicta. Terra ibi colluctatio orta, militesq̃ inter se pressi, neq̃ fugã expedire poterãt, neq̃ in pugnam redire. Pyrrhus hãc suorũ fluctuationem intuitus, insigni galeæ detracto, vt minus nobilis esset, in oppidanos conuersus, qui a tergo instabant, valide pugnã ciebat. Ibi forte ab Argiuo aniculæ filio leuiter hasta vulneratus, quũ impetũ in percussorem fecisset, mater, q̃ superne spectabat, filij periculũ intuita, tegulã ambabus manib⁹ arreptã, super regis galeã ef

fudit, quo ictu diffracta casside, spondylisq̃ secũdũ ceruicem attritis lumina deficiũt, habenisq̃ manu fluentibus, haud procul loco quo fuerat ictus oĩb⁹ fere ignotus concidit. Nouit tamen cadentem Zophyrus quidam, qui sub Antigono militabat. Is

Pyrrhi interitus.

cum paucis eo accurrens, detracta iacenti galea, gut



turi ferrũ admouit. Pyrrhus interea ad se reuersus, adeo toruis oculis percussorem intuitus dicitur, vt attonitus ille os & mentum pro iugulo reciderit. Caput ad Antigonum Alcyoneus fili⁹ attulit, quẽ pater baculo percussum Barbarũ appellauit, q̃ se tanti viri sanguine polluisset, inde chlamyde oculis admota, familiariter necessarij mortem lachrymauit, Antigoni aui sui & Demetrij patris volubilem fortunã recordatus. Helenum Pyrrhi filiũ, forma veste ad se adductũ, priore cultu inducto, incolumen i Epirum remisit, pari humanitate in cæteros Pyrrhi amicos vsus, corpus regis honorificentissime funerauit. Et Pyrrhus qui omnium ducum, secundum Alexãdrũ maximus ea tempestate iudicatus est, in hũc modum periit. Tarentini post Pyrrhi digressum, bellũ in Romanos cõtinuo reparãt: cæterum domesticis viribus diffisi, ad Carthaginiẽ

Cõsules.

sium opes confugiunt. Nec ita multo post a Fabio Licinio & C. Claudio Consulibus prælio vincuntur, & cum his Carthaginienses, qui etsi nondum hostes ex confesso erant, senserunt tamen se posse a Romanis vinci. Tarentinis victis pax & libertas (quum Romani ipsorum arce per Milonem, vt Eusebi⁹ scribit, potiti essent) restituta est. Atq̃ hoc bello Romani defuncti, Rhegiũ obsident, oppidoq̃ recepto, tota legio, quæ contra publicam fidem Rheginos vrbe exegerat, per extrema supplicia extincta est. Multi sibi conscij qualis exitus se & alios ob patratum scelus maneret, ad extremum dimicando in pugna occubuerunt, qui viui in potestatem venere Romam missi, vt documento alijs essent, in foro virgis cęsi sunt ac securi percussi. Vrbs Rheginis restituta. Accidit per id tempus, vt Apollioniatum legati ad Senatum missi Romæ a iuuenibus quibusdam pulsati sint, quo flagitio ne ius gentium impune violatum videretur, iussu populi sontes ad supplicium Apolloniatib⁹ dediti sunt.

Cõsules

Inde Fabio victore & Q. Gullone consulibus Picentes noui hostes facti, Romana in se arma excitare. Fuit hic annus quintus & octogesimus supra

Argẽteus numm⁹.

quadringentesimum ab vrbe condita, qui itẽ quintus fuit ante primum bellũ punicũ, quo Romæ argenteus est nummus primo percussus. Picentis belli causam non reperio, ipsa gens a Sabinis oriunda voto vere sacro, cuius opes adeo procedẽte tempore creuere, vt vno tempore CCCLX. milia Picentũ in fidem Romani populi venisse dicantur. P. Sempronius & Appius Claudius bellum in Piceno administrarunt, breuiq̃ victoriam adepti insigniter ob rem bene gestam Romæ triumpharunt. Arimi

num in Togatæ Galliæ finibus colonia per id tẽpus facta, Romani eo coloni missi, Vmbri vrbem ab initio habuerunt, Ariminum flumen illi proximum, vtrum alteri nomen dederit, haud facile dixerim. Missi & Beneuentum coloni eodem tempore, Id in Samnio est, olimq̃ Maleuentum dictum. Terra hoc tempore prodigia apparuere. Fontes pluribus locis cruore fluxisse dicuntur, & lac in speciẽ pluuiæ e nubibus pluuisse, cum Vmbris nonnihil deinde & cum Salentinis Marco Attilio Regulo & Iunio Libone consulibus est bellatum, qui & ipsi armis victi in deditionem venere.

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE LIBER IX.

Larũ erat vbiq̃ gẽtiũ Romanũ nomẽ, & in terra Italia fine cõtrouersia princeps, quũ ingen⁹ Siciliæ status ipsius populi arma primo trãs fretũ elicuit, sen simq̃ coegit externis bellis assuescere, mox assueta & ferocior facta auspicatissime, ad alias transmisit gentes. Mamertini qui Messanam tenebãt (hinc enim primi belli Punici causa est Romanis orta, nisi prius aliquis violatum fœd⁹ a Pœnis dixerit, qui Tarentinis aduersus Romanos auxilio venerant) quandiu legionis, quæ Rhegiũ occuparat, præsidio vsi sunt, ciuitatem & agrum ab omni externa iniuria non solum tuerí potuerũt, sed res Syracusanorum & Carthaginiensium infestando, solicitandoq̃, eo venere, vt nõnullas illorũ vrbes sibi tributarias fecerint. Post Rhegium vero a Romanis receptum quãtũ Mamertinis est virium ademptum, tantum Syracusanis creuit audacia ad eos bello persequẽdos. Erat tũ Syracusanorũ dux Hiero, qui postea rex fuit. Hunc nõ multo prius militates copiæ ab ijs qui rempublicã domi administrabant dissidentes, tumultuose sibi ducẽ cũ Artemidoro crearũt. Erat Hiero admodũ adolescẽs, cęte

Hiero.

rũ vniuersis naturæ dotibus adeo ornatus vt nihil in eo quod regiũ esset, præter regnũ, desideraretur. Is Syracusas cũ exercitu ingressus, adeo clementer moderateq̃ in homines aduersæ factionis victoria vsus est, vt magno omniũ ordinũ fauore, quod nõ antea acciderat, dux iterum sit creatus. Maiora inde q̃ vt dux ad tempus esset animo complexus, Leptinis viri apud multitudinẽ gratissimi filiã sibi matrimonio deuinxit. Mox in Mamertinos p fect⁹ de

Hieronis industria seditiosam militũ manũ hostibus trucidãdã obiecit, quibus ad vnũ propemodũ cæsis, icũ cætera legione, incolumi in vrbẽ reuersus nouũ ac sibi fidũ militẽ cõducit. Paucis inde diebus, exercitu moribus & armis instructo, quũ hostẽ vano successu sciret præcipitatiorẽ factũ, stultiusq̃ sibi occursurũ, citata manu ex Syracusis duxit in Nyleũ agrũ, cõflixitq̃ cũ hoste circa Longanũ fluuiũ, quẽ nõ solũ fudit fugauitq̃, sed eorũ etiã duces captos Syracusas vinctos p duxit: ea victoria tam grata Syracusanis fuit, vt Hiero cũ exercitu in vrbẽ reuersus, irex

Hiero a ciuibus, & omni militari turba, magno sit fauore rex creat. & consensu appellatus. Mamertini vna aduersa pugna fracti, fuisq̃ viribus diffisi, alij ad Carthaginiẽ

Mamerni victi.

ses confugiunt, eisq̃ sese & arcem dedunt, alij legatione ad id prius missa, ciuitatẽ Romanis tradunt. Dubitatũ aliquãdiu Romæ est, an Mamertiniauxilio iuuandi essent, q̃ alienam vrbem insanda proditione occupassent, quũ id scelus, in Rheginorum gratiã, nuper ipsi grauiter in legione vna vindicassent. Cæterũ quia Carthaginiẽsium opes non in Sicilia & Aphrica solum, sed in Hispania quoq̃ maioribus indies augebantur incrementis, q̃ tutũ fibi & cæteræ Italiæ esset, auxilia Po. decreuit, ne Messana a Pœnis capta, in eorũ potestate foret, quoties libitũ esset, velut ponte ad id parato, in Italiã trãsmittendi. Erant tum cõsules Appius Claudius, cui cognomentũ Caudex fuit, & M. Fului⁹ Flaccus (pro Fulvio apud quosdam, Q. Fabiũ reperio) fuitq̃ hic annus noriagesimus supra quadringentesimũ ab vrbe condita. Claudius cũ exercitu Mamertinis opẽ

Mamertinis opẽ fert Ro.

ferre iussus est, de cuius aduentu illi certiores facti. Carthaginiẽsiũ prefecto, qui paucorũ studio fuerat in arce collocatus, partim terrore, partim dolo vrbe eiecto Romanũ ad se cõsulẽ accersunt, ciuitatem vrbẽq̃ illi tradũt. Carthaginiẽses p fectũ, qui p sidio

excesserat in crucē subſtulerunt,ac ſubito copijs terra mariq; coactis,claſſe ad Pelorū cōſtituta, Meſſanā obſidione cingunt.Hiero & ipſe Mamertinorū odio,quos inſula eiectūriri cupiebat,fœdere cū Carthaginiēſib⁹ icto,cū valido exercitu Meſſanā ꝓſect⁹,diuerſa parte vrbis circa mōtē quē Chalcidicū vocāt fecit caſtra.Romanus cōſul tātā bellorū procellā veritus,primo expertus eſt,an rebus pace cōpoſitis Mamertinos bello liberare poſſet: vbi vero legati ī vtraq; caſtra miſſi nihil pacati retro ſecū tulerūt,Claudius aduerſus Hieronē egreſſus iuſta acie cū eo cōfligit. Diu anceps fuit ꝓliū, poſtremo Romani fuſis fugatiſq; Siculis egregie vincūt.Multi hoſtiū ſunt in acie cæſi,cæteri regē ſecuti trepide in caſtra refugiūt,Syracuſani ꝓſenti clade perculſi ſilentio noctis domū verſus iter tēdūt.Hos Romani ſub lucē aſſecuti(nā neq; ſilētio neq; tenebris falli potuerūt)nouа cæde per agros diſſipāt.Per hoſticū inde cōſul euagat⁹ caſtra Syracuſas admouit. Philinus qui primū bellū Punicū ſcripſit, Romanos a Carthaginiēſibus & Syracuſanis duplici ꝓlio circa Meſſanā victos prodidit,mox Hieronē & Pœnos metu perculſos,relicta obſidione,tota inſula diſſipatos,pro victis abijſſe, actū demū Romana caſtra Syracuſis admota,quo nihil magis eſt a fide alienū q; vt ij qui bis victores fuiſſent, bis cæſos & fugatos fugierint,ſed vero ꝓpiora ſunt q; Polybi⁹ prodidit,q; eorū eſt autor,q; priore ſunt a nobis loco relata,etſi in hoc quoq; habeo quod mirer, qui quū bina hoſtiū caſtra circa Meſſanā ſtatuiſſet, Punica & Syracuſana,Hierone victo cōfeſtim Syracuſas itū dixerit,cui fidei nemo nō cūctāti⁹ acceſſerit, Pœnis terra mariq; Meſſane aſſidērib⁹,Claudiū in hoſtiū finē caſtra trāſferre auſum, ꝓſertim quū nihil a tergo pacati relinqueret, ſed credibile eſt Carthaginiēſes ſociorū clade territos, ſoluta repēte obſidione in rutū cōceſſiſſe. Fama rerū a Claudio geſtarū Romā perlata in cauſa fuit, vt patres in ſpem erecti Romanæ rei in Sicilia propagandę, ſequenti anno,M. Valeriū & C.Octaciliū cōſules,cum duobus exercitibus in eā inſulā miſerint, ad quorū aduentū pleraq; Syracuſanorū & Carthaginiēſiū ciuitates ad Romanos defecere,quā Siculorū inclinationē Hiero intuitus,cōducibili⁹ ſibi ratus Romanorū partes,q; Pœnorū ſequi,ꝓſertim quū Syracuſani inueteratū odiū aduerſus Pœnos gererēt,legatos ad cōſules miſit,qui ab his pacē & ſocietatē peterent.Romani,quia Carthaginiēſes maria circa inſulā inſederant,veriti ne cōmeatus ſibi intercluderent,cōmodiſſimā Romanę rei eā pacē arbitrati,his cōditionibus cū Hierone ſocietatē iūxere,vt rex captiuos Romanis ſine precio reſtitueret,& cētū argēti talenta pēderet.Eutropius.CC.ſcribit.Syracuſani ſocij amiciq; populi Romani appellarent.Hiero per hæc cōciliatus iam inde in ſtudio & obſeruātia Ro.nominis q; diu vixit,cōſtātiſſime perſeuerauit, quo cōtigit,vt Romanorū fauore & benuolentia Syracuſanæ res ſub eo tam proſperæ & felices fuerint,q; ſub regnum nullo antea fuiſſent. Probauit Romanus populus eā pacē,frętuſq; ſocij regis opibus,vt maior eſſet vni exercitui oīm rerū copia,alterū ex inſula cōſulē cū ſuis copijs in Italiā reuocauit.Luſtrū per id tēp⁹ Romæ cōditū eſt, cēſaq; ſunt CCLXXII.milia ciuiū.Decius Iunius Brutus primus in vrbe gladiatoriū munus edidit, Colonia q; Sarnia deducta eſt.Carthaginiēſes poſteaq; Hieronē cū Romanis fœdus percuſſiſſe audiūt,eſt,maiori bus opus eſſe viribus arbitrati,Ligurum & Gallorū vim ingētē mercede cōducūt,ex Hiſpania quoq; miles ſtipēdio accerſitus,copiaſq; Agrigētū cōtrahunt.Eſt vrbs ipſa in ora inſulæ ſita quę meridiem ſpectat,inter Himerā flumē & Hiſpā.Agragas id oppidū olim dictū,Ionūq; fuiſſe coloniā quidā arbitrati ſunt.Thucydides Geloos locū tenuiſſe ab initio exiſtimat,& a propinquo flumine Agragātem appellatū,Gelā ab Eutimo Cretēſi & Antiphemo Rhodio cōditā.Nec eo anno quo cum Hierone pax facta eſt,memorabile aliquid in prouincia geri cōtigit.Secut⁹ eſt tertius belli Punici annus, qui conſules habuit L. Poſthumiū & Q. Aemiliū. Quidā autores ſunt,his conſulibus fœdus cū Syracuſanis ictum,ſed Polybius,quem ſequimur,prioris eſt anni autor.Cōſules exercitu in inſulā deportato, ſpeculati hoſtiū cōſilia,qui vnum in locū omnē belli cū apparatū contulerant, Agrigentū ad octo ſtadia proxime conſederunt.Erat anni æſtas,& iā maturę in agris ſegetes, cæterum quia longior futura erat obſidio,milites paſſim per agros frumētatū effuſi, in ſpē hoſtē adduxerūt rei per occaſionē bene gerē dæitaq; eruptione ex oppido facta,vna pars caſtra inuadūt,alij in frumentatores faciunt impetū.Militaris diſciplinæ ſeueritas,quum ſæpe alias tū eo die rē Romanā turata eſt. Morte mulctabant qui apud Ro.Caſtra aut ſigna deſeruiſſent,conſtitutove ꝓſidio deceſſiſſent.Id in cauſa fuit,vt quum Carthaginiēſes multo plures eſſent,caſtra tamen non modo defenſa ſint,ſed hoſtes cū multa cæde in vrbem reiecti.Periculū ei⁹ diei effecit,vt neq; Pœni auſi ſint amplius caſtra inuadere,neq; Romani latius euagari.Conſules exercitu in duas partes diuiſo,bina circa vrbē caſtra muniūt,vnum ad Aeſculapij tēplū, altera Heracleā verſus, duplici deinde foſſa vrbem cingunt,interius vna ad hoſtiū eruptionē inhibendā,altera exterius ne obſeſſis auxilia alicūde inferri poſſent,præſidijſq; per interualla diſpoſitis, quinq; menſium ſpatio Romanus ſedendo hoſtē fatigauit.Iā fames in vrbe ſentiri cœperat, erāt em̄ ad.L. milia hoſtiū,q; obſidione premebant, Hānibal,pernes quē erat ſumma imperij,Carthaginē miſit, qui nūciaret,in quo ſtatu res Punica ad Agrigētū eſſet, Carthaginiēſes ſuorū periculo permoti nouū in Siciliā exercitū cū magno elephātorū numero & naues q; plurimas ad bellū inſtructas ad Hānonē alterū ducē mittunt,vt Agrigētū obſidione leuaret. Is cū omni bellico apparatu Heracleā profectus Herbeſum,vbi Romani horreū habebāt,ꝓditione occupat:quo adēpto cōtinuo in caſtris inopia ſentiri cœpta eſt,fuiſſentq; coacti conſules breui obſidionem ſoluere rerū omniū egeſtate,niſi Hiero ex Syracuſis cōmeatū & alia ad bellum neceſſaria Romanis benigne ſuppeditaſſet.Hāno quia ingēs peſtilētia vniuerſum exercitū iuaſerat, cerneretq; ſuos ad pugnā feroces,expeditis equitibus p̄miſſis,qui Romanū ad pugnā elicerēt,ipſe cū quinquaginta elephantis, inſtructa acie, ex Heraclea eſt ſubſecutus. Iuſſi fuerant Equites,iniecto prælio retro paulatim abire ſecumq; procul a caſtris Romanū trahere. Numidæ quibus id negocium datū eſt,ex Romanis caſtris equitē irritatū ad Hannonē vſq; pertraxerūt,q; velut in inſidias p̄cipitati,cōſpectis hoſtib⁹,ſtatim terga vertūt,atq; aliquot in fuga amiſſis trepide caſtra repetunt. Affuit haud multo poſt Hāno inſtructo agmine,collēq; decē ſtadia a Ro.caſtris diſtantē occupat,nec duobus inde mēſibus quicq; eſt hinc aut inde motum.Interea Hannibal,crebris per nocte ignibus ac nunciijs,Hannoni ſignificabat multitudinem quæ in vrbe erat,famē amplius ferre nō poſſe,multos lōga inedia feſſos ad hoſtes defeciſſe, atq; in horas plures deficere,quo ſuorum periculo motus Hāno etſi parū ſuis viribus fidēs,in aciē tamen

Ro. ꝓlio Hieronē vincunt.

Cōſules.

Cōſules. Prima Ro. Claſſis.

Carthaginiēſium apparat⁹.

Pax Hieronis & Roma.

Gladiatoriū mun⁹ primum.

Agrigēti vetuſtas.

Hanno Agrigentū venit.

mē copias eduxit.Cōſules qui ob eas,quas dixim⁹, difficultates nihil magis q; pugnā volebant,ne q̄d in mora eſſent confeſtim & ipſi ſuos in procinctu ſtatuerunt.Cruentū ab initio fuit certamē,mox prima Carthaginienſium acie pulſa in Elephantos Romanus victor incidit.Cæterū tātus fuit fugiētiū ſequētiūq; ſtrepitus vt belluæ exterritæ in ſuos impetu auerſæ fœdā cōtinuo ſtragē dederint. Pœni rebus perditis alio fuga delati ſunt:Cōſules elephantibus,qui in acie ſteterāt, & hoſtiū ſpolijs potiti in caſtra copias reduxerunt.Ex re bene geſta negligentia,vt aſſolet,orta eſt apud Romanos, læti milites præſenti victoria minus attente per noctem vallū aſſeruāt,quā occaſionē nactus Hannibal cū omnibus copijs,quas Agrigēti habuit, intrēpeſta nocte vrbe egreſſus vtraq; Romanorū foſſam palearum manibus adæquat,inde per medias hoſtiū ſtatiōes ſilenti agmine in pacatū abijt. Romani,cognita hoſtium fuga,in vrbē,quum iā nemo repugnaret,hoſtiliter irrumpunt,multaq; opulentiæ refertam diripiunt. Patres nuncio victoriæ huius accepto, rati fore, vt ſi aliquando enixius rem punicam vrgerent, breui tota Sicilia potirētur,qua in deditionē redacta,nulli dubiū erat quin Romana res magnū eſſet incremētū habitura, accuratiore delectu habito,L.Valeriū & T.Octaciliū cōſules in ꝓuinciā mittūt. Interea Agrigēto a Romanis capto,quū nemini dubiū eſſet Romanas opes terreſtri bello validiores Punicis eſſe,magna pars Siciliæ ad conſules defecerat. Obtinebant tamē Carthaginienſes maris imperiū,eaq; res in cauſa fuit,vt punica claſſe haud multo poſt in Siciliā appulſa, omnes fere maritimæ vrbes metu ſint a Pœnis receptę. Infeſtabatur interea & Italiæ ora ab altera Carthaginienſiū claſſe,quū interim Aphrica ab omni hoſtili iniuria immunis eſſet. Hæc patres animo reputārēs, quū plane perſpicerent,ꝓter alia incōmoda, ne bellū quidē ipſum ad optatū exitū perduci poſſe, niſi hoſtiū conatibus mari ireē obuiā, de claſſe publice parāda decretū tulerunt,q; cētū viginti haberet naues,quarū cētū quintuplici ordine agerent, terno reliq;.In hoc nauticę rei apparatu quinqereremium ædificatio p difficilis fuit,quarū tū null⁹ erat in Italia vſus,quo magis mirāda eſt vet⁹ illa animorum prętātia,Populiq; Ro.magnitudo,q nauticę rei ad id tp̄s ignar⁹ ita intrepide pelag⁹ tractare ſit auſus, priuſq; cū hoſte nauali ꝓlio certarit, q; vllū fecerit rei maritimę piculū. Nā quū in Sicilia primo Romani trāſtretarūt, Tarētinorū Locrēſiūq; & Rheginorū fuerāt nauibus vſi,quū ipſi ea tēpeſtate ne lēbū quidē vllū publice poſſiderēt. Erāt p id tēpus circa fretū pleręq; Carthaginiēſiū naues,ex q⁹ quinque remis vna ſemilacera forte ad Romanorum man⁹ peruenit,hoc vnū illis exēplar fuit ad nouas ædificādas. Hui⁹ inſtar cētū alię fabrefactæ breui in portub⁹ ſederūt.Sed dū hæ ſtudio naues texunt,multitudo ingens ad remigiū exercebat, ſubſellijs in area diſpoſitis futuri remiges inſidētes,ad nutum & vocē vni⁹ ſtātis,q; medio ordine verſabant remorū pulſum accōmodabāt,intēdētes remos vna atq; inhibētes.Moueri ſimul cūcti ac ſimul reſidere.Sic q; plures dies exerciti, poſtea q; naues q; inſtructæ erāt,cōſcēderūt,verā in ſalo experiētiā dedere.Exieratq; p hæc ann⁹.Secuti cōſules,Cn.Corneli⁹ Aſina & C.Duellius,Corneli⁹,cui claſſis data eſt.Is cū oībus nauibus ad fretum vſq; Siculum ꝓgreſſus,ę tera claſſe in ora Italię relicta,ipſe cū ſeptēdecim nauib⁹ Lypară traiecit.Erat tū Hānibal Carthaginiēſiū dux cū Punica claſſe Panormi(eſt is loc⁹ in occidua inſulæ plaga)auditoq; Romani cōſulis ad Lyparā appulſu,Boodē Carthaginiēſem nobilē cum XX.nauib⁹ ad eū opprimēdū ire iuber,nec incaſſū id cōſiliū ceſſit.Intēpeſta nocte Pœn⁹ Lyparā delatus,Romanas naues cū cōſule intercludit faucibus portus inſeſſis. Eſt Lypara ex Aeolijs vna, ꝓpinqua inter alias magnitudine,a Lyparo rege q; eā tenuit nomē inſulæ datū,procedēte deinde tēpore Gnidij coloniā deduxerūt.Cornelius ſubito malo perculſus,inops cōſilij ſeſe cū nauibus tradidit.Liuius ait per ſpeciē colloquij deceptū ab hoſte Cornelium captū fuiſſe:& Hannibal pręſenti ſucceſſu elatus paucis dieb⁹ interiectis,cū quinquaginta lectis nauib⁹ ex Panormo Romanā claſſem inſpecturus, ꝓxime Italiā nauigauit.Cæterū cōtrario q; Romani curſu delat⁹ ex improuiſo in hoſtiū cōſpectū venit,ſubitaq; & inopinata vi oppreſſus, parte nauiū amiſſa, ipſe præter ſpē omniū aufugit. Agebat tū forte C. Duellius circa littus copias, hic de collegæ caſu fact⁹ certior,relicto tribunis exercitu,cōfeſtim ad mare deſcēdit,nec ita multo poſt quum punica claſſis haud procul abeſſe diceret,apparerętq; nouū & inſuetū Romanis certamē inſtare,q; accuratiſſime poteſt,naues ad prælij⁹ ornat,q; ꝓ tardiores eſſent, ne Punicarū agilitate medio certamine eluderent, linea inſtrumēta ad hoſtiū naues innectēdas ſingulis quinqueremibus imponit:coruos nauæ vocabāt.Interea exploratorū indicio cognouit Duellius hoſtiū claſſem ad Milas ſtare,eſt is quoq; loc⁹ in occidua inſulæ parte,inter Phalachrū,promōtorium & Heliconis fluminis oſtiū. Tenuerūt id oppidū Zāclei,q; Himerā cōdiderūt:Huc Romanus cōſul pugnandi ſtudio deuehit,at Pœnus audito hoſtiū aduētu ſeſe,in p̄liū expedit,cētū & .XXX. nauibus in altū adductis .Erāt Carthaginiēſes ī magna ſpe victoriæ,haud aliter uēturū rati,q; vt eo die proſpere pugnarent,qñ cū eo hoſte res futura eſſet qui nullā rei nauālis calleret peritiā,verū longe aliter euenit, q; pœni animo cōceperāt:enimuero vt claſſes inter ſe propinquare cœperūt,corui in Romanarū nauiū proris cōſpecti,hoſtes nouitate rei p culſos cūrſu inhibuere,mox quęcūq; ea ars eſſet cōcepta,facto impetu,pugnā capeſſunt.Romani machinarum iactu cōfeſtim q; primo loco cōgreſſæ fuerāt tenaciter innectūt,innexaſq; magno aio pūgnā irrūpūt.Erant corui velut pōtes quidā ſex vlnarum in gradus ſua lōgitudine digeſti,ligneæq; columnę,q; circa nauiū proras ſtabāt,ſummo loco ꝓpoſiti,q; libramētis q; buſtā remiſſi,p̄cipiti rotę volubilitate,ī aduerſam nauim cadētes,quacūq; parte incidiſſent,tenaci nexu alligatā,quaſi per gradus euntibus peruiā faciebāt.Cædunt itaq; Pœnorū pleriq; ferociſſimo Romanorū incurſu,ſed plures ſubito ſtupore depreſſi, ſeſe turpiter dedunt.Fuit id certamē terreſtri multo q; nauali ſimili⁹.Triginta Carthaginiēſiū naues, q̄ principio p̄liū iniuerunt,ad vnā in hoſtiū poteſtatē venere,& in his ꝓtoria ſeptiremis,q; Pyrrhi regis fuiſſe ferebat.Hānibal,vbi rē ꝓdita vidit, ī ſcaphā deſiliēs ad ſuos ꝓtrepidus euaſit.Cicero interea nihilo ſegnius pugnā Carthaginiēſes,machinas tātum declinare,nō a frōte vt prius ſed in latera incurſantes,ignāri coruos ea ratione cōpactos,vt nō ſolum in frōtē caderēt,ſed vtroq; verſum dextra lęuaq; hoſtē allīgarēt.Tum vero in alterum recēs diſcrimē dilapſi hoſtes,pari euētu excepti, ſexaginta nauibus amiſſis,ī fugā vertunt.Quidā autores ſunt,.XXX. Punicas naues eo prælio captas.XIIII.mari depreſſas.Septē milia hoīm in victorum poteſtatē venīſſe,Tria milia deſiderata.Romani maris poteſtā ꝓpter ſpē adepti,victoriæ curſū ſecuti,Se geſtā vrbē hoſtili obſidione liberant,Macellā capiunt,vtraq;

Romana victoria ad Agrigentum.

Hānibalis fuga & Strata gema.

Cōſules.

Cōſules.

Panormus.

Lypara.

Corneli⁹ deditur.

Hānibalis fuga.

Milæ.

Naualis pugna.

Coruina uales.

Numer⁹ captarū nauium.

mediterraneã in australi insulę plaga. Oritur interi inter Romanos & socios de virtute cõtẽtio, adeoq; æmulatio illa vtrorũq; aĩos accẽdit, vt q̃q; in pximo tẽderẽt, bina tamẽ essent castra. Hãc occasionẽ Hamilcharis suc cessus, Hamilchar, q̃ pedestrib⁹ perat copijs, secut⁹, eximprouiso sociorũ munimenta aggressus, ad quatuor milia hoĩm occidit. Hãnibal cum suis nauib⁹ quæ prę lio superfuerãt Carthaginẽ reuersus, nõ multo post cum aliquot triremib⁹ in Sardiniã mittit, vbi nihilo est meliore fortuna vsus quum portum inse disset quẽdã à Romanis eximprouiso circunsessus, classem fere oẽm amisit. Ipse media trepidatiõe elapsus, vrbi primum Carthaginẽ venit, ob rẽ toties male gestã, est cruci affixus. Duellius Romã reuersus, prim⁹ Quiritiũ naualẽ triũphũ egit. Additus il li insuper honos, vt a cœna reuertẽti tubicinas prę Honores Duellij. cinerẽt, & incẽsum funale p̃ferret. Polybi⁹ C. Sulpitium & A. Rutilium Consules Duellio subijcit. C. Aquilium Florum Eutropius & L. Scipionẽ a quo Corsicã vastatã scribit & Sardiniam, multaq; captiuorum milia Romã abducta, atq; de his triumphatum. Sed nos Polybium sequimur. Is autor est Sulpitiũ in insulã, pfectũ, confestim copias Panormũ admouisse, vbi tunc hostes erãt, Pœnoq; pugnam detrectãte, Romanũ inde cõsulẽ auersum. Hippanã oppidum occupasse, mox Mysistratum & Camarinã, quã Syracusani cõdiderunt. Cæterum dum hæc a Sulpitio gerunt, Rutili⁹, cui⁹ erat imperiũ classis, ad Tyndariũ stationẽ habebat, inter Heliconem & Tinethum flumina in occidua Siciliæ ora, vñ hostium naues in alto conspicatus, mãdat suis, vt se q̃ celerrime sequant, ipse cum. X. nauib⁹ ante alterã classem in Pœnos temere euehitur, Carthaginiẽses alios Romanorũ adesse intuiti, alios aut ĩ portu stare, aut certe in ipsis faucibus procursum moliri, rati illos fero suis subsidio affuturos decẽ naues, q̃ cũ cõ sule erãt subito circũsistũt. Has partim mari depri Nauale prelium. mũt, partim fuga dilapsas persequunt. Parũ abfuit q̃n & ptoria sit nauis capta. Cętera deinceps classis ĩ cõgressũ venit, ibi punicis nauib⁹ disiectis, earũ octo depressæ sunt, decẽ captæ, reliquæ Lyparas cursum tenuerunt. Ex ea pugna ita est discessum, vt primas victoriæ partes sibi vtriq; vẽdicarẽt, qua mutua persuasione cõtigit, vt tã hi q̃ illi maioribus, q̃ vnq; antea, votis nauele prælijũ optarẽt. Sub initiũ igit̃ ęstatis instructi paratiq; vtrinq; ad bellũ exeũt. Romani cũ triremibus trecẽris ac triginta Messanã primo cõuenere, ad dextrã insulæ Pachinũ pterueCti, eo puenerunt, vbi tũc terrestres erãt Romanorũ Lilybęũ. copię. Carthaginiẽses & ipsi. CCC. & L. naues habẽtes ad Lilybæũ cõsederũt. Est id oppidũ in promõtorio ad Aphricũ ventũ obuerso, vbi cõfiniũ Siculi ẽ & Sardoi pelagi. Breuissim⁹ ex eo loco ĩ Libyã cursus. CXXVII. milib⁹ passuum a Carthagine di Strabõis visus acutissimus. stat. Mirũ est quod Varro tradidit ex hoc promõtorio Strabonẽ, quẽdã solitũ naues perspicere, q̃ exportu Carthaginis pficiscerent, ita vt & numerum exponeret. Romanorũ cõsiliũ erat in Aphricã nauigare, vt eo oẽm vim belli ex Sicilia auerterent, Pœnicq; nõ minus de solo patrio q̃ de Sicilia pugnare cogerent. Carthaginiẽses q haud ignari erant, q̃ facilis in Libya futura esset Romanis victoria, certi erãt oĩa prius pati, q̃ incolumi classe sinerẽt Roma Cõsules. nos eius nauigationis fieri cõpotes. Erant tũ cõsules, M. Attilius Regulus & L. Mãlius Volso, qui paratis oĩbus q̃ ad nauale prælijũ & Libycam expeditionem attinebant, e pedestribus copijs lectissimũ quenq; in naues imponunt. Classem omnem qua tripertito instruunt, & velut in terrestri acie, quę vltimo loco steterunt naues triariæ dicebantur. Habebat Romana classis supra centum quadraginta milia hominum. In singulis nauibus. CCC. erant remiges, & legionarij milites centũ viginti numero. Ingens bellatorũ numer⁹. Aliquãto maior vis hoĩm, vt & nauiũ, Pœnis ad erat, sed multo plures naualibus prælijs q̃ terrestribus assueti: quem mortalium numerum duarumq; potentissimarũ vrbiũ discrimen, nõ modo qui viderunt, sed ij etiã ad quos hæc fama olim puenerit, merito mirari possint. Romani duces, quum cernerent sibi oblique nauigandũ, propter hostiũ occursum quia illi nauiũ agilitate plurimũ pollebãt, ita aciẽ insternũt, vt in fronte duas fexirremes statuerit parum inter se distantes, quarum vna Attilius, altera Manlius vehebat. Inde secundũ duas illas cæterę nauesvna post aliã, certis inter se spatijs, gemino Ro. classis. ordiẽ, sequebant, ita vt quo magis a primis illis distarent, ita a tergo ordines latius panderent, quo contigit, vt duarum alarum extremæ maxime inter se distarent, figurarẽtq; duos rectos angulos, velut duabus lineis æque a frõte qua prætoriæ naues stabant diductis. Atq; ita primæ Ro. classis partes in procinctu stetere. Tertia pars ex obliquo, velut basis quędã ab vno ordine ad alterũ extensa, absoluti reddidit triãguli formã. Post hũc ordinẽ onerarię sequebant armis cõmeatu & equis honuste. Agmen triariæ naues cogebãt, ita dispositæ, vt p̃cedẽtis agminis cornua ab vtraq; parte superent. Puni cæ classis præfecti, qui in hoc ipsum erecti stabant, vt iniecto plio Romanũ a cursu remorarẽtur, suos paucis hortati, vt non de Siciliæ possessione eo die crederent se certaturos, sed de patria liberis & omnibus quæ sunt mortalibus charissima, quibus, quo niam vera esse constabat, non mediocriter Pœnorũ classis. Pœnorum animi in præsens sunt certamen accensi. Carthaginiensium præfecti erant Hãno & Hamilchar, qui conspicati Romanæ classis ordinem, cõsestim & ipsi classem partiti sunt, huius præcipua parte in altum delata, dextrũ cæterarum virium cornu Hãno cum velocibus nauibus tenuit, sinistrum proxim⁹ terræ Hamilchar, cui quarta pars classis vt firmius esset. Attilius & collega tenuem Carthaginiẽsiũ aciem intuiti, facto impetu in aduersum hostiũ agmen prorũpunt, quib⁹ Pœni, qd̃ facere iussi fuerant, facile cesserunt, ac simulata fuga duos primos Classiũ cõflict⁹. ordines a cętera classe secũ abstrahunt, basis cum onerarijs, quæ remulco agebantur, a fronte nudata tardius sequebat. Tum ex Hamilcharis naui dato vt inter duces conuenerat signo, qui in altũ prouecti fugam simulauerant, in pugnam redeunt, & Hamilchar a tergo instat. Fuit igitur cruẽtum plũ Romanisq; ordinibus per hæc disiunctis Hãno ex alto circumuectus, a tergo triarias inuadit naues. Hic quoq; laboriosa & anceps pugna fuit, mutuaq; cædes. Cæterum nequid alicubi laxamenti esset, ordo ille, qui onerarias & Hippagines trahebat, a fronte nudatus, ab eo punicæ classis qui post Hamilcharẽ steterat ordine inuaditur. Ita triplex pugna vna hora pugnabatur, & quia nauiũ numerus vbiq; pene par erat, certamen & ipsum anceps. Postremo Hamilchar superatus fugam arripit, Manlius fugientib⁹, ferociter instat. Attili⁹ cum suo cornu in eos cõuertitur, qui triarias naues & q̃ Hippagines propemodum obruerant. Romanorũ animi aduentu consulis, multo ferocius prælijũ cient, atq; ita hostes a fronte & a tergo pressi nauiũ celeritate in altum abeunt. Tota vis consulum versa est, in eã punicæ classis partem, quæ proxima steterit littori. In hanc Manlius & Regul⁹ cõuersi ad quinquaginta Carthaginiẽsiũ triremes momento temporis op primunt. Atq; in hunc maxime modũ est eo die cr

ca Lily



ea Lilybæũ dimicatũ. Cõuulsæ sunt quatuor & viginti Ro. naues, Pœnorũ trigita & ãpli⁹ quatuor & LX. captæ. Cõsules, reparata classe, punicisq; in pugna captis ad ips instructis, prioriq; nũero adiectis, in Libyã ire pergunt. Ad Mercurij ꝓmontoriũ (est is locus in fronte Libyę) Ro. classis primo appulsa est, inde Clipeã petũt (est vrbs hęc in promontorij parte sita) subductisq; haud procul hinc in terrã nauibus, fossa & vallo valide cõmuniũt, præsidioq; tutissimo firmãt. Subita inde oppugnatio Clipeã adorta est, q̃ res magno metu leuauit Carthaginiensium aĩos, qui ab initio persuasum habuerũt, fore, vt Ro. recto cursu Carthaginẽ peterẽt, quo accidit, vt post Lilybætanã pugnã irrequieto opere Pœni vrbẽ cõmuniuerint. Totis itaq; viribus domi forisq; terra ac mari bellũ reparant. Consules Clipea haud multo post potiti, eã p̃sidio firmãt, atq; vna Primi Rom. succ cessus in Aphrica. in hostẽ profecti, Carthaginiensem agrum terroris & populationis cõplent, suburbana ædificia incẽdunt, captiuorũ supra triginta milia ad naues addũcunt. Interea nũcij ad ꝓsules venere cũ patrũ decreto, vt eorũ vnus cũ ijs copijs, q̃ ad bellũ necessariæ viderẽtur, rem in Aphrica gereret, alter cũ classe & cætero exercitu Romã reuertereẽ. M. Attilius cum XL. nauibus, & XV. milib⁹ peditũ, equitib⁹ quin gentis, in prouincia relictus est. Reliquas copias, cũ ingenti præda, & omni captiuorũ multitudine in Siciliã primo, mox in Italiã Manlius ĩcolumes deportauit. Carthaginienses rati, qd̃ erat, Aphricã Carthag. imperatores. a Romanis belli sedẽ destinati, duos imperatores Bostarẽ & Hastrubalẽ cõstituũt. Affuit & Hamilchar ex Heraclea, cũ quinq; milibus peditũ, qui tertius dux illis additur, vt cõi sentẽtia tres duces rem punicã administrarẽt. Et iam illi Carthagine mouerant, quũ Attilius Adan vrbẽ oppugnare adortus. Eo Pœni duces cũ oĩbus copijs sunt pfecti, vt suppetias laborantibus socijs ferrent. Vbi vero in conspectũ hostiũ venere, collẽ vrbi proximũ occupant, habebãtq; interim illi oẽm spem bene gerendæ rei in equitatu & elephantis repositã, mox ex tumulo, in quo ab initio sederant, in arduũ & prærupReguli consiliũ. tum locũ castra transferũt, quo consilio parum liquet. Cæterũ Regulus elephantos & equites in eo esse loco intuitus, in quo nullus eorũ futurus esset vsus, si pugna repente cõmitteret, priusquã hostes sui erroris admonerent, rem gerendã ratus, montis angustias ab vtraq; parte cingit, inde certamine in iecto Pœnũ vndiq; solicitat. Mercenariæ copię nõ nihil Romanos a præsenti conatu distinuere, & ĩa ꝓpemodũ ea parte pellebatur Romana legio, qua ois peregrinorũ militũ impet⁹ incubuerat, quũ diuersa parte Attilianæ cohortes in summũ iugũ eua sere. Tũ Pœni ancipiti periculo perculsi, p̃ abrupta Vincunt Carthag. loca beluas & equos in planum præcipites agunt. Passim hostes cęsi, fuga haud vno loco inclinauit, alij alio dilapsi. Polybius cæsorũ numerũ nõ retulit. Eutrop⁹ duodeuiginti milia hostiũ desiderata scribit, quinq; milia capta & cũ his elephãtos duo deuiginti. Attilius hostiũ castris potitus haud diu victorię cursum sedẽdo remoratus est, quin longe lateq; per hostiũ agros euagatus, quũ ad Bagradã flumẽ forte cõsedisset, in nouũ & memorabile certamẽ incidit. Stabulabat loco flumini ꝓximo ser Serpens. pens inusitatæ magnitudinis, quẽ quũ infesto occursu ex aquatorib⁹ quosdã necasset, nec aliorũ impune quisquã illi occurreret, Cõsul ballistis et catapultis velut molẽ quandã grauissimã expugnauit. Eius exuuiæ. CXX. pedũ longitudine, & maxillæ vsq; ad Numãtinũ bellũ in publico pendisse dicunt. Sũt huiꝰ rei autores, Gelli⁹ Tuberonẽ secut⁹, Liui⁹, Plini⁹ & alij plerique, quo magis miror Polybiũ, q id bellũ diligẽtissime scripsit, totũ locũ silẽtio p̃terisse. Nec multi ĩde dies interfluxere, q̃b⁹ Attili⁹ Tunes oppidũ. XV. milib⁹ passuũ a Carthagine vi cepit, vbi castra fecit Ro. ꝓsul, ide aduers⁹ Carthaginẽ velut ex arce cũctã decursur⁹. Petijt interim p lras ad senatũ missas Regul⁹, vt sibi successor mitteret, tm̃ caussat⁹ q̃ su⁹ agellus a mercenarijs cultorib⁹ vastaret, tm̃ ab initio res rustica Ro. aut studio aut honori fuit. Cęterũ quũ Ro. bello, supra q̃ ferre posset, res punica grauaret, ingens vis Numidarũ eius tpis occasionẽ nacta, in Carthaginiensiũ fines hostiliter irrupit. Fuit clades illa nõ minus Carthagini calamitosa, q̃ q̃ a Ro. nuper fuerat illata. Magnus itaq; metus & desperatio Pœnos inuaserat, fugaq; vndiq; ex agris in vrbem facta. Attilius etsi certo sciebat breui futurũ, vt aut Carthago caperetur, aut iugũ coacta acciperet, veritus tm̃ ne nouus cõsul, qui propediẽ successurus dicebat, famã rerũ a se magnifice gestarũ totã ad se traheret, vltro cœpit de pace cũ hostibus agere. Carthaginienses, qui soluendi belli cupiditate incredibili renebant, confestim principes ciuitatis in castra ad ꝓsulẽ mittũt, qui rem cũ eo cõponerent. Sed tm̃ abfuit vt ob ini Pœni de pace agunt. qua Reguli postulata quicquã cõsici potuerit, vt legati ne audire quidẽ æquo aĩo quiuerint cõditiones, q̃ ab ipso proponebant. Enimuero Romanus imperator oĩa q̃ Carthaginiẽsib⁹ relinq̃rent, bene ficij loco eos habituros arbitrabat. Legati igit̃ iniquas leges auersati, in vrbẽ, re infecta, reuertunt, q̃ quũ in senatu retulissent q̃ ignominiosam pacẽ cũ Romanis habituri essent, adeo ira exarserũt animi, vt omnia extrema prius ferre decreuerint, q̃ quicq; punico nomini ignominiosum, aut rebus a se antea gestis indignũ, sibi imperari paterentur. Redierant interea illi qui in Græciam ad conducendum militẽ missi fuerãt, adduxerantq; secũ nõ paruã militũ manũ mercede conductã, & in his Xantippũ Lacedæmoniũ virũ impigrũ, & in armis diu exercitatũ. Is audito Carthaginiẽsiũ cũ Romanis ꝓgressu, & q̃ parũ vtiliter fuissent castra in arduũ translata, quũ p plana & aperta loca ob elephãtos & equites, quos tum Pœni duces habebãt, ĩ hostẽ iri oportuisset, nihil obscure iactabat, nõ Rom. virtute, sed suorũ ducũ stultitia. Carthaginienses calamitoso prelio superatos: q̃ hois asseueratio in curiã delata, Xãtippo res punica cõmit titur. in causa fuit, vt in senatũ Xantippo accersito, quũ eadẽ constãter affirmaret, spemq; faceret punicę rei breui tẽpore in integrũ restituendæ, si cõsilio & ratione bellũ administraret, totius rei summã patres decreuerint. Continuo cũ ipso duce mutati animi. Mox vbi apparuit quãto tutior salubriorq; disciplina ab eo q̃ a prioribus ducib⁹ adhiberet, ois militaris multitudo adeo restituta est, vt nihil magis optaret q̃ prælijũ. Hunc animorũ ardorẽ secuti duces, Xantippi iussu, copias in apertũ educũt. Erant sub signis peditum ad. XII. milia, & quatuor equitum, elephanti circiter centum. Attilius audito hostium accessu, etsi nõnihil mouebatur, q̃ videbat ductandi rationẽ apud hostes mutatam, Per aperta eñ & plana ducebatur exercitus, venienti tamen Pœno obuiam processit, castraq; mille & ducenti passus procul ab hoste metatus pugnã expectabat. Ibi Pœnorum ducibus rem Xantippo permittentibus, vt ipse suo arbitrio omnia disponeret, in instruenda acie rali est consilio vsus, vt in fronte belua constituerit, in dextro cornu Carthaginiensiũ legionem stare iusserit, lęuo mercenarios. Attilius vbi hostem ad pugnam instructũ, vidit, con̄estim educit suos in aciẽ. Aduersus elephãtos expeditis-

simus quisq; ex toto exercitu constitit. Post hunc ordinem multiplici subsidio acies firmata, equites per cornua distributi. Signa militaria nō in frōte, sed intra aciem retenta, eratq; de industria in fronte Ro. acies cōtracta, ne vi elephantorū impetu agmē perrumpi posset. Obfuit Romanis coarctatio illa aciei, prębitaq; est occasio hosti, qui equitatu abundabat, circūueniendi agminis. Beluis em̄ a rectoribus in aduersum agmen adductis, cōfestim Barbarus equitatus vtriusq; cuneatā aciē iuuasit. Romani equites hostiū multitudine perterriti cōtinuo terga vertunt. Pedites qui in dextero cornu steterant, elephātorū impetu paululū declinato, mercenarium militē, q; exaduerso cucurrerat, facile ꝓpellūt, pulsum i castra prosequunt. Cōtra qui altera parte beluarū agmē declinare nequiuerūt, earū incursu fœde conculcant. Anceps aliquādiu certamē fuit, Ro. magis ad salutē q̄ in spem victoriæ pugnantibus, verū vbi extrema acies a punico est equitatu circūuenta, & a fronte Carthaginiensis legio infesti? vrgebat, Rom. ex omni parte degrauati, alij ab beluis obtriti sunt, i vestigio alij interfecti. Qui ex profligata acie effugere conati sunt, equitibus media plani tie occurſantibus periere, pauci in castra peruenerunt. Quingenti, qui cū Attilio cōsule alio fugam intenderāt, cū ipso duce in hostiū potestatē redacti sunt. Octingenti ex hostibus atq; hi mercenarij eo die cæsi. Ex Romanis, prēter duo milia, q; cū signis in castra euaserāt, & qui cū Regulo capti dicuntur, ad vnū cęsi oēs. Eutropius. XV. milia hoim cū Attilio capta prodidit, &, XXX, milia cæsa. Ego qua ratiōe id fieri potuerit, haud sane telligo, si. XVI. milia pediti autore Polybio, et quingenti equites ad obtinēdā prouinciā cū ipso Attilio in Aphrica remanserant, nisi suspicetur aliquis, tam numerosum exercitū a Regulo post collegæ discessum ex Aphris auxiliaribus conflatū, sed horum fides sit apud illos qui hæc memoriæ ꝓdiderūt. Pœni spoliatis hostiū cadaueribus vrbem ouantes repetūt, Attiliū vinctū trahētes, cui? viri casus vtile exemplum esse potuit mortalib?, ne secūdis reb? niniū elati, humanā imbecillitatē cōtēnerent. Regulus q; tam superbas leges nuper hostibus imponebat, vt nihil victis prēter vitā relinq̄ret, paucis horis alienæ potestatis factus, ne vitā quidā in tuto habuit. Simul & Euripidis illud quod ad Xantippum attinet, fidē inuenit. Vnius rectū cōsiliū magnā vincere militū multitudinē. Superauit ille sua prudentia exercitū ad eā diē inuictū, restituitq; Pœnis ciuitatē multis cladibus afflictā, collapsosq; virorū aīos in spem pristinā erexit. Ipse optime sibi cōsulēs, punica in rei pristinū statū restitura, priusquā parta gloria in inuidiā vertereturin, Peloponnesum abiit. Enimuero q̄ præclare ab hoibus fiūt, magnā sæpe inuidiā cōtrahūt, cui ciues domestica ope frœti cōmodius resistūt, peregrina cōditio oīs præsidij expers velut mole & ruina quadā obruit. Nunci? acceptę cladis Romā perlat?, maiorē tristitiā, q̄; metū ciuitati attulit. Cæterū vbi satis cōstitit deletū esse in Aphrica exercitū consulē captū, & q̄ in acie fuerant Clipeæ obsideri, cōfestim classis decreta est, q̄ opem laborātibus ferret. Carthaginienses quū aliquot dies Clipeam obsedissent, validęq; Romani mœnia tuerent, incœpto abstinuerūt. Et quia constans fama erat Romæ opulentā classem instrui, q̄ in Aphricā mitteret, perculsi Carthaginienses nouo hostiū apparatu, cōfestim ad cursum impediendū CC. nauiū cladem expediūt. Erant tū Romæ cōsules M. Aemilius & Seruius Fuluius nobilior. Hi cū CCC. nauibus in Sicilię trā sgressi, in Aphricā primam tēpestatē nacti oras soluūt, ꝑsperaq; nauigatione vsi haud procul aberant a Mercurij promontorio, quū punicā classem obuiā habuere, factoq; in eā repente impetu, cæteris in alto dissectis, centū & XIIII. naues, cū naualibus turmis, hostib? ademerunt. Polybius est huius numeri autor. Eutropius qui oīa in maius auget, centū & quatuor in altū depressas ait, triginta cū ꝓpugnatoribus captas. XV. milia hostiū eo die partim capta, partim cū nauib? demersa. Cōsules, secundū eā victoriā, paucis diebus in Aphrica cōmorati, Romanoq; præsidio ex Clipea ꝓ ocīū deducto, Siciliā ex Aphrica repetūt. Eratq; iam classis pelagus emēsa quod inter Libyā iacet & Siciliā, quū in conspectu Camerinæ vrbis, insulæ oram legens, in tantā maris sæuitiē incidit, vt pro rei atrocitate citra fidē sit referre, ex tam opulenta & numerosa classe, octoginta dūtaxat incolumes superfuere. CCC. octoginta quatuor aut absorptæ sunt vndis, aut scopulis illisæ vniuersum littus naufragiis & cadaueribus impleuere. Maiorē hoim iacturā vno tēpore in mari factam, nemo ad id tempus, aut postea quod sciam memoriæ prodidit. Incidit ea clades in decimū annum primi belli punici, q; quingentesimus fuit ab vrbe cōdita. Fuerunt qui eam cladē consulū temeritati ascriberent, quippe qui inuitis gubernatoribꝰ, atq; identidē ad monētibus, importuosam Siciliæ orā inter Canis & Orionis signa nauigare non oportere, præsenti tamen successu elati, institutū semel cursum tenuerint. Ac sic habet, in terris vbi virtus & audacia valet plurimū, rem Romanā felicīter administrari cōtigit. Contra in mari, vbi ars & prudentia requirūtur, quū sæpe alias tum hoc bello ducū temeritate insigniter afflicta est. Fama cladis huius Carthaginienses in spem erexit Siciliæ adhuc armis retinendæ. Cōtinuo itaq; Astrubal cū classe. CCC. nauiū, & elephantis centū. LX. in Siciliam est missus, qui copijs Lilybæi expositis focias Romanorū ciuitates ex occasione grauiter infestaret. Patres etsi multum ob cladē nuper acceptā a re maritima abhorrebant, ne tamē maris possessione cederēt, classem tā to studio repararunt, vt triū mēsium spatio. CC. & XX. naues fint ad bellū instructę. Cum hoc mariti mæ rei apparatu, Au. Aquilius, C. Cornelius cōsules in Siciliā transmisere. His cōsulibus, vt Eutropius significare videt, argenteus nūmus est primū Romę percussus. Cōsules in Siciliā missi vbi Messanā venere, acceptis nauib?, q̄ superioris anni naufragio superfuerāt. CCC. nauiū classem expleuere. Hinc digressi, Panormū subita vi adoriunt, duobus locis circa vrbē metati. Paucis inde dieb? arcē tormentorum vi disiectam capiunt, & cum arce ea pars vrbis capta est, quā Neapolim dixere, quo casu oppidani perculsi haud multo post Romanis cessere. Nec aliud in prouincia quod dignū sit memoria, est eo anno gestum. Mox noui consules C. Seruilius Cepio & Gn. Sempronius in prouinciā missi, classe & exercitu a veteribus consulibus accepto, in Aphicā traiecerunt. Hi diu multūq; per hosticū euagati, ad Lothophagorū insulā deuenere, Mirynx dicitur, haud multū a minore Syrti distās, vbi locorū inscitia in Breuia delati, subito pelagi recessu aquis destituuntur, classęq; in arido constituta, consilij inopes, ad desperationē pene sunt redacti, mox alterno maris ęstu naues fluctibus ablatæ, plurimarum rerum iactura prius facta, vi remorum in altum abierunt. Consules in Sicilią relati, non nihil Panormi consederunt, vnde digressi subita & atroci tempestate iactati, centum quinquaginta naues amisere, quæ recētior clades adeo rem Romanam affecit, vt a mari iam inde abstinēdum multi in curia fremerent. Missi itaq; noui consules pedestribus copijs, L. Cecilius Metellus & Qu. Curius (quidā Furiū pro Curio scribunt) His sexaginta duntaxat naues datæ ad frumentū conuehendū, & alia exercitui necessaria, quo contigit rem punicam iterum fieri superiorem. Nam & mare late obtinebat punica classis, & terrestribus copijs hostes non minus q̄ Romani pollebant. Accedebat elephantorum metus, qui post Libycam cladem Romanorū aīos incesserat, vt biennio neq; in Aphrica, neq; in Sicilia ausi sint cum Pœnis æquo marte dimicare. Quo militum metu animaduerso, continuo latum est decretum, vt noua classis ad bellum instrueretur. Interea Curius alter consul in Sicilia decesserat, erant enim iam noui consules designati C. Attilius & L. Manlius. Hastrubal audito consulis & exercitus digressu. Metellusq; cū dimidio copiarum relictus diceretur, ex Lilybæo profectus, exercitū in Panormitanum agrum induxit. Satis quidem Pœnus exploratum habebat, nihil magis Romanum militem horrere, quam elephantorum occursum. Metellus vbi Hastrubalem pugnæ cupidum sensit, intra mœnia exercitum tenuit, simulans se hostem formidare: quo vano consulis metu elatus Hastrubal Panormitanum agrum populatus, exercitum ad vrbem admouit. Tenuit se Metellus tandiu, quoad Hastrubal est proximum flumen tranare adortus, tum expeditos milites mittit, qui tela in beluas iacerent, atq; irritatis in fossas vrbis refugientes earum impetum declinarent, vim ad hæc telorum ingentem & in muris, & circa fossas disponit, vt vndiq; beluæ ex proximo incesserentur. Ipse auersa parte vrbis cum robore copiarum paratus constitit, in omnē occasionem intentus. Elephantorum magistri gloriæ cupidi, ne expectato quidem ducis imperio, in Ro. pedites impetum faciunt. Illi (quod facere iussi fuerant) fugā capessunt, præcipiteq; in fossas abeunt. Sæuiebāt beluæ in extremo aggere destitutæ, cæterum momento temporis, & ijs, qui in muris stabāt, & a militibus ad hoc ipsum pro muro dispositis, telorum multitudine obruuntur, vulneribusq; irritatæ in suos cum impetu vertuntur, agmina perturbant, magnamq; Pœnorum stragem sua sponte edunt. Nec a Romanis in tanta est occasione cessatū, quin hostem beluarū sæuitia turbatum adorti, facile in fugam vertūt. Multi igitur circa fluuium oppressi periere. Elephanti decē cum suis magistris in portę statē venere. Cęteri sessoribus excussis circa fluuiū vagi, ad vnū capti, q; centū triginta numero fuisse dicūtur. Sunt &. XX. milia Carthaginiensiū cæsa. Extulit recēs victoria Ro. aīos, factūq; est vt omni ope niterent cū hoste in Sicilia bellare, missiq; noui cōsules ꝓfestim in prouinciā. Metellus Romā reuersus egregiū de Pœnis triūphū egit, quē elephantorū numerus multo ꝓspectiorē fecit. Et res duorū populorū in hoc statu erant circa Siciliā: in Grecia post Pyrrhi interitū res nihilo quietiores fuere, nā Peloponnesi ciuitates mutuis inter se odijs accēsæ in bellū ruebāt, multisq; cladib? citro vltroq; illatis & acceptis solicite tumultuosęq; agebant. Sed Epirorū clades oim teterrima, q; Aristotimi subita tyrānide oppressi quū multi in Aetoliā ꝓfugissēt, missiq; ab Aetolis legati essent, vt exulib? suas necessitudines tyrānus remitteret, annuere ille Aetolorū postulatis visus est, liberisq; extorrių & vxoribus potestatē fecit abeūdi, inde vrbē longo agmine egressos, preciosissima quæq; secū asportantes, rebus oībus spoliatos in carcerē coniecit. Ibi tyranni iussu pueri in matrū cōplexibus sunt crudeliter interfecti, virgines ad stuprū raptę. Hanc tyrannidę uitiā vlturus Helemarus quidā (erat is senex & liberis orbus vitæ & rerū oim securus) fidissimos amicorū domū vocat, quos quū ad libertatē ferox repetendā, & vltionē patriæ hortaret, nec ciues insententiā tyranni metu traherent, clausa domo se ad Aristotimū missurū interminatur, vt ad se rang̃ad cōiurationē opprimendā occurreret: quo metu illi adacti in Helemari verba cōtra tyrannū iurāt, eaq; cōspiratione nefarius Aristotimi dominat? est extinctus. Et hæc in Epiris. Antigonus interea, & cū Ptolemæo Egypti rege, & Spartanis varie bellauit, sed maius illi a Gallogræcis negociū iniectū, qui aduersus regē acie dimicaturi, quū ex auspicijs cognouissent magnū sibi periculū instare, non in metū, sed in furorē dira religio versa est. Expiandi ominis gratia filios & vxores promiscue trucidāt. Tanta tū Gallos rabies inuaserat, vt ne ętati quidē parcerent, cui victor hostis haud dubie fuerat parsurus, bellūq; internicinū cū liberis liberorūq; matribus secuti, pro quibus bella suscipi a cęteris gentibus solēt, quasi victoriam scelere redemissent, vt domestico erāt cruore respersi, haud meliore euentu q̄ omine pugnā capessunt. Scelerū furiæ ac peremptorū manes oculis obuersātes, multo faciliorē Antigono victoriam fecere, vt dij hoies & omnia in parricidarū exitium coniurasse credantur. Antigonus hac victoria vsus, in cæteros hostes impetum deflexit. Ptolemęus & Spartani per occasionem illius fines inuaserant, cæterum victorē Antigoni exercitum veriti in pacatū pro victis cesserūt. Hoc duplici successu Antigonus supra modū elatus, Athenienses, qui a Demetrio patre aduersis illius rebus fręri defecerāt, bellum intulit. Interea Alexāder Epiri rex iniuriæ magis quam beneficij memor, Pyrrhi patris mortem vlturus, Macedoniæ fines populatur: quo motu Antigonus ex Grecia exitus, vbi primū est Macedonū fines ingressus, subita defectione militū, regnum & exercitum amisit. Tum vero Demetrius eius filius puer indole supra ætatem insigni, exercitu ad bellum reparato, Macedoniam amissam non solū recepit, sed patrio etiam regno Alexandrum spoliauit. Tāta vel militū incōstantia, vel fortunæ varietas fuit in regnis ea tēpestate, vt pleriq; ex regibus repente exules facti sint, rursus ex exulibus reges. Sed quū Alexander ad Arcades confugisset, haud minor Epiro tarū desiderio, q̄ sociorū auxilio, in regnū restituit. Per idē tēpus Agas Cyrenarū rex vita decessit, qui priusquā morbo decubuisset, miserat in Aegyptū q; ad finiēda cū Ptolemęo fratre certamina ei? filio Beronicē, quā ex Arsinoe extulerat, matrimonio desponderent. Arsinoe viro interim defuncto, velut se inuita ea cū Ptolemæo affinitas inita esset, ꝑ infecto habuit id cōnubium, Demetrioq; ex Macedonia accersito puellā matrimonio locat. Is placēdi studio ab vxore in socrū conuersus, cū ea stuprū haud multo post fecit, lōga deinde ꝓsuetudine inuolueri addict?, oīm in se odia cōuertit. Milites incēstum derestari, in Ptolemæi filiū. fauorē cōuertunt. Postremo eo, pcessit militare odiū, vt in Arsinoes cōplexu sit Demetrius a militibus confossus, a Beronice vxore, vt creditur, immissis. Audita certe est vox eius precipitētis, vti matri parcerēt: ergo ita illa domestici stuprum vlta dicitur, incolumi pietate, & in matrimonio sortiendo secura est patris iudicium. Et hæc quidem procul Italia, vnde C. Attilius & L. Manlius cōsules, post claram Metelli victoriam, in Siciliā missi, breui Pœnos recēti clade perculsos



Præliū.
Profligatur Rom. acies.
Cæsorū numerus
Attilius Carthag. perducit.
Xātippi virtus.
Cōsules.
Pugna naualis.
Naufragium Romanam
Cōsules.
Cōsules.
Metelli victoria.
Helemari facin?.
Gallorū inauditū flagitiū.
Tēporū supputatio.
Metelli stratagema.
Nautici apparat? Carthag. & Rom.
Varia regum fortuna.
Demetrij stuprum, cū Socru
Breuia et Syrtes.
Naufragium.

Tēporū supputatio.

perculsos in Lilybæum cōpulerūt. Erat hic annus primi punici belli. XIIII. qui quartus & quingentesimus fuit ab vrbe cōdita. Cōtulerant hostiū duces oēm bellicū apparatū in eū locū, quē sedē belli & arcem sibi in Sicilia delegerant. Lilybæi opportunitatē ꝓsules secuti, binis hostē castris circūsederūt. Turribus inde aliisq; bellicis opibus vrbē oppugnare adorti, oīa q̄ ad expugnationē attinebāt terra mariq; huc studio contrahunt. Erant Lilybæi ad decē milia ꝓpugnatorū, præter vrbanā multitudinem, quorū Himilcho dux erat, homo impiger, & in armis diutissime versatus. Is nūc muros tormētis discussos iteri⁹ reficere, nūc ire cuniculis obuiā, alioscq; hostium conatus cōsilio & armis frustrari. Erumpere interdū ex vrbe, impetuq; in Romanas stationes facto, bellica opera corrūpere. Sed dum nihil vtrinq; remittitur, parum abfuit, quin pauco rum cōsilio oppidū sit Romanis traditū. Fuit Pœnis res vna adiumento, ꝙ tanti sper dum proditores occulte in Romana castra ingressi, tradendæ vrbis cū consulibus tēpus & rationem quæritāt, proditionis indiciū est ad Himilchonem delatū. Pœnus nefarij consilij autoribus vrbe exclusis, oēm militū metum intra mœnia cōpressit, Interim Carthaginēses reputātes in quo statu res Siciliæ essent cum Regulo egerunt vt Romam reuersus, cum patribus de pace ageret, quæ si minus impetrari posset, de captiuis saltem cōmutandis transigeret, fide ab eo accepta vt Carthaginē rediret, si de captiuis nihil fieri placuisset. Ille vbi Romā venit, & vxorem & liberos a suo remouit complexu, tanquam Romanus esse desijsset, iam inde ex quo hostium potestatē venerat. Vocatis inde in curiam patrib⁹ autor extitit, ne fœdus cum Carthaginiensibus sanciret vllum, qui multis cladibus aliis superalias fracti, suis iam viribus aperte diffiderent. Breui futurum, vt inuiti iugum acciperent. Nec quod ad captiuorum cōmutationē attineret, tanti se faciendū restatus est, vt plura corpora virorū fortium, pro se iam sene ac pene decrepito, & ob id gerendis bellis parum vtili, Pœno restituerentur. Vtroq; per hæc negocio infecto Carthaginē rediit. Pœni non tam viri sanctitatem, q̄ suam causam intuiti, illum per uigilio, varijsq; cruciatibus, vsq; ad exitium torserunt. Quidam autores sunt, hęc de Regulo aliquāto prius accidisse, q̄ Lilybæum sit oppugnari cœptū. Lilybætana quod satis constat obsidione Carthaginē nunciara, Pœni secū reputantes, in quāto discrimine essent præsidiariæ copię, quas hostis circunsederat, Annibalem Hamilcharis filiū cū quinquaginta nauibus & decem milibus peditum illis suppetias mittunt. Is ad Aegusam insulā prius delatus, inde secunda aura, ne Romanis quidē obijcere se ausis magno suorū clamore & alacritate Lilybæum tenuit, His copijs Himilcho auctus, repente copias ex vrbe educit, Romanorum opera inuasurus. Romani hoc ipsum prius suspicati, iamdudum haud imparati stabant ad rales casus. Circa portas igitur hostibus ferociter occurrunt. Erant viginti Pœnorum milia, qui vno tēpore eruptionē fecere. Romani vero aliquanto plures. Atrox vbiq; erat pugna, sed circa machinas multo atrocior, tantaq; hic animorum contentione est dimicatum, vt qui cunq; cum hostę congressi sunt, pene ad vnum eo loco quo primum steterant cōciderint. Ad postremum quū nihil Himilcho præter militum iacturā lucrifaceret, signum dedit receptui. Annibal post eam pugnam noctu cum suis nauibus Lilybæo digressus Drepanum profectus est ad Haerbalem, q̄ vrbi præsidebat. Erat secūdum Lilybęum is locus Pœnis charissimus, vtpote ad belli vsum peropportunus. Est vrbs sita in occidua insulæ ora, inter Batum fluuium & Segestanum promontorium, in falcis speciē curuato littore, quod nomē ipsum argumento est, nisi potius sit fides poetis habenda qui a Saturno falcem his locis adiectam fabulantur. Distat Drepanum à Lilybæo quindecim milia passuū. Tenebat adhuc Lilybætana obsidio, imminebantq; Romani hostibus terra ac mari, quū Rhodia nauis insigni celeritate, ex Carthagine Lilybęū ingressa est, hicq; per ocium speculata in quo statu res essent, per medias Ro. naues elapsa, retro abijt. Ea res ꝓsules impulit vt fauces portus sint obstruere adorti, onerarias aliquot in vnum vadum deprimunt, ingenti materia illis superiecta. Cæterū immensa maris altitudo irritū opus fecit. Vix tamen ex altera parte ostij agger constitit, quo contigit vt paucis diebus Romani quadriremē vnā Carthaginiensium velocissimam, velut vado hærentē, eo loco oppresserint, qua vsi haud multo post & Rhodiam illā Lilybæum reuersam ceperunt. His duabus circa portū constitutis, omne suorū cōmerciū Romani hostibus ademerunt. Eratq; iam vndiq; Pœnis præsidij spes adēpta quū ex insperato bene gerēdę rei occasio illis est oblata. Vehemētior ventus, & velut, pcella quædā repente orta, bellica Romanorū opera mirū in modū concutiebat, qua occasione hostes vsi, haud vno loco ignem ex aduersa iniiciunt, flāma aridæ materiæ insinuata turres, Incēdiū. arietes & machinas fere oēs momento tēporis consumpsit, quo contigit, vt iam inde Romani duces vallo tantū & fossa incluſum hostem habuerint, fame domituri quando aliter subigi nō posset. Ab Roma interea decem milia hoim in supplementū Cōsules. missa, annoq; per hæc cicumacto Claudius Appiꝰ Pulcher, & Caius Iunius consules fiunt. Appius Lilybæum est missus. Is sub primū accessum, lectissima parte militum in naues imposita, Drepanum ad Haerbalem opprimendū nauigat. Perculit Pœnum Romana classis sub lucem ex alto conspecta. Idęq; satius fore arbitratus fortunā experiri, q̄ pati se ab hoste, faucib⁹ portus insessis, obsideri, militū turbam ad portū signo cōuocat, ibi paucis affatus aut fortiter dimicandum esse ostendit, aut oīa mala, quæ longa obsidio ferre potest, subeunda. Tum oībus suam operā vltro deferētibus, poscētibusq; alacri clamore pugnam, in naues illico cōscensum est, nec mora vlla fuit, iussis nauium gubernatoribus eo cursum dirigere, quo se tēdere vidissent, ipse primus portu egreditur, egressus in Romanos appropinquantes cursum deflectit. Trepidatū primo a Romanis in explicāda acie, cū consuli ordinē ab initio mutari placuisset, demū subductis in altum nauibus, ipse in læuo cornu constitit. Haerbal in altū præterueꝰ, cū impetu a mari in Romanos reuertit. Diu æqualiter certatū. Lectissimi milites ab Nauale vtraq; parte pugnabāt. Mox ꝓcedente prælio, agilitate nauiū et nautarū peritia, Pœni superiores esse bellum. cœperūt. Illud interim Carthaginiēsibus perutile fuit ad victoriā, ꝙ Libycæ naues pelagus tenebāt, vnde proniorfiebat in Ro. impetus, & rursus quū degrauari cœpissent facile pugnā eludebant, celeri in altū rcursu. Cōtra ꝓximū littus oīa Ro. impediora reddebar, ꝓtracta tamē in plures horas est pugna. Ad postremū Romanarū nauiū aliæ littorib⁹ impactæ, alię medio fluctu vi hostiū depressæ, vix XXX. numero cū cōsule fuga dilapsæ sunt, cęterę præter eas q̄ in hostiū potestatē venerunt, ad vnā periere. Tres & nonaginta captas Polybiꝰ scribit, apud quosdā reperio habuisse classem illā. CC. & viginti

Numerꝰ amissarū nauiū.

Appij ꝓuersitas.

viginti naues, quarū pauce cū cōsule fuga seruatæ sint. XX. captæ cū suis turmis, cęteræ medio certamine deprēssę. Ad octo & XX. Ro. milia, ꝓtim cæsa, ꝓtim i victorū potestatē redacta. Auxit cōsulis inuidia spreta religio, ꝙ in pugnā itur⁹, quū pulli ex cauea emissi tripudiū nō fecissent, eos in mare cōtemptu religionis abiecisse, ludibrio etiā verborū adhibito, vt biberēt qñ esse nollent. Nec multo secius ac uiliorē post pugnā præstitit. Iussus a patrib⁹ dicere dictatorē, C. Glauciam dixit, vltimę sortis hoiem. Mox magistratu abire coactus, ludos prætextatus spectauit. Polybiꝰ eū in iudicio ꝙcidisse scribit. Cęterū nec ipsi tm ea offensa, ꝓbro fuit, sed sorori etiā Claudię, q̄ quū aliq̄n solēni ludorꝫ die nimia hoim frequētia molesti⁹ vexaret, dixisse fertur, vtinā frater meꝰ viueret, iterū Ro. classem ꝓditur⁹, q̄ vox siue omē fecerit siue cędis memoriā renouarit, adeo multitudis aures offendit, vt mulier maiestatis rea subierit iudiciū. Patres etsi ingens vulnus acceptū cēsebāt, reparata tñ ꝓsectum classe, L. Iunio consule in Sicilia mittūt. Ille cū. LX. rostratis nauib⁹ Masana venit, quo ex tota Sicilia prætercq; ex Lilybęo cōtractis in vnū nauibus. CXX. rostratarū classem impleuit, super onerarias, quarū vis ingēs fuit. Harum dimidia parte quæstori data, vt cū his ꝙmeatū ferret in castra, ipse haud multo post cū. LXX. nauibus euntē secutꝰ est, frumentū a mediterraneis ciuitatibus acceptur⁹. Miserat per eos dies Haderbal Carthaloně cū triginta nauib⁹ ex Drepano, oīa circūlittora scrutari iussum, atq; vbicunq; naues, siue integras, siue corruptas offenderet, daret operā, vt in suā potestatē redigeret. Ferox ille primū oīm in eā classem q̄ ad Lilybęū stabat, noctu impetū fecit sublatoq; a stationarijs clamore Himilcho excitus, cognita tumultus causa, milite ex vrbe educto Romanos ferociter inuadit, qui vndiq; icunuenti, in nō mediocre periculum sunt adducti. Carthalo alios quos Romanorū nauibus aut captis, aut corruptis, ex Lilybæo ꝓfectus, Heracleā petijt, vt cōmeatus qui ea parte in Romana castra vehebātur, itercipere t. Oram legēti speculatorię naues Carthaloni nūciant ingentē nauiū numerū aduēare. Ille fiducia rei nuper gestæ, hostē aspernatus, obuiā ire pergit. Romanus quęstor, cognito Pœnorū accessu, impacarthalo classē Romañ. vrget. rem se hosti ratus, in proximū litꝰ naues multa trepidatione subduxit. Erant littorū anfractus & rupes pelago imminētes, vnde Romani Punicas naues sagittis & fundarū iactu arcuerūt Carthalo paucis onerarijs, quas sub primū accessum oppresserat secū abductis, ad ostia proximi fluminis ꝓsedit hostium nauiū digressum obseruaturus, vt ibi eas in altū euectas vidisset, subito icursu caperet. Interea ꝓsul ex Syracusis Pachinū ꝓterueꝰ, Lilybęū versus austrālē insulæ oram legebat, quū procul puncas naues ꝓspicatus in proximū sese portū recepit, hostiū fortunā simul & virtutē veritus. Carthalo quia haud facilis erat locorū expugnatio, portū inter vtranq; Romanorū classem mediū cepit, vt abeundi facultatem vtrisq; adimeret. Interea punicæ classis magistri fœdā tēpestatē, q̄ imminebat prędicentes Carthaloně monent, vt cōfestim Pachino Naufragiū Ro. superato tutiorē portū caperet, quibus ille obsecutus, satis mature periculū euasit. Romana classis in portuosis deprehēsa locis, adeo vehemēter conflictata est, vt ex tanta nauiū multitudine, nihil quod vtile esse posset superfuerit. Proximū litꝰ exercitū seruauit. His maritimis cladib⁹, aliis super alias acceptis, fractus Ro. po. iterū hostib⁹ maris possessione cessit, terrestribus deinceps viribus tm staturus. Contra Pœni prætercq; ꝙ et pelago imperabant, in



magna etiā spe erant terrestris belli ex sententia conficiundi. Iunius consul post amissam classem Lilybæum in castra se cōtulit, curarū plenus oīa circunspicere, an prēclarū aliquod facinus a se peragi posset, quo præsentis cladis apud suos leuaretur infamia, nec ita multi dies intercessere, quib⁹ ille Erycē per proditionē occupauit, simul & Erycinæ Veneris tēplo & oppido potitus est. Eryx mons Siciliæ mari imminens inter Drepanū & Panormū, huic tñ q̄ illi vicinior, oēs Siciliæ montes præter Aetnā sua magnitudine excedēs, in eius vertice planicies cū Erycinæ Veneris tēplo, oīm quæ tum in insula erant, opulētissimo, paulū infra verticē vrbs lōgissimū ac difficillimū vndiq; habens aditū. Carthaginienses amisso Eryce Amilcharē, cognomento Barcham, classi præfecerunt. Fuit hic Annibalis pater, qui postea sexdecim annos in Italia bellum gessit. Hamilchar in Italā classe delatus, oēm maritimā oram populatione fœdauit. Erat hic annus īchoati belli decimusoctauus. Ex Italia Amilchar Bruttiorū ora Locrorūq; vastata, Panormū cū classe se cōtulit, ibiq; locū gerendo bello aptissimum, haud procul Panormo, occupat. Hinc ille Cerat em situs loci natura munitissimus )ex arce quadā prospectus, vsq; Cumas oēm Italiæ orā fæpius potuit, in his Pœnus locis quū fere trienniū castra habuisset, terra mariq; rē Romanā vexare nō destitit. Interea in Italia duæ a Romanis coloniæ deductæ, Fregellas circa Lyrim fluuium, & in Salētinis Brunduſiū. Duo etiā prætores tū primū creari cœperūt. Fuerūt eo triennio, quo Amilchar in Panormitano agro habuit castra, multi varijq; vtriusq; ciuitatis conatꝰ, multæ etiā clades hinc inde illatę & acceptæ, sed q̄ ad Erycē & Egusam insulā postremo gesta sunt, maiore fama ad posteros manarūt. Cętera Polybiꝰ Eutropiꝰ & Florus, quos autores Liuio ītercepto seq̄mur, ꝑsse & obscure, vt parū cognitu necessaria prętererīt. Erat in Romanorū potestate Erix, dupliciq; prędisidio tenebar, vno ad ingressum mōtis, altero circa tēplū in vertice cōstituto, nō de fuit qñ q̄ oppidū Hamilchari proderet, quo accidit, vt Erycę a Pœnis inito, Romanis q̄ in cūmo iugo erāt in magno discrimine cōstitutis, nec Pœni ipsi minus laboraturi erant, opportunos ad vrbē aditꝰ Romanis ꝑsidio obtinētibus. Atq; ita obsidētes & obsessi incredibili animorū obstinatiōe durabāt, certi extrema omnia potius tolerare, q̄ hostibus cedere. Quum igitur in hunc modum bellum trahe retur, esset; interim Hamilchar Italiæ maxime infestus, etenim iam annos fere quinq; Romani abstinuerant mari, commoti patres, simul hostium iniuria, simul quia haud dubie apparebat id bellum non aliter ad exitū perduci posse, summo studio classem comparant. Cæterum diuturni belli sumptu ærario exhausto, priuatim ciues in hunc vsum pecuniā contulerunt. Plerisq; quinqueremē vnam proprio sumptu construere & ornare nō recusarunt. Tanta tunc erat reipublicæ charitas, propagandiq; imperij studiū ducentas quinqueremes ad Rhodiæ illius circa Lilybæum captę similitudinem cōtextas. C. Luctatius consul sub initiū veris in Siciliā egit. Is subito accessu Drepanitanū portum & alia loca Lilybæo circunjecta occupat. Drepanū machinas & bellica opera admouet, vrbē ex pugnatur⁹, eratq; haud procul inde classis, sed quo propinquior erat hostis, eo minus ille remittere de ꝛs, quæ ad remiges & nautas exercendos attinebant, haud ignarus quātum res maritimæ momentum præsenti bello attulissent. Carthaginiēses audito hostium in mari apparatu, & ipsi summa ope

Eryxa Roma. capitur.

Fregellas & Brūdusiū ductę coloniæ.

Prętores duo.

Erycina obsidio.

Cōsul.

connixi

connixi naues ex aduerſo cõparant, his Hannonẽ præficiunt, qui cũ claſſe domo profectus, ad Hieronẽſum inſulã cõſedit, vt inde prima tẽpeſtate in Sicilią trãſmitteret. Luctatius audito Pœnorũ aduentu, optimis quibuſq; ex pedeſtri exercitu in naues impoſitis confeſtim ad Eguſam inſulã nauigat. Egusam Aegatẽ dici. Liuius Aegatem vocat. Florus Aegates. Eſt ea inſula contra Lilybæũ. Ibi milites conſul hortatus vt in craſtinũ ſe ad pugnã cõparent edicit. Vbi vero ſequenti die illuxit, vẽtuſq; hoſtibus ſecundus eſſet, nec mare ſatis quietũ, aliquã diu conſul dubius ſtetit, vtrũ cũ hoſte dimicaret. Reputans deinde quãto maiore ſpe pugna iniretur, ſi cũ Hannone, qui cõmeatu claſſem onuſtã haberet, q̃ ſi poſtea cũ expeditis ad pugnã nauibus, & cum Hamilcare duce, quo nihil per id tẽpus terribilius audiebatur, cõfligere cogeretur, veniẽtibus ſatius occurrere viſum. Ferebantur Carthaginienſes proſperrimo vento, qui Romanã claſſem ex aduerſo conſpicati, ſubdu ctis, cõtinuo velis, ſeſe prælio accingunt. Cõfirmatis interim vtinq; animis ſit pugna, in qua quum oĩa diuerſa eſſent, quæ olim ad Drepanũ fuerãt, diuerſum quoq; pugna ſortita eſt exitũ. Naualis Romañ. victoria. Romani cerlerrimas & expeditas habebãt naues, quibus remiges exercitatiſſimi inerant, & ob eam rem acres, & ad omne facinus impigri, optimi ad hęc milites, ex vniuerſo exercitu delecti. Pœnis naues onuſtæ, & rudis aderat miles, quem, ſimul ac pugnari cœptũ eſt, ſuperari contigit. Quinquaginta naues vel fractæ vel ſubmerſæ, ſeptuaginta cũ turmis captæ, cæteræ mutato vento ad Hieroneſum ſe fuga recepe runt. Capta ſupra eos qui perierant ad decem milia hominum. Eutropius duo & triginta prodidit, tredecim milia interfecta ex Roman. claſſe duodecim naues in pugna depreſſæ ſunt. Carthaginienſes nouа & inuſitata clade perculſi, etſi ad ferendum bel Carth. deſperatio. lum promptiſſimi erant, ſuis tamen rebus acciſis, quũ belli vlterius alendi iniri ratio nõ poſſet, Hamilcharĩ ſcribunt, rem punicã præſenti clade adeo collapſam, vt non eſſet cur ex domo cõmeatũ, aut claſſem expectaret amplius. Ipſe igit̃ de pace & bello q̃quid viſum eſſet ſtatuerer, id q̃ faceret quod e repu. ſibi videret. Ille optimi ſapientiſſimiq; ducis vſus officio, quãdiu Punicæ rei ſpem aliquã ſuper eſſe vidit, nullũ vnq̃ laborẽ aut periculũ ſubire recuſauit, oĩa prius ſumma induſtria & audacia expertus pro inſula retinẽda, poſtremo Carthaginiẽſium rebus vbiq; fractis, tẽpori & neceſſitati ceſſit. Neq; em optimũ ducẽ vincere tantũ ſcire oportet, ſed cedendi etiã tẽpus nõ ignorare. Legatos igit̃ ad Luctatiũ miſit; nam Aulus Poſthumius eius colleга Romæ fuerat a Metello pontifice, quia flamen eſſet, ad bellũ exire prohibit̃. Metellus ſub id tempus quo Romani ſunt præſenti bello defuncti, exæde Veſtæ, q̃ incendium cõtraxerat, palladiũ & ſacra eripuit. Luctati⁹ qui nõ ignorabat q̃ res Roma na longo eſſet bello exhauſta, pacẽ vltro delatam Finis primi belli Punici. haud hoſti denegandã cenſuit, q̃ his demũ cõditionibus eſt inter duces cõpoſita, vt amicitia iam inde Romanis & Carthaginiẽſib⁹ eſſet, prorſus tota Sicilia Pœni abſtinerẽt, neq; deinceps bellũ Hieroni inferrent, neq; cõtra Syracuſanos Syracuſanorũve ſocios mouerẽt arma. Carthaginiẽſes captiuos oẽs redderent ſine precio, talẽta argenti Euboica duo milia &. CC. Romanis annos. XX. penderent. Has cõditiones Po. Ro. pobare noluit, ſed in Siciliã. X. legatos cũ autoritate miſit. Hi pauca fœderi addiderunt, vt oĩbus inſulis q̃ inter Siciliã & Italiã iacent Pœni abſtinerent, tẽpuſq; penſionis corripuerunt mille talentis priori ſummæ additis, Atq; in hunc maxime modũ terra mariq; eſt de Siciliæ poſſeſſione inter Pœnos & Ro. prętercẽ ad exitũ, vario euentu certatũ. Bellũ ſane diuturnũ, in quo quum alia multa acciderunt memoratu digna, tũ q; quingentis quandoq; nauib⁹ hincinde eſt bellatũ. Polybi⁹ autor eſt amiſiſſe Po. Ro. eo bello naues ſeptingentas, præter eas q̃ naufragio perierũt, Pœnos ducentis minus. Fuit hic annus quo primũ bellũ eſt ſolutũ, quart⁹ & vigeſimus, vel, vt alĩ ſcribunt, alter a vigeſimo, ab eo quo arma vtrinq; mota ſũt. Vrbis Romæ. XIIII. ſupra quingenteſimũ, quo tpe Macedonię regnũ Demetrius tenebat maioris Demetrij nepos Antigoni filius. In Aegypto Ptolemæ⁹ cognomẽto Euergetes, Philadelphi filius, primiq; Ptolemæi nepos. In Iudæa pontifex Onias Eleazari, a quo per manũ ſacerdotiũ accepit, ex fratre nepos, is vt Euſebi⁹ ſcribit quia annuũ tributũ Ptolemęo nõ reddidiſſet, Aegyptiaco bello petit⁹ eſſet, niſi Ioſephus qui ea tẽpeſtate multũ apud regẽ gratia pollebat, in Aegyptũ legatus profect⁹ eſſet, Ptolemæo ſatiſfacturus. Is nõ ſolũ deſtinatũ bellũ deprecator excuſſit, ſe Iudęæ etiã & finitimis præeſſe iuſſus eſt. Regnabat in Syria Seleuchus Antiochi fili⁹, q̃ Laodices matris impulſu Beronicen nouercam ſuã, & fratrẽ ex ea natũ ad cædẽ perſecut⁹ in Patarã cõpulit. Hãc Ptolemæi regis ſororẽ Antioch⁹ qui fuit maioris Seleuchi filius, Laodice adhuc viuæ ſupduxit vxorẽ. Beronices et regij pueri miſera bili caſu cõmotæ Aſiæ ciuitates puero & mr̃i auxilia aduerſus Seleuchũ decernũt. Ptolemæus & ipſe ſororis periculo cõmotus, cum valido exercitu in Aſiã tranſijt. Beronice ante fratris acceſſum vi expugnari nõ potuit. Cæterũ fraude circũuenta cum puero trucidata eſt. Indigna res oĩbus viſa, atq; Seleuchi ſcelus Aſię vrbes deteſtate, vno tpe, magno cõſenſu ab eo deficiunt, ſecq; & claſſem, quã ad opẽ Beronice ferendã cõparauerant, Ptolemæo tradũt. Erat is haud dubie Seleuchũ ſpoliatur⁹ regno, niſi ob domeſticã ſeditionẽ, medio rerũ actu, trepidis nũcijs i regnũ reuocat⁹ eſſet: tm̃, aut odio Seleucho nefariũ parricidiũ, aut Ptolemæo miſerabilis ſororis caſus fauorẽ cõparauerat. Poſt Ptolemei digreſſum quũ Seleuchus ingenti claſſe frętus, Aſiaticas ciuitates hoſtiliter perſequeret, ſubita tẽpeſtate naues amiſit. Res quidẽ calamitoſa, ſed in primis Seleucho optãda, quippe qui adeo miſerabilis infenſis ciuitatibus viſus eſt, ob cladẽ illã teterrimã, vt ira in miſericordiã verſa ſua ſpõteĩ fidẽ redierint. Ille vero præſenti ſucceſſu erect⁹, Ptolemæo bellũ infert. Sed homo ad ludibriũ fortunæ natus, quicq; ad hoc ipſum videbatur ortus, vt queſtas imperij opes p̃deret, victus plio in Antiochiã aufugit. Erat huic Antioch⁹ frater admodũ adhuc puer a quo Seleuch⁹ auxiliũ p lras implorauit, Aſia citra Taurũ montẽ cõditione ei delata, ſi incolumi regno, præſenti bello defungeretur. Antiochus nõ auxilium fratri ſed impiũ latrociniũ laturus, ſtudio ſe ad bellum cõparat. Ptolemæus de Antiochi aduentu factus certior, ne cũ duobus bellandũ eſſet, inducias eũ Seleucho in decẽ annos paciſcit. Antiochus interea, Gallicis auxiliijs precio cõductis, hoſtẽ ſe fratri obtulit. Fit igit̃ pręliũ, quo puer Gallorũ virib⁹ & audacia victor, parũ abfuit quin ab auxiliaribus ipſis, p̃ditionis ſit interfectus. Galli Seleuchũ ceciderunt rati Antiochum capitaliter inſidiabãtur, vt regnũ regia prole ſpoliatũ ſibi p̃dæ & rapinæ obnoxiũ redderẽt. Ille præſenti periculo cõmotus a Gallis ſe auro velut a prædonib⁹, redimit, ſocietatẽq; cũ iis iungere coactus eſt, q̃ nuper mercenario noie militabãt. Eumenes rex Bithyniæ amborũ fratrũ opes

Tempo rum ſup putatio.

Antio chi erratio.

Antio chi & Seleuchi mors.

Antio chus magnus.

Aſiæ motus.

Beroni ces cędes. Seleuchi ſcelus.

Phaliſci.

Ennius.

Templũ Iani iterũ claudit.

Diuortium primum.

Næuius.

Ligurum ſedes & diuiſio.

Electrũ.

Seleuchi & Antiochi prælium.



opes mutuo bello afflictas intuitus, vagantẽ Aſiæ poſſeſſionẽ inuaſurus, Antiochũ & Gallos, etſi victores recenti tamẽ prælio adhuc fractos, ex improuiſo aggreditur, faciliſq; fuit victoria ex ſemiuicto hoſte. Atq; ita Aſia, velut in medio relicta, plurib⁹ vno tẽpore aut præmiũ, aut præda fuit. Seleuchus & Antiochus de Aſia certabant, Ptolemæus ſororiæ vltionis titulo hinc infeſtus aderat, inde Eumenes & Galli terrã populabantur. Antiocho victo magnã Aſiæ partẽ Eumenes ſubegit. Nec ſublato prælio Seleuchus & Antiochus fratres ſibi minus infeſti erãt, ſed ab externo hoſte auerſi, ſeu q̃ ab Eumene fiebant ad ſe nihil attinerent, in mutuum exitiũ bellũ reparant, ſuitq; proximũ prælium Antiocho infelix, qui exercitu ſpoliatus, in Cappadociam aufugit ad Artamenẽ ſocerũ ſuũ, vnde haud multo poſt, quum capitales ab eo inſidias ſibi inſtrui indicio cõperiſſet, occulta fuga dilapſus, quũ nuſquã ſibi tutus videret, ad Ptolemæũ profectus eſt, tutius ſibi fore ratus ſi ſe hoſti q̃ fratri crederet. Ptolemæus eũ nõnihil in cuſtodia habuit, hincq; mulieris opera liberatus, quũ procul inde ſugã intendiſſet, a latronibus in quos per deuia errabũdus incideret eſt oppreſſus. Seleuchus ijſdẽ ferme die⁹ equo præcipitatus tertio ſui regni anno periit, poſt quẽ Antiochus, cognomẽto magnus, Syrię regnũ annos ſex & triginta tenuit. Is demũ Aſiã, & quicquid citra Taurũ poſſedit, a Romanis bello victus vt ſuo loco explicabitur, relinquere coact⁹ eſt. Erãt Romani per id tẽpus quo hæc in Aſia gerebantur, punico bello defuncti, & ne ſubito ab armis diſcederent Phaliſci in cauſa fuerunt, qui vt ſæpe alias rebellãtes a Qu. Luctatio et Manlio cõſulib⁹ bello petiti ſunt, magno prælio victi. Quindecim milia hoſtiũ vno prælio cæſa. Sexto die q̃ ad hoſtes ventum erat in deditionem recepti, agroq; ex dimidia parte mulctati. Duæ tribus per id tẽpus, aut aliquã to antea prioribus additæ, Velina & exquilina. Ennius poeta per id tẽpus Tarẽti ortus eſt. Liuius poeta primus Romę fabulã docuit. Callimachus elegi carminis ſcriptor in ipſum primi belli punici initium Nepotis Cornelij teſtimonio incidit. Tẽplũ Iani poſt Phaliſcos in deditionẽ redactos, terra mariq; pace parta, eſt clauſum, vt Florus, p̃idit, ſuitq; hic annus ab vrbe condita quartus ſupra quingenteſimum. A primo Numæ anno ſub quo primũ claudi cõtigerat, ſeptuageſimus ſeptimus ac quadringẽteſimus. Sub id tẽpus Sp. Caruilius Ruga togatorũ primus cum vxore diuortiũ fecit. Eodemq; anno Neuius poeta fabulas ad populũ edidit, M. Varro libro quẽ de poetis ſcripſit, hunc primo bello punico ſtipendia feciſſe prodidit. Cæterum Iani templũ breui poſt bello a Liguribus ortо eſt patefactũ. Cauſam belli in Liguria geſti non reperio. L. Cornelius, quod ſatis cõſtat, & Fuluius Flaccus ipſi genti bellum intulerunt. Ligures inter Macram & Varrum flumina ſedes habuere circa ima alpium latera, qua in Liguſticũ iacent pelagus obuerſa. Plinius eius gentis originẽ ignoraſſe videtur. Strabo ex Græcia oriundos exiſtimat, coniectura vſus, q̃ vt Græci æreis vterẽtur ſcutis, totãq; in vniuerſum gentem partitur in Ingaunos & Intemelios. Cõtra Plinius ſupra duodecim populos memorat. Liguribus plurimus ex pecore victus, lacte hordeaceaq; potione. Naualis materia freq̃uẽs. Arbores eximiæ craſſitudinis diametro reſectæ octonis patent pedibus, mortaria & menſæ fiunt ex ea materia. Pelles inde & mella, Vinũ genti auſterum & picatum, muli & equi ex eadem terra, tunicæq; & ſagula. Lingurium quod electrũ alij vocant, eandẽ terram habere arbitratur Strabo, quod Græcorũ plerisq; cum eo falſo tradiderunt. Plinius procul electrũ naſci autor eſt, falſaq; eſſe oĩa, q̃ de Phaetonte & Eridano a multis Græcorũ ſunt memoriæ prodita, eſſeq; inſulas in ſeptẽtrionali oceano, vbi electrum gignitur, Gleſſaria eorũ vna vocatur, Electrũ Germani gleſſum vocãt, naſci q; me Gleſſaria dulla pinei generis arboribus defluente, vt gũmi in ceraſis, vt reſina i pineis manat arborib⁹ humoris habũdantia. Lingurium Demoſtratus ex vrina Lyncũ fieri credidit, e maribus ſuluum & igneum, e fœminis languidius ac candicans. Quidã langurium id vocari exiſtimãt, eſſeq; in Italia beſtias lan Lingurium. gurias. Zenothenis eas Langas vocauit, circa Padum id ferarũ genus ſtabulari arbitratur. Metrodorus & ſudines ex arbore, q̃ in Liguria ſit, id naſci prodiderũt. Sed taliũ fides ſit apud eos qui hæc tradiderunt. Deceatq; Maxubij & Eburiates Liguſticę gentes in occultas latebras refugientes diu Ro. Cõ Bellũ Liguſticũ. ſules fruſtrati ſunt, hos poſtremo Fuluius lõga indagine adeptus igni circũceſſos expugnauit. Sunt qui tradant tum primũ Lentuli & Fuluij ductu Romano ſigna trans Padũ promota, pugnatumq; cũ inſubribus & Ligurib⁹, cęſaq; tria & viginti milia hoſtiũ, quinq; capta, decq; his Romæ triũphatũ. Si Eutropi⁹ verus eſt autor, q̃ Liguſticũ bellũ ſtatim punico ſubijcit, in id tẽpus incidiſſe oporteret bellum quod in Aphrica Carthaginiẽſes crudeliſſimũ cũ Spendio & Mathone geſſere. Satis conſtat p hęc tẽpora & plura terra prodigia fieri cõtigiſſe. In Piceno fluuius cruentis aquis ſua ſponte cucurrit. In Prodi Hetruria cœlum ardere eſt viſum. Arimini noctu gia. tres lunæ in cœlo conſpectæ. Id prodigiũ Cn. Domitio & L. Annio conſulibus factũ Plinius autor eſt, quod ad cœli ardorẽ attinet, quũ Gn. Papyrius & C. Cæcilius cõſules fuere, tẽpus alioqui haud diſerte poſuit. Hæc q̃ poſt primũ bellũ Punicũ in Italia a Rom. geſta. Carthaginienſes interea in multo periculoſius bellũ, q̃ quod ad id tẽpus cũ Ro. geſſerant, in Aphricã reuerſi inciderũt. Id Aphricũ a loAphricũ co in quo eſt geſtũ nominari contigit, cuius origibellum. nem fuiſſe ferunt. Quũ Hamilchar percuſſo cũ Romãnis fœdere ſe magiſtratu abdicaſſet, copias quas ex Erice & Lilybæo deduxerat, Giſconi tradidit domum deportandas. Giſcon res nouas veritus, ſi tanta vis hominum vno rempore in Aphricam delata eſſet, præſertim cum plura militibus deberentur ſtipendia, quæ reddi ærarij inopia non poterant, pro magno habuit negocio, eos factis de induſtria interuallis, per partes mittere, vt qui primo alterove loco tranſmiſſi eſſent, confeſtim exautorati dimitterentur. Carthaginienſes partim negligẽtia, partim ſtipendij defectu nõ ſolũ non id fecere, ſed iuſſerũt etiã vt qui primi venerãt nouiſſimos expectarẽt. Mox vbi oẽs copiæ affuerunt, paulum pecunię eſt ſingulis datũ, ac ſimul iuſſi duces copias vrbe educere. Id quum cunctantius fieret, vellentq; multi in vrbe impedimenta relinquere, cum omnibus rebus pene præcipites ſunt Carthagine eiecti. Vtigitur in Siccam coiuere, in otium & ſocordiam abierunt, quod magnis exercitib⁹ pernicioſiſſimũ fuit ſemper. Hi igitur tumultuoſe ſtipẽdium ſibi debitum repoſcunt. Alĩ multo maius q̃ deberetur imMilitaris ſeditio. pudenter efflagitant. Præmia militaria repetunt, ab ipſis ducibus medio ardore belli ſupra ſtipendium promiſſa. His ſua ſponte tumultuantibus, Hãno ſuperuenit, qui multa de ærarij inopia locutus, quũ aliquã ſtipendij remiſſionẽ poſtulaſſet, cõtinuo multitudo, velut ſtipẽdio & ſpe prẽmij vno tẽpore fraudata, in tantã iram exarſit, vt magis dux

deesset, q̃ voluntas erupturæ seditioni. Merebant tum Punicũ stipendiũ Hispani, Galli, Ligures, Baleares, Greci quoq; non pauci, & Aphri. Quæ multarũ gentiũ colluuio in causa fuit, vt discordia semel mota cohiberi amplius nequiuerit. Raptis itaq; per iram armis, Hãnone & cæteris ducibus contẽptis, Carthaginẽ tumultuosius ire pergũt. Vbi vero ad Tunes ventũ est, nunc corrupta voce Tunisum dicunt, haud procul inde castra muniunt. Erãt hi supra viginti milia armatorũ. Carthaginienses subito malo perculsi trepidare metu, ac quibus remedijs præsenti periculo irent obuiam solicite requirere, fateriq; sua errata, & q̃ stantũ mercenariorum militũ vnum ĩ locũ coire passi essent, & q̃ impedimenta militũ liberos & vxores penes se relinqui noluissent, vbi intra mœnia inclusi pro obsidibus ciuitati esse poterant. Omnia igitur quæ ad militarem iram leniendã pertinere creduntur, censent mature adhibenda. Cõmeatus & alia ad vitæ vsum necessaria affatim in castra ferri iubent, ibiq; tanti nec pluris venire, quanti ipsimet milites velient, quotidieq; legati in castra mittebãtur, qui benigne pro concione milites alloquerẽt, omniaq; a se expectare iuberẽt, quæ a gratissima ciuitate expectanda essent. Hæc placamentorũ genera tãtum abfuit, vt fœuientẽ multitudinẽ aliquo modo deliniuerint, vt vel ex hoc ipso sit miles audacior factus, quia nihil obscure se timeri intelligeret. Præcia igit̃ equorũ, quos in bello amiserant, reposcũt, addunt̃q; in horam aliquid impudentius prioribꝰ postulatis. Præualebant in multitudine nouarum rerũ cupida, seditiosissimi quiq; demum eo est decursum, vt Giscon, quo illi in Sicilia duce vsi fuerant, suo arbitrio finiret, quid supra stipendiũ militibus deberetur. Is cũ pecunia Tunes profectus cũ singularũ gentium ducibus congressus, se venisse docet, vt stipendiũ militib⁹ dissoluerer, hortaturq; vt singulis suos in officio continerẽt, futurum, vt oĩm desideria publica gratitudine explerẽtur. Erat per hæc Giscon facile motũ cõpressurus, nisi Spendius Campani sanguinis homo seruus Carthaginẽ fugitiuus & Matho Apher genere, proximusq; inuidiæ, quia ab initio insigniter esset in ea seditione versatus, supplicium vterq; formidans, si concordia secuta esset, Aphros multis implent suspitionibus, fore prædicantes, vt cæteris gentibus ex auctoratis, ipsi qui Aphricæ indigenæ essent, totius facti inuidiam suo capite haud multo post luerent, persuasum habere Carthaginienses, totius discordiæ originẽ ab Aphricæ terræ incolis ortã, quibus stimulis priori ire adhibitis, adeo ĩ apertã rabiem erupit seditio, vt quicunq; aut ducũ, aut priuatorũ in medium verba ausus est facere, confestim sit lapidibus obrutus, turbaq; in hunc modum sæuiente, quũ nemo esset qui hiscere amplius auderet, subito oĩm consensu Spendius & Matho duces multitudinis creantur. Giscon etsi nihil interea prætermisit, quod ad pacẽ pertinerer, oĩa pollicendo, quũ a quibusdam frumenti quoq; militibus dandi mẽtio iniecta esset, id quoq; se daturum pollicitus est, si Spendium sibi dederent, ad quam vocem adeo excanduit multitudo, vt pecuniam publicam, quã ille secum attulerat diripuerit, Giscónem ipsum pene discerptum in vincula coniecerit, ac tum demũ omni spe concordiæ abiecta, sæua coniuratio inter milites inita est, animiq; ad bellum conuersi, Spendius & Matho missis ad omnes Aphricæ populos legatis, eos horrantur, vt ad sæuum & crudele Carthaginiensium imperium extinguẽdum sibi adiumento essent, Nulla fere ciuitas fuit quæ non his libenter accesserit, certatimq; duces cõmeatu, pecunijs & milite iuuarunt. Duces ipsi bipertito hostẽ agressi, vno tempore Hipponem & Vticam, nam hæ duę tantum vrbes adhuc in fide erant, obsidione cingunt. Carthaginienses graui & inopinato bello perculsi, nullã inire queunt rationem, nullũ consilium, quo tot difficultatib⁹ vno tempore incumbentibus, eant obuiam. Exhaustum ærarium, exhaustos longo & difficili bello ciues. Tributarias vrbes cum hostibus sentire. Non amicos adesse vnde subsidia expectarẽtur. Nam tanta in eos odia vndiq; exarserant, vt mulieres, q̃ sæpe viros & liberos, ob vectigalia nõ soluta, in seruitutẽ adductos viderant, incredibili consensu hostiũ duces iuuerint, quicquid muliebris mundi adhuc superat in mediũ conferẽtes. In summa rerũ difficultate Carthaginiensiũ animi haud oĩno concidebant, copijs, quantũ ea tẽporis angustia patiebaꝫ, cõtractis ducẽ præficiunt Hannonẽ. Interea Spendius & Matho præterquã q̃ Vticã & Hipponẽ obsidione premebant, ad Tunes etiam habebãt castra, ita vt ad septuaginta hoĩm milia in ternis eorum castris militarẽt. Excludebantur Carthaginiẽses ab omni Aphrorũ cõmercio his locis ab hoste insessis. Fuit vrbs quã illi habuerunt, in Chersonneso sita, cum Isthmo triũ miliũ passuũ, quo Aphricæ iungitur. Hinc illi Vtica fuit, ex aduerso Tunes, ex his castris crebræ fiebãt Carthaginẽ vsq; excursiones. Processerat nõnihil bellũ, quũ Hanno Vticẽsib⁹ auxilio est missus, qui quũ sub primũ accessum elephãtorũ obiectu hostes profligasset, contentus acie vicisse Vticam ingreditur, vbi ad curã corporis cõuersus occasionẽ hostib⁹ dedit, qui fuga dissecti fuerãt, in proximũ collẽ sese recipiẽdi, peropportuneq; grassandi in ea castra, q̃ ille extra vrbẽ fuerat meratus. Hostes Carthaginiensiũ negligentiã intuiti, facto in eorũ munitiones ipetu, modico negocio expugnant, ibi militib⁹ qui ad præsidiũ relicti fuerant, fœde cæsis, bellicas machinas & alia impedimẽta diripiunt. Simili discordia nõ multo post ad Sorzã vsus, quum bis turbatos hostes vrgere destitisset, causam Carthaginiensibus præbuit, vt abrogato ei imperio, Hamilcarẽ bello præficerẽt. Data huic decem milia hoĩm, hæ enim copiæ tum Carthaginiensibus ex conductitio vrbanoq; milite fuerũt, & elephanti. LXX. Celebre Hamilcharis nomen, eaq; res ciuitatẽ in spem maximam exexit, hostib⁹ audaciam ademit. Ipse quando oĩa circa Isthmum a Spendio & Mathone tenebantur, vt ne expedito quidẽ militi in Aphricã transcensus pateret, quia e repu. esse cernebat, exercitum extra Chersonnesum traducere, p̃ter Macheræ fluminis ostia, qua amnẽ lenius fluere borea Septentrioneve spirantibus facilissime deprehendit, traiectis silentio copijs, Sephyram petijt. Erat id oppidũ circa Macherã, quod hostes sub initiũ belli occupauerant. Erant Sephyræ ad. X. milia hoĩm, &. XV. ex Vtica audito Hamilcharis aduentu ofestim cũ Spendio affuere. Ibi Pœnus dux vbi se hostes & a fronte & a tergo habere sensit, paululũ circumacto agmine, vt simula to metu Spendium ad congressum solicitaret, hinc beluis, inde legionarijs in hostem missis, subito fugam fecit, cæsaq; sunt eo prælio ad sex milia hominum & duo capta. Cætera multitudo metu dissipata, partim Sephyram, partim in Spendiana castra, extrepida se recepit fuga. Hamilchar Sephyra capta, late per hosticum euagatus, plures ciuitates ad imperiũ retraxit: Spendius Mathonis hortatu qui ad Hipponem sedebat, & Autaric⁹ Gallorum dux Hamilcharem secuti, elephantorũ metu per ardua

Tunes.

Giscónis studium.

Matho & Spendi⁹ duces seditionis.

Mulierũ studia in coniuratos.

Hamilcharis victoria.

Hãnonis socordia.

Hamilchar bellidux.

Giscónis supplicium.

Hamilchar Spẽdium fugat.

Hãnonis et Hamilcharis fi multas.

Spẽdius et Autaricus duces



ductare. Hi vbi auxilia affuere (Erant eĩm cũ Spendio ad sex milia veteranorum & duo Gallorum, quæ sub Autarico militabãt) ternis castris Hamilcharem in planitie sedentẽ circunsistunt. Is in summa rerum difficultate cõsilij inops, diu secum quęsiuisse dicitur, qua via, quave arte instans periculum discuteret, sed quum plura animo exploraſſet, Harua Mumidarum quidã illustris, adolescẽs impiger Amilcaris famam secutus, primo cum eo in colloquiũ venit, inde cum duobus milibus hominum in castra ad ipsum ducẽ sese contulit, cui Hamilchar filiã in vxorem despondit. His ille copijs auctus, pugnã, quam iamdudũ ciebat hostis, non amplius detrectãdam ratus, suos in aciẽ eduxit. Ferox & cruẽtus vtrinq; fuit occursus, & victoria aliquandiu anceps. Demum beluis aduersam aciem proculcantibus, Haruaq; strenue operam nauante, Carthaginiẽses egregie vincũt, Spendius & Autaricus quatuordecim hominũ milib⁹ amissis, victi acie cesserunt, decẽ milia circiter cæsa dicuntur, cæteri viui in hostium potestatem venerunt. Hamilchar clementer victoria vsus, captiuis potestatem fecit secũ si vellent militãdi, aut conditionẽ domũ abeũdi, vt nequid rei ipsis amplius cum Spendio esset. Interea milites qui in Sardinia erant, Spẽdianorũ exẽplum secuti, Bostarẽ & Pœnos, qui cũ imperio in insulã venerant, in potestatem redactos, crudeliter trucidant, atq; arce occupata in apertam erumpunt defectionem. Huius motus fama Carthaginem delata, confestim Hanno cũ nouo exercitu est in Sardiniã missus. Hunc noui milites, iniecta cũ veteranis coniuratione, cruci affigũt. Nec duplici scelere contenti tertium adiũciunt, quicunq; Carthaginiensium in tota insula fuere, ad vnũ interficiunt. Arcibus inde & oppidis potiti insulam nõnihil tenuere, donec orta inter eos & insulanos discordia, milites expulsi in Italiã abierũt. Atq; ita Sardiniam a Pœnis alienari contigit. Spendius & Autaricus veriti ne Amilcharis benignitas rebus suis officeret, atrox facinus commenti, velut literæ ex Sardinia & Tunete vno tempore significarent, vt Spendius & Autaricus sua corpora custodirent, compertũ indicio esse, in castris vagari, qui a Carthaginiensibus subornati, ipsorum ducum capitibus insidiarentur, multa pro cõcione questi, eo miserum multitudinem perpulere, vt Giscon̄i, qui in custodia erat, & septingentis cum eo Carthaginiensibus captiuis extra vallum deductis, manus p̃ciderint, mẽbraq; laniarint, postremo fractis cruribus, viuos in scrobẽ ad id factã, coniecerint. Hoc illi scelus machinati, vt Hamilchar suũ exemplũ secutus, in captiuos sæuire cogeret. Miserunt Carthaginienses legatos ad repetẽda prosectorũ cadauera, at nõ id tantũ negatũ est, sed responsum etiã ne caduceator quisquã aut orator ad se ex vrbe veniret ampli⁹, futurũ, vt si qui eo venissent pari supplicio affecti, vt illi insepulti abijcerentur. Hamilchar hostiũ crudelitate irritatus quoscũq; captiuorum tunc habuit, aut postea cepit, bestijs laniãdos obiecit, Hannonemq; cum altero exercitu ad se vocauit, cum quo breui in tam apertas simultates & contentiones venit, vt Carthaginiensiũ decreto & militũ voluntate, Hanno sit in vrbem reuocatus, hincq; perpetui odij origo inter ipsos duces extitit, quod vsqueadeo eorũ animis insedit, vt Annibal qui Hamilcharis fuit filius, fecundi belli Punici rẽ poribus non magis infestos Romanos foris, q̃ domi Hannonem habuerit. Per id tẽpus Vticenses & Hipponenses, qui in Carthaginiensium fide, quũ præsenti bello, tum cæteris Aphricæ motibus constantissime permãserãt, subita animi mutatiõe ad hostes defecerũt, Carthaginiẽsibus, quicunq; apud illos tum forte erãt, interfectis cadaueribus in subiectas murorũ fossas, ĩ argumentũ publici odij, proiectis, nequid præsenti calamitati deesset. Quibus Carthaginiensium cladibus Spendius & Matho elati Carthaginẽ obsidere adoriuntur. Hamilchar interea & Annibal, qui illi post Hannonẽ collega datus est, omnia hostibus reddebant infesta, in eo præcipue intẽti, vt cõmeatus vndecunq; aduectos interciperẽt. Nec vrbs interea arcta laborabat annona, Hierone ex Sicilia frumẽtum, & alia auxilia Carthaginiẽsibus mittẽte. Aegre ferebat callidissimus rex Punicũ nomẽ extinctum iri, ratus Carthaginiensium opes Romanis suspectas id præstare, vt ipse charior semp̃ populo Ro. esset, q̃ si sublato omni æmulationis studio, insulę securitas se & Syracusanos Romanis contẽptibiles redderet. Quin & Romani ipsi, vt Polybius scribit, nihil ad sociã vrbem subleuandã, per id tẽpus, cessauere. Incederant ab initio leues inter eos suspitiones, q̃ quingẽti circiter homines, qui ex Italia in castra hostiũ frumentũ deferebant. Carthaginiẽses in vincula conieccrant, quibus haud multo post in gratiam Romanoꝝ dimissis, factũ est, vt et ipsi ꝯtinuo Carthaginem frumentũ miserint, & alia necessaria a socijs ex Italia cõportari permiserint, vetuerintq; in hostium castris quẽpiã negociari. Nec Vticenses sese & vrbem dedentes senatus recipiendos censuit, ne ictum fœdus aliquo modo violaret, militũ quoq; legatos, qui ex Sardinia venerant insulã daturi, audire noluerunt. His auxilijs Carthaginienses adiuti, facile obsidionem pertulerũt. Contra Spendius Hamilchare cõmeatus intercipiente, ad eam rerum oĩm inopiam redactus est, vt proximior obsesso q̃ obsidenti esset. Tum vero rerũ egestate adactus, socluta obsidione cũ quinquaginta milibus hoĩm ex omni numero delectis, ĩ Hamilcharẽ cõtendit. Cæterũ beluarũ occursum metuẽs, per ardua libenti⁹ ductabat, fiebãt tamẽ quotidie leuiora prælia quibus Carthaginiẽses plurimũ vincebãt. Hamilchar nunc simulata fuga hostẽ in insidias trahere, nunc improuiso accessu premere, demum locorũ opportunitatem nactus, hostiles copias fossa & vallo cinxit, breuiq; ad eam rerũ omniũ inopiã redegit, vt suis ipsorũ corporibus inedia vescerenť. V na spes supererat, si auxilia sibi a Tunete mitterẽtur. Interea captiuorum primo, mox & seruorum corporibus crudeliter absumptis (hoc sane ciborũ genere nõ alio aliquãdiu vsi sunt) vbi oĩm spem, quã in suis repositã habebant, irritã videbãt, fame domiti, Spendius ab Hamilchare impetrauit, vt ad eũ legatos mittere liceret, quibus has Pœnus conditiones pacis tulit, vt liceret sibi decẽ ex hostibus, quos vellet, deligere, cæteri cũ singulis vestimentis abirent. Spendius & Autaricus & alij qui inter hostes suppliinuidiæ imminebãt, ad supplicium dedũtur, id quũ cium. Libyes egre ferentes tumultuari cœpissent, armaq; capesserent, equitatu illis cũ elephantis obiecto, ad vnũ omnes, qui supra quadraginta milia fuere, momento horæ, Pœnus imperator trucidauit. Serræ loco nomen fuit, vbi cędes edita est. Secundum hanc victoriã magna parte Aphricę partim vi, partim voluntate recẽpta. Tunes Pœni duces castra transtulerunt, vt Mathonẽ cũ residua hostiũ parte opprimerent. Primũ omniũ Hamilchar Spendiũ & Autaricũ in suorũ cõspectu in crucem sustulit. Matho interea Annibalẽ Hamilcharis collegã cõspicatus negligentius se in castra recipientẽ (nam diuerso loco ab Hamilchare merabat) facto in eũ impetu

Defectio Sardinici exercitus.

Spendij periculũ.

Infãdus obsessorũ cibus.

Spendij suppli cium.

Hamilcharis victoria.

impetu, disiecta militū manu quæ illū comitabat, ducē ipsum in potestatē redactū deposito Spendij corpore in eādem crucē sustulit, triginta quę nobiles Carthaginienses circa Spendij corpus trucidat, & Matho per hunc modū in Carthaginienses sæuit. Quæ Hamilcharj tardius, q̄ in magna castrorū distātia succurrj posset, nūciata sunt. Nec multo post Matho Tunete digressus, ad Macharæ ostiū castra circa littus fecit, & ex Carthagine Hanno iterū ad Hamilcharē in castra cū nouo exercitu est missus, & cū eo. XXX. legati, qui Punico noīe vtrūq; orarent vt priuatā simultatē patrię anteponerēt. Quorum authoritate duces permoti, vterq; alteri ad tēpus veteres offensas remisere, incredibiliq; aiorū cōsensu bellū in Mathonem gerere perseuerarunt. Itaq; post varios conatus, certo vtrinq; consilio apud Leptim de summa rei acie decretū, hic Mathonis exercitus maxima ex parte cęsus. Qui ex acie fugerant sese Hamilchari dediderunt. Hipponenses soli & Vticēses perpetrati sceleris sibi conscij, nullum veniæ locū relictū arbitrantes, pertinacius in partibus mansere. Verū vbi omnē vim belli in se versam viderunt, quum nulla reliqua spes externi subsidij esset, ea cōditione quam Carthaginienses probarēt in fidē rędierunt. Atq; hunc exitū habuit bellū Aphricū, oīm quæ ad id tēpus gesta fuerant, crudelissimū, in tertiū annū & aliquot menses fortuna fæpius variante distractū. Matho & cæteri capriui in triūphū ducti meritū sui sceleris suppliciū luerūt. Nauigabāt Ro. iterea ī Sardinia suasu militum q̄ ex ipsa ī sula ī Italiā profugerāt. Id ægre Carthaginienses ferre, qui nec præsidiū nec locum vllū in insula habebāt, illius tamen possessionē sibi vendicabant, parabantq; cū exercitu in insulam transmittere. Romani eam belli causam nacti, Pœnos criminantes q̄ contra Sardos nomine, re vero in se bellū comparārēt, cōfestim & ipsi nouos exercitus in Sardiniā mittunt, velut hic primis eorum motib⁹ occursuri. Pœni duobus grauissimis bellis defatigati, quum se parū id oneos intelligerent, qui tuto Romanis viribus resisterent, tēpori cedēdum rati, non modo insulā, vt Polybius ait, Ro. po. habendā reliquerūt, sed maturata etiā pēsione, mille et. CC. talenta miserunt Romā, ne alieno tempore graui se bello implicarent. Sunt qui scribant a T. Manlio & C. Attilio consulibus de Sardis triūphatum. Quo apparet aut a Pœnis non paruum negocium in recipienda insula iectū Romanis fuisse, aut ab ipsis insulanis imperiū non sine armis receptum, q̄n honos ille citra pugnā a Romanis haud decerni consueuerit, ac tum demum aiunt quidam tēplum Iani secūdo clausum, quod quarto circiter anno post primi belli Punici exitū cōtigisse oportuit. Corsi quoq; per id tēpus sunt victi, & Spoletū colonia in Vmbris ducta. Nec Pœni Aphrico bello soluti ab armorū studijs quieuere, quin Hamilcharem, per quē Aphricū fuerat bellū profligatū, in Hispaniā eū exercitu mittunt, qui a colūnis Herculis exorsus, magnā Hispaniæ partē Punicis opibus adiecit, multis Iberię ciuitatib⁹ bello subactis, pleriscq; æqua conditione in societatē & amicitiam ascitis. Postremo quum efferatissimis gētibus bellum intulisset, medio gerendarū rerum actu, nono ferme anno, ex quo id bellum inchoauerat, fatalē diem obijt. Hastrubal ipsius gener publico decreto in copiarū imperium successit. Sed dum ea ab Hamilchare in Hispania gerebātur, Romani nōnihil in Illyrico bellarunt. Teucas Illyriorū regina, quę in regnū Agroni successit, domesticis opibus freta (nullus em Illyriorū regū maiores ea tempestate ductauit copias, pedestres equestresq;, q̄ Agron cui Teucas nupsit) iuuit hæc primo auxiliis Medionios aduersus Aetolos, qui Illyriorum interuentu non solū obsidione liberati fuere, sed Aetolorum etiā spolijs q̄ ab auxiliari manu fusi fugatiq; sunt insigniter ditati. Suarū igitur rerū successu Teucas elata, suis potestatē fecit nauigandi, mariscq; latrocinium in quoscunq; finitimorū exercendi. Classem ad hæc suo noīe instructā emisit, quæ oēm oppositam Italię orā prædaret. Nec ita multo post Illyrij Phœnicē vrbē in Epiro nobilissimā Gallorū prouincia occupāt, militauerant hi Galli primo in Sicilia cū Carthaginiensib⁹, inde ad Romanos, Punicis opibus in insula fractis, trāsierāt, sed quū haud multo post Erycinę veneris templū temere violassent, direptis hostiliter donarijs, Ro. scelus auersati armis exutos, in naues iponunt, impositos procul Sicilia & Italia ablegandos curāt. In Epirū delatos Phœnicēses aduersus Illyricos ad præsidiū vrbis, stipēdio conduxerāt. Epirotæ iniuriā vlturi, exercitu tumultuose collecto, Gallos & Illyrios in Phœnice obsidēt. Interea trepide in castra afferūt, quinq; Illyriorū milia, Scerdilaidę ductu, obsessis suppetias venire. Tum Epirotę, partitis copijs, alij obuiā hostibus occurrunt vt in Antigoniæ angustijs venientes exciperēt. Alij ad obsidionē remanēt. Illyrij & Galli audita hostiū ex castris profectione, fluuio noctu superato, locū hostibus ꝓpinquū occupant. inde prima luce in pugnā digressi, medio negocio hostē fundunt, arcq; vno prælio prospere gesto Antigoniā cōtendūt, cæteras Epirotarū copias cū Scerdilaida oppressuri. Epirotæ munitiora loca insidētes, pugna pertinaciter abstinebāt. Interea literæ a regina afferuntur, quibus copiæ domū reuocabātur, q̄ quædā Illyricæ ciuitates ad Dardanos defecissent. Sūt Dardani Illyricorū cognati, vtraq; gens, si Appianus verus est autor, a Polyphemo & Galathea est. Tres filij ex his geniti, Illyrius, Celthus, & Galus, vnde Illyrij, Celthę, & Galathę sūt. Ex Illyrio Achilleus ortus, Autaricus, Dardanus, Medus, Taulantius, & Perebus, Vnde Achillei, Autarici, Dardani, Medi, Taulātij, & Perebei, Illyricæ gentes cōdītę. Muliebris stirpis, Partha, Daorta, Dasara, a quib⁹ Partheni, Daorrij, & Dasareni nominati, & ipsi inter Illyricas gentes non obscuri. Autarius Peonum habuit & Scordiscum, vnde Scordisci & Peones. Ex Peono Triballus Triballorū autor, qui Ad Istrū fluuiū sedes habuere. Græci eos Illyrios arbitrati sunt, qui supra Macedoniā & Thraciā a Chaonib⁹ & Theosprotis ad Istrum vsq; fluuiū sedes habuere, cuius terræ lōgitudo haber quindecim dierū iter. Romani scriptores, longitudinē ipsam sex milliū stadiorū prodiderūt, mille & ducentorū latitudinē. Mediterranei itaq; Dardani, agreste hominum genus, spelunc⁹ sub fimo defossis pro domibus vtuntur, musicæ tamen studiosi, tibias & fides vulgo vsurpant. Reginæ literis Scerdilaidas reuocatus, inducias cum hostibus pactus, domum reuersus est. Eratq; per hęc Illyricū nomē Græcis ciuitatibus non parum formidolosum. Nec ita multo post, legatis ad Teucam reginā missis, cū Acarnanibus Illirij societatem & amicitiam iniuere, quo contigit vt Illyriorū amicitiā secuti Achęis & Aetolis hostes sint facti. Illyrij, quū sæpe alias, tum etiam quum Phœnicē obtinerent, ex Italiæ ora prædā asportarūt, mercatoresq; Italici generis alto mari interceptos prædati sunt. Quū ergo multi questum de Illyriorum iniuria ad Senatū venissēt. C. & L. Corūcani ad Teucā legati in Illyricū mittuntur. Obsidebat tum forte illa Issam insulam

Matho nis facinus.

Aphrici belli finis.

Pœni Sardiniā Ro. relinquunt.

Spoletū colonia.

Hamilcharis interitus.

Teucas Illyriorū regina.

Illyrij Phœnicē in Epiro occupāt.

Illyriorū origo.

Illyridis fines.

Legati Rom. ad Teucam.



insulam, quæ vna oīm adhuc imperium detrectabat. Legati huc ad reginam venerūt, quibus socioꝝ querelas exponētibus, ita illis occurrit, vt diceret, daturam se operam, vt nulla publice iniuria Romanis fieret. Cæterum prohibere suos, quo minus priuatim fructum e mari caperent, nec; regij id moris esse, nec; se inhibiturā. Tum ex legatis minor natu, fortiter quidē, sed parū tēpestiue, At quoniam inquit Romanis o Teuca optimus mos est, priuatas iniurias publice vlciscēdi, iuuandiq; iniuria effectos, dabimus operā, dijs volentibus, vt vel inuita regiā istā consuetudinē emendes. Tam feroci responso eo iracundiæ, cuius ille sexus impatiēs est, processit Teucas, vt iure gentium neglecto, mi ferit qui legatos a se dimissos adorti iuniorē obtrūcarent. Legati cædē Romam nunciata, delectus cōfestim habetur, paraturq; studio classis: interea Illyrij, pluribus liburnicis in Græciæ oram missis, alij Corcirā adnauigarunt. Cæterū portis admissi, arreptis gladijs, quos in vrnis habuerunt, portarū custodes obtrūcāt, clamore sublato occurrit eo ex cōposito alia maior manus atq; instructior a portu, mœniaq; tumultuose occupant, Dyrrachini etsi in re subita perculsi armis ab initio abstinuerunt, paucitate tamen hostium inspecta, in eos impetū faciunt, atq; modico negocio vrbe eiectos, præcipites ad naues agūt. Duces classis, solutis repēte e portu nauibus, cæteram classem assecuti Corcyrā obsident. Corcyrei auxiliū ab Achæis & Aetolis implorant, maturecq; decē Achæorum triremes bello instructæ, Corcyrā cursum intendunt. Illyrij septrē cataphractis nauibus Acarnanū aucti, cū quibus societatē iniuerant, fuisq; liburnicis freti, ad insulas, quas Paxos vocāt, cū Achęis cōfligūt. Hic multo maioribus est animis q̄ viribus dimicatū, fuitq; proinde pugna ab initio acerrima, verū circunuenti a pluribus Achæi vincūtur, vna eorū nauī cū tota turma altis fluctibus depressa, quatuor ab hoste captis, cæteræ in altū abierūt. Tulerūt Corcyrei se cūctū eā pugnā, nōnihil obsidionē, postremo oīmi spe destituti, sese hostibus dedunt, Demetrio Pharios cū præsidio intra vrbē accepto. Illyrij Corcyra per deditionem recepta Dyrrachiū obsidione repetunt. Sub id tempus C. Fuluius Cētimalus consul cum. CC. nauiū classe Corcyrā cōtendit, ratus Corcyrenses nondum deditos teneri adhuc obsidione. Alter consul L. Posthumius terrestribus copijs per Italiā ducebat. Fuluius etsi Corcyra alienata venit in prouinciā, Demetrij tamen voluntatē experiri placuit. Is vbi plus ęmulos ad reginam valere sentit, q̄ sibi tutum esset, Romā miserat, qui senatui vrbem & quæ in ipsius potestate essent pollicērētur. Præstitit Barbarus fidē atq; vrbē cū Illyriorū præsidio Ro. cōsuli tradidit, Fuluius Corcyrēsibus in societatē receptis, Demetrio duce vsus ex Corcyra Apolloniā transmisit. Eodem tempore L. Posthumius ex Brundusio copias trajiciebat. Erant sub signis Ad viginti milia peditū, & duo equitū. Apollonia in fidē recepta, Romana classis Dirrachiū cōtendit, ad cuius aduentum Illyrij soluta statim obsidione in pacatū cesserunt. Dyrrachini obsidione liberati & ipsi in amicitiam & societatē sunt ascīti. Illyriæ inde oram legens Fuluius Parthenos & alias littorales gentes vltro deditas in fidē recepit. Issam deinceps tum, vnde hostium obsidione discussa plura Fuluius oppida paucis diebus ademit & cū his Lembos. XX. cōmeatu onustos. Teucas multiplici clade fracta, cū q̄ paucissimis se Rizonē recepit oppidum procul a mari in Rizonis amnis ripa munitissimum. Consules plerisq; Illyriorum

Legati Teucæ reginæ datæ.

Illyrij Dyrrachio pelluntur.

Illyrij Corcyrā obtinēt.

Ro. Corcyram recipiunt.

Hastrubalis successus in Hispania.

Gallorū motus.

Gessatæ Galli.

Accersunt tras alpini

cogerent, quæstuosi belli in præsentia socios admonentes, & q̄ in posterum ab Ro. iniurię vniuersam gentē manerēt, ni ipsi? ppli conatib? ireť obuiā. Simul dant fidē se socios belli futuros, res a maiorib? suis in Ro. gestas adiciūt, qui nō solū eos vicissent acie, sed Romā etiā ipsam captā & direptā incēdissent. His hortationibus Galli accensi haud multo post tumultuose in Cisalpinā Galliam transiuere. Nullū vnq̄ agmen terribili? alpes ad id tp̄s trāscenderat, quib? Boij & Insubres continuo suas copias iunxere. Veneti & Cenomani Romanor? amicitiā Gallorū societati prætulerūt, quæ res in causa fuit, vt Galli in Hetruriam trasituri, coacti sint suarum virium partē ad Insubrū præsidiū relinquere. Romani periculosi belli fama iā antea perculsi, accuratissimū delectū in vrbe & tota Italia habuerunt, studioq̄ omnia ad bellū necessaria ad id tēpus expediuerāt, & nequid nō ad p̄sens periculū auertē dum adhibitū videretur, Sibyllino carmine moniti, duos Græcos virum & vxorē, duosq̄ Gallos vios in foro Boario defoderunt, dirum sacrorū ritū & Romanæ ciuitati insuetū. Vbi igit̄ alpes trāsire hostis dictus est, L. Aemilius cum exercitu Arimi num missus est, vt venientē hostē trāsitu prohiberet. C. Attilius alter consul principio anni in Sardiniam, ad insulanorū motus p̄primendos exercitū deportauerat. Fuit curę patribus cognoscere, quantum auxiliorū in Italia ad bellum ex vrbe vniuersis socijs scribi cōtigisset. Polybius & Plini? autores sunt, peditū septies cētena milia, & septuaginta equitum, eo tumultu, Romæ & in cætera Italia cōscripta. Liuius. CCC. milia fuisse scribit, sed Polybio libentius accedo, qui diserte posuit singularū gentium copias. Socij tunc erant Sabini, Tusci, Vmbri, Sassinatę, Veneti, Cenomani, Latini, quorum octoginta milia peditum & quinq̄ equitū, relata erant in tabulis: Samnites, quorū septuaginta peditū & septē equitū milia: Iapiges, Messapij, Lucani, Marsi, Marucini, Ferentani, Vestini, Romanorum simul & Campanorū. CCL. milia peditum, equitū. XXIII. milia. Nullo vnquā bello maiore animorū consensu esti externos hostes ab vniuersa Italia conspiratū, vt non res populi Romani geri videretur, sed singulæ gentes, pro libertate, pro patria, pro liberis, sibi dimicaturæ viderētur. Galli superato Apœnini iugo i Hetruriā descenderūt, quib?, q̄nquaginta milia peditū fuere, vt Polybi? scribit, & duo equitū. Et iā Clusiū p̄dabūdi, p̄esse rant. Distat id oppidū trium dierū spatio ab vrbe Roma, ibi Gallorū ducib? nunciatur, auxiliares copias Romanorū, quæ circa Apœninū sedes habe rent, e vestigio hærere. Præerat his prætor Vrban?. Galli simulata fuga, se Fesulas noctu recipiunt, relictis ad hoc ipsum equitibus i castris, vt postridie hostes castrensis prædæ illecebrā secuti, in insidias præcipitarentur, quæ oia quum ex sententia euenissent, ad sex milia auxiliariorum inter Clusiū & Fesulas occiderunt. Cætera multitudine metu disiecta, alij alio dilapsi in tutū abierūt. Pars non parua quū ex trepida fuga se in proximū collē recepisset, a Gallis est obsideri cœpta. Affuit interea L. Aemilius consul, qui audito Gallorū transitu, ex Arimino, citato agmine, ad hostē contenderat. Ex ignib? qui ex ipsis castris per noctē accensi sunt, qui in tumulo ab hoste tenebantur, consulē adesse coniectā res confirmati animo, per densam sylua expeditos dimittunt, qui consuli nunciarent, in quo statu res essent, Ille i tanto sociorū periculo haud cūctandū ratus, Tribunis militū mādat, vt prima luce legiones educere maturent, ipse cum equitatu præcedēs ad tumulum ire pergit. Galli & ipsi onusti p̄da, Anocrestis regis suasu statuunt vltra Apœninū in Insubres prædā deportare, confestim vbi se ea exoneraſſent, in Hetruriā reuersuri. Soluta itaq̄ obsidione, priusquā Aemilius adesset, secus maris litt? in Cisalpinā Galliam cōposito agmine iter intendunt. Sequi abeūtes Aemilius in oēm recuperādæ prædæ occasionem erectus, abhorrebat interea ab omni certamine animus, quoniā longe impar viribus esset hosti. Instabat tamē illi abeūti, quū bona Ro. fortuna, Attilius alter consul ex Sardinia in Italiā reuocatus, copias quas Pisis exposuit, secus mare agens, haud procul a Thelamone promonto hostē obuiū habuit. Est Thelamon inter Grauiscas & Populoniā. Aemilius abeuntiū vestigio hę rebat, quib? auditis Attilius fortunā po. Ro. admiratus, quę hostē in mediū duorum exercituū conie cisset, in certā bene gerendæ rei spem, erectus legiones tribunis militum tradit, iubetq̄ i hostē progredi, quousq̄ locorum opportunitas sinat. Ipse collē viæ eminentē p̄spicatus, quo Galli deflexuri videbantur, cū lecto equitatu occupare constituit. Vix eo Romanus euaserat, quum & Galli equites qui ad id missi fuerant appropinquātes ex captiuis cognoscunt, a C. Attilio altero cōsule locum occupatum. Tum vero apparuit a fronte & a tergo rem gerendam esse, quū ab initio persuasum habuissent Aemilianum id agmen esse, quod per viarū cōpendia prægressum ex aduerso occurreret. Igitur Galli sese prælio expediūt, vtrinq̄ aciem firmāt, Gessatę & Insubres in Aemiliū vertuntur: Boij, Taurini et aliæ gētes aduersus Attilium in fronte cōstiterunt: Boij & Insubres auratis fulgebāt sagulis, Gessatæ incredibili ferocia & laudis cupiditate, nudi ante aciem stabāt, rati sese per eum modū expeditiores fieri ad præliū. Principio circa collē atrox fuit certamen, quo Attilius consul fortiter dimicans occubuit. Caput eius ad reges delatum Galli ad terrorē circuntulerunt. Instare propterea nihilo secius Romani equites, quin ob irā extincti cōsulis aliquanto fortius connixi, Gallicum equitatū, cū multa cę de, i fugā vertūt. Cruentū inde præliū inter pedites fuit, nō modo videntib?, sed audiētibus etiā horrē dum, ac sola fama ad posteros mirabile futurum. Triplex exercitus duabus frontibus dimicabat, eratq̄ interim tantus vbiq̄ strepitus, adeo horrendæ voces & vlulatus, vt mōres, saltus, mare, littus vno tempore mugire crederentur. Sed nihil æque Romanā aciem terrebat q̄ pręgrandia & nuda Gallorū corpora ante aciem cōstitura, bellico quodam motu sub clipeis agitata. Contra multū ad pugnā incendi spe Gallicę prædę potiundæ, tota enim ex aduerso torquibus & aureis sagulis fulgebat acies. Primo igitur Gessatæ, qui nudi manū conseruere, telorum multitudine a Romanis cōiecta, multi eodem quo steterāt loco tranſfixi cōciderunt. Alij vel ut rabie in Romanū ferrum moribundi ruebant. Pauci ad suos vulneribus cōfecti retro abierūt. Cū Insubribus inde & Boijs & Taurinis alijsq̄ ferocibus gentibus, res fuit. Ibi pugna velut stataria, gladijs gerebatur. Hic quoq̄ Galli passim sternebant. Erat Romanis ferrū habilius ad punctim & cæsim feriendū, prægrande & obtusum hostibus, scutaq̄ Italis firmiora. Steterit tamen illis immota acies, donec Romanus equitat?, ex colle velut procella quędam, effusus in aduersam aciem iam male cohærētem impetū dedit. Tum demū hostes perditis reb? fugam moliri sunt. Pedites eo quo steterant loco ad vnum cæsi. Equites alij alio dilapsi, acceptæ clādis nunciq̄, in tutum abierunt. Cæsa sunt eo prælio

XL.

Supersti. rio Rom.

Cōsules.

Copiæ Rom.

Gallorū copiæ p. cedunt.

Gallorū consiliū.

Thela. mon. Rom. fortuna.

Duo consulares exercit? Gallū circumsistunt. Attilij cō sulis casus.

Atrocissimū prælium.

Insignis Rom. victoria.



XL. Gallorū milia. X. capta, & cū his Cōgolitanus rex. Anocrestes cum paucis dilapsus, non multo post sibi mortem conscíuit. Consul spoliįs hostiū lectis, ac Romam missis, in Insubrum terram victorem exercitum duxit, atq̄ ibi late omnia prædatus, cum ingenti præda Romam reuersus, armis & torquibus Gallicis capitolium ornauit. Secuti consules. Q. Fuluius & T. Manlius qui Boicum agrū ingressi, omnem gentem ad deditionem compulerunt. Quo minus autem in cæteros sit Gallos bellatum, pestilentia in causa fuit. Profecti sunt sequenti anno, P. Furius & C. Flaminius in Galliam cum exercitu: Flaminius etiam contra auspicia. Hi circa Padi & Abduæ confluentem castra facere conati, subito Insubrū accessu in pacatum abire compulsi sunt. Cenomanorum inde auxilijs aucti consules, per loca magis Alpibus vicina Insubrum fines iterum ingressi, multo maiorem vim hostium in se cōciuere. Quinquaginta milia ex ea gente cum Romanis castra cōtulerunt. Consules quia multo inferiores erant numero, aliquandiu addubitarunt, quid facto opus esset, nec multum credere Cenomanis, veriti ne subita transitione ex socijs hostes in acie fierēt. Demum forte quidem, sed periculosum concilium secuti, Cenomanis vltra flumen traductis, pontem, qui Abduę erat impositus, rescindūt. Atq̄ ita vno tempore omnis insidiarum est metus ademptus, & necessitas fortiter dimicandi militib? iniūcta, omni spe fugæ sublata: Hæc quum illi maiore animo q̄ ratione fecissent, copias in aciem eduxerunt, nec Galli pugnam detrectarunt. Vicerunt ea acie Romani, magis tribunorum arte, q̄ consulum disciplina, qui hastis a triario acceptis tam diu cū antesignanis hostilem impetum distinuere, quoad Gallicus ille procedente pugna remisit impetus, quum consulum inscitia parum idoneo fuisset loco acies instructa, Galli multis cladibus affecti pacem per legatos periere. Marcus Claudius Marcellus & C. Cornelius consules, gloriæ cupidi, nō expectato vt prouinciæ ordinarentur, in Galliam cū exercitu profecti sunt. Galli desperata pace vltimo se certamini accingunt, triginta milibus Gesatarū circa Rhenum habitantium conductis Romanum præstolari. Consules Acerras vrbem inter Padum & Alpes obsidere, ad quam obsidionem soluendam Insubres, parte copiarum trans Padum missa, Clastidium Popu. Roma. oppidū oppugnare sunt adorti, quod vbi consulibus nunciatum est, Marcellus cum equitatu, & parte expeditorum peditum ferre auxilium laborantibus properat, cui venienti Galli ferociter occurrunt, intulitq̄a princi pio trepidationem aliquam Romanis subitus Gallorum accessus, postea vero vndiq̄ hostes a Romanis circumuenti, cum multa cæde dissipati, multi ferro occubuerunt, alij in Padum flumen præcipitati sunt. Marcellus medio cōflictu Viridomarum Gallorum regem (Plutarchus Britomarum appellat) obuium obtruncat, iacentiq̄ opima detrahit spolia, quæ tertia a Romulo suprema q̄ Feretrio sunt Ioui suspensa. Miror Polybium rem tantam in historijs silentio præterijsse. In Pompilij Numę commentarijs scriptum fuisse reperio, prima opima spolia Ioui fuisse dedicanda. Altera Martio Tertia Quirino. Galli qui apud Acerras obsidebantur, simulac suos ad Clastidium victos audiuere, Mediolanum fuga petunt. Cornelius vrbe omni genere commeatus referta potitus, hostem e vestigio secutus, Mediolanensem agrum populatus est, ciuitatem quoq̄ ipsius gentis caput in deditionem accepit. Plutarchus Mediolanum ait a Marcello fuisse captum, ac tum demum Gallorum duces nullam in armis spem amplius habentes, se & sua Romano Po. dediderunt. Hicq̄ Gallici belli finis fuit, quo nullum ad id tempus, aut maiore animorum obstinatione, aut militum audacia, atrocitate præliorum, interfectorum multitudine, copiarum numero, memorabilius in terra Italia fuerat gestum. Istris quoq̄ sub id tempus est bellum illatum, quia Romanorum naues frumento honustas intercepissent. Minutius Rufus & P. Cornelius consules bellum intulere. Fuitq̄ ea prouincia perdifficilis, victi quidem Istri sed victoria Ro. haud incruenta fuit. Conditum Romæ lustrum, censaq̄ sunt ciuium capita. CCLXX. milia. Libertini qui ad id tempus in totum corpus ciuitatis dispersi fuerant, in quatuor sunt tribus digesti, Exquilinam, Palatinam, Suburranam, & Collinam. Coloniæq̄ Placentia & Cremona in agrum a Gallis captum sunt sub id tempus deductæ.

Flaminij ferocia.

Cōsules. Acerræ.

Viridomarus. Tertia opima spolia cui sint dicanda.

Gallici belli finis.

Cōsules. Istri vincuntur.

Libertinorū tribus.

# MARCI ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVARTAE. FINIS

# EIVSDEM M. ANTO. COCCII SABEL. RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, IN ENNEADEM QVINTAM, PRAEFATIO.

Iqua pars fuit Rapsodiæ huius, in tam longa rerum serie, in qua mihi prefari licuerit, eo certe venim?, vt non solum id facere liceat, sed ne in fecordiæ suspitionem incidam, cogar etiam fateri, me bellum omniū, quę Po. Ro. terra mariq̄ ad id tempus gessit, & periculi magnitudine, & rerum apparatu maxime memorabile scripturum. Enimuero siquis Romanorum res gestas a primordio vrbis diligenter considerer, multa quidem sub regibus facta reperiet, sed quæ haud dubie, plus indolis præ se ferant, q̄ admirationis, fueritq̄ Tyrocinii illud futuræ virtutis. Mox parta libertate, etsi multo maiora sunt, sub consulibus cæteris q̄ magistratibus, domi foris q̄ præclare gesta, tamen intra Italiæ fines & cum ipsis fere Italis, Athletici certaminis, eorum comparatiōe, quæ postea secuta sunt, similitudinem quandam habuisse videri possunt. Cum Sabinis, Hetruscis, Hernicis, Volscis, de finibus bellatū. Cum Sānitibus, Cāpanis, Marsis, Appulis, Lucanis, & cętera Italia, de principatu. Fueruntq̄ hæc niciteria & gymnastica præmia. Certatum inde est, cum Pyrrho, cum Gallis, sed in eadem terra, fuitq̄ illud omnino maius, sed velut in stadio cōtēdere. Cū Pyro de gloria dimicatū est. Cū Gallis de agro, & tumultuose semper. Prima oim Carthago adultā ciuitatē arenæq̄ & stadio assuetā, in verū traxit armorum certamē. De Sicilię possessiōe intraq̄ insulā primo bellatū,

sed ignotis adhuc inter se viribus, nec inueterato odio, magni terra mariq; vtrinq; conatus, magnæ clades illatæ & acceptæ. Cessatum inde aliquot annos, datūq; id necessitati potius q̄ stomacho. Tum vero nō multo post ad arma recursum, nō minoris bus aīs, q̄ tū vtriusq; ciuitatis opes essent: nō in Sicilia, vt ante, res gesta, nō in Aphica, sed Italia ipsa ab initio belli sedes facta. Huc tēpestas & procella illa armorūm, Annibalis ductu, ex Hispania effusa. In hoc theatro martis, tot annis, tantis viribus, tam vario euētu bellatū, vt propiores periculo fuerint, q̄ postea vicerūt. Nullo vnq̄ bello res Romana, tā multis sæuisq; cladib⁹ afflicta est. Perculit Ticinus, fugauit Trebia, strauit Trasimenus, afflixerūt Cannæ, ac propemodum extinxerūt. Cōtra, iacētē Nola excitauit, erexit Capua, Metaurus spe sustulit, Aphrica palmā obtulit. Nec interea Sicilia tā tū, vt primo bello punico cōcussa est, nec Aphrica vt extremo, sed vno incendio, Italia, Gallia, Hispania, Aphrica, Sicilia, Sardinia, & cū his omnis ora Græciæ bello conuulsa est. Quid q̄ ne Asiæ quidē status, ad eam belli rabiem immotus māsit, vt oēs terræ vno bello laborasse credantur? Magna & grauia bella Po. Ro. quū prius tū postea gessit, sed nullum, meo iudicio, magis varium, laboriosum, cruētū. Nullum, in quo Romana virtus clarius fulserit, plus roboris & ferociæ imbiberit, maiores spiritus extulerit ad reliquas gētes subigēdas. De hoc igitur bello, tā memorabili, eram ego in fronte Enneadis huius dictur⁹, nisi pauca externa p̄erēda essent, quę Polybius, tēporū rationē secutus, ipsi bello prætulit, & quia ab illius autoritate discedere, nec historię in hac parte vtile sit, nec mihi cōmodū, in Græciæ rebus explicandis nōnihil immorabimur, priusq̄ secundi punici belli causæ a nobis referantur.

## EIVSDEM ENNEADIS QVINTAE, LIBER I.

Arathus Sycionius.

ARathus Sycionius qui per id tē pus Achæorum dux erat, quo Carthaginiēses ad Aegusam a Luctatio victi, Sicilię possessione exciderunt, quum plures Achęorū vrbes a tyrānis tenerent, Sycioē patria aliquāto ante liberata, antigoni regis p̄sidiū ex Corinthiaca arce deiecit, Corinthiq̄ in libertatē restituēs, Megarenses pari successu seruitio exemit. Fuerunt Achęi ab initio sub regibus, ac primus omniū in his regnauit Tisamenes Orestis filius post Heraclidarum descensum Lace. pulsus, ab eo ad Sygi regis tēpora perpetua successione regnatum. Sygi filq̄, qui ex legitimo & moderato regno ad tyrannidem desciuere, populorum consensu eiecti, a regibus ad populū rempu. transtulere. Inde res eius gentis sæpius variari contigit, mansitq̄, vtcūq̄ potuit, ad Philippi & Alexandri tempora, vetus illa publicæ administrationis forma. Ciuitares, q̄ ex æquo agebant, decē erāt numero. Olenū, Elice, Patræ, Dimæ, Phare, Tritea, Leontia, Bura, Ceraunia, & Carima. Harū Olenū, Elice, & Bura terremotu interiere, accessit his Corinthus, postq̄ ab Antigoni, vt dixi, dominatu libetata est. Restitit īde Arath⁹ quū Antigoni conatib⁹, tū Demetrij eius filq̄ decimo sui regni anno, sub id tempus, quo primū Romani in Illyricum aduersus Theucam reginam trāsmisere, vita decessit. Tum tyranni, qui in Peloponneso duorū regū opibus fręti plures eius terræ vrbes violenter presserant, Arathi virtutē & felicitarē veriti, vltro principatū deposuere, atq; horum primus Lysidas Megalopolitanus, qui viuo adhuc Demetrio reipublicæ volens ascriptus est. Secuti inde Aristomachus Argiuorū tyrann⁹, Cleonym⁹ Phliasiorū, & Hermioniorū Xenō, qui in ordinē redacti, publicum gentis nomē sunt & studiū secuti. Et hæc accessio breui est Achæorum rebus facta. Hōc rerū incremētū Aetoli labefactare cupientes, in Achęos & Acarnanes Achęorū fœderatos. Cleomenē Lacedemoniorū regē, Alexandrum Epiri, & Antigonū qui post Demetriū iuniorem tutor Philippo relict⁹ pupilli matre sibi matrimonio deuincta. XV. annos tenuit Macedoniæ regnum, vno rē pore ad bellū concitabant, Acarnanū vrbes cum Alexandro, Achęorum vero cum Antigono diuisuri. Primi belli motus a Cleomene extiterunt, qui quum Tegeā, Mantineā, & Orchomenū fraude occupasset, ex miti & legitimo principatu, tyrannidē exercere adortus, in Megalopolitanorum finibus fundauit oppidum quod Athenięnse est postea appellatū. Ea iniuria Megalopolitanos coegit Achęorū opes implorare, Achæi & ipsi, suarū virium nō ignari, Antigonū in societatē belli traxerūt. Semel atq; iterum interea Achęi cum Cleomene cōgressi, iuxta Lycæum primo, mox ad Laodiceā, nō longe a Megalopoli, cędunt. Tertio prope Dymeā ad Hecatombeū (id nomen loco fuit) fusi sunt acie, atq; fuga dissecti. Tot victoriis Cleomenes subnixus, Caphias, Pellenen, Pheneū, Argos, Pliūtem, Cleonas, Epidaurum, Hermionen, Trœzenē, postremo Corinthū Achaico nomini ademit. Arathus, quia Corinthij, Achæorum præsidio eiecto, Cleomeni vrbē tradiderant hāc occasionem nactus, Acrocorinthum eorum arcem, quod prius ne Achæorū aīos offenderet, haud facere fuerat ausus, Antigono restituit, quæ res multo propēsiorem Antigonū reddidit ad res Achæorū auxilio tuēdas Cleomenes quū haud procul Sycione castra haberet, audita Antigoni alienatione, ad Isthmum castra transtulit, locūq; inter Acrocorinthū & Onios montes fossa & vallo cōmuniuit, ratus fore, vt Antigono ab Isthmi ingressu prohibito, ipse haud multo post totius Peloponnesi imperio potiretur. Antigonus per Euboeam, Aetolis Thermopylarū transitum inhibentibus, ad Isthmum venit. Ibi Cleomenes venienti occurrit, castra exaduerso metatus. Sed dum ambo circa Isthmum sedēt, Achæi Argos recipiunt, quæ res non mediocriter fregit Cleomenis conatus, veriti ne dum a frōte validissimum hostem sustineret captis Argis a tergo intercluderetur. Igitur fugienti similis ex Isthmo profectus, Argos subita oppugnatione tentauit, Argiuisq; fortiter rēsistentibus, copias in Laconiam reduxit. Antigonus Peloponnesum ingressus Acrocorinthū primo, inde & Argos recepit. Cæterū aliquāto prius q̄ hæc in Achaia gesta sunt, Alexāder rex Epiri, qui Acarnanibus, Aetolorum impulsu, bellum intulerat, pluribus eius gentis vrbibus potitus, vita decessit. Fuit huic vxor & soror Olympias Pyrrhi Epirotarum regis filia, enixaq; ex eo erat virilis stirpis Pyrrhū & Prolemæum, alterius sexus Pthyam, quam Demetrius iunior sibi matrimonio iunxit, eaq; affinitate grauis est offensa Demetrio cōtracta apud Antiochum regem Syriæ, qui sororis impulsu Demetrium bello petijt. Fuerat hæc multo prius illi matrimonio locata, quæ iniquo animo ferens Pthyā sibi superductam, eam iniuriam apud fratrem muliebriter questa, non solū a viro alienauit, sed hostē etiam reddidit infestissimum. Nouę affinitatis causa Olympias a Demetrio adiuta, non solum Epiri regnum defendit quod turricis nomine filijs adhuc pueris administrabat, sed Acarnaniæ etiam partē quā

Arathus Sycionius.

Antiquꝰ Achęorū status.

Sygus,

Achæorū incremēta.

Cleomenis conatus.

Cleomenis fuga.

Demetrij iunioris & Antichi simultas.



quā Alexander belli portionē acceperat, ab Aetolorū iniuria tuebatur. Perijt nec multo post Demetri⁹, q̄ accidit, vt Olympias & Acarnanes Macedonū auxilio destituti, ad Romanos miserint, auxiliū aduersus Aetolorū iniuriā implorantes, nec multo post ex vrbe legati sunt in Græciā missi, q̄ Aetolis denunciarent, vt ex Acarnaniæ vrbibus præsidia deducerent, sinerētq; eā gētē liberā esse, quæ vna ex omnibus Græcis aduersus Ilienses, autores sui generis, olim ad Troiā nō militasset. Superbe admodū Aetoli eā legationē audiuere, respōderūtq; oportere Romanos prius portas suæ vrbis aperire, quas Punici belli metu clausissent, q̄ suū in Græciam imperiū trāsferre cogitarēt. Simul illud, qui ex alienis vrbibus p̄sidia deducere conarent, propriā vrbem aduersus Gallos tueri nō potuisse, neq; captā recipere, nisi auro redemissent: quā gentē, longe maiore manu Græciæ fines ingressam, nullis externis viribus Græci adiuti occidione occidissent, sede tantū eorū cadauerib⁹ cōcessa. Cōtra Romanis domestica clade attonitis, totā Italiā illorū armis occupatā. Pellendos igitur prius Gallos Italię finibus, q̄ alie narū vrbiū tutelam susciperent. Qui præterea homines Romani essent, pastores quidem, qui solum iustis dñis latrocinio adēptū teneant vxores rapuerint, quando ob generis obscuritatē a finitimis cōnubia non impetrarēt, quorum vrbs pene prius sit parricidio fœdata, q̄ ædificari cœpisset. Aetolos semper Græciæ principes fuisse, nec tantū dignitate sed virtute cæteros eius terræ populos præstare, qui nō solū Philippū regē sed Alexandrū quē tot orbis formidabat, cōtēpsissent. Monere igitur Romanos, vt præsenti fortuna cōtenti essent, nec in se arma sollicitarent, quæ Gallis pernicio sa fuissent, Macedonibus formidolosa. Legatione cum his dimissa, ne fortius loq; q̄ facere viderent, Epirotarū fines tumultuose ingressi, subita populatione vastāt. Habuerūt sedes Acarnanes inter Acheloū, qui in Ambrachiū sinū elabit, ab Eueno Antiriū vsq;, Corinthiaco tenus Isthmo erāt Aetoli. Inde dextro littore Achęi circa Corinthiacū sinū. Tradiderat iam regnū filijs Olympias, cuius supra mentio facta est, quū Aetoli sunt Epirū adorti, & iā Pyrrho maiore natu defuncto, Ptolemę⁹ ductabat exercitū. Is cū in Aetolos infestū agmē ageret, ita accidit, vt & ipse graui morbo correptus, paucis diebus defunctus sit vita. Nec Olympias diu superuixit. Supererāt ex regia stirpe Nereis & Laodamia ex Olympiade & Alexandro genitæ. Quarū Nereis Geloni Hieronis Syracusani filio nupsit. Altera quum ad aram Dianæ confugisset, incursu populi interfecta est. Laodamiæ cædem tota gens fame postea & intestina discordia luisse dicitur. Milo qui eā interemit subito furore captus, nunc ferro, nunc lapidibus in semetipsum fœuiens. XII. parricidij die extinctus est. Et hæc in Aeacidarum stirpe venerunt, aliquanto q̄ Antigonus esset ab Achæis in Peloponnesum accersit⁹, qui Acrocorintho & Argis receptis, profectus Arcadiā versus, ex munitionibus a Cleomene instructis hostiliē prædidium deiecit. Mox Aegij, frequenti Achęorum conuentu, dux omnium sociorū creatus est. Nec hyems adhuc exierat, quum Tegeam petijt, super Macedonicum exercitum, sociorum etiam appēdicibus fretus. Tegeam tu dedita, Antigonus Laconicam terram ingreditur. Hic aliquot leuibus prælijs cum Cleomene per alterius partis occasionem gestis, in Orchomenū iter deflexit, vnde auxilia Cleomeni missa audierat, vrbeq; nullo maiore negocio potitus, Mantiniam oppugnatiōe adoritur, hac quoq; vi capta, Eream & Thelphusam recepit. Secutæ inde tam fœdę tempestates, vt coacti sint Macedones iterum in hyberna concedere. Vnde Antigonus cum expeditorum manu ad Aegium profectus, vt in publico Achæorum conuentu de summa belli consultaret. Cleomenes hostis absentiā nactus, Megalopolim proditione captā diruit. Tenuerūt reliquum hyemis velut bellorum feriæ. Sub initiū veris, quum Antigonus Argis esset, & cum eo exigua mercenariorū man⁹ (nam Macedones procul inde hyemauerant) Cleomenes cum suo exercitu in Argiuum agrum tumultuose irrupit, futurū existimans, vt fatigatus Argiuorum querelis Antigonus, ad arcendam iniuriam in certamen exiret, quo ob copiarū absentiā haud par esset sibi futurus, aut si intra mœnia se teneret, Argiuo agro impune vastato, suorū animi eo successu ad res gerendas audaciores fierēt. Nec Lacon sua est spe deceptus. Antigonus absente exercitu prudentissimi ducis vsus cōsilio, qui vanos rumores publicæ saluti nūq̄ anteponit, q̄diu Cleomenes in ꝓximo fuit, sese Argis tenuit. Mox recepto ex Macedonia, vbi hyemarat exercitu cum mercenarijs & auxiliaribus copijs, Laconum fines iterum inuisurus, castra mouit. Aderāt Antigono octo & XX. peditum milia, equites mille & CC. Cleomenes hostium aduentu per exploratores cognito, omnes regionis aditus, suffossis cęsisq; arboribus, circūquaq; ob struere est conat⁹. Ipse cū XX. milibus armatorū ad Sellasiæ fauces cōsedit, velut cōpertū haberet, ita fore, vt per ea loca Laconiam esset hostis inuasurus. Duo colles erant, quorū vnū incolæ Euā, Olympū alterū nominabant. Via inter hos media, quæ per ripam præterlabentis fluuij Spartam ducebat. Cleomenes, faucibus vtrinq; insessis, in Eua gregarium militem & socios collocat, quibus ducē Euclidem fratrē cōstituit, ipse eū Lacedæmonijs & stipēdiarijs Olympum insedit. Vtrāq; ripā fluminis equitibus & stipendiariorū parte firmat. Antigonus ad hostē progressus Cleomenis in disponendo exercitu diligentiā & industriam cō spicatus, prælio abstinuit, castris haud procul inde circa Gorgylum amnē locatis. Plures deinceps diēs per irritos conatus absumpti. Postremo ambo duces rē totā prælio decernere cōstituunt virtute, prudētia, felicitate, inter se pares. Antigonus Macedones scutatos & Illyrios quibus Demetrius Pharius præerat rijs qui Euā insederant opposuit, cohortib⁹ alternatim dispositis. Post hos Cretenses, Acarnanes, & Achæos stare iuber. In hoc cornu Alexāder Admeti filius & Demetrius iussi sunt curare. Ipse cum mercenarijs & Macedonum phalange aduersus Olympū stetit. Accepto itaq; signo vix Illyrij & scutati Macedonū in aduersos equites impetum dederant, quū Spartanorū stipendiarij circa ripam locati, Achæorum cohortes nudas postremo loco conspicati, per montis latera decurrentes in summum discrimen hostem adduxissent, a fronte & a tergo incursantes, nisi Philopemenes Megalopolitanus adhuc admodum adolescens prudentia supra ætatem singulari, se & suos ab hoste circumueniri conspicatus, ad equites, qui proxime stabāt, conuersus vt se sequerentur, si victoriam partam vellēt, inclamasset. Atq; vna in hostilem equitatum inuectus Laconum stipendiarios, vt equitibus auxilio adessent, proposito auertit: quo contigit, vt eo successu Antigonianæ cohortes elatæ aduersum collem, qui ab Euclide insidebatur, scandere occœperint, in quo Spartiatanū non paruus est error animaduersus, qui quum per montis decliuia occurrere hostibus potuissent, facileq; in præceps

Romanorum legatio ad Aetolos.

Superbū Aetolorū responsum.

Antigoni consilium.

Sellasiæ fauces.

Gorgylꝰ amnis.

Aeacidarū gentis exitus.

Prelium.

Philopemenis indoles.

Antigoni expeditio.

ceps deturbare vt veſtigio adhuc titubantes, velut maiorē ſtragē edituri, q̄eto ſtatu paſſi ſunt eos i ſummū iugū euadere. Ibi Macedones & Illyrij planitiē adepti hoſtē ferociter vrgēt, locoq̄ ſummotū, modico negocio fundūt, fuſumq̄ cū multa cæde & ſtrage, p ſupinū collē præcipitē agūt. Acre interim certame erat inter equites, in quo pcipua Philopœmenis enituit opera, q̄ traiecto equo, quum pedeſtre cieret prœliū, ad extremū vtroq̄ crure ſagitta trāſfixo, fortiter adhuc dimicās occubuit. In Olympo duo reges ſādudū magno cōflictu cōgreſſi, cruētā inter ſe pugnā edebāt, eratq̄ interim mars vtrinq̄ anceps. Sed Cleomenes audita ſuorū fuga ex Eua, cernereturq̄ equeſtre certamen ſibi parū ex ſententia ꝓcedere, cū Laconica phalāge p hoſtes erūpere conat⁹ eſt, ibi Macedonū vi afflictus, diſiectis ac paſſim ſtratis Lacedæmoniſ, cū equitibus q̄ pauciſſimis Spartam contendit. Incredibile eſt relatu, q̄ conſtanter Spartiatæ eū cladē tuliſſe dicant, quū nemo in acie proprie ſaluti pepercīſſet, nō amiſſum cōiugē matronę fleuerūt filiorū mortē laudarūt ſenes, filiæ cæſis parētibus præſentē vicē gratificari, ſuā dolere q̄ nō ſibi quoq̄ pro ſalute patrię mori cōtigiſſet, publicā nō priuatā fortunā lamētari. Superuenit his quę relis Cleomenes ſuo hoſtiūq̄ cruore fœdat⁹, q̄ vrbē ingreſſus nō humi ſedit, nō potū ſibi afferri iuſſit, nō cibū quo hauſtum labore corp⁹ reficeret, ſed vt erat armis ſept⁹ ſtās parieti accliuis, vbi quatuor milia tātū p̄lio ſuperfuiſſe vidit, hortat⁹ ciues, vt ſe ad meliora reipublicę tēpora ſeruarēt, cū cōiuge & liberis ad Ptolemęū Euergetē, cuius in bello ſocietate vſus erat, in Aegyptū nauigauit. Qd' aūt ad regū ſocietatē attinet, paucis dieb⁹, quib⁹ eſt ad Sellaſiā dimicatū, Ptolemęus (vt Philarchus in hiſtoria ſcripſit) ad Cleomenē miſerat, qui cōſueta Spartanis auxilia denegarēt, q̄ cauſa Cleomeni fuit prœlij maturandi, ne ſui regia ſocietate deſtituti, a præſentis belli ſtudio auerterent. Poſt Euergetis interitū, Cleomenes Philopatoris Ptolemæi fraude circūuēt⁹, vt ſuo poſtea loco dicā, ſibi manū intulit. Antigon⁹ Lacedæmone nullo maiore certamine potitus, p̄ter ſpē omniū permiſit, vt Spartāi ſuis legib⁹ viuerēt. Paucis inde diebus, quū Sparte adhuc eſſet, ex Macedonia affertur fines regni ab Illyrijs vaſtari, quo nūcio cōmot⁹ cū ſuis, ꝓfectus p Arcadiā Argos eſt reuerſus, vbi tātiſper commorat⁹ eſt, donec Nemeei ludi celebrarentur: inde citato agmine in Macedoniā, ꝓfect⁹, ſub primū acceſſum hoſtē acie cōgreſſum, magno pœlio ſuperauit quo certamine tātis vſus eſt clamoribꝰ, vt ruptis venis profluuio ſanguinis nō multo poſt ſit extinct⁹, Regno, quod plureis annos tutelari nomine obtinuerat, Philipmę⁹ Phi-lopator. Demetrij filio p man⁹ tradito. Per id tēpus Ptolemę⁹ Philopator ſublato patre in Aegypto regnare cœpit, & Antiochus Seleuchi fili⁹ in Syria, poſt Seleuchi fratris interitū, vt ſupra eſt memoratū, dū ſeriē rerū lōgiuſcule ſequeremur. Nūc ad ſecūdi belli punici primordia redeo, qd' Pœni Annibalis ductu po. Ro. intulerūt, atq̄ ob hoc ipſum quidā Annibalis bellū appellare maluerūt. Fuit is Hamilcharis filius cognomēto Barchæ, a quo & Barchina factio. Eo duce extremis primi punici belli rpib⁹ Carthaginienſes in Sicilia vſi ſunt, idēq̄ Aphricū bellū, quod illi cōtinuo ſucceſſit, nō minori virtute, q̄ felicitate quiquēnio, vt Liui⁹ ſcribit, ex ſuorū ſententia cōpoſuit. Polybius quadriēnio id bellū profligatū aut or eſt. Poſtremo rebus Aphricæ cōpoſitis nouē annos punicū imperiū in Hiſpania, incredibili ſucceſſu, auxit. Idē Polybi⁹. X. annos illū i Iberia exercitib⁹ p̄fuiſſe memorat. Quo vita defuncto, Haſtrubal ipſius gener octo deinceps ānos, cū imperio, in eadē fuit prouincia. Is quoq̄ Carthaginieſiū opes, vt loco nō multū diuerſo eſt a nobis demōſtratū, belli & pacis artibus magnopere auxit. Ab hoc Annibal, q̄ nouē annorū, vt Polybi⁹ ſcribit, patrē fuit in Hiſpaniā comitat⁹, incertū q̄n inde domū reuerſus, quū iā adoleſcere cœpiſſet, accerſitus, Hānone diuerſæ factionis principe fruſtra reclamāte, atq̄ idētidē admonēte, illū ſub legib⁹ domi tenēdū, hoib⁹ Barchinæ gētis principib⁹ exadueſo nitētib⁹, in caſtra eſt miſſus. Vbi adeo p̄clara militię rudimēta depoſuit, vt nō multo poſt non plus illi p̄is memoria, aut Haſtrubalis autoritas, q̄ propria virt⁹, ad fauorē & gr̄am apud milites cōciliādā valeret. Hinc cōtigit, vt Haſtrubale extincto cōſeſtim p̄rogatiua militari impator ſit ab exercitu ſalutat⁹. Polybi⁹ Haſtrubalē in lecto p inſidias occiſum, ꝓdidit. Liui⁹ autor eſt ab ignobili Barbaro interfecto, q̄ domini ſui, Quē Pœnus imperator ne cauerat, mortē ex ſententia vlt⁹, medijs cruciatib⁹ lætitia geſtiēs expirauerit. Carthaginieſes militarē cōſenſum ſecuti, vt Annibal cū imperio ī prouincia eſſet publice decreuerūt: accepto itaq̄ imperio quīnos ſex, & .XX. nat⁹ eſſet, cęterū tanq̄ Italia ſibi prouincia fuiſſet decreta, nihil cūctā dū rat⁹ Sagūtinos bello inuadere cōſtituit, quorū cauſa ſatis ſciebat Romanū bellū concitari, ſed ne tā cōſilio q̄m cauſa id bellū tract⁹ videret, Olchadū fines (ſunt hi trās Iberū) cū exercitu ingreſſus, Cartheiā vrbem opulētā ex ea gēte captā diripit. Scriptorū q̄dā Carthetam eam eſſe memorant, quam veteres Tarteſſum dixere. Alij Betim ipſum Tarteſſum olim nominatum crediderunt. Finitimæ ciuitates, vnius clade perculſæ, vltro imperiū ſubiectę, factęq̄ ſunt ex ſocijs ſtipendiariæ: Annibal benigne ſuis prædam partitus, Carthagini q̄ę in Hiſpania eſt, cum exercitu hybernauit. In Vacceos inde, ſub vernum tempus, mouit, Hermandicaq̄ eius gentis vrbe paucis diebus potitus, Arbacalē oppugnat. Hæc oppidanorum vi fortius defenſa aliquandiu Pœnum a præſenti victoriæ curſu retardauit, poſtremo & ipſa ceſſit, vnde Annibal digreſſus, quum honuſtum præda traheret exercitum, in diſcrimen incidit maximum. Ex Hermanica profugi cum exulibus Olchadum & Carpentanis, quos ad bellum cōciuerant, exercitum prœda impeditum circa Tagum amnem eximprouiſo adorti, ſubita vi turbant. Abſtinuit prœlio Annibal, erat enim numero militum multo hoſtibus inferior. Metatus itaq̄ circa amnem caſtra ſuos a pauore & conſternatione recepit, noctu in vlteriorem ripam vado agmen tranſmiſit. Habet Tagus ortum in Celtiberis, per Vectones & Carpentanos fluens, pari pene tractu a Beti & Ana fluminibus mox Luſitaniam ſcindens, ad equinoctialem occaſum Oceano infunditur prœalto oſtio ſtadiorumq̄ vigīnti latitudine. Oceani æſtu adeo circumiectos inundat campos, vt ad. CL. ſtadia late pateat pelagi facies, nauigatur ab oſtio introrſum aliquot milia paſſuum grandioribus nauigijs, mox fluuiaticis lembis. Amnis piſcium feraciſſimus & oſtreorum abundans. Pœnus traiecto flumine loco paululum ab alueo remoto inſtructo renuit agmen, vt ea intercapedo hoſtem ad traijciendum inuitaret. Erant Carpentani cum Olchadum & Vacceorum appendicibus ſupra centum milia. Hi hoſtem metu ceſſiſſe rati, ſublato clamore, qua cuiq̄ proximum fuit, in amnem procurrunt. Locauerat Annibal in ripa fluminis equites, qui temere fluuium ingreſſos ſubito occurſu exciperent, exceptos me-

Cædes.

Lacædemoniorū cædes.

Gratulatio in cæſos.

Cleomenis in Aegyptū fuga.

Clamor exitialis.

Ptolemę⁹ Philopator.

Secundū bellum punicū.

Hamilchar.

Annibal accerſit in caſtra.

Haſtrubalis cædes.

Annibal imperator declaratur.

Olchades.

Carthetia.

Annibal ſucceſſus

Tagus flu.

Annibalis ſtrata gema.



diſs aquis truci daret. Multi igitur ferro, alij equorū impulſu in medios gurgites reſupinati vorticoſo amne periērūt. Siqui aduerſam ripā pertinaci conatu, aut vi fluminis acti tenuerunt, ab elephantis, q̄ aduerſa ripa ad hoc ipſum ſtabāt, fœde obtriti ſūt. Pœnus hac prœlij parte defunctus, cæteram multitudinē ſua ſponte turbatam prius q̄m animum ab ea trepidatione reciperet, toto agmine adortus cū multa cæde diſiecit. Agrū inde Carpentanū populatus omnē gētē ad deditionē compulit. Secundū eā victoriā omnes trans Iberū gentes, præter Saguntinos, Punicis armis ceſſere. Hi quū cernerēt quantū ſibi periculi ab Annibale inſtaret, per quē accidiſſe cū finitimis belli cauſæ ferebantur, Romā legatos mittūt, qui auxiliū ad bellū, quod haud dubie impēdebat, a ſenatu & populo implorarēt. Erat in eo fœdere, quod Romani nouiſſime cū Haſtrubale in Hiſpania percuſſerāt, diſerte cautū Sagūtinis, vt ab ijs Pœni velut a ſocijs Romani populi abſtinerent. Zacynthij mixtis quibuſdā ex Italia Rutulorū generis, Sagūtū condidere vltra Iberum mille ferme paſſus a mari, creuit ciuitas ipſam breui terreſtribus maritimiſq̄ opibus, atq̄ in tātū eſt aucta, vt omnes vltra Iberum populos celebritate nominis, & opulentia anteiret. Eorū legatos Romā miſſos vbi ſenatus audiuit, confeſtim legatio in Hiſpaniam & Aphricam decreta eſt, vt Pœni a ſocijs populi Romani abſtinerent. Cæterū prius q̄m ij qui mittebantur, ex vrbe profecti eſſent oīm opinione celerius affertur Saguntum ab Annibale oppugnari. Tum certatum ſententijs eſt in curia. Erant qui, dicerent confeſtim exercitum in Hiſpaniā mittendū, alij nō Hiſpaniā ſolū, ſed & Aphricam prouinciam cōſulibus decernebant. Placuit tamē nihil temere fieri, miſſiq̄ P. Valerius Flaccus & Q. Fuluius Pamphilus Saguntū ad Annibalem, qui ſi bello non abſtineret Carthaginē irent, ad eū, in rupti fœderis pœnam, depoſcendū. Et iam Pœnus plures dies Sagūtum oppugnarat, multiq̄ & varij fuerant vtrinq̄ conat⁹. Oppidani, etſi plures turres & quicquid has inter murorū cōtinebatur, hoſtes bellicis operibus diruerant, valide tamen vrbem ad id tempus defenderant, machiniſq̄ magna ex parte corruptis, Pœnū a mœnibus ſubita eruptione in caſtra compulerant. Affuerunt interim ex Roma legati, ad hos nuper appulſos miſit Annibal, qui dicerent, nec ſe graui bello occupatum legatos audire poſſe, nec iſ iis eſſe tutum inter tot efferatas gentes diutius verſari. Et quia apparebat Romanos non admiſſos cōtinuo Carthaginē ituros, nūcios cum literis præmiſit ad principes Barchianæ factionis, ne qd Hanno pro Romanis gratificari poſſet. Polybius priuſq̄ Saguntus obſideri cœpiſſet ad Annibalem legatos veniſſe ſcribit, quum Carthagini Pœnus hiberet, auditiſq̄ illorū poſtulatis, vt Saguntinorum amicum reſpōdiſſe, vturum ſe affirmantem q̄ Saguntinorū principes quidam, orta inter ciues ſeditione, Romanorū iuſſu interfecti eſſent. Cęterum ſi ue legati auditi ſunt, ſiue vt Liuius ait, excluſi, vbi Carthaginem ventum eſt magnus in curia motus extitit. Fremere Hanno teſtatus prædicare ſe ab initio non deſtitiſſe, fore, vt Hamilcharis ſtirpe incolumi, nunq̄ Pœni ſtabilem cum Romanis eſſent pacem habituri, ac pro ijs, quæ in præſentia poſtularentur, tris decernebat legationes. Romam vnā, quæ patribus ſatiſfaceret. Alteram quæ Annibalē a Saguntī oppugnatione abſtractum Romanis dederet. Reliquam vt res ablatæ Saguntinis redderentur. Hæc ille. Sed multo plus Barchiana valuit factio. Reſponſum eſt legatis bellū a Saguntinis oratum, nec Romanos recte facere, ſi Saguntinos vetuſtiſſimę Carthaginienſiū amicitię preferāt. Atq̄ cū his legatis ſunt Romā dimiſſi. Sed dū legati eūt redeūtq̄, Annibal p̄te vrbis capta Sagūtinos in aptū diſcrimē cōpulit. Octo mēſib⁹, obſidio tenuit, nullaq̄ i terim p̄terq̄ ad extremū, pacis mētio hinc aut inde mota eſt. Tātū ſeruādę fidei fuit in Saguntinis ſtudiū. Alorch⁹ Hiſpanus, qui publice Sagūtinorū hoſpes fuerat, ab Annibale huiuſmodi cōditiones attulit, vt vrbē hoſtibus Sagūtini relinquerēt. Omne aurū & argētū publicū & priuatū victori traderent. Ipſi cū liberis, & vxoribus, & cū binis veſtimentis ex vrbe egreſſi nouam vrbem, vbi ad ædificandū victor Pœnus locū dediſſet, ſibi conderent. Has Sagūtini leges quū Alconi prius ex vrbe miſſo propoſuiſſet Annibal, ratus ille vt erat populares ſuos, non modo non eas conditiones accepturos, ſed exitio etiam futurum huic qui talia in concionem attuliſſet, ex legato factus erat tranſfuga, ne vitæ periculum adiret, liberius Alorchus, vt hoſpes, locutus, eſtq̄ Saguntinos ad eam pacem, ſi non æquam at neceſſariam, vehemēter hortatus. Cæterum tantum abfuit, vt hortando & monendo quicq̄ profecerit, vt confeſtim nobiliſſimi quiq̄ curia egreſſi, prius q̄m reſponſum vllum dari potuiſſet, omne aurum & argentum ex publico & priuato in forum contulerint, eoq̄ in ignem, ad id repēte excitatum, deiecto, in eādem ipſi flammam ſe cōiecerint. Pauor ingēs & trepidatio ex ea re orta, ciuitatē p̄ſenti atrocitate attonitā, ab omni immi nentis periculi ſenſu auertit. Nec Annibal in tanta occaſione deſedit, ſed copijs propius admotis per ipſas murorum ruinas in vrbē irrupit, dato militibus ſigno, vt puberes ad vnū interficerētur, multi vbi hoſtem admiſſum viderūt, ſe & filios, incenſa domo, cōcremarunt. Alij armati non niſi cū morte prœliū finiuere. Cætera multitudo capta ſub corona vęnijt. Et Saguntini tā infeliciter ſocialem ſunt fidem ad extremū vitæ tutati. Mirabitur itaq̄ oīs poſteritas, præclarū vnius populi facinus. Nec Romani erga tantam fidem poſtea ingrati extiterunt. Sagunti excidiū, haud multo poſtq̄ ex Aphrica legati redierunt eſt Romæ auditum, quæ res ciuitatē ingenti mœrore & triſtitia affecit, dolore ſimul pudoreq̄ nullū fideliſſimę ciuitati auxilium miſſum. Erant tum Romæ conſules, P. Cornelius Scipio & T. Sēpronius, qui confeſtim iuſſi inter ſortiri prouincias, Cornelius Hiſpaniā eſt adeptus, Sempronius Aphricā cū Sicilia. Sex in eum annum legiones decretæ, & ex ſocijs quātum ipſis viſum eſſet: conſulibus naues longæ. CLX. celoces. XII. cum hac claſſe quatuorq̄ & .XX. milibus peditū, duob⁹ equitū & quadringētis Sempronius in Aphricam traijcere eſt iuſſus, ſi alter conſul ſatis eſſet ad Italiā tuēdā. Inde & prætoribus ſuæ prouinciæ cū exercitibus decretæ. L. Aemyli⁹ eodē anno in Illyricū eſt miſſus aduerſus Demetrij Pharij, q̄ Romāi bñficij oblitus vrbes aut ſocias aut deditas hoſtiliter vexabat. Is Dimala capta quo hoſtis præcipuum contulerat belli apparatum, omne fere Illyricum nomē, paucis diebus, in fidē Romanorum retraxit. Demetrius Pharū tenebat cū valido p̄ſidio, Aemyli⁹ gaſpara vi loc⁹ natura munitiſſimus capi nō poterat, noctu in inſulā, partē vnā exercitus occulte expoſuit, funtq̄ hi in dēſa ſylua inſidijs ſedere iuſſi, donec ad conſurgendū ſignū daretur. Ipſe orta luce, cū XX. nauibus portū occupat. Inſulani contēpta nauium paucitate, vt Romanū portu arcerēt cateruatim ad mare decurrūt. Tum ibi pugna inita, breui omnis vrbana multitudo eo certandi ſtudio cōflu-

xit,

Saguntinorum legati.

Annibal Saguntū oppugnat.

Hānonis ſententia.

Barchiana factio præualet in ſenatu

Sagunti excidiū.

Cōſules.

xit, qui in insidijs erāt, per inuia loca occulte insinuati, collē inter portū & vrbē mediū cum clamore occupant. Pharenses subito tumultu reuocati, multa cōsternatione vrbē repetunt, metuq; præcipitantiū Romani nauibus egressi, terga cędūt, atq; ita Illyrij sunt in medio cęsi. Demetrij fuga dilapsus, quū in hos casus paratos lēbos diuersa parte insulę haberet, ad Philippū Macedōiæ regē extorris abijt, qui certo iteriecto tēpore, ex Philippi hortatu. Messenē occupare aggressus temere hostiū muros subiens, ignobiliter ictus concidit. Aemylius Pharū captā, ne hostibus receptaculū aliquādo esse posset, diruit, rebusq; suo arbitrio in prouincia cōpositis, sub initiū autūni victorē exercitū in Italiā deportauit, clarūq; de hostibus egit triumphū. Hānibal Sagunto potitus, quū ex omni præda multā vestem, aliaq; preciosa munera Carthaginē suis dono misisset, in hyberna cōcessurus, omnib⁹ Hispanis qui sub signis militabāt potestatē fecit domū abeūdi, vt desideria per ociū inuiserent, sibiq; vt ad prima veris signa adsint edicit, fore dictitans, vt dijs bene iuuantib⁹ in aliā terrā secū bellum transferrēt. Ipse Gadis transgressus Herculi vota soluit, nouis se obligauit. Romani ersi magnopere in ornādo bello erant intēti, vt tamen omnia rite fierent, priusq; arma mouerent, iterū Carthaginē mittūt, q a Carthaginiēsibus scisciterent, an publico cōsilio Hānibal Sagūtum expugnasset, atq; si id factū tuerent quod facturi videbant, bellū Carthaginiēsi populo indicerent. Missi sunt viri magno natu, Q. Fabi⁹, M. Liuius, L. Aemylius, C. Licini⁹, & Q. Bebius. Hic Fabius quū nihil vltra q̄ mādatū erat scisciret⁹ esset, tum Carthaginiēsiū vnus Romanos cauillio insectatus, q̄ duplici legatiōe duo inter se diuersa ambitiose postulassent, eo decurrit vt diceret, nō magis Carthaginiēses stare oportuisse recenti fœdere, qd Hastrubal cū Romanis pcussisset (eo em de Sagūto cautū erat) q̄ Romani cōditionibus ei⁹ fœderis stetissent quod Hamilchar in Sicilia cū Luctatio sanxerat, in quo ipsi postea quædā mutari voluissent. Summa orationis hæc fuit, vt diceret, nō esse Romanorū querere publico an priuato cōsilio Hannibal Saguntū expugnasset, quin omnibus ambagib⁹ de Sagūto & Ibero omissis, aliud potius cogitarent, & quod eorū animo⁹ diu parturisset pareret aliquādo. Tum Romanos toga in signū collecta, Hic inquit vobis pacē & bellū porto. Vtrum libet sumite. Ad eā vocē ferociter est reclamatū. Daret vtrū veller. Atq; quū Fabius se bellū dare dixisset, id se accipere oēs respōderūt, & quibus acceptū esset ais eisdē se gesturos. Gellius autor est, veteribus quibusdā Rerū monumentis proditū, Q. Fabiū Romani exercitus imperatorē, ad Carthaginienses literas dedisse, quibus significauit caduceum, & hastā pacis & belli tesseram Po. Ro. mittere, vtrū acciperēt sibi Pœni missum existimarent. Ad quæ ita illi responderint. Neutrū sese eligere. Posse tamē qui attulissent, vtrū mallēt relinquere Quod autem ipsi reliquissent id sibi pro electo futurū. M. Varro neq; hastam, neq; caduceū missum existimat, sed tesserulas duas i qua rū vna caduceū incisum fuerit, in altera hastæ simulacrū. Cæterum quibuscunq; signis, nā res varie ad posteros tradita est, bellū fuit indictū, id facere qd Liuius factū scribit, magis ex dignitate fuit populi Romani, q̄ de fœdere disceptare. Quinquies Romani fœdus ad id tempus cum Pœnis percusserāt. Primū L. Iunio Bruto & M. Valerio consulib⁹, vt Polybius scribit eo anno quo Tarquinius regno excidit. Idem autor est primo illo fœdere Romanorum nomine, Antiatibus, Ardeatibus, Aricinis, Circeijs Tarracinensibus, & cæteris Latinis cautum, & quicunq; Ro. imperio parerent. Miror Polybium addidisse his consulibus templum Capitolini Iouis dicatum, quum satis constet post Bruti interitum a Puluillo id templum dedicatum, si Dionysius, Liuius, & Plutarchus vera prodiderunt. Alterum fœdus ictum, quo eisdem populis est a Romanis cautum. Pœni vero, vticenses & Tyrios nouos socios veteribus ascripserunt. Tertio loco sub id tempus quo Pyrrhus in Italiam venit. Mox in Sicilia quartum fœdus ictum ab Hamilchare & Luctatio. Postremū in Hispania cum Hastrubale, quo cautum Saguntinis erat, ac in eo expressum, nequid rei circa Iberum Pœnis esset. Nec tum adiectum, vt in fœdere Luctatij, vt ita demum id fœdus teneret, si senatus & Po. probassent. Quod Romani aliqua in Luctatij fœdere mutarint, quia scriptum in eo fuit, vt ita demum id teneret, si illis videretur, ea iure mutata nemo inficiabitur. Contra Pœni, quando nihil tale cautū esset in fœdere Hastrubalis, publica fide incolumi id irritū habere nō potuerunt. Causa igitur secundi belli punici Ro. fuit Sagūtus contra fœdus a Pœnis excisa, quod Fabius Pictor & alij clerici scripsere. Nec possum nō mirari Polybium tam acerbe Fabium insectātem, q̄ Sagunti expugnationem belli initium fuisse dixerit, non causam. Ego vt Siciliā celeri desperatione relictam, & Sardiniam in ipso Aphrici belli motu a Ro. interceptam, tributumq; acerbe nimis exactum, rebellandi causam Pœnis fuisse arbitror, ita Romanis Saguntinorum iniuriam suscipiendi bel li necessitatem imposuisse. Nec enim principium illud belli dici debuit, si dū Sagūtus oppugnaret Ro. arma quieuere, nec prius quicq; hostiliter fit gestū, q̄, q̄ post eius vrbis excidiū bellum est solenni modo indictum. Romanorum legati ex Aphrica in Hispaniam, quod facere a senatu iussi fuerant, traiecere, partim ad præparanda ciuitatum studia, partim ad ea quæ parata essent, in veteri amicitia retinenda. A Barguljs primo benigne accepti, hos illi vt plerosq; alios trans Iberum in nouarum rerum studium erexere. In Voltianis inde exprobrato illis Sagunti excidio ita dimissi sunt, vt neq; in Hispania amplius, neq; in Gallia prius q̄ Massiliam sit ventum, benignum vllum responsum tulerint. Hannibal vbi ea quæ Carthagini facta erant audiuit, futuri belli molem secum reputans, cuius non tantum dux sed concitator etiam fuisset & autor, ad prima veris signa nihil cunctandum ratus, ne quis casus se in Hispania remoretur, Aphrica Hispanico præsidio firmata, Hastrubalem fratrem suum virum impigrum Iberiæ præfecit, vt eam cum. XI. milibus Aphrorum, octingētis quinquaginta liguribus, & Libophœnicum Maurorumq; e quitatu tueretur, ac super hos Hispani generis quidam, necnon elephanti. XIIII. sunt additi. Naues quinquaginta ad maritimā oram tuendam. Sicq; velut mutuis pignorib⁹ Hispania & Aphrica vtraq; alterius præsidio firmatis, ipse cum centum & amplius milibus hominū (& in his. XII. equitum milia) noua Carthagine profectus, maritimo itinere ad Iberum contendit. Oritur Iberus in Cātabris ad radices Pyreneorum mōtium. Labitur primo p cāpos, & aperta loca æquis spatijs ab Iubeda & Pyreneo mōtibus remotus, ad. CCCCL. milia passuū a fronte digressus, mari quod ab ipso Ibericum vocant, vno ostio infunditur: Græci vniuersam Hispaniam ab eo Iberiam dicunt. Hic Hannibal per quietem sibi cernere visus est diuina specie iuuenē, qui diceret se a Ioue missum, vt ipsum in Italiam perduceret,

Demetrij interit⁹.

Legati se cūdo Carthagi. missi.

Forma i dicti belli.

Quoties Pœni fœdus cum Ro. percusserint.

Quæ belli punici secundi causa fuerit

Initium belli qd.

Prouinciarū ordinatio.

Iberi ort⁹

Hānibalis insomnium.



perduceret, sequeretur proinde se ducem, nec vsq; flecteret oculos. Cæterū vt mortalium cura est semper in vetitum prona, solicitus Hannibal quid esset, qd post se respicere fuisset prohibitus, quū tempe rare nequisset oculis, vidisse se eximia magnitudine serpentē, cum magna arborum & virgultorū strage euestigio sequi. Tum ibi perturbatū animo, percunctatumq; quid prodigij id esset ex genio illo cognouisse eam Italiæ esse vastitatem. Pergeret porro ire, patereturq; fata in occulto esse. Et Hannibali talis in quiete est species oblata, nihil præter Italiæ excidium cogitanti, quod sæpe fit, vt diurni sermonis cogitationisq; similes quiescentibus repræsentent species, nisi præstigiæ fuerunt illæ dæmonū, innumerabiliū animarū saginam appetentium. Polybius id prodigium pro mēdacio reijcit, velut nulli vnquā hominū talia in insomnijs obuersentur, quo nihil est magis naturale. Hannibal præmissis qui Gallorum animos donis conciliarēt ipse copijs Ibero traiectis, Ilergetes, Barguntos, & Ausetanos, & Aquitaniæ partē Pyreneo propinquam armis subegit. Cui oræ Hannonem cum. X. milibus peditum, & mille equitibus præfecit, vt angustiæ quæ Hispaniam Galliæ iungunt, in Pœnorum potestate essent. Totidem inde Hispani generis quos longinqua grauari militia sensit domū dimissis, ipse cum cætero exercitu Pyreneum saltum transgressus, ad Iberum castra fecit. Protenduntur Pyrenei iuga ab interno mari Gallico non Tyrrheno, vt Appianus scribit, in oceanū vsq; a meridie ad septētrionē extensa. Ad ortū Celtras qui & Galli sunt. Ad occasum Iberos habent & Celtiberos, A crebro fulminū casu Pyrenei nomē factum existimāt quidā, alij q̄a fortuito olim incēdio ipsa iuga deflagrassent, Poetę his locis Pyrenē idigenā puellā ab Hercule cōpressā meminerūt. Ex Ilibero Pœnus ad Rhodanū prēter Ruscinonē processit. Varro vnū ex tribus Maximis Europæ fluminib⁹ Rhodanū arbitrat⁹ est. Polybius eū tribus fontibus oriri supra ītimū Adriaci maris recessum, q mox Lemano lacu exceptus, per aliena iura eodē impetu ferato, sibi restitutus aliquādiu Gallias dirimit. Cursu deinceps ad meridiē deflexo, inter Volcas & Cauares in Gallicū mare internū duobus ostijs defluit, vt idem autor scribit in Sardoū pelagus, flumina secum defert. Ararim, Isarā & Druentiā. Plinius in alpibus Rhodanū habere ortū arbitrat. Plutarchus non longe ab Istri & Rheni fontibus, quod a Polybij opinione nihil est diuersum. Memorabile illud de eo traditur, supermeare ipsum incorruptis aqs Lemanū lacū. Quod & Abdua faciat in Lario, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius & Ollius in Sebino. Nomē fluuio dedit Rhoda oppidū in Narbonensi Gallia a Rhodijs cōditū. Hānibal huc progressus vbi vlteriorē ripā vidit a Gallis insessam, veritus ne diutius ibi sedendo a Gallis circūuenire tur prima noctis vigilia, Hānonē Bomilcaris filiū cū parte copiarū ad ducenta stadia per ripā aduersi fluminis ire imperat, ac silētio ibi fluuiū superare. Dati a id duces qui vadum monstrarent. Hanno vbi ad locum venit, cæsa confestim materia, ratibusq; subito contextis supra insulam qua fluminis impet⁹ mitescebat, copias traiecit, in de agmine per diem refecto, priusquā in hostem moueret, signo quod inter duces cōuenerat, pcul edito secunda fluminis ripa prælio intentus ire pergit. Stabat interim Hannibal in omnē occasionē erectus, cæterū fumo procul conspecto, confestim suos quos ad hoc ipsum iādudum paratos habuit, in scaphas & rates impositos, sublato clamore in vlteriorem ripam emittit. Galli qui ex aduerso stabant ad hunc motū conciti cum vlulatu scuta (vt mos est gētis) supra caput quatientes, ex sua statione ad ripam decurrunt. Obtexerat fluminis faciem vis nautarū, clamorq; & strepitus impetū fluminis perrumpere conantiū, præbuitq; ea res terribilem hostibus speciem. Excipiunt tamē Galli intrepide hostem ripis applicantē, ortūq; erat vtrinq; atrox prælium, quū clamor a tergo eximprouiso redditus eos perculit. Iam Hanno captis hostiū castris, cū fremitu ad flumen vehebatur. Tum Galli ancipiti metu perculsi haud magno negocio fundunt, alijsq; alio dilapsis Pœnus copias per ociū traijcit, castraq; in vlteriore statuit ripa. Elephanti quomodo traiecti sint parū liquido traditur, quidā ratibus traiectos credidere. Alij vnū aiunt a magistro de industria irritatū, atq; in fluuiū præcipiti ira irruentē, reliquū agmē secū traxisse, atq; ita aquarū impetu in altū euectos, vadatim in aduersam ripā pertendisse. Sed dum hæc circa Rhodanū gerunt, Boij Galli audito Hanniba lis accessu, & q̄ iam Pyreneos montes cū exercitu transcēdisset, Insubribus ad defectionē solicitaris, consternati arma capiunt, non tā vetus odiū secuti, q̄ q̄ eodē anno Cremona & placentia in suā terrā coloniæ a Romanis missæ fuerant. Triūuiri qui ad assignādū agrū Placentiā venerāt, eius loci mœnibus diffisi Mutinā metu petiere. Dubiū triūuiri fuerint illi, an legati qui Boios expostulatum missi ex vrbe fuerant. Præterius gentium quod satis constat hostiliter oppugnati sunt, atq; ex Mutina, publica fide interpositā, ab hostiū ducibus ad colloquiū vocatos, violato iure gentiū, Galli eos in vincula cōiecerūt. Mox Romanū præfidiū qd in vrbe erat obsidione cingunt. L. Manlius q cū exercitu in Gallia erat, audito suorum periculo citato agmine Mutinū cōtendit. Eum profundā fyluā parū caute ingressum Galli insidijs excipiunt, exceptū cū multa cæde & trepidatione fugientium persequuntur Agmen a tergo & a lateribus est cæsum, donec in apertos emersit campos. Octingenti milites desiderati, & aliquot signa militaria amissa. Manlius cū exercitu ignominia affecto Cannetum contendit Est is vicus Pado propinquus, vbi Romanus ab hoste circunsessus est, atq; obsidione fatigatus quo ad C. Attilius prætor cū nouo exercitu affuit, Cæterū dū hæc circa Padum gerunt, P. Cornelius cōsul Hetruriæ oram cū. LX. nauibus præteruectus, Massiliam venit, ratus Hānibalē nondū Pyreneos mōtes transgressum. Hic vbi exploratū habuit Pœnū circa Rhodanū esse, ignarus vbi illi potissimum occurreret. CCC. mittit equites cū Massilienſium ducibus, q ex proximo hostiū cōsilia explorarēt, ope req; recto ratus exercitū maritima iactatione fessum, quiete vnius diei reficere. Forte ita accidit, vt Hannibal audito Ro. consulis appulsu, quingētos Numidas, dum elephanti traijcentur, ad hostium castra speculatū miserit. Hi cū speculatoria Romanorū ala fortuito occursu cōgressi, maius quā pro numero prælium cōmisere. Multa vulnera & par pro pemodū cædes vtrinq; fuit. Postremo Numidæ metu pulsi victoriam Romanis ia labore fessis reliquerūt. Ex victoribus ad. CLX. cecidere. Numidarum amplius ducētis. Huius pugnæ euentus velut omen fuit Romanis futuræ victoriæ, quæ multo ipsorū cruore esset quærenda. Hannibal qui in aio habebat nolle cū Romanis manū conserere, priusquam in Italiam ventū esset, ne quis casus se ab instituto cursu retardaret, quā diuersissimus ab hoste porro ire constituit, qd ipsum vt libentius faceret, legati a Matalo Boiorū rege obuiā illi ex Italia missi, hortatu

Pyrenei mōtes.

Rhodani cursus.

Fluuij la cub⁹ mixti. Rhodanus.

Supatur a Pœnis Rhodanus.

Galli fū duntur.

Boiorū defectio.

L. Māli⁹ in insidias præcipitatur.

Exploratoria equitum ala.

Prima Rom. victoria.

si,hortatu & precibus effecerunt. Ibi vero cum niuosa alpiū iuga a suis formidari sensisset Pœn⁹,q̄ Hortatio Hānibalis ad milites. cœlo verticibus surrecta,immensa altitudine oculos fatigabant,pro concione est milites affatus,eorumq; metum castigare,qui vanā vulgi famā perhorrescerent. Alpes ipsas passim habitari,sæpiusq; a magnis Gallorum exercitibus cū liberis & vxoribus atq; impeditiore agmine trāscensas,nec credere se quicquā tam arduū inueniri,qđ nō facile ab ijs posset superari,q ab occasu solis profecti tot flumina,tot saltus,tot ferocissimas gentes sua virtute domuissent. Iam Italiam nō procul abesse,vbi felix militia,amplaq; p̄sentiū laborū præmia militē manerent. Forti proinde animo essent,finemq; instituti itineris sibi campum proponerent,qui inter Tyberim & vrbem Romam iaceret,cum quo non tantum Roma ipsa,sed tota etiam Italia essent vno tempore pōituri. Tali Pœnus hortatione vsus læua Rhodani ripa pergit porro ire,nequa hostis prius quam in Italiam iretur,fieret sibi obuius. Quar-
Rhodanus. tis deinceps castris ad Araris & Rhodani confluentem consedit. Insulæ loco nomē est,quem flumina invnū decurrentia medium amplectuntur. Hoc
Lugdunum. terræ spatio Lugdunum vrbē procedente tpe Numatius Plancus condidit. Allobroges eā regionē tenebant,gens inter Gallos opibus & fama ea tēpestate insignis. Ibi Pœnus inter regulos fratres de regno ambigentes factus arbiter,quum maiori natu ex optimatium sententia regnum restituisset,cōmeatu & vestibus contra alpina frigora benigne est ab eo adiutus. Hinc per Tricastinos in Vocon-
Druētia flu. tiorum oram deflexit,Mox per Trigorios ad Druētiam venit. Est is quoq; Alpinus amnis,cæterum eo transitu difficilior,q̄ quum vim aquarum vehat ingentem,nullis coercitus ripis,nauigari non possit,in plures simul alueos diffusus,neq; semper eisdem fluens,globosa voluit saxa,& tunc forte imbribus auctus,violentius solito fluebat,quæ res non mediocrem attulit vadantibus trepidationem. Ex Druentia Hannibal pacate ad radices alpium processit,tum ibi montium altitudo,niueſq; propemodum cœlo immixtæ,tecta informia imposita rupibus,iumentaq; torrida frigore,inculti homines & intonsi,animalia atq; inanima gelu rigētia,omniaq; fœdiora quā fama ferrētur oculis oblata,conceptum opinione metum auxerunt. Et iam in aduersos cliuos agmen erigi cœperat,quum montani tumulis insidentes procul apparuerunt. Hic Hannibal per Gallos,quos ad speculanda loca premiserat,factus certior,negari sibi trāsitū,cæterū ab
Primę alpinorū insidiæ. eisdem instructus,per diem Gallos stationē asseruare,noctu in suos vicos dilabi,castra eo,quo deprehensus erat loco in confragosa valle per diem habuit. Sub noctē vero pluribus ignibus,q̄ pro numero accensis,vbi remissas sensit oppidanorum custodias,cum expeditissima peditum parte,ac prōptissimo quoq; ad id facinus delecto,silenti agmine angustias euasit,atq; ijsdem tumulis,quos hostes tenuerant,infestis reliquī exercitum ad moueda castra,nunciis & signis excitat. Galli vbi agmē procedere viderunt,& iam loca editiora ab hoste occupata præsidio teneri,nonnihil se tenuerūt ancipiti metu defixi. Post vbi in ipsis montiū angustijs,studio properantium,agmē sua spōte turbari vident,rati quicquid terroris adijceretur,satis ad pniciem exercitus fore,aduersis rupibus p abrupta & inuia loca in Pœnos impetum faciunt,ibi equi clamoribus consternati,oīa primo turbare,consuciati inde ex his aliqui calcitratu & inquietatione ingentem circa se sarcinarum & hominū stragē edidere. Multi simul equi iumentaq; hostia in abruptas is sunt altitudines deuoluta,agmen interrumpi cœperat,cæterum pulsis loco hostibus Hannibalis occursu,reliquū copiarū pacate in altiora est loca traductum. Pœnus castellum,caput eius gentis,vi captū diripit,circūiectosq; vicos hostiliter popu- Pœnorū
latur. Triduo post aliquātulū viæ cōfecit,inciditq; discrimē
in multo maius discrimē. Alter frequēs popul⁹ misit ad eū appropinquantē legatos,qui ipsius ducis amicitiā peterēt,doctos se aliena calamitate prædicantes pacē cum Pœnis multo potiorē Gallis esse q̄ bellum,polliceri ad hęc duces & cōmeatū,in fidē quorū obsides darentur. Hannibal,& si nō oīno fidem Gallis habebat,ne tū repudiati ex cōfesso hostes fierent,obsidibus benigne acceptis,præmisso cum elephātis equitatu,ipse cum robore peditum intentius circunspiciēs sequebat. Vbi vero ad loca rum angustias ventū est,tū ibi Galli ex insidijs cū strepitu & clamore coorti,ingētia saxa in subiectū agmē deuoluunt. Hic quoq; fœda strages edita,cōfestim montiū faucibus ab hoste infestis peditum agmen ab equis disiungit,certamine in noctē distracto,Hannibal curarum & solicitudinis plenus noctem vnam sine equitatu & impedimentis egit. Postero die Barbaris segnius incursantibus,saltus maiore iumentorum clade q̄ hoīm est superatus. Nono demū die in summū alpium iugū exercitus euasit,p auia plurimum loca,mōtanorūq; latrocinijs infesta. Biduū in sublimi vertice statiua sunt habita. Iumenta interim aliquot rupibus præcipitata,ac pro perditis relicta,vestigia exercitus secuta in castra peruenere. Additus his incommodis recēs niuium casus,occidente iam vergiliarū sidere. Postridie quum castra moueri cœpta essent,pigritia & desperatio ingens in ore omnium eminebat. Hā Pœni ex
nibal prægressus signa,in promōtorio cōstitit,vñ alpibus
Italiā circunpadanosq; cāpos alpibus vicinos mi- Italiā p
litibus ostentat. Durare iubet ac sperare ita fore,vt spiciunt.
vno aut altero prælio Romā Italiæ caput in manibus haberent,muros hostium non fines se transcēdere arbitrarentur,cætera plana & humilia victoribus futura. Processerat inde nonnihil agmē per decliuia & lubrica loca,tetra militum colluctatione. Fœdum & miserabile erat,q̄ vbi vnus aliquis semel vestigio lapsus,plures secundum alius alij cupit auxilio esse,in p̄ceps trahebat. Quidā altis niuibus velut pedica capti medio lapsu hærebant. Procedere tū miles itineris duces secutus,quoad ventū est ad rupem in mille fere pedū altitudinē abruptā. Ibi quū equites cōstitissent,Hānibal mirat⁹ qd rei exercitū retardaret,vbi ad visendū locū processit,tū demū sensit p inuia se loca ducere,ibiq; circunacto nōnihil agmine sicubi molliora alpiū latera iter panderēt,postea vero q̄ abrupta oīa oculis occurrebāt,tūm niuiū in summo iugo est militari opere exhaustū,in patentēq; areā locus purgat⁹,quāto satis cōmode castra statui potuerūt. Ingens inde li- Pœni a
gnorū materia raptim cæsa,rupibusq; adhibita in- cendit,saxaq; ignibus perusta aceti iniectu emol- ceto ifrin
liūt. Quatriduū super rupē absumptū,ea demū in gūt alpes
cliuos rescissa est,per quos etiā Elephāti sunt ad humiliora loca emissi. Breui totū agmē velut in alterū orbē ad ima trāscēdit. Vētū primo in Apricos colles,& loca irrigua,ibiq; iumēta triduo refecta,quiescq; hoībus data. Mox & plana loca Pœnū excepērūt,accolarūq; igenio molliora. Atq; ita Hānibal,alpibus q̄ntodecimo die superatis in Italiā venit,nouem milia stadiorum a noua Carthagine ad ipsos Italiæ fines dimensus quinq; mensium spatio L. Alimetius q fuit eo bello captus,memoriæ prodidit,



Clades amissorū hoīm in alpibus. didit,se ex Annibale audiuisse,a Rhodani traiectu vsq; in Italiam amississe se sex & XXX. hominum milia,& cum his equorum numerum ingentem. Cœlius autore Liuio,per Cremonis iugū Hāniballem descendisse tradidit. Alij per Apœnini iugum qua mons ipse alpibus iungit,vn de etiā sit monti nomen inditum,sed ab agri incola plures credidērunt,in qua est opinione Liuius,qui neutra pte iter
Copię in Ita. Pœnis patuisse constanter affirmat. Nec quantum copiarum in Italiam perduxerit Hānibal liquido cōstat. Qui plurimum scripsere centum milia peditum & XX. equitum ponūt,qui minimū XX. peditum milia,& sex equitum. L. Cincius scriptū reliquit prima acie,qua Pœnus i Ro. dimicauit,affuisse illi cum Ligurum & Gallorum appendicibus LXXX. peditum milia,& X. equitum. Polybius duodequadraginta milia peditum,& octo equitū Hānibalem habuisse autor est,quum a Rhodano discessit,cæterum vix dimidium copiarum illi supfuisse,quū Italiā est ingressus. Scipio triduo post Hānibalis digressum,quadrato agmine ad Rhodanum processit,nullam pugnæ morā facturus: vbi vero castra deserta vidit,nec hostē longius ꝓgressum operæprecium credidit vlterius sequi,ad naues reuersus Gn. Scipionē fratrē,cū exercitu & omi apparatu bellico,in Hispaniam aduersus Hasdrubalē misit,ipse cū q̄ paucissimis,celeri nauigatiōe,Italiā repetit,Pœno alpes transcendēti occursurus. Vbi igitur Pisas venit,factus certior de Hānibalis descensu,decq; eius exercitu alpinis frigoribus affecto,tyronea Manlio & Attilio accepto ad hostē ire pergit,vt cum eo prius acie dimicaret,q̄ per ocium copias reficeret. Sed dū Scipio Pisas applicat,cū copias a prætoribus colligit,dum Placentiā ire contendit,Pœn⁹ interim validissima Taurinorū vrbe triduo expugnata,qm̄ in amicitiā vltro trahere nequiuisset,ex statuis mouerat,defecissentq; ad eum omnes circunpadani,nisi inopinatus consulis accessus Gallorū consilia oppressisset. Et iam diuersi exercitus prope in conspectu venerant (nā Scipio Pado supato ad Ticinū fluuiū cōsederat) erātq; ip si duces inter se vterq; alteri admirationi,ille quia
Scipiōis & Hānibalis cōgressus. multa p̄clara facinora ad id tempus in Hispania & Gallia feliciter gesserat,hic quia vnus oīm Romanorum ducum aduersus se tali tēporum discrime esset imperator declaratus. Quia igitur apparebat atrox certamen instare,P. Cornelius ita est militē pro concione affatus. Si cum eo exercitu quem in Gallia habui,in prælium descēsuros essem milites superuacuum fuisset in pugnam q̄tūuis asperā ituros adhortari,quid em̄ attinuisset aut equitem virtutis admonere,qui longe maiorē hostium eq tatū magnaq; ex parte cæsum circa Rhodanum fudisset aut militem cōfirmare,cū quo hunc ipm hostē fugientem secutus satis ad me victum credidi,q̄ acie cōgrdi nō sit ausus? Nunc qa exercit⁹ ille cū Gneo Scipione fratre meo rem in Hispania meis gerit ausp̄icijs ad quod publice comparatus erat,ne vobis dux aduersus Hānibalē deesset,vltro me huic certamini obtuli. Pauca igitur verba sunt nouo imperatori apud nouum exercitum faciendā,ne aut genus belli aut hostem ignoretis. Cum Pœnis vobis res futura est milites,quos mari terraq; priore bello Punico victos Sicilia & Sardinia spoliastis. XX. annos stipendiarios habuistis. Erit spero in hoc certamine vobis illisq;,idem qui in priore illo fuit animus,quicq; victoribꝰ & victis esse solet. Pugnabunt illi non spe,non virium fiducia,sed necessitate coacti,nisi aliquis credat duabus copiarū partibꝰ amissis,eos vltro dimicaturos qui incolumi exercitu certare non sunt ausi. Quid quod illi ipsi qui perquā pauci supersunt nō homines sed hoim effigies,imo vmbræ potius dici possunt,fame,frigore,squallore enecti,fracti,debilitati,perustis niue artubus,neruisq; rigore contractis,torrida corpora,cōcussa arma,equi strigosi,claudi,debiles,nō cū exercitu,sed exercitus reliquijs præliaturi estis milites,vt merito timendum sit ne ab alpibus victus non a vobis Hānibal videatur. Sed sic certe est,dij vltores fœderū bellū cū perfido duce sine humana ope ita profligatū voluere,& ne quis mevestri hortandi causa hæc magnifice locutū existimet,potuissem ego,pcul ab hoc certamine abesse,atq; in Hispaniam q̄ prouincia puplice mihi decreta erat,cū Magnifi
eo exercitu abire,ibiq; fratre meo adiutore bellum ca Scipio
aduersus minorē ducem,minorē exercitū adminis- nis de se
strare. Præteruectus tamen Galliæ orā ad huius ho verba.
stis famam,in terram exercitum exposui,equestriq; certamine fugatum,quia ad pedestre cogere nō potui,per longa maris spatia in Italiam reuersus vestro me illi obtuli. Experiri constituī vtrum alios Carthago hodie habeat viros q̄ paucis ante annis habuerit,qui postremo ad Aegusam victi,Siciliæ possessione cesserunt. Sit ne hic Hānibal itinerum Herculis æmulus an vectigalis & stipēdiarius Po. Ro. a patre relictus,qui a nostro consule iussus præsidium ab Eryce deduxit? Qui graues leges Carthaginiensibus victis impositas,cum fremitu & mœrore accepit? Qui Sicilia decedere,stipendiū Popu. Rom. soluere est pactus? Quæ fœdera manu patris scripta hic bonus imperator respiceret,nisi Sagunti scelus eū in omne nefas præcipitem ageret. Qđ quum ita sit,velim vos milites non minore animi indignatione in hos pugnare,q̄ si seruos videatis vestros in vos arma ferre. Licuit si libitū fuisset ad Erycem clausos fame ad vnum necare: victrici classe in Aphricam transmissa Carthaginē delere: Veniā tamen dedimus. Ex obsidione emisimus. Carthaginē Aphrico bello afflictā tutati fuimus. Pro quibus clemēter & humane p̄stitis,furiosum iuuenē secuti,nos nostrāq; patriam oppugnatū venimus. Sed vtinā de dignitate solum dimicandum esset. Pro Italia vobis pugnandum est milites,pro patria,pro liberis,pro vestra ipsorū salute. Nec alius a tergo est exercitus,qui si qđ nolim victi simus hostibus obnci possit. In conspectu vrbis pugnare arbitremini,Senatumq; & Po. Ro. parentes ipsos ac liberos vestras manus intueri,a nobis salutē implorare,postremo qualis hodie vestra virtus fuerit Perora
talis parriq; & omnium necessitudinū fortunarūq; tio.
deinceps erit fortuna. Et Scipio sic suos hortatus dicitur. Hānibal non solum verba,sed totius rei imaginem Pœnorum oculis subijciendam ratus,ex captiuis Gallis aliquot in mediam aciem protraxit,inde interrogari fecit,an essent qui inter se ferro dimicare vellent conditione proposita,vt victor libertate donatus incolumis ad suos abiret. Multi Gallorū
mira alacritate se ad id certamen extulerunt. Sorti animi.
ro igitur plerique incredibili lætitia & gratulatione circunstantium,cum tripudio ex gentis consuetudine in pugnam processere. Fuitq; inter dimicandum talis hominum eius' conditionis habitus,vt non magis vincētium fortuna,quam bene moriētium laudaretur,tum Pœnus spectatis aliquot partibus,vbi suorum animos satis eo certamine affectos credidit,sic pro militum concione locutus dicitur. Si qualem inquit animum in alienæ fortunæ Oro Hā
exemplo habuistis,eundem in re propria æstiman nibalis
da habituri estis,vicimus viri fortissimi. Neq; em̄ ad suos.
spectaculum illud fuit sed p̄sentis fortunę vobis

imago repręsentata est, ac nescio an maior vobis pugnandi quā cuiuis illorū sit necessitas imposita, quū maioribus quā illi vinculis teneamini. Dextra lęuaq; duo maria claudunt, a fronte Padus violentior Rhodano, a tergo alpes vrgent, quas victores per infestas gentes vix nuper transire potuistis. Hic igitur vbi primū hostē obuiū habuistis, aut vincēdū est aut moriendū viri fortissimi. Cæterum fortuna quæ vobis hanc pugnādi imponit necessitatem eadē magna pollicetur præmia, quibus ne amplio ra quidem aliquis audeat a dijs immortalibus exoptare. Enimuero Sicilia & Sardinia quæ hoc bello repetuntur, satis digna tanto periculo præmia viderī poterant. Nunc quicqd Romani tot triūphis congestū possident vestrum futurū est, agite nunc & dijs bene iuuantibus arma capite, tēpus est vos felicia stipendia facere, debita militiæ præmia sentire. Hic oīm itinerū & periculorū quæ adhuc vobis exhausta sunt præmiū fortuna proposuit. Hic laborū oīm finē dabit, nec quia magnū sit belli nomen idcirco & difficilem victoriā putate, sæpe cōtemptus hostis cruentū certamen edidit, & summi reges ac populi leui momento victi sunt, adempto Ro. nominis splendore, nihil in his esse video qđ vobis merito comparari possint. Nam vt felicē taceā totannorū militiā, & cp ab oceano & occasu solis per tot ferocissimas gentes huc vincendo venistis, comparabit nē vobis hic nouus & rudis exercitus, cuius militibus sigs Pœnos Romanosq; hodie ostēdat, cōmilitonē ab hoste nequeat dignoscere; aut dux ille semestris sui exercitus desertor, cui neq; sui milites noti sunt, neq; ipse militibus, cumvestro duce quē in armis educatū sub clarissimis imperatoribus institutū non ignoratis, qui prius vester alūnus quam imperator fuerit, qui omnia singulaq; suorū militū facinora, quo loco, quo tpe gesta sint, ordine referre possit, & nunc quacunq; oculos circunsero oīa animorū ac roboris plena occurrunt, veterani pedites, generosissimaq; gentiū equites frænati & infrænes socij fidelissimi fortissimiq; vos Carthaginienses ob iustissimam iram pugnaturi, qui tanto fortius audaciusq;, vt spero, dimicabitis, quanto maior spes est & animus inferentiū bellū quā arcentiū. Illud postremo vos meminisse oportet cū vestro duce oēs qui mecū Saguntū expugnastis esse ad suppliciū requisitos, qa ita Romani persuasum habent, vt nisi ipsorū permissu nefas sit Carthaginiēsibus illatas iniurias vlcisci. Ne trāsietis Iberū. Nihil tibi rei sit cū Saguntinis. Nusquā te vestigio moueris. Parum visum est patribus nostris Siciliam & Sardiniam ademisse, iam & Hispania intercedere incipiunt, si inde quoq; cesserimus in Aphricam transcendent, quin transcenderūt vt audio. Vni enim consuli anni huius decreta est Aphrica, alteri Hispania, nihil vsq; nobis relictū est, nisi quod armis vindicauerimus. Illis timidis & ignauis licet esse, quos suus ager atq; idem pacatus, sua terra fugientes potest excipere, vobis necesse est fortibus viris esse, omnibus inter victoriā & mortē certa desperatiōe abruptis, aut vincere igit opus erit, aut si fortuna dubitabit in prælio potius quā in fuga mortē oppetere. Id si destinatum infixūq; vobis animo est, iterum dico milites victoria nostra est, nullū em maius hoc vno deus immortalis homini dedit incitamentū. Vtrinq; animis per hęc ad pugnā accensis: Romani Ticinū ponte iungunt quem vt validius tutarent castellū superimponūt. Est Ticinus maximus oīm fluuiorum, qui Padum influunt, deditq; olim vicinæ vrbi nomē, eā nunc mutata voce Papiā vulgo nominant. Scipio pfecto opere in Insubrū agrū copias traducit, locūq; castris. V. milia passuū ab hoste capit. Hānibal Mahabarle quē in agrū sociorū populi Ro. cū Numidarū equitatu populatū miserat, confestim reuocato, qa haud dubie certamen instabat, priusquā copias in pugnā educeret, iterū pro concione milites affatus, singulis sua pmia est pollicitus, dirā in suū caput imprecatione adhibita, si falleret. Quæ res adeo oīm animos ad certamen accendit, vt passim militū voces pugnā poscentiū exaudirent. Haud tantus ardor erat in Romanis castris perculsis metu animis ob prodigia quædā, q̄ sub ipsum pugnę tempus extiterant. Lupus Romana castra ingressus obuīs fœde laniatis incolumis euaserat, & Apum examē supra prorū sedit. Cæterū his rite procuratis, cōsul cū equitatu & expeditis iaculatoribus ad hostiū castra ire pgit, vt ex proximo specularet q̄tæ in illis copiæ essent, & cuius generis. Nec multū a castris processerat, quū Pœnus cū suo equitatu, & ipse speculatū egressus eximprouiso occurrit. Neutri alteros ab initio viderūt. Densior puluis hostiū aduentū vtriq; significauit. Ibi prælio repente inito iaculatores, quos Scipio cū equitibus Gallis in fronte collocarat, primo cōgressu pulsi, in cōfertos equitū ordines sese trepide recipiūt. Sustinuit inde Romanus eques fortiter certamē, & si mixti pedites, nōnihil impediebāt donec & Numidæ, quos ab vtroq; cornu Pœnus iusserat latius adequitare, se a lateribus tumultuose intulerunt. Hostis pene a tergo visus terrorē incussit Romāis, sed nihil æque ac cōsulis vulnus aīos perterruit. Is quū in aptū vitę discrimē inciderit, filiū tū primū pubescētis itercur su seruatus est, penes hunc inde adultū fuit oīs belli huius cōfecti gloria, vñ & ipse primus Aphricani est cognomē adeptus. Cęlius a seruo natione Ligure cōsulē seruatū, pdidit, magnitudo rerū postea a Scipione gestarū facit, vt Liuio accedā, q̄ de filio cp̄ seruo maluit credere. Sed cuiuscunq; ille opa seruatus est Romanꝰ eques, qđ liquido tradit, fauciū cō sulē in medio acceptū, nihil turbato gradu neq; fugienti similis in castra abijt. Idq; primū plīū cū Hānibale fuit. Quo apparuit Pœnū equitatu pstare. Et qa oīa circa Padū loca plurimū cāpestria sunt, ac p hoc parū Romanis gerēdo bello apta cōsul, pxima nocte ab Ticino digressus, irrequieto ductu ad Padū cōtendit. Et iā ponte copias transmiserat, quū Pœnus affuit, oppressiq; sunt moratorū pauci circa flumē, dū segnius ad Ticinū ratē soluunt. Pauci s inde diebus Hannibal copijs Pado traiectis, põte vt plures tradiderunt: Cælius vado credidit, ad qnq; milia passuū, pcul Placentia cōsedit, ad quem pxima nocte duo milia auxiliariū Gallorū &. CC. equites vigilibus ad portas trucidatis, trāsfugerūt, eos Pœnus benigne allocutus in suas vrbes dimisit ad solicitandos in partes suorū popularīū aīos. Scipio ratus fore, vt Galli ad vnū velut rabie contacti breui ad Pœnos deficerēt, q̄q̄ vulnus nō mediocriter grauaret, quarta noctis vigilia Placentia digressus, ad Trebiā trāstulit castra, ibi loco edito, collibusq; impeditioribus meratus, collegā quē ex Sicilia reuocatū audiuerat, expectare cōstituit, nec multo post Hannibal affuit, qui quū haud procul a Ro. castris cōsedisset, paucis diebus Clastidiū vicū, quo Romani vim ingentē tritici cōuexerāt, pro ditione occupauit, P. Brūdusino pfidi pfecto quadringentis aureis nūmis corrupto, idq; horreū fuit Pœnis ad Trebiā sedentibus. Dū hæc in Gallia gerunt circa Siciliā terra mariq; aliqua a Romāis pro spere sunt gesta. Nōdū Sēpronius in Siciliā venerat, quū. XX. Carthaginiēsiū naues cū mille armatis ad

prodigia

Aphros fuga.

Pręlium equestre.

Aphrica nus.

Prosperaꝝ Ro. pugna ad Lilybęū.

Prim⁹pa trē seruat

Scipiōis recessus.

Melita Insula.

Hānibalis proui dentia.

Sempronius, Scipioni iūgitur.

Perora tio.

Ticinus.

Rom. & Pœni ad Trebiā faciūt castra.



tis ad populandū Italiæ orā missę cursu subita tempestate excussæ nouē Liparas, octo Vulcani insulā tenuere, tris in fretū auertit æstus. In has Hiero q̄ tū Messanæ erat consulē expectans, subito aliquot naues immisit, q̄ tris illas Punicas in potestatē redactas ad regē traxerunt. Ex captiuis cognitū est, præter. XX. triremes, ex quarum numero ipsæ fuerant, quinq; & XXX. alias qnqueremes in aversam Siciliæ partē cursum tetendisse, vt improuiso appulsu Lilybæum occuparent. Cæterum credere se eadē tēpestate ad Aegusam insulā ventotum compulsas. Hiero pro magno habuit negocio id Aemylio Siciliæ prætori significare. Ille cōfestim legatis tribunisq; in maritimas vrbes dimissis, q̄ dili genti cura littora & portus asseruarent, oīm diligētissime Lilybæum custodiri iubet. Ibi socijs nauali bus imperatum vt. X. dierum cibaria ad naues deferrent, starentq; in oēm ocasionē parati. Alij ex litoralibus speculis diu noctuq; attente hostiū aduētum obseruare iussi, significq; appropinquātiū cursum significare. Erat luna pernox, Pœnicq; de industria cursum retardauerant, vt paulo ante lucē quo tpe mortales arctiore premunt somno, Lilybęum tenerant. Sublatis itaq; armamentis vt facilius hostē fallerent appropinquabant. Præsensum tñ est cōfestim cq; conclamatū ad arma & in naues pariter consensum. Pœni vbi viderūt rem haud cum imparatis futurā portu abstinuerunt, vbi vero illuxit, classe ad pugnā instructa sese in altum recipiunt, vt hostibus spatium darent ad, naues in apertum deducendas, nec Romani pugnā detrectauere militū multitudine & virtute freti. Fuit pugna illa leuis, Carthaginiensibus cōgressum ob nauium agilitatē eludentibus, quo hostiū metu animaduerso Romani facto impetu septem Punicas naues circunsti sunt, q̄ cæteris fugientibus cum suis turmis in Romanorū potestatē venere. Nondū pugnæ huius fama Messanā peruenerat quum Sempronius eo ex vrbe appulit, cui fretum intrāti Hiero obuiā instructa classe processit, gratulatusq; q̄ hospes cum exercitu & nauibus venisset felicē in Siciliā transitū illi precatus est. Multa deinceps cum eo est de statu insulæ locutꝰ, pollicitusq; quo aīo priore Punico bello iuuenis rem Romanā adiuuisset eodē senē adiuturum. Præbiturum ad hæc se gratis frumētum & vestimēta legionibus socijsq; naualibus. Sempronius honorifice & amice exceptus primum oīm Lilybæum nauigare in aīo habebat, & iā eo cursum intenderat quum de nauali pugna ad Lilybæum certior fit, lætusq; suorū successu Hieronē cum sua classe dimittit, ipse in Melitā insulā Punicæ ditionis transmisit, cui appellenti Hamilchar Gisgonis filius, cum duobus fere milibus hoīm, insulaq; cū oppido eiusdē noīs tradita est. Inde cōsul rediit Siciliā, ex Sicilia in Vulcani insulas cōfestim soluit, quo audiuerat Punicas naues nup tēpestate appulsas. Cæterum eunti literę a senatu redunt, Vibonē sem agrum in ora Italię a Pœnis vastari, Hanniba lē trāscensis alpibus in Gallia esse. Properaret igit collegæ auxilium ferre. Sempronius multis vno tpe curis anxius exercitum in naues impositum supero mari Ariminum mittit. Sexto Pomponia legato mandat vt cū. V. &. XX. longis nauibus orā Italiæ tueret. M. Aemylio quinquaginta nauium classem explet cum qua Siciliæ pfideret. Ipse. X. nauibus orā Italiæ legens Ariminum primo venit, inde cum suo exercitu ad Trebiā profectus collegæ iungit. Hic cōsulibus parum ab initio cōuenire cœpit. Scipio equestri prælio victus, & vulnere cunctantior factus, bellū trahi malebat: cōtra Sempronius ferox aīo qa satis apparebat aut illis copijs Romanū imperiū defendi oportere, aut nullā spem reliquam superesse arcēdis ex Italia hostibus, omnis erat moræ impatiens. Galli q̄ inter Padum & Trebiā accolebāt, neutro adhuc sua auxilia inclinarāt, haud dubie victricis partis gratiā aucupantes, quū neutrius merito expectanda essent. Ferre id æquo animo Romani duces, contra fremere Hānibal, sc̄q; a Gallis proditū testari, ad quos seruitio liberandos in Italiā venisset. Ira itaq; percitus oēm agrum Pado ppinquū vastari iussit, qua iniuria Galli adacti ad Romanos aperte inclinant, auxiliū a consulibus implorant. Cornelio nihil moueri placebat quippe q̄ ne multū quidē Gallis crederet Sempronius vt socij in fide ꝓtinerent qui primi coiuissent auxilio iuuādos censet, mille pedites cū valida parte equitatus, iaculatoribus admixtis ad tuendū socios agrum trans Trebiā missi, hostē late diffusum ac præda honustū adepti, cū cæde & trepidatiōe in castra cōpellunt, mox instaurata pugna aliquādiu ancipiti est marte dimicatū, & q̄ a neutro adhuc fortuna inclinante prælii fuerat diremptū, Sempronius pro victoria habuit, collegæq; metū increpabat, per quem staret quo minus de summa rei vno prælio decernerē. Cæterū nihil eū æque exagitabat ac propinquū comitiorū tēpus, iniquo aīo ferebat in nouos cōsules bellū differri, demū occasionē nactus totius gloriæ in se vertendæ, si Collega adhuc ęgro prospere dimicatum esset, Cornelio ne quicquā repugnante, iubet exercitū ad plīū parari. Hānibal q̄ bellū trahi hostibus expedire videbat vix a principio potuit credere vt in prælii Ro. consul descēderet: ast vbi indicio cōperit militē ad pugnam expediri, in spem haud dubiā victoriæ adductus, locū insidijs circunspectare cœpit. Erat riuus præaltis ripis ab vtraq; parte virgultis vepribusq; vestitus. Hunc locū diligenter contēplatus, vbi ad regendos equites satis latebrosus visus est, Magoni fratri suo ostendit, mandatq; vt eo noctu cum ns copijs quas ipse daturus esset, inito in hostē prælio occuparū ex transuerso impetū faceret: Delige tibi inquit centū viros ex omni equitatu, ac parē numerū ex oībus peditibus, cū q̄bus ad mevenias prima vigilia noctis. Post vbi Mago cū delecta manu affuit, tū Pœnus robora virorū inqt cerno, at vt numero quoq; valeatis, ite & singuli vobis nouenos ex turmis manipulisq; vestris deligite. Mago locū mōstrabit quē insideatis, hostē harū artiū ignarū habetis. Ita Mago per noctē cū mille equitibus paricp̄ peditū numero locū insedit: Pœnus dux prima luce Numidas iubet trans flumen adequitare, hostemq; si fieri possit lacessendo cedendoq; procul a suis castris abducere. Equitum ducibus mandat, vt suos prandere iubeāt, atq; instratis equis signū expectarent. Pedites ignibus ante tentoria accensis iussi sunt curare corpora atq; oleo vngere, vt habiliora essent mēbra ad pugnā, minusq; rigori obnoxia. Erat brumæ tps & dies ille niualis. Sed dū Pœnus mature suos ad plīū cōparat, Sēpronius ad primū Numidas tumultū oēm equitatū effudit, mox sex milia peditū, postremo vniuersas copias in aciē ducit, nō cibo prius capto, nō ope vlla ad arcendū frigus adhibita. Hi posteaq; flumē transgressi sunt, pfestim Hānibal suos in hostē ducit. Baleares octo milia hoīm leuis armaturæ locata ante signa, dein de grauiore armis peditē, qđ viriū & roboris fuit, in cornib⁹ statuit. X. milia equitū cū elephātis aciē claudebāt. Cōsul resistentibus Numidis, signo receptui dato, equites a cursu reuocat, reuocatos pediti circūiecit, duodeuiginti milia Romanoꝝ erant,

Initiũ pugnæ.

latini nominis. XX. milia, & cum his Cenomanorũ auxilia, q̃ Hallorũ gens ex Trãspadanis adhuc in fide erat. Pugna a Balearibus orta, quibus cum valide Romani resisterent, Pœnus omnem leuem armaturã in cornua reiecit, tum ibi Romanus equitatus (erant enim ad quatuor milia numero atq; hi fessi) velut nube quadam telorũ degrauatus, quũ iandudum maiori hostium equitatui vix resisteret equis ad id insueto elephãtorũ odore territis, haud multo post in fugam vertitur. Fuit inde pedestris pugna, magisq; par animis q̃ viribus. Romanus in acie stabat. Pœni robusti, vipote qui curatis prius corporibus in pugnã descenderãt. Contra ieiuna fessaq; Romanorum corpora. Restitissent tñ si cum pedite solum certamen fuisset, sed Balearium telis hincinde pressi, & elephanti in medium agmẽ acti late stragẽ dedere. Accessit & nouus terror ab Magone illatus, qui cum tumultu & clamore ex insidijs ortus, ingẽtem a tergo formidinem iniecit. Pedites pærer spem omium elephantos verutis confixos in fugam auerterunt, quos Hannibal in sinistrum cornu aduersus auxiliares Gallos agi iussit, quibus metu pulsis Romani in orbẽ pugnare sunt coacti, tũ auxilijs nudari, & quia iam fortuna aperte inclinabat. X. milia hominũ per mediã Aphorum aciẽ cum ingenti cæde hostium perrupere. Hi quum niuali cœlo perspicere non possent, qua potissimũ parte pugnã instaurarẽt, nec flumine interclusis in castra reditus pateret, Placentiam consternato agmine abierunt. Haud vno deinceps loco eruptio facta est multi passim totis agris cæsi, alij circa flumen oppressi perierunt, q̃dam etiam gurgitibus absorpti, imber niue mixtus, & intolerãda vis frigoris, & homines multos & iumenta, & elephãtos prope omnes absumpsit. Ad Trebiam vsq; Pœni sunt fugientes insecuti, qui adeo torpẽtes gelu in castra rediere, vt pr̃entis victorie lætitia nõ sentiretur, quo contigit, vt castroꝝ præsidium, & qui eo ex acie fugerãt, quũ fluuiũ noctu ratibus traiecerint, vt in tutũ inde abirent, nihil Pœni senserint, aut certe se sentire dissimularint. Tacito itaq; agmine Scipio Placẽtiã cõtendit, diuisoq; exercitu, ne colonia vna omnium copiarum hybernis grauaret, pars militum Cremonã in hyberna cõcessit. Polybius, Plutarchus & alij quos sequimur, cæsorũ numerũ neq; ad Ticinũ, neq; ad Trebiam posuere, sed cõstat cladẽ nõ mediocrẽ acceptã, multoq; maiorẽ ad Trebiã q̃ ad Ticinum. Polybius autor est Sempronij, ad rumores aduersæ huius pugnæ leuãdos Romã scripsisse pluuiũ & niuosum diẽ sibi victoriã e manib⁹ extorsisse, attulit id mendaciũ aliquã ciuibus lætitiã: verum vbi res certioribꝰ nũcijs palã facta est, nõ minor metꝰ ciuitatẽ inuasit, q̃ si Hannibal castra ad vrbẽ admouisset. Augere iprouisa res metũ, neq; enĩ alij duces esse aut alij exercitus, q victoribꝰ Pœnis obijcerent. Eratq; ciuitas in summo metu & mœrore cõstituta, quũ Sẽproniꝰ cõsul, nõ sine aperto discrimine, inter hostes dilapsus, q̃ citra vltraq; Padũ passim vagabãtur, Romã venit: nec ita multo post eius accessũ cõsularibus comitijs, qd̃ vnũ in p̃sentia desiderabat, habitis, creati sunt noui consules Cn. Seruilius & C. Flaminius. Tẽtentauit medio hybernoꝝ tpe Hannibal occupare emporiũ, qd̃ Romani haud ꝓcul a Placentia habebant, cẽterum vigiles fallere nõ potuit. Tãtus itaq; clamor ab ijs, qui p̃sidio erant, per noctem sublatus est, vt Placẽtię exaudirẽt. Eo cõsul prima luce cum suo equitatu occurrit, legionibꝰ post se quadrato agmine seq; iussit. Cõmissum interim eq̃stre pliũ, Hãnibalq; nõ leuiter vulneratꝰ pugna excessit. Carthaginiẽses ducis vulnere ꝓterriti pugna abstinuerũt, oppidũq; per hęc egregie defensum. Paucis inde diebus Pœnus ad Vicũuias profectus, fuerat id emporiũ a Romanis Gallico bello cõstitutũ & tunc hominum multitudine satis frequens, qua fręti, qui intus erant, famaq; præsidij ad Placentiam defensi ferociores facti, incompositio agmine obuiam hostibus ꝓdeunt, ad q̃nq; & triginta armatorũ milia. Hi a multo paucioribus fusi fugatiq;, postero die ad deditionẽ cõpulsi sunt. In deditos adẽptis priꝰ armis, nullo nõ sęuitie genere Pœnus hostis vsus est. Inde Hãnibal, ad prima veris signa, ex hybernis cũ exercitu ꝓfectus, in Hetruriã ire pergit, cõsilio eius gentis sibi aut vi aut voluntate adiũgẽde, & iam in summũ Apœnini iugum euaserat, quũ tẽpestas subito coorta ducẽ & exercitum itinere auertit. Ventus imbri mixtus ex aduerso spirans primo agmẽ in vestigio tenuit, quũ aut arma vis vẽtorũ militi adimeret, aut corpꝰ turbine rotatũ humi affligeret, sed quum ne deiectis quidẽ reciprocandi spiritus facultas esset, ventis exaduersso flantibus, parũper procellę auersi consederunt. Secutus mox ingens cœli strepitus, interq; horrendos aeris fragores crebra coruscatio, capti itaq; auribus & oculis metu torpere primo cuncti, mox deiecto ad terrã imbre conati sunt ibidem metari castra. Cęterum quũ nil omnino statui posset, omnia vento proscindẽte, ancipitesq; adhuc cõsilij starẽt, tam dense vis grãdinis, quę vi frigoris in montiũ verticibꝰ cõcreuerat, stãtes inuasit, vt omisso opere ad terrã procumberẽt milites, magis tegminibꝰ suis obruti, q̃ tecti. Obriguere interim iacentiũ mẽbra immensa vi frigoris, adeo vt illa cœli intẽperie remittente, ex miserabili strage sese ægerrimę attollerent. Postremo cum crebro conatu paulatim moueri cœpissent, perrarię ignes accensi essent, refecti aio, eo quo deprehensi fuerant loco, esse perseuerarunt. Biduum inde inuitis oĩbus, & velut obsessis, castra in Apœnino habita, multiq; interim mortales, multaq; iumenta frigore consumpta sunt, & in his septem elephãti ex ijs qui ex prælio ad Trebiã commisso supererant. Hannibal ex Apœnino in Galliam reuersus, quum haud procul Placẽtia consedisset, postridie quam eo venerat. XII. milia peditum, & quinq; equitum, ad Romanoꝝ castra ducit, nec Sempronius (iam em ex vrbe redierat) leuãdæ infamiæ cupidus certamen detrectauit, fuitq; primo cõgressu res Romana adeo superior, vt pulsos hostes Sempronianĩ sint vsq; in castra persecuti, eo rumq; munitiones oppugnare ausi. Hannibal paucis ꝓpugnatoribus circa vallũ cõstitutis omne robur peditũ in reducta valle statuit, iussitq; signũ ex pectare, duabusq; equitũ alis dextra lęuaq; in hostẽ missis, ipse cũ peditũ phalange e castris erupit. Fuisset certamen illud vtriq; parti calamitosum, si in longũ extendi potuisset, tanta animorũ pertinacia erat initũ. Cęterũ pugna interuentu noctis dirẽpta pari clade est in castra discessum. Sexcenti pedites, equites dimidio pauciores, ab vtroq; exercitu cecidere. Sed maior Romanis fuit quã pro numero clades, q̃ aliqui equestris ordinis cæsi sunt, & cum his tribuni militũ q̃nq;, sociorũ prefecti tres. Hãnibal haud multo post q̃ ita est ad Placentiã dimicatũ, in Liguriã concessit, cui venienti Ligures duos Rom. Quæstores C. Fuluiũ & L. Lucretiũ, cum duobus tribunis militum, & quinq; equestris ordinis senatorum filijs insidijs interceptos, vt pax eo pignore firmior esset, tradiderunt. Sempronius & ipse secundum Hannibalis discessum Lucam vrbem Hetruriæ concessit. Atq; in hoc statu res Romanæ Punicæq;

Romanorũ fuga.

Sempronij mendacium.

Cõsules.

Vulnerat Hannibal.

Recens p̃lium ad Placẽtiã.



Scipiõis successus in Hispania.

nicæq; in Italia erãt. Gn. Scipio interea, q̃ cũ classe & exercitu a fratre fuerat in Hispaniã missus classe Emporijs appulsa a Laceranis exorsus, vsq; ad Iberum flumẽ, quicq; d populorũ erat aut gentium, fœdere & amicitia Romano nomini adiũxit. Interim adeo humane & clementer cum socijs agere, vt ea fama ad mediterraneas gentes in amicitiã trahẽdas non mediocre fuerit incitamentũ. Conscriptis igit ex socijs ciuitatibus aliquot cohortibus, plures vrbes partim vi, partim volũtaria deditione, procul a mari cepit. Hanno cuius ea ꝓuincia erat, his hostium successibus cõmotus, castris in Romanorum conspectu positis, copias in aciẽ educit. nec Scipio distulit certamen, tutius ratus cũ solo Hannone dimicare, q̃ cunctando cum hoc ipso & Hastrubale quem cum altero exercitu sciebat paulopost affuturum. Fuit ea pugna Romanis ꝓspera. Sex milia hostium cæsa dicuntur, & duo cũ castris capta, q̃bus Scipio potitus, Cissam siue, vt alij habent, Scissam oppidũ vi cepit. Hannonis castra Romanũ militẽ ditarunt, impedimentis eorũ, qui in Italiam Hannibalẽ secuti fuerant, referta. Hanno dux Carthaginiensiũ & Andubal mediterranei regionis tyrannus viui in Romanorũ potestatẽ venere. Traiecerat interea Hastrubal Iberũ cum octo milibus peditũ, & equitibus mille, q̃ audita suorũ clade, magno dolore percitus, iter ad mare detorsit, ibiq; nõ procul Taracone, nauales socios Romanoꝝ vagos in agris adeptus, cũ multa cæde & trepidatione ad naues cõpulit, sed Scipionẽ veritus, ne subito eius accessu opprimereꝰ confestim trans Iberũ copias recepit, nec ita multis interiectis diebus, quum Scipio ex Taracone emporia repetisset, Hastrubal reuersus Ilergetes, q̃ obsides Scipioni dederãt, ad desectionẽ perculit, ad quos hostiũ motus Scipio ex hybernis excitus, fama sui aduẽtus Pœnũ iterum ad Iberũ secedere coegit, ipse Ilergetũ gentẽ ad obsequiũ retractã pecunia mulctauit. In Ausetanos inde Iberi accolas mouit, horũ vrbem quum obsidione p̃meret, indicio cõperit Lacetanos venire finitimis auxilio noctu, veniẽtes insidijs excepit, exceptosq; cũ multa strage dissipauit. ad. XII. Hispanorum milia sunt desiderata. Tenuit ea obsidio XXX. dies, per quos raro nix minꝰ quatuor pedes alta iacuit. Postremo Ausetani. XX. argẽti talenta cũ hostibus pacti dedunt. Scipio secundũ eam deditionẽ Taraconẽ in hyberna cõcessit. Romę tetra hac hyeme ꝓdigia aut facta, aut animis religiõe imbutis temere credita sunt. Ingenuꝰ ĩsans semestris in foro Olitorio triumphũ clamasse dicit. Nauiũ species in cœlo visę, & ædes Spei fulmine icta est. In agro Amiternino pluribꝰ locis hoĩes obuiã venientes in cãdida veste visi, non tamẽ cõgressi sunt. In Piceno lapidibꝰ pluit. Lanuuĩ hasta cõmota est. In Gallia lupus vigili gladium e vagina eripuit. Hæc & alia quędã visu audituq; formidolosa, vt tunc erat hominũ superstitio, perid tẽpus nuncupata. Nec multis inde diebus, alia auditu fœdiora, ingentẽ ciuitati metũ incussere. Solaris orbis minui visus est, & Arpis palma in cœlo visa. Sol & Luna inter se occurrere crediti. Duæ interdiu lunæ visæ, & in Sardinia duo scuta sanguine manarũt, fulseruntq; littora crebris ignibus, baculꝰ in circũeuntis vigilias manu arsit, i Phalisciis cœlũ scindi visum, apud Antiũ cruentæ spicę in corbẽ concidere. Sortes sua spõte extenuatę, vnaq; earum excidit inscripta. Mauors cõcutit hastã. Capuæ species ardentis lunæ cadentisq; inter imbrẽ visa. Ciuitas ob hæc ꝓdigia lustrata est. Lectisterniũ & supplicatio indicta, aliaq; alijs dijs placamina decreta. C. Attilius Seranus prætor publice vota suscipere est iussus, si in. X. annos respu. incolumis stetisset. His rite ꝓcuratis Flaminius consul designatus edictũ & literas Placentiã misit ad consulem, vt idibus Martijs cum exercitu Arimini esset, hic multis modis offensus erat patribus & populo, iam inde a primo suo consulatu, quũ enim res aduersus Insubres gereret, nunciataq; essent prodigia quædã, q̃ in Piceno a mnis cruẽtis aquis fluxisset, & tres Grẽcorũ effigies circa Ariminum apparuissent, augures pronunciauerant cõsules eo anno vicio creatos, publicę proinde literæ ad eum & collegã datæ vt Romã cum exercitu redirent, consulatuq; se abdicarent. Flaminius non prius paruit q̃ cum hoste collatis signis cõflixisset, prosperęq; ea pugna Romanis cessit, vt loco non multũ hinc diuerso est significatũ. Quia igitur contra auspicia pugnasse credebatur, publicisq; literis haud ab initio paruisset, nemo redeunti processit obuiã, triumphũq; priuatus egit, ante tẽpus se magistratu abdicare coactus. Reliqua igitur in patres ira, se adiutorem p̃buit C. Claudio Trib. plebis, qui legem tulit ad populum, neq; senator senatorisve pater maritimã nauem haberet, q̃ plus q̃. CCC. esset amphorarũ capax, satis eam esse ratꝰ ad fructus ex agris conuectandos, omnẽ alioq; patribus quęstum indecorũ. Ea lex vt erat popularis non authori tantum, sed suasori etiam apud plebẽ fauorem conciliauit, secundũq; illi consulatum peperit, ob hæc ille inuisus patribꝰ atq; eisdem infensus, nequa religio se in vrbe moraret, priuatus clã in ꝓuinciam abijt, quod vbi palã est factũ, fremere vniuersus ordo C. Flaminiũ non cũ senatu solum, sed cũ dijs etiã immortalibus bellũ gerere: Q. Terentius & M. Antistius ad eũ missi sunt, qui illum religionis & auspiciorũ, quę ex vrbe in ꝓuinciam deferẽda erant publice admonerent. q̃bus non modo nõ paruit sed cõfestim consulatu Ariminĩ inito, cũ quatuor legionibꝰ in Hetruriã ꝓfectus est, eratq; iam vernũ anni tẽpus quũ Hãnibal iterũ ex hybernis egressus in Hetruriã & ipse iter intendit, quod ipsum vt aliquãto maturiꝰ faceret, capitales Gallorum hortabant insidię horũ reguli vbi suã terram belli sedẽ factã viderũt, auerso a Romanis in Pœnũ odio, in ducẽ ipm plures simul ac sępius cõiurarũt. Nec interim alia res magis illi saluti fuit, q̃ cõiuratoꝝ infida societas, q̃ ea leuitate qua cõsenserãt cõsensum ipm indicauere, qua gẽtis pfidia Hãnibal instructus, sæpius vestẽ mutãdo, caputq; varie tegẽdo, insidiantiũ est cõsilia frustatus: piculi ergo declinãdi causa & quia iã fama erat Flaminiũ consulẽ Aretiũ venisse, breuissimũ iter Hãnibal ingressus, p̃ paludes, qua Arnus fluuiꝰ inter Apœnini angustias labit, ducere est adortꝰ. Orit Arnus ex Apœnino, interfluitq; Fluentiã vrbem Hetruriæ clarissimã, mox priusq; ad mare sit ventum. Esari fluuio miscetur, tanto aquarum assultu, vt in ripis stãtes sese ex aduerso intueri nequeant. Fluebatq; tũ forte Arnꝰ plenius solito. Aphri & Hispani, & qd̃ veterani erat exercitꝰ robur cũ suis impedimẽtis prębant, sequebat Gallorũ agmen nouissimi ire equites, Magone cũ Numidarũ ala cogebat agmen p altũ limũ & profundas fluminis voragines traducebat. Difficile tur exercitus, multi fesso corpore, vbi semel alto erant cœno immersi nequeuntes se attollere, in ter ipsas iumentorum & sarcinarum strages expirabant, lac maxime omnium vigiliæ militem conficiebant, quæ triduum & tres noctes toleratæ, quum omnia aquis obtinentibus in sicco fessa sterni corpora non possent, congestis in aquas sarcinis superincumbebant aliqui, alijs stratorũ pas-

Flaminij consulatus.

Lex Flaminia.

Flaminij pulcatia.

Arnꝰ fluuius.

Hãnibaliter.

sim iumẽtorum acerui ea parte, qua aquis extabãt, ad quietem parui temporis dabant cubile. Ipse dux elephãto qui vnus supererat sedens, vt altius extaret aquis, nocturno humore, paluströq; cœlo caput grauantibus, quũ neq; locus, neq; tempus medendi esset, altero est oculo captus, ad postremũ multis hominibus & iumẽtis fœde amissis, Pœnus imperator paludibus emersus, in sicco castra posuit, inde omnibus diligenter exploratis & vbi esset consul, quæ cum illo copiæ, qua potissimum parte in hostium fines irrumpendum, eã Hetruriæ partem quæ inter Fesulas iacet & Aretium, omniũq; rerũ copia abundaret, inuadere constituit, oĩm primũ Flaminij consulis temeritatem secutus, cuius ingenium ne hosti quidem erat ignotum: Fesulas progressus mittit qui subiectos campos late incendijs & cœdibus fœdarent, ac quam maximã possent Romanorum oculis vastitatem ostenderent. Flaminius qui ne Pœnis quidẽ quiescentibus, ipse quiescturus erat, vbi sociorum res ante oculos vastari vidit, quum legati & alij, qui consultanti aderant, cẽserent alterum consulẽ expectandum, interea equitatu & auxilijs leuis armaturæ arcendã hostium populationem, iratus ex concilio se proripuit, signũq; itineris ac pugnæ militibus proposuit, quin clamitans ante Aretium sedeamus, hic patria, hic penates sunt. Hannibal interim Italiam populetur, Romam capiat, vt sicut olim ex Veijs Camillus, ita nunc Flaminius ex Aretio ad patriam ex hoste repetendam accersatur. Hæc ille vociferans, quum irarum plenus equum ascendisset, eo repente collapso in caput ad terrã effusus est. Nunciatur inde signa nulla vi molliẽtis signiferi reuelli posse, num inquit cõuersus ad nuncium, & tu literas a Senatu affers, quæ me in pugnam descendere prohibeãt? Abi & dic vt signum effodiant, si ad conuellendũ manus torpescunt. Hæc mãdat, atq; vna iter ad hostem intẽdit. Insinuat se Cortonẽsis agri montib⁹ Trasimenus, viaq; angustior inter vndas, lacus, & montes relinquit transirevolẽtibus, quibus egressis latior se pandit campus, vndiq; fere collibus, circundatus, præterquã a fronte, quæ planities lacu alluitur, hunc lacum insidijs aptum Hannibal conspicatus, in aperto cum Aphris & Hispanis castra locat post montes leuem armaturam cum auxiliaribus circundedit, equites ad ipsas fauces mõtis tumulis apte tegentibus iubet considere, vt quum Romani fauces euasissent, a tergo angustias improuiso occuparent, ita vt omnia aqua & montibus & armis vno tempore clauderẽtur. Flaminius, qui hostem e vestigio sequebatur, quum circa solis occasum ad lacum peruenisset, postridie inexplorato angustias euadit, cui egresso id hostium prius occurrit oculis, quod in apertis sedebat cãpis, moxa tergo & a lateribus detectæ insidiæ & clamor vndiq; reddidus. Perculit Romanos improuisa res, auxitq; pauorem nebula ex proximo lacu in planitiem effusa. Erant Pœni ex insidijs coorti inter se satis conspicui, quum altiora loca tenerent, vt vno tempore in subiectos hostes decurrerent. Romani contra omnium sibi rerũ prospectu adempto ad strepitũ & clamorem vertebant ferri aciem, quãquam ab initio tantus pauor animos inuaserat, vt vix manus ad sustinenda tela sufficerent. Hãnibal postq; vt perierat, hostem vndiq; clausum habuit, aciem ex aduerso mouit. Pluribus itaq; locis vrgeri cœperat Romanum agmen, quam vt acies instrui, aut arma aptari potuerint. Flaminibus cæteris metu per culsis, ipse, vt in re trepida, nihil territus, suos alacri voce hortari, atq; ex omni parte, qua reddebatur hostilis clamor, aciem instruebat, stare suos, fortiter pugnare iubet, virtute ac vi, non precibus & votis inde euadendum, per medios hostium cuneos perrumpendam viam, quo plus audaciæ adesset, eo minus periculi. Sed neq; hortatio neq; imperiũ, præ nimio strepitu exaudiri poterat, tantũq; aberat vt ad ciendã pugnam animus competeret, vt ne arma quidem, vt dixi, ab initio miles satis valide tractaret, onerareturq; illis potiusquã tegeretur, exaudiri interim vulnerum ictus, & gemitus moriẽtiũ eratq; maior aurium quã oculorum vsus. Hic quũ passim Romani cæderentur, conati sunt pluribus locis vi perrumpere, qd vbi id frustra sæpius tentatum est, desperatio animos ad pugnam accendit, actum atrociter aliquãdiu est dimicatum: nec pugnatalis fuit, qualis instructa acie esse soleat, sed vt fors aut hos, aut illos in arctum compulit, ita acriter prælium inibatur, fuitq; interim tanta intensio animorum, dum hi de vita illi de victoria dimicant, vt quum eoipso tempore adeo vehementer mota sit terra, vt plerecq; Italiæ vrbes magna sui parte corruerint, nemo tamen pugnãtium senserit eum motum, tris circiter horas dimicatum, vbi cq; atrociter, sed circa consulem maior cẽ alibi pugna fuit, eum robora virorũ sequebantur, & ipse quacunq; suos degrauari senserat, impigre ferebat illis opem, hostem etiam cõminus petebat, quẽ fortiter dimicantem Insuber eques, Ducario fuit illi nomen, lancea transfixit. Triarij obiectis scutis corpus protexere, ne ab hoste spoliaretur. Verum amisso duce haud multo post fuga ab ijs qui eum cadentem viderãt, orta est, inde passim remissa pugna diffugit quocũq; metus aut occasio spem præbebat, in montes, in lacum abeunt, viri equiq; alij super alios ẽcipitantur. Multi qui in lacum refugerant capitibus aquis extabant, hos Pœnus eques insecutus, passim ferro conficit, plericq; in altos fluctus nando euasere, sed deficiẽtibus membris, paulatim ad littus relati, ab hostibus ferro excepti perierunt: sex milia ferme, q in primo agmine steterunt, eruptione per aduersos hostes impigre facta, ignari oĩm quæ post se fierent, ex saltu euasere. Consedit id agmen in proximo tumulo euentum pugnæ expectans quum interim in densa caligine tãtũ auriũ sensus vsus esset. Verum vbi nebula sole depulsa, mõtes in liquida luce, planicies q Romanã aciẽ fœde, pstrataostẽdere, tã fœua clade perculsi, psentiscq; periculi simul admoniti, ne in ꝓximo cõspecti ab hoste opprimerẽtur, sublatis signis, cẽ citissimo potuerũt agmine, se se in ꝓpinquũ vicũ, pripuerunt. Eos Maharbal, ab Hãnibale missus sequẽti nocte equitibus assecut⁹, vndiq; circũsessos, data fide fore vt traditis armis, cũ singulis vestimẽtis incolumes dimitteret, deditos cõtra fidẽ in castra reduxit. XV. milia Romanorũ ea acie cęsa dicunt, totidẽ & amplius, vt Polybi⁹ ait, capta, decẽ milia diuersis itineribꝰ Romã petere, ad. LX. hoĩm milia ꝓlio cõflixerãt, horũ q̃tuor vrbanæ legiões fuere, cęteræq; auxiliares sociorũ copiæ, mille & q̃ngenti hostiũ eo die cæsi, ac postea multi vtrinq; vulneribus sunt absumpti. Hãnibal captiuos latini noĩs, & alios Ro. socios benigne appellatos sine precio dimisit, iussitq; eorum principes qui in pugna perierant sepeliri, & vt saucij diligenter curarentur, dedit operam, testatus venisse se, non vt Latinis & cæteris Italiæ populis bellum inferret, sed vt supbissimo Romanorũ dominatu Italiam liberaret, & hæc Pœnus ad cõciliandã clemẽtiæ famã, quũ ferro alioq; & immani esset ingenio.

Oculo capitur Hannibal.

Flaminij præceps ingenijũ.

Trasimenæ angustiæ.

Stratagema Hannibalis.

Flaminij ferocia.

Ad Trasimœnũ Romanorũ cædes.

Terræmotus.

Flaminij casus.

Romã.fuga.

Cæsorũ numerus

Simulata Pœni clemẽtia

Flaminij corpus ad sepulcrũ requisitũ inueniri nõ potuit. Romæ ad primum tantæ cladis nuncium ex tota



ex tota vrbe cum trepidatione in forũ est concursum, alius alium scisciteri, ecquænã clades nũciata esset, qñ, & vbi accepta. Cæterũ quũ nihil certi traderetur, multitudo ingens in comitiũ & curiam versa, magistratus euocabat: tũ haud multũ ante solis occasum, M. Pomponius ꝓtor vrbanus ad populum egressus, magna inquit Quirites pugna victi sumus, ad quã vocem tantus terror & tumultus ortus est, vt non minor animorum consternatio Romæ, quam in prælio fuerit. Peruasit Rumor ciuitatem, cęsum consulem cum magna parte copiarum. Solicita & anxia multitudo postero die, sese ad portas effudit viri promiscue & fœminæ, quæ suorũ fortuna esset exploraturi, varijs hinc scisciteãtiũ affectus, vt quisq; de suorum morte, aut vita, certior factus esset, mulierũ multo maiores planctus & gaudia extitere, quarum vna filium eximproui so intuita, in eius complexu expirasse dicitur, altera filij morte falso nunciata, quum mœsta domi sederet, atq; ille incolumis ad eam irrupisset, subita lætitia velut ruina quadã oppressa, cõfestim exanimata est. Accessit Trasimœnæ cladis cumulo alia recens iactura, quatuor milia equitum qui a Gn. Seruilio sub id tẽpus, quo male pugnatũ est, ad collegã mitebant. C. Centonij ductu, ab Hannibale in Vmbria circũuenti, in hostiũ potestatẽ venere. His igitur cladibus alia super aliam ciuitas afflicta, ad vnicum reipub. remedium confugit, & quia cõsul aberat, Dictatorẽ, qd nunquã antea fieri conigit, Q. Fabium maximum populus creauit, nisi prodictator ille potius fuit, qd & Liuius suspicari mihi videt. Is quãcunq; est potestatẽ adeptus, magistrũ equitum M. Minutium Rufum dixit. His negociũ datum, vt muros & turres vrbis firmarent, Præsidia quibus locis videretur, disponerent, pontes fluminum rescindi iuberent, pro vrbe iam inde dimicandum, vbi Italia defendi non posset, vsq; adeo martius ille Po. Ro. vigor præsenti clade conciderat. Pœnus interim Spoletum vsq; per Vmbriam venit, quam vrbem oppugnare adortus cum multa suorum cęde est a mœnibus repulsus. Sedet Spoletum in ipsis faucibus Vmbriæ, cui arx imminet & opere & natura insignis, acre & bellicosum genus hominum, vt Romanos colonos cognoscas. Hannibal ex vnius coloniæ oppugnatione parũ prospere tentata secum reputans, quanta esset ipsius vrbis moles, in Picenum agrum iter auertit, vbi aliquot dies statiua habita, regionecq; interim populationibus fœdata, per Preputianum agrum, & Adrianũ populabundus in Marsos transgressus est, Marrucinis inde & Pelignis pari clade affectis, circa Arpos & Luceriam consedit. Seruilius qui in Gallia erat, vbi collegam cum exercitu cæsum audiuit, veritus ne se absente victor hostis ad vrbẽ oppugnandam accederet, ex Gallia citato agmine Romam venit. Fabius interim patribus autor fuit, vt decẽuiri Sibyllinos libros inspicere iuberent, quorũ monitu ipse dictator Erycinæ Veneri ædẽ vouit, Attilius prætor Menti. Sunt & Martis sua vota nuncupata, & Ver sacrum Ioui votum, si respu. in quinquenniũ eo quo fuerat, mansisset statu, vt quicquid Ver vnum ex Ouillo, Suillo, & Caprino tulisset grege, id Ioui sacrũ esset. Supplicatio adhæc & Lectisternium indictum. Et quum per hæc satisfactum religioni videretur, Fabius duabus vrbanis legionibus conscriptis, via flaminia Seruilio venienti obuiã progressus, circa Otriculũ agmẽ intuitus ad consulem misit, vt ad se sine lictoribꝰ veniret, paruit ille dicto, quæ res venerandã magistratus propemodũ vetustate aboliti, speciem ciuium & sociorũ qui aderant animis astruxit. Quũ dictator adhuc ibi esset, literæ ex vrbe allatæ sunt, quæ significabant onerarias Romanorũ naues, quæ in Hispaniã cõmeatũ ad exercitum vehebant, a Punica classe circa Cosanum portũ in ora Hetruriæ captas. Quo nũcio permotus dictator, Seruilium cõsulẽ Ostiam ire iubet, atq; nauibus quæ ibi erant, milite instructis, hostẽ persequi. Ipse cum exercitu Tybur primo, quo diẽ nouo militi vt veniret edixerat, Prænestẽ inde profectus, transuersis itineribus in latinam viam egressus, non nisi exploratoducens haud procul Arpis in conspectu hostiũ cõsedit. Hannibal postridie structa acie Romanis pugnæ copiam fecit, vbi vero omnia apud illos quieta vidit, increpãs, victus est inquit martius ille Romanorũ animus. Iã Pœnis de virtute cõcessum est. Hæc ille verbis, animus vero tacita cura perculsus est, vbi sensit Ro. populũ suo malo edoctũ, parẽ sibi ducẽ q̃ssuisse. Castris inde huc illucq; sępius trãlatis, nũc procul abeundo, nunc eodẽ, vñ digressus erat, reuertendo Fabio insidiari. Ille per ardua loca ducens, neq; ab hoste vspiã abscedere, neq; cõgredi, nõ nisi ex tuto lignari pabulariq; suos pmittebat, nullã insidiandi occasionẽ hostibus relinquere, incidebantq; interim leuiora prælia, quæ nõ nisi ex occasione cõmissa plurimũ prosperæ Romanis cedebant, fiebatq; per hæc in dies miles audacior & magis cautus ad hostium artes eludendas. Cæterũ quantũ Fabij prudentia hostem solicitũ habebat, tantũ Minutiũ magistrũ equitũ insestum, qui cunctatorẽ pro dictatore, segnẽ pro cauto, pro circunspecto timidũ, vicina virtutibus vitia affingẽs, appellabat. Transijt interim Hãnibal ex Arpis in Sãnium, Beneuentanũq; agrũ depopulatus, Telesiã vrbẽ vi cepit, quũ nulla interim sociorũ iniuria Fabiũ impelleret ad aliq̃d temere agendũ. Edoct⁹ interim fieri posse, vt si in Cassinatẽ agrum duceret, occasio aliqua daret trahendi hostis in insidias socijs auxiliũ ferẽtis, duci imperat, vt se in Cassinatem agrum ducat. Vox barbara effecit, vt dux pro Cassino, Casilinum acceperit. Per alifanum igitur Calatinũ & Calenũ agrum in campũ stellarẽ descẽdit. Hic vbi Hannibal oĩa montibus & fluminib⁹ inclusa intuitus est, vocatumq; ad se ducem rogat, in quẽ se locum perduxisset, respõdit ille Casilini eo die cum exercitu futurum. Tum vero cognitus est error, ducemq; ad aliorum terrorẽ in crucẽ sublato ipse quo deprehensus erat loco metatur castra, Maharbalemq; cum Numidarum ala in Falernum ager grum prædatum mittit. Processit ea populatio vsq; ad Sinuessanas aquas, maiorq; fuit terror quam clades. Hannibal Vulturnum progressus, amœnissimum Italiæ agrum, in conspectu Romani exercitus, ferro & igni populatur. Confederat Fabius ad radices Massici montis, ostendebatq; se tantum hosti, quæ cunctatio, quum per se parum grata erat militibus, tũ Minutij obtrectatione multo inuidiosior, ita vt parũ res a seditiõe abesset. Exaudiri itaq; militũ querelæ dictatoris segnitiem proscindentiũ. Fabius etsi satis compertum habebat cunctationẽ suã nõ minus Romæ quã in castris infamẽ esse, obstinatus tñ reliquũ æstatis suis artibus extraxit. Et iam hyems appetebat. Hannibal locorum naturã secum contemplatus, quæ magis præsentis voluptatis erant, cẽ perpetuę copiæ, alium hybernãdi locũ circunspicere cœpit, q̃ vbi indicio sunt ad Fabiũ delata, ratus fore, vt per easdem Pœnus angustias quibus intrauerat abiturus esset, Callicanum montem & Casilinum, modicis occupat præsidijs Casilinum Vulturnꝰ amnis intersecat, Falerni agri Cãpaniq;

Seruilii reditus ex Gallia.

Vota. Ver sacrum.

Fabij cõstantia.

Fabij cõsilium.

panicq cõfiniũ. Ipſe eiſdem iugis quibus antea ducens e veſtigio ſequit: mittit prerea. CCCC. eqtes
Mancini temeritas. ſociorũ exploratũ cum L. Hoſtilio Mãcino, his mãdatũ erat, vt quãtũ tuto poſſent, hoſtiũ conſilia & proceſſus explorarẽt. Incidit ala hæc in vagos Numidas, quorũ paucis per occaſionẽ cæſis, cęteri, ſua arte, nunc cedendo, nunc ferociter in pugnã redeũdo, Mancinũ & alios minime mãdatorũ Fabij memores cum multa equorũ fatigatione in ſua prope modũ caſtra pertraxerunt. In eos Carthalo equitũ præfectus cũ recenti equitatu inuectus, per quincq ferme milia paſſuum fugientes eſt ſecutus. Ibi Mãcinus nullum vrgendo finẽ fieri intuius, qui circa erant cohortat⁹, manũ cum hoſte conſerit. Sed pauci pro hoſtiũ numero & feſſi momento temporis ferro proſternuntur. Pauciſſimi, qui fugam occuparant, in caſtra ad dictatorem nouæ cladis nuncij peruenerũt. Eodem die Minutius ſe cum dictatore iunxerat, a Taracinenſi ſaltu inſedẽdo reuerſus, ne Pœnus per Appiã viam in Romanũ agrũ irrumperet. Poſtridie caſtra in viam delata, qua hoſtis ductur⁹ erat, eſtq nonnihil vtrinq dimicatum, magis ex dictatoris quam Annibalis ſententia. Hoſtem gradu ſummotũ Romanus miles perſequi noluit. Senſit Pœnus ſuis ſe artibus peti, vbi ſaltum per quẽ venerat ab hoſte teneri exploratũ habuit, quia igitur
Aſturũ Annibalis conſilium. per Caſſilinum non poterat, per Caliculę iugũ euadendũ ratus, in Punicã artẽ cõuerſus, tale eſt oculorũ ludibriũ cõmentus. Ad duo milia boum invnũ coegit, quibus ſarmẽta cornibus alligat, ſub noctẽ inde armento montiũ radicibus admoto, materiã, quæ cornibus applicita erat, ſimul incẽdit, ſimulq boues in aduerſum iugum concitari iuber. Hi flamma primo, mox calore exterriti, velut furijs acti, ca
Noctur nũ oculorum ludi brium. pita quatientes, diuerſi per ſaltum præcipiti curſu abierũt, vt eodem tpe montes & ſiluæ ardere viderentur. Qui ſaltum præſidio obtinebant, vbi oĩa late conflagrare viderunt, ac ſupra ſe aliquot ignes vagari, circumuentos ſe rati, in altos montes abierunt. Tum in palatos boues incidentes, miraculo rei attoniti, paululum ſubſtitere, humana demum fraude deprehenſa, maiore quam antea curſu ne circunuenti obtruncarentur, in tutum conceſſerunt. Hãnibal traducto per ocium exercitu in Aliſano agro conſedit. Senſit Fabius nocturnum tumultũ cæterum inſidias veritus, in caſtris vſq ad lucem ſe tenuit. Inde ſub iugo montis diuerſa parte prælij fuit, vbi haud dubie clades aliqua erat hoſtibus accipienda, Romanis eorum leuem armaturam degrauantibus, niſi Hiſpana cohors corporum & armorum agilitate, per abrupta & confragoſa loca decurrens, Romanum militem grauem armis, ſtatariæq pugnæ, quã tumultuariæ aptiorem, facile eluiſſet. Fabius vbi hoſtem vidit e manibus elapſum, ſaltum tranſgreſſus, ſuper Aliſas loco alto ac munito conſedit. Tum Hãnibal Romam ſe pe
Fabius ſup Aliſas facit caſtra. tere ſimulans, in Pelignos vſq populabundus venit. Fabius mediis locis inter vrbẽ Romã & Pœnũ ductare, nec ab hoſte abſcedens, nec prælio congrediens. Ex Pelignis ille retro ſi exit iter, atq in Apuliam reuerſus, Glerenum vrbem metu ab incolis relictã occupat, Liuius Gerionẽ vocat. Dictator in Larinati agro caſtra cõmuniuit, nec multo poſt Minutio ĩ caſtris relicto, ſacrorũ cã Romã reuerſus eſt.

M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE LIBER II.

PRINCIPIO ætatis, q̃ hæc in Italia geſta ſunt, in Hiſpania, vbi iã antea terreſtre bellũ exardeſcere cœperat, mari quoq eſt bellari cœptum, Haſtrubal. xv. nauium claſſe Himilconi tradita, ipſe ex noua Carthagine profectus, prope littus ducẽtabat exercitum, cõſtigere paratus, quacunq parte copiarum hoſtis occurriſſet. Cn. Scipio, audito Pœnorum ex hybernis digreſſu, quia ipſos abũdare terreſtribus auxilijs conſtans fama erat, lectiſſimorũ militum parte in naues impoſita, quincq &. xxx. nauium claſſe obuiam hoſti ire pergit. Biduo quam Taracone profectus erat ad ſtationem conſedit. xx. milia paſſuum ab Iberi amnis oſtio, vbi erat Punica claſſis. Speculatoriæ Maſſilienſium naues ſignificarunt, Punicam claſſem in oſtio fluminis ſtare. Nec procul inde in littore Haſtrubalem cũ exercitu eſſe. Scipio vt improuiſo acceſſu hoſtem opprimeret, ſublatis anchoris ad Iberum curſum tetendit, ex turrib⁹ quibus paſſim Hiſpani pro ſpeculis & receptaculis aduerſus latrones vtuntur, Romana claſſe procul inſpecta, datum eſt Haſtrubali ſignum tumultuſq prius in caſtris, quam ad mare fuit. Nuncij inde alij ſuper alios ab Haſtrubale miſſi, remiges & ſocios nauales, toto littore ſparſos, ad naues ſubito compellũt, Romanã claſſem haud procul abeſſe, cum tumultu & clamore nunciãres. Mox & Haſtrubal cũ omni exercitu affuit. Magna ibi trepidatio orta remigum militumq in naues ruentium. Vix dum omnes conſcenderant, quum alij reſoluunt, lora & anchoras euellunt, alij ne anchoræ in mora ſint, inciſis loris in apertum euadere ſatagunt. Erat nautis miles impedimento, contra militi nautę. Sed dum hi naues, illi arma ſtudio comparant, feſtinantq potius quam neceſſaria expediunt, Romani tumultuoſe ſuperueniunt. Breuis itaq naualis pugna fuit, Punicis nauibus circa littora diſiectis, milites juxta ac remiges, quiſq p ſe ad amicam aciem, quæ in littore ſtabat, perfugiunt. Duæ primo congreſſu naues captę, quatuor ſuppreſſæ: Romani etſi hoſtium agmine totum litus tenebatur, quincq & viginti punicas naues, ſua rum puppibus religatas, in altum pertraxerunt. Scipio poſt eam victoriã omni ora maritima potitus, Onuſtam vrbẽ vi captã diripit, nouã inde Carthaginẽ delatus, ſuburbanũ agrũ circũquaq popu
Ebuſus. latus eſt, tecta muro vrbis ſubiecta flãmæ iniectu cõcremauit. Ad Longuticã deinceps claſſis appulſa eſt, vnde vim Sparti ingentẽ ab hoſte ad naualẽ vſum cõparatã Romanus imperator ſuſtulit. In Ebuſum inſulã victrix inde claſſis tranſmiſſa, vbi vrbs caput inſulæ biduo fruſtra oppugnata eſt, agergq vaſtatus, aliquot vicis direptis & incenſis. Iacet Ebuſus inter Hiſpaniã & mauritaniã, ex iſjs vna quæ a pineo frutice Pytiuſæa a Græcis dicunt, patet qua dringentorũ ſtadiorũ circuitu. Ebuſi terra ſerpentes fugare creditur. Gignit & cuniculos populantes meſſem. Conſtat baleares q eodẽ tractu ſunt aduerſus animalis huius prouentum, ab Auguſto principe militare auxiliũ quãdoq imploraſſe. Recepertq ſe Romani ad naues, cũ ex balearibus inſulis legati affuere, pacem a Scipione petentes, Iacent Baleares inſulæ contra Hiſpaniæ oram, q̃ inter Taraconẽ & Sucronẽ extenditur, duæ numero, fundaq bellicoſæ, eas Græci Gymneſias dixere, maior circuitu patet. CCCCLXXX. milium paſſuũ, centũ longitudine, diſtat inde minor. CCL. ſtadijs, cuius lõgitudo habet trecenta ſtadia, circuitus mil-



Haſtrubalis cõſilium.

Scipio hoſtem petit.

le &. CC. Scipio in citeriorem Hiſpaniam reuerſus plures dies, oĩm gentiũ, quę Iberum accolunt & ex extrema Hiſpania legatos audiuit. CXX. populi & ampli⁹ Romanę ditionis, datis obſidib⁹, facti ſunt
Scipiõis ſucceſſus in Hiſpania. Quibus ille ſucceſſibus elatus cũ terreſtrib⁹ copijs ad Caſtulonenſem vſq ſaltũ proceſſit, Haſtrubale in Luſitaniã propius oceanũ cõpulſo, fuiſſetq reliquũ ætatis quiete actũ, niſi Mãdonius Ilergetũ regulus, poſt Scipionis diſceſſum, in pacatũ agrũ ſociorũ populi Romani cũ ſuis popularibus hoſtiliter irrupiſſet. Miſit Scipio in Mandoniũ tria milia
Mandonius Ilergetũ dux peditũ, cũ expeditis auxilijs, quorum aduentu Ilergetes partim cæſi ſunt partim armis exuti: Cæterũ motus ille Haſtrubalẽ cis Iberum reuouit, vt Carthaginienſiũ ſocios tueretur: Celtiberi, qui Romano duci obſides dederant, ipſius literis moniti vt in Pœnus arma caperent, Carthaginienſium vrbẽ adorti, breui tria ex hoſtibus oppida vi capiunt, bis inde cum Haſtrubale prelio congreſſi, ad. XV. milia hoſtium interfecerunt, quatuor milibus captis, & cum his pleraq ſigna militaria adempta.
P. Scipio nis acceſſus ĩ Hiſpaniam. Erantq in hoc ſtatu res Hiſpaniæ, quum P. Scipio, qui priore anno conſul fuerat, cum. XXX. longis nauibus, & octo milibus militũ, magnoq cõmeatu in prouinciã venit, prorogato ei poſt conſulatũ impio, Taraconis portũ tenuit, magna ciuium ſociorumq lætitia, exercituq in terrã expoſito, Taracone pfectus, cum fratre iungit, qui cũ bellũ deinceps concordi animo geſſit. Pœnis celtiberico bello occupatis, duo Scipiones Saguntũ ire pergunt. Erant ibi totius Hiſpaniæ obſides, idq vnũ pign⁹ Hiſpanorum animos, a Romanorum ſocietate ad quã amplexandã alioqui propenſi erant Hiſpani, metu arcebat, ne defectionis culpa filiorũ ſanguine lueretur. Haud dubie apparebat, ſi Saguntum Romani recepiſſent, eſſentq parentibus reſtituti obſides, ipſorum beneficio fore, vt ea res oĩm principum Hiſpaniæ ſtudium & amicitiã Ro. Popu. cõciliaret. Cæterum Acedux homo Hiſpani generis,
Boſtar obſidũ Hiſpanorũ cuſtos qui tum Sagunti erat, ad Romanos tranſiturus, Boſtari, qui arcẽ præſidio obtinebat, perſuaſit, vt ad Hiſpanor animos beneficio occupandos, vltro illis obſides reſtitueret, expediturũ id rei punicæ demonſtrans, ſi prius quã fauor ad hoſtes aperte incli naſſet, populorum & principũ ſtudia obſidum reſtitutiõe in priſtina fide retinerent, quãdo oẽs ſibi credi vellent, fideſq habita fidẽ obligaret. Pollicitus ad id Acedux ſuam operam, ſi cura ſibi puerorum domum reducendorum eſſet delegata. Aſſenſus eſt Boſtar Aceducis conſilio, tẽpuſq & modum inter ſe conſtituunt. Placuit noctu, ne Romani ſentire poſſent, puerille agmen deductum iri. Ille vero cũ Scipionibus de tota re colloquiũ occulte habuit, p miſſaq obſidum traditiõe, docuit, qua hora noctis & qua regione, cum obſidibus ex vrbe egreſſurus eſſet, atq ita velut imprudens in inſidias delatus, cum pueris in caſtra perduct⁹ eſt. Obſides non parua Romanorum gratia, eo ordine, quo a Pœnis reſtituendi erant, per Aceducem ſunt ad ſuos reducti.
Hiſpanorũ obſides reſtituuntur. Fuiſſet continuo gratia id meritum ſecuta, niſi hyems tam Pœnos quam Romanos in hyberna concedere coegiſſet: & hæc in Hiſpania ſecunda æſtate Punici belli geſta. Fecerat interim in Italia Fabij dictatoris prudentia Romanis cladibus non nihil interualli, angebatq res ipſa Hannibalẽ vehementer, q hoſtis bellum ratione non fortuna ad miniſtrabat. Sed quantũ exiſtimationis ea cunctatio apud hoſtem Fabio pepererat, tantum odij & obtrectationis apud ſuos, auxitq pſentę inuidiã, q Hannibal Punica fraude, vt eius moram ſuſpe-

Baleares inſulæ.

Fabius agrum vendit.

Proſpa gna.

Hãnibal lis ars.

Aequat imperiũ dictatori & magiſtro eqtũ

Fabius & Minutius partiuntur copias.

Hãnibal lis ars in Minutio capiẽdo.

ctiorem redderet, ab eius agro ſibi a perſugis commonſtrato ſuos pertinaciſſime abſtineret, adeo cal
lidus imperator in omnes partes, Romanam ſimplicitatem, ne ſtultitiã dicam, ſuis verſabatur artibus. Acceſſerat huic inuidiæ, q Fabius ſine patrum auctoritate cum hoſte de captiuorum permutatione tranſegerat. At vtri plures captiuos acciperent quã darent, in ſingula militum capita, bina pondo argenti & ſelibras penderent: quũ aliquanto igitur maior foret Romanorũ numerus, eſſetq ſumma q̃dam argenti ex publico data, quod de ea re tardius populus rogaretur, filio Romam miſſo agrum qui intactus ab hoſte fuerat, vendidit, fidemq publicã priuato exoluit impẽdio: Sed nihil æque ac pugna quæ eo abſente magis læte cẽſ proſpere a Minutio pugnata eſt, dictatoris moram cõtemptibilem reddidit. Eo namq Romam profecto, Minutius quũ ex montibus in planum caſtra detuliſſet, cum Hannibale apud Gerionẽ ita acie dimicauit, vt primo impetu Pœni ſint vſq in caſtra fuſi: inde terrore in Romanos, ob ſubitam eruptionẽ, verſo, equatũ ſit certamẽ. Sed quum atrociter vtrinq dimicaret, Numerij Decimi Samnitis interuentu qui cũ octo milibus peditum &. CC. equitibus veniebat in Romana caſtra, iterum hoſtes intra vallum ſunt compulſi, ſuis a Pœno trepide receptis, ne ab hoſte intercluderentur. Cæſa eo die ſex milia hoſtium, duoq caſtella capta. Romanorum quinq milia. Cæterum pari pene clade vtrinq accepta, vaniſſimis Minutij literis factum eſt, vt velut Fabij cunctatio in mora eſſet, quo minus cum hoſte debellaretur. M. Metellus Tri. pl. rogationẽ tulerit ad populũ, de æquãdo dictatori & Magiſtro eqtũ imperio magno q dẽ ſtudio id Tribun⁹ rogauit, at maiore alicq to C. Terentius Varro rogationẽ ſuaſit, homo fordido loco natus, etſi prętor priore anno fuerat. maximo q uidẽ ſtudio quod rogabatur populus iuſſit, eam legem oẽs in dictatoris contumeliã latam accepere. Ipſe qua animi grauitate criminãtes ad mul
titudinẽ tulerat, eadẽ & populum in ſe fœuientem tulit. Et iam Roma digreſſus erat, quum literæ a ſenatu reddite ſunt de imperio ipſi & Minutio æquato. At ſatis fidens cum imperij iure imperandi artẽ æquari nõ potuiſſe, animo vt ab hoſtibus ita a ciuibus inuicto in caſtra redijt. Minutius quo die primum cum Fabio congreſſus eſt, eum coegit vt alternis diebus, aut maioribus interuallis imperaret. Negare Fabius omnia arbitrio vnius committenda, cæterũ communicatũ ſibi cum illo, non ademptum imperium, nec ſe perpetuo gerendarũ rerum conſilio ceſſurũ, diuiſurũ itaq potius cum eo exercitum: vt qñ totũ nõ poſſit: partẽ ſaltẽ copiarũ conſilio ſeruaret. Atq ita illi legiones partiti, Primam & quartã Minutius, ſecundã & tertiã Fabius eſt ſortitus. Pari ratione auxilia ſociorũ ex æquo diuiſa. Minutius copijs in hunc modũ diuiſis, diuerſo a dictatore loco caſtra cõmuniuit. Nec multi inde dies interfuere, Hannibal, quẽ nihil eorũ pteribat, q̃ in Romanis caſtris fiebant, ad Minutium capiendum quincq milia hominum in anfractu vallis, vbi caue quædam erant rupes, noctu in inſidijs locat. Inde quod certo futurum ſciebat, vt omnibus ſuis co
legionibus

legionibus succeſſit. Hannibal alia atq; alia mittēs auxilia iam iuſtam explicauerat aciem, leuis Roma norum armatura iniquo ſuccedēs loco, ſub initiū pugnæ ad equites repulſa eſt, terror inde & equites ad ſigna legionum compulit, ſtabant tamen legio narij in acie, ſua vi ſubnixi, quum ex obliquo hoſtes ex latebris cohorti clamorem extollunt, qui a lateribus & a tergo incurſantes, tantum terrorē Romanis intulerant, vt neq; animus ad pugnam, neq; ad fugā pedes cuiquā ſupereſſent. Tum Fabius vbi rē in apertū diſcrimen adductā vidit, haud ciuius inquit quā timui temeritatē fortuna deprehendit. Iā Minutius Fabio æquatus, Hānibalē virtute & fortuna videt ſuperiorē. Sed aliud ſuccēſendi tēpus erit, in Pœnū curſum tendite, victoriā e manibus extorquete hoſtibus, erroris confeſſionem ciuibus. Iam multis cæſis, alijs fugam circunſpectantibus, Fabiana acies velut cœlo demiſſa auxilio ſeſe obtulit. Vix ad iactum teli ventū erat, quū ſuos a fuga, hoſtes a cæde cōtinuit. Et iam ex duabus vna acies facta ferocius prælium inibat, quum Hannibal receptui cecinit, faſſus ab ſe Minutiū, ſea Fabio eo die victum. Sunt qui ſcribant dixiſſe eum ſemper futurum putaſſe, vt nebula illa quæ tandiu in montibus ſederet, fœdam ſibi aliquando effunderet procellam. Poſteaquā vtriq; in caſtra reuerſi, Minutius vocatis ad ſe militibus, Credo vos inquit milites aliquando audiuiſſe, Primum eſſe virū eū qui per ſe ipſe conſulat, quid in re ſit. Secundum q recte conſulenti obediat. Qui nec conſulere ſciat, nec parere, hunc extremæ ſortis eſſe. Nunc qa prior illa virtus nobis negata eſt, alteram ſaltem teneamus, vt quoad imperare didicerimus, prudentioribus parere in aīm inducamus, cū Fabio iterū caſtra iungere conſtituī, & quum ſigna ad eius prætoriū ſtatuerimus, egoq; dictatorem patrem ſalutauero, quod & beneficio eius erga nos & maieſtate dignū eſt, vos milites, quorum virtute ſalus veſtra hodie defenſa eſt, patronos appellabitis, atq; ita ſi nullā aliam laudē gratorum certe animorum hic dies nobis gloriam afferet. Signo deinde dato ad dictatoris caſtra agmine conſeſtim itur. Mirari Fabius, & qui circa illum ſteterāt, Minutij & aliorū acceſſum. Vbi vero ſigna in cōſpectu ſubſtitere, magiſter equitum dictatorem ipſum patrem appellauit, cæteri Fabianos milites, vt fuerat præceptū, patronos vocant. Tum Minutius parentibus inquit meis, quibus te Fabi nomine, quo potui, fando æquaui, tantum vitam deheo, tibi quum meam ſalutem, tum horum omnium, qui mecum in acie deſcenderant. Plebiſcitum igitur, quo oneratus ſunt magis quā ornatus, primus omnium antiquo atq; abrogo, & qd̄ tibi mihiq; atq; vniuerſo exercitui bene vertat, ſub imperiū auſpiciūq; tuū redeo, legionesq; reſtituo. Tu precor mihi & alijs placat⁹, me magiſterio equitū apud te fungi, hos priſtinos ordines tenere patiaris. Tū dextræ iunctæ, militeſq; miſſa cōcione inter ſe hoſpitaliter inuitati, ac lætus dies ex triſti, ac propemodū funeſto, eſt factus. Fama eius rei Romā perlata multū laudis attulit Eabio, laudare oēs ipſius viri prudentiā, optimūq; imperatorē prædicare. Nec minor de eo opinio apud Hannibalē & Pœnos eſſe, nihil obſcure prædicantes, ſentire ſe iā demum cum Romanis ſibi, & reliqua Italia bellū eſſe. Dū hæc in Italia gerebanť, Seruilius cōſul, cui a Fabio data fuerat prouincia hoſtiū mari inſectandorū, Corſicæ & Sardinię orā p̄teruectus, in Aphricam tranſmiſſurus Menigē inſulā inuaſit. Inſulani X. talentis argenti cōſuli datis, vt ab agrorū populatione abſtineret impetrarunt. Eſt Menix ad alterum minoris Syrtis promontoriū, ipſam Syrtim Lothophagitim cognomine dixerunt, & Menigē Lothophagorum terrā quidā credidere, quia in ea Vlyſſis ara oſtenderetur, & Lothos arbor illic pluſima. Scio ego ex illuſtribus ſcriptoribus quoſdā, & in his Plinium Lothum nō arborē, ſed herbā arbitrari. Menigem vſq; ſentitur vicinę Syrtis fluxus Hinc claſſis digreſſa Aphricæ littoribus eſt admota. Hic milites ſocijq; nauales inexplorato ad agrorum populationē miſſi in hoſtium inſidias incideruntquo factum eſt, vt cum multa cæde & trepidatione ad naues compulſi ſint, mille hoīm & cum his Sempronio Bleſo quæſtore amiſſis. Claſſis ex infeſto littore profecta in Siciliam rediit, qua Attilio prętori tradita, vt ab eius Legato P. Sura Romā reduceretur, ipſe conſul pedibus Meſſanam Profectus freto in Italiam traiecit, quo quum veniſſet, literis Fabij dictatoris in caſtra cum M. Attilio colle ga, qui in Flaminij locum fuerat ſubrogatus, accerſitus eſt. His Fabius finito ſemeſtris dictaturæ tempore legiones reſtituit, quo tempore Hannibal ad tantam cōmeatus erat inopiam redact⁹, vt cōſtitutū haberet, ſi noui conſules Fabiana arte bellaturi eſſent, nulla ſpe alendi exercitus amplius relicta, in Galliā cum omnibus copijs abire. Interim veteres conſules hybernaculis ad tempus cōmunitis, niſi ex turo aut per occaſionem omni alioqui certamine abſtinuere. Et iam impendente hyeme bellum ad Gerionem, ſiue vt Polybius ſcribit, Geronium conſederat. Legati per id tempus a Neapoli Romā venere, ab his quadraginta aureæ pateræ magni ponderis ſunt in curiam allatę, atq; ita verba facta, vt dicerent magnitudine belli quod in præſentia gereretur, ærarium Po. Ro. in dies magis exhauriri, æquum proinde Neapolitanos cenſuiſſe, quando pro vrbib⁹ & agris ſociorum pro capite & arce Italiæ vrbe Roma bellum gereretur, ſi quod auri ſibi a maioribus ad fortunæ ſubſidium eſſet relictum, eo populum Rom. iuuarent. Gratum ſibi patres & omne Romanum nomē facturum, ſi omnes Neapolitanorum fortunas ſuas ducerent, dignoſq; iudicarent, a quibus præſens donum, eo animo quo daretur, acciperent. Legatis gratię actæ, pateraq; mi nimi ponderis accepta eſt. Per eos dies explorator Carthaginienſium, qui bienniū Romæ fefellerat, deprehenſus, p̄ciſis manibus, dimiſſus eſt, quinq; adhæc &. XX. ſerui in crucē ſublati, qui in campo Martio coniuraſſe dicebanť, indici libertas data, & XX. M. grauis æris. Legati ad Philippum Macedoniæ regem miſſi, qui Pharium Demetrium a ſe bello victum repoſcerent. Alij in Liguriam ad expoſtulandum q̄ Hannibalē ſuis auxilijs iuuiſſent, & ad Pineum regem in Illyricum ad ſtipendium ab eo accipiendum. Adeo medio etiam ardore belli Romani in multas terrarū partes curas partiebantur. Aedes concordiæ quā L. Martius biennio ante in Gallia ſeditione militari vouerat, in arce faciendā hoc anno a Gn. Puppio Cæſonæ & Q. Flaminio locata eſt. Creati inde cōſules, C. Terētius Varro inſectatione patrū plebi cōciliatus, & L. Aemylius Paulus. Prætores. M. Claudius Marcellus in Siciliam, & L. Poſthumius Albinus in Galliam. Scriptę in ſupplemētū nouæ legiones, vt milia ſeptē & octoginta armatorū ſub ſignis cōſules habuerint quū paulo poſt ad Cānas eſt dimicatū. Prodigia eo quoq; anno aliqua facta dicunť. Romæ in Auētino & Ariciæ lapidib⁹ pluit, & in Sabinis aliquot ſigna cruore ſudaſſe creditū. Legati ex Peſto pateras aureas Romā attulerunt, his vt Neapolitanis reſpōſum nec aurum acceptum. Ab Hierone legati

Verba Hānibalis de Fabio. Minutij concio.

Exēplū gratitudinis in Minutio.

Fabij auctoritas.

Menix inſula.

Lothus.

Fabij dictatura ſe abdicat.

Legatio & munera Neapolitano rum.



legati per eos dies ad patres miſſi nunciarunt, regem grauiter tuliſſe caſum Flaminij conſulis, cædemq; exercitus ad Traſimenum acceptam. Cæterum multo id grauius laturum fuiſſe, ſi non exploratam haberet magnitudinem populi Ro. quæ ad mirabilior in aduerſis rebus eſſet q̄ in proſperis. Miſſa tamen a ſe omnia quibus a bonis fidelibuſq; ſocijs bella iuuari ſoleāt. Primum omnis cauſa victoriam auream pondo. CCC. XX. acciperēt, eam propriā ac perpetuā haberent, aduexiſſe ſe p̄terea. CCC. M. modiorum tritici. CC. hordei, & quantū p̄terea iuſſiſſent poſtea ſubuecturos. Scire adhæc millite equiteq; non niſi Romani aut Latini nominis P. Ro. vti. auxilia leuis armaturæ exteri generis vidiſſe ſe aliquando in Romanis caſtris, mitti p̄terea a ſe mille ſagittariorum funditorūq; manū aduerſus Baleares Mauroſq; non inutilem, monere inſuper vt p̄torem, cui⁹ Sicilia prouincia eſſet, cum claſſe in Aphricam tranſmitterent, vti hoſtes & ipſi in ſua terra bellum haberent, minuſq; laxamenti illis eſſet, ad ſupplementū Hannibali ſummittendum. Legatis reſponſum eſt bonū egregiūq; ſocium Hieronem eſſe, atq; iā inde ex quo in amicitiā P. Ro. veniſſet nihil in eo deſideratū, quod ab amico & ſocio fidelisſimo p̄ſtari poſſet, eſſe proinde eius munificētiam Po. Ro. perinde ac deberet gratā. Victoriam in Capitolio ſe dedicaturos, omē ciuitati gratiſſimum. Frumentū inde & funditores nouis Coss. dari, Naues quinq; & viginti Octaciij claſſi additæ, permiſſumq; vt ſi expedire reipu. arbitraretur, in Aphricam tranſmitteret. Milites, tū primū a Tribunis iureiurando adacti ſunt iuſſu cōſulū ſe cōuenturos, nec acie aut ſignis abſceſſuros eorū iniuſſu, quū ad id tps tantū ſacramento adigerentur. Cæterū ipſi inter ſe centuriati milites, equites decuriati iurarent, fugę aut formidinis cauſa nō abituros neq; ex ordine deceſſuros. Et quū iam conſules ad bellū profecturi eſſent, audirenturq; Varronis conſulis conciones ferociſſimæ futuræ temeritatis indices, fore vt paucis diebus cū in caſtra veniſſet, vt Po. Ro. audiret debellatum eſſe cū Pœno in Italia, hāc hominis vecordiā, quū alij plerique, tū Fabi⁹ vt pernicioſam reipu. auerſatus, pro magno habuit negocio Aemylio cōſulem quē ſaniore ingenio nouerat, etiam atq; etiā monere nequid temere ex ea bellādi ratione quā ipſe inſtituiſſet, & priores conſules poſt ſe diligenter ſeruaſſent, mutari pateretur: aut vnā illā viā eſſe prædicans hoſtis ex Italia ejiciendi, aut nullam ſupereſſe alia quę ad reſiſtēdū illi tuto iniri poſſet. Nec pateretur ſe collegæ temeritate diſtrahi, nec infamiæ finiſtri vę rumoris metu eo adduci, vt temere aliquid auderet. Ius ſępe a veritate laborare, extinguī vero nūq;. Gloriā ſæpe ſpretam cumulatiorē redire. Sineret ſe timidum pro cauto, tardū pro conſiderato, imbellē pro perito bello a ſuis vocari, modo a ſapienti hoſte timeretur, his & alijs Fabius cū Aemylio egit, ne aut collegæ temeritatē aut rumorē vulgi ſanis conſilijs publicæq; ſaluti anteponeret. Ille magis vera eſſe q̄ ſacilia actu quæ a Fabio dicerenť teſtatus nō videre ſe reſpondit, quid collegæ cōſilium aduerſus ſeditioſum conſulē valere poſſit, quū ne magiſter quidē equitum tolerabilis dictatori fuiſſet, orare ſe vt omnia proſpere euenirent. Sed ſiquid aduerſi acciderēt, hoſtiū ſę telis potius q̄ iratorum ciuiū ſuffragijs caput obiecturū. Ab hoc ille ſermone in caſtra profectus eſt. Hannibal etſi hoſtiū copias magnopere auctas videbat, gaudere tamen vehemēter nouorum cōſulū acceſſu, ratus fore, vt arte aliqua eos in certamen de ſumma rei traheret. Ad id inopiæ

Hieronis munificētia in Ro.

Iuſiurandum militare.

Varrōis vanitas. Fabij prudentia.

prodigia

Proſpera Ro. pugna.

Hānibalis ars in Ro. capiēdis.

Romani ppemodum cæpiuntur.

Digreſſio Hannibalis.

Aufidus fluuius.

ventum erat, vt. XII. tantum dierum cibaria in Punicis caſtris eſſent, nec vrbs aut vllus erat locus vnde frumentum expectari poſſet amplius, Hiſpanorūq; tranſitio ad Ro. parata erat. Interea temeritati conſulis præcipitiq; ingenio fortuna materiā præbuit aliquanto citius omnia perdendi. Tumultuarium certamen incidit, magis procurſu militum q̄ imperatorū iuſſu ortū, quo mille &. CC. hoſtiū cæſi, Romanorum ſociorum ve nō amplius centum, victoribus effuſe ſequētibus metu inſidiarum obſtitit Aemylius cōſul, cuius eo die erat imperium, alternis enim imperabant, Varrone ſtremente, vocī ferāteq; hoſtē collegæ ignauia emiſſum e manib⁹, Debellari eo die ni ceſſarum eſſet cū hoſte potuiſſe. Nactus Hannibal ſatis idoneā materiā ad inſidias hoſtibus inſtruendas, velut diurna clade affectus ſe ſe metu proripuiſſet, noctu caſtra omnis publicæ priuataeq; fortunę plena reliquit. Ipſe cum ſtructo exercitu poſt proximos montes in inſidijs cōſedit, & vt ſimilior veræ eſſet fugę, crebri ignes velut ſalendi hoſtis illa ſpēs fuiſſet, fuerant in caſtris relicti. Vbi igitur illuxit, cognituſq; eſt hoſtium diſceſſus, cōtinuo ſublatus eſt a militibus clamor, vt iuberētur, ſigna afferri ad inſequēdū hoſtem caſtraq; diripienda. Eratq; alter conſul velut vnus militaris furbæ, contra Aemylius identidē Puniçę fraudis ſuos admonere, nihil temere mouendum prædicare, miſſa itaq; eſt turma vna Lucanorū equitū ad omnia certius explorāda. M. Statilius eius turmę præfect⁹, cæteris extra vallum relictis, ipſe cum duobus equitibus caſtra ingreſſus, quum omnia diligenter exploraſſet, ad conſules reuerſus videri ſibi dixit rem haud dubiæ ad inſidias ſpectare. Nā præterq; q̄ argentū & alia hominibus chariſſima facilia alioqui tranſlatu in prōptu velut ad prædam relicta eſſent, ne ignes quidē aduerſa parte caſtrorum vſlos pernoctem excitatos. Hæc a Statilio tanq; ad terrorem relata, multo magis milites ad prædā accēdūt. Erat iā Varro ſignū militibus ad diſcurrendum datur⁹, niſi Aemylius illi obnunciari juſſiſſet, pullos auſpicio non addicere. Varro etſi inuitus fremenſq;, Appij tamē Claudij olim, recentiq; Flaminij clade deterritus, ſigna q̄ portis efferri cœperant inhibuit. Interim duo ſerui qui in poteſtatē hoſtiū venerant ex illorum manibus elapſi in caſtra nūciant, hoſtes trans proximos montes inſtructos ſedere, qui per opportunus nūcius conſules imperij cōpotes fecit. Pœnus vbi hoſtē cadi non poſſe vidit in caſtra rediit. Paucis inde diebus interiectis frumenti inopia adact⁹, in Apuliæ loca meſſibus maturiora magiſq; trāſfugijs impedita, noctu caſtra mouit ignibus vt antea in inſidiarū ſpeciem in cōſpectu hoſtiū relictis. Nec magis fames Pœnū in eā expeditionem impulit, q̄ periculum quod ſibi ab Hiſpanis mercenarijs imminebat, qui de trāſitione ad Romanos conſilium cepiſſe dicebantur, ipſum etiam Hannibalem interdum de fuga agitaſſe fama fuit, vt pedi tibus relictis ſeſe cum omni equitatu in Galliam proriperet. Romani cōſules exploratis prius hoſtiū caſtris vbi conſtitit Pœnos haud dubię profectos, nam agmen procul digreſſum quidā viderāt, hoſte ſecuti ad Cannas vicum Romana clade nobilitandas & ipſi caſtra mouent. Hic vterq; conſul in ſuo propoſito pertinaciter manere, Aemylius a prælio abhorrebat, Vārro cui omnes præter Seruilīū prioris anni conſulem aſſentiebantur, nullam eratam plius pugnę moram facturus. Fecerāt q; Romani bina caſtra, minora altera trans Aufidum amnē, erat q; in his Seruilius cum parte copiarū. Aufidus vno omnium fluuiorum Appœninum mōtem diuidit,

vt qui dam ſcribunt, in iis iugis ortus quę ad inferũ mare ſpectant, per Apuliam tamen in ſuperum elabitur. Conſules cum robore copiarũ in maioribus caſtris erant. Annibal locum equeſtri pugnæ idoneum nactus ſtructa acie in conſpectu hoſtium ſtetit, nullam prælio moram facturus. Numidę interea adequirando Romanum ad pugnam laceſſabãt. Hic dies conſulum altercatione ſine prælio cõſumptus. Annibal quum ſuos in caſtra reciperet, Numidas miſit trans flumen ad inuadẽdum ex minoribus caſtris aquatores. Barbari lixarum multitudine circa fluuium diſiecta, Seruilianas munitiones tumultuoſe adequitarunt. Eares quum aliis indigna viſa eſt, tum Varroni minime tolerabilis ꝙ ab auxiliis hoſtiũ Romana caſtra rerrerenť. Id ſolũ igitur in mora fuit, vt non aciem confeſtim in hoſtem inſtruxerit, ꝙ eius diei imperium Aemylij erat. Poſtero die ne Collega quidem conſulto ſuis ſignum dedit, inſtructiſq; copijs fluuium ſuperauit, ſequente Paulo quia magis non probare ꝙ non iuuare conſilium poterat. Tranſgreſſi flumen copias quæ in minoribus caſtris erant maiori agmini adiunxerũt. Acies ita inſtructa eſt vt dexterũ cornu quod prope flumen erat, Romanus clauſerit equitatus, deinde pedites ſuo ordine conſtituti. Alterum cornu ſociorum equites tenuere. In frõte ante leuium armorum acies locata. In læuo cornu Terentius, in dextero Aemylius procurarunt. Mediã aciem Seruilius tuendam ſuſcepit. Atq; in hunc modum Romanus exercitus in procinctu ſterit, obuerſus oculos & ora ad meridiem. Annibal iam factus voti compos, trans Aufidum & ipſe copias traduxit. Aciem ad Septentrionem verſam inſtruit. Siniſtrũ cornu dat Haſtrubali tuendum, Hannoni dexterũ. Ipſe in medio cum Magone fratre eſſe voluit. Cęterum vterq; exercitus ita inſtructꝰ ſterit, vt neq; his, neq; illis ſol adimeret proſpectum. Clamore igitur orto leuis armaturæ primum prælium fuit, indeq; Gallis & Hiſpanis equitibꝰ impetu ex ſiniſtro cornu hoſtium in dexterum Romanorum facto cruentum prælium oritur, non procurſatione ſed aduerſis frontibus pugnare cogebantur, nullo ad circũagendos equos relicto ſpatio, hinc amne, illinc peditibus latera claudẽtibus, vt equis ſemel turbatis, alter alterum amplexi equites dimicarent. Acrius hic ꝙ diutius pugnatum, victi equites Romani partim cæſi ſunt, partim in ſubiectum flumen præcipitati. Secundum id equeſtre certamẽ orta eſt pedeſtris pugna. Paribꝰ ab initio aĩs viribuſq; inter pedites cerratũ, demũ Romani vi ſua connixi, aduerſam Hiſpanorũ peditũ Gallorumq; aciẽ gradu ſubmouẽr, ſubmotã vtroq; verſum diſiciũt. Ipſi perfugientium cuneos in mediam aciem illati, ad ſubſidia Aphrorum nullo reſiſtente peruenerunt. Steterant illi velut de induſtria reductis alis, medioq; Galli & Hiſpani locati erant nonnihil prominente acie, quo accidit, vt his cedentibus Romanum in medium velut ſignum ferociter inuectum Aphri duabus alis a tergo reuinctis, a cętera multitudine excluſerint. Hic periculo animaduerſo Romana legio Aphris & Hiſpanis quorũ terga ceciderat omiſſis, in Aphros prælium vertit, eo iniquiꝰ ꝙ feſſi cũ recentibus & vegetis dimicabant. In ſiniſtro quoq; cornu ſociorum equites prælium iamdudum aduerſus Aphros equites & Numidas ciebãt. Addita etiã ab hoſte fraus. Quingenti Numidæ occultos ſub loricis gladios habentes tranſfugarum ſpecie parmis in terga reiectis ad ſociorũ equites progreſſi, in mediũ accepti poſtremo loco ſedere iuſſi ſunt. Quieuere Barbari tantiſper dũ vndiq; prælium conſeritur, vbi vero oculos omniũ animoſq; certamẽ occupauit, tũ arreptis ſcutis quę inter cæſorũ corporũ aceruos ſtrata iacebant, auerſam adoriũtur aciẽ, terga ſimul popliteſq; feriunt. Ediderunt illi ſtragẽ eximprouiſo non paruã: ſed maior inde pauor fuit ꝙ cædes, eratq; iam alibi pugna magis pertinax ꝙ proſpera. Verum vbi Numidæ qui in læuo cornu erant, neq; inſigne quicq; agere neq; pati viſi ſunt, hos acie ſubductos Haſtrubal in fugientes immittit, Hiſpanos & Gallos equites, quibus pulſum fuerat dextrum cornu Romanorũ, Aphris iã cæde magis ꝙ pugna feſſis adiungit. Quorũ acceſſu aperte res Romana inclinauit, teterrima cædes ibi edita, auctis Pœnorum ſubſidijs. Aemylius cõſul qui ab initio funda grauiter ictus fuerat cũ globo equitũ haud vno loco pugnam reparauit. Poſtremo defectis viribus quũ iã equo ad terrã defluëret, edictum equitibus eſt, vt ad terrã deſcenderent. Tum Annibal dixiſſe fertur, ꝙ mallẽ vt eos mihi vinctos dediſſent. Fuit inde pedeſtre prælium victoria iã nihil ambigua, Romani victi mori in veſtigio maluerũt ꝙ fugere. Cæſi itaq; a victore irato, præter paucos qui labore & vulneribus feſſi acie ceſſerũt, ex equitibus nonnulli equis ex proximo reperitis fugam capeſſunt, & in his Gn. Cornelius Lentulus Tri. militum, qui præteruehens equo conſulem ſaxo ſedẽtem cruore reſperſum intuitus, L. Aemyli inquit q vnus culpæ huiꝰ cladis expers merito dijs curæ eſſe debes, cape equũ hũc dum tibi virium aliquid ſupereſt, ne pugna hæc ſatis per ſe funeſta morte cõſulis funeſtior fiat. Macte eſto inquit cõſul, tua iſta virtute, Gn. Corneli, abi nũcia publice patribus vt bẽ Romã muniant, ac priuſq; hoſtis adſit præſidijs firment, priuatim Q. Fabio dixeris, me præcepto rũ eius memorẽ adhuc vixiſſe, & nunc demũ mori. Turte proripe hinc quæſo, ne hic tps terendo ab hoſtibꝰ opprimaris, meq; vt decet ſine inter meos milites expirare, ne aut reus inteream, aut collegæ accuſator exiſtam. Eũ hæc dicentem prius fugientiũ turba, inde hoſtes oppreſſere ignari quis eſſet. Cornelium equus in tumulum abripuit. Tum demum fuga paſſim facta, ſeptem milia hominũ in minora caſtra. X. in maiora, duo milia in vicum Cãnas perfugerunt, qui exemplo a Carthalone circunuenti, quũ nullo ſepirentur munimento, in hoſtium poteſtatem venere. Alter conſul cum quinquaginta fere equitibus Venuſiam profugit, quadraginta milia peditum, duo milia & DCC. equites cæſi, pari prope numero ciuium ſociorũq;, & præter alterũ cõſulem quæſtores duo. Vnus & XX. Tribuni militum. Conſulares, Prætorij, Aedilitij quidam, & in his Gn. Seruilius prioris anni cõſul. Polybius Atilium quoq; qui cum Seruilio nuper conſul fuerat ea acie periſſe autor eſt. Periit & Minutius, qui ſub Fabio equitum magiſterium geſſerat. LXXX. ſenatores, aut qui tali honore functi eſſent, vt méri to in ſenatũ legi deberent. Capta in acie tria milia peditum & CCC. equites. Ex hoſtibus, nam victoria illis haud incruẽta obtigit, ad quĩq; milia & ſexcentos periere. Et hoc quidem euẽtu ad Cannas pugnatum reperio, quę clades inciditin annum quadrageſimum ac quingenteſimum Romanæ vrbis. In Olympiadem centeſimam ac quadrageſimam, vt Polybius ait, cuius vltimus annus fuit quintus & octogeſimus ſupra octingenteſimum ac quater milleſimum ab orbe condito. Euſebius qui autor eſt duas veſtales virgines hoc anno quo ad Cãnas eſt pugnatum, inceſti conuictas, in annum primũ quadrageſimæ primæ ac centeſime Olympiadis eam damnationem reiecit. Reliquerat Varro ad X. milia

Romani aciem inſtruxerũt.

Hãnibal inſtruit aciem.

Aciẽ cõgreſſus.

Pellitur Ro. equitatus.

Circũuenit pars Ro. pedi tum.

Inclinat res Romana.

Aemylij verba ad Cornelij eius interitus.

Cæſorũ numer⁹.

ANNI MVNDI.

Cõſpiratio.



X. milia hominum in maioribus caſtris, hoc vt Polybius ſcribit conſilio, vt ſi Annibal omnes copias in aciem eduxiſſet, Punica inuaderent caſtra: ſi præſidio muniuiſſet, cum paucioribus dimicaret. Liuius hanc manum ex prælio in caſtra refugiſſe prodidit. Adijcit ille Romanos, vt a Terentio iuſſi fuerant, inito prælio hoſtium caſtra oppugnaſſe, ac tandiu certamen tenuiſſe, quoad Pœnus victor acie ſuis auxilio venerit, ibiq; Romanos cum multa cæde in caſtra compulſos, duobus milibus cęſis, cæteros viuos in eorum poteſtate veniſſe, ac nocte quæ diem pugnæ ſecuta eſt, miſſos ait ab iis qui in maioribus caſtris erãt, in altera caſtra qui ſuos hortarentur, vt dum hoſtis feſſus prælio quieſceret, noctis ſilentio vſi ad ſe agmine venirent, vt inde vna Canuſium tenderent, cæteroſq; animo perculſos recuſaſſe id facere, P. Sempronium Tuditanũ Tribunum militum cum tribus milibus & ſexcentis, tranſlatis in dextrum humerum ſcutis, qua parte Numidæ iaculabantur, per medios hoſtes in altera caſtra perueniſſe, atq; inde altero maiore agmine adiuncto, Canuſium conceſſum. Hæc Liuius. Quę ſi vera ſunt, ad. XIII. milia & quingentos fuere qui vna Canuſium peruenerunt. Cæterum idem autor quod miror, loco non multum inde diuerſo, quatuor milia &. CC. ex caſtris Canuſium perueniſſe ait, quæ variatio effecit, vt parum perſpicue intelligi poſſit quot milia hominum fuerint, quæ cum caſtris in hoſtium poteſtatẽ venerint. Maharbal præfectus equitum Annibalem monuit, vt nulla quiete militibus data, ex Cannis Romam contenderet, vt prius perculſa ciuitas videret hoſtem ꝙ venturũ putaret, ſic fore vt quinto poſt die in capitolio epularetur. Laudaſſe id conſilium Annibal dicitur ſed viam maiorem eſſe dixerit ꝙ animo facile concipi poſſet. Tempore opus eſſe ad id deliberãdum. Tum illud a Maharbale ſubiectum, Non omnia eidẽ dij dedere. Vincere ſcis Annibal ſed victoria vti neſcis. Plutarchus Bilium quendam Barcham nomine fuiſſe ait, a quo ea ſint verba in Annibalem dicta. Poſtridie quum victor Pœnus legeret ſpolia, multi reperti ſunt, qui vulneribus matutino frigore obſtrictis, inter cadauerum aceruos ſurrexerant, hicq; hoſtium iniuria obtriti. Alij non pauci ceſis feminibus poplitibuſq; iacentes, ad reliquum ſanguinis hauriendum porrecto iugulo hoſtes inuitabant. Quidam tellure effoſſa caput immerſerant, terraq; ſuperiniecta expirauerant. Subtractus eſt Numida Romano mortuo ſuper incumbenti naſo auribuſq; laceris. Is manibus ad tractanda arma inutilibus factis in iram & rabiem verſus, ſubiectum hoſtem dentibus moriens laniauerat. Lectis ſpolijs Annibal ſuos ſepeliendi cauſa vnũ in locum conferri iuſſit, ad octo milia numero fuiſſe Polybius autor eſt, Liuius quinq; milia & ſexcẽtos, vt alio eſt loco ſignificatũ, ſcripſit. Conſulẽ cõ quiſitum ſepultumq; prodidere quidã. Mulier Paula nomine Buſa genere & diuitijs clara, Romanos a Canuſinis tantum mœnibus tectiſq; acceptos frumento veſte & viatico iuuit, pro qua munificentia honores ſunt poſtea illi Romę publice decreti, eratq; ibi quatuor tribuni militum, & in his. P. Scipio, cui poſt ea Aphricano cognomen fuit, ſed tunc admodũ adoleſcẽs. Ad hũc igit& Appiũ Claudiũ qui & ipſe tribunꝰ erat, ſumma ſperij ab iis q aderãt delata eſt, aderãt ad. X. milia hominum, cõſul tabãtq; hi ſorte inter ſe de ſumma rei, quũ. P. Furius Philus docuit, L. Cecilium Metellum, & cum eo pleroſq; nobiles adoleſcentes iam mare & naues ſpectare, vt deſerta Italia, ad aliquem regum tranſfugerent, quum alij defixi ſtupore ſtarent, Scipio qui rempu. ſaluam vult inquit me ſequatur. Atq; ipſe princeps paucis ſequentibus, ad Metelli tabernaculum deuolat, ibiq; ſtricto gladio ſuper conſultantium capita, primus graui execratione interpoſita, in ſua ipſius verba iurat, fore, vt nunq; Italiam & cum Italia patriam ipſam metu deſereret. Inde in Metellum conuerſus, tu quoq; ſic iures volo, ſic & qui tecum hic adſunt, ſiquis id facere recuſauerit, hunc enſem in ſuum caput a me nudatum cõtinuo experietur. Metellus & alij ſubita re perculſi non aliter attoniti ſtabant, ꝙ ſi tum Pœnus ſuo capiti immineret. Ordine iraq; in Scipionis verba iurãt, ſeq; illi ab hoſte protegendos tradunt, iuuenturetq; per hæc confirmata ad Varronem conſulem mittunt, qui viuus acie exceſſiſſe dicebatur, exploratũ ecquid copiarum penes ſe haberet. Canuſij ſecum ad. X. milia hominum eſſe, videret quid fieri placeret, ſe cum his Venuſiam ire, an ipſum Canuſij expectare. Habebat conſul circa ſe ad quatuor milia hominum, qui diſpalati diſiectiq; fuga eo venerãt. Hos Venuſini, non tecto ſolum ſed veſtibus etiã, armis & pecunia iuuerunt, cum hac manu ille Canuſium ſe contulit, vbi copijs vtrinq; iunctis, conſularis exercitus ſpecies quędam facta eſt. Nuncius deſertæ pugnæ interea Romam perlatus fecerat, vt ne hæ quidem copiæ ſupereſſe crederentur. Sed perditã deploratãq; rẽpu. nunciari, cæſos cõſules cum omnibꝰ copijs, nec Romana caſtra, nec ducẽ, nec militem ſupereſſe vllum. Victorem Pœnum omnia late obtinere. Nunq; Roma incolumi, tãtus terror & metus ciuitatem inuaſit. Nunq; maior luctꝰ aut mœror incidit. Cæterum ne pro rei magnitudine minus vero dicatur, verecundam Liuij confeſſionem ſecutus cedam rerum oneri. Verum nulla alia gens populuſve, nõ modo tot cladibus alijs ſuper alias, ſed vna earum qualibet in perpetuum concidiſſet, quod in Carthaginienſibus ipſis, quum priore bello Punico tum hoc ipſo quod gerebatur poſtea accidit. Senatus ad primum cladis nuncium in curiã vocatus, dum præ nimio ſtrepitu & clamore ne cõſuli quidem poſſet, Fabius Maximus cenſuit expeditos equites Latina & Appia via mittendos, qui obuiam euntes percontarentur, quæ fortuna conſulũ exercituumq; eſſet. An aliquid ex pugna Romani ſuperfuiſſet, quo Hannibal ſe poſt prælium contuliſſet, quid paret, quid agat, quo moturus ſit, hæc in primis exploranda. Præterea dandam eſſe operã, vt per partes id inter ſe munus partitos, mulieres quæ omnia planctu & eiulatu complebant, ex publico arcerẽtur. Singulæ intra ſua limina ſuũ nuncium expectarent, compreſſoq; tumultu & trepidatione, ſilentiũ fieret tota vrbe, cuſtodes ad portas ponerentur qui prohiberent quẽq; egredi. Salutem nulli niſi patria incolumi, ſperandã. Inde quũ hæc facta eſſent tum patres in curiã reuocati de ſumma rei conſilium caperent. Omnes in Fabij ſententiam pedibus iuere. Alij alio diſcurrunt ad tumultus tota vrbe ſedandos, omniaq; impigre fiebant, quum literæ a Varrone conſule allatæ ſignificarunt Aemylium conſulem & exercitum Cannenſi acie cæſum, euaſiſſe ſe reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem, ad. X. milia & amplius militum incompoſitorum circa ſe eſſe. Hannibalẽ ſedere ad Cannas in captiuorum precijs aliaq; præda æſtimanda non victoris animo nec magni ducis more occupatum. Tum priuatæ clades domeſticatim vulgatæ, qui luctus adeo totam vrbem cõpleuit, vt ſacrum Cereris ſit eo anno intermiſſum, quoniam lugentes religione prohiberentur. Et hęc quidem

Tuditani facinꝰ.

Maharbalis vox ĩ Annibalem.

Cæſorũ facies.

Cæſorũ hoſtium numerꝰ. Paula. Buſa.

Scipiõis in ſua ipſius verba iurat, facinus.

Copiæ q̃ ſuperfuerunt

Nuncius malorũ.

Fabij ſententia.

Varrõis literæ.

quidem Liuius. Valerius autor est, ne in tanta quidem ciuitatis consternatione id sacrum interpolatum, satis constat. XXX. diebus publico decreto finitum ne ob eam causam cætera sacra publica priuatave desererentur. Scripsit inde Senatus ad Varronem, vt quantum per reipub. commodum fieri posset, confestim Romam veniret. Claudium Marcellum ex Hostia vbi erat, Canusium ire iubent. Incidit alius terror, ꝙ non multo post priusve ꝙ hæc clades accepta est, duæ vestales virgines Opimia & Floronia stupri comperte, vna ad Collinam portam viua, vt moris erat, sub terram necata est. Altera sibi mortem conscíuit, & L. Caninius scriba pontificum, eius incesti conuictus, adeo atrociter in foro a Pontifice flagris cæsus est, vt inter verbera expirauerit, & hæc in prodigium versa. Placuit itaq; X. viros Sibyllinum carmen inspicere, & Fabius Pictor Delphos est missus, sciscitatum quibus precibus supplicijs ve deorum iram placare ciuitas posset, qui ve tantis cladibus futurus esset finis. Ex Sibyllinorum librorum responso extraordinarij est Romæ sacrum peractum. Gallus & Gallina, Græcus & Græca viui in foro Boario defossi sunt. Polybius autor est id sacrum Gallico bello perpetratum. Marcellus cum legione quam inclassem scriptam habebat, magnis itineribus Canusium accessit, & Romæ Decius Iunius dictator delectum habuit accuratissimum, scriptæq; sunt quatuor legiones, & mille equites, & in his prætextatis adhuc, quidam, ex seruitijs octo millia conscripta, qui rogati prius an militare vellent, publice empti instructiq; sunt ad bellum. Placuitq; horum opera potius, vti, ꝙ captiuos redimere, quibus Hannibal sui redimẽdi copiam fecerat, restatus se de imperio & gloria cum Po. Rom. non de vita certare. Cessisse maiores suos olim Romanorum virtuti, se contra adniti vt suæ virtuti & felicitati cedatur. Sociorum captiuos vt ad Trebiam & Trasimenum sine precio dimisit. Romanorum captiuis precium in singulos equites quingenos quadrigatos nũmos ascripsit, in pedites trecenos, centenos in seruos. Lecti ergo X. ex omni numero, qui Romam irẽt captiuorum causam acturi. Hi iureiurando a Pœno adacti sunt, fore, vt in castra reuerterentur: & quia tantum ad id iurati erant, vt redirent, eorum vnus homo minime Romani ingenij, quasi aliquid oblitus in castra rediit, inepta nimis interpretatione vsus, velut iam redeundi sacramento non teneretur amplius. Missus ab Hannibale cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis, qui si forte ad pacem inclinarent animi conditionem ferret. Vbi hos Romã venire audit est, & iam eorũ accessum appropinquare, Carthaloni obuiã lictor missus est, qui dictatoris verbis nunciaret, vt ante noctem excederet Romanis finibus. Captiuorum legatis senatus datus est, vbi Marcus Iunius princeps legationis in hunc modũ ad patres verba fecit. Scio ego patres cõscripti, nulli gentium magis ꝙ Romanæ ciuitati vilia fuisse semper captiuorum corpora. Cæterum nisi nobis plus æquo nostra placet causa, nulli vnq; vobis minus negligendi, ꝙ nos, in hostium potestatem venere. Non enim per timorem arma in acie tradidimus, sed cæsorum corporum aceruis superstantes, cruentam pugnam fere ad noctem traximus. Tum in castra reuersi labore & vulneribus fessi, illa in sequentem diem tutati sumus. Ibi vero ab hostium exercitu circunsessi, cũ flumine arceremur, nec per confertos hostes spes vlla erumpendi esset. XL. milibus nostrorum hominum in acie stratis, indignũ nimiumq; calamitosum arbitrantes, ex tam numeroso nuper exercitu neminem superesse, certum precium pacti, quo redempti dimitteremur, arma quũ in his nulla iam spes esset, circumfuso hosti tradidimus, non ignari maiores nostros aliquando sese a Gallis auro redemisse, & a patrib⁹ nostris viris strenuis Tarentum legatos redimendorum captiuorũ causa missos. Sed cum Gallis & Pyrrho rege haud quidem tanta est clade dimicatum, ꝙta nupera nobis ad Cannas, vbi patentes campi Romanorum cadauerum cumulis teguntur. Nec funestæ illi pugnæ supersunt, nisi in quibus trucidandis ferrum & vires hosti defuerunt. Nec conditioni aut fortunæ illorum multum inuideo, qui cursu & obscura nocte freti, abiectis armis, ex acie profugerunt & nunc gloriantur fortasse in se plus præsidij esse reipublicæ, ꝙ in nobis. At illis vt viris fortibus vtemini patres conscripti, & nos promptiores pro patria habebitis, si vestro beneficio redempti fuerimus. Delectum ex omni ætate habetis, & seruorum aliquot milia armari dicuntur, non minor numer⁹ noster est, ac precio pene minori redimi possumus, ꝙ illi emuntur. Quibus si nos conferre velim Romano nomini haud dubie sim iniurius. Illud etiã vobis in mentẽ veniat precamur, cui nos hosti relicturi sitis, si redimi prohibeamur: Pyrro qui non hostium numero captiuos habuit, an Barbaro & Pœno qui vtrum auarior an crudelior, haud satis æstimari potest. Moueret vos profecto non minus squallor & deformitas vestrorum ciuium, qui in catenis & vinculis iacent, ꝙ si legiones vestras Cannensibus campis stratas cerneretis. Videre & audire potestis preces & lachrymas nostrorum affinium & cognatorum vestrum decretum expectantium, quum hi pro nobis tam soliciti sint, quẽ arbitramini illorum animum esse, quorum in discrimine vita & libertas sita est? Hannibal preter naturã in nos mitis, ac si a vobis indigni censeamur quos redimi oporteat, nihil est cur amplius nostrum quisq; ꝙ velit viuere, suum cuiq; ingenium est patres cõscripti. Scio ego vitam corpusq; meum in discrimine esse. Multo magis me famæ periculum mouet, ne damnati & repulsi a vobis abeamus. Neq; enim vos homines precio pepercisse credent, sed nos indignos iudicasse, qui in numero vestrorum ciuiũ haberemur. Quod ne tali ignominia afficiatis, ora mus supplices & obtestamur. Vbi is orandi finem fecit, confestim flebilis clamor sublatus est ab ijs qui in vestibulo stabant, vt sibi liberos, fratres cognatos redderẽt obtestantibus. Submotis arbitris senatus cœptus est consuli, ibi cum sententijs variaretur, aliq; de publico redimendos censerẽt, alij eam impensam tali tempore publice faciendam negarent, cæterum prohibendum nõ esse quin ex suo quisq; se redimeret, mutuoq; dandã nõ habẽtibus pecuniam ex publico, prædibus prius vt cautum Ærario esset, accepit. T. Manlius Torquatus, acerba oratiõe in illorum ignauiam inuectus, qui quũ sentẽtia noctu Sempronium Tuditanum ducem secuti, in tutum abire potuissent, metu & desidia torpentes in castris opprimi, turpiterq; capi maluissent, censuit eos nullo modo redimẽdos, quoniam tali milite vti reipu. minime expediret. Quod si etiam vti le foret, hostem Romana pecunia ditari a præsenti rerum statu esset alienum. Traxit Manlius huiusmodi sermone patres in sententiam, responsumq; datum non placere captiuos redimi. Tum redintegratus est luctus, maiorq; lamentatio orta, ob tot ciuium iacturam. Propinqui cum fletu & lamentatione legatos abeuntes sunt ad portas prosecuti. vnus qui praua interpretatione se iureiurando fo-

Varro Ro. reuocatur.
Vestaliũ supplicium.
Marcellꝰ Canusiũ mittitur.
Precij re dimẽdorũ ciuiũ.
Carthaloni denunciata.
Oratio M. Iunij ad senatum.
T. Mãlij.



lutum arbitrabatur, quia in castra redijsset, domi mansit. Quod ubi in curiam est allatum, vniuersus senatus eum comprehensum sub custodia ad Hannibalem duci censuit. Est & alia de legatis fama, bis, legatos missos, ac. X. qui prius venerant quia in castra ex itinere reuersi essent, vt velut captiuorum nomina cognituri, tanq; soluti religione remansisse, ac in his dedendis actum magna contentione in senatu, pauciscq; sententijs victos, qui eos dedendos censuerunt. Cæterum sequentibus censoribus adeo ignominiose notati sunt, vt eorũ quidam sibi mortem consciuerint, alij non solum foro, sed luce hominum, omniq; publico congressu in reliquum vitæ abstinuerint. Dum hæc Romę fiebant, multi Italiæ populi rem Romanã in perpetuum concidisse rati, vt leuia sunt hominum studia, & in meliorem fortunam propensiora, ad Pœnum defecere. Fuere hi Attellani, Calatini, Samnites ferme omnes, Surrentini, Lucani, Brutij, & omnis magnæ Græciæ ora, Crotoniatæ, Metapontini, Locri, Appulorum pars non parua, Hirpini, & Cisalpini omnes Galli. Nec frequens sociorum defectio Romanos mouit, vt pacis vnq; mentio in curia facta sit. Tanta in aduersis rebus fuit populi Romani constantia. In eo quoq; non parum enituit inuictus ciuitatis animus, Varroni consuli Romam venienti, etsi acceptæ cladis maxima fuit causa, frequenter tamen ab omnibus itum est obuiam. Gratiæ insuper actæ, ꝙ in aduersis rebus de republica non desperasset. Erãt res Romanæ in hoc statu, quum interim Philippus Demetrij filius in Macedonia regnabat: Achæus late terram circa Taurum montem regis appellatione obtinebat. Antiochus cui magno cognomen fuit, in Syria. Ariarathes in Cappadocia. In Ægypto Ptolemæꝰ Philopator. Cæterum Anthiochus & Ptolemæus, dum Italiam Hannibal vexat armis, graue inter se bellum quod Syriacum est dictum, gessere. Et Philippus cum Lacedæmonijs atq; Aetolis non minꝰ hostiliter contendit. Huius belli causa ex Aetolorum iniuria orta est, ꝙ eorum piratæ, quum Messeniorum res latrocinio infestarent, Dorimachum illustrem quendam Aetolum qui tum forte in Peloponneso erat, ad res reddendas Messenij compulerunt. Reuersus is in Aetoliam autor suis populariꝫ fuit, belli aduersus Messenios decernendi. Nec multo post creatus dux gentis est cum Scopa viro inter Aetolos illustri, sed quia cunctantius Aetoli arma induebant, quum nulla honesta decretij belli adesset causa, totius gentis iniussu duces ipsi bellum, Messenijs, Acheis, Epirotis, Acarnanibus, & Macedonibus, Philippi puerilia freti, qui tum septemdecim erat annos natus, vno tempore intulerunt. Horum piratæ in prædam dimissi Macedonicam nauim vi subita intercipiunt, prædanturq; maritimam Epiri oram. Cephalenijs quoq; plura adimunt, & in Peloponneso Clarium circa Megalopolim occupat, inde late piraticam exercẽt. Nec ita multo post Scopas & Dorimachus Cephaleniorũ nauibus vsi ex Rhio in Peloponnesum transmittũt, inde cum exercitu Messenium agrum ingressi, omni populatione & incendio fœdant. Achæi publico decreto aduersus Aetolos pro Messenijs Arathi ductu arma capiũt. Fuit Arathꝰ pclaro ingenio, facũde loq, & prudẽter multa excogitare, excogitata diligenter exequi. In ciuilibus discordijs toleran dis mitis. In societatibus & amicitijs iungendis ne mini secundus. Pari ingenio fallere hostem, molíri insidias, machinas intendere. Audax adhæc & laboribus tolerandis ac periculis a pueritia assuetus. Cæterum tardus consilio, quum dimicandum erat, & in adeundis periculis timidus, adeo non solum corpora, sed animos etiam sui dissimiles finxit interdum natura. Multi quidẽ reperti sunt qui singulari certamine valeant, in acie autem sint supra ꝙ dici possit timidi, quod in quibusdam etiam gentibus est obseruatum. Thessali equites conferti insuperabiles in prælio olim habiti, per partes dimicaturi timidi & fugaces. Cretenses terrestribus & nualib⁹ prelijs ad insidias, rapinas, nocturnos insultus & omnia insidiarum genera promptissimi, prelio legitimo cogressi pauidi & inutiles. Quibus Achæi & Macedones maxime fuerint cõtrarij. Nec ita multi dies interceſſere quibus Arathus cum tribus milibus Achæorum, & CCC. equitibus ad Caphias Aetolis ex Messenio agro profectis occurrit. Hicq; prelio parum prospere commisso, fusi fugatiq; sunt Achæi, qua victoria Scopas & Dorimachꝰ freti, exercitu per mediam Peloponnesum ducto, p Isthmi angustias in Aetoliam abierũt. Et hinc quidem causæ socialis belli cum Aetolis postea gesti, potissimum extiterunt. Arathus ab hominibus aduersæ factionis in publico Achæorum concilio accusatꝰ, ꝙ ipsi⁹ opera ea nup esset clades accepta, ꝙ pe q necꝫ loco, necꝫ tpe, necꝫ legitimis copijs in regerenda esset vsus, in magno odio erat. Vbi vero domum venit, concilium ingressus, res a se pro salute Achæorum gestas explicauit, cladisq; paucis illis diebus acceptæ rationem in medium attulit, nec penes se culpam male gestæ rei esse ostendit. Ita fando multitudinis circumegit animũ, vt odio in homines aduersæ factionis deflexo, nihil deinceps de cerni placuerit, quod ex Arathi consilio & autoritate non esset decretum. Et hæc ia Peloponneso terra mariq; gesta, centesima ac vndequadragesima Olympiade, quinquennio ferme ante ꝙ Hannibal Romanos ad Cannas vicisset, vnde nuper stilũ & externarum gentium gesta deflexi. Achæi post eladem ad Caphias acceptam, ad Philippum & Epiro tas socios misere questum Aetolorum iniuriã, qui bis iam hostiliter essent Pelopõnesum ingressi, vt Messenios in societatem accipere liceret, & vt Philippus & Epirotæ vna Messenijs indigna passis auxiliarentur. Miserunt & ad Lacedæmonios, vt ex formula pararent militem ad Aetolicum bellum. Illi per legatos diuersarum partium occulte solicitati, haud multo post ab Achæorum societate alienati, cum Aetolis fœdus & societatẽ iungunt. Dorimachus & Scopas, qui ne Achæis quidem & socijs quiescentibus quiescere potuissent, Scerdilaida Illiricorũ rege sibi adiuncto, duarum gẽtium exercitibus quasi suo ductu, non publico Aetolorum consilio, tertio Pelopõnesum irrumpũt, Cynethãq; Archadiæ vrbem proditione captam, magna ex parte diripiunt. Direpte prelidiũ imponũt. Inde sacra Dianæ quæ fuit inter Cynetham & Clytorium armenta gregesq; populati, quia Achæi in armis esse dicerentur, & ex Macedonia præsidium affuturum: Cynetha incensa Rhium cum copijs concedunt, & ex Rhio in Aetoliam transmittunt. Cynethensium cladem Achæi & cæteri Peloponnenses leuiter tulerunt, eam clademmerito illis accidisse rati, ꝙ patrio Arcadũ more neglecto spretoq; musicæ studio & exercitatione, in tantam deuenissent feritatem, vt ob scelera quæ assidue in ea vrbe patrarentur, omnibus circuniectis gentibus odio essent. Vetus mos Arcadum fuit, vsq; ad trigesimũ vitæ annum in musicæ studijs exerceri, adeo vt eam ar-

Ro. seueritas in periuros.
Defectio Italorũ ad Pœnos.
Ro. constantia.
Syriacũ bellum.
Diuersũ Arathi ingenium.
Perora fecit.
Tessali equites.
Cretẽses.
Arathi facultas in dicendo.
Cynetha capitur.
Arcadũ ritus.
Musicæ studiũ.

tē ignorare probri loco ponerēt. Persuasum habuit gens ipsa, mores & ingenia talibus studijs mitescere: atq; eo fortasse ars ipsa ab his libentius recepta, cp̄ moruosa fere sit Arcadia, quibus locis asperiora ingenia ac duriora, tristitia cœli & frigoribus gigni oporteat. Philippus post Aetolorum digressum, cū exercitu in Peloponnesum venit, vbi Lacedæmoniorum rebus cōpositis, q̄ domestica erant seditione turbatæ, renouataq; cum his societate publico Achæorū conuentu ob iniurias socijs illatas autor extitit, vt bellū Aetolis indiceret, datis prius ad eā gentem literis, vt siquid haberēt quod iuste afferre possent contra sociorū querelas, mitterent qui corā se in publico Achæorum cōcilio facta excusarent. Respōsum est Aetolos ante publicū gentis concilium nihil decreturos. Philippus accepta ab Achæis pecunia ad cōducēdū militē in Macedoniā concessit, Scerdilaidāq; ab Aetolis alienauit, certam ei pecuniam pollicitus. Sic sane cōparatū est, vt malorū etiā societas, nisi iustitia & æquitas in medio seruetur, facile frangatur. Fraudatus Scerdilaidas ab Aetolis Cynethensi præda, infidis socijs iratus Philippi partes sequi constituit, pollicitus se cum. XXX. lembis Aetoliæ orā infestaturū. Et iā vtrinq; arma parabantur ad bellum, quū Messenij quorū causa id bellū, exarcerat moturos se prius aliquid negarunt, q̄ socioru̇ opera Phigaleā vrbē in mōtibus sitā recepissent, quā Aetoli per iniuriā occupauerant, per quod visi sunt ignorare, quid suæ reipu. potissimū expediret. Siquidē fugiēdū est bellū, haud tamē ita fugiendū, vt omnia ne in id incidamus sustinere perpetiq; velimus. Nec Pindarus omnino vtiliter in suis poematibus Thebanos ciues suos hortatus est, qui ita monuit, vt cæteris posthabitis, pacē duntaxat & tranquillitatem amplecterent. Est pax si iusta sit & honesta, omnium rerum pulcherrima atq; optima. Cærerum nihil faciendum iniuste aut turpiter, vt pace frui possimus. Et enim Messenijs tale accidit, vt quū cupidissimi passis esset, vniusq; rei in primis studiosi, in maxima sæpe discrimina patriæ statum adduxerint, quippe qui quum inter Archades & Lacedæmonios bellantes se medios gererēt, neutri⁹ partis gratiā, pmeriti, alterutri⁹ ciuitatis iniurias sæpius sunt experti. Lacedæmonij non solū non ambigue respōderūt, sed solenni die magistratibus in templo Palladis impie cæsis, fœdus cū Aetolis percusserunt, multū spei in Cleomene habentes, qui in Aegypto tertiū iam annum exulabat, cuius aduentū prestolabantur. Vsqueadeo mā suetudo principum & benignitas valet, vt nō solū quū p̄sentes sunt, verū quū lōgissime etiā absūt, quosdā quasi fomites amoris erga se animis hominū relinquāt. Verū Cleomenis morte nūciata, quæ suo loco explicabitur, Agesipolim & Lycurgū reges creauere. Lycurgus cū delecta manu Argiuorū fines ingressus Polchnā, Prasiā, Leuchā, Cyphātē, & alia quędā oppida improuiso accessu occupat. Agrum omnē Argiuū ferro & igni populatur, ingentiq; inde præda domū abducta. Spartiatę præsenti successu elati, bellū Achæis indicunt, additi socij Aetolis & Elienses. Ita accidit, vt Philippo adhuc in cogendo milite occupato Messenijs, Epirotis, & alijs socijs quiescētibus, Acchæi pluribus locis prę ter spem vno tēpore premerentur. Erat tū Scopas Aetolorum dux, qui in magistratu adhuc paulum māsurus erat. Aetoli paulo post æquinoctiū autūni, in vnū de republica acturi coibāt. Achei verno tēpore circa vergiliarū exortū, qui Arathū Arathi filium belli ducē sibi creauere. Inciderunt hæc in id tēpus, quo Aemylius Phariū Demetriū vicit in Illyrico, qui primus annus fuit secundi belli Punici. Et Anthiochus Theodoti proditione, vt non multo post dicetur, Tyrum & Ptolemaidem occupauit. Et Rhodij Bizantijs bellum intulere. Colunt Bizantij vrbem, quum loci natura munitissimam tum ad omnium rerum feracitatē, quibus humana vita fruit opportunissimā, i ostio Pōtici maris sitam, qua venales serui olim, coria, mel, cæra, & salsamenta, vt hodie, aliaq; Pontica negocia nisi ipsis volentibus, in Græciā & cæteram Europā prætēruehi nequeunt. Enimuero Ponticum mare late supra Bizantiū patet, cuius circuitus duo habet & .XX. stadiorum milia binis ostijs exaduersō sibi respondentibus, quorum vno Meotis palꝰ, quæ octo milia stadiorum amplectitur suo circuitu, sese in Pōtū exonerat. Has freti angustias Cimmerium Bosphorum vocant, stadiorum .XXX. latitudine, duplo maiori longitudine. Altero Pontꝰ in Propontidem defluit. Eius longitudo cētum habet stadia, latitudo vero .XX. nec vbiq; eadē. Inter Bizantium & Chalcedonem .XIIII. dūtaxat intersunt stadia. Habet id mensuræ genus, vt alio est loco demonstratum, cētum & vigintiquinq; passus, ita vt octo numero stadia miliarium vnum conficiant. Circa Hermeū Europæ promontorium angustissimum est fretum, quinq; nec amplius stadia patens, quas angustias Darius maior commisit pōte, in Scythas exercitum transmissurus. In vtroq; Bosphoro vnicus a septentrione in meridiem obseruatur fluxus, aut quia aquę decursu fluminū in Mæotim & Pontum vsq; adeo augeant, vt ibi exonerari necesse sit, aut Pōti alueo fluuialium ostiorū exaggeratiōe replera, humorē ostio exinaniri oportet. Sed de his longior alibi habitus est sermo. Tali igitur locorum opportunitate Bizantij fræti, assiduis cum Thracum gente bellis exhausti, Gallorūq; iniurijs, qui post Delphicā expeditionē periculo seruati locis Bizantio proximis confederāt. Ab his Bizantij quū quotānis sibi octoginta talētis pacē redimerent, pecuniarum inopia statuerunt vectigal exigere ab omnibus, qui in Pontum nauigarēt. Tulerunt id grauiter alij Græcorū, sed Rhodij oīm grauissime, quorum opes tum late maris imperio pollebant. Miserunt itaq; Rhodij ab initio legatos Bizantium, qui de vectigali remittendo amice agerent. Cæterum quū nihil impetraretur, bellum Bizantijs intulere, Prusia Bithyniæ rege in belli societatem ascito. Bizantij & ipsi Acheum circa Taurū ample dominantem, & Attalū regē sibi iungunt. Erat Acheus Antiochi propinquus, qui a Seleuco Seleuci filio & Antiochi fratre maiore natu, ad arcēdā Attali vim missus, oīa circa Taurum mōtem incredibili successu occupauerat. Taurum trāsgressus breui ex tota pene regione Attalum eiecit. Interim Seleucus a Paturio Gallo & Nicanore dolis circunuentus interijt, cæteris ab Antiocho fratre occupatis. Acheus Nicanore & Paturio in Seleuci vltionē interfectis, quasi eam regni partē Antiocho adhuc puero defensurus, quicquid armis occupauerat retinere perseuerauit, oībusq; prēter Pergamū, Attalo ademptis, eo audaciæ gestarum rerum successu euectus est, vt regium nomen & insigne reciperet. Sed id aliquanto postea accidit. Huius igitur societate fræti Bizantij, magno aīo illatū bellū excipiūt. Tiboetem adhæc ex Macedonia accersunt, quem Prusiæ opponerēt, ipsi Rhodijs mari occursuri. Prusias Phanum locū opportunissimū in aduersa parte Asię primo impetu occupauit. Omnem prēterea

Asiæ



Asiæ oram quā Bizantij plures annos possederāt fœde populatur. Rhodij prēterea vt Acheum a Bizantijs alienarēt, a Ptolemæo Aegypti rege impetrant, vt sibi Andromachū Achei patrē, quē ille in vinculis habebat, cōdonaret. Erat Andromachus frater Laodices, q̄ fuit Seleuci coniunx. Acheus patre sibi Rhodiorū beneficio restituto, ne ingratꝰ haberetur, Bizantiorū societate posthabita, Rhodios amice amplectitur. Tiboetes prēterea, quē ex Thracia Bizantij ad bellū expectabāt, sub id tēpus fato perijt, q̄ clades vehementer Bizantios afflixit. Prusias & ipse ob hæc ferocior coortus, hostes ipsos intra mœnia cōpulit. Interuentu inde Cauari Gallorum reguli, his cōditionibus bellū vtrinq; est solutum, vt Bizantij nullū vectigalis exigendi ius haberent, Prusias oībus q̄ illis ademerat restituti, Bizantiorū amicus fieret. Atq; Rhodiorum & Prusię bellū, aduersus Bizātios, hūc exitū habuit. Sub id tēpus Gnosij & Cretæ legatos Rhodum missere, naues aliquot aduersus eos, qui a se defecerant, a Rhodijs petentes. Gnosij & Gortinij inito inter se fœdere insulā subiugarant, prēter Lyttios, qui soli oīm iugū detractabant. Quum igitur duo principes populi Lyttiorum excidio imminerent, ita accidit, vt orta inter eos discordia, pleræq; ciuitates relicta Gnosiorū amicitia, cū Lyttijs suas opes sociarint. Gortiniorum quoq; varia erant studia. Iuniorum multitudo cum Lyttijs sentire, Seniores Gnosiorum erant. Gnosij subita sociorum defectione cōmoti, mille hoīes ex Aetolia accersunt, quib⁹ freti Gortiniorū iuuētute partim cæsa, partim i exilium acta, Gortinam senioribus tradentibus occupant. Inde & Littum ciuibus in expeditionē profectis subita vi capiunt, captam imbelli multitudine prius emissa incendunt. Atq; ita Littos Lacedæmoniorū colonia Cretæ vrbium antiquissima interijt, bellū erat tamen nihilo secius cū Lampeis & Polynereis & alijs pleriscq; populis, & in primis aduersus Gortiniorum exules, qui Pheasiorum portu insessō, vrbem crebris excursionibus infestabant. Ad hos vi comprimendos, maritima auxilia a Rhodijs per legatos Gnosij petierant. Polynerei & Lampei, quia Aetoli Gnosiorum rebus fauebant cum Philippo rege & Achæis fœdus & amicitiam iungunt, quo contigit vt & ipsi nō multo post a socijs sint auxiliaribus copijs adiuti. Atq; ita Cretenses inter se suis sociorumq; viribus bellabant, quo sane tempore Sinopenses & ipsi a Rhodijs contra Mitridatem regem auxilia petiere. Fuit Sinope in Chersoneso sita, in parte dextra Ponti, circa Phasis hostiū. Cærerum dum res Sinopensium Mitridates oppugnat. Dorimachus Aetolorum dux Egiram in Peloponneso proditione occupat. Fuit id oppidū inter Aegium & Sycionem, iuxta Corinthiacum sinum, septem circiter stadia a mari distans. Receperant se ex Egiritis plericq; subito malo consternati in arcem, quæ nuda erat mœnibus: huc Dorimachus dux & Alexander eius collega per cōrēptū succedentes non solum repulsi sunt, sed Alexādro cadēte, Aetoli cum multa strage sunt ex vrbe eiecti, in agris quoq; non parua fuga & dispalantium cædes fuit, adeo vt pauci incolumes domum reuersi sint. Elienses qui cum Spartanis & Aetolis sentiebant, Euripidis Aetoli ductu, Dimenses Phanenses & Tritenses insidijs exceptos cum cæde multa profligant, quo successu Euripides elatus, Dymensium castellū cepit. Incolę Murū vocant, ab Hercule olim, vt fama fuit, munitum, quū Elienses bello premeret. Pari inde successu aliquot Elienses oppida Dimensibus ademerunt, q̄ auxilio ab Aratho Achæorum duce frustra implorato, cum Tritensibus vna & Phanensibus decretū tulerūt, ne in bellicum vsum amplius Achæis pecuniā soluerent. Tres itaq; populi, viribus inter se cōsauciatis, aliquot peditum centurias cum equitū axilla publice conducunt, atq; ita velut ab Achæorum societate disiuncti per se bellū alebāt. Et res Peloponesiacæ in hunc se modū habebant, quū Philippus diuersa parte bellum gerens, Ambracū .XL. dierum spatio expugnauit. Erat Ambracū Ambraciorarū oppidum, naturali situ et duplici muro munitum, ita vndiq; paludibus clausum, vt vnū duntaxat aditum haberet, atq; hunc ipsum manu factum. Ambracū captum Epiroris in quorū gratiam locū expugnauerat. Philippus habendum tradidit, Ambracię in Acarnaniā trāsmisit. Fluit is sinus a mari Siculo, ostiocq; sexcētorum passuum Acarnaniā ab Epiro diuidit, hanc a septētrione, illā a meridie habens. Extenditur inter vtranq; terrā introrsum tercentū circiter stadia, Macedo Acarnaniā ingressus Poetiam Aetoliæ vrbē cōditione deditā cepit. Cohortē interea Aetolorum, quæ præsidio veniebat, incaute vrbi propinquantē, cū multa cæde disiecit. Poetia recepta, Stratensem agrū Philippus ingressus, ad Acheloum castra fecit, obsedit q; aliquot dies Stratum, vnde digressus Metropolim a cultoribus metu relictam incendit. Late inde cum populatione & incēdio euagatus, plura Aetoliæ oppida in potestatem redegit. In Eniadas mox bellum transturus Peanium nō sine laborioso certamine expugnatum diruit, tignis & regulis rate ad Eniadas transuectis, ad tabernaculorū & bellicorū operum vsum. Sed oppugnatiōe nulla opus fuit, sine vi oppido est Macedo potitus, metu ab hoste nuper relicto. Inde in Calydonia Elaon oppidum expugnat, cuius arcem ad vsum belli communiuit. Hic Philippus literis & nuncijs certior factus, Dardanos Macedoniæ imminere, Achæorum legatis, q̄ & ipsi opē imploratū venerāt, bene sperare iussis, quum in Macedoniā se reciperet, Ambracium sinū trāsuehenti Demetrij Pharius occurrit, qui ab Aemilio, vt supra est significatum, ex Illyrico pulsus exilij fedē quęrebat. Hunc Philippus humane cōplexus Corinthum ire iubet, indeq; in Pelam vrbē ad se venire. Reditus regis in Macedoniā oēm Dardanorū motū discussit. Sub id tps Aemilius de Illyrijs triūphauit, & Hānibal, Sagunto capto, in hyberna cōcessit. Sed hæc i Romanarū rerū relatione, quæ ordine p̄cedūt, suo loco diximus. Dorimachus post Philippi discessum ab Aetolis duxcreatus, Epirum ingressus, templum Dodonei Iouis hostiliter diripuit & euertit. Instabatq; iam hyems, quum Philippus sex milibus hominum citato agmine Corinthum occulte ductis, vt hostes de suo aduentu celaret, Achæorum ad se ducibus accersitis, Euripidem Elienſium ducē, duas legiones trahentē, & cū his mercenarium militē, ad Apearum collem decē stadia a Stimphaliorū vrbe distantem adeptus, primo occursu fudit, mille & CC. Elienſium captis, Cætera multitudine passim a Macedonibus cęsa. Pauciores centum ex tanta vi hoīm fuga seruati sunt. Secundum eam victoriam rex ferocior factus, per niuosa Arcadiæ loca, ad Caphias primo, inde ad Psophidem oppidum duxit. Erat vrbs omnium quæ in Arcadia fuerunt, antiquissima, & in Media regione sita loco munitissimo ad Erymantum amnem, quam summa vi capiam, arcemq; cum Euripide duce & oppidanorum multitudine deditione receptam, Achæis habendam dedit. Euripides cum suis Corinthum, &



Grauissima sentētia.

Qualis pax esse debeat.

Aetolorū & Achęorum conuētus.

Bosphorus Cimmerius.

Gnosij. Gortinij.

Lyttij excidium.

Sinope.

Egira.

Rhodij bellū Bizantijs inferunt.

Bizātiū.

Prusias.

Ambracum. Philippi gesta in Aetolos.

Poetia.

Philippi transitus in Peloponnesū.

Erymanthus fluuius.

ex Corintho in Aetoliã vnde venerat est dimissus, inde Lassionem Elienſibus ademit, quam territo præsidio vidit & cepit. Elienſis ager post hæc passim populatione & incẽdio fœdatus. Cœptæ sunt per id tẽpus iniuriæ Achæis a Macedonibus fieri, eratq; iniuriarum autor Apelles Alexandri tutor, qui ad eam gentẽ Macedonibus subigendã animũ adiecerat. Pellebantur Achæi ſtationibus, præda fraudabãtur, iam & verbera intentari cœperãt, quę per Arathum & Philippum delata, vt multa Philippus erat eloquẽtia & ſuauitate præditus, eũ motum facile compreſſit. Ex Olympia deinceps Macedo profectus, ad Eream venit, vbi vendita præda est q̃ plurima hoĩm atq; omnifariam pecudum ex Elienſi agro fuerat abducta. Pontẽ ſuper Alpheũ amnẽ de manubijs ſtruxit. In Triphaliam inde est itum, terrã a Triphalo Arcade, vt Polybius credidit, appellatã. Strabo Triphyliã a trium gentium incolatu vult videri nominatã. Cęterũ vndecunq; nomen terra ſortita est. Macedo eam ingreſſus, Alphiram edito loco ſitam, etſi Aetolorum præſidio tenebatur, multa vi expugnat, arce, vt ad Aſophidem, volũtaria deditione potitus. Nec multo post Phialenſes ſeſe Philippo legatis ad id miſſis dediderunt. Samico inde rex potitus est, vnde Aetolorũm præſidium eiecit. Poſt Samicũ totam Triphaliam per deditionem recepit. Hiſq; per mediã hyemem actis, Megalopolim Macedo cum toto exercitu ſe extulit, ex Megalopoli Argos. Interfuit inde Egĩ publico Achæorum concilio, in quo Apellis ſuaſu, autor extitit, vt Aratus homo Achaicę liber tatis ſtudioſiſſimus publica ſub moueretur adminiſtratione, Epatuſq; aduerſę factionis vir dux in ſequentem annum crearetur. Philippus Egio profectus, Elienſibus inde electis, vrbem Dymenſib⁹ reſtituit. Per literas, Meſſenijs, Epirotis, Acarnanibus, & Scerdilaidæ edicit, vt ſinguli cum ſuis nauibus, ſibi in Cephalenia occurrerẽt. Ipſe Dyme præſidio firmata, contra Elienſium incurſionem, Lecheo ſoluens, Paleam littoralem Cephalenioꝝ vrbem ſubita oppugnatione adoritur. Erat is locus hoſtibus ad trajiciendũ in Peloponneſum cõmodiſſimus. Affuerũt interim auxiliares a ſocijs naues, & iam muro vrbis machinis concuſſo, capta erat Palea, niſi quibus datum erat negocium in vrbem irrumpendi vel ignauia, vel fraude tam ſegniter & timide munus obiuiſſent, vt cum ignominia ſint Macedones a mœnibus depulſi. Rex potiundæ vrbis ſpe fruſtratus, obſidionẽ ſoluit, atq; ex Cephalenia profectus, in mediterranea Aetolorum irrumpere cõſtituit, etſi Achæi per legatos in Peloponneſum reuocabãt. Leucadem itaq; primo venit, inde per Ambraciũ ſinũ in Aetoliam nauigauit. Aderant illi præter Macedonũ copias, Acarnanes & Epirotæ cupidi vtriq; iniuriarum, quas ab Aetolis fuerant paſſi, vlciſcendarum. Rex copijs in terram expoſitis, itinere vnius diei & noctis ad Acheloum venit, amnecq; inter Caponẽ & Straton ſuperato, Thermũ ire pergit, Metapamq; inter eundum capit, eaq; præſidio firmata, per anguſtias compoſito agmine, magna adhuc nocte, Thermũ peruenit. Erat is locus celebris, ſolenniq; Aetolici nominis conuentu, multaq; opulentia refertus, oĩs hoſtilis iniuriæ ad id tẽpus immunis, ibi non ſolũ prophana tecta, ſed ſacra omnia dirua & incenſa quibus iudicatus eſt Philippus a maioribus degeneraſſe. Alexander Thebis captis ſummam adhibuiſſe diligentiam dicitur, ne templa violarentur. Sic Aſiatica expeditione, ab omni lucorũ ędiumq; ſacrarum iniuria abſtinuit. Eſt, quis nõ videat im-

Apelles.

Triphaliа.

Palea.

Thermi excidiũ.

pij hoſtis & furioſi ea populari, quæ ſunt ad religionis vſum cõparata, ſtatuas, lucos, aras, quibus dirutis nullũ poteſt ad milites emolumentũ peruenire, necq; ad hoſtes detrimentũ: haud eñ decet bonum imperatorem, ad internitionem vſq; bellare, ſed quatenus eorum qui iniuriam fecere, malefacta corrigantur. Tyranni nõ regis opus eſt, victis & inuitis terrifice imperare, & mutuo odio cũ his viuere. Legitime imperantis, liberalitate & clementia ſubiectos gubernare, & inter ſuos mutua charitate verſari. Nec Aetolorũ exemplũ regẽ imitari oportuit, qui Dodonæi Iouis templũ incenderant. Pulchrum eſt hoſtem virtute non ſcelere, clemẽtia nõ fæuitia ſuperare. Philippus Thermo profectus cõpoſito agmine retro abibat, necdũ anguſtias euaſerat, quum ad tria milia Aetolorum ex inſidijs coorti, extremũ agmen carpere incipiũt. Macedo etſi ad tales caſus ſubſidijs oĩa firmarat, quia hoſtes obſtinatius inſtabant, ſcutatorum manu in occulto ſedere iuſſa, Aetolos ferocius inuectos inſidijs excipit, exceptos ad centum & amplius obtruncat: qua clade perculſi hoſtes omnem ferociam & impetũ remiſere. Inde Acheloo ſuperato, circa Stratũ Aetoli recenti prælio victi ſunt. Macedo ad naues reuerſus Leucadem nauigauit, vbi prędam large partitus eſt. In Peloponneſo interea Lycurgus cũ Spartanorum manu Eleam cepit. Arcem, quo ſe oppidani receperãt, obtinere non potuit. Dorimachus, qui in Theſſaliam eruperat, per eos dies quib⁹ Philippus Thermum diripuit, vbi de Macedonum acceſſu factus eſt certior, nulla re memorabili i Theſſalia geſta, vt patriæ auxilium ferret, magnis itineribus in Aetoliam venit, ob domeſticam cladem in ſuorum mœrorem incidit & luctum multo ſua opinione maiorem. Macedo interim Leucade profectus, omnem maritimam Aetoliæ partem populatus, Corinthum proceſſit, nauibus in Lecheo relictis. Corintho inde digreſſus, cum toto exercitu & Acheorum appendicibus, per ardua & deſerta montiũ ad Menalũ peruenit. Spartanis ſubito acceſſu ſtupentibus, ad Amyclas nono die q̃ Corintho diſceſſerat, caſtra fecit. Erãt Amyclæ in Spartano agro omni frugũ genere feraciſſimæ. XX. ſtadia ab Lacedæmone. Poſtridie oẽm circuiectã regionẽ populatur Philippus, ac plures deĩceps dies per hoſticũ euagatus, Cythiũ Lacedæmoniorũ naual e. XXX. ſtadia ab vrbe petijt. Quicq; d agri huic & Eleæ adiacet, quũ pari clade afflixiſſet, ad Amyclas eſt reuerſus. Lycurgus interea duo milia Meſſeniorum qui ad Philippũ veniebant in Glympẽ oppidum cõpulerat, eoq; ſucceſſu ferox factus, præ lĩ fortunã experiri conſtituit. Cum duobus igitur milibus colles, qui Eurotæ imminẽt, occupat, ediciq; vt Lacedæmonij vbi conſertũ prælium viderint, nõ vno loco eruptionẽ faciant ex vrbe, qui vt aliquãto anguſtius interuallũ regi ad euadendũ relinqueret, ruptis Eurotæ aggeribus, oĩa fluuio circuiecta loca inundatione compleuit. Philippus mercenarios in Lycurgum miſit, inde quum ſcutatos & illy ricos ſubiecĩſſet, centũ circiter Spartanorum cæſis, cæteris cum Lycurgo fuga diſiectis, loco eſt potitus, exercituq; vlna flumen per ocium traducto, Corinthum redijt. Hic Philippus in grauem militum ſeditionẽ incidit, cuius motus autores fuerant Leontius & Prolemæus, qui primum apud regem locũ obtinebant. Coniurauerãt hi cũ Apelle tutore regis in Philippum adhuc adoleſcẽtem, quia ille Arathi viri prudentiſſimi conſilijs libentius, q̃ ſuis vteretur. Cæterũ militari ſeditione compreſſa, Leontius & qui cũ eo ꝓſpirauerãt, haud multo

Optimi iperatoris partes

Aetoli bis vincuntur.

Amyclę.

Lycurgꝰ vincitur.



multo poſt ſui ſceleris luerunt pœnas. Nec regem latebat quorſum tenderent ſuorum procerum cõſilia, qui maluiſſent ſe, vt puerum, obſequentiorẽ habere, & ad ſua vota magis opportunum. Leontius igitur maieſtatis conuictus in caſtris interfectus eſt. Megaleas quum ad ſupplicium requireretur, Thebis quo confugerat ſibi mortem conſciuit. Apelles deinceps & filius ſupplicio dediti. Erat iam autumni tempus eius anni quo Annibal in Italiam deſcendit. Philippus militibus in hyberna dimiſſis non multo poſt in Macedoniam abijt. Spartani interim Lycurgum regem, quia rumor erat eum nouis rebus ſtudere, facto in eius domum impetu vrbe extorrem eiciunt. Eratq; hic rerum ſtatus in Europa: in Aſia interim graue inter Antiochum & Ptolemæum bellum gerebatur, tulit is a paterna cæde Philopatoris cognomen, qui quietiorem ſtatum temporum nactus, quum Philippus & Antiochus admodũ adoleſcentes eſſent, ac propterea minime formidoloſi diuerſa a maioribus via ingreſſus, ſe ocio & deſidiæ tradidit, vt breui nõ externis modo gentibus, ſed domeſticis quoq; contemptui eſſe cœperit. Fœdis itaq; animorĩbus & temulentiæ addictus inuenit ſui regni inſidiatores. Primus itaq; Cleomenes Lacedæmoniꝰ fuit, is magno prælio ab Antigono victus, vt ſupra eſt memoratum, in Aegyptum nauigauerat, vbi hoſpitaliter ab Euergete Ptolemæo, qui Philopatoris fuit pater, exceptus, apud eum quoad vixit i magno honore fuit. Mox vbi Philopator parricidio regnum occupauit, tentauit ille, bona regis venia, Lacedæmonẽ abire, regnum recuperaturus, poſt Antigoni interitũ. Id ille non ſolũ non impetrauit, ſed ſuſpectus etiã ob egregiam animi virtutem Philopatori eſſe cœpit. Formidoloſa eſt & ſuſpecta tyrãnis virtus. Appulit interim Alexandriã Nicagoras quidã Meſſenius, vęnales equos aduehens, is reconciliatã habebat cũ Cleomene amicitiam, ſed parũ integra fide, quod eius poſtea facinꝰ declarauit. Hunc Cleomenes circa portũ inambulans, ſub ipſum appulſum intuitꝰ, quũ amice ſalutaſſet, ad quid veniſſet percontatus, vbi nauigationis cauſam, & quid ſecũ veheret, audiuit, q̃ vellem inquit Cinędos potius aduexiſſes & Sãbucas. Nam his præcipue rex delectabatur. Hæc quũ Nicagoras Soſibio, cuius ſumma erat apud regẽ auctoritas, detuliſſet, barbari impulſu epiſtolã in Cleomenem confinxit, ſuſpitionibus plenã, qua poſt Nicagoræ diſceſſum ad regem delata, in cuſtodiã Cleomenes adductus eſt, liberaliter tamẽ apud cuſtodes & in ſummo honore habebatur. Sed quum nullã meliorẽ ſpem Cleomenes in futurũ haberet, rege Canobũ profecto, cuſtodibus deceptis, in publicum cum paucis ſuorũ ſtricto ferro erupit, ibiq; Ptolemæo quodam, ad cuſtodiã vrbis relicto, qui forte in eũ motũ inciderat, interfecto, ciues ad libertatẽ hortabatur, ad quã vocẽ quũ nemo moueret, in arcẽ impetũ fecit, quaſi eã per occaſionẽ occupaturus. Hinc quoq; vi excluſus, cũ ijs quos circa ſe habuit, vt fortiter moreretur, ſibi manũ intulit. Habuitq; Cleomenes hunc exitũ, in quo nihil regium defuit, præter regnũ. Theodotus inde Aetolus, qui inferiori Syriæ præerat, regis ignauiã pertæſus, & offenſus præterea illi grauiter, q̃ quũ nuper quędã aduerſus Antiochũ mouiſſet, vt prouinciã ſibi creditam fortiter tueretur, Alexandriã accerſitus, capite propemodũ fuerat periclitatus. Ob hæc ille inſeſto animo in regem, occulte Antiocho ſe Syriæ vrbes daturũ pollicetur, Pręfecerat Antiochus Molonem & Alexandrũ fratres, hunc Perſidi illũ Mediæ

Leontiꝰ.

Philopatoris ignauia.

Nicagoræ perfidia.

Cleomenis interitus.

Hermias Chares.

Maſſia.

Xęcetas fraude capitur.

quorum defectio regi nunciata eſt ſub id tempus, quo occupandę per Theodotũ Syriæ occaſio oblata eſt. Xeone itaq; & Theodoto quodã cum copijs in Mediã & Perſidem miſſis, ipſe ad Syriacũ bellũ exiturus, dum in Seleucia adhuc eſſet, Diognetus claſſis pręfectus Laodicen Mithridatis Ponti regis filiã virginẽ regi deſponſam, naui aduexit. Celebratis itaq; magno apparatu nuptijs, regnoq; vxori relicto, Antiochiã contendit. Nec ita multo poſt illi nunciatũ eſt duces quos in Molonem miſerat, victis Media exceſſiſſe, hoſtemq; oĩa late obtinere. Quibus nunciĩs Antiochus perculſus, Syriaci belli conſilio omiſſo, in Mediam cõtinuo occurriſſet, niſi ab Hermia Chare, qui ob pueriłẽ regis ætatem cerat tũ Antiochus. XVI. annos natus )oĩa ſuo nutu adminiſtrabat, Xenceta Achæo cũ nouis copijs in Mediam miſſo, ad incœptum bellũ exequendũ. regem confirmaſſet. Copijs igitur Apamię coactis, Laodiceam rex conceſſit, mox ex Laodicea cũ exercitu profectꝰ, ad Maſſiam venit locũ inter Libanũ & Antilibanũ promontoria. Eſt is locus primo natura paluſtris, ex vna parte oppidũ imminet, quod Brochos dicitur, ex aduerſo alterũ Gerra noie, inter vtrunq; arduus & inflexus collis. Per multos itaq; labores copijs huc traductis, rex Gerrã exercitũ admouit. Sed præter ſpem oĩa a Theodoto pręſidijs inceſſa offendit, & paludẽ foſſa valloq; obſeptam. Primo vim inferre conatꝰ eſt, cęterũ quia nihil vis profutura videbat, & Theodotus in Ptolemęi fide adhuc eſſet, ne plus incõmodi adiret q̃ inferret, incœpto deſtitit. Sed nihil a præſenti bello æque animum auertit, ac nouꝰ de Xenceta nuncius in caſtra allatus, quo cognitũ eſt regis copias a Molone profligatas. Xenceras ex Seleucia cũ Suſianæ & rubri maris oræ pręfectis ad Tygrim peruenerat, vbi facta ſpe, fore, vt ſi copias flumen tranſmitteret, magna pars exercitus a Molone qui odio eſſet militibus, ad regẽ tranſiret, exercitu in vlteriorẽ ripã impigre traducto ad Molonis caſtra profectꝰ, deſerta ab hoſte inuenit, multæ opulentiæ plena. Ibi Xenceras verã fugã arbitratus, q̃ Molo parũ ſuis fideret, idcirco ſe expectare nõ fuiſſet auſus. Cũ igitur crapulæ & ebrietati debitũ altus oppreſſit ſomnus. Tum Molo conuerſo per noctem curſu caſtra ſine certamine ingreſſus, hoſtes ebrios & ſemiſomnes ad facieratẽ cecidit. Pars non parua metu in fluuium præcipitata vorticibus ab ſorta eſt. Secundũ eã victoriã Molo Seleuciã occupauit, mox & oĩa Babyloniæ loca, & quicquid circa rubrum mare gentium fuit eius armis ceſſerat. Antiochus igitur his nunciĩs turbatus, ex Syria cum valido exercitu ad hoſtem profectus, Tygrim tripartito copias traiecit. Dura oppidum obſidione ſoluit. Orico deinde monte ſuperato in Apolloniam deſcendit. Et iam Molo ad quadraginta ſtadia a ege caſtra fecerat, qui quum ſuſpectam haberet militum fidem, noctu expertus Antiochi caſtra inuadere, cum lectiſſima manu a ſuis ſilentio digreſſus ad regias munitiones iter intendit. Ferebatur in hoſtem ſpei plenus, quum ei nunciatur decẽ milites ad regem tranſfugiſſe, tum ille infecta re ſub lucẽ in caſtra reuerſus, tãtum ſubito acceſſu tumultum excĩuit, vt parum abfuerit quin caſtra deſererẽtur. Inde vbi illuxit rex quadrato agmine affuit, nullam pugnæ morã facturus. Molo etſi ob noctурnũ tumultum cunctãtius exijt, eduxit tamẽ in apertũ copias. Hic haud magno quidẽ certamine opus fuit, cõfeſtim ſiniſtrũ Molonis cornu ad regem trãſijt. Ipſe ea parte qua prælijũ iniuerat aliquãdiu hoſtẽ ſuſtinuit, verum vbi ſigna deſtitui ſenſit, & qui circa ſe adhuc

adhuc pugnabant fluctuarent animo, satis gnarus quas pœnas regi daturus esset, si viuus in eius potestatem veniret, sibi manum intulit. Nicolaus eius frater ex acie digressus, vbi in Persidem venit, Molonis interitus. Molonis vxorem & filios interfecit, inde seipsum transegit ferro, Alexandrum alterum fratrem itidē fecisse arbitratus, Molonis corpus in celeberrima parte Mediæ cruci est affixum. In cæteros multa Antiochus est moderatione vsus. Inde prouinciarum rebus ex sententia constitutis, Artabarzanem cui bellum intulit, pene supplicem in amicitiam recepit, & Hermeam tutorem suum, quem superbia & auaricia corruptum ad id tempus tulerat, occidi imperauit. Hermeas occidit. Fuerat ille adeo omnibus inuisus, vt Apameæ vxorem eius mulieres populariter occiderint, & pueri liberos. Misit Antiochusad Achæum, cuius priore libro mentio facta, qui de eius iniuria quererentur, q̄ per id tempus quo ipse aduersus Artabarzanem exercitū duxit, ratus fore vt eo bello extingueretur, regiam appellationem recepisset, nec minus interea quę ad Syriacum bellum attinebāt, studio comparat. Mox vbi omnia affuere, Seleuciam Phœniciæ vrbem obsidione cingit. Seleucia. Est hæc haud procul ab Oronte, qui ex Libano ortus in Anthiochiam fertur, inde haud procul a Seleucia Phœnicio mari infunditur. Fuerat id oppidum multis retro annis in Aegyptiorū regum potestate. Ptolemæus Euergetes, qui Romana voce benefactor vocandus erat, primus vrbe ipsa fuit potitus, quum ob Beronices casum, vt alio est loco significatum, exercitum in Syriam duxit. Antiochus vrbem terra mariq; adortus, posteaquam in suburbia penetrauit, & iam emporia capta erāt, deditam a ciuibus pacate accepit. Seleucia potitus, Theodoti literis in Syriam accersitur, qui a rege aperte alienatus, Tyrum & Ptolemaidem obtinebat. Ad Narsiam igitur prius rex exercitum admouit. Hic Ptolemaidem a Nicolao Philopatris duce obsideri audiuit. Tum vero haud cunctādum ratus, cæteris copijs Brochum admotis, ipse cum expeditis militibus ad soluendam obsidionem occurrit. Ad cuius aduentū regius dux territus, priusquam Antiochus in conspectum venerit, præsidio ad Berytanum saltum obtinēdum misso, ipse cum cętero exercitu in tutum concessit. Antiochus hinc quoq; hostib⁹ subito accessu depulsis, in ipsis locorum angustijs castra fecit, hic reliquas copias expectaturus, quibus receptis continuo mota sunt castra. Affuit interim Theodotus qui Tyrum & Ptolemaidem regi tradidit. Eum Anthiochus humaniter complexus vbi exploratum habuit Ptolemæum occulte Memphim confugisse, eius vero copias ad Pelusium stare, confestim ad eas delendas occurrisset, nisi aquis omnia obtineri edoctus, præcipiti consilio abstinuisset. Per Syriam Antiochi expeditio in Syriam. inde euagatus, multas vrbes in deditionem accepit. Mox aperente hyeme, inducijs cum Ptolemæo in certum tempus pactis, Seleuciam in hyberna concessit, vbi per Ptolemæi legatos disceptatum est de iure Syriæ. Antiochus Seleucum & Antigonum, qui primi ea loca occupassent, post magni Alexandri interitum, verissimos aiebat iustissimosq; fuisse dominos, quare ad se qui a primo Seleuco oriundus esset, non ad Ptolemęum Syriæ regnum attinere. Præterea Ptolemæum non sibi sed Seleuco aduersus Antigonum pugnasse, quo sublato quum Cassander Lysimachus & Seleuchus inter se regna diuisissent, Seleuco Syriam adiudicarunt. Ptolemæi legati ruptum fœdus ante omnia querebantur. Inde dicere Ptolemæum Lagi ea conditione cum Seleuco aduersus Antigonum bellasse, vt totius Asię imperium Seleuco, Syria & Phœnice Ptolemæo cederet. Hyeme per irritas altercationes absumpta, quum iam ver appeteret, Antiochus instructo exercitu Marathū primo venit, per eum locum, quem incolæ dei Prosopon vocant, ingressus Berytum copias admouit, Botra vrbe in itinere capta, Triere & Calamo incensis. Hic Theodoto & Nicharo iussis angustias circa Dicū amnē occupare, ipse cum præcipua exercitus parte ad Damuram fluuium consedit. Paucis inde diebus ante Libanum, cuius angustias circa mare Nicolaus Ptolemæi dux obtinebat, terrestri prælio vno tempore & in mari dimicatum. Vtrobiq; Antiochus victor, cęsaq; interea ad duo milia hominum, reliqui fuga dispalati, magna ex parte Sidonem quo & Nicolaus deuenere, quo breui postea Antioch⁹ cum exercitu venit. Sidonem rex oppugnare non est ausus, ob hostium multitudinem, quæ intus erat. Moris castris Philoteriam inuasit, iuxta paludem stram, in quam Iordanis fluuius elabitur. Ea vrbe Antiochus breui potitus, Atrybirum expugnauit, & Pellam inde Camum, Geprum obtinuit. Quem Antiochi successum Arabes secuti, illius partes amplexi, commeatu & auxilijs iuuerunt. Arabum opibus & amicitia fretus Antiochus, vlterius progressus, Galatem & Rabbata cepit. Hinc Cerea qui a Ptolemæo transfugerat in Samariam cum quinq; milibus armatorum missō, Ptolemaidem cum exercitu concessit, ibi proxima hyeme mansurus. Cæterum dum hæc in Syria geruntur, Achæus, Miliade & magna Pamphiliæ parte Attalo adempta, Sardis copias admouit. Attalus Egosatas Galathas secum habens, aliquot interim loca in Aeolide recepit, quæ ad Achæum defecerant, inde Mysiam ingressus vsq; flumen maximum processit, vbi deliquio lunæ repente facto, Galathisq; vlterius sequi recusantibus, Egosatas circa Hellespontum collocauit, ipseq; Pergamum hybernatum se recepit. Vere deinceps sequentis anni ineunte, Antiochus & Ptolemæus, cum quam maximo vterq; potuit belli apparatu, in medium processere. Ptolemęus Alexandria profectus, vltra septuaginta milia peditū & quinq; equitum secum trahebat. Tres & septuaginta elephantos. Antiocho duo & sexaginta milia peditum, equitum sex milia, elephanti centum & duo aderant. Per Pelusium Philopator & Casium montem Gazam venit, inde quinis castris ad Raphiam vrbem consedit, quæ post Rhinocolura sita est, prima ciuitatum Syriæ Aegyptum aspectantium. Huc Antiochus cum omnibus copijs progressus, decem stadia ab hoste castra locat. Nec ita multis interiectis diebus, ad quinq; stadia propius translatis castris, quotidie inter aquandum leuia vtrinq; prælia ex occasione gerebantur. Interim Theodotus Aetolus, qui ab Ptolemæo ad Antiochum defecerat, speculatus interdiu procul regium tabernaculum, noctu ignoto habitu, hostium castra ingressus sub auroram deceptis custodibus ad regem ingressus, duobus qui in tabernaculo cubabant vulneratis, & cum his Ptolemęi medico interfecto, incolumis in castra rediit. Illud regi saluti fuit, q̄ secretiore quodam loco quietem capiebat. Nec ita multo post, reges ipsi decreto in aciem descendunt. Vterq; accuratissime suos ad pugnam instruit, opportunaq; ad milites hortatione est vsus. Ptolemęus læuum cornu cum Laodice sorore obtinebat, Antiochus cum regia phalāge dexterum. Primum fuit prælium elephantorum, quorum

Antiochi gesta in Syria.

Raphia.

Theodoti facinꝰ.



Regū cōgressus.

rum mos est quum dimicant se dentibus incessere. Cæterum Ptolemæi elephantes, quia plurimū Libici erāt, et ob id timidiores, statim indicis cessere, qui impetu auersi ingentem Aegyptiacæ phalangi attulerunt stragem, quo accidit, vt ab initio in dextro cornu Antiochus superior fuerit. Sed quēadmodum hac parte fortuna, pspere affuit, ita qui in læuo latere dimicabant a dextro Ptolemæi cornu pulsi sunt. Resistebatq; adhuc etsi beluarum impulsu non mediocriter concussa Ptolemaica phalanx a læua parte, quū Antiochus ratus se vincere, sensit se magna ex parte victū. Cursu igitur in alterum cornu delatus, vt ea parte pugnam repararet, vbi res perditas vidit, Raphiam profugit. Tum vero late cædes totis est campis edita, Ptolemæusq; ingentem victoriam adeptus, summa cū lętitia & gratulatione suorū, sese in castra recepit. Antiochi ad decem milia peditū cecidere, equites plusquam CCC. quatuor milia capta. In dextero Ptolemæi cornu quāplurimi equites & mercenarij milites periere. Secundū hanc pugnam Antiochus Syria cessit, certatimq; ciuitates in Ptolemæi fidem rediere. Secuta inde pax est, fœdereq; inter ipsos reges icto, Antiochus omnē belli impetum in Achæum vertit. Atq; hoc euentu in Syria est bellatum. Interea Lycurgus Lacedæmoniorum rex ab exilio reuocatus, cum magna Spartanorum manu, Messeniorum agrum ingressus, Calamam proditione occupat, atq; in animo habebat iungere se cum Pyrria Aetolorum duce, qui ex Elide eo venturus diceba tur. Verum Cyparēsibus Aetolo transitū inhibentibus, Lycurgus nulla re memorabili vlterius gesta, Lacedæmonem cum exercitu decessit. Elienses Pyrria duce exautorato, vt homine parum strenuo Euripidem iterum ex Aetolia accersunt, cuius ductu in Aegiadem regionem egressi, omnia terroris & populationis complent. Lyci Achæorum ducis occursu ibidē dimicatū, quadringentiq; ex Eliensibus cæsi. Nec multis interiectis dieb⁹, idem Lycus & Demodocus in Elienses agrum irrupere, vbi Eliēsium. CC. temere in hostes inuecti, apud Physium sunt cæsi. Eratq; hic rerū status in Pelopōneso. Ab Acarnanibus & Aetolis mutuæ & crebræ incursiones fiebant. Philippus Bylazonē vrbem in Peonia occupauit ad ingressum Macedoniæ, ex Dardania inde multa ope Thebas nō procul a mari vrbem pluribus diebus oppugnatam, per deditionē cepit, captamq; macedonum fecit coloniam, pro Thebis Philippopolim appellauit. Audita interea Scerdilaide alienatione, qui pacto stipendio a rege fraudatus, omnem oram maritimam vsq; in Peloponnesum infestabat, cum aliquot cataphractis nauibus & aphractis quibusdam, euripo enauigato, nauibus circa Maleam & Lecheum dispositis, Argos venit, vt Nemeęis ludis interesset. Quo illi literæ ex Macedonia allatę sunt, quibus significabatur, Romanos ad Trasimenum lacum in Hetruria a Pœnis ingenti prælio victos, & iam Annibalem omnia late obtinere. Ostendit Philippus literas vni duntaxat Demetrio Phario, quem penes se habebat. Ille regem hortatus, vt Græciæ rebus compositis, ad Illyricū & Italiā occupandam animum adjiceret, facile perpulit, vt confestim de pace cogitare cœperit, quę paucis diebus in hunc modum secuta est, vt Aetoli & Achæi atq; eorū socij, pacate inter se agerent, ictumq; in id fœdus. Incidit pax illa in tertium annum centesimæ & quadragesimæ Olympiadis, vt Polybius scribit, qui annus, vt idem ait, in eum coincidit, quo Romani ad Trasimenum prælio victi sunt. Philippus locis quæ Scerdilaidas occuparat, receptis, quum iam hyems instaret, milites in hyberna dimisit, ipse animo ad res Italiæ semel adiecto, centum lembos in stuxit. Sub initium æstatis, Macedonibus leuiter remigio exercitatis, cum omnibus copijs, per Euripum & Maleam, ad loca, quæ sunt circa Cephaleniam & Leucadē, classem appulit, vbi castris circa mare positis naues valide communiuit, Romanā classem præter cætera formidans. Antiochus initio æstatis societate cum Attalo aduersus Achęum inita, Taurum montem transcēdit. Et Prusias rex Bithyniæ Gallos, quos Attalus circa Hellespontū collocauerat, quia Arisba capta circumiectis accolis iniurij essent, acie victos cum multa cæde dissecit. Vxores & liberi eorum nullo ætatis aut sexus discrimine ad vnum sunt occidione occisi.

Vincitur Antiochus.

Syriaci belli finis.

Lycurgꝰ.

Lycus.

Philippi successus

Catapharactæ & aphractę naues

Achaici & Aetolici belli finis.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER III.

IN HOC Statu erāt res Asię, quum Romani ad Cannas ingenti, vt diximus, sunt prælio superati, qua victoria frætus Annibal ex Apulia profectus in Hirpinis primo Cōsam sine certamine traditam recepit, ibiq; parte vna exercitus cum Magone relicta, quibus copijs ille propinquas vrbes aut sponte debitas reciperet, aut inuitas ad deditionem compelleret, ipse ad inferum mare cursum intendit, Neapolim oppugnaturꝰ. Sedet Neapolis in Cāpano littore, cui Phlegræi campi a tergo circumiacent, nec Labotini multo inde remotio res. Eam Chalcidenses condiderunt, Parthenopen primo a Sirenis tumulo appellatam. Surrētum ex aduerso illi respondet, diuersa parte sinus cum Mineruæ promontorio vbi Sirenum fuit sedes. Pœnus loci opportunitatem secutꝰ, vt portus aliquis sibi esset idoneus ad excipiendos ex Libya cōmeatus, huc progressus Numidas vrbē adequitare præcepit, qui Neapolitanorū equitum aliquot temere in pugnā egressos, subito equorū circūactu in medium excepros interfecere. Annibal situ vrbis & murorū apparatu inspecto, omni spe illiꝰ potiūdę abiecta, Capuā duxit. Florebat tum ea ciuitas longa felicitate & indulgentia fortunę, immoderateq; suam libertatem exercere, multoq; immoderatius plebs id facere, cuius proprium est nihil scire, fuerat semper antea senatui infecta, tum vero per Pacuuium Calanium aliquāto pacatior facta. Is iam inde ex quo Romanis ad Trasimenum victi sunt, ad Pœnorū societatē animū adiecerat, ad quod facinus exequendū, vt totius ciuitatis studia cōciliata haberet, noua arte in reconciliandis ordinibus est vsus. Senatum primo docuit quantum sibi periculi a plebe immineret, si nouādæ rei occasio aliquando affulsisset, haud dubie, nisi mature obuiā iretur, fore, vt nō multo post pauci a pluribus subita vi obtruncarentur. Verum habere se consiliū multitudinis reconciliandæ, si suæ fidei senatus negocium permittat. Oēs ad vnum metu perculsi, Pacuuium orant, vt ex sua fide vniuerso ordini cōsuleret. Senatu itaq; in curia clauso, Pacuuiꝰ in cōcionē processit, ibi multitudinem affatus, multum diuq; inquit optatis ciues Campani vestros senatores tollere, at certo scio quando optatæ cædis potestatem fecit

Neapolis situs.

Parthenope.

Repellit Annibal Neapoli.

Capua.

Pacuuiꝰ ingeniū.

fiet a me vobis? clausi enim omnes in curia vt opportuniores ad iniuriam haberetis )nolle vos sine senatu esse, neq; etiã expediret ciuitati publico, consilio carere. Legendi igitur noui senatores sunt, cõsiciam igitur proinde singulorũ nomina in vrnã, ac quotus quisq; eorum fuerit sorte ductus, de eius capite vt libitum fuerit statuetis. Sed priusquã de sonte sumatur supplicium, in dãnati locum alius est vobis senator cooptãdus, atq; ita vno tempore inimicos vlciscemini, & nouũ ex sententia senatorẽ habebitis. Assensa est multitudo, nomenq; vnius sorte eductũ oẽs derestati, dignũ supplicio conclamant. Video inquit Pacuuius q̃ sit vestra de hoie sententia, agite nunc & priusquã supplicio afficiat vnũ aliquẽ in huius locũ cooptate. Tum vero quũ vnus atq; alter noiari cœpt? esset, eorũq; noia vulgo sorderent, nec quisquam existeret, cui nõ ignauia aut obscuritas generis aliud ve sordidũ obiceretur, essentq; pleriq; nõ tam ad dignitatẽ, q̃ ad audienda probra noiati, sensim ex concione & cũ rubore plebs dilapsa est, notissimũ malum maxime tolerabile esse dictitans, remissoq; odio senatũ custodia educi iussit. Senatores & ipsi iam inde obsequentiores in plebẽ facti, facile eum ordinẽ sibi beneuolentia deuinxere. Eratq; Pacuuius ob hæc in magna celebritate, ac ciuitatis longe princeps, ciuesq; mutuo inter se studio deuincti, vna oẽs a Romanis ad Pœnos inclinarũt. Vnũ in mora esse, q? mutua cõnubia plerasq; ambarũ ciuitatũ familias miscuerant. Nã & Pacuuius liberos ex Appij Claudij filia tulerat, & filiã Romæ nuptum Liuio dederat. Obstare ad hæc præsenti cõsilio, CCC. Cãpani equites, q̃ inter cætera Siciliæ præsidia, in eã insulã fuerant delati. Cæterũ Romanis ad Cannas victis, vbi ex ijs legatis qui ad Varronẽ consulem officij prætextu Venusiam quo ille cũ paucis ex acie fugerat, missi fuerant, cognitũ est res Romanas, supra q̃ credi posset, accisas, immemor ingrata ciuitas veteris Romanorũ in se meriti, Samnitiũ olim iugo de ipsius ceruice excusso, nõ solũ rem collapsam, vt fideles & gratos socios decuit, non iuuerunt, sed Virij Subij sibi & ciuitati magis q̃ Romanis funesta persuasione decretũ tulere, vt cũ Annibale his conditionibus fœdus iniretur, ne quis imperator magistratusve Pœnorũ ius in Campanũ ciuem haberet. Nemo Cãpanus inuitus militaret, munusve aliud nolens obiret, Vt suę leges suiq; magistratus Cãpanis essent, vt. CCC. ex captiuis Romanis Pœnus Campanis daret, quos ipsi legissent, cũ quib? sui equites, qui in Sicilia faciebant stipẽdia, permutarentur. Fuerunt qui traderent priusquã Cãpani aperte defecissent, eorũ legatos Romæ in curia petisse, vt alter consul Cãpanus fieret, si Romani a se iuuari vellent, ad quã impudentẽ postulationẽ tanta fit indignatio orta, vt Campani curia summoti ante noctẽ iussi sint Romanis finib? excedere. Sed hi nõ contenti fidẽ prodidisse, Romanorũ plerosq; qui tum forte Capuę erant, in balneas custodię specie clausos, feruore & æstu intercluſa anima, crudeliter necarunt. Vnus oĩm, Decius Magius, ne ea defectio fieret, summa ope obstitit, ne Punicũ etiam præsidiũ in vrbem acciperetur, superbã Pyrrhi regis in Tarẽtinos socios dominationẽ referẽs. Nec post præsidiũ acceptum suos hortari destitit, vt aut Pœnos vbe ejicerent, aut his subita vi oppressis se se Romanis restituerẽt. Huiusmodi hois cõstantia offensus Annibal, Magium ĩ castra accersiuit, qui quum ad eum ire recusasset, negans aliquid rei sibi cũ Pœno esse, præmisso ad vrbis magistratus nuncio, postridie ipse Capuam venit, ad quem videndum quum tota ciuitas certatim obuiã, p̃diuisset, vnus Magius officio abstinuit. Cæterum dum ois sexus & ætas in tam claro duce excipiendo occupata est, ipse cũ filio & paucis cliẽtibus tacitus per forum inambulauit. Ingressus vrbem Annibal consestim senatũ vocari iussit, tum rogat? ne quid ageret eo die, quo primum socia vrbem ingressus erat quod nõ idem lętũ et hilare esset, etsi in iram valde propensus, abstinuit tñ ac reliquũ diei in spectãda vrbe est ab eo cõsumptum. Diuersabatur Pœnus apud Ştenium & Pacuuium celebres nobilitate & opibus, Campanæ ciuitatis longe clarissimos. Venit eo et Pacuuius Calanius princeps ei? factionis, quæ rem ad Pœnum traxerat, cum filio adolescẽte ab Decij latere vi nuper abstracto. Huic recens patris meritũ non solũ veniam apud pœnum impetrauit, sed ad cœnã est etiã ab eo vocat?, cui valetudine excusata iuuenis adesse noluit, quin patrẽ paulo ante solis occasum triclinio egressum secutus, vbi eum secreto est loco adeptus (venerant enim per posticum in hortũ ædibus subiectum )ibi Perolla (hoc illi nomen fuit) toga ab humero reiecta, latus gladio succinctum nudat, cepisseq; se consiliũ ait Annibalis ex improuiso obtruncandi. Atq; ita fore, vt non solũ Campani defectionis veniam a Romanis impetrarent, sed in multo maiore, quã vnquã antea, apud illos honore futuri essent. Hoc te latere nolui inquit, vt adesse possis pater si velis, vel si mauis, inde procul abesse. Ad ea senex nõ aliter, q̃ si res geri cœpta esset, territus per omnia iura, quæ filios parentibus iungunt, cum lachrymis & multis precibus obtestatus est, ne coram patre omnia infanda facere & pati vellet, ne fidem paulo ante publico & priuato iure cum Pœno iunctã, violare aggrederetur, atq; hospitalem mẽsam, cui ipse tertius esset adhibitus, tam clari hospitis sanguine fœdaret. Quod si neq; fides, neq; iura valerent, manifestum vitę periculum respiceret, quum tot seruorum liberorumq; manus & oculi ducem ipsum obseruarẽt. Iam corpus inquit meum prius ferias necesse est, quod ego illi obiciam, ne publica & priuata fide periclitemur. Sine fili te pot? hic exorari q̃ illic vinci, valeãt patris lachrymę, valeãt preces apud te meæ, sicut pro te hodie apud Pœnũ valuerunt. Hæc pater locutus vbi iuuenem lachrymantem vidit medium amplexus atq; hærẽs oscülo, nõ prius & monere & precari destitit, q̃ a proposito auertit. Tum Perolla. Ego inquit pietatẽ, quã patriæ debeo tibi quãdo ita vis exoluã pater. Doleo tamen tua causa, cui patriæ ter prodite sustinendum est crimen, defectionis a Romanis factæ, fœderis cum Pœno initi, & q? arma q̃ pro publica fide indueram manibus extorques. Inde arrepto gladio. Ferrum inquit o patria quo pro te in Pœnum vsurus eram, quãdo paterna pietas ,phibet, recipe, atq; cũ his illud trans horti materiã in publicũ abiecit, & quo minus res suspecta esset in triclinio redijt. Postridie Annibal, frequenti senatu, Cãpanis gratias egit, q? amicitiã suã Romanæ prætulissent, pollicitus breui fore, vt Capua Italiæ esset caput, vnde Romani cum cæteris populis ius peterent. Vnum Decium Magium expertẽ esse Punicæ amicitiæ, fœderisq; secũ ictũ, is vt sibi dederetur, p̃ amicitia nuper inita postulauit, in cuius sententiam vbi factum est senatus cõsultum, Magiusq; ad Annibalis tribunal destitutus, nihil ex pristina ferocia remisisset, confestim sunt illi catenæ iniectæ, & in castra perduci est iussus. Ille vero quacunq; irer, concionanti similis, ad circunsusam multitudinem, Habetis inquit Campani viri libertatem quam

Magij cõstantia.

Perollæ facinus.

Cãpani cum Pœnis fœd? sanciunt.

Cãpanorum perfidia.

Decius Magius.

Magius Annibali tradit.



quam petijstis. En inquit, ego nulli meorum ciuiũ secundus, media ciuitate, celeberrima parte vrbis, ad supplicium rapior, quid violẽtius fieret si vrbs vi capta esset? ite nunc Hannibali obuiam diem eius accessus cõsecrate, vt sit qui de ciuibus vestris in hũc modum triumphet. Quum hæc ille passim differeret, videreturq; multitudo idignitate rei moueri, obducto capite in castra est deductus. Ex castris mox in nauim impositus, vt Carthaginem deueheretur. Nauis vi tempestatis Cyrenas est delata, quæ tum in Alexandrinorum regum ditione erat. Hic Magius quum ad Ptolemæi statuam concessisset, Alexandriam ad Ptolemæum est deportatus, qui vbi quis esset audiuit, contraq; ius fœderis ab Hãnibale victus, vinculis liberari iussit, factaq; illi potestate quo vellet abeundi, Alexandrię esse maluit quoad res Italiæ in eo motu essent. Sub id tempus quo hæc Capuæ gerebantur, Fabius pictor est Delphis reuersus, Romęq; res diuina & supplicatio ex oraculi forma decreta est. Mago Hamilcharis filius Cannẽsis victoriæ nuncius Carthaginem missus est. Hic frequenti senatu res a fratre in Italia gestas ita exposuit, vt diceret biennio, quo in Italiam ventum erant ducenta milia hostium. pluribus prælijs, ductu & auspicijs Hannibalis cæsa, quinquaginta capta, duos cõsules occisos, duos exercitu exutos, vnum saucium, magistrum equitum acie victum, dictatorem quia ĩ pugnam nunquam descendisset vnicum imperatorem haberi. Capuam post Romanas opes accisas, Italiæ caput Apulos, Brutios, Lucanorumq; & Samnitium nõ paruam partem ad Pœnos defecisse, cui tam læto nuncio, vt maior fides haberetur, tantam vim aureorum annulorum in vestibulo curiæ effudit, vt metientibus tris modios & dimidium expleuerit, vt quidam prodiderunt. Fama tamẽ tenuit vnum quod propi? vero est, fuisse modium. Adiecit inde in maioris victoriæ argumentum equitum id insigne, atq; primorum eius ordinis, apud Rom. esse. Miror equidem Liuium, quod alio etiam sum loco restatus, aureos fuisse annulos prodidisse, quum Plinius autor sit, ante C. Marij tẽpora nullum aurei annuli vsum priuatis ciuibus fuisse. Summa igitur orationis quam Mago ad senatum habuit hæc fuit, vt quando procul domo bellum gereretur, & in media hostium terra. Hannibalis nomine petijt vt pecuniæ in stipendium, frumentum, & quia exercitus tot prælijs esset diminutus, supplementum etiam ex Aphrica mitteretur, vt bellum magna ex parte confectum, ad exitum commodius perduci posset. Quum in re tam læta omnes lætitia exultarent, tũ Himilcho homo Barchinę factionis, ecqd est inquit Hanno, etiam nunc pœniter belli aduersus Rom. fusceptij? Iube nunc Hannibalem dedi, audiamus in Carthaginiensium curia Romanum senatorem. Ad ea Hanno, Tacuissem hodie inquit patres conscripti, nequid in cõmuni gaudio, quod min? lætũ esset loquerer. Nũc nisi ad ea respõdeã, q̃ me senator nobilissimus rogauit, aut superb? credar, aut timidus, quorũ alterũ viri est alienæ libertatis obliti, alterũ suæ. Quæris Himilcho an me fuscepti belli pœniteat? dico me neq; pœnitere desijsse, neq; prius desiturũ Hãnibalem autorem huius belli incusare, quam aliqua tolerabili conditione id finitum videro neq; interruptæ pacis desiderium rex vlla quam noua pax finiet. Quam nisi nunc quum eam dare potius quam accipere videri possimus adipiscamur, vereor ne aliquando frustra desideraturi simus. Dic præterea Himilcho (nam tecũ mihi sermo est) occidit Hannibal numerosos hostium exercitus, & milites petit. Bina castra hostiũ opulentiæ plena cepit. Frumento & pecunia eget. Quid aliud fiat, si aut victus sit, aut castris spoliatus? Respõdeat & Mago velim ad hæc pauca. Ecqs Latinorũ populorum, post res Ro. extremo prælio afflictas, ad Hannibalem defecit? Ecquos legatos Ro. miserunt post aduersam pugnã ad petendã pacem in castra, aut quã scitis Romæ de pace mentionem factã? Quum nihil eorũ factũ dixisset Mago: Tam integrũ bellũ (inquit Hanno) cũ Ro. po. nobis est, q̃ eo die fuit, quo Hannibal est Italiam ingressus. Fortunę inde volubilitate, prioris belli punici exẽplo, memorata admonuit patres, quæ pax a Ro. sperãda esset, si quod nollet, fortuna variari cœpisset, quã ne toties quidẽ victi, accisiq; eorum rebus darent? Quũ hæc Hanno & alia magis vere q̃ opportune dixisset, senatusconsultũ nihilo feci? est factum fecundũ Magonis postulata. Decretum vt quadraginta milia Numidarũ, quadraginta elephanti, & argenti pondus ingens Hannibali mitteretur. Et dictator cũ Magone i Hispaniã iret, vbi viginti milia peditũ, & quatuor equitũ stipendio conducerẽt, his q; copijs Italicus exercitus & Hispanienſis expleretur. Cæterũ hæc segniter vt lætis rebus, ocioseq; nimis gesta. Romæ præsens rerũ fortuna oĩa celerius agere dictatorẽ cogebat, qui rogato populo vt equum cõscendere liceret prẽter duas legiones, quę ab initio anni ascriptæ fuerant, ex pecunia iudicatis, & capitalẽ fraudem ausis, quibus publicã fidem prẽstitit, aliaq; hoĩm colluuione, cũ quinq; & viginti hoĩm milibus ex vrbe profectus est. Hannibal Capua recepta, Neapolitanorũ animos frustra periclitatus, in Nolanũ agrum castra transtulit, fuisseq; breui ea vrbe potitus, plebe ad defectionẽ inclinata, nisi Marcellus Prætor, qui cũ exercitu Casilini erat, trepidis senatorũ nunciis exercitus, occultis itineribus eo venire maturasset. Pœnus ad mare iterum reuersus, vbi Neapolim a M. Iunio Syllano ptore teneri sensit, quẽ Neapolim accersiuerat, Nuceriã aliquandiu obsessam conditione cepit, vt ciuibus, quo vellent, abire liceret. In propinquas vrbes dilapsi, vbiq; prẽterquã Capuę benigne habiti, a Cãpanis ob id excluſi, quia Hannibali portas non statim aperiuissent. Nuceria direpta est a Pœno & incensa, Nolę interim Marcellus quum magis principum voluntate quã plebis vrbem obtineret, pro magno habuit negocio sibi L. Bantium principem iuuentutis conciliare. Is in primis rem ad Hannibalem trahebat, q? Cannensi strage ex cæsorum cumulis seminecem extractum diligenter curasset, eoq; hostis beneficio iuuenem a Romanis alienatum, & ad res nouas spectantem Marcellus intuitus, beneficio magis quã supplicio hosti eximendum existimauit, eumq; ad se vocatũ benigne alloquitur, collaudatumq; q? Cannensi acie fortiter pro re Rom. stetisse diceretur, insigni equo donauit, & quingentis bigatis numis. Inde maiora in futurum pollicitus, littoribus sperat, vt quoties Bantius vellet, darent illi ad se aditum, qua prætoris munificentia ferox iuuenis animus adeo est mutatus, vt sociorum nemo fideliorem operam Rom. eo bello deinceps exhibuerit. Nec ita multo post Hannibal ex Nuceria affuit, sub cuius aduentum Marcellus non metu, sed ne plebi, quæ Hannibalis erat, tradendæ illi vrbis facultas relinqueretur, cum exercitu in vrbem se recepit. Eratq; quotidie leuia vtrinq; prælia, quum Marcellus senatus indicio comperit, nocturna cũ hoste haberi colloquia, conciliaq; a plebe cum ijs inita, vt quum Rom. ad pugnam de more egrederetur,

V tum

Magij fœlicitas.

Hãnibalis victoria.

Annuli interfectorum, an aurei fuerint.

Himilchonis insolentia.

Vaticinatio.

Dictator ex vrbe profici scitur.

Marcell? Nolã obtinet.

Bantij re conciliatio.

Marcelli in recõciliãdo prudentia.

Hãnibal Nolã obsidet.

tum clauſis a tergo portis vrbe excluſum hoſtibus traderet trucidandum: Pœnumq; victorem intra muros acciperet. Tum ille vbi rem ad defectionem inclinare vidit, fortunam tentare conſtituit. Omne robur copiarum in porta, quæ recta ad hoſtem mittebat, primo collocat, inde dextra læuaq; duabus portis auxilia, & equites cum legatis iubet conſiſtere, ſignumq; ad erumpendum expectare, impedimenta cum lixis & calonibus ſequi iuſſa, ne ab oppidanis diripi poſſent, firmo cinxit præſidio. Edicit præterea nequis Nolanorum muros aſcendat, capitale futurum qui edicto non paruiſſet. Affuit Pœnus, vt antea conſueuerat, cum parte copiarum dimicaturus, qui miratus q; nemo vrbe egrederetur, quum propius muros ſubiiſſet, pareſacta repente porta cum impetu & clamore miles, vti iuſſus erat, in hoſtem inuehitur, prælioq; confeſtim inito Pœnum perculit, vt in re ſubita, trepidum. Clamor indea lateribus ſublatus turbauit etiam ac fudit. Mirum eſt quod eo die accidiſſe memorant: vno duntaxat Romanorum cadente, ad duo milia hoſtium & tercentos occidione occiſos. Ea victoria maior Romanis viſa, quã pro numero cæſorum, q; ab hoſte toties vinci deſiiſſent. Hãnibal ſpe Nolæ potiundæ abiecta, Acerras contendit. Marcellus in vrbem reuerſus, clauſis portis, in eos qui noctu cũ hoſte colloquia habuiſſent, quæſtionem exercuit, ſeptuagintaq; proditionis conuictos, ſecuri percuſſit. Permiſſa inde ſenatui vrbis adminiſtratione, cum exercitu profectus, ſupra Sueſſulam caſtra fecit. Pœnus interim Acerras oppidanis nocturna fuga dilapſis diripuit & incendit. Ad Caſilinum inde exercitum duxit: Erant ibi cohortes duæ, Prænestinorum vna, altera Peruſinorum, quæ ſub id tempus quo ad Cannas eſt pugnatum, audita ſuorum clade, procul inde quo iter intenderant, haud vno tempore Caſilinum peruenere. Quũ hic igitur eſſent, cognouiſſentq; ſibi ab oppidanis, qui Campani erant, inſidias parari, Capuamq; ad apertam defectionem ſpectare, oppidanis noctu interfectis, partem quæ citra Vulturnũ erat amnem occuparunt. Sed cędes illa priuſquam Peruſini affuiſſent, a Prænestinis edita eſt. Acre igitur prælium ſub hoſtium acceſſum pro mœnibus commiſſum, multiq; Pœnorum prima Rom. eruptione cæſi, mox creſcente prælio ex præſidiarijs haud quidem pauci occubuerunt, in oppidumq; compulſi ſunt. Hos atroci oppugnatione adortus Hannibal vineas, cuniculos, aliaq; opera bellica munitionibus admouit, cuius conatus quum Romanos irritos reddidiſſent, pudore victus copiarum parte ad obſidionẽ relicta ipſe Capuam cum cætero exercitu in hyberna conceſſit. Vbi exercitus ad eam diem inuictus, ita Campanis eſt delitijs emolitus, vt plus Capua Hannibali obfuiſſe quã Rom. Cannæ crederentur, maiuſq; hoc Pœni erratum fuiſſe, quam q; a Cannis victor nõ continuo Romam petiiſſet. Caſilini interea in obſidione perſeueratum, præſidiumq; ad vltimum inopie redactum, ita vt quidam fame adacti, vltro ſeſe præcipitaſſe dicantur. Alij nuda corpora obtulerint hoſtibus coficienda. Miſſa itaq; ex Rom. caſtris ſecundo fluuio dolia tritico plena præmiſſo nuncio qui magiſtratui ſignificaret, vt ventura dolia excipi iuberet. Atq; ita triduo hoſtis deceptus, noctu enim fluuio impoſita, priſquã illuceſceret, eo perueniebant. Mox amne timidius ſolito fluente, qum forte dolium ſalictis ripæ innatis adhæſiſſet, reab hoſtibus deprehenſa, quia id conſilium haud procedebat amplius, aliã viam ingreſſi iuglãdes in fluuium deiecere, quas quum Pœnus crate exciperet, ad tantam rerum omnium penuriam ventum eſt, vt lora et pelles ſcutis detractas aqua emollitas mãdere conati ſint, nec muribus interim alijſq; obſcœnis cibis abſtinerent. Satis conſtat tercentis argenteis nummis murem vnum memorabili euentu vænijſſe, emptoremq; ea alimonia ſeruatũ, qui vendiderat extincto. Eruere ad hæc herbarum radices infimis murorum aggeribus. Quod vitæ ſubſidium vt Pœnus incluſis adimeret, omne hærbidum ſolum circa oppidum inarauit. Præſidiarij inaratæ terræ raparum ſemina iniecere, idq; quum Hannibal reſciuiſſet: Ergo hic inquit ſedebit Hannibal, dum iacta ſemina naſcantur: tum qui nullas ad id tẽpus pacis cõditiones admiſerat, ob Cãpanorum credo cædem, præſidium incolume dimiſit, certam in deditorum capita pecuniã pactus. Caſilinum receptum Hannibal Campanis reſtituit. Prænestinis militibus, qui in præſidio fuerãt, Romani duplex ſtipendium conſtituerunt, & vacationem in quinquennium. Manitij eorum prætoris ſtatua loricata in Prænestino foro diu poſtea manſit, cum tribus ſignis & in deſcriptione, Manitium pro militibus, qui Caſilini in præſidio fuerunt, votum vouiſſe. De Peruſinis obſcurior ad poſteros manauit fama. Petelini a Philoctete oriũ dicti vni Brutiorum omnium adhuc in fide erãt) per id tempus Romam legatos miſerunt auxilium petentes aduerſus Hannibalem & Brutios, a quibus ob id q; ſuum conſilium a cæteris ſeparaſſent, aliquanto infeſtius quam a Pœno oppugnabantur. Bis ſuper ea re conſultus ſenatus, circunſpectis omnibus imperij viribus, nulla ratio fideliſſimæ ciuitatis periculo eximendæ iniri potuit. Iuſſi ſunt abire, atq; ſuis rebus conſulere. Satis eorum fidem perſpectam eſſe pop. Ro. Perſtiterunt nihilo ſecius illi in fide, certi omnia extrema citius pati q̃ fidem prodere, niſi illud potius odium in cæteros Brutios fuit, aut q; in cauſa eſſe potuit veniæ deſperatio. Sub idem ferme tempus C. Octacilius & M. Cornelius Mammula prętores, Siciliæ ille, hic Sardiniæ, ſtipendium & frumentum ad ſe mitti per literas petentes iuſſi ſunt in ſumma ærarij inopia ſibi ea ſubſidia ex ſocijs ciuitatibus quærere. Hiero frumẽtum & ſtipendium Octacilio obtulit, ſociæ ciuitates Cornelio. Creati ad hæc pecunię inopia triumuiri menſarij, qui æs & argentum a priuatis conferendum, publica fide interpoſita, ſuſciperent. Dedicata eſt & a duumuiris ad id creatis, ædes concordiæ. Et Spurius Carbilius, quum in curia de copiarum ſupplementis conſultatio inita eſſet, cenſuit ad Latinum nomen arctius in fide retinendum, binos ex ſingulis Latij ciuitatibus ſenatores legendos. Ea relatio, vt a præſenti ſtatu temporum aliena, cum fremitu & indignatione reiecta eſt, cautumq; vt ſilentio tegeretur, ac pro non dicta haberetur, ne res intempeſtiue mota ſuſpenſos ſociorum animos ad defectionem ſolicitaret. M. Fabius Buteo Dictator ſine magiſtro equitum creatus, qui ſenatum multis cladibus exhauſtum legeret. Dignitatis & meritorum ratio habita, qui ædiles, tribuni, prætores, quæſtoreſve fuiſſent in curiam aſciti. Creati inde conſules proximis comitijs L. Poſthumius abſens & T. Sempronius Gracchus. Cęterum paucis diebus, quibus comitia ſunt habita ex Gallia recẽtior clades nũciata eſt, L. Poſthumium conſulem deſignatum cum exercitu a Gallis cæſum. Hunc hoſtes per Litanam ſyluam ducturum, ſucciſis iuxta viam vtrinq; arboribus, atq; ita libratis, vt minimo impulſu ſubitã trahe-

Pœnorũ cædes ad Nolam mira.

Hãnibal Caſilinũ oppugnat.

Cãpanæ delitiæ eorum-punt Hãnibalis exercitũ.

Fames ſumma.

Deditur Caſilinũ

Petelino rũ fides.

Triũuiri menſarij.

Dictator

Cõſules.





rent ruinam, vbi ingreſſum viderunt, impulſis arboribus miſerabili ſtrage cum omnibus copijs opprẽſerunt. Ex quinq; & viginti milibus hominũ, vix decem numero, hoſtium manus effugerunt. Poſthumij caput præciſum Galli templo, quod ipſi ſanctiſſimum fuit genti, intulerunt, quo purgato, caluam auro celarunt, idq; ſacrum vas illis fuit, quo ſolennibus ſacris libarent. Cladis huius nuncius tantum ciuibus pauorem intulit, vt Romanę illico clauſæ ſint tabernæ, eratq; velut nocturnum in vrbe ſilentium, quum ædilibus datũ eſt negocium, vt tabernas aperiri iuberẽt, ſpeciẽq; publicæ mœſtitiæ demerent vrbi. Et T. Sempronius conſul deſignatus, patres in curia conſolatus eſt, hortatuſq;, vt qui Cannenſi cladi non ſuccubuiſſent, ne ad minora damna animum demitterent. Adnitendum totis viribus, vt Hannibalis conatibus iretur obuiam, de Gallis in Deorum potẽſtate ac po. Rom. fore, vt aliquando præſentem clade vlciſcerentur. Placuit itaq; eo anno Galliam prouinciã omitti. Cõſtitutæ inde ſunt cæteræ prouinciæ, in quibus ordinandis decreuit ſenatus, vt exercitus qui ex acie Cannenſi fugerat, in Siciliam traduceretur, ibiq; quoad in Italia debellatũ eſſet, militaret. Sed dum Romæ hæc geruntur, duo Scipiones in Hiſpania proſpere bellum gerebant. Etenim Punicarum nauium præfecti poſt pugnam ad Iberi oſtiũ commiſſam, ab Haſtrubale grauiter increpiti, quum haud multo poſt ad Scipiones tranſiuiſſent, magnum in Carthaginienſium gente motum conciuere. Pleræq; eius gentis vrbes a Pœno tranſiugarum impulſu, ad Ro. defecere. Vna etiam ab ipſis vi capta. Occurrit eo Haſtrubal, Calbũq; nobilẽ in Carthaginienſis virum, pro mœnibus nuper captæ vrbis caſtra habentem, ex improuiſo adortus, primo impetu in caſtra reiecit, mox prædatoribus qui diſpalatim vagabãtur ad ducem refugientibus, breui numerus ad ducem creuit, vt non ſolũ ad tutandum vallum, ſed ad erumpendũ etiam ſupereſſent animi: igitur in pugnã egreſſi, Pœnum in propinquum collem compulerũt. Nec ita multo poſt Calbus Haſtrubale ſine alio memorabili prælio dimiſſo, Aſcuam vrbem, quo Pœnus ingẽtem vim tritici conuexerat, vi cepit. Cæterum Carthaginienſis præſenti ſucceſſu elati, Pœnorum contẽptu ſemel præcepto, temere ſine imperio, ſine ſignis euagari, quã hoſtium negligentiã, poſteaquã Haſtrubal habuit exploratam, ſuos ad rem gerendam hortatus, quadrato agmine ad eorum caſtra ire cõtendit. Carthaginienſis Pœnorum aduentu tumultuoſe nunciato, multo tumultuoſius caſtris egreſſi, incõpoſito agmine hoſtibus occurrunt. Fit prælium, perculitq; nõnihil Aphros Hiſpanorũ audacia, verum paucitate animaduerſa Pœni fortius connixi incõſulte ruentes ferro excipiunt, exceptos partim trucidant, partim loco ſubmouent. In orbem inde Carthaginienſis pugnare coacti, ad multũ diei cæduntur. Pauci eruptiõe per hoſtes facta, in proximas ſyluas refugerunt. Caſtris Haſtrubal potitus, oẽm gentẽ breui in deditionem recepit, nec diu poſtea in fide manſit. Nam ſimul ac Carthagine decretum allatũ eſt, vt Haſtrubal primo quoq; tempore exercitum in Italiam duceret, incredibile dictu eſt quantũ ea fama motum in tota Hiſpania cõcuerit, erectis ad defectionem animis haud dubie apparẽbat fore, vt ſub ipſius ducis digreſſum multæ ſimul gentes a Pœnis ad Romanos deficerent. Id in cauſa fuit, vt priuſquã Iberum traijceret Haſtrubal, Carthaginem ſcripſerit, ſuæ profectionis famam incredibili damno rei Punicæ fuiſſe. Videre ſe vt ea quæ oculis vidẽtur, fore, vt niſi prius ſibi ſuccederetur, firmaretur q; prouincia valido præſidio, antequam ipſe Iberum tranſiret, Romani vniuerſa Hiſpania potirentur. Quia Italiæ prior cura erat de Haſtrubale nihil mutatum eſt, Himilcho in Hiſpaniam miſſus, qui terra mariq; rem gereret, ipſe Haſtrubal exercitu ad profectionem parato, ad Iberum deſcendit, pecunia ingenti ex ſocijs ciuitatibus exacta, vt per Galliam, regulorum animis ſibi auro concilia-tis, tutius iter faceret. Scipiones cognito hoſtium conſilio, actum putabant de Romano nomine, ſi Haſtrubal cum nouo exercitu fratri iũgeretur, qui vix per ſe eſſet Italiæ tolerabilis. Nullam in tali diſcrimine moram fecere, cõtractis vnum in locum copijs ad Iberum contendunt, vrbemq; Iberam a propinquo flumine appellaram, Punicæ ditionis, vt Pœnum ab inſtituto itinere retardarent, oppugnare adorti, hoſtem ad opem ſuis ferendam ab inchoato curſu auertunt. Cuius acceſſum Scipiones poſteaquam exploratum habuere, obuiam progreſſi quinq; milia paſſuum ab eo caſtra locant. Nec inde longior mora fuit, eodẽ die vtrinq; in pugnam deſcenſum. Peditum pars a Rom. ante ſigna locata eſt, quicquid roboris inde fuit poſt ſigna ſtetit. Equites cornua cinxere. Haſtrubal mediam aciẽ Hiſpanis firmat, his ad dexteram Pœnos applicat læuo Aphros, Numidas equites in dextro cornu ſtare iuber, qui deſultorum more binos trahebant equos. His mos erat medio pugnæ ardore ex feſſo equo in recentem tranſilire, tanta hominibus ipſis velocitas, docilecq; in ea gente equorum genus; diuerſa parte Apher fuit equitatus. Et Romani Pœniq; ita inſtructi ſtetere, ſed vt numero pene pares, ita diſpari animo, conflicturi. Romani deuoto ad moriendũ animo, ni hoſtes curſu auerterẽt, contra Hiſpani in patria terra vinci malebant, q̃ in Italiã procul a ſuis ablegari. Hinc certe fuit, vt ad primũ concurſum pulſa ſit media hoſtium acies, non niſi hil cornibus dimicatũ. Cæterum peditibus proſtigatis, ea quoq; parte res hoſtium haud magno ſunt negocio acciſæ. Haſtrubal vſq; ad extremum moratus, vbi aciem ex omni parte profligatam vidit, cum paucis effugit, eius caſtris Romani potiti ſunt. Siqua dubia in Hiſpania erant, vna felix pugna Rom. adiunxit. Pœno non ſolum facultatem ademit in Italiam tranſeundi, ſed ne ſpem quidem reliquit ſatis tuto in Hiſpania permanendi. Vbi hęc q̃ facta erant, Scipionũ litteris ſunt Romæ cognita, non tam victoria grata fuit, quam q; Haſtrubal ab Italiæ acceſſu prohibitus eſſet. Sub id tempus Petelini in Brutijs, fame domiti in hoſtium poteſtatem venerunt. vix ſibi fidem ad poſteros inueniant, quæ de illorum tolerantia tradita ſunt memoriæ. Frugum & carnium alimentis abſumptis, coria ſutrinis detracta eos in cibum vertiſſe. Hærbis inde radicibus, corticibuſq; deficientibus, nullus fuit tam infandus cibus, a quo obſcœna fames abſtineret. Poſtremo corporibus miſerabili tabe confectis, vt ne veſtigio quidem conſiſterent amplius, ab Himilchone expugnati ſunt. Inde Pœnus Conſentiam paucis diebus oppugnatam recepit: & Brutij Crotonem quæ adhuc in fide erat, per id tempus oppugnarunt. Arces tantum retentę. Iam & Locrenſes ad Pœnos defecerant. Rhegini tantum adhuc in fide erant. Peruenerat & in Siciliam ea animorũ ad Pœnos inclinatio. Gelo Hieronis filius, contempta patris ſenectute poſt Cannenſem cladem a Carthaginienſibus ſtare cœpit, Et iam res nouas in Sicilia moturus erat, quũ medio armorum apparatu peropportuna eſt morte



Scipionũ ſucceſſus in Hiſpania.

Res a Pœnis geſtę in Carthaginienſibus.

Himilcho Haſtrubali ſuccedit.

Deſultores q; ſint.

Scipiões Haſtrubalẽ vincunt.

Gelonis mors.

extinctus. Fuerunt qui crederent patris consilio eum sublatum, ne Rom. po. hostis fieret. Romę per id tempus Aedem Erycinæ Veneris Quin. Fabius Maximus quam ipse prodictator vouerat, & Attilius Crassus Mentis dedicarunt. Duplex tributum eo anno a ciuibus exactū. M. Marcellus in Posthumij locum surrogatus, qūia vitio creatus dicebatur, se magistratu abdicauit. Eabius Maximus est illi suffectus. Mare hoc anno visum est ardere. Et Sinuessæ bos equuleum peperit, signa Lanuuij ad

Prodigia.

ædem sospitæ Iunonis cruore manarunt, & circa templum lapidibus pluit. Nouendiale sacrum de more ob id prodigium fuit, cætera rite expiata. Cō sules partiti inter se exercitus, vrbe profecturi ediderunt, vt quoties conuento senatu opus esset, patres sibi præsto ad Capenam portam adessent. Prætores quorum eo anno iurisdictio fuit, constitutis ibi tribunalibus locum iurisdictione celebriorem fecere. Carthaginienses interea, audita clade in Hispania accepta, populorumq; ad Rom. defectione, Magonem fratrem Hannibalis, cum duobus & viginti milibus peditum, & quingētis equitibus, & aliquot elephantis in Hispaniam mittunt, etsi copiæ illæ ad hoc paratæ erant, vt cum his ille in Italiam traijceret, & Hastrubalem cognomento Caluum, in Sardiniam ire iubent, cui tantundem copiarum decernunt. Sardi tributo & collatione frumēti a Romanis eo anno pressi, ad Pœnos, Harsicora insulanorum longe principe instigante, studia conuerterant, factaq; Carthaginiensibus occulte spes per principes ciuitatum, fore, vt si exercitū in insulam mitterent, vti eam sine aliquo maiore certamine reciperent. Per id quoq; tempus Philippi regis legati in Italiam ad Hannibalem missi, cū ad Romanarum nauium stationem declinandam Lacinium promontorium tenuissent (Est is locus in fronte Italiæ, qua maxime terra ipsa ad meridiē excurrit) cum Capuam iter intendissent, in media Romanorum præsidia inciderunt, deductiq; ad M.

Xenophanis ars.

Valeriū Leuinum prætorem, qui circa Nuceriam castra habebat, Xenophanes legationis princeps, intrepide prætorem affatus, se a Philippo rege in Italiam missum ad senatum & pop. Rom. dicit, vt amicitiam & societatem cū eo iungerent. Leuinus tanti regis amicitia lætus, legatos hospitaliter cōplexus, mittit qui eos per tuta loca in pacatum traducat. Cæterum Macedo qua proximum sibi fuit, ducibus relictis, ad Hannibalē in castra contendit, cum quo fœdus his legib⁹ percussit, vt Philippus cum quam maxima posset classe (videbatur enim ducentas naues effecturus) in Italiam transmitteret, bellumq; terra mariq; in Romanos gereret, vbi vero in Italia debellatum esset, Romam & reliquū Italiæ cū omni præda Hannibal haberet, victorq; cum toto exercitu in Græciam aduersus eos reges quos Philippus vellet, transiret, vt insulę & ciuitates, quę ad Macedoniā vergunt, ipsius regis essent. Fœdere in has leges percusso, legati ad Lacinium redeunt, cum Bostare et Gisgone, qui vna cum his ad sanciendum fœdus, ab Hannibale ad Philippū mittebantur. Mox inde digressi, vbi Macedones in altum abiere, Romani qui cum classe Calabriæ

Philippi legati capiuntur.

littoribus hęrebant, eos intuiti, Corcyreas in abeū tis naues immittunt, ab his illi ad Valerium Flaccum præfectum classis retracti. Xenophanes in suas artes versus, se a Philippo ait ad Romanos missum ad Leuinum prætorem peruenisse, inde Campaniæ oram hostibus infestam superare nequiuisse, fefellisseq; fortassis aliquanto feliciore mendacio Flaccum quam Leuinum Xenophanes, nisi punicus cul⁹ inter comites cōspectus, protinus rem suspectam fecisset. Tum comitibus seductis, ac metu territis, res vt acta erat, cognita est, & Hannibalis literæ ad Philippum deprehensæ. Flaccus Xenophanem & cæteros Romam misit sub custodia, vt nihil iam inde inter se colloqui possent, quod vt commodius fieret, quinq; naues L. Valerio Antiati datæ, qui eos Romam deportaret. Per id tempus patres edocti ab Aulo Cornelio Mamula, qui nuper Sardinia decesserat, Sardos ad defectionem spectare, nec Qu. Minutium qui sibi successerat, quia sub primum in insulam appulsum ob cœli grauitatem in morbum incidisset, satis idoneum fore ad eam prouinciam obeundam, rei periculo commoti T. Manlium Torquatum, cum quinq; milibus peditum, & equitibus tercentis, in insulam misere, qui tantisper dum Minutius egro taret, ibi cum imperio esset. Bis hic consul fuerat, & in suo consulatu Sardos olim subegerat. Vno itaq; tempore Manlius in Sardiniam appulit, & Hastrubal cognomēto Aedus, quem eo missum a Carthaginiensibus diximus. Is cursus tempestate excussus, ad Baleares est insulas delatus, vbi dum armamenta nauium vi ventorū cōcussa, alueosq; reficit, plures dies cōsumpsit. In Italia interim, quū Sempronius consul circa Liternum castra haberet, tyronemq; exercitum assiduis exerceret excursionibus, assuefaceretq; recursui, vt signa, vt ordines agnosceret, graui edicto militibus proposito, ne quis veterem fortunam volonum cuiquam ioco aut serio exprobraret (fuerant hi non multo antea ex seruis milites facti) quin ita persuasum haberēt omnes, satis honestos generososq; esse quibus po. Rom. sua arma & signa commisisset. His ille vt dixi curis erat occupatus, quum Cumanorum legati ad id missi, nunciant se quotidie a Campanis ad defectionem solicitari, inuitatosq; ab eis ad solēnem Hamarum conuentum, quo Campanus senatus cum præsidio venturus esset. Credere ad id se inuitari, vt ibi fraude opprimerentur. Iussit Gracchus Cumanos omnia ex agris in vrbem conuehere, seq; vt in suum aduentum tenerent intra muros. Ipse pridie eius diei quā hostes ad id sacrū venturi erāt, cū exercitu Cumas occulte ingreditur, Distāt Hamæ tria milia passuum a Cumis. Campani frequentes ex composito eo venerant, & Marius Alphius, summus Campanorum magistratus, in occulto haud procul inde erat, cum quatuordecim milibus armatorum. Triduum illic de more sacrificatum, noctuq; sacra agebantur, Gracchus militibus per diem corpora curare iussis, prima noctis vigilia Cumis egressus, silēti agmine ad hostium castra ducit, quæ vt in peruigilio neglecta, primo clamore sublato simul pluribus locis, sunt capta. Alij somno pressi, inermes alij, vt sacro nuper perpetrato, cæduntur. Ad duo milia cum ipso duce Capuano Alphio perierunt. Signa militaria quatuor & triginta capta. Nec Romanus consul diutius est ibi ad Hacommoratus. Hannibalis metu, qui ad Tiphata, haud procul Capua, castra habebat. Is vt ille opinatus fuerat, trepidissimis percitus nuncijs, citato agmine prærer Capuam ducens, haud multo post patratam cædem affuit, ratus fore, vt ibi hostem ab re bene gesta incautum opprimeret. Verum opinione deceptus, quum nihil ibi præter recentia nocturnæ cladis vestigia offendisset, retro in castra abijt. Paucis inde diebus Campanorum prę cibus fatigatus, Cumas exercitum admouit, agrumq; Cumanum ferro & igni populatus mille ab vrbe passus castra locat: Consul magis vere-

Tyronū exercitio.

Hamæ.

Capanorū cædes.

mas.





cundia deserendi socios, quam q; satis tyroni exercitui fideret, Cumis esse perseuerauit. Erat itaq; plures dies vrbs oppugnata. Postremo inccensa turri

Hānibal Cumisre pellitur.

quam Hannibal aduersus muros vrbis extruxerat, eruptioneq; duabus portis facta, Pœnorum stationes fugatæ, & in castra trepide compulsæ sunt, vt Pœnus obsesso propior quam obsidenti eo die fuerit, mille & quadringentis ex eius exercitu cæsis aliquot etiam captis. Tentauit inde Hannibal Romanum ad prælium elicere, verum vbi nihil inde moueri vidit, soluta obsidione, in Tiphatina castra reduxit copias. Eisdem fere diebus quibus hæc circa Cumas gesta sunt, T. Sempronius Longus

Pœnorū cædes in Lucanis.

Hannonem, ad Gruentum in Lucanis, prælio vicit, duobus milibus hostium & ducentis octoginta cæsis, vno & quadraginta signis militaribus captis. Pœnus Lucaniæ finibus pulsus in Brutios abijt, & M. Valerius prætor, tria ex Hirpinis oppida, quæ ad Pœnos defecerant, sub id tempus recepit, autoribus defectionis securi percussis, cæteris venia data est. Naues cū Philippi legatis Cumas appulsæ primo, vbi Sempronius adhuc erat, q; lectis hostium literis, omnia iterum obsignata ad senatum terrestri itinere misit, veritus ne casu aliquo naues a cursu retardarentur. Cæterum ita accidit, vt eodem die naues cum captiuis & literę Romam venerint, quib⁹ i curia recitatis magna cura patres incessit, q; supra Punicum bellum, quod totis imperij viribus vix sustinebatur, potentissimus rex sibi ex insperato hostis esset factus. Ad tantam igitur belli molem auertendam, duarum & quadraginta nauiū classis M. Valerio prætori expleta est,

Noui Philippi regis conatus.

mandatūq; vt primo quoq; tēpore in Macedoniā transmitteret, daretq; pro viribus operam vt hostem domestico bello implicitum procul Italia distineret. Philipp⁹ vbi legatos captos audiuit, ignarus quid cum Pœno ab his actum esset, alios in Italiam misit. Tulerūt hi citro vltroq; prospere regis mandata. Sed prius estas circumacta est, quam ex Macedonia quicquam moueri potuerit. Nolæ vt priore anno, senatus Romanorum erat, plebs ad Pœnum inclinabat, quo metu M. Marcellus prætor cum his copijs quas habebat esta Fabio cō sule missus. T. Manlius in Sardinia, eodem ferme tempore, quum supra veteres copias ex sociorum auxilijs ad duo & viginti milia peditum sub signis haberet, equites mille & ducentos, classe Caralis subducta, nam Harsicoras iam in armis erat, & ex cōfesso populus Romanus hostis, ad eum ire pergit. Erat tum forte ille in Pellidos Sardos, ad deductum habendum profectus. Filius in castris pro patre imperium obtinebat. Feroxiuuenis sub Mānlij accessum castris ad prælium egressus, haud ma-

Duplex Sardorū cædes.

gno certamine fusus fugatusq; est, ac castris exutus cæsaq; ad triginta milia Sardorum, mille & tercenti capti. Fuisset q; haud dubie, vno secundo prælio in insula debellatum, nisi Hastrubal sub id tempus ex Balearibus, quo fuerat tempestate compulsus, cum classe & exercitu affuisset. Manlius audito illius appulsu Caralis se recepit, & Harsicoras continuo se cum Hastrubale iunxit. Nec ita multis interiectis diebus, haud procul a Caralis, collatis signis Manlius cum hoste, atroci prælio conflixit. Quatuor horis dimicatum, fortuna neutro inclinante. Postremo Romanus victor ad duodecim milia hostium, Pœnorum, Sardorumq; interfecit. Tria milia & ducēti sunt capti, & in his Hastrubal imperator, Hanno & Mago Barchini sanguinis, Hannibali propinqua cognatione iunctus. Har-

Harsicoræ & filij interitus.

sicoras qui prælio viuus excesserat, audita filij morte sibi manum intulit. Manlius cornu vrbe, quæ caput belli fuerat, alijsq; vrbib⁹ q̄ defecerant, receptis, pacatoq; insulæ statu, cum ea classe qua venerat, Romam reuersus, Sardiniam domitam pacatamq; patribus nunciat. Per id tempus T. Octacilius cum quinquaginta nauium classe, ex Sicilia in Aphricam transgressus, Carthaginiensem agrum populatus, quum in Sardiniam tenderet, quo auditum erat Hastrubalem ex Balearibus profecturum, forte incidit in naues quas exercitu in terram exposito ille ex Sardinia domū remiserat. Ex his Octacilius septem cum sociis nauibus captis, reliquas in alto fuga dissipauit. Eratq; per hæc res Romana aliquāto meliore quam fuerat statu, quum Bomilchar ex Aphrica cum militibus in supplementum & quadraginta elephantis, magnoq; commeatu

Hirpinorum quę relæ.

Locros appulit, ad quem opprimendum M. Claudius prætor occurrit. Cæterum Pœnus aliquanto antea incolumis in Brutios abierat. Marcellus interea, qui Nolæ erat, Hirpinum agrum & Caudinum crebris excursionibus infestabat. Legati ab vtraq; gente ad Hannibalem missi, multa questi sunt de præsenti fortuna, & q̄ ea tempestate, qua se maxime defensos esse oportuit, ob nouam societatem cum Pœnis initam, omnia quæ victi capticq; pati solent, a Marcello paterentur: idq; sibi accidere, quia iuuētus vtriusq; gentis, sub Punicis signis procul domo militaret, qui alioqui suos fines ab omni hostili iniuria præsentes tueri possent, nec dux ipse sociorum cladibus motus hostium conatibus iret obuiam. Hæc & alia cum querula lamētatione publico nomine exponentibus: Hannibal vno tempore eos omnia facere respondit, & perere auxilium, & suas clades conqueri, oportuisse id sibi prius significari, ac tum demum conqueri si nulla sibi opem prestitam sensissent, nec tum quoq; se in Samnium, aut in Hirpinos exercitum abducturum, ne socijs grauis esset copiarum multitudo. Cæterum daturum se operam, vt & ipsi simul incolumes sint, vnaq; audirent alium in Italia locum insigniore aliqua Romanorum clade nobilitatum quam Cannæ superiore anno fuissent. Legatisq; a se dimissis, ex Tiphatis Nolam ire pergit,

Hānibal Nolā reuertitur.

quo Hanno & Bomilchar cum elephantis & suppolemento venere. Marcellus sub hostis accessum copias intra muros recepit, iubetq; senatores tanstum muris inambulare, ac perspicere nequa haberentur cum hoste colloquia. Subijt tamen muros Hanno, duosq; ex principibus ciuitatis Macelli permissu ad colloquium vocatos multis verbis hortatus est, vt Marcellum cum præsidio traderent, vellentq; potius amicum Hannibalem experiri quam hostem. Nec sperarent Romanum prætorem cum Tyrone milite Pœno parem futurum, cui ne duo quidem consules nuper cum florentissimis exercitibus, resistere potuissent. Quin Campanos secuti Pœnorum societatem florere mallent, quam Nucerinorum calamitatem experiri. Responsum est, potuisse Nolanos,

Nolanorum respōsum.

si cum fortuna fidem mutandam censuissent, minore infamia iam antea ad Pœnos deficere, verum quum Romanorum socij diutius fuissent, nec eorum societatis adhuc pœniteret, vocasse vltro se Romanum præsidium, atq; cum ijs qui sibi ad opem ferendam venissent, & consociata esse omnia, & ad vltimum fore. Hannibal vbi nullam in voluntaria deditione spem repositam vidit, oppidum corona cinxit, vt ex omni

parte hoſtem fatigaret. Marcellus vbi hoſtem ad mœnia ſuccedentem intuitus eſt, ſubita eruptione, aliquot hoſtium primo aſſultu cecidit. Atrox inde prælium vtrinq; initum, fuiſſetq; non ſine ingenti clade alterius partis acie diſceſſum, niſi denſus imber, cœlo effuſus, certamen ferociter initum diremiſſet. Animis per hæc ad pugnam irritatis, cum Hannibal partem copiarum prædatum miſiſſet, idq; Marcellus inditio comperiſſet, continuo ſuos in aciem eduxit. Nec Hannibal pugnam detrectauit. Clamor ad cœlum ſublatus aliquot cohortes, quæ prædatum ierant, conſeſtim ad ſigna reuocauit, & Nolani ex vrbe egreſſi ſunt, Romanis ſuppetias laturi, quibus collaudatis Marcellus poſt aciem ſtare iuſſit, ſaucioſq; in vrbem efferre. Atrox pugna erat. Hortari ſuos Marcellus fortiterq; iubet dimicare, non eum hoſtem eſſe clamitans, qui nuper fuerat, Campanis deliciis eneruatum, emollitumq; eſſe ocio & libidine, nihil in eo roboris alpiniq; illius rigoris eſſe amplius. Caſtigare ſuos Hannibal, q; quum multo maiores copias viciſſent, nunc vix tam paucis reſiſterent. Ad poſtremum neq; ducis minæ, neq; præſentia profuit: Pœni terga dantes turpiter in caſtra compelluntur. Mille in prælio cæſi, ſexcenti ſupra mille capti, Signa militaria duo & viginti. Elephanti quatuor in acie interfecti. Romani minus mille deſiderati. Marcellus cum ingenti lætitia & gratulatione plebis, quæ antea ad Pœnos inclinatior erat, in vrbem reuerſus eſt. Tertio poſt die mille tercenti & viginti duo equites mixti Hiſpani Numidæq;, ſiue ob iram aliquam (nam cauſa alioqui non traditur) ſiue felicioris ſpe militiæ, a Pœno ad Marcellum tranſfugere, horum fideli opera Romani poſtea vbiq; vſi ſunt, atq; vtriſq; ager finito bello in ſua terra datus. Hannibal Hannone in Brutios remiſſo, ipſe Apuliæ hyberna petijt, circaq; Arpos conſedit. Quin. Fabius, vbi hoſtem in Apuliam profectum audiuit, exercitu Capuam admoto, agrum vrbi circumiectum, militi ferro & igni vaſtandum tradidit. Campani & ipſi exſtra vrbem caſtra muniuere, fiebantq; quotidie inter equites prælia tumultuaria quidem, & qualia ex occaſione alterius partis fieri ſolent. Hic Iubelius Taureas Campanorum equitum, vt fama erat, fortiſſimus, prouocat Claudium Aſelliũ, cuius olim hoſpes fuerat, ad ſingulare certamẽ. q; pcedit: ille permiſſu ꝓſulis ad pugnã, ſtabatq; exercitus vtrinq; in procinctu ſpectans. Quum igitur aliquandiu libero ſpatio certamen ſine vulnere extraxiſſent, tum Taureas, equorum eſt inquit hic non hominum concurſus, quin in viam hanc cauam equos demittimus, vbi conſertis manibus ſtatim prælio defungamur. Ferox Claudius nihil moratus equum in viam demiſit. Vbi Taureas minime ſis inquit cãterium in foſſa, quæ vox in ruſticum prouerbium abijt. Claudius abeuntem hoſtem, vt ignauum increpans, in caſtra cum gratulatione victor abijt. Quidam memoriæ tradiderunt Claudium fugientem hoſtem ad vrbem ſecutũ, per patẽtem portam ingreſſum, citato equo, ſtupentibus miraculo hoſtibus, per auerſam vrbis partem incolumen ad ſuos euaſiſſe. Et res in Italia tunc ita habebant. Interim ex Hiſpania, quum duo Scipiones frumentum & veſtimenta pro terreſtri exercitu & nauálibus copijs, per literas, ex vrbe petiſſent, ærarij inopia, publicanis eam curam locari placuit, ſic reſpublica aliqua ex parte priuata eſt pecunia adminiſtrata; cautum publicanis in tempeſtatis & hoſtium periculis. Frumento in Hiſpaniam delato, Scipiones ad Iliturci oppidum quod ternis hoſtium caſtris oppugnabatur, Haſtrubale Magone & Hamilchare Bomilcharis filio vrbi aſſidentibus, magno certamine peruenerunt. Commeatuq; ſocijs importato, vt in fide perſtarent, multis verbis hortati, in Haſtrubalis caſtra impetum faciunt. Conuenerant eo forte & alij Pœnorum imperatores, a quibus ſexaginta milia hominum ſunt in aciem educta, quum circa Romanorum duces ſexdecim milia ferme eſſent, tam proſpero eſt euentu dimicatum, vt plures hoſtes cæſi ſint, quam Romani in acie ſteterint. Tria milia capta, & equorum pene par numerus. Inde ſexaginta militaria ſigna eiſdẽ adempta. Quinq; elephanti in prælio occiſi. Romanus victor ternis eſt caſtris potitus. Nec ſecũdũ eam cladem hoſtis quieuit, quippe qui haud multopoſt, reparato exercitu, Incibilim oppugnare eſt adortꝰ, quo Scipiones profecti iterum cum Pœno confligunt, fuitq; ea pugna hoſtibus nihilo Iiturcenſi felicior, duodecim militibus armatorũ in prælio amiſſis, tribus militibus captis, cum ſexaginta ſignis militaribus, & nouem elephantis, caſtris exuti ſunt. Tum vero omnes fere Hiſpaniæ populi ad Romanos defecere, multoq; maiores res, hac æſtate, ſunt in Hiſpania quam in Italia geſtæ. Liuius Locros per id tẽpus, in Italia Hannoni deditos ſcribit, quum in Ro. adhuc fide eſſent oppidanorum multitudine in agris, ſubito hoſtium ac ceſſu, intercepta, vrbs in Pœnorum poteſtatem venit L. Attilio cum præſidio clam ex vrbe ab oppidanis emiſſo, & in naues impoſito. Locrenſibus ab Hannibale vt liberi viuerent permiſſum. Tulerunt id ægre Brutij, q; vrbem quam ſibi prædam deſtinauerant, liberam viderent, quare haud multis interfectis diebus, ipſi ſuis viribus fræti, Crotonem plebe & Ariſtone plebis principe tradentibus occupant. Optimates qui Romanorum erant, arcem in hos caſus parati iam antea obtinebant. Eodem & Ariſtomachus paulopoſt fugit, velut vrbis Pœno & non Brutijs tradendæ autor fuiſſet. Patuit olim Crotonis circuitus ad duodecim milia paſſuum: quum vero hæc in ea ora Italiæ gerebantur, dimidio minor facta erat, vt vix in ea viginti milia hominum cenſerentur. Extra vrbem Iunonis Laciniæ templum, multa per id tempus religione ſacrum. Lucus proceris abietibus ſeptus. Læta in medio paſcua, vbi omnis generis pecus deæ ſacrum ſine cuſtode paſcebatur, gregibus ſub noctem ad ſtabula ſponte remeantibus, nulli hominum ferarumve iniuriæ obnoxijs. Solida ex auro columna exillorum prouentu facta dedicataq; Deæ eſt, templum diuitijs & religione inclytum. Miraculum loco affingitur exara, quæ ibi ſub Dio fuit, nunquam cinerem ventorum impulſu diſſipatum. Obſedere Brutij aliquandiu arcem a plebe adiuti, inde cum ſe parum proficere ſedendo animaduerterent, Hannonis auxilium implorant, poſt cuius acceſſum tandiu in obſidione perſeueratum eſt, donec optimates Locrenſium Hannonis interuentu pacti ſunt cum hoſte, vt relicta arce Locros cum omnibus fortunis incolumes migrarent, maluerunt q; illi extorres fieri, quam in naturali vrbe cum Brutijs viuere. In Apulia hybernorum tempore leuiora prælia fuere, inter Hannibalem & Sempronium conſulem, qui Luceriæ erat. His Romanus, quia plurimum ꝓſpere pugnabat, in dies prõptior fiebat, dediſcebatq;

Pœnorũ cædes.

Taureas eques. Claudiꝰ Aſellius.

Pœnorũ clades in gens.

Locri Pœnorũ fiunt.

Crotõis vetuſtas.

Laciniæ Iunonis templũ.

Miracu lum.

Crotoni arũ odiũ in Bru tios.



Hiero moritur.

batq; hoſtem formidare. Perijt per id tempus Hiero Syracuſanus iam ſenio confectus, Hieronymo Gelonis filio. XV. annos nato, hærede relicto. Præcepit puero & pueri tutoribus moriens Hiero, vt in Romana ſocietate colenda ſuis veſtigijs inſiſterent. Cæterum inſolens ille, & in omne facinus prẽceps Andronodori impulſu (erat is Hieronis gener, & puero tutor cum pleriſq; aliꝭ relictus) a Romanis breui alienatus eſt. Obſtitit aliquãdiu Traſo tutorum vnus, qui falſo Theodori cuiuſdam indicio, velut pupillo capitales tenderet inſidias, interfectus eſt. Eo ſublato puer aperte ad Hannibalem defecit miſſis ad hoc ipſum legatis, qui cum eo de fœdere agerent. Coniurauerat Theodorus, cuius modo mentionem habui, in Tyranni caput cum pleriſq; aliꝭ, qua coniuratione ad Hieronymum delata, captus ille nullis cruciatibus cogi potuit, vt eorum quempiam nominarit, qui eius eſſent conſilij ſocij. Et vt fidem verbis aſtrueret Thraſonem, qui aperte rem ad Romanos trahebat, & alios quoſdam a latere tyranni nominauit, qui ad vnum falſo indicio ſunt ad ſupplicium ducti, quum interim ſocij coniurationis, Theodori fide & conſtantia fræti, Syracuſis eſſe haud veriti ſint, dum deſtinati facinoris ſocius torqueretur. Miſſi ſunt ab Hannibale cum Hieronymi legatis Hippocrates & Epicides fratres, Carthagini quidem nati, ſed Syracuſis oriundi. Per hos ſocietas inter Hieronymum & Hannibalem iuncta eſt, ipſiq; ducis permiſſu apud tyrannum ſubſedere. Miſerat a principio Appius Claudius qui in Sicilia erat Syracuſas ad Hieronymum legatos, qui cum eo ſocietatem renouarent. Hi per contemptum a rege auditi, rogatiq; per ludibrium: Ecquænam fuerit Ro. fortuna ad Cannas? Non credere ſe vera eſſe quæ Carthaginienſium legati ſibi nunciarent. Tum Ro. quum ſerius legationes audire cœpiſſet, ad eum ſe redituros dixere. Interim magis monitus eſt ſer. q; rogatus, ne quid temere moueret. Miſit inde Hieronymus Carthaginem qui in has conditiones fœdus ſanciret, vt Romanis Sicilia electis, Himera amnis, qui mediam fere inſulam diuidit, Syracuſani regni imperijq; punici finis eſſet. Paucis inde diebus interiectis totius inſulæ ſibi regnum per legatos depoposcit, in quo nouo fœdere, modo a Ro. alienaretur, eſt a Pœnis aſſenſum, ipſe paucis diebus, quibus hæc citro vltroq; iactata ſunt, quum forte in Leontinos veniſſet, ibi a coniuratis multis eſt vulneribus confectus, factaq; a ſatellitibus fuga, percuſſorum alij in forum decurrunt, vt populum ad libertatem vocent, alij Syracuſas contendunt ad Andronodori conſilia occupanda. Significauerat interim Claudius ſenatui Siciliam a Romanis per Hieronymum alienari, ſecq; arma ad occurrendum eius conatibus vertere occœpiſſe. Hæc quum Romæ cognita ſunt inſtabant conſularia comitia, ad quæ habenda Fabius Maximus fuerat a Puteolis reuocatus, quem ille locum, permiſſu patrum, emporium fecerat. Quum Romæ igitur Iuniorum prærogatiua, T. Octacilium & M. Aemilium Regulum coſules retuliſſet, vehementi conſulis oratione factum eſt, vt centuriæ in ſuffragium miſſæ, Fabiũ ipſum & M. Claudium Marcellum Octacilio fruſtra indignante, cõſules crearint. Niues eo anno ſupra modum alteiacuerunt, & Tyberis agros inundauit, cum magna tectorum ſtrage, pecorumq; & hominum pernicie. Fuit hic annus quint? ſecundi belli Punici, quo

Hieronymi cædes.

Cõſules.

Marcellus abſens, & Fabius Romæ conſulatum iniere. Nec multis annis fuerant conſules, qui celebritate nominis & virtute, in maiorem expectationem ciuitatem erexiſſent. Etenim Fabium clypeum vulgo appellabant po. Ro. Marcellum enſem. Ipſe quoq; Hannibal profeſſus aliquando dicitur, ſe Fabium vt pædagogum, Marcellum vt pugilem formidare. Referebant adhæc ſenes, ſic olim T. Manlium cum Publio Decio ad bellum Gallicum, ſic Papyrium & Coruinum aduerſus Samnites & Brutios vna conſules creatos. Nec quiſq; Fabium imperij cupidum, quia ſe cõſulem refici paſſus eſſet, exiſtimauit, quin ab omnibus eſt laudatus, q; ſua animi magnitudine nixus, minoris inuidiam ſuam faceret, ſiqua inde oriri potuiſſet, q; rei pub. ſalutem, cui optimis ducibus opus eſſe, ea tempeſtate, videbat. Prodigia plurima & magna hoc anno facta dicuntur. In Apulia viridis palma ardere viſa eſt. Mantuæ ſtagnum Mincio amne effuſum cruentum apparuit. Romæ ſanguine pluit in foro Boario. In foro Iſtrico tanta vis aquarum repente terra erupit, vt ſuo impetu dolia forte obiacẽtia prouoluerit. Atrium publicum in Capitolio de cœlo tactum, Aedes in Vulcani campo, & alia loca publica priuataq; fulmine ſunt icta. Haſta Martis ſua ſponte Præneſte mota eſt. Bos in Sicilia locutus. In Marucinis infans in vtero matris lo triumphe exclamauit. Spoleti ex muliere vir eſt quidam factus, quod ipſum ne quis pro mendacio repudiet, præter Liuium, qui prodigij huius autor eſt, Plinius Licinio Craſſo, & C. Caſſio COSS. Caſini puerum ſcribit ſub parentibus ex virgine fieri contigiſſe, qui in deſertam ſit inſulam aruſpicum iuſſu deportatus. Licinius Mutianus viſum a ſe Argis prodidit Ariſtontem, cui nomen fuiſſet Ariſtuſæ, ac virginem nupſiſſe, mox barbam & virilitatem adeptum duxiſſe vxorem. Smyrnæ quoq; hoc ipſum aliquando accidiſſe idem autor prodidit. Et a Plinio in Aphrica viſus qui die nuptiarum ex fœmina vir fuerat factus, L. q; Coſſitius appellatus. Nunciata ſunt per id tempus, præter ea quę dixi mus, & alia prodigia. Adriæ ara in cœlo viſa, hominumq; ſpecies circa eam in candida veſte. Affirmabant quidam ſe armatas legiones videre in laniculo, atq; huiuſmodi voce ciuitatem ad arma concitarunt. Examen apum in foro Romano viſum, quia id rarum, idcirco prodigij loco acceptum. Hæc maioribus hoſtijs de more procurata ex aruſpicum reſponſo, vt vana tunc erat ſuperſtitio, ſupplicatumq; ad omnia deorum puluinaria. Inde animis ad remp. conuerſis placuit patribus eo anno duabus &. XX. legionibus remp. adminiſtrari: & quia bellum in dies gliſcebat in Sicilia, apparebatq; futurum vt magno nauium opus eſſet apparatu, qui præcipuo cenſu in ciuitate pollebant, pro fortunæ dignitate, nautas priuato ſumptu inſtruxere. Campani vbi hæc quę Romæ parabantur, explorata habuerunt, trepidis nuncijs Hannibalem ex Apulia accerſunt, veriti ne Romani bellum eo anno a Capuæ obſidione inchoarent. Pœnus Campanorum periculo commotus, Tiphata cum omnibus copijs rediit, ibiq; paucis diebus commoratus, Capua valido præſidio munita, ad mare cum cæteris copijs contendit, ſacra ad Auernum facturus, vt rumor erat. Cæterum Puteolos occupare in animo habebat. Poſt vero q; ad Auernum venit, ex Tarento quidam ad eum venere, per quos fides eſt illi facta Tarẽti, ſi propi?

Fabij cõſtantia.

Prodigia

Qui ex fœminis facti ſint mares.

Belli apparatus.

copias admouiſſet, proditione occupandi. Læto animo hos Hannibal audiuit, multiſq; a ſe pollicitationibus dimiſſos, ire domum, remq; in ſuum aduentū præparare iubet, fore, vt ipſe non multo poſt cum exercitu adeſſet. Inde ſacro ad Auernum perpetrato, Puteoliſq; aliquot dies fruſtra oppugnatis, Cumano agro vaſtato, Neapolitanorum fines ingreſſus, Nolam a plebeis occulte accerſitur. Præuenit illum Macellus conſul, præſidio eo priſmiſſo. Hanno quoq; per eos dies, cum magna pedi tum equitumq; manu, Beneuentanum agrum ingreſſus, ad Calorem amnem conſedit. T. Graccus, qui cum Volonum exercitu, aliquanto antea eo venerat, vrbe egreſſus, mille paſſus ab hoſte caſtra metatus eſt. Ibi Graccus milites pro concione affatus, libertatem, de qua iam antea ſibi poteſtas eſſet a patribus data, volonibus proponit. (Præcipua enim pars eius exercitus ex hoc militum genere conſtabat) fore edicit, vt quicunq; hoſtium caput ſibi detuliſſet, continuo ille pro libero haberetur, accingerent itaq; ſe in craſtinū, vt cū hoſte acie dimicarent. Cæterum vt maior fides iſs eſſet, quæ promitterentur, recitari iuſſit literas ſenatus quibus ſignificabatur ius manumittendi exercitus Gracco publice dari. In certam igitur ſpem milites erecti, poſtridie primi omniū ante prætorium inſtructi, conſiterunt, Graccus copias in aciem eduxit, nec hoſtis pugnā detrectauit, quippe qui ad. X.&.VII. milia peditū ſub ſignis habebat magna ex parte Brutios & Lucanos, equites mille &. CC. Pugnatum eſt quatuor horis fortuna neutro inclinãte, nec aliud Romanorum victoriā morabatur, q̃ q̃ Volonum plurimi hoſtium capita altera geſtabant manu, multo pluribus in hoſtili capite ſibi libertatis cupiditate vindicādo, q̃ in victoria indipiſcēda occupatis. Quod vbi per tribunos Gracco eſt nunciatum, confeſtim edixit, vt capita abiicerentur, & libertatē æque oēs ademptam ſperarent. Tum re dintegrata pugna eſt, & eques in hoſtem miſſus, cui Numidarum equitatus occurrit, fuitq; equeſtre prelium nihilo minus q̃ pedeſtre laboriоſum. Stabatq; ſuo gradu innixus hoſtis, certus mori potius q̃ vt a ſeruis vinci pateretur. Tum Graccus vbi rem in diſcrimen maximum adductam vidit, alta voce inclamat nō eſſe cur quiſq; libertatē ſperaret, niſi victor exercit⁹ in caſtra rediſſet. Ibi volones renouato clamore tanta vi ſunt in hoſtem euecti, vt ſuſtineri amplius nequiuerit. Primo anteſignani, mox tota acies impulſa terga dedit. In caſtra primo fuga inclinauit, vbi maior cædes q̃ in acie fuit. Iuuerunt captiui, q̃ in caſtris, victoriam, qui repente vbi viris hoſtib⁹ ſuos inſtare viderunt, arrepto ferro, teliſq; temere obiacentibus, in cauſa fuerunt, vt hoſtes in medio cæſi ſint. Ex tanto nuper exercitu, vix duo milia cū Hannone effugerunt. Alij aut interfecti ſunt, aut capti. Signa duodequadraginta capta. Ex victoribus duo milia in pugna occubuerūt. Præda omnis, præter captiuos, militi conceſſa. Graccus poſtero die militibus ad cōcionem vocatis, poſtea q̃ optime meritos militaribus præmijs donauit, ad Volones cōuerſus, etſi ad quatuor milia eorū erant, quæ ſegni⁹ pugnauerant, timerentq; potius ſupplicium q̃ præmium ſperarēt. Quod populo Ro. & ipſis beneueteret, omnes liberos eſſe iuſſit. Vnū adiecit Gracc⁹, velle ac iubere ſe, quando publica fides perſoluta eſſet omnibus, vt qui eo die minus ſtrenue dimicaſſent, iureiurando adigerentur, ne q̃diu ſtipēdia facturi eſſent cibum niſi ſtantes caperent. Inde Beneuentum reuerſi per iocum & epulas, cum multa lætitia, a Beneuentanis in publicum prolatas, feſtum diem egerunt. Omnes in propatulo, Gracci permiſſu, epulati ſunt, Volonesq; hilarius conuiuium redidere, qui capitibus alba lana velatis accubantes, quibuſdam (vt iuſſi erant) ſtantibus cōuiuati ſunt, hāc celebris diei ſpeciem Graccus, poſtea q̃ Romā rediit, figurari iuſſit in æde libertatis, quam pater eius in Auentino, ex multatitia pecunia, faciēdam curauit, dedicauitq;. Sed dum hæc ad Beneuentum geruntur, Hannibal ex Neapolitano agro, in Nolanos fines caſtra tranſtulit, quem veniētem Marcellus prelio excepturus, Tiberium Neronem cum robore equitum premiſit, qui occulto alarum circūactu, vbi certamen initum ſenſiſſet, a tergo hoſtem inuaderet. Ipſe a fronte acri prelio congreſſus hoſtē perculit, perculſum turbat cæditq;. Et iam victoria in manibus erat, ſi Nero iniunctum munus obiiſſet, verum eo ceſſante, incertum, metu adeſſe nolue rit, an viarum errore retardatus nequiuerit, Marcellus non auſus hoſtibus inſtare, cani iuſſit receptui, duobus milibus & amplius ex Hannibalis exercitu cæſis. Conſul Nerone grauiter increpito, per eū ſtetiſſe profeſſus eſt, quo minus eo die clades ad Cānas accepta hoſtibus redderetur. Poſtridie Marcellus ſuos in aciem eduxit, iuſta acie dimicaturus. Hānibal tacita confeſſione victus, ſe in caſtris tenuit, nec diutius circa Nolam moratus, cuius potiundæ omnem ſpem abiecerat, motis caſtris Tarētum ire pergit, quo nuper fuerat accerſitus. Per id tempus Romæ Cæcilius Metellus, & qui cum eo, poſt Cannenſem cladem, conſilium deſerendæ Italiæ iniuerant, a cenſoribus ſunt ignominia notati. Equus quibus publice erat, ademptus eſt. Alij tribu ſummoti atq; ærarij facti. Parem ignominiam ſubiere & illi qui vana iuriſiurandi interpretatione, Romā a captiuis miſſi, ad Hannibalem non redierant. In de ad duo milia iuniorum tribu ſummoti ſunt, q̃ in tanta reip. neceſſitate quadriennio non militaſſent, nec vacationis cauſam dicere iuſſi, vllam iuſtam afferre potuiſſent. Additum Cenſoriæ notę tri ſte ſenatuſconſultum, vt eiuſdem noxæ rei, eadem conditione in Sicilia militarent, qua & Cannenſis exercitus reliquiæ. Tum quoq; pupillorum & viduarum cenſus ſunt in publicum delati, vt in fide publica eſſent eorum bona, ſicq; tutiora illis furura, & in ſumma ærarij inopia reip. vſuaria, quin & patreſſamilias, qui Volonum libertate donatorū precia accepturi erant, profeſſi ſunt, non prius ſe eā pecuniam exacturos, q̃ in Italia eſſet cum hoſte debelatum. Manauit priuata hæc benignitas ex vrbe in caſtra, vt non equites, non centuriones, tali tempore ſtipendium acciperent, mercenariuſq; haberetur ſiquis accepiſſet. Obſidebat per id tempus Fabius alter conſul Caſilinum, quod Hannibalis preſidio tenebatur: acciuitq; ad eam oppugnationem Marcellum collegam ex Nola. Bellicis inde operibus muro admotis, territi hoſtes, quum perꝫſſent vt inde incolumes abire liceret, eſſentq; iam aliquot egreſſi, medio colloquio Marcellus porta vna repente occupata, in oppidum irrupit. Ad duo milia & ſeptingenti Pœni ſimul ac Campani vi capti Romam miſſi ſunt, qui prius ſub fide egreſſi erant, iuſſu Fabij, incolumes Capuam abierunt. Caſilino per hunc modum recepto, Marcellus, Nolam rediit. Fabius in Samnium ad populandos fines hoſtium conceſſit. Et Hanno per eos dies, aliquot Lucanorum cohortes cum prefecto ſociorum, prędatum miſſas a Sēpronio, inſidijs excepit, exceptas tāta ſtrage afflixit,

Hānibal Puteolos oppugnat.

Volonū libertas.

Atrox pugna.

Hoſtium cædes.

Hilare Volonū cōuiuiū.

Vincitur Hānibal a Marcello.

Notę cēſoriæ.

Priuata ſtudia in rempu.

Caſilinū recipitur a Ro.



xit, vt non minor clades hoſti repenſa ſit, q̃ ipſe ad Calorem amnem haud multo prius acceperat. Fabius in Samnio Compulteriam vi cepit, Teleſiā, Compoſam, Nelas, Fuiſulas, & Orbitanium, cæſaq; interim aut capta ad. XXV. hoſtium milia, receptiq; perfugæ. CCCLXX. qui Romam miſſi in comitio virgis cæſi, ac de ſaxo ad vnum præcipites deiecti ſunt. Hæc Fabius paucis diebus. Marcellū interim aduerſa valetudo a gerendarum rerum curſu Nolæ implicitum auertit. Q. Fabius prætor cōſulis, qui circa Luceriam cum exercitu erat, Accuā oppidum vi cepit. Hannibal interea Tarentum copias admouit, millecq; ferme paſſus ab vrbe metatus caſtra, vbi aliquot dies circa vrbem verſat⁹ eſt, quia nihil intus mouebatur, rat⁹ vana fuiſſe eorū, qui ad ſe venerāt promiſſa, ſpe haud tamē abiecta eius vrbis potiundæ, vt Tarentinis pacatus veneꝛat, ita innoxio exercitu Salapiam cōceſſit, vbi hyeme conſtituit, fecitq; Pœnus locum ipſum meretricio amore inſignem. Ingens vis tritici huc comportata a frumentatoribus, & tantum prædæ ex circuniectis agris abductū, vt quatuor milia equorū Hannibal ſuis equitibus domanda diſtribuerit. In terim, quia graue bellum poſt tyranni cædem, erat in Sicilia conflatum, patres eam prouinciam Marcello decreuerunt. Nam Hieronymo in Leontinis interfecto, facta ſpes coniuratis regiæ pecuniæ militibus diſtribuendæ, adeo repente vniuerſus exercitus, qui ab initio tumultuari cœperat, mutatus eſt, vt paſſus ſit regem inſepultum iacere. Leōtini & ipſi libertatis nomē libenter complexi ſunt. Theodorus & Soſis ex coniuratorum numero, qui ſtatim perpetrata cæde, celerrimo curſu, Syracuſas contenderant, ſub noctem ingreſſi vrbem, exuuias cæſi regis oſtentantes populo Syracuſanos ad libertatem vocant. Paſſim ad arma diſcurſum, detracta q̃ ſunt etiam aliqua ex ipſis templis, properatūq; ſtatim ad Andronodorum opprimendū, qui aliquanto prius de cæde regis factus certior, inſulam & arcem preſidio firmarat. Poſtridie populo in Acradinam coeunte legati ſunt ad Andronodorum miſſi, vt Syracuſanis iuſulam & arcem patefaceret, alioqui repetituros ſe ab eo libertatem, non minus hoſtiliter, q̃ ab Hieronymo nuper petita eſſet. Ceſſiſſet cōſeſtim ille populi conſenſu feritus, niſi Demarata vxor, filia Hieronis, gerens regios adhuc ſpiritus præpediuiſſet, identidem Dionyſij vocem vſurpans, oportere tyrannum pedibus tractum, non equo ſedentem tyrannidem reliquere, facile eſſe omni temporis momento cedere magnæ fortunæ poſſeſſione, eam vero acquirere perdifficile & arduum. Accerſendum ex Leontinis militem, cui ſi regiam pecuniam polliceretur, fore, vt omnia in poteſtate haberet. Id mulieris cōſilium Andronodorus haud aſpernatus, publico eo die abſtinuit, mox illud vt preces reformidans, in Acradinam venit, vbi quum ſuam moram excuſaſſet, inſulam a ſe clauſam teſtatus eſt, ne cædes a tyranno orta, regis neceſſarios & miniſtros attingeret, Probata deinceps tyranni cæde, percuſſoribuſq; laudatis, claues arcis regiarumq; pecuniarum ante eorum pedes conſtituit. Raro vnq; lætior dies Syracuſanis illuxit. Supplicatum eſt a viris pariter & fœminis circum omnia templa, gratiēq; dijs actę q̃ ſine maiore motu, exinſperato antiqua eſſet libertas ciuitati reſtituta. Creati poſtridie prætores, Andronodorus in primis, cæteri ferme ex percuſſoribus tyranni, & in his Sopatrus & Deomenes abſentes. Erantq; iam res Syracuſanorum in tuto niſi Hippocrates & Epicides, poſt tyranni cædem Syracuſas reuerſi, velut in Italiam paulo poſt ad Hannibalem abituri, pacatum ciuitatis ſtatum rerum in diſcrimen aduxiſſent. Hi partim optimates ad tranſfugas Romanorum, & milites criminando, q̃ Syracuſæ per ſpeciem libertatis Ro. po. traderent, Andronodoroq; ad nouarum rerum ſtudium reuocato, eo rem traxerunt, vt ſenatus Ariſtonis cuiuſdam indicio, de iſs, quæ parabantur, certior factus, Andronodorum & Themiſtium, qui Harmoniam Gelonis filiā vxorem duxerat, in curia occiderit. Erat Ariſton tragœdiarum actor, qui Andronodori & aliorum conſilium ſibi ab Harmonia creditum, quia contra patriam eſſet initum, occultare nefas duxit. Multitudo, quæ ante curiam ſtabat, audita cædis cauſa, vt ſua eſt natura inſolens, quę aut humiliter ſeruit, aut nimis ſuperbe dominatur, prætoris rogationem, vt omnis regia progenies extingueretur, pene prius ſciuit, quæ vulgaretur. Tum percuſſoribus miſſis, Demarata & Harmonia ſunt interfectæ. Erat & Heraclea altera Hieronis filia, cuius vir Soſippus, Hieronymi tyrannidem fugiens, voluntarium ſibi exilium conſciuerat. Hæc vbi qui ad cædem miſſi fuerant adeſſe ſenſit, in ſacrarium ad penates confugit. Secutæ ſunt Heracleam duę virgines filiæ, ibi multum atq; diu p patris Hieronis, & Gelonis fratris manes precata eſt, ne ſe cum Hierony. ex cuius regno nihil præter viri exilium haberet, conflagrare ſinerent. Cæterum cum nihil preces & lachrymas aduerſus deſtinatam cædem prodeſſe vidit, & iam ferrum in ſe ſtringi intuita eſt, omiſſis pro ſe precibus, vt ſalutem puellis parcerent, orare inſtitit: cæterum dum hæc loquitur Heraclea ab aris diſtracta interficitur. Filiæ velut furore captæ per denſos gladios, cum impetu & clamore dilapſæ, vago totis ædibus diſcurſu, poſt multa vulnera, miſerabiliter cōcidunt. Ea cædes adeo indigna viſa eſt multitudini, vt odio in prętores accenſa cōſeſtim Epicidem & Hippocratē in Andronodori & Themiſtij locū prætores creauerit. Et iam legati ad Appium Claudium miſſi erant, de antiquo fœdere cum Ro. renouando. Eratq; tū forte Appius ad Murgātiā cum. C. nauibus, expectans quo tenderent poſt tyrāni cędē preſentes Syracuſanorum motus. Epicides interea & Hippocrates, vbi Punicam claſſem ad Pachinū appulſam audiuere, viderunt q; legatos a Marcello qui in Siciliam in horam traiecturus, dicebatur ad id miſſos, vt cum Syracuſanis de fœdere agerēt, ad mercenarios tranſfugas conuerſi, factum criminantur, palam prædicantes, rem Syracuſanam Romanis proditum iri, renouandi fœderis prętextu, fecitq; his fidem criminibus Romanarum nauium in portum appulſus. Tumultuoſe, inde aliquot dies acti, aliꝰ alio ciuitatis ſtudia trahentibus. Cæterum quia ſatis conſtabat rei Syracuſanæ expedire, cum Romanis pacem habere, viſum eſt legatos ad Marcellum mittere qui cum eo publice fœdus renouarent. Interim a Leontinis legati affuerunt præſidium ſuis finibus petentes. Miſſus eſt eo Hippocrates, cum tranſfugarum multitudine, qui nouarum rerum cupidus, primo Romanæ prouinciæ fines furtiuis incurſionibus eſt infeſtare adortus, impetu deinde in Romanum præſidiū facto, quod Appius ad tutandum ſociorū fines miſerat, ex ſtationarijs militibus aliquot improuiſo acceſſu interfecit, quæ vbi Marcello nunciata ſunt (ea enim in prouincia venerat) Syracuſas miſit, qui paucis

Res a Fabio geſtę in Sānio.

Salapia.

Marcellꝰ in Sicilia mittitur.

Demaratę verba.

Andronodori cædes.

Oīs regia Pgenies extīguit.

Miſerabili vigilii cędes.

Epicides & Hippocrates diſcordiam ſerunt.

paucis fidem violatã quererentur, belli causam nũ
q̃ defuturam, donec Epicides & Hippocrates in Si
cilia essent. Tum Epicides ex Syracusis in Leonti
nos profectus cum fratre, autor Leontinis fuit, vt a
Syracusanis deficerent publice, professiq; sint se nõ
staturos fœderibus, quæ Syracusanus populus cũ
Romanis percussisset, quando ea res suæ libertati
minime expediret, quoniam in eo fœdere esset ex
pressum, vt Leontini Syracusanę ditionis essent vt
antea q̃ tyrannorum principatus esset euersus. Pa
rati erant Syracusani id mutare, cautumq; volebãt
Leontinorum libertati, sed neq; præsenti indulgen
tia, neq; vllo alio obsequio, potuerunt Leontini in
officio retineri. Id Syracusanorum legati quum
Marcello nunciassent, confestim ille copias Leonti
nos admouit, primoq; impetu oppidum cepit. Epi
cides & Hippocrates, qui medio tumultu in arcem
confugerant, nocte, quæ secuta est, ad Herbesum
confugere. Occurrit interea nuncius captæ vrbis
Syracusanis prætoribus ad Milam fluuium, ve
niebanthi cum octo milibus armatorum ad Mar
cellum. Erant enim Syracusani ita pacti, vt leonti
ni recepti suæ ditionis essent. Hi audita vrbis di
reptione quum falso oppidanorum & militũ pro
miscua nunciaretur cædes, Marcellus enim ad duo
milia transfugarum securi percusserat, consternato
agmine ac pene a Romanis alienato, Megaram de
flexerunt. Inde ad Herbesum ducunt. Vnde Hippo
crates & Epicides cum olearum ramis, & aliis sup
plicibus velamentis, obuiam agmini occurrũt, in
uitisq; prætoribus in agmen recepti haud multo
post in hanc sententiam literas confingunt, quæ a
prætoribus ipsis ad Marcellum datæ viderentur,
Syracusani prætores Marcello. Recte feciſti q̃ Leõ
tinis captis nemini pepercris. Sed quia vna o
mnium mercenariorum causa est, nec q̃diu quicq̃
sed ĭtiosorum militũ, aut in vrbe, aut in castris erit,
res nostræ quieturæ sunt, gratum nobis feceris, si
eos qui sunt cum nostris collegis circa Megaram,
in tuam potestatem redegeris, redactosq; merito af
feceris supplicio, remq; Syracusanam certa pace sta
biliueris. His literis in concione militum recitatis,
tanta rabies militum animos incessit, vt prætori
bus metu dilapsis, in Syracusanos, qui in castris
erant, fieret impetus. Hippocrates & Epicides in
maiorem spẽ euecti, a Syracusanis omnem militũ
iniuriã arcuere, ex quibus recẽti beneficio sibi astri
ctis subornant, qui Syracusas reuersi multa de cru
delitate & auaritia Romanorum in Leõtinos cum
suis popularibus quererentur. Hi rumores facile
multitudinẽ perpulerunt, vt portas Romanis clau
dendas palam clamitarent. Affuerunt interim ve
lut excompositо, cum militum agmine Epicides
& Hippocrates. Hi per necessarios eorum, quos se
cum habebant, in Hexapylum recepti sunt præto
ribus inuitis, arq; identidem obtestantibus pariam
tyrãnorum satellitibus pròditum iri. Mox & Acra
dina ab his occupata. Prætores, nisi qui in medio
tumultu oppressi sunt, salutem sibi fugã quæsiue
runt. Postero die seruis ad pileum vocatis, & car
cere vi refracto, Epicides & frater prætores creãtur,
Legatiq; Romanorum Syracusas missi, eorum tri
remi intercepta, violati essent, nisi terrestri itinere
ad suos occulte euasissent. Marcellus continuo exer
citũ Syracusas admouit, missiq; in vrbẽ, q̃ Syracu
sanis nũciaret, se cũ exercitu adesse, auxiliũ oppresse
ciuitati laturum. Hi ab Epicide & Hippocrate vrbe
exclusi, infecta re in castra rediuerũt. Tum vero Sy
racusæ terra mariq; obsideri cœptæ. Et iam bellicis
opibus admotis, primus ille Romanorum cona
tus haud irritus fuisset, nisi Archimedes vnicus ea
tempestate cœli & syderum spectator, machina
torq; bellicorum operum ab initio omnia Roma
norum consilia perleui momento discussisset.
Eudoxus Gnidius & Architas Tarentinus, primi
omnium hanc machinandi artem, multis variisq;
geometricis cælaturis exornasse dicuntur, subtiles
& occultas artis propositiones, machinarum for
mis mortalium oculis subiicere adorti. Id Plato
ægræ tulisse traditur, vt quæ ingenij essent sensib⁹
subiicerentur, nec frustra ille auguratus, futurum ali
quando, vt machinandi ratio philosophia aulisa,
alterius esse crederetur, quod postea accidit militari
bus artibus inserta, in quo genere Archimedes tan
tum studio & ingenio profecit, vt iactare solitus di
cat, si, alterũ terræ globũ nact⁹ esset, se alterutrũ alte
ri applicaturũ. Inter pulchra artis experimenta ab
eo edita illud est memoriæ proditum, onerariam
nauim mercibus onustam sedentem, altera dun
taxat manu organis pertraxisse, quum ne vacuam
quidem ingens vis hominum remoliri potuisset.
Per quæ Hieroni insinuatus multas ad vrbis defen
sionem machinas fabrefecerat, quibus tum Syracu
sani sunt aduersus Romanos vsi. Est & in præsen
tem vsum quędam machinatus circa Acradinam,
qua parte Marcellus ex nauibus alias mœnibus ad
mouerat, cæteras exaduerso constituit, que ingen
tem telorum multitudinem in propugnatores mit
terent. Has Archimedes grandioribus saxis concus
sas, fœda laceratione discussit, quum vno ictu mul
ta simul saxa, ingeniosa liberatione, in Romanam
classem torquerentur, quibus quum afflicti nautæ
simul & naues submouerentur. Marcellusq; id ini
quo animo ferret, sepius inclamasse dicitur: quid
vanum illum Briareum fugerent? Naues que mu
ros subierant, quia huiusmodi cladi minus erant
obnoxiæ, ferrea manica catenis deiecta, vt hanc vel
illam fuerat forte adeptus a puppi in proram sub
limes statuebat, mox vbi aliq̃diu suspensas cõcus
sisset, eximprouiso remissas non sine ingenti nauta
rum periculo vndis affligebat. Vt tutius præterea
sui ciues vrbem tuerentur, murum a summo ad
imum cubitalibus rimis excauari iussit, vnde velut
ex tuto hostes crebro telorum iactu incesserentur,
quod inuentum ad posteros manauit, vt hodie
quoq; vrbium mœnia in huiusmodi angustiores
aperiantur rimas. Discusso per hæc omni nautico
apparatu, Marcellus a terra vrbem adortus, hac
quoq; parte vni⁹ viri ingenio est a muris repulsus.
Perseuerauit tamen hostem terrra mariq; obside
re, firmatisq; stationibus dux ipse cum parte copia
rum Herbesum & Pelorum recepit. Megaram vi
captam diripuit ac diruit. Per eosdem dies Himil
cho, qui ad Pachinum aliquãdiu se tenuerat, ad He
racleam, quę Minoa dicta est, viginti milia peditũ,
& tria milia equitum expositi, quem apparatum
Carthaginienses post Syracusas ab Epicide & Hip
pocrate initas in spem Siciliæ recuperandæ addu
cti, incredibili studio instruxerant. In terram itaq;
egressus Himilcho primo Heracleam recepit, mox
& Agrigentum, & ex Syracusis, vt rem iuuaret,
Hippocrates cum. X. milibus peditum, & quin
gentis equitibus per Romanarum stationum in
terualla nocte elapsus ad Acillas vrbem venit.
Hic quum forte mercandis castris Pœnus esset intẽ
tus, Marcelli inopinato accessu, qui Agrigento a
Pœnis occupato, in castra composito agmine abi
bat, haud enim tantas secum copias habebat, vt

Leõtini a Syracusa nis defi ciunt.

Leõtini a Marcello capiũtur.

Eipicidis & Hippo cratis ars.

Epicides & Hippo crates Sy racusas occupãt.

Obsiden tur Syra cusæ.

Archime des.

Archime dis iuctu.

Marcelli expedi tio.

Cartha. copiæ.



vt par esset Himilchoni, Hippocrates metu dissi
ctus cum suo equitatu Agrigentum confugit. Pe
dites a Romanis circunuenti, aut cæsi, aut capti
sunt. Habuitq; ea victoria nonnihil momenti ad
Siculos in fide continendos. Himilcho haud mul
to post cum Hippocrate ad Anatim fluuium ca
stra fecit. Quinq; adhæc &. L. Carthaginiensium
naues, per id tempus magnum Syracusarum por
tum tenuere Bomilcharis ductu, &. XXX. Roma
norum naues per eosdem dies, legionem vnam
Panormi exposuere, quæ secus mare ad Pachinum
venit, vbi Claudius cum classe erat. Nec ita mul
to post legione accepta, quum Syracusas versus
mouisset, Bomilchar Romanæ classis fama terri
tus, q̃ duplo maior esset punica, e portu in altum
euect⁹ Carthaginem abiit. Interea Himilcho Mur
gantiam recepit. Multæ deinceps vrbes Romano
præsidio, aut pulso, aut oppresso ad Pœnos defece
rũt: quã Siculorũ ad hostes defectionem veriti qui
Aetnam præsidio obtinebant, quorum L. Pinari⁹
erat præfectus, cernerentq; Aetnenses ad defectio
nem spectare, nullum illis locum ad insidias relin
quebant, oppidani vbi omnem ad fraudem viam
præclusam viderunt, sibi portarum claues restitui
deposcunt, quando in societatem, non vt serui in
custodiam traditi essent, Romanis bonis socijs fi
dem suam maximum vinculum esse. Alioqui ni
si bona venia restituantur, repetituros se vi liber
tatem denunciant. Pinarius primo hortatus est, vt
ad Marcellum mitterent, capitale esse Romanis di
centibus præsidio decedere, quod vbi impetrare non
potuit, precatus est vt in sequentem diem sibi fre
quens populi concilium darent, vt intelligeret pu
blicum an paucorum id consilium esset. Id quum
concessum esset, Pinarius post q̃ in arcem se recepit
milites ad concionem vocatos docet in quo discri
mine constituti sint. Futurum omnino, vt aut suo,
aut oppidanorum cruore, sequenti die Aetna inua
deretur. Proinde parati essent, signumq; expecta
rent, quo accepto inermem multitudinem inuade
rent. Precatus inde Cererem matrem, Proserpinã,
& cæteros dæmones, in quorum tutela locus dice
batur, vti sibi propitij essent, si vitandæ non infe
rendæ iniuriæ causa tantum facinus pararet: postri
die in concilium descendit, ibi eisdem ferme ver
bis quibus antea rogitans, vt ad consulem mitte
rent, nec videretur quicq̃ illius iniussu oppidanis
remissur⁹, multitudo ferociter coorta primo minis
instare, mox vbi ne a vi quidem res procul abesse
cœpit, tũ Pinarius dato toge signo, vt conuenerat,
suos strictis armis ad cædem immisit. Ibi alij super
alios Aetnẽses cæsi, siqui dilapsi sunt, passim tum
per vrbem obtrũcati. Ea Aetnẽsiũ clades vno pro
pe die totã Siciliã peruasit. Sedet enim id oppidum
in medio ferme tractu insulæ: alto & prærupto lo
co, que res effecit, vt siqui dubij erant, tum demum
ad Pœnos defecerint. Marcellus appetente hyeme
ad Leontinam quinq; milia passuum a Syracusis
hybernacula cõmuniuit, & Hippocrates Murgan
tiam concessit, & Himilcho Agrigentũ. Per id tem
pus quo hæc in Sicilia gesta sunt, Legati ab Oriceo
venerũt ad M. Valeriũ, qui Brũdusij erat, nuncian
tes Philippum, Apollonia frustra tẽtata, Oricũ no
ctu occupasse. Orare vtiq; vt aduersus regẽ Po. Ro.
ex professo hostem Oricensibus opem ferret. Nec
dubium esse Philippum eo consilo maritimã orã
occupare adortum, vt ea potitus, in Italiam cõmo
dius transmitteret. Valerius eo nuncio commotus,
classe cõtinuo instructa, in Macedoniã ad Oriçum

Cartha. & Ro. motus in Sicilia.

Aetnẽsiũ cædes.

Orici cõ ditores.

Appollo nia.

Mira na tura.

Aous. Eas.

Philippi fuga.

Castulo vrbs.

Munda vrbs.

Pœnorũ strages.

transmisit. Cõsiderunt id oppidum Colchi, qui ad
Medeam persequendam missi fuerant. Sedet loco
plano iuxta mare, Panormũ eius emporium dixe
re, stationem scilicet omnibus commodam: iuxta
Ceraunia sunt, & sinus cuius os cõmune est Adriæ
& Ionio. Valerius pulso inde Philippi præsidio,
sub primũ accessum Oricum recepit, quo ex Apol
lonia legati venerunt nunciantes se arcta teneri ob
sidione, q̃ deficere a Ro. nollent. Erãt Appolloniatæ
q̃ Corinthiorum Coloni, vrbemq; tenebãt quin
q̃ milia passuum a mari, in eorum finibus Nym
pheum, vbi petra est ignem vomens, & fontes tepi
da aqua & bitumine scatẽtes proximo tumulo me
talli effossiones, quibus locis quicquid exciditur,
temporis spatio naturæ fœcunditate reponitur, ter
raq; fossis ingesta in bitumen transformatur. Apol
loniatæ pollicити omnia se quæ Romani vellent fa
cturos, si obsidione leuarentur. CCC. milites cum
Næuio Crispo Apolloniam Valerius misit, qui
noctu tacite sunt vrbem ingressi, sequẽti nocte Cri
spus cum oppidanis hostium castra aggressus pri
mo impetu cepit, ad tria milia Macedonum aut cæ
sa aut capta sunt. Rex ipse seminudus ad naues, quę
in ripa fluminis stabant, se se proripuit (hunc
Aoum esse crediderim, quem (Hecateus Eantem
appellauit) quo cæterorum nocturna fuga incli
nauit. Castrorum prædam Apolloniatæ Roma
nis militibus concessere: & Valerius gestæ rei nũ
cio excitus, ad ostium fluminis classem admo
uit, ne Philippo pateret exitus, qui quum neq; na
uali prælio, neq; terrestri par futurus esset hostibus,
incensis nauibus cum seminudo exercitu se in Ma
cedoniam recepit. Philippo pulso. M. Valerius Ori
ci hybernauit. In Hispania eadem æstate res variæ
gestæ, Mago & Asdrubal in gentibus Hispanorũ
exercitibus fusis, omnem vlteriorem Hispaniam
ad imperium retraxissent, nisi P. Cornelius Scipio,
exercitu Iberum traducto, ad Castrum altum si
gna protulisset. Erat is locus celeber magni Hamil
charis interitu. Hic subito Punici equitatus incur
su, quum ad. XX. hominum milia in agris palan
tium aut moratorum Romanus imperator amisis
set, conuersus retro castra ad victoriæ montem se
cit, quo Gn. Scipio cum robore copiarum venit,
secutus nec multo post Hastrubal Gisgonis filius,
tertius Carthaginiensium dux, qui cum Magone
& Hastrubale Barchinis castra contulit. Dum tam
Pœni q̃ Romani ad Iberũ sedẽt, Castulo nobilis vrbs Hispaniæ ad hostes defecit, hinc Han
nibalis vxor fuit: inde hostes Iliturgũ oppugnare
occœperũt, quo Gn. Scipio cũ legiõe vna p stragẽ
hostiũ peruenit, inde cũ oppidanis & Romano pre
sidio quod ibi erat, subita in hostes eruptiõe, adeo
feliciter pugnauit, vt duobus prælijs supra. XII.
milia hostium interfecerit, ac paulo pauciores ca
pti sint, cum sex &. XXX. militaribus signis. Pœ
ni Iliturgo digressi ad Mundam confederunt. Est
Munda vrbs in parte Bethicæ. Locum ipsum ma
gni Pompeij filij sua clade illustriorem fecere, in
genti ibi prælio a Cæsare dictatore superati. Huc
Romani duces quum venissent, acie congressi vin
cebant egregiæ, quũ Scipione tragula icto, datũ est
signum receptui, sic quoq; ad. XII. milia hostium
cęsa dicuntur, ac tria milia propemodum capta. Ele
phanti vndequadraginta pilis confixi, signa mili
taria septẽ & quinquaginta hostibus adempta. In
de haud multis interiectis diebus ad Aurigẽ vrbẽ
dimicatũ, vbi haud dubia victoria fuit, cæsi tamen
dimidio minus q̃ antea. Verum enimuero gens ad
rebellandũ

rebellandum nata, nouo militum delectu, breui exercitum inſtaurauit: & cũ quis ter paucis diebus hoſtes victi eſſent, quarto conſligere auſi, ad octo milia hominum amiſere, haud multo minus cẽ mille capti. Signa militaria duodeſexaginta, octo elephãti adempti, tres interfecti. Rebuſq; in hunc modum proſpere fluentibus, Romani duces indignũ rati Saguntum octauum annum ab hoſtibus teneri, Punico preſidio inde pulſo, oppidum recipiũt, antiquiſq; cultoribus in vrbem reſtitutis, ſiqui erãt quibus olim fortuna belli pepercĩſſet, inde Turdetanos, qui olim Saguntinis bellum conflauerant, fuerantq; excidij cauſa, bello victos ſub corona vẽdiderunt, deleuerunteq; funditus eorum vrbẽ. Quã Hiſpaniæ partem Bethicam a flumine alij vocant, ipſi incolæ Turdetaniam dixere. Strabo Turdulos & Turdetanos eandem eſſe gentem arbitratus eſt. Polybius diuerſam. Inter Hiſpaniæ populos ſapiẽtia excellere crediti. Literarũ ſtudijs primi omniũ qui eam terram incolunt, vſi, legeſq; verſibus conſcriptas habuere ſenum milium annorum vetuſtate. Eratq; Scipionum ductu res Romana in Hiſpania melior cẽ Punica, quum Romæ Q. Fabius Maximus Fabij conſulis filius, & T. Sempronius Gracchus ſunt conſules creati, ãbo ab ſcientiũ. Hoc quoq; anno, ſunt prodigia quędam Romæ facta. Pluribus locis publica ſunt ædificia e cœlo tacta. Longarum nauium ſpecies Taracinę in fluuio viſæ. Amiterni amnis quidam cruentis fluxit aquis. Armorũ crepitus ex Vicilini Iouis templo in Compſano exauditus. Quæ aurium & oculorum ludibria magno ſunt errore credita, maiore quodam expiata, Conſules in prouinciam profecti, Sempronius in Lucanos abijt, in Apuliam Fabius, cui pater qui priore anno cõſul fuerat, quum legatus acceſſiſſet, arq; primo congreſſu, equo ſedens, pergeret ad conſpectum conſulis ire, vbi ad vndecimum faſcem venit, lictoreſq; ſenis maieſtatem veriti taciti antreirent, ibi Fabius conſul proximum apparitorem miſit, qui patrem iuberet conſulem de more animaduertere. Monitus vt equo deſcenderet, obediẽs dicto fuit ſenex, mox ad filium conuerſus. Experiri (inquit) voluĩ fili, an ſatis ſcires te eſſe conſulem. Per eos dies Claſſius Altinius noctu ad conſulem cum tribus ſeruis venit, pollicit⁹, ſi res ſibi prẽmio foret, ſe Arpos illi traditurum. Condidit id oppidũ in Apulia Diomedes ex Troia in Italiam delatus, eſtq; ab initio Argos Hippium appellatum, mox Argiripppam, poſtremo Arpos dixere. Erat Claſſius Arporum autoritate & oppibus longe princeps, & qui eam vrbem Pœnis antea tradiderat, parum ab fuit qui n homo ambiguæ fidei præſenti ſupplicio ſit a Fabio affectus, feciſſetq; omnino, vt poſt, Phaleriorum & Pyrrhi proditorem, tertium eſſet documentum tranſfugis, niſi pater alieno tempore id fieri monſtraſſet. Cuſtoditus iraq; eſt Calibus conſulis iuſſu. Hãnibal vbi eum ad hoſtem tranſfugiſſe ſenſit, vxorem & liberos in caſtra accerſitos viuos combuſſit. Eius bona diripuit. Nec ita multis poſt diebus conſul Fabius pluuia & intempeſta nocte, negocio pauciſſimis viris fortibus dato, qui cuſtodibus deceptis, vrbem ſcalis trãſgreſſi ſunt, Arpos occupauit. Erant ibi relicta ad quinq; milia armatorum ab Hannibale, & tria milia oppidanorum. Hi tumultuoſe arma capiunt, pugnatumq; eſt nonnihil in angiportis & anguſtijs viarum. Poſtremo in colloquium venere (nam conſul legiones in vrbẽ immiſerat) petuntq; vt venia defectionis impetrata, ſeſe & vrbem dederent. Secuti hanc inclinationem Hiſpani, qui circiter mille numero in preſidio erant. Hi pacti vt Punicum præſidium incolume dimitteretur, ad Romanos trãſiuere. Atq; Arpi per hunc modum ſunt recepti. CXII. equites Campani, per ſpeciem ex hoſtico prædandi, in Romana caſtra quæ erant ad Sueſſulam tranſfugiunt, tantum cum Gn. Fuluio pacti, vt Capua recepta ſibi bona reſtituerentur. Au. Sempronius Tuditanus Aeternum expugnauit, vbi. LXX. hominum milia (niſi forte ſit in numero erratum) capta reperio. Syphax quoq; Numidarum rex ſub id tempus Carthaginiẽſium hoſtis factus, cum Romanis ſocietatem iunxit. Miſſi a Scipionibus tres ad eum centuriones, qui cum illo de fœdere agerent. Quorum Q. Sertorius, rogatu regis in Numidia remanſit, pedeſtris militiæ, cuius ad id tempus Numidæ ignari erant, inſtitutor ac moderator. Ille lectam iuuentutem breui Romana diſciplina ita inſtituit, vt rex nõ magis equiti iam fideret, cẽ peditib⁹, ſigniſq; cum Carthaginienſibus æquo campo collatis prælio vicit. Carthaginienſes adiuncto ſibi Gala Maſſulorum rege (ſunt & ipſi Maſſuli Numidæ) bellum Maſiniſſæ filio aduerſus Syphacem gerendum credidere. Erat is clara indole, facileq; apparebat futurũ aliquando, vt ſua virtute regnum augeret. Etenim iuuenis cum Syphace congreſſus, regem ingenti prælio vicit. XXX. milibus hoſtium in acie cæſis, qua clade Syphax perculſus in Mauriſios qui iuxta oceanum incolunt, paucis comitatus conceſſit, quibus in locis ingẽti hominum multitudine collecta bellum reparauit. Maſiniſſa cum victore exercitu eo venit diuq; nullis Carthaginienſium opib⁹ adiutus, bellum ingenti gloria cum Syphace geſſit. In Hiſpania eo anno nihil memoria dignum contigit, niſi q; Celtiberorum iuuentus mercede eſt a Scipionibus conducta, quum ad id tempus Romani mercenarium militem nunq; habuiſſent. Hannibal ſpe Tarenti potiundi incaſſum eam ætatem conſumpſerat. Salentinorum tantum ignobiles quædam ciuitates ad Pœnum defecerunt. In Lucanis Pomponius Veientanus præfectus ſocium, qui nonnullis ſecundis expeditionib⁹ elat⁹, tumultuarium coegerat exercitum, in Brutio agro cum Hannone acie auſus dimicare, aliquot milibus hominum cæſis ipſe temerarij dux certaminis in hoſtium poteſtatẽ viuus venit. Interim rebus vtriuſq; Po. variantibus, eſſentq; inter ſpem & metũ ſuſpenſi hominum animi, incredibilis ſuperſtitio ciuitatẽ inuaſit, vt ſacris prophaniſq; locis ſacra nouo ritu fierent. Ea res M. Aemylij prætoris edicto cum omnibus vaticinis voluminibus, precationibuſq; diſcuſſa. Creati in ſequentem annum conſules Gn. Fuluius Flaccus, & Appius Claudius pulcher. Poſthumius Pirgenſis publicanus multi nominis fraude & auaritia inſigni, quia rempu. in ijs fraudaſſe dicebatur, quæ in Hiſpaniam ad exercitum mittebantur, nauibus viliſſima mercede honeſtis, atq; de induſtria, quia vi tempeſtatis ei cautum erat, in altoſ depreſſis, quum a Tribu. pleb. accerſitus, magnaq; publicanorum manu cinctus, concilium plebis diſturbaſſet, maieſtatis reus, quoniam ad diem non affuit, abſens damnatus eſt. Eius bona publicata, ipſi aqua & igni interdictũ. Plericq; etiam eius ordinis, qui noui motus autores fuerant, aut in carcerem conjecti ſunt, aut ſolũ voluntario exilio verterunt. Hæc Romæ. In Sicilia Cannenſis exercitus reliquiæ quæ in eam inſulam fuerant relegatæ, militabantq; ſub P. Lentulo, legatos ad Marcum Marcellũ hybernorum tẽpore

Turdetania. Legũ vetuſtas.

Prodigia

Exẽplũ maieſtatis in Fabijs.

Arpi.

Fabij Arpos occupat.

Syphax rex.

Maſiniſſa.

Qñ primũ Ro. mercenario ſunt milite vſi.

Aĩaduerſio in publicanos.



Oratio legatorũ ad Marcellum.

pore miſerunt, quorum vnus dicendi poteſtate facta, his verbis eſt Marcellum allocutus. Niſi ita perſuaſum nobis fuiſſet Marcelle vir clariſſime, Siciliæ ſtatu tyranni cæde turbato, non defuturam nobis materiam reip. noſtro ſanguine ſatisfaciendi, q; in Cannenſi clade non paſſi ſuimus nos cum alijs trucidari, confeſtim, poſt triſte illud, ne ſinis quum dicam, ſenatuſconſultum de nobis factum, ad te conſulem, priuſq; in Siciliam deportaremur, aliqui noſtrum veniſſent. Diſtulimus tamen quę relas noſtras, ſperantes vt quemadmodum patrũ memoria, illi qui a Pyrrho rege ad Heracleam capti ſunt, aduerſus eundem pugnantes, ſiquid prio re pugna fuerat offenſum, correxere, ita nobis hic facultas daretur omnis ignominię pulchro aliquo facinore abolendæ, quod non ſolum non contigit, ſed ablegati etiam in ea inſulæ loca ſumus, vbi omnis nauandæ reip. operæ adempta ſit facultas. Sed quo noſtro merito Marcelle tu & alij ita nobis ſuccenſeris, liceat precamur apud te noſtras calamitates deplorare, quem quum intuemur ambos conſules & ſenatum intueri videmur, & quo ſi cõſule ad Cannas vſi eſſemus, longe melior & reſp. & noſtra fortuna hodie eſſet. Cæterum priuſq; de preſenti conditione noſtra dicam, liceat quæſo noxam, cuius arguimur, paucis purgare, ſi non deorum ira, fatoq;, cuius immobili lege digeri res humanæ creduntur, ſed culpa hominum perijmus, cuius tandem ea culpa fuit, militum an imperatoris? Equidẽ nihil ego vnq; de eo imperatore dixerim, cui poſt rem male geſtam gratias a patribus actas non ignorem, q; non deſperauerit de rep. cui etiam per plures annos ſit continuatum imperium, cæteros quos tribunos eodem prælio habuimus, & honores petere, & ingenti fauore obtinere audiuim⁹. An vobis veſtriſq; liberis ignoſcitis Patres conſcripti? in hæc vilia capita fœuitis? Conſuliq; & alijs primoribus ciuitatis licet fugere, quum ſpes nulla in armis eſſet, milites niſi in acie cadant, ignominia notandi ſunt? Ad Alliam omnis prope exercitus, vt proditum memoriæ eſt, ex acie fugit. Ad Caudinas furcas, ne tentato quidem prælio hoſtibus arma tradidit. Verum tantum abfuit, vt aut hi aut illi ſint aliqua ignominia notati, vt per eoſdẽ ſit non multo poſt reſpu. reſtituta, q; non video quis Cannenſem exercitum metus aut pauoris ſimulare poſſit, vbi plus quinquaginta milia hominum ceciderunt. Vnde conſul cum. LXX. equitibus aufugit. Vnde nemo ſuperſtes euaſit, niſi quẽ hoſtis cædendo feſſus trucidare non potuit. Quum captiuos redimi oportere negaretur, tum factum noſtrum laudare omnes, q; noſmetipſos reip. ſeruaſſemus, q; iuſti exercitus ſpeciem feciſſemus. Nunc deteriore conditione ſumus, q; apud patres noſtros fuerunt captiui, quippe illis tantum arma, atq; ordo militandi, locuſq; in quo tenderent, in caſtris mutatus eſt, que omnia ſimul nauata reipu. opera recuperarunt, eorũ tamen nemo eſt in exiliũ relegatus, nemini ſpes emerendi ſtipendij eſt adempta. Datus cum quo dimicantes vitam ſemel aut ignominiam finirent. Nos vero, quibus nihil aliud obijci poteſt, præterq; q; paſſi ſumus alij quem ex Cannenſi pugna militem reip. ſupereſſe, non ſolum procul a patria, atq; Italia, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus, vbi in ocio & deſidia ſeneſcamus, vbi nequa occaſio, nequa ſpes abolendæ infamiæ ſit relicta, placandæq; per virtutem ciuium iræ. Non ignominæ finem petimus, non præmium virtutis, virtutem ſaltem experiri liceat, laborem & periculum petimus vt virorum & militum officio fungamur. Bellum iam alterum annum eſt in Sicilia, in ea loca traduci petimus, vbi quod ad Cannas faciundum fuit, q; primum faciamus, quicquid poſt id rempus viximus ignominiæ datum eſt, non vitæ. His dictis ille & cæteri legati cum lachrimis ad Marcelli pedes procubuerunt. Conſul nihil ſe mutaturum reſpondit ex eo quod patres ſtatuiſſent, quando ne ſuæ quidem poteſtatis eſſet, ſcripturum ſe tamen ea de re ad ſenatum, omniaq; ex illius ſententia facturum, Cum his legati dimiſſi ſunt, ac deijs quæ poſtularent bene ſperare iuſſi. Marcelli literis de ea re in curia recitatis, placuit ita reſponderi, non videri patribus remp. credendam ijs, qui ad Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent. Cæterum ſi Marcello aliter videretur, ageret ipſe quod e repu. fideq; ſua duceret, modo nequis eorum munere vacaret, donoq; militari virtutis gratia donaretur, aut in Italiam reportaretur, donec cum Pœno debellatum eſſet. Refectæ hoc anno Romæ Fortunæ & matris matutæ ædes intra portam Carmentalem, quæ priore anno fuerant incendio abſumptæ, & Spei templum extra portam vrbis. In Albano monte biduo lapidibus pluit. Multa Romæ & foris loca ſunt de cœlo tacta. Reate ſaxum ingens volitare eſt viſum. Sol rubere ſanguineo ſimilis: quibus prodigijs de more procuratis, erant iam conſules in prouinciam abituri, quũ allatum eſt Tarentum ab Hannibale captum. Fuerat iam antea ſpes illi facta eius vrbis paucorum proditione obtinendæ dilataq; erat res in plures menſes. Interim Tarẽtinorum obſides, qui Romæ in atrio libertatis cuſtodiebantur, ſub noctem vrbe dilapſi, domum fugam intenderant, qui poſtridie ex Taracina Romam retracti, in foro prius virgis cæſi ſunt, atq; de ſaxo præcipitati, cuius atrociſſimi ſupplicij fama Tarentum delata in cauſa fuit, vt maturata ſit proditio. X. coniurarunt, quorum princeps Nico & Philomenes fuerunt. Hi per ſpeciem venandi noctu vrbe egreſſi, cum Hannibale ſemel atq; iterum locuti, his conditionibus vrbem ſe prodituros ſunt pollicit⁹, vt liberi Tarentini eſſent, neq; vectigal vllum Carthaginienſibus penderent, præſidiumve inuiti acciperent, atq; in hæc illi fidem ab Hannibale acceperẽ. Erat res interim minus ſuſpecta, nam præterq; q; Philomenes venandi ſtudio inſignis erat, canes & alius venaticus apparatus eum ſequebatur, aſſiduecq; aliquid ſylueſtrium ferarum, etiã ab hoſte ad id præparatum, aut portarum cuſtodibus, aut præfecto dabar, & quia metu hoſtium noctu ire & reuerti putabatur, ſibilo cuſtodes excitabat, omnibus itaq; comparatis Hannibal excompoſito, quum trium dierum ſpatio Tarento abeſſet, cum expeditiſſimo peditatu, & omnibus equitibus celeri curſu Tarentum ire pergit, præmiſſis Numidis qui late longeq; ante agmen euagati omnes in vijs & agris oblatos interficerent, nequa fama ſui acceſſus ad vrbem peruenirer. Percrebuit tamen ſub noctem rumor, Numidas prædabundos vrbis fines ingreſſos, quæ res min⁹ ſuſpecta fuit, quia & pauci viſi fuerant, atq; idem illi more latrocinantium vagi, fidem fecerant Hãnibalem caſtra non mouiſſe. Pœnus igitur per portam Temenitida, quæ illi a Nicone, cæſis vigilibus, patefacta eſt, in vrbem irrupit, & Philomenes per portulam, qua ire & meare erat ſolitus, cuſtodibus excitatis, aprum eximia magnitudine

Perora tio.

Patrum decretũ.

Prodigia

Tarentũ Hãniba li tradit.

Capitur Tarentũ.

iussit inferri. Ipse cum expedito iuuene secutus, cu stodem dum ferae magnitudinem miratur, incautum obtruncat, patefactaq; deinde porta alterum agmen in vrbem induxit, quod silentio in forum traductum, cum Hannibale se iunxit. Praefectus vrbis tumultu excitatus, in portum se proripuit, inde scapha exceptus in arcem confugit. Vbi vero illuxit Hannibal Tarentinos pro concione affatus hortatus est vt bono animo essent, singulosq; domum suam iubet inscribere, a quibus milites abstinere iussi, Romanorum militum tabernacula diripuerunt, qui in vrbe deprehensi sunt ad vnum omnes interfecti. Intuitus inde Poenus arcem vbi inexpugnabilis apparuit, fossa est ab vrbe disiungere adortus. Romani qui in eam confugerant, ferociter in hostes inuecti, non solum operas, sed stationem etiam illis oppositam primo impetu disturbant. Cessarent hostes de industria, vt Romanos procul arce distraherent, quo contigit, vt signo deinceps dato, qui procul arce fuerant hostes insecuti, per angiportus & vias cum multa caede sint in arcem compulsi. Fossa ingens ducta, & vallum intra erectum, mox & murus excitatus, vt tutior ab omni eruptione vrbis esset. Hannibal vrbe egressus ad Galesum amnem quinq; milia passuum a Tarento castra fecit, nec multo post in vrbem reuersus, naueisq; quae in imo sinu erant, per mediam vrbem curribus in apertum mare deuexit, atq; arcem circumuectas in saucibus portus statuit. Hocq; maxime modo Romanum praesidium, quod in arce fuit, terra mariq; Poenus circundedit.

ANNI MVNDI. Fuit hic annus quo Tarentum est ab Hannibale occupatum, decimus, vt Liuius significare videtur, secundi belli Punici, Octauus & quadragesimus supra quingentesimum ab vrbe condita. A mundi origine tertius & nonagesimus supra nongentesimum ac quater millesimum, quo tempore Philippus in Macedonia regnabat, Antiochus in Syria Acheo iamdudum citra taurum sublato. Ptolemaeus Philopator in Aegypto. Eratq; in Iudaea potifex Onias, qui quum tributum cunctantius exoluisset, facile regis iram incurrerat, imminebatq; illi a Ptolemaeo discrimen maximū, nisi Iosippus potificis & sorore nepos, mira indole adolescens, Athemone qui vectigal exacturus in Iudaeam venerat, hospitio sibi multaq; comitate conciliato in Alexandriam se ad Ptolemaeum iturum dixisset, ac coram regi satisfacturum, quo non multo post Athemonis discessum profectus, illi ex Memphi cū Athemone & Cleopatra coniuge eodem curru redeunti, Iosippus obiter occurrit. Caeterum Athemō tempestiuo eius liberalitatis testimonio, adeo venientem iuuit, vt in regium sit currum familiariter multaq; comitate acceptus. Venerant forte per id tempus Alexandriam, Phoenices, Iudaeae & Samariae publicani, vectigal earum gentium licitaturi, qui quum octo milia talentorum despondere, duplicem summam se regi daturum Iosippus pollicitus est, ibi Ptolemaeus laetus fiscum vna licitatione tam grandi summa augeri, vt vades Iosippo daret postulauit, iamiam illi vectigal addicturus. Ille, tu inquit rex mihi & regina optimi vades eritis: quo adagio Ptolemaeus pellectus, ne sponsoribus quidem datis negocio praefecit. Diu itaq; rei praefuit, multaq; celebritate nominis, circa finitimos vixit, fueruntq; eius filij complures, sed Nicanor, quem ex fratris filia tulerat, omnium prudentia & animi elatione clarissimus. Is a patre ad regē missus, accepta ab ipsius dispensatore praegrandi pecunia, vno tempore centum venales pueros, puellasq; pari numero, sub mangonibus egregie literis al ijsq; disciplinis institutos mercatus est, mares regi, puellas Cleopatrae dono obtulit, qua ille munificentia patri est & fratribus per literas a rege commendatus. Caeterum in Iudaeam reuersus in apertum incidit discrimen. Fratres siue quia multum paternae pecuniae vana ostentatione Alexandriae profudisset, siue potius veriti ne regia cōmendatione sibi a patre praeferretur, venientem insidijs excipiunt, quibus non sine parricidio declinatis, Hierosolymis profugus trans Iordanem abijt, ibiq; turri ex albo lapide sibi aedificata, quam Tyrum appellauit, manuq; hominum sibi cōparata, acerbe tributū a barbaris exigebat, post Ptolemaei interitum, in Antiochi potestatem redactus, grauiq; supplicium veritus, sibi manum intulit.

Onias.

Iosippi facetū dictum.

Nicanor Iosippi filius.

Nicanoris exitus.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER IIII.

ERAT res romana adhuc inter spem & metum praesentis belli suspensa, fortuna vices vbiq; variante, ac propterea nullis non superstitionibus obnixa. Etenim praeter multa visa & audita, quae prodigiorum loco te mere ferebantur. Martianum carmen peridtempus conquisitum ac repertum, maximam ciuitati curam attulit. Id partim verissimo euentu probatum, haud dubiam futurorum fecit fidem. Scripserat quisquis fuit ille Martius, Amnem troiugena Cannam Romane fuge, nec te alienigenae cogant, in campo Diomedis conferre manū: sed neq; credes tu mihi donec compleris sanguine campum, multaq; milia occisa tua deferat amnis in pontum magnum ex terra frugifera piscibus atq; auibus, ferisq; quae incolunt terras his fiat esca caro tua. Haec quia magna ex parte sunt hominum oculis repraesentata (nam & Diomedis campos & Cannam, vbi pugnatum erat vulgus agno scebat) maior cura subijt alterius carminis, procurā di, quod in haec fuit verba conscriptum. Hostes Romani si pellere vultis vomicam, quae gentium venit longe, Apollini vouendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant, quum populus dederit ex publico partem priuati vti cōferant pro se suisq;: his ludis praerit praetor, is qui ius populo plebiq; dabit summum. Decemq; viri Graeco ritu hostijs sacra faciant. Haec si recte faxitis, gaudebitis semper, fietq; res vestra melior, nā is dius extinguet perduellem, qui vestros cāpos pascit placide. Hoc carmine publice interpretato, ludi sunt Apollini voti, & in circo celebrati. Praetor praesedit, populusq; stipem in ludorum apparatum, vt quisq; potuit, conferre est iussus. Ex publico. XII. milia aeris praetori sunt expensa, Apollini bos auratus, & duo caprae aureae: Latonę bos foemina, & ipsa cornibus auratis immolata est. Fuitq; hic annus quo Apollinares ludi sunt Romae coepti fieri secūdi belli Punici decimus, Romanę vrbis duodequinquagesimus ac quingentesimus. Sed dum per haec ciuitas in dies magis magisq; se malorū daemonū imperio addiceret,

Martianum carmen.

Carmen alterum.

Vouenē ludi Apollini.



ceret, Cōsules qui in Samnio erāt, facti sunt certiores Hānonē, haud procul Beneuento castra habere, eoq; magnā vim frumēti cōuectā, vt Campanos fame laborātes ea ope subleuaret. Fuluius conat⁹ hostium oppressurus, citato agmine Beneuentū cōtendit. Collega in Cāpanum agrum copias egit. Iā ad duo milia curruū cum incōdita multitudine ex Capua in castra venerant. Hanno cū parte copiarū iuerat frumentatū. Haec cū Fuluius resciuisset, Beneuento profectus, castra hostiū in arduo loco sita, primo accessu oppugnare est ausus. Mox consul, loci difficultate, & quia hostes ab initio valide Romanū a munitionibus reiecerāt, deterritus, cani iussit receptui. Tum vero milites obstinatiore animo hostiū vallū subeūtes per aequa & iniqua vincēdi studio acti, pluribus locis in castra irrumpunt. Caesa sunt ad sex milia hominū, septē mjlia & amplius capta, cum ingenti curruū ac iumentorū multitudine. Hāc audita suorū clade, in Brutios fugienti similis se recepit. Beneuentī praeda diuendita, donatiq; sunt in primis militaribus donis, Vibius Pelignae cohortis praefectus, & T. Pedianus princeps tertiae legionis, qui primi omnium in castra irruperant. Cāpani praesenti clade perculsi, Hannibalem precibus fatigant ne se in aperto discrimine constitutos Romanis ad excidium deserat, imminere sibi duos consules, cum duobus consularibus exercitibus, qui vix vnius diei itinere abessent, ne Tarentinae arcis expugnandae studio, sociam vrbem hostibus prodereret, quam Carthagini aequare esset solitus. Misit Hannibal duo milia equitum Campanis, quibus in suum aduentum ad arcendam populationem vterentur. Interim Metapontini & Turini cū tota ora maritima, Tarentinorū defectionem secuti, ad Poenos defecerunt. Consules Capuam circumsessuri, ne Beneuentum sine praesidio relinquerent, T. Gracchum accersunt, qui sociorū vrbem & fines tueretur Graccho sub id tempus sacrificanti ostento quod in sacris fieri contigit, est praemonstratum, futurum, vt hostium insidijs esset haud multo post perituros. Duo angues occulto allapsu circa aras, hostiae iecur depasti sunt, conspectiq; ex oculis repente euanuerunt, idq; cum semel atq; iterum fecissent, monitus ab Aruspicibus dicitur, vt insidias caueret, quas fatali necessitate repugnante effugere non potuit. Flauius Lucanus suae gentis praetor, ad Poenum defecturus, multo meliori fœdere se in amicitiam venturum ratus, si id Romani ducis sanguine sanxisset, pactus occulte cum Magone defectionem, eum in pacatum venire iussit, atq; in insidijs sedere, quo Flauius Gracchum, per speciem colloquij, velut pleroscp; Lucanorum ad Romanum imperium retracturus, quorum praetores secum venturi essent, ad insidiarum locum cum paucis equitibus pertraxit. Ibi Gracchus ab hoste circunuentus, suos hortatus ad terram desilijt, ac maius cę pro numero praelium ciens, non sine hostium pernicie fortiter occubuit, corpus ducis eximie Mago cum fascibus captis ad Hannibalem misit. Fuerunt qui traderent non in Lucanis, nec proditione Gracchum periisse, sed ad Calorem fluuium, cum forte castris egressus, cum lictoribus & duobus seruis, vt lauaret ad amnem descendisset, ibiq; ab hostibus inter salicta ripis innata latētibus oppressum. Alij quingētos passus a castris progressum prodiderunt, prodigium, quod in sacris acciderat, aruspicum iussu expiaturum, in Numidarū insidias incidisse, hosteisq; Gracchi extincti tantum capite potitos. Consules Campanum agrū ingressi, subita hostium eruptione, mille & quingentos milites amiserunt. Nec multo post Crispinus Roman⁹ eques a Badio Campano, olim hospite suo, singulari certamine prouocatus, hostem primo concursu humero traiectum, ad terram ex equo deiecit, deiectum obtruncasset, nisi ille, dum Crispin⁹ ad terram desilit, praecipiti fuga ad suos delatus, equum & arma victori reliquisset. Hānibal & ipse post consulum accessum praesto affuit, in aciemq; vtrinq; descensum. Primo congressu res Punica superior fuit, mox equitum incursu restituta acie, Sēproniani exercitus interuentu, qui velut excompositio affuit, quoniam aduentantium hostiū vtriscp; prębuit speciem, ab vtraq; parte datum est signum receptui. Consules sequenti nocte ad distrahendū inde Hannibalem, castris profecti diuersi abierunt. Fuluius in agrum Cumanum, in Lucanos Claudius concessit. Hannibal Appium secutus. Caeterū Romanus consul circunducto qua voluit hoste Capuam est reuersus. Hannibal Appium frustra insectatus, in Cētenium Penulam duxit, qui in Lucania, cum octo milibus hominum & ampl⁹ erat, centurio duntaxat, viribus alioqui corporis & animi pollens, octo milia militum a patrib⁹ impetrauerat extra ordinem, vt in Lucania rem gereret. Is igitur neq; rei militaris peritia, neq; fortuna par hostī, temere in pugnam descendere ausus, cum omni exercitu cędi. copijs ab Hannibale est oppressus, vix. X. milites, ex tanto nuper numero, euasisse dicuntur. Cam pana interim obsidio sedulo parabatur, & quae in eam rem necessaria erant Casilinum studio comportari, nec Hannibal id ociosis auribus audiebat. Caeterum intentus ad alterum Romanorum exercitum opprimendum, qui sub Gn. Fuluio in Apulia erat, vbi per licentiam militarē omnia fieri cognouit, Capua omissa, eo cursum deflexit, quo quū magnis itineribus venisset, noctu militib⁹ ad insidias in occulto sedere iussis, insessisq; ab equite omnib⁹ vijs qua hostium fugam inclinaturam arbitrabat, etenim haud ignorabat Fuluianos in pugnā descēsuros, qui sub primū suū accessum vix in castris cōtineri potuere: postridie vbi primum illuxit, temerarium ducem in pręliū elicuit, sed ne clamorē quidem hostium sustinuit Romana acies. Praetor parquidē Centenio stultitia & temeritate, aīo nequaq; cōparād⁹, vbi primū aciē inclinare vidit, cū ducētis fugā arripuit exercitu ad cædē relicto. Romani vndiq; circūuēti adeo fœde cęsi sunt, vt ex decē & octo milibus hominū, vix duo milia euaserint. Luctus & pauor ingens ciuitatem inuasit, duabus teterrimis cladibus, alia super aliā, paucis diebus acceptis, sed quia cōsulares exercitus incolumes erant, minor animi pręsenti militū iactura affecti sunt. Ipsi etiā consules per eos Dies, Claudio Nerone ad se accersito, Capuam circunsederunt, tribus praetoriis circa muros hostiū vno tępore erectis, mox fossa & vallo vrbē cingere adorti, Cāpanos ad pugnam excitare, impediēdi operis studio. Verū vbi omnis hostiū conatus irritus fuit, viderūtq; opus continuari, priusq; oia loca insederent, mittūt qui id Hānibali significarēt, & cōsules p̄conē edixerūt, vt sig Cāpanorū vrbe egredi vellent, ante idus Martias ipsi cū filijs & vxorib⁹ liberi essent, oiaq; sua haberent. Post eā diē quicūq; in vrbe essent se hostiū numero habituros. Ea publice denūciata non solū Campani per contēptum audiuere, sed minas quoq; addiderūt, cōuicia in Romanos iacentes. Hannibal post pugnā ad Herdoneā cōmissam, vbi Fuluianū deleuerat exercitum. Tarentum diuerterat, spe potiundę arcis prębita, verū vbi frustra oīa tentari vidit, Brundusiū contendit. Hic quoq; quum parū profe

Cædes Pœnorū.

Ostentū.

Flauij perfidia.

Gracch⁹ occiditur

Cētenius Penula cum exercitu cędi tur.

Hānibal ad fluuiū contēdit.

Ro. cędes ad Herdoneam.

Capua a Ro. circū sedetur.

ciſſet, vanaq; ſpe tereret tẽpus, nuncij ad eũ venerũt Capuã a Romanis circunſederi: Reſpondit Hannibal aſſuturum ſe paulo poſt, nec dubium eſſe, quin hoſtes ad ſuum aduentum, vt nuper fecerant, obſidionem ſoluerent. Cũ his legati dimiſſi, quib⁹ vix patuit in vrbem reditus, Capua iam propemodũ duplici foſſa & vallo circundata. Sed dũ hæc in Italia geruntur, Marcellus Syracuſas recepit. Primo pauci, piſcatorijs retib⁹ operti, cymba delati, in Romana caſtra cũ trãſfugis in colloquiũ venere, de ciuitate Romanis tradenda. Inde ad. LXXX. eius cõſilij participes facti. Habuiſſetq; res ipſa optatum exitum, niſi coniuratione indicio patefacta, proditores Epicides medio conatu oppreſſiſſet. Deiectus hac ſpe Marcellus alteram cõtinuo nactus eſt. Agebatur forte inter Romanos & hoſtes de Damaſippo Lacedæmonio redimendo, qui ad Philippũ regem ex Syracuſis miſſus in Romanorum poteſtatem venerat. Vtrinq; igitur ad colloquiũ circa Trogillorum portam ventum erat. Hic Romanus quidam muros vrbis aliquãto ſua opinione humiliores intuitus, numerandoq; lapides qui in fröte erãt, altitudinemq; tacitis oculis æſtimando, eo peruenit, vt modicis ſcalis in vrbem euadi poſſe deprehenderet, ſi aliquo modo cuſtodes poſſent decipi. Ea res ad Marcellum delata, confeſtim ducis animũ in ſpem adduxit, vrbis furto potiundæ. Omni buſq; propemodum paratis, vna iniri ratio nõ poterat, qua arte nocturni vigiles fallerentur. Verum id quoq; fortuna ducis obtulit, qui hac vna defixus cura indicio comperit, feſtos Mineruæ dies magna animorũ hilaritate in vrbe de more celebrari, multaq; vini licentia ciuitatem laſciuire. Quod ſacrum vbi adeſſe ſenſit mille milites ſilentio noctis cum ſcalis ad vrbem miſit, ipſe haud multopoſt cũ maioribus copijs ſecutus, qui præmiſſi fuerant intrepide negocium obeunt, murum tacito ſcalarũ aſcẽſu occupant, porticula quæ fuit ad Hexapylon ſubita vi refracta ſuos in vrbem accipiunt. Cuſtodes qui in proximo erant ſomno & vino grauati interfecti ſunt, cæteri improuiſo tubarum ſcantu & clamore perculſi, rati id quod erat, muros ab hoſte teneri, metu dilapſi, alij alio diffugiunt. Epicides citato agmine ex inſula (Syracuſani Naſum dicunt) affuit, velut paucos hoſtium qui cuſtodum negligentia in vrbem furto ingreſſi eſſent eiecturus. Verum vbi Epipolas & cætera loca circuniecta Romanis armis teneri vidit, hoſte paululum miſſilibus laceſſito, retro in Acradinam abijt, veritus ne aliqua inteſtina fraude tutioribus locis excluderetur. Marcellus vbi captam vrbem ſubiectam oculis habuit, illachrymaſſe dicitur, partim tantæ rei perpetratæ gaudio, partim veteri fama & ſplendore vrbis. Occurrebant animo inclytę victoriæ, cp Atheniẽſib⁹ terra mariq; victis Atticas claſſes, duoſq; clariſſimos duces, cum numeroſo exercitu, Syracuſani deleuiſſent. Bella cum Carthaginienſibus geſta Duo Dionyſij eorumq; potentia. Recẽtiſſima Hieronis memoria, qui præ omnibus ſocijs regibus Romanũ po. precipua fide coluit, Ornatiſſimus vrbis apparatus in cinerem momẽto tẽporis abiturus. Ipſe Acradina excluſus, tentauit an poſſet Euryalũ occupare. Fuit is tumulus in vrbe munitiſſimus: quẽ vbi præſidio teneri vidit, inter Thicam & Neapolim illuſtria vrbis loca metatus eſt caſtra. Petenti buſq; ſuppliciter Syracuſanis, vt ab incendijs & cæde abſtineretur, militibus edixit, nequis liberum corpus violaret, cætera diripiendi omnibus copia facta eſt. Tum vero in prædam eſt tumultuoſe diſcurſum, ac quicquid antiqua felicitas cumulaue

Marcellꝰ Syracuſas capit.

Marcelli lachrymæ.

Diripiuntu Syracuſæ.

rat, momento temporis eſt vi & rapina exhauſtũ. Nec ita multopoſt Marcellus Euryalum occupat. Himilcho qui in portu erat, parte nauium Epicidi relicta, Carthaginem reuerſus, docuit quãtoin diſcrimine res Syracuſana eſſet. Quo nuncio Carthaginienſes permoti, paucis diebus Himilchonem ipſum cum centum nauibus Siciliam repetere iubent. Vno deinceps tempore, pluribus locis ſunt Romani oppugnati. Hippocrates vetera Romanorum caſtra, quæ adhuc præſidio tenebantur, eſt ſubita vi adortus, Himilcho media inter caſtra & vrbem loca cum naualibus copijs inſederat, nequid præſidij ex vrbe laborantibus mitti poſſet. Epicides ex Acradina in Marcelli ſtatiões fecit impetum. Vtrobiq; proſpere eſt a Romanis dimicatum. Criſpinus, qui in caſtris erat, non ſolum Hippocratem a munimentis repulit, ſed fugientem eſt etiam inſecutus. Et Marcellus Epicidem in Acradinã compulit. Secuta mox peſtilentia, per autumni tempus, q̃ Himilchonis & Hippocratis exercitũ pene ad vnũ extinxit, fuitq; Pœnis ea cœli intemperies eo pernicioſior, cp illorum caſtra in aperto erant. Id veritus Marcellus omnem caſtrenſem turbã, iam & ipſam non parua ex parte affectam, in vrbem tranſtulit, vt tecto & vmbra miles reficeretur. Nec Carthaginienſium animi ad eam cladem conciderunt, quin ab Himilchone docti, futurũ, vt Romani Syracuſis incluſi, facile caperentur, ſi paululum adhuc adniti vellent, Himilchonem ipſum, cũ centũ quinquaginta lõgis nauibus ad bellum inſtructis, & ſeptingentis onerarijs, cũ cõmeatu, cæteroq; belli apparatu, in Siciliã mittũt, qui quũ Pachini promõtoriũ ſuperare nõ poſſet euro ab ortu ſæuiẽte, fuiſſetq; aliquot dies in eadem ſtatione, ne naufragium faceret, veritus Epicides ne punica claſſis retro tenderet curſum, mercenariorum ducibus in Acradina relictis, ipſe ad Himilchonem nauigat. Stabat Romana claſſis ad hoc ipſum inſtructa, vt ad primos Himilchonis motus cum eo confligeret, ne tantus rerum apparatus Syracuſis importaretur. Remittente itaq; Euro, vbi Punicæ naues in altum ſunt euectæ Pachinumq; circunagi cœperunt, cõfeſtim Romana claſſis ex ſua ſtatione egreditur: quod Himilcho intuitus, incertum quo conſilio, velis in altum ſublatis Tarẽtum abijt, miſſis qui onerarias naues iuberẽt Carthaginẽ repetere. Epicides tanta ſpe deiectus, ne in vrbem magna iã parte captã reuerteretur, Agrigẽtum nauigat, potius euẽtũ rei cp aliqd inde moueri poſſet, expectaturꝰ. Syracuſani & ipſi omni ſpe deſtituti, Epicidis præfectos obtrũcant. Prætoribuſq; creatis, legatos ad Marcellum mittũt, qui Hieronis in populum Ro. Studium & beneuolentiã teſtati, excuſataq; Hieronymi ſtultitia, cuius ipſe breui ſuo capite pœnas luiſſet, quonam modo Epicidis & Hippocratis fraude circunuenti, capti primo mox oppreſſi eſſent, ordine exponunt, quo accidiſſet, vt a Romana ſocietate vi potius abſtracti, cp alienati eſſent. Satis ſuperq; Marcellum habiturũ, ſi quicquid gloriæ Syracuſani terra mariq; adepti eſſent, ſui triumphi titulo aſcriberet. Parceret deinceps miſeræ ciuitati, queab eo ſeruata, & in familiæ clientelã recepta, multo maiori laudi futura eſſet, q̃ ſi ad excidium affligeretur. Benigne audiri ſunt legati, facileq; de pace conueniſſet, niſi tranſfugæ & mercenarij, rati ſe a Syracuſanis proditum iri, prætori bꝰ interfectis, oĩa noua rebellione perturbaſſent. Præfectis itaq; ex ſuo corpore creatis, tres Acradinę præficiũt, totidẽ & Naſum iubẽt præſidio obtinere. Erat in his Mericus Hiſpani ſanguinis, q vt gratiã cũ Romanis iniret, per portã, q̃ erat, ppe Arethuſam



Arethuſam fontẽ, Romanos noctu in Acradinam immiſit. Marcellus copijs ex altera parte admotis, vbi ex inſula ad opẽ ſuis ferẽdã concurſum fieri vidit, partẽ copiarũ eo mittit, quę ſubito Romanorũ impetu, ſemiplenis ſtationibus capta eſt, & ipſe a ſuis, qui noctu recepti fuerant, in Acradinam acceptus, vrbẽ militi, qua parte intacta adhuc erat, diripiendam dedit. Atq; ita Syracuſæ tertio fere anno, cp obſideri cœperãt, captæ direptęq; ſunt. Archimedes in medio captæ vrbis tumultu nihilo ſecius, q̃ ſi omnia circa pacata eſſent, figuris quibuſdã geometricis, quas in puluere declinauerat intentus, ab ignaro milite quis eſſet interficitur. Marcellus eius mortem ægerrime tulit, ſepulturaq; extinctum tradidit. Defuncti memoria apud victorem cognatis & affinibus præſidio & honori fuit. Ipſe quum talis extitiſſet, nihil eorum quæ ſpeculatus eſt literis commendauit. Sphæra cylindro ambita, eius ſepulcro cum quæſtione impoſita, ex continenti firmamento ad contentum quæ eſſet exceſſus proportio. Cæterum æſtate illa, qua hæc in Sicilia geſta ſunt, quum biennio fere bellum in Hiſpania confiſlio magis quã armis fuiſſet adminiſtratũ, Scipiones iam tẽpus adeſſe rati, vt bellum in prouincia finiretur, partiti inter ſe bellũ, P. Cornelius, cum duabus partibus Romani exercitus, ſociorumq;, in Magonem mouit, atq; Haſtrubalem Giſgonis. Gn. frater cum tertia parte copiarum & auxiliaribus celtiberis in alterũ Haſtrubalẽ veterẽ in Hiſpania imperator profectus eſt. Vna itaq; digreſſi primo ad Anitorgim ponunt caſtra. Inde Publio ad deſtinatã belli partẽ profecto, Gnæus in caſtris Haſtrubali oppoſitus ſubſtitit. Pœnꝰ vbi multo plures Hiſpanos i hoſtiũ caſtris eſſe cp Romanos ſenſit, occulte pactus eſt cũ Celtiberorum ducibus: vt ex Romanis caſtris auxilia ſubtraherent. Id non modo eſt ducibus ipſis auro captis, ſed multitudini etiã facile perſuaſum, quę militiæ finiẽdę erat cupida. Nec erat cura a Romanis vim vllã metuerent, quum ipſi valde numero præſtarent. Barbaris itaq; abeuntibus Scipio, poſtea cp per hæc impar hoſtibus factus, nec vt fratri iungeretur, copia dabat amplius, qui iã procul inde aberat: ſtatuit cp maxima poſſet celeritate in pacatum decedere: nuſq; quantũ in ſe eſſet prælio congreſſurus. Et ille, ob Celtiberorũ defectionem, in aperto erat periculo conſtitutus quum P. Frater in maius incidit diſcrimen. Erat in hoſtium caſtris Maſiniſſa, qui poſtea Romana amicitia factus eſt clarꝰ. Is cũ ſua Numidarum ala adeo omnia Romanis reddidit in feſta, vt non ſolum tuto pabulari nõ liceret, ſed ſtationes etiã pro caſtris, improuiſo illorum incurſu, turbarentur. Eratq; iã res obſidiõi pene ſimilis, quum Scipio audito Indibilis Hiſpani reguli ad hoſtes acceſſu, qui cum ſeptẽ milibus Sueſſanorum appropinquare ferebatur, veritus ne Pœnorũ vires ſociorum appendicibus auctę, ſuſtineri non poſſent amplius, cautus & prudẽs alioquí imperator, temerariũ & præceps cepit cõſiliũ: vt venientẽ hoſtem nocturno prælio excíperet, Cũ lecta igitur parte copiarũ, T. Fonteio cũ cætero exercitu ad caſtrorũ præſidiũ relicto, noctu profectus, hoſtẽ fallere nõ potuit. Vix cũ Indibilinitum erat prælium, quũ Numidæ a læua & dextera cum fremitu incurſantes militem perculere: ſecuti inde cum clamore & ſtrepitu Pœni duces: ibiq; Romani vndiq; circũuecti tãdiu fortiter dimicarũt, quoad Scipio per ſuos hortabũꝰ incedẽs lãcea tra iectꝰ cõcidit. Ad cuius caſum milites, remiſſo prælio haud vno loco erũpẽtes, fuga diſſipati, alij alio, cæterum plures in caſtra reuerſi ſunt. Fuiſſent multo

Syracuſę capiunt. Archimedis exitꝰ.

Scipiões in Hiſpania.

Celtiberorũ defectio.

Indibilis

P. Scipionis interitus.

plures, cæſi, niſi nox texiſſet fugientes. Cõfeſtim inde itum ad alterũ Scipionẽ opprimendũ. Ingens gratulatio inter hoſtes fuit, cp alterꝰ Romanorũ ducũ, cũ præcipua parte exercitus, cæſus eſſet. In Romanis caſtris, etſi nõdũ fama tãtę cladis peruenerat, mœſtũ tñ erat ſilentiũ. Præſagiũ & cõiectura præſentis mali, omniũ aĩos occupauerat. Satis conſtabat altero exercitu incolumi Haſtrubalẽ & Magonẽ haud temere abducturos fuiſſe ex ſua prouincia exercitũ. Scipio quod vnum ſalutare in præſentia videbatur, retro cp celerrime abire eſt conatꝰ, noctu motis caſtris, cõfectumq; eſt eo die aliquid itineris. Cęterũ Numidæ (nã eius diſceſſus haud diu latuit) ſub occaſum ſolis agmẽ aſſecuti, iniecto prælio tãdiu Romanũ ducẽ remorati ſunt, donec Pœnorũ imperatores, qui cũ tribus exercitibus ſequebantur euectiõ affuerunt. Scipio in ſatis arduũ colẽ copias recepit. Sed ne virgultis quidẽ vnde milites vallũ peterent veſtitũ. Sterile ad id ſolũ minimeq; habile, vt in glebas recideret. Clitellis igit̃ ſarciniſq; colligatis, vt aliqua valli ſpecies hoſtibus obijceretur dux circũſepſit exercitũ, quo vbi tres exercitus hoſtium ſunt admoti, ſtarẽtq; Barbari nouo genere munimenis pene attoniti ducibus acclamãtibus qd ſtarẽt; ludibriũ illud oculorum eſſe, ne muliebres quidẽ conatus remoraturum, cum clamore vndiq; Romanũ inuadũt, primoq; certamine fatigãt. Reſiterunt aliquãdiu illi pter ſpẽ, verũ refractis haud vno loco munitiõib⁹, ferrũ Romanos ad vnũ abſtuliſſer, niſi in proximas ſyluas patuiſſet effugiũ. Fuga inde delati ſunt in altera caſtra, quib⁹ Fõteius pẽrat. Hęc Liuius. Cæterũ quo pacto eo, incolumes peruenire potuerint, p tam lõga ſpatia haud quidẽ intelligo, nec illud video, vñ reſciuerint, quo in loco tũc altera eſſent caſtra, & quõ retẽta. Quippe nuper ea capta & deleta ſuſpicari, conari fuerãt i pacatũ abire. Gn. Scipionẽ quidã prima hoſtiũ irruptione cæſum, p̃ diderũt. Alij in ꝓpinquã turrim cõfugiſſe memorãt, vbi exuſtis ab hoſte foribꝰ, dux ipſe, & oẽs q cũ eo fuere, ſint ad vnũ trucidati. Atq; ita Gnęꝰ Scipio vndetrigeſimo die poſt fratris mortẽ interfectꝰ eſt. Luctus ex eorũ interitu nõ maior Romæ fuit, q̃ i ſocijs Hiſpaniæ ciuitatib⁹. Sed maius ſui deſiderium. Gn. reliquit, q diutius ꝓinciæ prẽfuerat, priorq; apud ſocios fauorẽ occupauerat, dederatq; apud illos ſpeciẽ Romanę iuſtitiæ. Et iã Hiſpaniæ, p amiſſis habebant. Quũ L. Martius Septimij filius vnus, prẽter ſpẽ oĩm, rẽ propemodũ collapſam incredibili celeritate reſtituit. Is poſt Scipionũ interitũ, collectis ex fuga militib⁹ deductoq; ex aliquot locis preſidio, copias cũ Fõteio iunxit: Inde caſtris citra Ibẽrũ poſitis ſuffragio militari dux oĩm declaratꝰ, quũ ad id tẽpus equo tãtũ meruiſſet. Hic vbi Haſtrubal Giſgonis copijs Ibero traiectis, ad delẽdas Romanorũ exercituũ reliq̃as appropinquare eſt dictꝰ, milites veterũ ducũ recordatione, in fletũ & lamentationẽ conuerſi, Scipionũ noĩa inuocabãt, deoſq; in cuſabant ſublatis in cœlũ manibus, cp ita euenire voluiſſent, vt duobus imperatoribus, vno poſt alterũ, paucis diebus, ſpoliati eſſent. Caſtigabãt centuriones hos intẽpeſtiuos luctus, ſed oĩm acerrime Martiꝰ, inſtabatq; vociferãs, q̃d in apto rerũ diſcrimine, fœminarũ more, cũ fletu & eiulatu, humi ſederẽt, quũ virtute opꝰ eſſet, vt ſeſe & rẽpu. tuerenẽ. Hæc Martiꝰ caſtigabundus dicere, quum ſubito velut rabies quædam omnium animos inuaſit, arreptiſq; repente armis ad portas diſcurrunt, hoſtẽq; incompoſite venientem feroci prælio exceptum, haud magno negocio funduntꝰ fugantq;. Fuiſſet quidem inſignis cædes ſecuta, niſi Martius rece-

L. Martiꝰ

Reiciunt Pœni a Vallo Ro.

ptui ceciniſſet. Mirari Pœnus vnde illa Romanorum militum multitudo in vnum coiuiſſet, vnde tam ciro dux quæſitus illis, vnde ea fiducia victis ſuperesſet. Verum quia inſequi non fuerant auſi, ne gligenter ſeſe in caſtra recipiũt, negligentius cuſtodiunt. Hic Martius ſecum reputans, cp impar futurus eſſet tribus imperatoribꝰ: qui haud multo poſt in vnum coituri erant, ad eum exercitum opprimẽ dum qui primus oblatus eſſet animum adiecit. Cõſilium ſpecie ipſa temerarium magis cp audax ſecutus, vt hoſtium caſtra noctu inuaderet, in qua re tranſigenda, nequa trepidatio medio actu oriretur, ita pro concione eſt milites allocutus. Si in hoc afflicto reipub. ſtatu, quo imperium hoc vt noſtro iudicio amplum, ita re ipſa grauiſſimum ſuſtineo, dolori & lachrimis indulgendum eſſet: nemo hodie me vno, ob meam in clariſſimos duces Scipiones defunctos pietatẽ, inſignius doleret: & qui veſtram vicem vnus omnium cõſolor, aliena ope indigerem: vt ſolatia aliqua ægro animo adhiberentur. Verum quia res eo loco ſitæ ſunt: vt non tã lachrymis defunctos nos ſequi oporteat, cp propriæ ſaluti & publicæ vtilitati conſulere, cogitare non deſino, quo conſilio, qua vi, rem collapſam per virtutẽ reſtituere poſſimus, periculumcp, quod nobis ab hoſtibus inſtat, in eorum capita vertam?. Solicitant ad hæc me die noctucp Scipionum manes, impellunt, hortantur: vt necp ſe, necp milites fortiſſimos, qui cum ipſis perierũt, diutius inultos iacere patiamur. Horũ ego monitusnõ minꝰ cp neceſſitatẽ ſecutꝰ, experiri ſtatui, qd meo ductu auſuri ſitis, qui veſtra ſpõre tam pulchrum facinus nuper auſi eſtis: vt hoſtem non ſolum caſtris repulerit̃is, ſed fuſum etiam ac fugatum, cum cæde multa egiſſetis, niſi vos vlterius ſequi prohibuiſſem. Sed ego audaciam veſtram frangere nolui, quin ad maiorem gloriam referauui, vt poſtmodum præparati incautos, armati inermes per occaſionem aggrederemini. Illi quia heri fuſos haud ſecuti fuiſtis, metu id acciditſſe arbitrantur: & cp res noſtras duplici clade acciſas vident, coremptim & negligenter in caſtris agunt, cæteros duces & exercitus expectantes: nihil omnium nunc minus metuunt, cp ne nos modo obſeſſi & oppugnati, vltro ſua caſtra oppugnatum eamus. Audendum igitur quod illi nos minime auſuros credunt, & quod difficillimum videtur, facillimum erit: tertia noctis vigilia tacito agmine ad eorum caſtra ibimus: primo, vt ſpero, clamore illa occupaturi: Exploratum habeo non vigiliarum ordinem, non ſtationes pro portis eſſe: tum ſomno preſſos, aut metu pauentes ſternite, eam cædem' ediſturi, a qua vos heri, vt tutius res gereretur, reuocaui: audax ſcio videri poteſt id conſilium, ſed tutius & ſatius erit nunc fortunam experiri, cp illud expectare, vt tres duces cum tribus exercitibus in vnum coeãnt: quod ne Scipio quidem ſummus imperator incolumi exercitu ſuſtinere potuit. Aut hæc aut nulla certe alia reſtituendæ rei, via eſt. Quam opportunitatem ſi per inertiã & ignauiam dimiſerimus, ſatis ſcio, fore vt paulo poſt fruſtra requiramus: Ite & diꝭ bene iuuantibus corpora curate: vt integri, vigentic; animo hoſtium caſtra irrumpamus, quo heri noſtra defendimus. Læti milites ab ea concione dimiſſi, reliquum diei, in expediendis armis, curandiſcp coporibus, conſumptum. Syluoſa conuallis erat inter vtracp hoſtium caſtra (nam ad ſex milia paſſuum erat alter Pœnorum exercitus, quia huc nocturna hoſtium fuga inclinatura; videbatur) Martius Punica arte vſus medio interuallo cohortem vnam cum bona equitum parte abdidit: cæteræ copiæ ad proxima hoſtium caſtra ſilenti agmine abductæ, ad quæ occupanda tam facilis patuit aditus, cp ſi ſua fuiſſet caſtra Romanus miles ingreſſus: quum nullæ ſtationes cuſtodiæve in portis eſſent. Signa inde cecinerunt, clamorcp ſublatus omnia terrore complet. Multi ſemiſomnes obtruncantur. Alij ſtupore preſſi aut veſtigio hærentes. Quidam per æqua & iniqua præcipites in ferrum ruunt. Ignis tabernaculis iniectus terrorem auxit. Portis a Romano milite inſeſſis paucis fuga patuit. Cædes ingens in caſtris edita, qui conſternato agmine in altera caſtra abibant, in eos, qui Syluam inſederant incidentes ad vnum periere. Tum propere ad alterum hoſtem decurritur, ita vt ſi quis eo ex nocturna clade ſenſus peruenerat: prius Romanus victor affuerit, cp quicp certi ſtatui poſſet. Hic cruenta Romanorum ſcuta hoſtis intuitus, vix tentato prælio in fugam auertitur: multos paſſim totis caſtris & extra vallum victrix dextera abſumpſit. Fuerunt qui traderent ad ſeptem & triginta hominum milia binis caſtris cæſa, mille & octingentos captos, & cum cætera præda argenteum clypeum. CXXX. pondo Barchini Haſtrubalis imagine cælatum. Valerius Antias ſeptem milia tantum cæſa prodidit: inde cum Haſtrubale dimicatum, ac decem milia Pœnorum interfecta quatuor milia &. CCC. captos. Calphurnius Piſo quincp milia nec amplius ex hoſtibus deſiderata in annalibus tradidit. Sed quãtacunc; fuit clades illa, poſt Scipionum cædem hoſtibus illata, Martij nomẽ apud ſcriptores omnes eſt ob eam rem nobiliꝭ tatum. Additur veræ gloriæ miraculum, flãmã ex concionantis capite arſiſſe. Clypeus Martius, vſcp adꝺ Capitolium incenſum, monumentũ victoriæ illius durauit. Quietior inde aliqꝺiu fuit poſt has mutuas clades Hiſpaniarũ ſtatus. Marcellus Syracuſis captis, tabulas & ſigna, cæteracp ornamenta, quibus ea vrbs in primis abũdabat, Romã trãſmiſit, vnde Græcarum artium mirandi initium apud Romanos fuit. Siculæ vrbes, quę ante Syracuſas receptas in fidem redierant, ſociarum numero ſunt aſcriptæ. Cæteræ, vt bello captæ, leges acceperunt. Erantcp non paruæ adhuc belli reliquiæ circa Agrigentum, Hanno, Epicides, & Mutines vir impiger, quem in Hippocratis locum Hannibal in Sicilia miſerat, caſtra ad Himerã fluuiũ fecerant. Erat Mutines Numidarum præfectus maximecp Romanis infeſtus, ita vt iuſto prope prælio Romanos in caſtra compuliſſet (Nam Marcellus ad primos hoſtium motus Syracuſis excitus haud procul a flumine ceperat locum caſtris) inuidebat Hanno præſentem celebritatẽ Mutini, quo accidit, vt eo abſente cum Epicide flumẽ tranſgreſſus aciem in Romanorum conſpectu explicauerit, nec Marcellus pugnam detrectauit. Quippe qui cum Hannibale tot claris victorijs elato, ſæpius in aciẽ deſcẽdiſſet. Fuit id prælium Romanis minime difficile, Numidis induſtria quieſcentibus, vbi præfectũ ſuum ſub ipſum tempus ablegatum ab Hannone ſenſerunt. Miſſus erat ille Heracleã ad Numidas equites, qui caſtrenſi ſeditione eo conceſſerant, reducẽdos. Immoti itacp Numidæ cornua tenuerunt, primocp concurſu pugna decreta eſt. Hoſtes fugati paſſimcp cæſi ſunt; multa milia hominum deſiderata octocp elephanti a Romanis capti. Marcellus ſecundum eam victoriam Syracuſas eſt reuerſus. Romæ interim conſules creati Gn. Fuluius Centimalus & P. Sulpitius Galba. Veteribus conſulibus Claudio

Oro Martij ad milites.

Pœnorũ cædes.

Miraculũ tatum. Martio in Marcionantis capite arſiſſe.

Fuluius in exiliũ abijt.

Velites.

Perora-tio.

Marcelli victoria.

Ro. cum Hannibale conflixerunt.

Cõſules



Claudio & Fuluio Capuæ aſſidentibus in ſequentem annũ prorogatũ eſt imperiũ. Additum vt nõ priꝰ inde abſcederẽt, cp vrbs Ro. nomini inimica caperetur. Nã prꝫterquã cp in nulla iuſtior fuit Ro. ira, certo ſciebãt fore, vt Capua recepta, q; ſua defectiõe multos a Ro. ſocios alienauerat, inclinatura eſſet populorũ aĩos ad veteris ĩperij reſpectũ. Placuit ad hęc eo anno rẽpu. trib? &. XXX. legionib? adminiſtrari. Quæ Martiꝰ poſt Scipionũ ĩteritũ in Hiſpania geſſerat pergrata fuere patrib?: titulus diſplicuit, cp prꝫtorẽ ſe vocauerat ijs literis, quas ad ſenatũ dederat. Rem mali exempli ſenatus arbitrari imperatorẽ ab exercitu, procul a legibus, a magiſtratibus, ab vrbe, creari. Quare decretũ tulere patres, vt Tribuni plebis ad populum ferrent, quem in Hiſpania cum imperio eſſe placeret. Dixerat interim diem, C. Sempronius Bleſus, Gn. Fuluio, ob exercitum in Apulia amiſſum, & cp Rom. legiones ita corripuiſſet, vt milites inter ſocios inquieti & tumultuoſi facti eſſent, inter hoſtes ignaui & imbelles, & cp ipſe primus oĩm ex acie fugiſſet, quum cęteri imperatores, C. Flaminius, L. Paulus, L. Poſthumius, C. Appius, duo Scipiones cadere maluiſſent, quã circunuentas ab hoſte legiones deſerere. Erantcp hæc capita accuſationis, quibus bis iam fuerat pecunia anquiſitũ. Cæterũ vbi productis teſtibus conſtitit terrorẽ ab eo ortum, milites qui in acie ſtabant, vbi præoccupatã ab imperatore fugã animaduerſum eſt tum paſſim diſpalatos, id crimẽ tantum inuidiæ reo adiecit, vt concio confeſtim ſucclamauerit, nõ pecuniarũ, ſed capitis ĩ eo anquirendum, itacp dies illi perduellionis dicta eſt. Cæterum quum necp Fuluij fratris gratia, qui tum Capuam obſidebat, necp Tribuni appellati auxilio eſſent, ante iudicij diem Tarquinios in exiliũ abijt. Plebs id exilium vt iuſtum ſciuit, milites qui ex ea acie fugerant, in Siciliã ea conditione, qua & Cannenſis pugnæ reliquiæ, ſunt quoad eſſet cũ Pœno debellatũ, relegati. Additum ignominiæ ne propius vrbem vllam decem milibus paſſuum tenderent. Dum hæc Romæ fiunt, circa Capuã quum aſſiduis hoſtium eruptionibus crebra prelia fierẽt, eſſentcp equeſtria certamina hoſtibus plurimũ ſecunda, conſules, Qu. Nauij centurionis inuẽto, ex omni militari iuuentute agillimũ quencp eligunt, qui ſeptenis iaculis atcp breuiore parma inſtructi equorũ clunibus poſt equites ſedentes in aciem deferentur, atcp vbi ad iactum teli prope hoſtem eueẽti eſſent, equis pro. inus deſilientes, in Campanũ equitatum impetũ facerent. Primo itacp congreſſu ijdem pluribus telis alijs ſuper alia in aduerſum hoſtem coniectis, confeſtim prælio auertunt, auerſum Romani equites ad portas vſcp cum cæde & ſtrage perſequũtur. Atcp ita equeſtri pugna res Cãpana deterior facta. Milites ita inſtructi Velites ſũt dicti, & haſtæ, quibus illi vſi ſunt, velitares, longitudine quaternum pedum, vt Liuius prodidit. Et iam Capuæ ob longam obſidionẽ fames ſentiri cœperat, quum Hannibal accerſitus, cum lectiſſimis peditũ equitumcp copijs, &. XXX. elephantis ad ſocios obſidione leuãdos ex Brutijs profectus, ad Tiphata montem Capuę imminentẽ conſedit. Inde quum Romanũ præſidium ex Galatia deiecciſſet, in Ro. duces qui Capuam circunſedebãt impetum facit. Vna Pœnus ipſe & omnes qui Capuę erant equites pediteſcp, pluribus portis ſubito effuſi, Romanos intra extracp vallũ circunſono clamore inuadunt. Auxit terrorẽ imbellis Campanorum multitudo, e muris ænea vaſa pulſantiũ, vt in deliquio lunæ moris fuit. Romani duces iam antea interſe negociũ partiti, Appius Claudiꝰ Campanis, Fuluius Hannibali diuerſi occurrunt, C. Nero prætor cũ equitibus ſextæ legionis alia parte. Alia Fuluius Flaccus legatus cum ſociorũ equitatu, e regione Vulturni amnis procurabat. Appius facile Cãpanorum impetũ ſuſtinuit. Maius Fuluio cum Hãnibale negociũ fuit. Hiſpana cohors cũ tribus elephantis per ſextã Ro. legionem, vſcp ad caſtroꝝ vallũ peruaſit, irrupiſſetcp in caſtra, niſi Quintus Nauius cẽturio, & alij cũ eo fortes viri, hoſtes cum ipſis beluis, circa foſſas, & in ipſo caſtrorum aditu ſubito conſeſſiſſent: atrox ibi prælium fuit, ac parum abfuit, quin per beluarum ſtragem ſit gradus hoſtibus factus ĩ caſtra. Vna igitur & Cãpani cum multa cæde ſunt in vrbẽ electi, & Hiſpana cohors a ſuis excluſa in medio cæſa eſt, & iam Romanus egregie vincebat, quũ Hannibal, ne maiorẽ cladẽ adiret, cecinit receptui. Fuluiꝰ & ipſe ratus ſatis profectum eo die eſſe, cp Cãpani ſentirent q; parũ ſibi præſidij in Hãnibale eſſet, cedenti hoſti haud inſtitit. Cæſo eo die ex Hannibalis exercitu o ? o milia hoĩm, ex Cãpanis tria milia. Signa militaria. XV. Carthaginiẽſibus adẽpta, oppidanis duo deuigẽti. Quidã ex improuiſo Hiſpanos & Numidas cũ elephantis in Romana caſtra irrupiſſe ſcriptum reliquerunt, magnãcp, vt in re ſubita, cõſternationẽ ibi ortam, additamcp a Pœno fraudem, vt Romanæ linguæ gnarus quidã inclamauerit, conſulem iubere, quando caſtra capta ab hoſte eſſent, vt milites in proximos montes faceſſerent, ſed fraudẽ continuo animaduerſam, magnacp hoſtium ſtragem in pugna perfeueratum, atcp ita plus pauoris q; certaminis fuiſſe. Hannibal, vbi Ro. ad pugnã amplius elicere non potuit, conſilium cepit Romã belli caput petendi, idcp per literas Cãpanis ſignificauit, quos bono animo eſſe iuſſit, fore pollicitus, vt paucis diebus Romani duces laborãti patriæ opem ferre cogerentur, ſoluerentcp vel inuiti obſidionem. Ipſe decẽ dierum cibarijs comparatis, noctu exercitum Vulturno traijcit. Significauit Fuluius per literas patribus, quid ab hoſte pararetur, quo metu Senatorũ alij iubebant exercitus ex tota Italia Romam reuocari. Viſa eſt ea ſententia nimis meticuloſa. Plures eo decurrerũt, vt alter imperatorũ qui ad Capuam ſedebat, cum parte copiarũ Romã veniret. Fuluiꝰ igitur (Nam Appius circa Capuã graue vulnus acceperat, eo die quo pugnatũ eſt) cum XV. milibus peditum, quos ex tribus exercitibus ſibi legerat, & mille equitibus caſtris profectus, Romam iter intendit. Pœnus Calenum, Aliphanũ, & Caſinatem agrum populatus, per Latinam viam ad Lirim fluuium venit, Recens Latij confinium, Glanicum olim appellatũ. Ex apœnino illi ortus, per Minturnas in Tyrrhenũ mare elabitur. Fregellani ad hoſtium curſum retardandũ, pontẽ flumini impoſitũ incĩderant, inde Romã expeditiſſimis nunciꝭ ſignificant Pœnum populabundũ appropinquare, ad quem nuncium tantus eſt in ciuitate terror exortus, vt matronæ in publicũ effuſæ, delubra Deũ, & ſacras aras ſparſis crinib? verrerẽt, ſubnixæ genibus ſupinas tollerẽt ad cœlũ manus orãtes, vt vrbẽ Romã ciuitatemcp incolumẽ ſeruarẽt. Inceſſeratcp hic metus ciuitatẽ, quũ per literas affertur Fuluium Capua profectũ. Cui veneuti vt par eſſet cum conſulibus imperium decreuit Senatus. Hannibal Liri ſuperato, per Fruſinatẽ & Anagninum agrum, in Labicanum venit, inde ex Algido Tuſculum petit, vnde excluſus Gabios iter cõuertit. Poſtremo ad octauum lapidem ab vrbe caſtra fecit, multis interea in agris Numidarum procurſu

Ro. duplici prælio vincunt.

Matronarũ metus

Fuluij ac ceſſus ad vrbem.

interceptis. Fuluius eodem tempore, per Capenā portam, Romam ingressus, media vrbe per carinarum cliuum in exquilias contēdit, inde vrbe egressus inter Exquilinā & Collinam portam castra fecit. Ibi in castris Senatus habitus. Decretum vt cōsules in vrbe castra facerent circa portas, C. Calpurnius prætor capitolio atq; arci præesset, senatus frequens in foro staret, siquid in re trepida consulto opus esset. Hostis interea ad Anienem amnem tria milia passuum ab vrbe castra fecit, inde cum duobus milib⁹ equitum proxime vrbem adequitauit, vt ex propinquo mœnia contemplaretur. Plinius significare videtur hastam ab eo intra muros coniectam, quod vni omnium hostium facere contigisset. In eum ocioſe adequitantem Fuluius equites immisit, atq; iniecto prælio mille &. CC. Numidæ equites transfugæ, qui in Auentino erant, in Exquilias transire iussi, quum præcipiti cursu ex superiore loco in planum deuolarent, hostium speciem consilij ignaris præbuerunt, tantusq; ob eam rem tumultus est in vrbe exortus, tanta trepidatio, vt nisi Pœnus in proximo castra habuisset, relicturа fuerit vrbem consternata multitudo. Equestre prælium prosperum Romanis fuit, pulsiq; sunt hostes. Postero die Hannibal Anienem transgressus, omnes copias in aciē eduxit. Nec Fuluius pugnā detrectauit. Stabant diuersæ acies in eius pugnæ casum instructæ, vt vrbs Roma victoribus esset præmium, quum ymber mixtus grandine, subito fragore, cœlo deiectus, ita vtrancq; aciem turbauit, vt vix retentis armis, in castra se miles receperit. Postridie copias eodem loco in procinctu stantes, vt inter se concurrerent, eadem cœli intemperies diremit, miraculoq; vtriusq; fuit, q̄ is continuo in castra reuersis serenum affulsit. Audita est vox Hānibalis conquerentis, nunc sibi mentem potiundæ Romæ, nunc fortunā non dari. Mouit id prodigium hostem, sed multo plus q̄ se in conspectu vrbis sedente, acceperat milites in Hispaniam ex vrbe sub vexillis in supplementum missos, & q̄ ager in quo ipse castra fecerat, vænierat Romæ, nihilo minoris, q̄ media pace vendi potuisset: quam contēptus speciē iniquo aio ferens, præconē in me diū perduxit, iussitq; argētarias tabernas, q̄ in foro erant, licitatribus proponere. Sed quū ibi sedēdo se nihil profecturū cerneret, ad Thuriā fluuiū sex milia passuum ab vrbe transtulit castra. Feronię deinceps Lucum spoliauit. Cuius accolæ Capenates erant. Quidā memorię prodiderūt, Hannibalē Romam venturū ex Cāpania ī Samniū trāsiuisse, inde per Pelignos & Albēsem agrū in Amiternīnū trāsgressum, ab Reatecq; Eretū veniſſe, postremo ad Anienem metatum. Fuitq; opinionis huius Cælius. Alij abeūti illi, nō venienti, id iter fuisse memorant. Sed ab Roma Hannibal digressus mira, quod satis constat, celeritate in Brutios abijt. Et Flaccus in castra reuersus ingentē Cāpanis attulit admirationē, quid esset q̄ Hannibal cum eo non redijsset. Postremo edocti Pœnum in Brutios abijsse pro cōperto habuerunt, se ab eo destitutos, nec tū quoq; certi trāseuntibus impunitas publico edicto, promissa est ex Cāpanis quisquā ad Romanos trāsiugit. Iam nobiles se in priuato renebāt, omni reip. cura abiecta, de propria salute soliciti. Ciuitatē ī medio relictā Seppius Læsius, homo obscuro loco natus, administrandā suscepit. Mediatutitusq; est creatus, Is erat summus apud Campanos magistratus. Fama est Aruspicem quēdam matri huius, pro eo ad hūc puero ostentū procurāri, respōdisse, futurū aliquādo, vt ille summo ciuitatis magistratu potiretur.

Hānibal vrbi imminens.

Prodigiosa tempestas.

Hānibalis digressus ab vrbe.

Seppius Læsius.

ad quem illa, Prædicas ne tu res Campanorū perditas, vbi summus honor ad filium peruenerit? Fuit ea veri iudificatio, cęterū in verum verrit. Seppius quum ciuitas fame vrgeretur vt diutius obsidionem ferre non posset, cum præsidij ducibus egit, vt Hannibalem per literas reuocarent, qui suo nō minus q̄ Campanorum periculo cōmoti, ad Hannibalem scribunt, non precibus, sed asperrimis verbis illum ex Brutijs reuocātes, ad cui⁹ reditum ipsi & Cāpani subita eruptione essent ad extremum vitæ dimicaturi. Numidæ per speciē transfugij circiter. LXX. in castra venerunt, suo deinceps tempore ad Pœnum habituri, qui Cāpanæ milieris indicio prodīti, virgis cæsi pręcisiq; manibus in vrbē acti sunt. Id fœdum spectaculū adeo oīm aīos fregit, vt concursus ciuium confestim sit factus in curiam, minaciter postulantium, vt senatores cōsulturi de repu. continuo adessent, quod nisi illico fieret, abstracturos se illos domibus, in mediumq; vt de summa rei consulerent, vi prodituros. Is metus frequentem magistratui senatum dedit. Tum ibi, quum cæteri de legatis in castra ad Rom. duces mittendis agerent, Vibius Virius, qui defectionis ad Pœnos factę autor fuerat, dicere sententiam iussus, Negauit eos, qui de legatis mittendis mentionem intulissent, satis meminisse, quid ipsi facturi fuerant, si Romanos in potestate habuissent, nec quid tunc ipsi passuri essent, satis considerare, inde quū ea, q̄ Cāpani plusquā hostiliter in Rom. fecissent, ordine disseruisset, quæq; Romani in Capua obsidenda toleassent, qui præter cædes & alia pericula Romam etiam ab hoste obsideri passi essent, ne Capuam omitterent, tanta auiditas supplicij expetendi, tanta Campani sanguinis esset illis sitis. Nō percisse Albæ Romanos, vnde oriundi essent, non modo parcere nollent Capuæ cui multo infestiores essent quam Carthagini. Summa eius orationis fuit, vt diceret expedire sibi & alijs, q̄ apud Romanos inuidia eminerent, voluntariā mortē occūbere, quā in hostium potestatē redactos, vrbe direpta, matronis & virginib⁹ ad stuprū raptis, per varios & exquisitos cruciat⁹ extinctū iri. Paratæ sunt inquit apud me epulæ, quibus siqui mecum se imminentibus malis subtrahere volēt, adhibeo poculum. Postremo oībus circūferetur. Ea potio corpus a cruciatu, animum a contumelijs eripiet. Hæc vna via & honesta & libera ad mortē, & ipsi virtutem mirabuntur hostes, & Hannibal fortes a se socios desertos adhuc magis dolebit. Plures id Vibij consiliū probarunt, q̄ secuti sint. Septem ferme & XX. cum eo curia egressi, mentibus vino & epulis quantū fieri potuit alienatis, venerū ordine hauserunt, inde cū lachrymis sese cōplexi, suam patriæq; vicem familiariter flentes, diuersi domū abierunt. Nōnulli apud Vibium extingui maluerunt, vt cū eo vna sepelirētur. Nocte illa oēs extincti. Pauci in sequentē diē spiritum traxerūt. Reliqua ciuitas Romanorū clementiā secuta, legatos in castra miserūt qui vrbē dederēt. Postridie igitur Iouis porta, quæ in Romana castra versa erat, patefacta est. Gn. Fuluius legatus legionē vnam induxit, inde ipse cum duabus alis adequitās, custodijs circa portas dispositis, omnia arma publica & priuata vnum in locum conferri iussit, Punicumq; præsidium comprehendi, Campanum senatum in castra ire. Senatores vbi ad imperatorum cōspectū venere, cōtinuo catenę sunt illis iniectæ, Quæstorib⁹ inde cū auro quod possederant dari. Septuaginta pondo Liuius fuisse scribit, tria milia argenti &. CC. Eorum quidam Cales in custodiam traducti. Alij Theanum Sidicinum

Vibij verba ad senatū.

Vibij facinus.

Capua Rom. deditur.



Sidicinū. Et de nobiliū Campanorū supplicio parum inter duces cōueniebat. Appius senatus decretum expectandū censebat. Contra Fuluius nullam erat morā laturus, qui ne quid ex vrbe afferretur, quod destinatā impediret vltionē, noctu Theanū profectus vbi primum illuxit Campanos custodia eductos virgis cęsos securi percussit, inde Cales cōcessit, vbi quum pro tribunali sedisset, virgæq; ei⁹ iussu in eos expedirent, ex vrbe literæ illi redduntur a C. Calpurnio prætore populoq; Ro. Peruasit tumor totam cōcionem deferri rem integram ad patres de Campanorum supplicio, quod Fuluius & ipse suspicatus, acceptas literas neq; resolutas, quū gremio reposuisset, præconi imperauit, vt lictorē lege agere iuberet. Atq; ita de ijs quoq; qui Calib⁹ erant, sumptum est supplicium. Tum demum literæ recitatę, seroq; ad rem impediendam cognitum est populi decretum. Consurgenti Fuluio Taureas Iubellius Campanus affuit, atq; media concione inclamans a Fuluio petijt, vt se occidi iuberet, vti gloriari posset multo fortiorem virum quam ipse esset, a se interfectū. Id Fuluius negauit se facturū, hominem insanire ratus. Ibi ille, vxorē inquit & liberos interemi, ne insanda paterentur. Nunc vero amicis & oībus quæ charissima erant amissis, quia moriendi cupidus qui mortē inserat non reperio, egomet ipse mihi consciscā, atq; ita cultro, qui latebat sub veste, sibi pectus traiecit. Alij quod simi lius vero est, eum tradunt cū alijs ad palū deligatū, alta voce conquestū esse, se virum fortissimum ab hoīe nequaquā pari interfectū iri, ac tum a Fuluio lictorē iussum, vti viro forti virgas adderet. Alij le ctum prius senatusconsultū volunt, q̄ Cāpani sub iecti essent securi, cęterū quia adiectū esset, si ei videretur, rem integrā ad senatū reijceret, ī supplicio Fuluium perseueraſſe. Pari vltione Atella & Galaria receptis in vtriusq; ciuitatis senatores aīaduersum. CCC. inde Campani ex cætera ciuitate nobiles in vincula coniecti sunt. Alia multitudo vendita. De Capua & agro reliqua fuit consultatio. Censebant quidam inuisam vrben funditus delēdam, vicit tamen pręsens vtilitas, quia Campanus ager princeps vbertate in terra Italia esset, placuit vrbē integram seruare, vt aratorib⁹ esset sedes. Institorū opificūq; multitudo retenta, vt vrbs non omnino infrequens esset. Corpus nullum ciuitatis esse placuit, neq; senatum, neq; plebis consiliū, neq; magistratū vllum, sic multitudinē nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilē fore rati. Annuus magistratus qui ius diceret ex vrbe illis datus. Atq; ita res sunt ad Capuam constitutæ, sine maiore victoris populi inuidia, q̄ in vrbē nobilissimā nō esset ruinis & incendio sæuitū. Capua recepta, C. Nero in Hispaniā cum legione vna & auxilijs sociorū est missus, vt cum imperio exercitui præsset. Vbi Taraconē applicuit, cū ijs copijs, quas secum vexerat, ad Iberū profectus exercitū a Martio & T. Fonteio accepit, inde ad hostem, qui in Auseranis erat, castra mouit. Erat tum Hastrubal Hamilcharis ad atros lapides, inter Iliturgim & Mensitim, occupatoq; a Romanis saltu, vbi se & suos in discrimen adductos vidit, cum Neronē colloquium venit, vt ipse cum exercitu inde emissus, ex tota Hispania Punica deduceret præsidia. Libens id Romanus dux audiuit, cæterum ille Punica arte, alia assimulando, tandiu rem distulit, quoad cætera multitudine sensim emissa ipse cum elephantis & toto equitatu Romanis ne aduertētibus quidem in pacatū abijt. Interim Romæ comitia indicta sunt ad imperatorē in Hispaniā creandū, qui proconsulis nomine exercitibus præesset. Nemo erat qui seperiturum profiteretur, credo ob ea, quę Scipionibus infeliciter in ea terra euenerāt. P. Cornelius Scipio illius filius, qui in Hispania perijt, quatuor et. XX. annos natus superiore loco consistens se petere est professus. Tum oculis oīm in vnum conuersis, ingēti clamore sublato, ciuitas illi fauſtū & felix imperium ominata, incredibili suffragiorū studio, proconsulē creauit, auxit ipse suorum ciuium in se studiū præclara oratione, quam ad populū habuit, statim post imperium sibi suffragio delatū. De se & de bello sibi demandato ita prudenter & supra ætatē disseruit, vt maioris spei ciuiū animos impleuerit, q̄ aut humani promissi fides, aut præsentium rerū fiducia polliceri posse videretur. Fuit Scipio non tantū veris virtutibus mirabilis, sed ab ætate etiā ineunte in earū ostētatione noua quadam arte cōpositus, iam inde ex quo virilē togam sumpsit, nullo die priuatam vllam aut publicam rem prius egit, q̄ in capitoliū ascēderit, ibiq; in secreto sedēs multū tēporis solus tereret. Addunt quidā antelucanis horis eum in locū ventitare solitū, ne canib⁹ quidē qui ad custodiā capitolij alebantur, illi allatātibus. Quod vero ad Scipionis ætatem attinet, miror Liuiū scripsisse, quatuor &. XX. annos natū eum in Hispaniam missum, sed multo magis miror Plutarchum Liuiū secutū id affirmare, quū ipse autor sit Scipionem septendecim annorum fuisse, quum patre cōsule, initio secundi belli Punici, Ticinensi prelio interfuit. Quod si hic, quo Capua capta est, decimus fuit eiusdē belli annus, triēnio maiorem natu fuisse oportuit q̄ illi scribūt. Fama præterea tenuit, quæ huic vulgatæ de homine opinioni astipulatur, eum immanis anguis concubitu a matre conceptum, quod in Alexandro Philippi filio euenisse, Græcorum quidam prodiderūt, obseruatumq; aliquādo in materno cubiculo serpentis speciem, quæ hoīm interuentu cōtinuo oculis euanesceret. Sed quonāmodo hæc contingere potuerunt, aliorum erit æstimatio. Miraculi huius fides, qđ satis cōstat, nō solū nō est ab eo illusa, sed quū vitæ instituto, tum rerū ab eo gestarū gloria vehementer aucta. Igitur cū decē milibus peditū & mille equitibus triginta q̄ nauiū classe, in Hispaniam profectus, ad Emporia exercitū exposuit. Oppidū id geminū in Pyrenei fronte veterū incolarum & Phocensiū, qui in ea loca venerunt. Hic nauibus iussit præcedere, ipse pedestri itinere Taraconē profectus est, vbi pluriū populoꝝ legatos audiuit, qui ad famā eius aduentus eo ex socijs gentibus cōsuxerant. Nec interim proponēdo, aut respondendo verbū vllū ferox ex eius ore excidit, quin eius fermo maiestatis erat plenus. Ad exercitū inde, pfect⁹ Martiū Fonteiū, & vetereς milites, quorum virtute prouincia retenta esset, pro cōcione laudauit. In Hyberna dein cōcessit, q̄ ad futurū bellum attinebant sedulo curaturus. In Italia Punica classis, quę Himilchonis ductu aliquādiu Tarētinā arcē obsederat, quū oppidanis grauis esse cœpisset, maiore gratia q̄ venerat, inde dimissa est. Marcellus ex Sicilia Romā reuersus, quū in Albano monte triumphasset, neq; enim exercitū ex Sicilia deportauerat, vt ouans in vrbē ingrederetur permissum est. Oīs Syracusana pręda ante illum lata, Sosi Syracusano & Merico Hispano cū aureis coronis ducem præcedentibus. Hic enim Acradinam & Nasum Marcello tradiderat. Ille in recuperanda vrbe adiutor fuerat. Siculo quingenta agri iugera, & ædes Syracusiis daræ Merico & Hispanis Murgantium & ager in Sicilia, vbi late adhuc Numidæ vagabantur, & Cartha

Taureæ facinus.

Constitutū de Cāpanis.

C. Nero ab hoste eluditur.

P. Scipio proconsul in Hispaniā creat.

Quæ de Scipiōis geneſi sint prodita.

Scipio in Hispaniam profiscitur.

Marcellus in Albano triumphat.

Noui Siciliæ mores.

& Charthaginiensium classis. Post Marcelli discessum Hibla & Magella vrbes ad Pœnos defecere. Sustinere tamē ois hostiū conat⁹, M. Cornelius homo impiger, qui cū imperio in prouincia erat, quibus nisi itum esset obuiā, breui tota insula, nouo incendio exarsisset. Cōsules interim partiti inter se prouincias, quia minus iam terroris erat in Italia, Sulpitius Macedoniā adept⁹ Leuino successit, Fuluius cui Italia obtigerat Romā ad habēda comitia reuersus, iuniorū prærogatiua T. Manliū Torquatum consulē renunciauit. Qui quū presens esset, & multitudo gratulabūda eū circunstetisset, excusata oculorū valetudine centuriā, q̄ tulerat suffragiū, reuocari iussit. Pessimū exemplū ac periculosissimū indu turū se testatus, si alienis oculis rempu. tali tē pore administrandā susciperet, arq; ita hortatus est, vt in aliū magis idoneū id munus cōferret. Suffragio iterum inito M. Marcellum & Valeriū Leuinū cōsules ex seniorum sententia, quos super ea re in Ouili consuluerāt, retulerūt. Vix hodie vt præclare Liuius scribit, parentū autoritas tāta apud filios est, vt in tali re iuniorū cœtus sit senes publice consulturus, quod tum sponte factū est in Ro. ciuitate, tanta tunc erat vel ætatis reuerentia, vel morū verecundia. Hoc anno ludi Appollinares secundo celebrati sunt. Calpurnius prætor eos decreto patrū in ppetuū vouit. Sūt hoc quoq; anno aliquod prodigia nunciata. Victoria q̄ in summo cōcordiæ fastigio fuit, ictu fulminis discussa, ad victorias, quæ erant in arce vi deiecta est. Et in foro Subertano rivi sanguinis per integrū diem fluxere. Ereti lapidibus pluit, & Reate mula peperit. Quæ oīa sunt de more expiata. C. Claudius flamē Dialis, quia exta perperā dederat, Flaminio abijt. Aetoli p id tēpus Leuini opera, cū Ro. fœdus percussere, qui præterq̄ & Macedonū opes semper alias habuerant infestas Philippū multo impensius formidabāt, ipsumq; ob Acarnanes a se alienatos plusquā hostē oderāt. Pacti igit sunt vt Acarnaniā receptā ipsi haberent. Romanicq; cū Philippo non soluerent bellum, nisi prius vt socijs esset cautū, vt ab Aetolia Corcyrā vsq; solū vrbes & agri, Aetolis cederent, locorum prēda Romani potirētur, vt Aetolis liceret Attalū regem, Eleos & alios quosdā populos, regesq; socios ascribere. Fœdere in hunc modū icto, Leuinus Zacynthum insulā Oleniadas & Naxū ex Acarnanib⁹ a se captā Aetolis tribuit, Philippoq; per hæc in propinquū bellū coniecto, Leuinus Corcyrā se recepit. Macedo audita Aetolorum defectione, in Græciā moturus, vt Illyrios finitimasq; terno metu quietiores haberet, Oricanos & Apollinatas adortus, cum terrore & trepidatione intra muros cōpulit. Inde vastatis Illyriorū finibus in Pelagoniā belli impetū vertit. Ex Dardanis inde vrbem occupat, ad eius gentis motus inhibendos opportunam. Postremo Aetolici belli cupidus, in Thessaliā descendit, relicto Perseo filio ad eius terræ fauces obtinendas, cum quatuor milibus armatorum, vt aditu Aetolos arceret, ac prius quam maioribus occuparetur curis in Thraces & Medos duxit exercitum. Solita erat gens Macedoniā incursare, quum sine regio præsidio esset. Pharnā caput Medicæ gentis, agro prius populato oppugnat. Scopas interim Aetolorū prætor, cū numerosa suorum popularium manu, bellū Acarnanibus infert. Acarnanes delectu a. XXV. āno ad septuagesimū habito iurār, nō nisi victores ex eo bello se reuersuros, qui victus acie excessisset, eū nemo, vrbe, tecto, mensa, lare, amplius iuuaret. Vxoribus & liberis in proximā Epiri oram ablegatis, Epirotas publice precātur, vt quicunq; suorū in prælio occubuissent, in vnū coaceruatos humarent, ac tumulo inscriberent. Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus vim & iniuriam Aetolorū, pro patria pugnantes, mortem oppetiuerunt. Atq; ita animis ad bellum deuotis ad Philippum mittunt, qui nunciarent quo in discrimine res Acarnanum ītæ essent. Ipsi interea suis finibus aduersus Aetolos castra faciūt. Philippus sociorum nuncijs percitus, Pharma vi capta, in Aetolos omnem vim bellicam conuertit. Illi appropinquātis regis fama, Acarnanumq; coniuratione permoti, nulla re memorabili gesta, retro abierunt. Philippus, audito hostium ex Acarnania recessu, Pellam concessit. Leuinus veris principio Corcyra profectus Naupactum venit, vnde in Anticyrū insulam Helleboro nobilem trāsijt. Huc edicto socios vocauit. Sita est Anticyra in loride læua parte sinum Corinthiacum intrantis bus. Eam paucis diebus oppugnatam Leuinus per deditionem recepit. Receptam Aetolis tradidit habendam. Nec ita multo post Leuinus literis & nuncijs cognouit se consulem cum Marcello declaratum, Publiumq; Sulpitium successorem sibi datum. Sed Leuinus morbo implicitus, omnium spe serius, Romam venit. Marcellus quum cōsulatum Idibus Martijs iniuisset, professus est nihil se, absente collega, de prouincijs acturum, egitq; cum patribus vt Siculi, qui in villis suorum obtrectatorū essent, quicq; ipsius metu non auderent vrbem ingredi, quoniam sua facta criminatum venisse dicerentur, primo quoq; tempore audirentur: q̄ si simulato metu venire nollent, de nulla re prius se passurum post collegæ aduentum referri pronunciauit, q̄ illorum querelæ quales essent senatus cognouisset. Moderati animi laudem eo die Marcellus adeptus est, videbaturq; rerum omnium iustium futurum, donec alter consul affuisset, quum incendium noctu circa forum pluribus locis ortū, septem tabernas consumpsit, quæ quinq; postea dictæ sunt: & argentarias ignis carpsit, quæ postea & ipse deinceps nouæ sunt nuncupatæ. Comprehensa inde & alia ædificia, priuata tamē, nam tunc nullæ erant Basilicæ. Aedes Vestæ vix defensa tredecim seruorum opera, qui ob id meritum publice redempti sunt, donaticq; libertate. Data est etiam libertas, cum viginti milibus æris, ei cuius indicio conflati incendij autores sunt ad consulem delati. Erant hi Campani nobiles, quorum parentes fuerant a Fabio interfecti, ijdem sceleris a seruo conuicti (fuit Manno illi nomē) capitali sunt supplicio affecti. Sub id ferme tempus Leuinus Romam venit, & cum eo Campani plerique atq; Siculi sunt vrbem ingressi. Hi Marcellum, illi Flaccum criminaturi, qui vt Romam ire liceret ad suas calamitates deplorandas, multis precibus a Leuino cōsule Capuam prætereunte impetrauerāt. Vbi igitur ille de rebus a se aduersus Philippum gestis retulit, cōmunis de prouincijs relatio secuta est. Senatus decreuit, vt consulares prouinciæ eo anno Italia & Sicilia essent, quas fortiti inter se, Sicilia cum classe Marcello euenit. Italia aduersus Hannibalem Leuino. Quæ fors ita Siculos examinauit, vt eorum complorato flebilesq; voces, omnium in se oculos verterint, affirmantiū se non modo quoq; suā patriam, sed totā Siciliā relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio rediret, nullo suo merito eum antea implacabilē habuisse, iam multo acerbius in miseros insulanos fœuiturum, quos sciret de se questum Romam legatos misisse, fatius ipsi insulę futurū, si Aetnæ incendio & ruina obrueretur, aut proxima

Torquati studiū.

Cōsules.

Anticyra.

Prodigia.

Aetoli cū Ro. fœdus sanciunt.

Incēdiū vrbis.

Philippi motus.

Acarnanum coniuratio.



proxima charybdis rotā insulā, vno hausto absorberet, q̄ tali viro noxæ dari. His Siculorū quærelis permoti patres, cū consulibus egerūt, vt inter se pūncias permutarēt, quod facere nō modo Marcellus nō recusauit, sed vltro etiā eā ꝓditionē collegæ detulit, vt liberius Syracusani quæ vellent de se dicerent. Tum illi in curiam introducti, multa de Hieronis regis in po. Rom. fide & studio præfati, defectionis culpa a se in Hieronymi stultitiam, Epicidisq; & Hippocratis fraudem, & in pauciss̄ mos suorū ciuiū, qui cū illis cōiuraverant, reiecta cætera malorū oīm Marcellum caput & originem fuisse, qui Leontinis crudeliter direptis, quū a principibus Syracusanorum sæpissime aditus esset vrbem vltro tradere volentibus, obsidere maluisset ac diripere, q̄ a ciuibus restitutam seruare. Finxisse sibi verius q̄ habuisse Marcellum Syracusanos hostes, vt vrbem nobilissimam, per Sosim fabrum ęrarium, & Mericum Hispanum hostiliter diriperet, ostendisse id victoriam, quam in miseram vrbem crudeliter exercuisset, præter mœnia & tecta, nihil ab eo sibi relictū, fracta ac spoliata deum delubra, dijs ipsis eorumq; ornamentis inde sublatis, bona etiam adempta, ita vt ne in nudo quidem solo sese possint, & suos alere amplius. Orare proinde patres, vt si alia reddi nequeant, ea saltem quæ adhuc extarent, cognoscicq; possent, miseris ciuibus restitui iuberent. Hæc illi frequēti senatu questi, quū curia excedere iussi essent, vt super ea re de more cōsuli posset. Quin maneant potius inquit Marcellus, vt coram illis respondeam, quando vestri imperatores ea conditione pro vobis bella gerunt patres conscripti, vt quos foris vicerint armis, domi habeant accusatores. Sic Marcellum Syracusani, sic Campani Fuluium reos deferunt. Nec ego sum ita publicæ maiestatis oblitus, vt si de meo crimine ambigeretur, consul causam dicturus essem, ve rum quia non quid ego fecerim, sed quid illi pati debuerint in disquisitionē venit, nam hostes ex confesso fuerunt, parū refert vtrum nunc, an Hierone viuo Syracusas violauerim: nunc vero si hostib⁹ intra mœnia acceptis, nobis portas clauserūt, si legatos nostros ferro petierunt, si hostem tutati toties nobiscū armis dimicarunt, quis negare audeat iure hæc quæ querūtur, eos esse passos, ac dignos fuisse qui multo atrociora pati debuissent? vel dicite vos Syracusani, nam credibile est vos huc ex principibus ciuitatis esse missos, qui fuerūt hi principes ciuitatis, qui recusanti mihi vrbē tradere voluerunt? An vestrū quisquā hoc nomine ad me venit vnquā, aut misit? Cæterū tantū abest, vt id fecerit is, vt qui hāc operā po. Ro. præsiterūt deresteminj, odioq; habeatis. Quid ego non feci, vt vos in amicitia continerem? vt alienatos retraherē? legatos in vrbem missi, ferro eiecistis. Ad vrbem pacat⁹ veni, portis exclusistis: Ciues ad colloquium vocaui, per hostes respondistis. Quid igitur superat, nisi vt qui talia agerent, ꝓ hostibus haberē? Oppugnatui terra & aquis Syracusas, multisq; laboribus exhaustis oppugnatas cepi: si quid igitur passi estis, iustius apud Hannibalē eā cladē queremini q vos male defendit, q̄ apud Romanos, a quibus iure oppugnati estis. Quod ad vrbis direptionē attinet, patres conscripti, si ego negaturus fuissem Syracusas a me spoliatas, nunquam spolijs eius Romanæ vrbis templa exornassem. Quæ singulis victor dedi aut ademi, quum belli iure, tum ex cuiusq; merito me feciss̄e satis scio, ea ne rata habituri sitis, nō magis mea quam reipublicę interest. Fides mea omnibus exoluta est. Ad rēpu. pertinet, an quæ egimus, vestro decreto rescissis, cæteri duces ad publica negocia segniores fiant. Quum hæc Marcellus dixisset, vt liberior oībus esset copia sententiam super ea re dicendi, in capitolium ascēdit, delectum habiturus. Variatū inde sententijs est inter patres. Postremo Marcelli causa decretum, vt rata haberentur oīa quæ fecisset, mandatūcq; est Leuino consuli, vt quantum reipub. cōmodo fieri posset, Syracusano rum rebus cōsuleret, Syracusani post aliquot dies benigne in curia appellati ad pedes Marcelli procubuerunt veniā implorantes, ꝓ suā calamitatem questū venissent, orantesq; vt se & Syracusas vrbē in perpetuā clientelam acciperet, atq; ita clementer accepti. De Campanis altera consultatio fuit. De his permissu populi, ita patres decreuerunt, vt Appiæ Bestię, & Faculæ Cluuiæ oīa sua bona restituerentur, quia solę oīm M. Attilij Reguli testimonio, qui quum Capua recepta est interfuit, de Romano nomine benemeritæ erant, ꝓ Cluuia captiuis Romanis furtim alimenta suggessisset, Appia solita esset quotidie pro victoria populi Ro. sacrificare. Additum vt siquid aliud vellent publice id peterent. Inde alia in alios seuerius decreta, vt senatorū oīm, & eorū qui magistratū Capuæ Atellæ Galatię gessissent bona, cum ipsis liberis & tota familia vænirent, cęteris libertas restituta est: atq; ita Campani aliquanto tristiores q̄ veterant dimissi. Inde quum plebs assiduis tributis, cæteris q̄ incommodis exhausta, publica onera amplius ferre nō posset, patres decretū tulerunt, vt qui in curuli sella sedissent equi ornamenta, & facti argenti pondo sali num & patellam, sacrorum causa, haberēt, reliqui eius ordinis libram argenti, & quina milia signati æris. Cætera oīa quibus ipsi, vxores, liberi, vtērentur, mundū, annulos, Bullas, in publicū conferrēt. Hæcq; tanto studio ad triūuiros mensarios repræsentata, vt neq; triūuiri accipiendo, neq; scribæ referendo sufficerēt. Id patrum studiū equester ordo secutus, ac postremo plebs ipsa, ita vt sine edicto respu. stipēdio in præsentia abundaret, nec vllum tempus fuit quo res Romanorum & Carthaginiensium magis inter spem & metum suspēsæ fuerint, quū ad eā diē res Romana multis cladibus afflicta inferior fuisset, atq; tum demum per varios successus, in eum locum redierat, vt nihilo esset Punica inferior. Quæ deiceps secuta sunt multo Romanis prosperiora fuerunt quam Pœnis, hostibus Sicilia primo ejectis, mox tota Hispania, Hasdrubale in Italia cæso, & bello in Aphricam translato, Hannibale postremo acie victo, Carthago iterum tributaria facta est. Fuitq; hic annus, quo Capua & Syracusæ receptæ sunt, decimus ab eo quo Hannibal in Italiam venit, vt Eutropius scribit, idq; verius est, quā quod Eusebius colligit, Capuam septimo Punici belli anno receptā. In eo quoq; parū ambobus cōuenit, q̄ vt vult Eutropius eodē anno, quo Capua capta est. Valerius Leuinus cum Aetolis & Attalo rege, quod & Liuius significare videtur, fœdus publico noīe percussit, quod quadriēnio post factū Eusebius arbitratur. Marcellus consul postq̄ in prouincia venit, per Dasiū & Blactiū Salapia recepit. Res primo per Blactiū mota, qui quū nil per se actū iri cerneret, nisi Dasiū sibi sociū adiungeret occulte hominē de proditione compellar. Erat Dasius Hannibalis amicus, & Blactij in repu. administrāda æmulus, atq; ob eam rem Blactij consiliū ad Pœnum detulit. Ita igitur accidit, vt quum accusator & reus, submota multitudine, ad Hānibalis tribunal starent, atq; interim ipse Pœnus aliud quiddam ageret, de Blactio paulo post cogniturus

Criminātur Siculi Marcellum.

Marcelli recriminatio cū purgatione.

Senatusconsultū de Syracusanis.

Se. cō. de Campanis.

Appia. Cluuia.

Ornamēta ciuiū in vsum belli conferuntur.

Annorū suppu.

Dasij Salapini fabulis cinus.

reus

reus collatis capitibus iterum Dasium proditionis appellat. Fremebat Dasius altaq; voce testari in Hannibalis cōspectu secum de proditione agi, sed quo res audacior erat, eo minus vero similis visa, æmulationem ac mutuum odium in causa esse ratus Hannibal, haud credere potuit Blactium rem tantam fuisse Dasio commissurum, præsertim quū vtercq; alterum mutuo odisset. Pro vana igitur res discussa est, & Blactius instando eo Dasium perpulit, vt noctu Romanum præsidium in vrbem induxerint. Erat ibi lectissima Numidarum ala, quę forte dimicando, non sine Romanorum clade concidit. Ferunt ea clade tanto deteriorem factam rem Punicam, vt equestri prælio nunquam amplius superior fuerit. Sub id tempus quo Salapia est recepta, P. Domitius triginta nauium classe subuehebat commeatum M. Liuio Tarentinæ arcis præfecto. Is forte Rhegio oppido profectus, ad Sacriportū quindecim ferme milia passuum a Tarento Democratem Tarētinum, cum pari numero nauium obuium habuit. Cōfestim acris est pugna inita, tātaq; vtrinq; ferocia concursum, vt manibus inter se cōserris, nullum irritū telum hinc haud inde caderet. Postremo Domitio cadente, quem medio pugnæ ardore suos hortantem Nico Tarentinus, cognomento Percon, medium telo transfixerat, Romana classis fœde disiecta est, quædam naues in alto depressæ, aliæ littoribus temere impactæ, collisæ sunt, ac si qui in terram euaserant Turinis & Metapontinis prædæ fuerunt. Frumentariæ, quæ cū frumento sequebantur, paucis ab hoste interceptis, diuersæ in altum abierunt, nec diu turnū fuit hic gaudium Tarentinis, qui paucis diebus quibus in mari prospere dimicarāt, quatuor fere milia hominū, quæ frumentatum exierant, subita eorum, qui in arce erant, eruptione amiserūt. Leuinus consul, vbi in Siciliam venit, Syracusanorum rebus compositis, Agrigentum, quam sedem belli hostes fecerāt, copias admouit. Erat ibi Hanno imperator, Epicides & Mutines qui fuerat Numidarum præfectus. Is ob præfecturam ab Hannone a se in filium trāslatam, a re Punica alienatus, porta vna cū suis popularibus occupata, Romanum consulem, cum exercitu in vrbem induxit. Hanno vbi hostem intra mœnia receptum vidit cum Epicide & paucis comitibus, diuersa parte, elapsus, ad mare contendit, ibiq; forte nauigium adeptus in Aphricam nauigauit, Sicilia, de qua plures annos fuerat discepta tum, Romanis relicta. Leuinus Agrigentinos principes defectionis securi percussit, inde viginti circiter oppida vltro dedita recepit, sex ab eodem vi capta, mox & quadraginta alia in fidem venere, quorum principibus cōsul, pro cuiusq; merito, aut præmia, aut pœnas exoluit. Nouissime Siculos arma ponere coactos ad agrorum cultum reuocauit, quatuor milibus hominum, vt in sulæ status aliquanto pacatior esset, ex Sicilia in Italiā translatis. Erāt hi ex multa hominum colluuione exules, obærati, capitalia plericq; ausi, qui Agatirnæ vitam latrocinio agere consueuerant. Hos Leuinus Rhegij collocauit, ad Brutiorum res ex proximo infestandas. Et Sicilia in hunc modum pacata est. In Hispania principio æstatis Scipio cum classe & exercitu ad Iberi hostium progressus, militesq; pro concione affatus, docuit iam tempus esse, quo Sardinia & Sicilia receptis, rebusq; in Italia prospere cedentibus, Pœni ex Hispania quoq; eijcerentur, ad quod ipsum ea virtute opus esset, quę Romanum nomē tot bellis olim, ac tum nouissime, post immensas Italiæ clades integrum & immobile steterisset. Inde quo sibi & suis bene verteret, Carthaginem nouā oppugnatum se ire dixit. Irent igitur atq; ea capta, præterquam q; præda ingens diuitem factura esset exercitum, breui futurum sperarent, vt omnis Hispania Romanis armis subigeretur. Ingens militū consensus & fauor secutus est, Carthagineme q; sine mora est itum. Erat ibi Hanno Hannibalis frater qui sub ipsum hostium accessum, intra extraq; vrbem, opportunis locis præsidia locauerat. Perleui negocio Scipio hostem, extrarijs stationibus pulsum, in vrbem cōpulit, inde muros subiens, haud vno loco iubet scalas admoueri. Aderat ipse cuiusq; virtutis laudator castigatorq; ignauiæ, fuitq; primus impetus Romanis irritus, fractisq; & dissectis scalis, nō pauci vulnerati afflictiq; ruina sunt. Tum Scipio, quum paululum quieuisset, hostē ite rum adortus, aduersa parte vrbis, qua stagno allui tur, occulte misit, q; inde quoq; scalas admouerent. Compertum habebat Scipio, decrescente pelago, ibi solum enudari, vt & piscatoriæ cymbæ vadis destituerentur. Quum itaq; instauratum certamen hostium oculos & aures in eā partē auertisset, qua dux ipse hortator aderat, recurrente in altū æstu, & aquilonis flatu fluctum in pelagus propellente, qui ad id negocium missi sunt per stagnum mœnibus insinuati, sine certamine muros transcendunt, inde celeri cursu in eam partē vrbis delati, qua acerrimum contractum erat prælium, pene prius portæ refringi cœptæ sunt, quam Pœni se hostē a tergo habere senserint. Tum vero metu perculsi, passim muro desilientes alij alio cum clamore & trepidatione diffugiunt. Romanus vrbem ingressus, ad arcem & tumulum qui ab hoste tenebatur oppugnandum, copias mittit, vtrobiq; Pœni facile cesserunt. Hanno qui in arcem cōfugerat, vbi omnia hostium plena vidit, nec spes eius retinendæ relicta vlla fuit, se & suos Scipioni tradidit. Cædes la te est in puberes euagata priusquā arx recepta esset, mox in prædam discursum, quæ sane ingens fuit. Octo milia hominū capta, decē naues, Catapultæ, Scorpiones & alia bellica instrumenta. Pateræ aureæ. CCLXXVI. Argenti facti signatiq; duodeuiginti milia, & trecenta pondo. Tritici hordeiq; vis ingens repenta. Naues onerariæ octoginta in portu expugnatæ. Scipio postridie quam vrbs capta est, laudatis pro concione militibus, Qu. Tiberiū centurionem, & Tertum Digitium socium nauale murali corona donauit, ad tollendam discordiam, nam magno militum certamine vterq; id præmium petebat. Donatus est & C. Lælius aurea corona, & triginta bobus, Hispanorum obsides Scipio suis Carthaginem accersitis gratis restituit, & in primis matronalis pudoris cura habita. Adducta est ad ipsum ducem puella eleganti forma, quæ sua pulchritudine quacunq; iret vertebat omnium in se oculos. Erat hæc desponsa Luceio adolescenti Celtiberorum longe principi. Hunc igitur cum parentibus Carthaginem sub fide accitum ita Scipio pro tribunali est allocutus. Ego inquit quum nuper tua sponsa a militibus ad me deducta esset, vbi eam tibi cordi esse quum aliorum prædicatione, tum ex ipsa formæ elegantia cognoui, dedi operam, vt eadem qua & apud parentes verecundia custodiretur, vt inuiolatum dignumq; me & te donum tibi dari posset, hancq; mercedem vnā pro eo munere paciscor, vt populo Romano amicus deinceps fis, & si me virum bonum credis qualem patrem patruumq; meum hæ gentes norunt, scias multos nostri similes in Romana ciuitate viros esse, nec populum vllum in terris hodie

Salapia a Marcello recipitur.

Romana classis ad Sacriportum vincitur.

Leuinus Pœnos Sicilia ex pulit.

Legio infima.

Scipio Carthaginem nouam oppugnat.

Præda Carthaginensis.

Munera militū.

Scipiōis continentia.





inueniri, quē minus tibi & tuis hostem velis, aut amicū malis. Adolescens insperato gaudio perculsus, ac simul pudore confusus, deos tantū precatus est, vt illi parē pro se gratiā referrent, qñ sibi haud tantū facultatis esset, vt pro suo in illū illiusq; erga se animo, meritā ipsi duci gratiā referri posset. Inde quum parentes virginis aurū, qđ ad puellā redimē dā attulerant, ante Scipionis conspectū statuissent, rogantes vt loco muneris id non pmij acciperet, id acceptū Scipio eidem sponso supra dotem, quā a parentibus accepturus esset, suo nomine habendū dedit. Quibus ille donis honoribusq; lætus, vbi domū est reuersus, Scipionē laudibus cœlo inter suos populares extollere, veniſſe affirmans iuuenē diis simillimū vincentem omnia, quū armis, tum beneficētia. Nec multo deinceps postea delectu ex amicis & clientibus habito cum mille & quadringentis equitibus ad Scipionē venit. Ipse Hannone cum quindecim fere senatoribus captis Romā missis, Carthagineq; valido præsidio firmata, Taraconē rediit, quo omnibus nouis veteribusq; socijs cōuentū indixit. Eratq; hic rerum status in Hispania, quū Marcellus post Salapiam receptā, Maronea & Melē de Samnitibus vi cœpit, in quibus tria milia militū Hānibalis oppressit, qui ad locorū præsidiū fuerāt a Pœno relicti, tritici & hordei insignis vtriq; copia reperta. Sed non tātū lætitiæ præsens victoria attulit, quātū tristitiæ & mœroris clades per eos dies ad Herdoneā accepta. C. Fuluius procōsul spe eius oppidi recipiendi, haud procul inde habebat castra, in quibus, velut in pacato essent, quum oīa solute & negligenter fierent, idq; Hannibal per exploratores cognouisset, citato agmine, ex Brutijs ad hostē venit. Fuluius copijs statim eductis pari temeritate, qua & C. Fuluius, qui eisdem in locis biennio ante victus fuerat, cū hoste cōsixit: pugnā tū est aliquādiu ferociter, inde hostes a tergo circūuecti, cū alij Ro. castra, alij acie a tergo inuasissent, primo sexta legio turbata est a Numidis quæ extremo loco steterat, vt cæteris subsidio esset. Mox quata fusa est. Postremo Pœnis vbiq; vincētibus, acies in medio cæditur. Ad quatuordecim milia hominū cæsa, vt quidam autores scribunt. Alij septē milia tradidere. Atq; ita accidit, vt eodē in loco, duo Fuluij, modico temporis interuallo, ingenti Romanorū clade victi sint, quæ omnia inter se tam similia sunt, vt parum absit, quin nominū & loci similitudinē autores in errorem traxisse credā, vt quæ vna fuerit duplicem fuisse pugnā arbitrati sint, qa in annalibus rē varie relatā inuenerint. Sed fic certe est, soler fortuna in eundem pene casum sæpius deferri, aut quia ingens rerū multitudo facilem, vt quidam volunt, habet ad similitudines fingendas materiam, vel q; ex quibusdam terminatis numeris series sit rerum connexa, ob idq; necessarium sit ex illarum discursu nonnunquam eadem euenire, quorum neutrum in hoc casu probabile videtur. Satis constat duos Acteones Syrum vnum, alterū Arcadem discerptos, hunc a canibus, illum ab amatoribus. A duobus Scipionibus Carthaginem victam, ab vno tributariam factam, ab altero euersam. Ter Troiam equo captam. Duarum ciuitatū quæ ab odoratissimis plantis nomina habuerunt Chij & Smyrnæ, in altera Homerum nasci contigisse, in altera humanis decessisse. Clarissimi quidā imperatores altero oculo caruerunt, Philippus Amynthæ filius, Antigonus, & Hannibal, qui duos Fuluios eisdem locis eodem pene euentu castris & exercitu spoliauit. Pœnus victor, quia comperit Herdoneam fuisse ad Romanos defecturam, incen

Celtiberi iuuenis grati tudo.

Recēs ad Herdoneam clades.

Similitudo casuū

Sypha cis legati Amicitia Ro. cū regibus prodigia

Dictator se consulē dixit.

Morum mutatio.

Colonię & triginta Po. Ro. Colonijs, quę in terra Italia erāt, Rom. in Italia.

sa vrbe omnē multitudinem Metapontū & Turiū traduxit, occiditq; principes, qui cum Fuluio collocquium habuisse dicebantur. Marcellus ex Samnio profectus, vt breuem faceret eam hostibus lætitiā, ad Munistronem Lucaniæ oppidum, in hostium conspectu castra posuit. Ptolemæus & Plinius Munistrum & Numistranos in Brutijs statuere. postri die consul copias in aciem eduxit, nec Hannibal pugnam detrectauit. Certatumq; est ab hora tertia diei ad noctem, nox, incerta adhuc victoria, diremit pugnam. Postero die Marcellus in aciem reuer sus, vbi hostem vidit se tenere in castris, spolia per ocium legit suosq; cremauit, Hannibal sequenti nocte silentio mouit castra quem Marcellus e vestigio secutus ad Venusiam est adeptus. Hic aliquot tumultuaria prelia sunt per occasionem commissa, atq; ea fere Romanis secunda, inde per Apuliam sine aliqua memorabili dimicatione exercitū ducti. Syphacis regis legati hoc anno Romā venere amicitiam cum Scipionibus ante initam renouaturi, qui non solum benigne sunt accepti, sed ex vrbe legati missi ad regem, qui illi togam & tunicam purpuream tulere, sellam eburneam, & paterā quinq; pondo auri. Missi & Alexandriam ad Ptolemęum, qui cum ipso rege amicitiā renouarent. Eadē fere q; & Syphaci fuit munera illi missa. Cloe patræ reginæ pallā pictā cū amiculo purpureo. Apud Trogum Eurydicen pro Cleopatra scriptam reperio. Iosephus in Cleopatræ nomine Liuio astipulatur. Tusculi eodem anno agnus natus cum lactenti vbere. Iouis ædes fulmine icta, atq; toto tecto pene enudata. Anagniæ, terra ante portam de cœlo icta, sine alimento, die ac nocte arsit. Taraciнæ angues eximiæ magnitudinis lasciuientium piscium moræ in mari apparuisse dicebantur. Tarquinijs porcus cum humano ore natus, & ad lucū Feroniæ quatuor signa diem ac noctem sudarunt sanguine. Sub id tēpus Leuinius consul ex Sicilia Romā ad habenda comitia est reuocatus, qui priusquam discederet, M. Valerium Messalā in Aphricā cū. L. nauibus prædatum misit. Is Vticensem agrū populatus, magnoq; mortalium numero in præda abducto, ex captiuis cognouit Carthagini q; milia Numidarum esse cum Masinissa Galæ filio, ac magno studio alios conquiri, vt his auctoritas Hastrubalis exercitu, dux ipse in Italiam primo quoq; tempore transiret, secq; fratri suo Hannibali, cū quā maximis posset copijs iungeret, classem ad hæc validissimā paratā bello esse, qua Siciliā reperterent, credere eam aut iam profectam, aut certe nō multo post profecturā. Hæc ex captiuis comperta, vbi Valerij literis sunt Romæ cognita, consul confestim in insulam est reuersus, ne dictatore q dem q comitia haberet dicto. Marcellus igitur, qa ab Hānibalis vestigio abscedere non potuit, patrū literis iussus est id facere. Fuluium, qui Capuæ erat, dictatorem dixit. Is Romam reuersus, nouo quidem exemplo, se consulem retulit. Q. Fabius Maximus illi est collega datus. Ipsi inter se prouincias sortiti, Fabio Tarentina regio euenit, Lucani & Brutij Fuluio. Per id tempus C. Valerius Flaccus flamen a P. Licinio pontifice captus, quum suis omnibus esset inuisus ob negligentē & luxuriosam adolescētiā, postea vero quā inauguratus est curaq; sacrorū admotus ita repente priores exuit mores, vt nemo in tota iuuētute prior haberetur, nec primoribus patrum totiq; ciuitati magis probatus. Adeo non nunquam cum persona mutātur & mores. Ex vna & triginta Po. Ro. Colonijs, quę in terra Italia erāt, duodecim, eo anno legatis ad id Romam missis ne

garunt se decem annorum tributis & delectibus ex hauſtos, milites ex formula dare velle amplius, Coloniæ quarũ legati ad id venerant fuere, Ardea, Nepete, Sutrium, Minturnæ, Iuturna, Alba, Carſeoli Sueſſa, Cere, Lacares, Narnia, & Interamna. Qui in officio manſere fuerunt, Signini, Nolani, Norbani, Satriculani, Brũduſini, Fregellani, Nucerini, Adriani, Firmani, & Ariminẽſes. Ex inferi maris ora, Pontiani, Peſtani, Conſani, & Mediterranei, Beneuentani, Sernini, Spoletani Placentini & Cremonenſes. Coloniarũ in officio permanentiũ in curiã producti a conſulibus, inde ad populũ pro concione vt fideles Coloni laudati, ac gratiæ vtrobiq; illis, publico nomine, actæ. Cęterarũ Coloniarũ militiã detrectantiũ, neq; dimiſſi, neq; retenti ſunt, neq; a conſulibus appellati. Ea tum caſtigatio tpi acc̃modata eſt. Aurũ præterea incenſimariũ qd̃ ærario ad hos reipublicæ caſus ſeruabatur, publico eſt decreto in p̃ſentẽ vſum belli depromptũ. Ad quatuor milia pondo auri inde ſumpta. Cõſules in p̃uincią abituri, ob prodigia q̃ per eos dies nunciata erant retenti ſunt. Albana aqua cruenta fluxiſſe dicebatur. Et in ædę fortis fortunæ ſignũ qd̃ in corona erat in manus ſtatuę ſua ſponte eſt delapſum. Et Priuerni ſatis cõſtabat bouẽ locutũ. Sinueſſæ natũ puerũ ambiguo inter marem & fœminã ſexu. Hos Romani Androgynos Græca voce dixerunt. Piſaurat & lacte, natuſq; eſt iſans elephãtino capite. Quibus rite procuratis, Fuluius comitia habuit, cenſoreſq; creati ſunt, M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tuditanus, quorũ neuter adhuc cõſul fuerat. Hi in recenſendo ſenatu Cecilij Metelli nomẽ præteriere, q̃ poſt Cannenſem pugnã de Italia deferenda cũ aliis quibuſdã agitaſſet. Fabius Tarentũ iturus, Marcellũ, cui ꝓgatũ erat imperiũ in ſe quentẽ annũ, per literas obteſtatur, vt quoad eius fieri poſſit, Hannibalẽ arcto implicaret bello, dum ipſe Tarentũ oppugnaret. Ille literis cõſulis & gloriæ cupiditate concitus, vbi primũ in agris pabuli copia fuit, ad Canuſium Hannibali occurrit. Pœn? ſub Marcelli aduentũ, qa nullus in aperto erat ad inſidias relictus locus, motis caſtris, per ſaltuoſa ductabat loca: Inſtabat eius veſtigijs Marcellus, ac caſtra caſtris cõferrę, facereq; identidẽ hoſti pugnæ copiã. Ille, dubiũ metu an conſilio, pertinaciter abſtinebat ab omni maiore certamine, tãtũ leuia prælia turmatim fiebãt, eaq; per alterius partis occaſionẽ, poſtremo Marcellus noctu Punica caſtra ꝑtergreſſus, hoſtẽ in apertis locis adeptus, ad certamen compulit, eſtq; eo die æquo marte diſcuſſum, pugna in noctem diſtracta. Poſtridie vbi primum iluxit, Marcellus ſuos in aciem eduxit: nec Pœnus detrectauit pugnã hoſtis ferocia irritatus, ſuoſq; efficaciter hortatus adeo inflãmauit, vt duabus nec amplius horis prælio protracto, Romanos fuſos fugatoſq; cum multa cæde in caſtra compulerit. Cęſa eo die duo milia Romanorum & ſeptingenti. Marcellus milite pro concione grauiter increpito, cohortibus a quibus fuga incœperat hordeum dari iuſſit. Centuriones manipulorum, quorũ ſigna amiſſa fuerãt, diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit, & vt poſtero die omnes equites peditesq; armati adeſſent edixit, pronũciauitq; pugnandũ eſſe, ac vt vincerent adnitendum omnibus, vt non prius heſternæ fugæ quam recentis victoriæ Romã peruenire poſſit fama. Poſtridie vbi Romã acies inſtructa in hoſtiũ cõſpectu cõſtitit, Hãnibal dixiſſe fertur, cũ eo hoſte nobis res eſt, qui neq; victor, neq; victꝰ poſſit quieſcere. Mirũ eſt qd̃ ſcribunt q dã. Marcellũ flagraſſe incredibili dimicãdi ſtudio, vt per quietẽ vna ſpecies obuerſaret aĩo, atq; id vnũ cũ amicis collegiſq; fabularet, ea vna vox ſemper in eius ore eſſet, atq; id votũ, vt intra vna mœnia aut vallum vnũ exercitibus clauſis, cũ Pœno de ſumma rei ſemel ſibi dimicandũ eſſet. Hinc certe fuit q; Gladius vt Poſſidonius tradidit, populi Romani aduerſus hoſtẽ ſit dictus. Contra Fabius maximus Clypeus Hannibal & ipſe in pugnã eo die deſcendit. Rom. acies ita inſtructa ſtetit, vt L. Cornelius Lẽtulus & C. Claudi? Nero legati in cornib? eſſent, ipſe Marcellus mediã aciẽ procurauit. Fuerat aliquãdiu anceps pugna, quũ elephantes ab hoſte in mediã aciẽ immiſſi, adeo late ſtragẽ dederunt, vt res iã ad fugã ſpectaret, niſi milites Decimi Flauij hortatu (erat is tribunus militũ) impetu in beluas facto, ac pilis vndiq; coniectis, eas in fugã auertiſſent, auerſaſq; per difiectã Pœnorũ aciẽ cum ſtrage inſecuti vna & hoſtẽ terga dare coegiſſent. Marcellus equites in fugientẽ Pœnũ immiſit, multi in fuga, ſed plures circa vallũ trucidati, caſtrorũ porta duobus elephãtibus ad terrã ſtratis inſeſſa. Cæſa ex hoſtibus octo milia virorũ, & cũ his quinq; elephãti. Nec Romanis incruenta victoria fuit tribus milibus eo die deſideratis. Secundũ eã pugnã Hãnibal noctu caſtra mouit, atq; in Brutios abiit, quẽ quo minus Marcellus ſequeretur fauciorũ multitudo effecit. Hirpini interea & Lucani, traditis Pœnorũ preſidijs, ſeſe Fuluio conſuli dederunt. Et Fabius Mandauriã in Salentinis vi cepit, atq; inibi quatuor milia hoĩm capta. Tarentũ inde oppugnare adortus, in faucib? portus caſtra poſuit, fuiſſetq; oppugnatio & longa & laborioſa, niſi ex re admodũ leui facta via eſſet cõſuli in vrbẽ euadendi. Habebant Tarentini Brutiorũ preſidiũ in vrbe, cuius ꝑfectus perdite amabat indigenã puellã, eratq; puellæ frater in Fabianis caſtris, qui a ſorore per literas factus certior de ſuo cũ nobiliſſimo Brutiorũ congreſſu, p̃miſſu cõſulis ille pro perfuga in vrbẽ tranſiit, ibiq; per ſororem ꝑfecto inſinuatus, quũ tẽpeſtiuo alloquio, tũ ſororis illecebris eo hoĩem perpulit, vt de vrbe cõſuli tradenda nunciũ in caſtra miſerit. Fabius vbi tempus & locus cõſtitit, ſilentio noctis cũ parte copiarũ haud procul ab ea murorũ parte quã Brutij præſidio obtinebant quietus conſtitit, inde ab arce & a portu excompoſito nocturn? eſt clamor ſublatus, velut ea parte Romanus eſſet impetũ facturus. Multitudine igitur in eum tumultũ auerſa, Romanus miles ſcalis diuerſa regione admotis, Brutiorum auxilio in vrbẽ tranſcendit. Refractis ſubito portis cum maiore ſuorũ agmine forum occupat. Tentarunt nonnihil ꝑlium Tarentini ſubito tumultu excíti, cæterũ vbi ſorũ & omnia armis hoſtiũ teneri aĩaduerſum eſt, alij alio dilapſi fuga ſeſe ꝓpuerũt. Carthaginiẽſes q̃ in vrbe erant, ad vnũ ferme ſunt cũ Carthalone ꝑfecto cæſi. Perierũt Nicco & Dimocrates principes ciuitatis. Philomenes, qui Tarentũ Hannibali prodidit, medio tumultu digreſſus, fugã vt credit occupaturus nuſquã poſtea cõparuit, eius equus vacuus repertus eſt. In apertũ puteũ ꝓcipitatũ crediderũt quidã, dubiũ, caſu an volũtate. XXX. milia ſeruitiorũ capta, ingens vis auri argenti? facti ſignatiq;, ſigna tabulæq;, vt Syracuſana propemodũ æquarẽt ornamẽta. Maiora ſigna Fabius immora manere iuſſit, teſtatus iratos Tarentinis deos ſe relinquere. Obſidẽbat tum forte Hãnibal Cauloniã, qui audita Tarẽti oppugnatione quũ dies noctesq; citato agmine ad ſuos obſidione leuãdos ꝑperarer, Tarenti a Fabio capti nũciũ, quũ iã haud procul abeſſet, accepit. Tũ ꝑculſus aĩo dixiſſe fertur, Habẽt & Romani ſuũ Hãnibalẽ.

Amiſimus

Aurũ incenſimarium.

prodigia

Marcelli ferocia.

Aĩaduerſio militaris.



Hãnibalis vox de Fabio

Amiſimus Tarentũ ea arte qua cepimus. Verũ ne fugiſſe videret, eo in loco vbi ſociorũ clades nunciata eſt, quinq; milia paſſuũ ab vrbe caſtra fecit, cõuerſuſq; in ſuas artes Pœnus, Fabium in inſidias trahere eſt conatus. Duos in vrbẽ mittit cũ literis, quibus Romanus conſul a Metapontinis accerſebatur, tm̃ defectionis venią precantibus. Credidit id Fabius, & iam per literas cõuenerat, quo die Metapontũ erat profecturus, Hannibalq; mediũ iter. ad Romanũ exercitũ opprimendũ inſederat, cæterũ homo ſuperſtioni addictus, quia aues non addiderent, aruſpicibuſq; denunciantibus Romano infidias ab hoſte imminere, reuerſi haud multo poſt Metapontini, ac q̃ſtioni adhibiti, Hannibalis eam eſſe fraudẽ cõfeſſi ſunt. Principio æſtatis, qua hæc in Italia gerebant, Scipio ex Taracone in hoſtẽ mouit, cui per pacatũ adhuc eunti Indibilis & Mandonius, totius Hiſpaniæ haud dubiæ principes, occurrunt. Prætexuit Indibilis tranſitioni ſuæ neceſſitatẽ, ꝓcatus Scipionẽ, ne p̃ſentem ab hoſte defectionẽ ſibi leuitati aut perfidiæ, ſed neceſſitati aſcriberet. Superbiſſimũ Pœnorũ imperiũ, inexpletamq; auaritiã nihil ſibi & alijs ſocijs incolume reliquiſſe quo ita fit factũ vt diu antea ſuũ corpus apud hoſtes fuerit, animus vero apud eos q ius & fas colere dicerent. Summa eius orationis fuit, vt neq; honori, neq; fraudi noua ſibi ſocietas eſſet, ſed quales iã inde ſocij forẽt, perinde ſuæ operæ ꝑciũ faceret: Scipio ita ſe facturũ pollicitus benigne acceptos ad cõparandas copias ambos a ſe dimiſit. Sedebat Haſtrubal ad Betulũ vrbẽ, quo quũ Scipio veniſſet, ve lites & anteſignani ex itinere, cũ hoſtiũ equitatib? q̃ in ſtatione erant p̃lio inito, hoſtẽ primo acceſſu in caſtra cõiecerũt. Sequẽti die Pœnus ita aciẽ digeſſit, vt appareret magis ꝓximo flumini, & collib? circuniectis, quã viribus cõfidere, qd̃ intuitus Scipio ſuos hortatus, primo conatu nõ ſine acri certamine, hoſtes ex editiore loco deiecit, inde inſeſſis itineribus, cæterã adortus aciẽ nullo maiore negocio diſpulit. Cæſa ad octo milia hoſtiũ, duodecim capta, & in his duo milia equitũ. Haſtrubal pecunia & elephantis, priuſquã dimicaret, p̃miſſis ipſe cũ quibus potuit ꝓter Tagũ fluuiũ ad Pyreneũ tetendit, in Italiã quo iter intenderat penetraturus. Romanus victor, captiuis Hiſpanj generis domũ dimiſſis, Aphros oẽs vendidit: ibi quũ oĩs Barbarorũ multitudo eũ regẽ appellare cœpiſſet, pro concione vetuit eã vocẽ vſurpari, ꝑſeſſus ſatis amplã videri ſibi imperatoris appellationẽ, regiũ nomẽ alibi magnũ apud Romanos inuiſum eſſe & deteſtabile. Ex captiuis Aphris adoleſcens eleganti forma, a q̃ſtore media auctione eſt ſelectus, quia regij ſanguinis eſſe diceretur. Hunc ad ſe miſſum Romanus dux ſciſcitatus quiſnam & cuius generis eſſet, vbi ex Galæ filia natũ audiuit, in Hiſpaniã cũ auũculo ſuo Maſiniſſa veniſſe, iuſſumq; ab eo ꝑlio abſtinere temperare nequiuiſſe, quin eo inſcio ꝑlium fuiſſe ingreſſum. Factũ inde vt media fuga equo ꝑcipiratus, in hoſtiũ poteſtatẽ venerit. Percontatus Scipio an ad Maſiniſſam reuerti vellet ? lachymis repente obortis vehemẽter ſe id cupere teſtatus eſt: tũ aureo amiculo & tunica laticlaui cũ ſagulo Hiſpano, & aurea fibula donatũ, phaleratoq; equo ſedentẽ, ab eo tibus in pacatũ deduci iuſſit. Atq; Scipio tam pulchre victoria vtebaꝛ, haud ignarus vti belli finis victoria eſſet, ita victorię clementia & liberalitas. Summũq; imperatorẽ nõ minus liberalitate & domeſticis virtutibus quã bellicis artibus prædituũ eſſe oportere. Multi Hiſpaniæ populi ſecũdum eã victoriã ad Romanos deſecere, nec Scipio

Scipiõis expediꝯtio.

Scipio Haſtrubalẽ fundit.

Maſiniſſæ neceſſarius.

Haſtrubalẽ ſequi perſeuerauit, ratus fore vt ille cũ Magone & altero Haſtrubale iunctis copijs, longe viribus ꝑſtaturus eſſet. Taraconẽ itaq; reuerſus eſt Carthaginienſiũ duces partiti inter ſe copias, alij alio ad tuenda ſociorũ loca conceſſere. Nec aliud memoria dignum eſt æſtate illa in Hiſpania geſtũ. Romæ interea Marcellus a tribuno plebis ad populũ eſt accuſatus, cp exercitũ bis ea ęſtate ſub tecto Venuſiæ habuiſſet, eiuſq; fraude ac patrũ fieri, cp tãdiu hoſtis ĩ Italia eſſet, fuiſſetq; tribunitia rogatiõe ei abrogatũ imperiũ, niſi ipſe tẽpeſtiue occurriſſet. Concione itaq; ad populum de rebus a ſe geſtis habita, adeo mutauit plebẽ, vt proximis comitijs magno oĩm cõſenſu, cum Quintio Criſpino factus ſit conſul. Ludi Romani hoc anno & plebei per diem vnum inſtaurati, erantq; ædiles curules, L. Cornelius Claudius, & Seruius Sulpitius Galba. Plebei, Qu. Cecilius Metellus & G. Seruilius, quẽ neq; ædilẽ tum eſſe aiebant, neq; olim tribunum plebis eſſe potuiſſe, qa eius pater quẽa Boĩs occiſum. X. annãos fama renuit viuere diceret. Marcellus & Criſpinus vndecimo ſecũdi belli Punici anno cõſulatũ iniuere, quibus Italia, p̃uincia decreta, placuit eo anno vna & XX. legionibus bellũ in Italia & in p̃uincijs adminiſtrari. Prodigioꝝ religio tenuit cõ ſules, ne tam cito in prouincią abirent, nã ꝓterquã q; Hoſtiæ & Capuæ loca quædã de cœlo tacta dicbantur, Caſſini apũ examẽ in foro cõſederat, & mures in Capitolio aurum roſerãt. Vulſiniꝭ lacus ſanguine manarat. His de more ꝓcuratis, ludi Apollinares, in ꝑpetuũ hoc ano voti, vt Liui? ſcribit, quũ prius in annũ vouerí cõſueſſent, nec certo aut ſtato die, P. Licinius Varus prætor Vrbanus iuſſu populi vouit, diemq; illis ſacrauit tertiũ nonas q̃tiles. Tarentũ q̃ ſuſpecta eſſet ciuiũ fides, p̃ſidio cuſtodiri placuit, & ciues intra mœnia cõtineri, centũ & amplius ſenatorũ filijs Romã traductis. De M. Liuio p̃fecto arcis variæ ſententiæ fuerunt, aliꝭ patrũ illi præmia decernentibus, ignominã alijs, cp eius culpa Tarentũ amiſſum diceretur. Aderant eius neceſſarij, q quum identidẽ iactarent, Liuij opera Tarentũ a Fabio recuperatũ, ita eſt illis a Fabio occurſum, re veriſſimũ id eſſe, nã niſi Liuius Tarentum amiſiſſet, nunq; fuiſſet a ſe recuperatũ, ſed ea cognitio ad cenſores eſt delata. Dedicaturus interea Marcellus ædẽ quã Honori & Virtuti bello Gallicovo uerat, pontifici iuſſu id facere eſt prohibitus, negatiũ rectæ cellã vnã duobus numinibus dedicari, qa ſi ꝓdigium aliqd̃ incidiſſet, haud ſciri poſſet, vtri numinum rem diuinã fieri oporteret, neq; duobus niſi certis diꝭ vna hoſtia mactaret. Marcellus pontificum autoritate motus, alteram priori ædem adiecit, hancq; Virtuti, illam Honori dedicauit conſulibus inde ad exercitum profectis, Locri nonnihil a Criſpino ſunt oppugnati. Mox audito Hannibalis acceſſu ſoluta metu obſidione, ad Marcellũ ſe contulit. Duobus inde conſulibus conſularibuſq; exercitib? iunctis, Romana caſtra cõmunita ſunt inter Venuſiã & Bantiã (alij Bantiã ſcribunt). Hãnibal & ipſe in eã regionẽ venit auerſo a Locris bello. Conſules vt abſente Hannibale Locri obſideꝛẽtur, ad L. Cincíũ ſcribunt, cp cũ claſſe Locros trajceret, a mariq; oppidũ obſideret. Partẽ ꝑterea copiaꝝ eo tranſire iuſſerunt, vt a terra quoq; hoſtes premerentur. Qui a Tarento accerſiti erant, in hoſtiũ inſidias lapſi, maiore ex ꝑte cæſi, multi etiã capti ſunt, cæteri fuga elapſi Tarentũ acceptæ cladis nuncij retro abierũt. Nec ita multi interfecti ſunt dies quib? Marcellus & Criſpinus cõſules exploratũ egreſſi, vt collẽ occuparent, q̃ medius erat inter ſua & hoſtium

Cõſules.

prodigia

Ludi Apollinares.

Tarenti ꝑfectus.

De virtutis & honoris ædę.

Bantia & Venuſia

stium castra, in insidias & ipsi inciderunt. Erant cũ cõsulibus. CCXX. equites & M. Marcellus cõsulis filius. Numidæ equites qui in cõualle occulti sedebant, nec in ralẽ spem eo progressi, sed vt aliquẽ ꝑ cul a castris longius vagantẽ exciperent, subito ex lateribus coorti, vijs a tergo insessis, a lateribus & a fronte cõsules & eorũ equitatũ, cũ clamore inuadunt. Restiterunt aliquãdiu Romani subita re perculsi, mox cadentẽ Marcellũ intuiti, qui quũ ꝑlium fortiter cieret, lancea transfixus cõcidit, metu & pauore diffecti, pauci cum Crispino duobus iaculis icto, & Marcello adolescente saucio in castra refugiunt, quo iam clamor & tumultus ꝓuenerat, multiq; iam arma expediebant, vt consulibus auxilio irent. Cæsi sunt cũ Marcello tres & .XL. eqtes, duodeuiginti capti & cum his quinq; lictores consulũ. Nec vna de Marcelli interitu ad posteros fama est tradita. Satis constat eo die, quo cæsus est, sacrificãti prima hostia cæsa iecur sine capite inuentũ, in altera hostia nõ solum inuentũ sed auctũ etiã, quod Aruspex ostentum nõ minus quã illud prius obla tum sit auersatus. Hannibal Marcelli corpus honorifice sepeliuit, tumulũq; ab hoste petitũ, vt Romanis terrorẽ incuteret, insedit. Crispinus castris in tutiorẽ locum translatis, circa ciuitates & ꝑsidia nuncios misit, Marcellũ cum paucis in insidias lapsum periisse, eiusq; corpore Pœnum potitũ, habereq; interfecti cõsulis annulũ, quare si q̃ literæ Marcelli noſe alicunde allatæ essent, crederent illas hostiũ esse, nõ eius qui hostili fraude periisset. Vix cõsulis nuncius Salapiã venerat quũ & Hãnibalis literæ Marcelli noſe eo perferunt, quibus significabatur, vt milites parati starent, vẽturũ se quarta vigilia noctis, publicũ negociũ obiturũ. Hãc hostis capiẽdi occasionẽ Romani qui ꝑsidio erant adepti se vt iussi essent facturos respondent. Mox per muros & circa portas ꝑsidijs diligẽter dispositis, hostẽ noctu venientẽ excipiunt. Erant in primo agmine Romanorũ transfugæ cum signis, vt res minus suspecta esset, Et iam sexcenti hostiũ ingressi erant vrbẽ, quũ cataracta ferrea cum sonitu remissa cæterũ agmẽ oppido exclusit sublatoq; e muris clamore, saxa & tela in hostẽ deijciũt. Cohors q̃ admissa erat momẽto tpis est telis obruta. Ira Hãnibal sua arte captꝰ Salapia discessit. Patres vbi de Marcelli morte & alterius consulis periculo per literas certiores facti sunt, Qu. Fabiũ filiũ qui Marcelli exercitui ꝑesset, Venusiam mittunt, eo emẽ Crispinus post Hãnibalis discessum secedere iusserat, ipse Capuã concesserat cum suis legionibus, quo tres legati, vt ipe a patribus petierat, sunt missi, Sextus Iulius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimetus, vt cũ his q̃ vellet de repu. loqueret. Pœnus Salapia reuersus in Brutios abijt, sub cuius accessum Locri, qui terra & mari obsidebant, a Cincio prætore oppugnari desierunt. Nec Leuinus interea in ocio fuit, qui cum centum nauiũ classe ex Sicilia in Aphricã transfuectus in Clupeen sem agrũ excursione facta, quũ hostico ab scederet Punicã classem octoginta nauium obuiã habuit, cũ his prospere cõgressus, duodeuiginti nauibus captis, cæterã in alto multitudinẽ dispulit. Atq; ita victor cum præda & captis nauibus Lilybæum paucis diebus est reuersus. Eadẽ æstate q̃ vndecima fuit secũdi belli Punici, Philippus rex auxilium tulit Achæis, aduersus Machanidã Lacedæmoniorũ tyrannũ. Lacedæmonij iã emẽ ex quo Cleomenis ductu ab Antigono Demetrij ingenti fuerant ꝑlio victi, etsi Lycurgũ in Cleomenis locũ regẽ cõstituerãt, vetus reipublicæ forma minus in dies minusq; illis cõstitit, donec res ad tyrãnidẽ delapsa est, & Machanidas cum Aetolis a Romanorũ partibus stabat, ita emi in fœdere cum Aetolis icto diserte fuerat expressum, vt liceret illis quos vellẽt in fœdus trahere. Nec Machanidas tm̃ Achæos laCōsules in ſidias incidũt. Marcelli interitus

Hãnibal ad Salapiam cohortẽ admittit.

Punica classis a Leuino ꝓfligat.

cessere, sed Aetoli etiã nauibus per fretũ quod Nau pactum a Patris diuidit (Rhion accolæ vocãt) traiecto exercitu, Achaicũ littus vastare, expectabãtq; in horã Attalum regẽ, cui imperij summã, ꝓximo cõcilio detulerant. Cæterũ absente adhuc rege, cũ Philippo Aetoli dimicare ausi, bis sunt prælio victi, quibus se ad Lamiã recipiẽtibus, Philippus ad Phaleram exercitum reduxit, vbi nonnihil per Aminãdrũ Atamanũ regem & Ptolemæi regis legatos de bello cũ Aetolis soluẽdo est actũ. Re deinceps ĩ publicum conciliũ gentis delata, Philippus firmata ꝑsidijs Eubœa ad Attalũ, qui eo venturus credeba tur, excludendũ, ipse Argos cõcessit, vt Nemeæis ludis interesset, quibus vt rex curator ꝑsideret, Herei Nemeæiq; suffragio decreuerant. Siquidẽ Macedonũ reges vt fama erat ex ea ciuitate fuerãt oriundi. Rhium inde rex concessit, vbi de pace frequenti Achæorũ cõcilio iterũ agitari cœptũ, tota Græcia libenter ad pacẽ inclinãte, ne Romanis aut Attalo materia daretur, tuendorũ sociorũ ꝓtextu, Græciã intrandi. Sed Aetolis Romana societate frętis, multa superbe postulãtibus, rẽ indignã Philippus fieri ratus, vt bis victi ꝑlio leges victoribꝰ darent, testatus ibi corã p se nõ stare q̃n pax fieret: quatuor milibus armatorũ ad Achæorũ ꝑsidiũ relictis, ipse ad Nemeæorũ ludicrũ cuius tps aderat, Argos est reuersus. Sulpitius interea Romanę classis ꝑfectus, copijs inter Syciõnẽ & Corinthũ expositis, agrũ nobilissimæ fertilitatis ferro & igni vastauit, ad quã hostiũ famã Philippus excitus, improuiso accessu, Romanos temere dispalatos cũ multa cæde & trepidatione ad naues compulit. Ita Romana classis parum læta ex Achaia Naupactũ transmisit. Macedo ludorum qui reliqui erant, celebritate & recenti successu lætus, in multam se lætitiã & libidinẽ immersit, vt vno duobusve comitantibus, in priuatas domos noctu irrumperet, in matronas & virginesgrassabundus, vicꝫ sibi venerẽ quærebat, quã mercari non poterat, qua fœda licentia multas nobiles constupravit matronas, & in his Polycratiã Arathi Achæorum principis coniugem, quam spenuptiarum in Macedoniã deportauit. Nemeæis pactis rex Elim profectus est, vt Aetolorum præsidium inde eijceret, ad Dymas Achæorũ copiæ illi præsto affuerũt. Oderant Achæi infense Eleos, qꝛ a se ad Aetolos defecissent. Rex aucto exercitu sociorum appendicibus Lariſo amne superato qui Dymeũ agrum ab Eleo dirimit, hostilẽ agrũ vastauit admotoq; ad vrbem exercitu, a Romanis qui ad q̃tuor milia numero haud multo prius a Sulpitio eo occultæ missi fuerant, prælio excipitur. Hic regius equꝰ Romano pylo cõfossus, cũ ipso rege corruit. Tum Philippo in apertum discrimẽ adducto, Macedones atrocem circa illũ obeũt pugnã, fuitq; ipsius se tuentis certamen omniũ maxime insigne. Postremo multis cadentibus Macedo recẽti equo impositus prælio excessit. Fecit res castra quinque milia passuum ab vrbe, postridie vt ꝑsentem deleret ignominiam, ad Phrygũ Eleorũ castellũ profectus, quatuor milia agrestium, & pecorum oĩs generis vim ingentem in prædã abduxit. Diuidenti prædã ex Macedonia nuncius superuenit cum literis Bachindũ oppidum ab Europo occupatum, & cum eo Dassaretiorũ vicos quosdam, Dardanosq; ad arma concitari, quibus nunciis permotus cum exercitu in Macedoniam abijt, vix Thessaliam attigerat,

Philippꝰ Ro. classem ex Achaia deꝓllit.

Philippi equus cõcidit.



Dissipati de Philippi interitu rumores.

tigerat, quum recẽtioribus nuncijs afferẽ Dardanos in Macedoniã effusos Oresticlidẽ obtinere, atq; in Argesteũ cãpum irruptionẽ moliri, famãq; inter Barbaros esse celebrẽ, Philippũ nuper interfectũ in ea pugna quã prospere alioqui in Romanos ad Syciõnẽ pugnauerat. Emuero medio procursu alterũ galeæ cornu arboris trunco inpactũ defregerat, qđ Aetolus quidã adeptus ad suos populares deportauerat, ex Aetolia inde ad Scerdileũ Illyriorũ regẽ delatũ. Is regiũ galeæ insigne agnoscens, interfecti regis rumorem dissipauit. Post Philippi discessum Achæi ꝑspere in Aetolos & Eleos dimicarũt. Sulpitius sub id tps & Attalus in Aegina cõgressi sunt vbi ambo hyemare constituerunt. Eratq; hic rerũ status alibi. Crispinus in Italia, L. Manlio Torquato dictatore ad habenda comitia creato, ex vulnere circa Venusiã Numidaꝝ incursu accepto mortuus est. Nunq; antea acciderat, vt duo cõsules sine aliq; maiore prælio interfecti fuerint. Creati itaq; in eorum locũ C. Claudius Nero, & Marcus Liuius, qui aliquot ante annos ex consulatu a populo damnatus, ad id tps ruri se tenuerat, ab vrbe & oĩm ciuiũ congressu abhorrens. Is haud multo prius in vrbẽ reductus, consulatũ magno sibi patrũ & plebiscon sensu delatũ ꝓtinaciter recusabat, ciuitatis incõstãtiam accusans, quæ fordidati rei nõ miserta fuisset, candidã nolenti togã induceret, quæ si bonũ se virum iudicasset, quid ita pro malo & noxio damnãdũ duxerat, aut si prior cõsulatus male creditus esset, quid alterũ sibi tãto studio delatũ cuperet. hæc & alia q̃rentẽ castigabant propinqui & necessarij, monebantq; patriæ sæuitiã patiendo ferendoq; leniendã esse vt parentũ iram. Cessit ille patrũ & alioriũ autoritati, passusq; est se cũ Tiberio Nerone cõsulẽ renunciari, cum quo senatu id petente in gratiam rediit, erant emi nobiles inter eos inimicitiæ. Vterq; igitur alteri recõciliatus prouincias sortiti, Nero Brutios aduersus Hannibalẽ est prouinciam adeptus. Liuius Galliã qua Hastrubal erat in Italiã venturus. Constans fama erat eũ ex Hispania cũ ingenti exercitu aut mouisse aut non multo post moturũ. Id Massilienſiũ legati primo nunciarũt, mox & qui ad hoc ipsum publice missi fuerant, vt rem ex ꝓximo explorarent, Sextus Antistius & Marcus Rhetius retulerunt, cõpertũ a se esse Hastrubalẽ exercitum cõparasse, nec aliud eũ morari quã hybernũ anni tps, nouũ ver expectari, vt cõmodiꝰ alpes superari possent. Hoc anno P. Semproniꝰ Tuditanus & Gn. Cornelius Dolabella censores lustrũ cõdiderunt, censaq; sunt ciuiũ capita. CCXXXVII. milia. C. & .XVIII. minor haud dubie numerus eo qui fuerat ante Hãnibalis in Italiã accessum. Et quia Veijs de cœlo lapidauerat nouendiale sacrum fuit nunciata & alia prodigia. Lucus maricæ & alia q̃dã loca insignia fuerant de cœlo tacta. Minturnẽses sanginis riuũ ante portas fluxisse significabant, & Capuæ lupus vrbẽ ingressus vigilẽ laniauerat, & in armilustro Romæ visum est lapidibus pluere. Frusinonæ natus infans dicebaꝫ quadrimo par ambiguoq; sexu. Id monstrũ aruspices ex Hetruria accersiti alto mari mergendũ curarunt, ac pontifices cum decreto ter nouenæ virgines per vrbẽ euntes Iunoni reginæ carmẽ decantarũt. Condidit id carmen Liuius poeta: puellæ longa indutæ veste, ab æde Appollinis per carmentalẽ portã in forũ venere. X. viris cum laurea corona sequentibus, inde pmanus reste data virgines sonũ vocis pulsu pedũ modulãtes, per Tuscũ vicũ, Velabrũ, forũ boariũ, & cliuũ publicum, ad ædẽ Iunonis itum, ibi duas boues albas. X. viri imolarunt, duoq; cupressea fimulacra phano intulerunt, & Matronæ collata in medium stipe auream peluim Iunoni dedicarunt. Consules inde acerrimũ ob adutum Hastrubalis delectum habuerunt, coactiq; sunt maritimi coloni, qui sacrosanctã vacationẽ habebãt, milites dare. Hi erant Hostienses, Alsienses, Antiates, Anxurites, Sinuessani. Et a supero mari Senenses, qui Senam Gallicã incolebant. Hostiensibus tm̃ & Antiatibus vacatio obseruata. Et iã Hastrubal ex hybernis mouisse dicebatur, & in Liguria octo milia militũ sunt conscripta, quæ illi in Italia transgressio sungerent. Hæc cum L. Porcius Prętor ex Gallia scripsisset, cõsules aliquanto celerius in prouincias abierunt. Iuuit magnopere rem Romanã q̃ Hannibal haud immemor q̃ laborioſe a se transcensæ fuissent alpes, & ratus haud multo id iter fratri expeditius fore, aliquanto tardius ex hybernis exijt, & Hastrubali omnia faciliora q̃ fratri fuerunt. Gal liq; nõ solũ nõ impediuere, sed multi vltro etiã secuti sunt. Pœnus igitur oĩm opinione celerius in Italiã transgressus Placentiã obsidione cinxit, vbi circa Coloniã vnã assidendo spatiũ Romanis dedit oĩa maturius prouidendi. Liuius ex vrbe profecturus ciuitatẽ alioqui nouo bello solicitã aliq̃to solicitiorẽ reddidit, tristi & intẽpestiuo responso. Quippe q̃ a Fabio Maximo monitꝰ vt memor eo rũ, q̃ temeritate ducũ paucis annis acciderant, qua sulis fecauti issime belli administraret, ita occurrisse dicit, statuisse se quũ primũ in hostiũ conspectũ veniſſet dimicare. Rogatus ecquã tm̃ haberet festinandi cau samq; aut ex hoste inquit victo egregiã laudẽ, aut ex ciuibus cæsis etsi nõ honestũ, meritũ tm̃ gaudiũ ferã. Erat iã & Nero profectus ex vrbe quũ C. Hostilius incõpositum Hannibalis agmẽ in Salẽtinos ductantis cũ expeditis cohortibus eximprouiso aggressus, subito turbauit, ac quatuor milibus hostiũ cæsis, nouẽ signa militaria Pœno ademit. Secũdũ Hæc Hostilius cum suis copijs Brunduſiũ ad cõsulẽ venit, ibi Claudius .XL. milibus peditũ, & duobus equitũ, & q̃ngentis ex oĩ numero lectis, qbus ipse aduersus Hannibalẽ vterei, Hostilio cæteras copias dedit Capuã deducẽdas, q̃ ibi ꝑsidio essent. Hannibal vndiq; viribus in vnum contractis, cũ vniuerso exercitu ad Grumentum in Lucanis consedit, spe eius loci recipiendi: nec Claudius multo post ex Venusia eo venit, castrisq; in propinquo positis, quãtũ ipse remorandi erat hostis cupidus, tantum ille abeundi, structaq; acie Romanũ ad prelium euocat. Erãt nudi colles, qui nihil ad insidiarum vsum vtiles videri, post hos in conuallibus Claudius Punica arte vsus, quinq; peditum cohortes in insidijs locauit, ipse luce prima, vt omnes hostium sensus ab insidiarum loco auerteret, in æquũ copias eduxit, nec Hannibal vllam pugnæ moram fecit. Cæterum Pœnos incomposite ruentes, immissis tertiæ legionis equitibus consul graui prælio excepit, struxisset nihilo secius Hannibal aciem, vt vetus dux in veteri exercitu, etsi haud vna ex parte initum erat prælium, nisi a tergo exactus Romanorum clamor ex insidijs consurgentiũ, Pœnos in fugã auertisset. Propinquitas castrorum fugientibus auxilio fuit, quo minus in medio ad vnum interfecti sint, sic quoq; octo milia hominum cæsa, septingenti capti, signa militaria nouẽ adempta. Postridiæ Nero lectis hostium spolijs, sic qui suorum in prælio occubuerant sepeliuit, inde continuis diebus instructa acie, hostem ad prælũ prouocare non destitit. Pœnus triduo postquam pugnatum erat, silentio noctis, Apuliam versus mouit castra, paucis Numidarum ante vallum relictis,

Virginũ chorus.

Nuncij de aduentu Hastrubalis

Hastrubal Placentiam obsidet.

Liuij conrox restauisse spõsum. Hãnibalis clades

Punica clades

ctis,qui ostentando sese hostem distinerent, mox ad altum diem celeri cursu digressi amicum agmẽ sunt priusquam adueſperasset assecuti. Claudius cognita hostium fuga postridie illorum vestigia secutus,circa Venusiã eos assequitur. Hic tumultuaria pugna iterũ cõmissa supra .XV. hostium milia cæsa dicuntur, tum vero duplici clade perculsus Hannibal,per montana ducens,ne pugnare cogeretur, Metapõtum concessit. Hinc Hãnone in Brutios misso ad nouũ comparandum, ipse aucto ijs copijs exercitu,quibus fuerat ille adverbis præsidiũ vsus,retro in Apuliam reuersus Canusium perijt. Instare Claudius,nec vestigium ab hoste abscedere. Moueratinterim Hastrubal ex Placentia infecta re præmiseratq; quatuor Gallos equites, & duos Numidas ad fratrem cum literis,quibus suum illi significabat accessum. Emensi illi omnẽ fere Italiq; longitudinem,postremo viarum errore Tarentum delati,in Ro. potestatem venere. Continuo inde ad cõsulẽ sunt cum literis missi. Nero cognito hostiũ consilio,haud quicq; in tali discrimine cunctandũ ratus, Hastrubalis literis ad senatũ missis, quibus significabatur illum fratri in Vmbria occursurum, monet vt legione ex Capua ad præsidium vrbis accersita, accuratissimum in vrbe habeant delectũ, ipse pmissis qui per Larinatẽ, Marucinũ, Ferentanum, & Prætutianũ agrũ cõmeatus in vijs parari iuberent, qua erat citatum agmen ducturus, ex vniuerso exercitu delegit sex milia peditũ, & mille equites, pronunciatq; se in Lucanos iturum, ad vrbem quandã cum Punico præsidio occupandã, relictoq; Q. Tatio in castris, nocte ꝓfectus in Picenũ flexit, quantis maxime poterat itineribus ad collẽgam ducturus: quacunq; iter faciebat, vndiq; effusa ex agris multitudo, virorum promiscue & fœminarũ, vrbis Romæ cæteræq; Italiæ vindices ire felices iubent, in illorũ armis dextrisq; suã suorũq; liberorũ salutẽ & libertatẽ repositã pdicãtes, deos de asq; precari, vt illis faustũ iter, felix pugna, maturaq; ex hostibus victoria esset. Romæ præter publicũ terrorẽ, audax Neronis consiliũ varie animos afficerat. Damnare quidam vt temerarium & præceps, timereq; relictis fine duce copijs, quid si non hostis fallereturꝫ nonne ad prædam relictus videri posset exercitus? Horrebant & futuræ pugnæ euentum, quæ si parũ prospere, qd' dij auerterent, depugnata esset, actum de salute ciuiũ, si duobus ferocissimis ducibus cum duob⁹ florentissimis exercitibus oĩa tenentibus, sine exercitibus, sine ducibus, vrbs Roma esset ad prædam & excidium relicta. Augebat hos metus clarum Hastrubalis nomen qui duos Scipiones cum duobus exercitibus in Hispania, de leuisset, ac præterquam q; tot annos in ea terra rem Punicam fortiter tutatus esset, in ijs locis exercitũ coegisset, quibus Hannibal eius frater pene totum amiserat, cui tantum abesset vt Claudius Nero par futurus credi posset, q; biennio ante ab eo in Hispania, vt puer turpiter fuisset illusus. Per has ille fociorũ preces ac ciuium omnia, dies ac noctes continuato itinere ad collegam venit, ad quẽ præmissis nuncijs ex ipsius sententia noctu est Rom. castra ingressus, ne quid hostis sentire posset, data erat totis castris tessera, vt tribunus tribunum, centurio centurionem, miles militem acciperent, ne castra dilatarent. Erat Neronis agmen inter eundum voluntariorũ manu non parua auctum. Habebat Liuius castra tunc ad Senam Gallicam. Quingentos inde ferme passus Hastrubal aberat. Ibi paululũ est inter duces addubitatum, cõtinuo ne confligendũ esset, an expectãdũ vt miles longis itineribꝰ fessus reficeretur. Verum Claudio negante rei discrimen vllam pati dilationẽ, sed vtendũ esse hostium errore, quũ nec Hãnibal sciret sibi rẽ cũ paucioribus esse, ne Hastrubal cum pluribus fore, signũ pugnæ pponunt. Descendit Pœnus in æquum acie dimicaturus, interim priusquã signa canerent progressus in primã aciem, vbi vetera scuta & strigosiores equos in acie vidit, multitudo quoq; maior solita cõspecta est nouitate rei territus pugna abstinuit, mandatq; simul ex aquatoribus, si fieri possit, aliquẽ exceptũ duci ad se, vt ex eo scisciteret, ecquibus nouis copijs auctus esset hostiũ exercit⁹? q; simul obseruari iubet an castra aucta essent, an duobus prætorijs signa canerent. Vbi vero pluribus signis exploratum habuit, qd' homo militari scientię peritissimus sua sponte fuerat suspicatus, mirari secũ quid esset, ꝙ cõsul fratrẽ fallere potuisset, vereri simul ne qua ille clade affectus sibi occurrere nequiuisset, ipse q; iam perditis rebus serũ auxiliũ venisset: suspicari interdũ ne literæ quas ad fratrẽ de suo aduentu dedisset, ab hostibus essent interceptæ, atq; ita Hannibale inscio ad se opprimendũ alterũ cõsulẽ festinasse. His anxius curis noctu, extinctis ignib⁹, mouet castra: vbi vero illuxit, & ad Metaurũ ventũ est, dũ in reperiendo vado qua copias traijceret retardatur, nam quãto longius a mari abscedebat, eo altioribus ripis coercitus amnis minus erat vadabilis, satis spatij datum est Romanis ad hostem assequendũ. Nero prior cũ equitatu assuit, inde L. Porcius prætor cum leui armatura. Herebat vestigio Liuius cum robore copiarũ, sed quũ primi fessum agmen carperent, incursandoq; pluribus locis incesserent, Pœnus amisso itinere in tumulo flumini propinquo munire castra est conatus. Cæterũ legionum interuẽtu, quũ iam vndiq; premereꝫ, ab opere ad prælijũ conuersus, quãtũ rpis & locorũ angustia patiebat Gallos Neroni, qui finistrũ cornu tenebat, opponit, ipse aduersus Liuium dextro cum Aphris & Hispanis constitit. Ligures in medio accepti post elephantos qui in fronte constituti erant. Primo itaq; inter Hastrubalẽ & Liuiũ concursum, nam cũ Gallis haud ita facile concurri potuit collẽ obtinẽtibus. Elephanti anteſignanos ab initio turbarunt, submouerũtq; signa loco. Cresc̃te deinde certamine, beluæ clamoribus perculsę, inter vtraq; aciẽ primo ancipiti statu versari, velut naues sine gubernaculo, modo huc modo illuc ꝓtactæ. Claudius interim vbi a suo cornu nihil geri posse vidit, hostibus munitore se loco tenẽtibus, aliquot subsidiarijs cohortibus occulte circunactis, sinistrũ hostiũ cornu a tergo inuasit. Ibi Hispani Aphricq; in medio cæduntꝫ Mox & Ligures cũ strage dissecti, p ueneratq; iam cædes ad Gallos, qui vigilijs fatigati, & vt gens est laborũ impatiens, ægre sustinebãt festa æstu corpora, feratq; iam dimidium diei. Sitis & calor hiantes hostis victoribus cædendos capiẽdosq; affatim præbebant. Elephanti plures a recto ribus quã ab hoste interfecti, qui eos vbi sæuientes regi amplius nequiuere, ne in suos cũ pernicie ruerent, scalpro inter aures ictu mallei adacto interfecerunt. Ea breuis via reperta est, ad tantam beluæ molem subito conficiendam, Hastrubaliq; id fuisse inuentum credidit Liuius. Qui nunc suos hortãdo, nunc castigando, pluribus locis pugnam reparauit, nihilq; eo die est ab eo prætermissum, quod ad imperatorem optimum pertineret. Verum vbi Hastres perditas vidit, ne tot milibus hominum superesset suum nomen & imperium secutis, dignus Hamilchare quo natus erat patre, dignus fratre Hannibale, equo in confertissimum hostium agmen adacto

Equites ab Hastrubale missi capiuntur.

Festinatio Neronis ad hostem.

Nero occulte ingreditur collegæ castra.

Liuij cõsulis dictum.

Neronis celeritas.

Hastrubalis pertinacia militari.

Hastrubalis castra.

Publica lætitia.

Initiũ pugnæ ad Metaurũ

Hãnibalis vox ĩ subito dolore.

Elephantorũ cædes.

Hastrubalis fus.



acto mortem occubuit. Nunquam eo bello vna acie plures cæsi dicuntur. Quinquaginta, sex milia hoim interfecta, quinq; milia capta, &. CCCC. Liuius autor grauissimus scribit. Nec victoria Romanis paruo cõstitit, octo milibus hoim ea acie amissis. Ingens pręda parta est, auri & argenti immensum pondus. Postridie nunciatũ est Liuio Ligurũ & Gallorũ consternatã manũ domũ abire sine duce ac pene inermẽ, modico eqtatu immisso, aduersũ occidione occidi posse. Sint inquit ille, aliqui hostiũ suæ cladis nũcij, nostræq; virtutis testes. Adeo hostilis sanguinis satietas victores ceperat. Nero nocte quæ pugnã secuta est, a Liuio digressus, haud minori celeritate quã venerat ad suos reuertitur, tãta oĩm populorũ lætitia, quacunq; iret, vt præ nimio gaudio vix hoĩes animorũ compotes essent. Post Neronis discessum quotidie magistratus vrbis, cum vniuerso senatu, in curia a prima luce ad vesperã permanserant, euentũ pugnę expectantes. Matronæ in templis esse, supplicijs deos & voris fatigantes. Anceps primo fama solicitæ ciuitati accidit, victos ingenti prælio hostes, duo id equites ex eo exercitu qui erat in faucibus Vmbriæ attulerunt, venisse in ea castra qui consulũ victoriã nunciassent. Primo id magis auribus quã animis acceptum, vt quiddã maius ac lætius q; satis credi posset. Secutæ inde L. Manlij Acidini literæ, qui ex eisdem castris id idem scribebat, ad quem nunciũ tantus concursus est in curiã factus vt tabellarius cum literis ad patres ingredi non posset, clamante multitudine vt literæ publice recitarentꝫ Secuti inde legati, quibus continenti agmine ab vrbe ad Miluiũ pontem præ nimia lætitia est ciuitas obuiã effusa. Tum literæ sunt in senatu recitatæ, inde & in foro in concione populi, vnde ab alijs in alia est templa discursum, vt dijs gratularentꝫ Multi domũ ad liberos & coniuges cum lætitia reuersi publicum gaudium nunciant. Supplicatio in triduũ decreta, vix credi possit quantum ea victoria mutatus sit ciuitatis status, velut iam debellatũ in Italia esset, vendẽdo, emendo, mutuum dando, creditũ soluendo, nõ aliter q; si oĩa pacata essent ciues inter se negocia cõtrahere cœperunt. Claudius Nero vbi in castra venit, Hastrubalis caput proijci ante hostiũ stationes iussit, ducibq; Aphros vinctos in Pœnoꝝ conspectũ & ex his duos solutos ire ad Hannibalem permisit eiq; nunciare quid illis diebus ad Metaurũ geri cõtigisset. Pœnus tam atroci nuncio perculsus, agnosco inquit fortunã Carthaginis, castrisq; repẽte motis in Brutios concessit, subductis præsidijs ex oĩb⁹ locis quæ tueri non poterat. Metapontinos ad hæc & Lucanos, qui sue ditionis erant, propriꝰ sedibus excitos, in extremum Italiæ traduxit angulum.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO ENNEADIS QVINTAE, LIBER V.

NEC in Hispania post Hastrubalis digressum multo res quietiores fuere, qn bellũ sub Hannonis accessum, qui cũ nouo exercitu in eius locum ex Carthagine fuerat missus, latius exarsit. Bina in Celtiberia hostes castra fecerant. Syllanus cũ .X. milibus peditũ, equitibus quingentis, citato agmine ad eos missus, pene prius in conspectũ venit, q; adesse diceretꝫ Hãno cuius castra ex destinato petebantꝫ ad primũ tumultũ, quatuor milibus scutatorũ in fronte cõstitutis, leuẽ armaturã in subsidijs locat, in hos vix dũ munitionibus egressos, Romani pila conijciunt ꝓlioq; cõminus cõserto, loco rũ asperitas nõnihil victoriã retardauit. Neq; em continua acie pugnabat, virgultis, vepribusq; ordines dirimentibus, bini singuliq; inter se manum cõseruerant. Cæterũ eadẽ res q; ab initio adiumẽto fuerat hostibus, postq; fusi sunt impeditiorẽ reddidit fugã, barbarosq; ad cædẽ multo opportuniores reddidit. Scutatorũ legione cæsa, leuis armatura & qui ex alteris castris tumultu & clamore excitiauxilio aderant, fugã capessunt. Hãno cũ magno suorũ numero est captus. Alter imperator Mago q; cũ oi eqtatu, postq; fortunã inclinare vidit, sese periculo subtraxerat, decimo post die in Gaditanã puinciã delatus, cũ Hastrubale Gisgonis copias iunxit. Scipio Syllano ob rẽ bene gestã laudato, haud multũ inde cõmoratus, ad Hastrubalẽ ire pergit, ad cuius aduentũ Pœnus cõtinuo in vltima terras cõcessit, distributoq; in vrbes exercitu Gadis trasecit. Scipio vbi bellũ dissipatũ vidit, qa longũ erat ad singulas vrbes circũagere exercitũ, relicto L. Scipione fratre cũ .X. milib⁹ peditũ & mille eqtibus, ad Origin vrbẽ in Messesum finibus oppugnãdã retro abijt. Ille post fratris digressum, quũ tertiã copiarũ ptẽ hostiũ mœnib⁹ admouisset, validęq; Hispani muros tuerentꝫ essentq; in magno discrimine q; muros subierat, cõfestim reliquũ copiarũ oppidanos longiore iã pugna fatigatos iubet inuadere. Origenses metu pculsi, relictis muris, veriti ne ad vnũ caderent, si vi hostis in vrbẽ irrupisset, scutũ altera manu habentes ne nuda corpora irritato hosti obiicerẽt, dextera inermi sublata, vt appareret nõ bellũ sed pacẽ exposci, patefacta repente porta, sese vltro Romanis offerũt. Cæterũ siue res sit parũ aiaduersa, siue dolus suspectus fuerit, nõ aliter cesi sunt, q; si cõflicturi in apertũ pcessissent. Oppidũ eodẽ impetu est captũ, duo milia hostiũ cæsa. Romanus victor. CCC. oppidanoꝝ q; clauserãt portas, cũ Punico pfidio in vincula cõiectis, cæteris qbus fortuna belli pepercerat, nõ solũ veniã dedit sed liberũ etiã oppidũ restituit, atq; ita puincia egregie obita, cũ exercitu se ad fratrẽ recepit, q; dimissis in hyberna legionib⁹ (instabat em hyems) Taraconẽ cõcessit, vũ Hãnonẽ & cæteros captiuos nobiles Romã cũ L. Scipione fratre misit. Eadẽ æstate iterũ Leuin⁹ in Aphricã transmisit, ibiq; extremos Carthaginis fines, atq; Vticensem orã pdatus, quũ Sicilia repereret, in .LXX. Punicas naues incidit. Ex ijs decẽ & septẽ captis quatuor in alto demersis cæteræ fusæ fugatæq; sunt, ipse cũ ingẽti pda victricique classe Lilybæũ reuersus est. Hæc expeditio tã similis priori vi deꝫ vt Liui⁹ q; vtriusq; victoriæ est autor, merito in suspitionẽ venire possit, vt velut eorũ oblitus quę scripserat, bis idẽ posuerit. Potuit & annaliũ varia tio in causa esse, q; alij alio tpe rem semel gestã tradiderint. Principio æstatis qua hæc gesta sunt, P. Sulpitius cũ rege Attalo, q; cũ Aeginæ hybernauerat, Lemnũ transmisit, quorũ conatibus Philippus occursurus, Demetriadẽ ad mare descendit, etsi regis animꝰ alioq; haud invnã belli curã distrahebat, nã & Achęi opẽ implorabãt aduersus Machanidã Lacedemoniorũ tyrannũ qui in Argiuorũ finibus castra fecerat, & Aetoli Romana societate fręti ferociꝰ q; antea Philippi rebus incubuerãt: ex Macedonia quoq; tumultuose nunciabatꝫ Scerdilaidã & Pleuratum in armis esse, Medosq; Thrachum gentẽ motam. Interim Attalus ex Lemno, maritimã Maceꝺoniæ

Syllani victoria.

Pœnorũ ducũ fuga.

Origẽsiũ deditio.

Leuini ĩ Aphrica expeditio.

Philippi & Attali gesta in Græcia.

doniæ orã populatus, Heracliã quo fuerat Panæto liũ indictũ, proficiscit. Philippus ad eũ hostiũ conuentũ disturbandũ, Scotusam magnis itineribus cõtendit. Hic quũ Aetolicũ cõciliũ dimissum audiuisset, segetes iã propemodũ maturas, in Aeniano sinu fœda populatiõe vastauit. Inde Philippo Demetriade reuerso Attalus & Sulpitius a Pepareto Nicęã transmisere. Ex Nicea Oreum petierunt. Ea prima vrbium Euboeæ ad læuã occurrebat, Euripũ Euboicũ ex Demetriaco sinu petentibus. Rex a terra vrbem expugnare est adortus, & Romani a mari hostẽ premebant, & iã Attalus ex composito auersa parte ferociter instans oppidanorũ in se oculos verterat, quũ Plator regis pfectus a mari Romanos in vrbẽ accepit. Oreenses subito metu perculsi, in arcemq; refugientes in medio cæsi sunt. Macedonũ pſidium Platore id petente incolume est dimissum. Sulpitius præsenti successu elatus Chalcidẽ oppugnare cõstituit eoq; classe admota infestã stationẽ intuitus, mare eũ in angustũ coactum, vt duo ab vtraq; erupi parte fieri portus videantur, in ora sibi inuicẽ cõuersi. Nec ibi vt fama ferebat septies die, qđ & Plinius scribit, statutis horis huc mare & illuc cõmeare tunc animaduersum est, sed montium propinquitate subitis ventorũ flatibus, procellisq; alterutrius pelagi cõcitari fluctus, temere in fretũ depelluntur. Quum nec̃ statio tutaviderẽtur, nec̃ oppidũ pſidio Vacuum, omisso oppugnandi consilio, ad Locridis emporiũ transmisit. Nec Macedo multo post suis auxilio terrestri itinere affuit. Est eũ Chalcis, etsi in insula sita, adeo tñ arcto interscinditur freto, vt ponte cõtinenti iungatur, terraq; aditum facilioręm habebat quã mari, tam proxima illa est Bœotiæ, vnde olim motu fuit terræ abscissa, vt Cyprus a Syria, Sicilia ab Italia, Bel bicus a Bithynia, Leucosia a Sirenum promontorio. Vehementiores motus terræ in causa fuisse creduntur, cur hæc loca, sint terris adempta, vt quędã eadem de causa eisdem reddita, vt Antissa olim insula Lesbo iuncta, Zephyrũ Halicarnasso, Etusa Mindo, Domistos Mileto. Philippꝰ deiecto Aetolorũ ex Thermopylis præsidio, Scotusam vsq; progressus, hostibusq; in Heracleã cõpulsis, iterũ ad hostem agmine rapto profectus, parũ abfuit quin Attaliũ oppresserit, qui Opunte ex Locris capto, quũ in diuidenda præda esset occupatus, Philippi accessu tumultuose nunciato, inermis sese ad naues receperit. Philippus ad mare vsq; progressus, nauticis anchoras remolientibus tumultũ iniecit, deos hoiesq; incusans q tanta sibi opprimendi hostis occasio esset manibꝰ elapsa, Opuntẽ ingressus oppidanos ex eadẽ ita increpuit, qui hosti tam facile cessissent. Nec ita multo post Attalus, quum Prusias Bithyniæ rex sui regni fines ingressus diceretur, Aetolico bello omisso, in Asiam traiecit, & Sulpitius sese cũ nauibus q̃ quinq; &.XX. erant numero, Aeginam recepit, post cuius digressum Philippus Thoronẽ occupauit. Tenebant eã vrbem profugi a Thebis Phthioticis, qui veteri patria a Philippo capta eã sedem ab Aetolis incolendã acceperant. Aliquot ignobilibus oppidis post Thoronẽ captis, quum Elantiam venisset, vt ibi audiret Ptolemæi & Rhodiorũ legatos, qui de bello cum Aetolis soluendo acturi venerant, subitis excitus nunciis, Machanidã Spartanũ Eleis ludicrũ parantibus imminere, in Peloponnesum per Bœotiã & Megarã mouit. Machanidas, audito Macedonis aduentu, in Laconiæ fines exercitum duxit, de cuius discessu Philippus factꝰ certior, ad Achæorũ cõsiliũ qđ Aegiũ fuerat indictũ diuertit, vbi quũ multa de se magnifice disseruisset, illud testatus dicit, difficile sibi dictu videri, vtrum audacius a se bellũ gereret, an ab hostibus fugacius, & ab Opunte Attalũ sibi manibus elapsum, & Sulpitiũ a Chalcide, & tunc postremo Machanidã ab Elide fuga seruatum, manifesta hostium cõfessione habere eos nequaq; sibi pares, breui & victoriã habituros, certo scire se eos nihilo meliore euentu quã spe secũ dimicaturos. Magnifica Philippi oratio haud mediocriter socios in certã spem victoriæ erexit, ipse cũ Achæorũ nauibus, & quas suo nomine parauerat, vt Punicæ classi iũgeret, q̃ in auxiliũ venerat, ad Erytras. Aetolorũ transmisit, vnde modica quidẽ ad littus præda abducta (nã Aetoli, qui illius aduentũ præsenserant, cũ pecore in profundas & deuias refugerant syluas) Macedo Corinthũ primo, inde per ipsas fere hostiũ stationes Chalcidẽ nauigauit, vbi collaudata ciuiũ fide, cp Romanis nõ cessissent, Cassandreã abiit, hiccp carinis centũ longarũ nauiũ impositis, ingentem vim opificum operi adhibuit, inde quũ omnia circa oram Græciæ, post Attali discessum, quietura essent, vt Dardanis bellũ inferret, in diuersam Macedoniæ partẽ cum exercitu transijt. Huius æstatis exitu Liuius & Claudius Nero consules, ob rem ad uersus Pœnũ prospere gestã, decreto patrũ Romã ambo vno tẽpore venerunt. Eos circunfusa multitudo nõ solũ salutauit, sed dexteras etiã victrices, quæ Ro. po. salutem peperissent, certatim osculati sunt ciues. Inde senatu ad ædem Bellonę illis dato, quum petijssent vt pro re bene gesta dijs immortalibus gratiæ agerentur, sibiq; triumphus decernerentur, responsum est; & eos iusta petere, & senatum libenter ea decreturum. Supplicatio igitur ambo rum nomine indicta, permissumq; vt vtercp triumphans in vrbem ingrederetur. Liuius in cuius prouincia res gesta est, eiusq; auspicijs pugnatum, curru est inuectus. Nero equo sedens, multo maiore celebritate & fama, quã collega est ante conspectũ ciuitatis præteruectus. Eum prædicabant sex dierũ spatio Italiæ longitudinẽ emensum, atq; eodẽ die cum Hastrubale illum in Gallia dimicasse, quo ab Hannibale in Apulia, velut in proximo sederet, timebatur. Itaq; vnum consulem, pro vtraq; parte Italiæ aduersus duos duces, duos potentissimos exercitus satis fuisse, hic præsentia ibi fama rẽ Romanã sustinuisse. Iret itaq; Liuius, curruq; sublimis, multiiugis si vellet equis pter ora ciuiũ veheretur, vnius equo verum per vrbem triumphum vehi. Per hos spectantium sermones illi in Capitolium deuecti sunt. Consularia inde comitia habita, quibus L. Veturius Philo, & Q. Cæcilius Metellꝰ sunt consules creati, ambobusq; Italia prouincia aduersus Hannibalem, eo anno decreta, qui tertiusdecimus secundi belli Punici fuit. Cæterum priusquã noui cõsules in prouinciam profecti sint, prodigia quæ sub id tempus facta dicebãtur, procurare sunt iussi. In æde Iouis duo angues foribus allabi visi fuerant. In Antiati metentibus cruentæ spicæ apparuisse ferebantur. Cere porcus biceps natus, & agnus masculus idemq; & fœmina. Albæ duo soles visi. Lux Fregellis noctu oborta. Bos in Romano agro locutus. Ara ad hæc Neptuni in circo Flaminio multo sudore manauerat, & vestalis ignis extinctꝰ, quapropter virgo, cuius custodia tũc erat, flagro admota est. His rite pcuratis, quoniã metus submotꝰ erat ab Roma & Latio, & res Romana in dies melior fiebat, senatus consulto plebs compulsa est in agros remigrare, qui plures annos metu hostium coli desierant. Consules in prouinciã pfecti, quũ ex Cõsentino agro per angustũ saltũ exercitũ grauem

Res a Sulpitio in Græcia gestæ.

Freti Euboici natura.

Insulæ abscissæ.

Insulę iũctæ.

Attalꝰ pmodũ a Philippo capit.

Attali trãsitus in Asiam.

Ciuiũ pdicatio de Clausio Nerone.

Cõsules

prodigia

Scipiõis stratagema.



grauẽ præda abducerent, subito Brutiorũ & Numidarũ incursu, turbato agmine & pda & milites pene in discrimen venere, maior tamen tumultus fuit cp pugna, legiones pmissa præda incolumes in apertũ euaserunt. Inde in Lucaniã pfecti omnẽ gẽtẽ sine certamine in fidẽ recepere. Cũ Hãnibale nihil rei eo anno gestũ, quippe qui nec̃ ipse vspiã se Romanis obtulit, nec̃ cõsules eũ lacessere sunt ausi, tanta in vno duce vis esse credebaꝫ, vt oĩbus circa illũ ruentib⁹, magno tamẽ terrori esset hostib⁹. Nec mirũ, in nullo imperatorũ maior viguit soler tia, q̃ tanta in vno extitit, vt quũ tot annos, in hostili terra exercitũ ex omni colluuione gentiũ mixtũ rexit, quibus nõ lex, nõ mos, nõ lingua vna fuerit, alius quidẽ habitus, alia vestis, alia arma, alij ritus, alia sacra, ita tñ arcto vinculo oĩm aios copula uit, vt in summa stipendij & rerũ oĩm penuria, nulla fit expertus seditionẽ. Eratq; hic in Italia rerum status. In Hispania Hastrubal Gisgonis filius, post Barchinos duces oĩm eo bello ducũ celeberrimus, ex Gadibus in continentẽ reuersus, delectu in vltiore Hispania cum Magone habito, ad. XL. milia peditũ, & quatuor equitũ & quingentos ad arma conciuerat. Quidam septuaginta armatorũ milia fuisse scribunt, adeo ea terra, quum bellacissimis hoĩm ingenijs, tum virorũ fortiũ multitudine ad reparandũ bellũ fuit ferax. Prima oĩm terrestrium puinciarũ a Romanis inita est, atq; oĩm postrema, Augusti principis ductu & auspicijs, domita. Cum hoc armorũ apparatu Pœni duces ad Silpiam vrbem eo cõsilio fecerunt, vt cũ hoste, sub eius accessum, cõfestim acie cõfligerent. Scipio ad hanc noui exertitus famã ex Taracone excitus Castulonem primo venit, inde cum quinq; &.XL. milibus armatorũ ciuiũ sociorũq;, ad Betulã progressus, in eũ metari incipientẽ Masinissa & Mago, cum omni equitatu, imperũ fecere, turbassentq; militẽ operi intentũ, nisi equites, qui in hos casus instructi post montẽ stererant, velut ex insidijs coorti hostiũ impetum pressissent. Fuitq; equestris pugna aliquan diu atrox, donec miles in prælium eductus subito uit primo hostẽ gradu, inde late fudit, fugauitq;. Secũda inde certamina aliquot Romanis, quoad Hastrubal prior copias in aciem eduxit. Scipio & ipse continuo militẽ exaduerso instruxit, inde silentiũ vtrinq; fuit. Hinc Pœnus, inde Scipio expectabãt, vt ab altero prius signũ, ad concurrendũ, dareꝫ. Atq; ita vtraq; acies per diẽ immota stetit. Id quũ plures dies fecissent, star entq; tã hi quã illi ad prælium instructi, ita vt tam Romani quã Pœni mediã aciẽ tenerent, in cornibus socij locati essent, Scipio vt vidit oĩbus ita persuasum, vt eo ordine quo steterant, esset aliquando cõfligendũ, mutatis ordinib⁹ pugnare constituit, ait; ita prima luce pransos equites cũ leui armatura in hostium stationes misit. Ipse socijs in medio acceptis cornua Romanarum legionũ robore firmauit. Hastrubal tumultu excitus pmisso equitatu quo ordine cõsueuerat peditẽ eduxit. Fuit equestris pugna quoad acies inter sese ad q̃ngentos passus, pxime stetere. Tũ Scipio receptis equitibus, atq; in subsidia post cornua locatis, iubet Hispanos, q̃ in medio erãt, presso pede in pliũ pcedere, ipse a dextro cornu aciẽ extẽdit, missis qui Syllanũ & Martiũ instruerent, vt in̄aduersa parte idẽ ipsi facerent, atq; ita sinuata acie prius cornibus est cõflictum, cp media hostiũ acies, vbi erat omne veteranorum robur, cũ socijs Romanorum, qui segnius ire in prelium iussi fuerant, manum cõseruerit. Stetit itaq; Pœnus, innixus scuto ad multum diei immotus, media Romanorũ acie cõgressum de industria retardante, quoad in illum fame & æstu languentẽ elephanti a Romanis in suos iaculãdo auersi impetũ fecere. Tum suo loco submota acies ad colles vsq; seruatis ordinibus cessit, ibi quũ Romanus præter spem acrius instaret, nec̃ locus nec̃ ducis præsentia formidini obstitit, soluta acie hostes per saltus & abrupta loca diffugiũt. Pręcipua pars fugã in castra inclinauit. Ingens pluuia, quæ interim cœlo effusa est, Romanos a castrorũ oppugnatione arcuit. Secundũ eã pugnã Attanis Tudertanos Regulus, cum magna suoꝝ popularium manu, ad Scipionẽ transijt. Hastrubal veritus ne vnius ex emptũ cæteri secuti ad hostes deficerent, silentio noctis mouit castra, Betiq; superato ad oceanũ flexit iter. Scipio abeuntẽ secutus, primo agmen immissis equitibus retardauit, retardatũ legiones quę haud multo post superuenerunt, ferro cõficiunt, ingens ibi cædes edita. Hastrubal cum aliquot milibus hominũ in editũ collẽ sese a fuga recepit, vbi positis castris aliquot dies obsidionẽ pertulit. Demum Magone ibi relicto, ipse nauibus occulte paratis (nã haud procul inde mare aberat) Gadis noctu trãsmisit. Nec Mago multo post & ipse pſidio loci excessit. Tum vero qui cũ ducibus eo fugerãt (fuerũt ad. XI. milia numero) partim ad Romanos transiuere, partim a ducibus deserti fuga in suas ciuitates dilapsi sunt. Scipio, qui Syllano ad eam obsidionẽ relicto aliquanto antea discesserat, multis interim gẽtibus & populis in fidẽ receptis, Taracone retro abijt. Atq; ita Scipionis ductu & auspicijs Pœni, anno quarto decimo secũdi belli Punici Hispania cessere, L. Scipio cum multis nobilib⁹ captiuis Romã a fratre missus, receptæ Hispanię nunciũ attulit. Cæterũ quũ ea victoria vulgo oĩbus specio sa & ingens videret, solus Scipio præijs quæ animo conceperat, præsentẽ successum pro re nulla habebat. Iam eñ ad Aphricã & ad decus finiendi belli aĩm adiecerat, ad quod ipsum vt via aliqua aperiret, Syphacẽ Massesulorũ regẽ (ea gens est Maurita niæ affinis, e regione nouæ Carthaginis in parte Libyæ sita) in partes belli trahere cõstituit, misitq; ad hunc primo Læliũ cũ donis, eratq; tunc ille Carthaginiensiũ socius, verũ donis captus, spec̃ prosperioris amicitię, Lælius benigne cõplexus, ad Scipionẽ cum his mandatis dimisit. Fore vt de fœdere & amicitia facile transigi posset, si imperator ipse ad se veniret. Præstitit id Scipio intrepide, nec multo post cũ duabus triremibus & Lælio, ex noua Carthagine pfectus, in Aphricã traiecit. Accidit vt eodẽ tpe Hastrubal ex Hispania pulsus, cũ septẽ triremibus, & Scipio regiũ sint portũ ingressi. Syphax pclarũ sibi quidẽ & honorificũ credidit, cp duorũ potentissimorũ populorũ duces, vno die, sua amicitiã petitũ venissent, pro magno q̃ habuit negocio hospitali mensæ vtriq; adhibere. In vno loco ambo duces accubuerũt. Cæterũ tãta erat in Scipione comitas, ingenijq; in alloquẽdo dexteritas, vt nõ Syphacẽ mõ Romanis moribꝰ insuetũ, sed Hastrubalẽ infestissimũ hostẽ sibi facile conciliarit, multoq; maior mirabiliorq; fit Scipio illi corã visus, cp añ fama, & rebus aduersus se & alios Carthaginienses duces in Hispania gestis fuerat. Miraręi eximiam hostis indolẽ. Credere simul Hastrubal Syphacẽ, Scipionis opera, breui in Romanoꝝ ptibus futurũ, cũ gemitu testatꝰ inter suos, Hispanijs amicis iã de Aphrica rerinenda Carthaginienses cogitare oportere: Scipionis cõsilia eo tẽdere, vt per Syphacẽ Romanis armis Aphrica aperiret. Scipio fœdere cum ipso icto nõnihil tẽpestate iactatus, quarto die Carthaginem ad suos rediit. Hinc Syllano ad Castulonem

Pœnorũ fuga.

Cædes Pœnorũ

Cedunt Pœni possessione Hispaniæ.

Hastrubal Scipionis dolẽ miratur.

lonem oppugnandā missō, ipse cum cætero exercitu ad Illiturgim concessit. Hæ duæ vrbes etsi tum metu quiescebant, ad omnes Pœnorū motus, vt pote Ro. nomini præter cæteras Hispaniæ ciuitates infestæ credebantur defecturæ. Stimulare ad id Romanorū animos Illiturgitanorū iniuria, q̄ duobus Scipionibus paucis diebus in Hispania cæsis, Romanū p̄sidiū fœde trucidassent. Huc Scipio copias admoturus, milites hortat̄ infandā cōmilitonū ne cē fortiter vlciscerent̄, & in omne tēpus atq; omnibus gentibus documētū sancirent, nequis vnquā Romanū ciuē, militēve, in vlla sibi fortuna iniurię opportunū duceret. Milites vltionis cupidi, muros hostiū ferociter subire. Hostes rati suppliciū a se nō victoriā expeti, nō solū ab initio portas claudere, sed tanta animorū ptinacia certarūt, vt aliquoties sint Romani a muris cū cæde & ignominia depulsi. Scipio indignitate rei motus, militē increpās inter primos, nō sine aperto vitæ discrimine, muros subijt. Manifestū ducis periculū vniuersum agmen in pugnā reuocauit. Ibi scalis hauo vno loco erectis, per saxa & tela superne deiecta, murū miles obtinuit. Capta & a tergo eodē tēpore vrbs est, nullo, ob loca inaccessa, præsidio firmata. Per rupes & abruptos scopulos pauci fixis per crepidines clauis primi alios manu extrahentes, postremi subleuantes, in summū euasere. In medio itaq; hostes cæsi. Sæuitum in omnē sexū & ætatē, ne ab infantib⁹ quidē ferrū ira abstinuit. Vrbs incensa & euersa est. Ad Castulonē inde Scipio duxit. Mitior ibi victoria fuit, nā præterquā q̄ minor erat Castulonensiū noxa, vrbs ipsa sub ipsum ducis accessum, est per Cerdubellū quendā Hispani sanguinis dedita. Missus inde Martius ad cæteros populos, siqui adhuc indomiti erant, subigendos. Ipse dux ad soluenda diis vota, gladiatoriumq; munus in memoriā patris edendū cōcessit. Hic nō a lanistis, vt assolet, væ nalis sanguis quæsitus, sed voluntaria gratuitaq; fuit pugnatiū opera, in gratiā Scipionis. Alij a regulis missi, alij ex prouocatione in certamē descenderunt. Nōnulli, quū disceptando verbis litē diffinire nequiuissent, ferro decreuere cōditionē, vt res victorē sequeret̄, & in his Corbis & Orsua Ibenses paTrueles fratres de ciuitatis principatu inter se ābigētes, qui celebri pugna, mortalibus documentū dedere, quātū regni cupiditas malū sit inter mortales quod cognatas armet fraternasq; inter se manus, deq; vita disceptare cōtra ius naturæ impellat. Victoria fuit apud Corbim, q maior natu erat. Is vsu & peritia armorū facile stolidas supauit vires. Additi gladiatorio spectaculo funebres ludi. Martius interea, Bethi superato, Cirtim sine vi vlla bellica recepit. Astapā inde petijt. Fuerat ea ciuitas semper Carthaginiensiū, p̄cipuūq; gerebat in Romanos odiū, in quor̄ nomē, quū implacabili esset ira, memorabile sub hostiū accessum facinus est ab oppidanis editū, filios & vxores, & oēm imbellē multitudinē cū p̄tiosa supellectili, in forū cōtulere, collatā, arida lignorū materia in speciē grādioris pyræ circunuallant, q nquaginta inde iuuenib⁹ mandāt, dira execratione adhibita nisi imperata fecissent, si (qd' nollent) se ad pugnā egressos superari cōtigisset, confestim ferro in multitudinem grassati, pyræ ignē inijcerent, neq; d carissimarū rerū ad hostes peruenirent. Ipsi subita eruptione in Romanorū stationes facta militē inopinata returbatū in castra cōpellunt, vallū inde subeūt vertūtq; oēm in se exercitū, certatū nōnihil est ancipiti marte, postremo Hispani multitudine victi, ad vnum cæduntur: qua suorum clade animaduersa, iuuenes qui in vrbe erant imbellem multitudinem ferro conficiunt, pyram incendunt, incensæ se ipsos cum armis inijciunt. Superuenit Romanus victor crudelissimo spectaculo. Multi, qui cupidate interfulgentis auri proximę rogum adiere, vrgentis a tergo multitudinis impulsu partim igni correpti sunt, partim insigniter ambusti. Et Astapenses hunc exitum habuere. Scipio interim graui morbo implicitus, adeo periculo proxim⁹ fuit, vt totā Hispaniā fama puaserit eum vita decessisse, q̄ res in causa fuit vt p̄ter alios Hispaniæ motus, Mandonius & Indibilis prouincię statū turbare adorti sint, & octo milia militū, q ad Sucronē statiua habebāt, vt ijs p̄sidio essent, qui cis Iberū incolunt, stipendiū sibi nō redditū causati Tribunis seditiōe electis C. Albiū Calenū, & C. Actiū Vmbrium sibi duces creauerint. Noui motus autores imperij insignia fasces & secures suis imminētes cernicibus suscipere ausi, sociorū fines cupiditate p̄de infestabāt, imperabātq; p̄ximis ciuitatibus pecuniā, superbeq; exigebāt. Cæterū vbi Scipio cōualuit, Mandonius & Indibilis in suos fines cōfestim abierunt, ipseq; imperator, cū copijs Sucronē profectus, seditiosum exercitū, pro cōcione, increpuit. Verūtamen uero testatus multitudinem mari simil̄ esse qd' vt venti & auræ cieāt, ita tranquillū esse cōtingat, aut, p̄celloſū. Vt pœna igit̄ ad paucos, exemplū ad plures peruenirent, autores seditionis, qui quinq; &. XXX. numero fuerunt, ante tribunal destitutos, primo virgis iussit cædi, inde cæsos securi p̄cussit, adeo oībus metu torpētib⁹, vt nō modo nō ferocior vox vlla aduersus supplicij atrocitatē, sed ne gemit⁹ q̄dē exaudiret. Sumpto de his supplicio, stipendiū est oībus redditū, milesq; nouo sacramēto adactus. Sub id tp̄s Hāno, ex Gadib⁹ in terrā digressus, cum quatuor milibus armatorū Bethim vsq; processerat Hispaniæ statum quoquo modo solicitatur⁹. Hunc L. Martius primo cōgressu fusum ac fugatum, p̄uincia expulit, & Lælius ali quanto antea a Scipione missus, cum classe Carteiā appulit. Est ea vrbs in oceani ora, vbi primū ex angustis faucibus panditur mare. Fuerat em̄ per Gaditanos quos dā spes facta, futurū, vt si Romana classis eo appelleret̄, sine certamine Romani Gadibus potirent̄, p̄rstitissentq; inter se principū autores, nisi cōiuratio ad Magonē indicio delata, ante Lelij accessum fuisset a Pœno oppressa. Est tū nonnihil a Lælio in aditu oceani, cum sep̄ Punicis triremibus dimicatū, quas Atherbal erat p̄fectus, a Magone missus, vt Gaditanos qui p̄ditionis cōuicti fuerant Carthaginē deferret. Tumultuaria fuit pugna, vtpote hic, vbi plus æstus freti, q̄ remi aut nauis gubernaculum posset, sic quoq; duæ Punicę sunt suppressæ, & vnius latus cum tota remorū serie deterſum. Lælius vbi quæ facta erant Gadibus audiuit ne assidendo frustra ēs tereret, Carthaginē redijt. Mandonius & Indibilis, qui alicētulū q̄euerāt. Sucronenſis seditionis euentū expectaturi, vt si militi bus venia data esset, ipsi quoq; in fidem redirent ducis clementiā secuti, vbi in eius motus autores atrociter ſæuitum fama pertulit, desperata venia cū quinq; & viginti milibus peditū, duobus equitū, in Sedetano agro castra faciunt. Scipio suos pro concione hortatus, testatusq; se ad latrones & latronū duces, non ad hostes ire, vt his oppressis pacata ex omni parte prouincia cum oībus copijs Romā ad triūphū decederet, Carthagine p̄fectus decimis castris ad Iberum peruenit, mox eo superato, quatriduo post, cum hoste castra contulit. Hic primo lui est armatura dimicatum, mox militum procursatione iusta fuit pugna, eaq; Romanis prospera.

Ad quam

Scipiōis ferocia

Illiturgitanor̄ excidium.

Singularis pugna Corbis & Orsuæ.

Astapensium morabile facin⁹.

Indibilis p̄cliō vincitur.

Aiaduersio Scipionis in capite seditionis.

Scipiōis & Masinissæ cōgressus.

Lelius ad āgustias Gaditani freti, p greditur.

Magonis ex gadibus in Italiā p̄fectio.

Indibilis & Mādonij motus.

Mago cū cæde a Carthagine repellitur.

Suffeces crucifigūtur.



Ad quam cladem tantū absuit, vt victi hostes quic quā de pristina ferocia remiserint, vt postero die prima luce in aciē descenderint. Scipio quia in angusta valle tota acies explicari nō poterat, Lælium circunagere equitē post colles iussit, atq; a tergo hostibus pauorē incutere. Id quū ille gnauiter fecisset quicunq; hostiū in valle dimicauerant, equites ac pedites ad vnū sunt in medio oppressi, perpauci q in collibus steterant fuga seruati sunt, & cum his Indibilis & Mandonius, qui omni spe armorū potstremo abiecta, Romano imperatori sese tradiderunt. Mandonius ab Indibili fratre missus ad præsentē culpā deprecandā. Ambo perfidiæ increpiti in pristinā sunt amicitiā recepti, necq; arma illis adempta, necq; ob fides imperati, stipendiū tantū sunt iussi in præsens soluere militibus. Rebusq; in hunc modū alibi compositis, Martio in vlteriorē Hispaniā præmisso, Scipio cū parte copiarū Syllanū Taraconē ire iubet, mox ipse cum paucis suorū vestigia secutus ad oceanū ire pergit, ibi excōpositō cū Masinissa in colloquiū venit, qui vt occultius id fieret, audito Scipionis aduentu cū Magone egit vt in continentē prædatū ire liceret, causatus equos corrūpi longo ocio, & insulæ feracitate. Equitatu igitur in terrā expositō, tribus ad Scipionē missis, quorū duos obsides retineret, tertium secutus, cum paucis si ita videret, Romanus imperator ad cōstitutū locū veniret. Præstitit id Scipio nihil grauate, atq; ita ambo congressi, vterq; alteri fuit admirationi, ob ea quæ in Hispania ad id tempus ambo gesserant. Cæterū Scipionis præsentia multo maior visa est barbaro, quā fama ferebatur. Nā prætercq; q̄ florenti erat ætate Scipio, maiestas plurima illi inerat, quā virilis habitus & promissa cæsaries adornabant. Ob hęc, quū nonnihil attonitus stetisset Masinissa, tādē Scipioni egit gratias q̄ fratris ad se filiū remisisset. Sic Liuius, quod nō possum nō mirari, quū supra sororis eū nō fratris fuisse filiū scripserit. De amicitia inde inter eos & fœdere actum, Masinissa victoriā pollicente, si Scipio cū exercitu in Aphricā traijceret, sed vt is congressus clam Magone esset, Scipionis permissu Masinissa ex sociorū finibus ingentē prædā hostiliter abegit. Nec Mago multo post cū classe, quā Gadibus habebat, in Italiā ire iussus, atq; ibi ex Gallis ac Liguribus mercede conductis, nouū exercitū cōficere, quo pro vi ribus bellū gereret, quū Hispaniæ orā legeret Carthaginē nouā nocturno p̄lio tentare cōstituit, an eā subito accessu posset recuperare. Nec Romanos qui ibi erant latuit hostiū cōsiliū. Emuero classis, inter diu ex alto conspecta fuerat, & ex agris trepide nunciatū erat hostes aduentare. Stationibus itaq; circa muros dispositis robur copiarū intra portā, quę ad stagnū & mare obuersa est, ad eruptionē paratū cōstitit. Pœni nauibus silentio appulsis, quū maiore tumultu q̄ vi muros subijssent, porta cōtinuo patefacta, Romani cū clamore & impetu erūpunt, hostemq; ad primū telorū coniectū turbāt, turbatum præcipiti fuga multaq; cæde, ad naues agunt. In ipsis quoq; nauibus est nonnihil trepidatū ne hostes promiscue irrūperent, trahunt scalas, orascq; & anchoras, nequa in moliendo mora esset p̄cidunt, multi in aquas præcipitati, quū tenebris & metu impedientibus, haud tutus patuisset ad naues recursus, ad duo milia hoīm inter muros & littus postridie sunt reperta. Qua clade territus Mago retro ad oceanū redijt, ibi Gadib⁹ exclusus, Gaditanorū Suffeces & q̄storē sub fide, per speciē colloquij, ad naues accitos, verberibus dissectos cruci affixit, inde digressus in Pyrtusam insulā tendit, benigne ibi acceptus remigium suppleuit, insulanis iuuētutē & arma vltro dantibus. In maiorē inde Balearių cursum intendit, vnde hostiliter eiectus in minorem hyematur⁹ transmisit. Gaditani post Magonis discessum, continuo in Romanorū fidē concesserūt, quibus receptis, quū nullus amplius hostis esset in Hispania, Scipio prouincia decessit, L. Lentulo, & Manlio Acidino, cum exercitu ad eius præsidium relictis, ipse cum decem nauibus Romam reuersus, in æde Bellonæ, vbi senatus est redeunti datus, de oībus rebus a se in Hispania gestis disseruit. Quoties collatis signis dimicasset. Quot oppida ex hostibus vi cepisset. Quas gentes in populi Romani ditionem redegisset. Quatuor duces, quatuor exercitus Pœnorum a se deletos. Hispaniam totam Romani imperij factam. Pro quibus magis tētata est spes triumphi, quam pertinaciter perita, quum nemo ad id tempus, qui sine magistratu res gessisset, triumphans esset vrbem ingressus: equo itaq; sedēs vrbem intrauit, prætulitq; sibi. XIIII. milia pondo argenti. CCCXLII. signati præterea numerum ingentē. Comitia inde consularia habita, magnoq; oīm fauore Scipio ad quē videndū multi mortales Romā cōfluxerant, cum P. Licinio pontifice maximo creatus est consul. Sicilia Scipioni extra sortē data. Brutij Crasso, q quū pōtifex esset, Italia nō poterat abesse. Scipio centū boues in Capitolio ex vo to immolauit. Concessum etiam, vt & ludos quos in Sucronensi seditione vouerat, ex publica pecunia faceret. Inde Saguntinorum legati sunt in curiam introducti, qui multa de fide sua in Po. Ro. & excidio ciuitatis locuti, multo maiorem se Romanorum clementiam & benignitatem expertos testati sunt, quam sua fides merita esset. Q̄ per eos patria, q̄ ager, q̄ libertas sibi restituta esset, quapropter vt senatui populoq; Ro. gratias agerent se a Saguntinis missos, & vt vna gratularentur, q̄ res Romana in certissima esset spe victorię, ob hęcq; coronā aureā victorię dono attulisse se, quā vt sibi dedicare liceret, senatū magnop̄e p̄cati sunt. Sūma ei⁹ oīonis fuit, vt patres ipsi rata habere vellēt, q̄cunq; Romani imperatores in se beneficia ptulissent. Nā & Turdetanus ager a Saguntinis fuerat Scipionibus addictus. Responsum est Saguntinorū in Romanos fidem, rursus Romanorū in Saguntinos eā p̄senti bello exitisse, vt documento oībus esset gētibus futura. Imperatores suos rite ac recte fecisse, q̄ omni beneficiorū gñe Sagūtinis socijs fidelissimis cōsultū voluissent, eaq; senatū populūq; Ro. oī tpe rata habiturū, & ia inde pro ratis habenda in perpetuū decernere. Permittere ad hęc vt donū in Capitolio ponerent. Inde locus lautiaq; præberi iussa & dena milia æris in singulos data, datiq; duces vt Italiam per ocium viderent, ac passim publice literę daręe, vt vbiq; benigne acciperent. Inde ga rumor erat Scipionē Po. rogaturum vt sibi Aphrica prouincia decerneretur, si a patribus negaretur, Fabius Maxim⁹ longa sup ea re habuit oīonē, qua patrib⁹ ostendit nō expedire reip. priusq; hostis esset Italia eiectus, bellū in Aphricā translatū iri, q̄n ita sit natura comparatū, vt prius mortales sua defendant, quā aliena oppugnare incipiant. Pacandā proinde prius esse Italiā q̄ Aphricā bello īcessendā, priusq; timorē domo, ppulsandū, q̄ vltro alijs inferendū. Renouata inde Attili reguli memoria, q cū exercitu in Aphrica perijt, & Niciæ Athenienſis qui bello in Sicilią translato Athenienſiū opes in ppetuū afflixit, facile senatū in sententiā traxit, ne Scipioni Aphrica decerneretur. Cui ille quū nihilominꝰ vehementem orationem contra habuisset, videre

turq;

turcq; pstare in pposito, Q. Fuluius q quater cōsul fuerat a Scipione quæsiuit, vt palam in senatu diceret, esset ne eo statuturus qd patres de prouincijs decernerent, quum ille se qd e repub. esset facturū respondisset. Non inquit ignarus eram quid respō surus facturus ve esses, quādo nihil obscure præ teferas, re tentare nō consulere senatū, vt nisi prouincia quā velis tibi decreuerit, confestim plebem roges, quare tribunos aduersus tuū istud incœptū appello. Altercatione deinde inter cōsulem & patres orta, petijt diem Scipio ad cōsultandū de re tota cū collega. Postero die patrib⁹ pmisit, vt de prouincijs q̄ vellent ipsi decernerent. Decretum vt Scipionis Sicilia prouincia esset, haberetq; XXX. rostratas naues, cum quibus si videret e republica futurum, in Africam trāsmitteret, ita paucitate nauiū Scipioni facultas, ex Fabij sentētia, adimi visa est ī Africam trajciendi. Cæterū caritate patriæ, an gloriæ potius æmulatione, Fabius id Scipioni negandū censuerit, haud quisquā facile dixerit. Scio tamen nullū fere vnquā in aliqua republica militari gloria fuisse, qui nō domi sit aperta simultate petitus. Sic Themistocles Athenis a Phocione oppugnatus, Sic Lysander Lacedæmonius ab Agide, sic Hānibal ab Hannone. Sic postea a Catone C. Cæsar, adeo gloria sine inuidia esse nō potest. Scipio postquā delectus habendi copiā sibi ademptā vidit, petijt vt saltem voluntarios secum trahere liceret, qd quum facile obtinuisset, incredibile dictu est, q̄to oīm Italiæ populorū studio sit ipse ad eam expeditionem adiutus, aliorū alia vltro præbentiū, frumētū, arma, milites, pecuniā: oīaq; tanta celeritate acta vt. XLV. die, quā materia syluis detracta est, naues instructæ armataeq; in salo steterint, ipseq; nihil moratus, cum septē milibus voluntariorū triginta longis nauibus in Siciliam sit profectus. Mago sub id tempus ex minori insula Balearium, vbi se per hyemem tenuerat, cum. XXX. rostratis nauibus, onerarijsq; plurimis, duodecim peditū milia, & duo æquitū, in Italiā deportauit, improuisoq; in Liguriā appulsu, Genuā nullis tū munitā præsidijs occupat ac diripit, prædaq; Sauonę Alpino oppido deposita, Epanterios mōtanos in Ingaunorū Ligurū gratiā oppugnat, cū qbus fœdus pcusserat. Multos ille ex Gallia & Liguria, fama sui nominis, ad bellū cōciuit populos, cuius opes quū in dies, magis q̄ rutū Romanis esset, augerent, Marcus Valerius Leuinus cū duabus vrbanis legionibus Aretium processit. Eratq; bellū per hęc in Liguria renatū, quū octoginta Punicę nanes, cōmeatu honustę, in Italiā ad Hannibalē cursum intenderāt. Has circa Sardiniā intercepit C. Octauius eius insulæ prætor. Valerius Antias Ligusticа prædа honustas fuisse ait, q̄ a Magone Carthaginē mittebant. Hac æstate, quæ. XIIII. fuit secundi belli Punici, nihil memoria dignū est in Brutijs gestū. Hannibal circa Laciniæ Iunonis templū castra habuit, vbi aram deæ dedicauit, cū titulo rerum oīm a se gestarū, Græcis Punicisq; literis sculpto. Interim Scipio in Sicilia, Siculorum nobiliū sumptu, qui ad tercentum numero iussi secum militare, qa Aphricanam militiam grauarentur, totidem equites ex ijs qui se ex vrbe secuti fuerant, instruxit. Frumentum preterea Siculis ad alendum exercitum imperauit, veteres naues refecit, omnia summa cura & diligentia parabat, quum in Hispania ab Indibili renouatum est bellum. Contemptui ille Romanorum ducum, qui tum erant in Hispania, ratus venisse tempus liberandæ Hispaniæ, cum quatuordecim milibus armatorum in Ausetanis campis consedit.

Cōtētio inter Scipionē & fratres.

Ducum æmulationes.

Quo apparatu Scipio ī Siciliam trāsierit.

Ara Hannibalis ad Iunonē Laciniam.

Lucius Lentulus & Manlius Acidinus primis Barbarorum motibus occurrendum rati, & ipsi haud multo post, iunctis exercitibus, in hostium conspectu metati sunt. Nec longior inde mora fuit, in aciē vtrinq; est vno tempore descensum, fuitq; pugna ab initio anceps. Postremo hostis a Romano equitatu circumuentus in medio est cæsus, vix mille acie euaserunt, cæteri ad vnum occidione occisi sunt, & cum his Indibilis defectionis autor. Ea clade fracti Ilergetes, Mandonio & cæteris belli autoribus ad supplicium traditis, arma & seipsos Romanis dediderunt. Atq; hunc exitum habuit bellum, quod ab Ilergetibus eximprouiso exarserat. Lælius interea in Aphricam cum parte nauium a Scipione missus, circa Hipponem copias exposuit, sub signisq; miles in hosticum egressus est, qui in agris conspectus, tantum terrorem hostibus incussit, vt non minus sit Carthagini trepidatum, quam si Scipio castra ad vrbem admouisset. Vulgo ferebatur Scipionem non Lælium adesse, actumq; de re Punica credere, ducem inuictum exercitum in Libiam deportasse, breui futurum, vt Aphrica velut Hispania nuper armis subacta, Carthaginem ipsam oppugnet, nec præ nimia consternatione poterat aliquid salubriter consuli. Verū vbi Lælius adesse dictus est, nec tota cū eo classis, remittente metu confestim militē in vrbe & agris conquirunt, & Magoni grandem pecuniam decernunt, vt conducto quam maximo posset exercitu, ad Hannibalem penetraret, amboq; iunctis copijs, Romam contenderent, darentq; operam vt Scipionem Aphricę imminentem ab incœpto auerterēt. Sunt & ad Philippum regem missi qui grande argenti pondus illi pollicerentur, si in Siciliam aut Italiam cum classe transmitteret. Hæc illi. Lælius late omnia populatus, copijs ad naues cum præda reductis, quum iam ex Aphrica soluturus esset, a Masinissa qui ad famam Romanæ classis ad mare occurrerat, conuentus est. Hic ille multum questus de longa Scipionis mora identidem hortatur, vt primo quoq; tpe in Aphricā cū classe & exercitu trāseat, eā cunctationē quū Romano populo ad victoriā nō parū officere, tū sibi admodū piculosam q̄ iā dudū graue bellū sustineret, veniret tm Scipio atq; certā spem secū ferret, fore vt breui tota Aphrica potiret, q̄ ob crudele & auarū ipsoꝝ imperiū val de esset Carthaginiēsibus infesta. Cū his ad Scipionē mandatis & p̄da ingenti, Lælius in Siciliā est reuersus. Nec ita multi dies intercessere, q̄bus Romani Locros receperūt. Erant duæ Locrorū arces, quarū altera est a Pœnis retenta. Ea res vno tpe Scipionē & Hannibalē ad suis opem ferendā excuit, iā & Locrenses Punicū imperiū pertæsi, in medio positi fauorē ad Romanos inclinabant. Hannibal Romana arce parū feliciter tentata, vbi consulē adesse sensit, inde mouit castra, iussis q; in altera arce erāt, vti cōmodius possent, suæ saluti cōsulerēt. Illi periculo qd instabat perculsi domos arci propinquas incēdunt, vt fumo hostibus prospectū adimerent, moxq; auersa parte murorum dilapsi consternato agmine abeuntes, suos ante noctē assequunt. Scipio sumpto de ijs supplicio, q̄ autores fuerant defectionis ad Pœnos, necq; se publice Locrensibus dare quicq; dixit, necq; auferre, Romā irent, eā fortunā habituri, q̄ senatus censuisset. Ipse Q. Pleminio, p prætore ad p̄sidiū vrbis relicto, Messanam traiecit. Cæterū Pleminius, & q̄ cū eo erāt, multo crudelius q̄ Pœni sunt Locrenses vexare adorti, nihil oīm, q̄ inuisas opes potentiorū faciunt, nō ppetratū est in oppidanos ab duce & militibus. In ipsorū Locrensium

Hispano rū, & Indibilis ędes.

Carthaginiensiū metꝰ.

Masinissæ māda ta ad Scipionem.

Cōsules.



Pleminij sæuitia.

Proserpinę thesauri.

Exercitꝰ Ro. pestilentia ab sumitur.

Mater deū accersitur.

sium corpora, in liberos, in coniuges, infandæ contumelię editæ, nec auaritia minor libidine, quippe q̄ ne a sacris quidē Proserpinæ thesauris abstinuit, quos quū Pyrrhus rex olim violasset, magno cōmissi sacrilegij piaculo, manubias in id sacrū retulisse ferebatur. Quin & Romani ipsi, qui in præsidio erāt, seditiōe agitati media vrbe inter se armis dimicarunt, violatusq; est Pleminius, nasoq; & auribus ferro desectis, semianimis a militibus est relictus, ad quā seditionē cōprimendā Scipio Locros profectus, cognita causa, Pleminiū absoluit, tribunosq; ei tradidit, qui cū ipso in vrbe hostiliter cōsisterant, vt eos sub custodia Romā mitteret. Ille recentis iniuriæ impatiēs, post Scipionis digressum deditos crudeliter necauit, atq; insepultos proiecit, pari crudelitate in Locrensiū principes vsus qui ad Scipionē de sua iniuria questū iuisse dicebātur, inde iræ indulgens eo vsq; sceleribus & flagitijs patrandis processit, vt nō sibi solū, sed ipsi quoq; imperatori qui ea pateretur, infamię & dedecori esset. Romanus interea exercitꝰ, qui in Italia erat Pœno obiectus, tam graui morbo cōflictabatur, vt P. Licinius consul Romā scripserit, breui futurū, vt milites cōtagione ad vnum absumerētur, nisi exercitus solueretur. Cæterū quia iam Hannibal in hyberna cōcesserat, permiserūt patres, vt Licinius faceret, quod e rep. futurū arbitraretur, & Romæ q̄n sæpius eo anno fuerat lapidatū, decēuiri ex Sibyllinis libris carmen in apertum retulerunt breui Ro. po. victoriam ex hoste habituru, si matris Idæę numen, ex Pessinunte Phrygiæ Romā accersent: M. Valerius Leuinus, qui res in Græcia gesserat, cū qua tuor alijs legatis ad id missus est in Asiam. Hi cum Pargamū ad Attalū regem venissent, hospitaliter accepti, Pessinuntemq; adducti, lapidem, quem matrem deū incolæ vocabāt, in naues permissu regis sustulerunt, præmissus est inde Romā M. Valerius Falco, legatorū vnus, qui id Romā nunciaret, mōneretq; patres querendū esse in ciuitate virum optimum, qui venientem deam exciperet. Creati sunt per id tēpus consules M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tuditanus. Ludi Romani ter, plebei septies hoc anno instaurati, qui quintusdecimus fuit secundi belli Punici. Aedē virtutis M. Marcellus Marcelli filius, qui consul ad Venusiam perijt, ad portā Capenam dedicauit. Philippus quia biennio res a Romanis in Græcia fuerāt neglectæ, Aetolos sociorum ope destituros, quibus voluit condi tionibus, ad pacē secū iungendam cōpulit. Cęterū pace nuperrime pacta P. Sempronius Tuditanus procōsul Dyrrhachium, cū triginta rostratis nauibus, & decē milibus peditū, numerosoq; equitatu applicuit, Aetolis opē laturus. Philippus cū exercitu Apolloniā venit, quo Romanus cū copijs processerat, ibi rex quum sub primū accessum pugnæ copiā fecisset, vbi hostem ad certamen elicere non potuit. (Erat enim Semproniꝰ numero militū longe inferior) in Macedoniam concessit. Nec ita multo post per Epirotas de bello iter Romanos & Philippum soluendo cœptū est agi, neq; enim Philippus mediocriter de suis rebus cœperat esse solicitꝰ, postquā Punicis opibus vbiq; fractis, Romani in spem apertæ victoriæ venerāt. Nec ita multo post Romanus dux & Philippus in colloquiū venere, Sēpronius q; has pacis cōditiones Macedoni dixit, vt Parthini, Dimallū, Bargulū, & Eugeniū Roma norum essent. In fœdere autē sunt a rege ascripti, Prusia Bithyniæ rex, Achæi, Bœotij, Thessali, Acarnanes, & Epirotæ. A Romanis, Iliēses, Attalus, Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorū Tyrānus, Elei, Messenij, Athenienses. His conscriptis & obsignatis in duos menses pactæ sunt induciæ, dum legati ad sanciēdam pacem Romā mitterentur, Sempronius compositis in Macedonia rebus in Italiam ad consulatū, quem absens adeptꝰ fuerat, decessit, atq; in prouinciarum ordinatione Scipioni in annum prorogatū est imperiū, cū ijs copijs & classe quā habebat, quanq; Aphrica prouincia occulte illi decreta occultantibꝰ id de industria patribus, ne Pœnꝰ id scire posset. Erat tamē ciuitas in eam expectationē erecta, vt eo anno in Aphricā bellū trāsferret. Multa interim prodigia facta dicunt, duo soles visi, & nox iterluxit. Fax stellę specie ab ortu ad occasum portigi visa. Pluribus locis sacra et prophana sunt de cœlo tacta, pluit & lapidibus, quapropter nouē diale est sacrū de more indictū. Et iā Taracinę legati cū Idæa matre esse dicebant, quū Romæ Scipio Nasica Gn. Scipionis filius, illius q cū fratre in Hispania perijt, Adolescēs adhuc, senatꝰ iudicio optimus ciuiū iudicatꝰ est, ac oīm maxime dignus, qui matrē deā acciperet. Sed qd ille ordo sit pcipue in iuuene secutus parū tradit. Is cū matronarū cœtu ire Hostiā est iussus, deamq; e naui acceptā matronis deferendā tradere. Postea vero q̄ nauis ad ostiū Tyberini amnis accessit, Scipio ī salū naui euectꝰ, simulacrū a sacerdotibꝰ acceptum in terrā extulit. Matronæ primores ciuitatis exceperūt, inter quas Claudiæ Quintiæ insigne fuit nomē ad posteros. Huius quū dubia prius fuisset fama, clara est pudicitia eo ministerio facta. Alij autores sunt, nauim Tyberino vado herentē, quia circūfusa multitudo vario conatu remoliri nō posset, cingulo vnā vestaliū Claudiā secū traxisse, sed horū fides sit apud eos q talia tradiderunt. Dies inde illi sacer fuit, qui Idus Aprilis pxime p̄cedit. Ipsa in æde victoriæ, q̄ in capitolio fuit, locata est, quū nullū ad eā diē illi Romæ esset tēplum. Ro. coloniæ, q̄ sexto ante āno militē dare recusauerant, hoc anno duplicē militū numerū iussit dare coactæ, decretūq; vt quotānis singulæ tria milia æris po. Ro. noīe stipendij pēderēt. Tulit & aliud decretū senatus, vt q in summa æraꝝ inopia pecuniā in mediū cōtulissent, tribꝰ eā pē sionib⁹ ex publico acciperēt. Primā p̄sentes p̄sules numerarēt, reliquas duas, qui tertio deinceps anno ac quinto futuri p̄sules essent. Eratq; tū his curis occupata ciuitas quū decem Locrensiū legati obsiti squallore & sordibus, ramosq; oliuarū, Græcorū ritu manibꝰ habētes, ad cōsulū p̄spectū, q̄ forte in comitio sedebāt, cū flebili lamētatiōe humi pcubuerunt. Querētibus cōsulibꝰ, qui hominū essent, Locrenses se esse dixerunt, ea a Pleminio & Ro. militibus passos, q̄ ne Carthaginienses quidem pati Romanus populus velit, orare vt senatum adire liceret, fieretq; sibi potestas apud patres suas grumnas deplorādi. Hi a consulibus in curiā introducti, vbi quid petererēt dicere sunt iussi, tum ex his maximus natu. Vellē ait patres cōscripti, qn incertū est quo animo sitis nostras hodie querelas audituri, primū oīm illud vobis cōstaret quo modo Locri Carthaginiensibus proditi fuerint, & rursus quo studio & cōsensu pulso Hānibalis præsidio, se vobis Locrēses restituerint, quū defectionis culpa procul absit a publico p̄silio, & ī vestrā deditionē reuersi sim⁹. non solum voluntate, sed nostra etiā opera & virtute, certo scio, si hæc vobis nota sint, multo magis indignemini vestros socios tā indignis & atrocibus cōtumelijs a Qu. Pleminio legato vestro & eius militibus in præsentia vexari. Cæterū alienationis nostrę causam & reuersionis in aliud tps differendā arbitror, quū ob Scipionis absentiā q oīm

Hispanorū & Indibilis ędes.

Carthaginiensiū metꝰ.

Masinissæ mādata ad Scipionem.

Cōsules.

Scipioni Aphrica decernit.

Prodigia

Scipio Nasica Ro. optimus.

Mirū in Claudia vestali.

Locrēsiū legatorū querelæ.

Oratio Locrēsium ad senatum.

a nobis recte ac perperā factorū optimus est testis, tum q̄ qualescunq̄ in vos fuimus, multo atrocio ra patimur q̄ mereri potuerimus. Multa quidē fœda & indigna ab Hamilchare & Punico præsidio passi sumus, sed illa cum ijs, quæ nūc patimur, collata, multo minus atrocia ac pene mitia habenda sunt. Verūenimuero vos respiciatis necesse est peræditas res nostras P. conscripti, aut ne a dijs quidem immortalibus quod precemur aliud quicq̄ superest amplius. Qu. Pleminius legatus q ad Locros a Pœnis recipiēdos missus est, quicq̄ nobis receptis, vt præsidio esset, a Scipione fuit relictus, nostrarū lachrymarū huiusq̄ afflicti & miserabilis status auror est. Nihil in eo, hoīs est, dant animū ad loquendum vltimæ miseriæ) præter figuram & speciem. Nihil Romani ciuis, præter linguā, habitum, & vestitū. Pestis & belua immanis, qualē proximū fretum olim nauigantiū pernicie incedisse in fabulis proditū est, qui si libidinē & auaritiā solus ipse in socios exerceret, vnā ipsius etsi profundā & immē sam voraginem, nostra tñ patientia expleremus. Nunc cēturiones, militesq̄ vestros adeo fœda libidine & licētia corupit, vt promiscue ferarū more rapiāt, occidant, lanient miseros socios, stuprātur matronæ, virgines & pueri ex parentū cōplexib⁹, ad nefandos vsus extorquentur. Quotidie vrbs capitur, quotidie diripitur, exaudiūtur passim puerorum puellarūq̄ ploratus, a suorū cōspectu abstracti, infanda patiūtur. Miretur qui sciat, quo modo aut nos ad ea patienda sufficiamus, aut illos qui faciunt, nondū tantarum satietas iniuriarū ceperit. Et quia nec̄ ego oīa exequi possum, nec vobis vacat singula audire, nulla, vt breuiter dicam, est Locris domus, nullus quidē homo, qui ad hunc diem sit iniuriarum expers, nullū libidinis aut auaritiæ genus est, quod in eorū quenq̄ qui pati potuerunt sit a Pleminio & alijs prętermissum, oīa quę vrbes bello captæ patiuntur, passi sumus P. conscripti, & nunc maxime patimur, quæcunq̄ crudelissimi tyranni in eos quos metu & armis pressos habēt, edere consueuerunt. Vnum est quod nominatim dicā & quod partim religione, partim vestra causa dicendū existimaui, vt rēpu. vestrā religione, si ita videbit, soluatis. Vidimus em̄ quātā cerimoniā, nō solū vestros colatis Deos, sed externos etiā accipiProserpinę rēplū. tis. Est apud nos phanū Proserpinæ multa religione insigne, de quo nimirū aliqua ad vos fama peruenerit: id olim Pyrrhus ex Sicilia reuersus, quum Locris prętrueheretur, ob singularē nostrā in vos fidem, hostiliter spoliauit. Postridie vero q̄ id sacri legium fuerat a rege perpetratū, classe fœda tēpestate iactata, oēs naues, q̄ sacrā pecuniā habebant, nostris sunt littoribus impactę, qua clade rex territus, conquisitā pecuniā in pristinos Deæ thesauros reponi iussit. Nēc illi postea quicq̄ prospere euenit. Multis aduersis casibus iactatus, postremo Argos ingressus infeliciter perijt. Hęc & alia religionis documenta, quum Pleminius & milites qui cum eo sunt, a nobis sępius audiuissent, haud sacri legas abeiusmodi thesauris man⁹ abstinuere, atq̄ nefanda præda se & domos suas cōtaminare ausi, quod scelus priusquam fuerit expiatum, expedit vobis vestræq̄ reipub. patres conscripti, nihil in Italia, aut Aphrica gestum iri, ne quod illi piaculū commiserunt, non tantum suo sanguine, sed publica etiam clade luant, quanq̄ illi furijs sui sceleris agitati, nō paruas Deæ pœnas ad hunc diem expenderunt, sæpius inter se media vrbe hostiliter pręliati, vbi prę ter multorum cædem, Pleminius ipse sacrilegij author, a militibus naso & auribus truncis pene interfectus est, et Tribuni eiusdem furoris participes, ab eo postea sunt crudeliter interfecti, coporaq̄ eorum insepulta iacuerūt, habetq̄ has ab illis pœnas violatum numen, nec prius desinet eos agitare, cū̄ sublatam pecuniam in tēplum reposuerint. Sed nunc & sæpe alias Dea suam est sedem prędenti numine tutata, nostras iniurias vlcisci non potuit, nec possit, alius quispiam volumus cū̄ vos P. cōscripti, ad quorū fidem supplices cōfugimus. Nam quod ad nostra mala attinet, nihil interest vtrum sub Pleminij præsidio Locri posthac vestro iussu sint, an irato Hannibali & Pœnis ad supplicium pop. Ro. iussu dedamur. Nec postulamus vt nobis de absente aliquid credatur, veniat corā ipse, audiat diluat si poterit, ac si quicquam sceleris, quod homo in pominē edere possit, nō ad hunc diem ille in nos edidit, nō recusamus, quin nos oīa eadē si fieri possit, vt pati possimus, iterū patiamur, ipsecq̄ omni humano & diuino scelere liberetur. Quum hæc legati questi essent, rogati sunt a Fabio Maximo, an eas querelas ad Scipionem detulissent. Responsum est missos ad eum legatos, sed eo præsenti apparatu belli occupato, quippe qui autiam in Aphricam transmississet, aut certe non multo post esset transmissurus, Romam quoq̄ sibi mittendum duxisse, prędertim quum semel experti essent quantū apud Scipionem Pleminij valeret gratia, qui cognita se ditionis causa, Tribunos illi vinctos velut ad supplicium tradidisset. Tum Fabius legatis e curia abire iussis sententiam dixit, vt Pleminius vinctus Romā deportaretur, atq̄ eorum quæ legati quererentur conuictus in carcere necaretur, eiusq̄ bona publicarentur. P. Scipio, qui ad corrūpendam disciplinam militarē natus esset, ac regio more militum licentiæ indulgeret, domum reuocaretur, agerentq̄ interim Tribuni plebis cum populo de imperio illi abrogando, & vt Locrenses in curiam reuocati benigne appellarentur, docerenturq̄ ea quę facta essent, necq̄ senatum, necq̄ po. Rom. probare, iussurumq̄ omnia publice & priuatim restitutum iri, adiecit vt & milites qui ibi essent deportarētur in Siciliam, quatuorq̄ Latini noīs cohortes Locros ad præsidiū mitterētur. Assensum fuisset Fabio in his quæ dixerat, etem̄ nō parum inuidiæ conflatū erat Scipioni super id crimen q̄ cum pallio & crepidis dicebatur ociose Syracusis inambulare, libellisq̄ & palæstrę dare operam, corrumpiq̄ eius desidia milites loci amœnitate, nisi Qu. Metelli sententia intercessisset, q̄ vt mitior ita æquior visa est, vt decē legati, cū duobus tribunis plebis & vno ędili, qui quęstionē super ea re haberet, in Sicilia mitterētur, ac tum si ea quæ facta dicebantur vera comperissent, Scipionē prouincia decedere iuberent, aut si in Aphricā transmisisset, duo tribuni plebis in prouinciā irent, eumq̄ duobus legatis cū exercitu relictis, Romā deportarent. Senatusc̄ōsulto in hāc sententiā facto, legati Locros profecti, primū oīm conquisitā diligenter pecuniā in sacrario reponendam curarūt, ac si qua nō extitit ex publica adiecta est, vt rite sacrilegium expiaretur. Milites inde Vrbani prętoris edicto, qui cum legatis eo venerat, iussi sunt sine armis vrbem egredi, permissum est Locrensibus, vt omnia sua quæ in illorum tabernaculis agnoscerent, per ocium reciperent, indepotestas omnib⁹ facta est Pleminij & Scipionis accusandi. Pleminio ante legatorum aduentum Scipionis iussu iniectæ fuerant catenæ. Alij tradunt eum ex fuga a Pōponio prætore retractum, atq̄ in vincula coniectum. Pleminium se accusaturos dixerunt Locrenses, nullam a Scipione in se profectam iniuriam

Perora tio.

Fabij Maximi sententia.

Se. cō. de Scipiōe.

Vincitur Pleminius.



iniuriam, cur de eo cōqueri possent, quin eum esse Scipionem, quē amicum habere malint q̄ inimicum. Pleminius cū triginta alijs sacrilegij & sceleris conuictus, dānatusq̄, Romā ad supplicium est missus, vbi prius vita decessit, q̄ populi sit iudicio damnatus. Scipio vbi legati Syracusas iuere(c) neq̄ enim ignarus erat ad quid venirent) postridie quā vrbē sunt ingressi omnē exercitū terrestrē maritimumq̄ illorū oculis cognoscendū subiecit, decursuq̄ militari, ac nautico conflictu, velut cū Pœnis res ageretur, non solū defidiæ calumniā diluit, sed vehemēter a legatis collaudat⁹, iussus est in Aphricam quod Dij bene verterent, continuo traijcere. Iret ac spei de eo semel præceptæ po. Ro. cōpotem faceret, confessi aut eum ducē & exercitū, aut nullū alium præsenti bello finem impositurū: & ipsi Romam reuersi autores fuerunt, vt senatusconsultū fieret. vti Scipio quoties vellet in Aphricam transmitteret. Sed dum hæc Romę & in Sicilia fiunt, Syphax Sophonisba Hastrubalis Giscōnis filia in matrimonium recepta, ictoq̄ cum Cathaginiensibus fœdere, ad Scipionem misit, qui eum horrarentur vt procul Aphrica vellet cum Pœnis vt antea bellare, nam si in Lybiam traijceret, fore, vt se non hospitem aut socium haberet, sed hostem, qui pro Aphrica in qua natus esset, & pro coniugis patria enixe esset dimicaturus. Scipio veritus ne Syphacis alienatio occultando magis vulgaretur, militumq̄ animos frangeret, legatis in concionem productis, se a Syphace rege cum exercitu in Aphricā per legatos accersi vtiliter mētitus est, proinde ita tuisse se, Dijs bene iuuantibus, primo quoq̄ tempore ex Sicilia proficisci: parārēt itaq̄ se omnes, vt quum datum esset signū, nihil in mora esset. Legatis inde confestim dimissis Syphacē per literas monuit, ne initam cum po. Ro. temere violaret societatem, ne hospitalem fidem, ne Deos conuenrorum arbitros falleret. Ipse classem & copias Lilybęum traduxit, tantus nauium fuit apparatus, vt Lilybætanus portus eas capere non posset. Quantæ fuerunt copiæ ad id bellum ductæ varie proditū scribit Liuius. Qui plurimum prodidere quinq̄ & triginta milia peditum atq̄ equitum posuerunt. Qui minimum decem milia peditum. Qui medium secuti quindecim milia peditum, mille & quingentos equites. Scipio iussis militibus silētium nautis præstare, dexterū cornu tenuit cum L. Scipione fratre & viginti rostratis nauibus. Læuum C. Lælius agebat, præfectus classis onerarias in medio accepit, nulla vnq̄ Ro. classis maiore celebritate ex Sicilia in Libyam transmisit. Multi mortales ad eum apparatum visendū Lilybæum ex tota insula conuenerant, & iam oīa ad cursum parata erāt, quum Scipio ex summa naui Deos precatus, vt eam profectionem sibi populoq̄ Ro. secundarent, cruda victimæ exta, vt mos erat, in subiectos fluctus proijcit: inde cū tota classe profectus, ventis a terra spirātibus, confestim in altum abijt, ad promontorium Pulchri copiæ expositæ sunt. Secundā eam nauigationem Ro. fuisse, cæteri autores tradiderūt: Cęlius oīm vnus nō sine tumultu & sæuitia maris appulsum autor extitit. Classis primo ex alto, inde milites in agris conspecti ingentē maritimis vrbibus terrorē incusserunt, sed præcipuus metus Carthaginem caput belli, inuasit. Confestim tanquam Scipio ad vrbem ad mouisset, ad arma conclamatum, portæq̄ clausæ sunt, vigiliæ & stationes in muris dispositę. Ro. imperator postridie quam ī Aphricā appulit, vrbem Aphrorum satis opulentam cepit: vnde ad octo milia liberorū capitum seruitiorūq̄ captorum in Siciliam misit. Masinissaq̄ principio gerendarū rerum cum ducentis equitibus, nec amplius venit. Quidam cum duobus milibus venisse autores fuerūt. Cæterum quia multis per id tempus iactatus fuerat casibus, regnoq̄ & fortunis spoliatus multo æquius credere est, vt cum paruo equitatu venerit. Fuit Masinissa Galæ filius, qui quum pro Carthaginiensibus in Hispania militaret, patrem amisit, cui Defalces regno successit, is non multo post moriens regnum Capusæ filio adhuc Masinissa absente, per manus tradidit, qui a Mezetillo, viro inter suos populares illustri, regiæq̄ familiæ infesto, armis victus, cum multis occiditur, quo contigit vt omnis Masessulorū gens in Mezetilli ditionem concesserit, abstinere tamen ille regio nomine. Verum frætus Carthaginiensiū amicitia, ex qua vrbe vxorem duxerat, frętus & Syphacis qui pro Carthaginiensibus stabat amicitia, in alieno regno obtinendo perseuerauit. Masinissa ex Hispania reuersus cum Numidarum ala, quæ ad eum venientem se contulerat, Lacumace Regulo, cui regnum deberi Mezetillus prædicabat, primo accessu fugato, Tapsum vrbē cepit. Lacumax adhuc puer ad Syphacem cum modica seruorum manu confugit, & Mezetillus cum suis copijs(c) habebat enim ad quinq̄ & viginti milia hominum in armis) Masinissę veniam pollicenti facile cessit. Syphax Hastrubalis soceri impulsu bellum infert Masinissæ, quem prælio victum, in Balbum montem cum paucis equitibus compulit. Masessulorū quidam cum pecore & familia Masinissam secuti, locorum difficultatibus frœti, se & reliquum fortunarum cum rege aduersus Syphacis iniuriam tuebantur, in cuius ditionem cætera Masessulorum gens concesserat, ex his locis aliquandiu Masinissa Carthaginiēsem agrum latrocinijs subitisq̄ excursionibus habuit infestum, donec Bocchar Syphacis præfectus, cum quatuor milibus ad eum debellandum missus, mōtibus defectum, cum quadraginta equitib⁹ fugientem, ad vrbem Clupeam circumuentum propemodum oppressit, inde saucius medio tumultu cum quatuor equitib⁹ elapsus, ad flumen peruenit, ibi præcipiti metu (hærebat em̄ vestigio hostis) vorticosum flumē ingressus, ægre cum duobus equitibus ad vlteriorem ripam pertendit, duo reliqui in hostium conspectu aquarum impetu absorpti sunt, atq̄ ita ab hostibus periisse creditus, in spelunca quadam plures dies latuit donec vulnus quo grauabatur hærbis sit pene obductum. Tum vero iactationis patiens factus, cum duobus ad paternum regnum repetendum, quod vix ad posteros tam audax facinus inueniat fidem porro ire constituit. Iuncti sunt primo illi aliquot equites, inde vbi, præter spem omnium, viuere dictus est, simulac in cōspectu venit, ad sex milia hominum & quatuor equitū ad eum confluxere, quibus non solum regnū recuperauit, sed Syphacis & Masinissæ fociorum fines multa nominis celebritate vexare est adortus, castris inter Cyrtham & Hipponē loco edito, munitis. Quo Syphax cū filio Vermina profectus, eū magis arte q̄ viri⁹ victū, iterū exercitu & regno spoliat. Ille cū modico equitatu elapsus, ad minorem Syrtim confugit, quo se vsq̄ ad Romanæ classis appulsum tenuit. Tum vero cum ijs equitibus, quos forte circa se habuit, ad Scipionē, vt dixi, venit, a quo benigne est acceptus. Carthaginienses sub primum Romanæ classis appulsum Hannonem Hamilcharis filium cum valido equitatu Scipioni obijciunt: Hastrubalem q̄ & Syphacem tumultuose accersunt. Hanno cum quatuor

Pleminij mors.

Masinissa.

Syphacis legati ad Scipionem.

Lacumax.

Bocchar.

Copiæ Scipiōis.

Quibus casibus iactetur Masinissa.

Scipiōis ex Sicilia digressus

Recipit regnum Masinissa.

Scipiōis appulsus in Aphricam.

milibus equitum Salerā vrbem quindecim milia passuum a Ro. castris occupat. Scipio circa Vticam adhuc erat, q̄ audito Hānonis accessu, Masiniſſam cū paucis equitibus præmittit, q̄ portis obequitando hoſtem ad pugnā eliceret, ipſe poſt altiores tumulos, cū cætero equitatu conſedit. Pœnus temere effuſus dum hoſtib⁹ ſponte cedētibus cupidius inſtat, in medias incidit inſidias. Cæſus eſt Hanno cum mille equitibus, cæteri metu diffecti paſſim, aut cæſi, aut capti ſunt, & in his. CC. nobiles Carthaginienſes. Scipio Salera ab eodem metu capta, præſidioq̄ firmata, ſeptem dies late per hoſticum euagatus, oppidis & vicis quibuſdam occupatis, mortaliū iuxta ac pecorū numerū ingentem ad naues abduxit, q̄ eo die quo fuerat ad Salera proſpere pugnatū, ex Sicilia commeatum attulerant, eas recenti præda onuſtas in Siciliam remiſit, inde Vticam terra mariq̄ eſt oppugnare adortus, vt eam captam belli ſedem in Aphrica haberet. Nec Haſtrubal multo poſt cum triginta milibus peditū, & tribus equitū affuit. Secutus eſt eueſtigio Syphax cū quinquaginta milibus peditū, & decē equitū, motiſq̄ confeſtim ſignis haud procul Vtica bina fecerunt caſtra. Scipio quadraginta diebus ad Vticam fruſtra cōſumptis, ſub hoſtium acceſſum, locum circa mare (exierat iam æſtas) ad hybernandū idoneum cepit. In Italia per id tempus P. Sempronius conſul in Crotonienſi agro, tumultuario prælio cum Hānibale conflixit, milleq̄ & .CC. militibus amiſſis, trepide in caſtra ſe & ſuos recepit, necita multis interiectis diebus, iunctis cū P. Licinio copiis, ex cōpoſito iterū cū Pœno dimicauit, quo prelio primigeniæ fortunæ vouit templū, fuitq̄ proſpera Romanis pugna. Cæſa ex hoſtibus quatuor armatorū milia, paulominus q̄ .CCC. capti, ſigna militaria quadraginta Pœno adempta, qua clade territus Hannibal Crotonē exercitū reduxit. Eodē anno M. Liuius & Claudius Nero cēſores Magnæ matris ædem faciendam in palatio locauerūt. Vectigal etiam nouum ex Salaria annona conſtitutū eſt oneris Liuio plebs retulit acceptum, qui ob veterem damnationem Romanis tribubus adhuc ira tus haberetur, eaq̄ res illi Salinatoris cognomen dedit. Secutum inde fœdum inter cenſores ipſos certamē, ita vt in cēſu agendo vterq̄ alterius equū vendi iuſſerit. Adiecit Liuius aliam maiorem notam, q̄ omnes Romanas tribus, præter Meſſiā, quę nec dānaſſet, nec damnatū conſulem, aut cēſorem feciſſet, cæteras ad quatuor & triginta ærarias reliquit, & quia ſe inſontem damnatum voluiſſent, & poſtquam damnaſſent, conſulem primo, mox cenſorem creaſſent. Hucuſq̄ cenſorum odia proceſſerant, quum Gn. Bæbius Tribu. pleb. vtrinq̄ diem ad populū dixit, ſed conſenſu patrum ambo rum ſimultas eſt oppreſſa, ne nouo exemplo cenſura populari auræ in poſterum fieret obnoxia. Creati inde conſules Gn. Seruilius Cœpio, & Gn. Seruilius Geminus. Quadrigæ aureæ hoc anno, qui ſextusdecimus fuit ſecundi belli Punici, in Capitolio ſunt ab ædilibus poſitæ. In prouinciarum ordinatione imperium eſt Scipioni in Aphrica prorogatum, quoad in ea eſſet terra debellatum. Facta hoc quoq̄ anno ſunt prodigia quædam ac rite procurata. Corui non laceraſſe ſolum roſtris aurum in Capitolio, ſed comediſſe etiam dicebantur, & mures Antij coronam auream arroſere. Locuſtarū vis ingens Cāpanum agrum infederat, nec qua mundi parte profectæ eſſent ſatis cōſtabat. Peate equuleus cum quinq̄ pedibus natus. Anagnię ſparſi primū ignes in cœlum, inde fax ingēs arſit. Fruſinone arcus tenui linea eſt ſolem amplexus, inde orbē ipſi⁹ ſyderis ſua magnitudine cōtractū incluſit circulo. Arpini terra cāpeſtri agro in ingentē ſinū cōſedit. Et his, vt dixi, de more expiatis, tota ciuitas in Aphricum bellum verſa erat, ſtudioq̄ cōmeatus & veſtes ad exercitum conuchebantur. Scipio haud procul Vtica caſtra habebat, tēdebantq̄ hoſtes pro pemodum in conſpectu, eratq̄ nonnihil hyemę cū Syphace actum, vt Romanam ſocietatem reſpiceret. Cęterum niſi rex Carthaginienſes ſecum in fœdus traheret, nullo modo erat bellū ſoluturus. Sed dum legati citro vltroq̄ in caſtra eunt redeuntq̄, calonum habitu miſſi ſunt quidam a Scipiōe, qui hoſtium caſtra ſpecularentur, quæ vbi plurimum arundine & ſtoria conſtare exploratum habuit, ad ea nocte incendenda Ro. imperator animum adiecit. Inde vt ab eo quod parabatur hoſtiū animos auerteret, tumulum occupat circa Vticam, quem ſuperiore anno tenuerat, velut iterum vrbē oppugnaturus, inde ſub noctē præſidio circa tumulū relicto, ne eruptio fieret in caſtra ab oppidanis, ipſe cum robore copiarū ad hoſtem ſilentio profectus, circa mediā noctē proximus illi conſtitit. Hic Scipio parte copiarum Lælio & Maſiniſſæ tradita, vt eodē tēpore Syphacis caſtra inuaderēt, ipſe ad Haſtrubalem cū cætero exercitu ire pergit, non prius quippiā moturus, q̄ Numidarū tabernacula procul vidiſſet incenſa. Obiuerūt gnauiter illi iniunctum munus. Ignis pluribus locis iniectus ſubitū hoſtibus pauorē iniecit, addit⁹ inde terror, multiq̄ velut ad fortuitū incendiū accurrentes, primo oppreſſi ſunt, inde cædes circa portas ac totis caſtris edita, & ex alteris caſtris quæ proxima erant, cōſpectus ignis inermem multitudinē ad opem ferendā temere exciuit. Hos qui cū Scipione erant ſilentio excepros ad vnū obtruncant, caſtra inde aggreſſi, vt in nocturno tumultu, ſtationibus deſerta ſubito occupant, igniq̄n prima tecta iniecto, primo paucis locis reluxit flamma, mox aliis in ignē abeuntibus, fœdum incendiū oīa corripuit. Ambuſti hoſtes iumentaq̄. Fuga & ſtrages ingens continuo edita, ac multo plures in ipſo portarum exitu ſunt ab hoſtibus oppreſſi. Multi mortales alij alio caſu ea ſunt nocte i vtriſq̄ caſtris abſumpti, ad quadraginta milia hominū, aut cæſa, aut ignibus conſumpta traduntur, ſex milia capta, ſigna militaria CXXVIII. equi Numidici duo milia ſeptingenti & amplius, magna vis armorū capta, ea oīa imperator victor Vulcano ſacra incēdit. Haſtrubal primo Vticā, mox verit⁹ ne hoſtibus cū vrbe dederetur, Carthaginē abiit. Syphax octo milium ferme ſpatio ab hoſte, loco ſatis munito, cū ijs q̄ nocturna clade ſecū euaſerant, cōſedit. Liuius ad .XX. milia peditū fuiſſe ſignificare videt & quingēti equites, ſemiermē turbā atq̄ incendio afflatā. Carthaginī ad eā cladē nō minus trepidatū eſt, q̄ ſi hoſtis ad muros caſtra admouiſſet. Senatus a Suffecib⁹ (erāt hi apud Carthaginienſes, qui & Romæ cōſules) in curiā accerſitus, triplicē dixit ſentētiam. Vna pacē quibuſcūq̄ cōditionibus petendā ſuadebat. Altera Hannibalē ex Italia reuocabat. Tertia cenſebat reparandū eſſe bellum, ac Romanorū exemplo in āduerſis perdurandum. Hæcq̄ Barchinæ factionis hoībus adnitentibus tenuit. Nouus delectus eſt habitus, pauciſq̄ diebus Haſtrubal & Syphax cū triginta milibus armatorum iterum in aperto metati ſunt. Scipio etſi ad Vticam oppugnandā oēs vires intenderat, vbi noua hoſtium caſtra in magnis campis eſſe exploratū habuit, parte copiarū ad obſidionem relicta, ipſe cū robore exercitus ad locū

proficiſcit

Hanno pfligat.

Scipio Vticā op pugnat.

Ro. cędes

Pœnorū cædes.

Salinatoris cognomen.

Cenſorū cōtentio.

Cōſules.

Prodigia

Scipiōis cōſilium in oppriměndo hoſte.

Incendium caſtrorum.

Suffecis.



proficiſcitur, quatriduoq̄ poſtq̄ in cōſpectū venit in aciem vtrinq̄ eſt deſcēſum. Primo cōflictu Numidæ & Carthaginienſes ſunt ab vtroq̄ cornu pulſi, in medio quatuor milia Celtiberorum, qui per eos dies mercede cōducti in caſtra venerāt, aliquid negocij vincētibus fecere, deſperata venia, quoad. ſint ad vnū cęſi, victoriā ex cōfeſſo partā remorati ſunt. Ea cædes Syphaci & Haſtrubali ſatis ſpatij dedit ad fugā. Poſtridie q̄ pugnatū erat Scipio Maſiniſſam & Lælium cū Romano Numidicoq̄ equitatu ad ipſos duces perſequendos dimiſit, ipſe interim multas Aphricæ vrbes ſubegit. Carthaginienſes recēſiore clade conſternati, cōſeſtim in Italiam mittunt, qui Hannibalē & Magonem ad opem patrię ferendā in Aphricā euocarent, ſimul quicquid nauium domi erat inſtruunt, vt Ro. claſſem Vticæ hęrentē, ſubito acceſſu opprimerēt. Scipio interim Tuneta locū & natura & opere munitū. XII. milia paſſuum a Carthagine, vnde ad ipſam vrbē patebat aſpectus, occupat. Hinc Punicā claſſem ad Vticam tendentem intuitus, confeſtim ſigna tolli iubet, ne ſuæ naues improuiſo hoſtiū acceſſu opprimerētur. Hic quantū in re ſubita prouideri potuit, quaterno onerariarum ordine claſſem præmuniuit. Stabant præſidiariæ ita inter ſe nexæ, vt ſpeculatorijs nauibus ſpacia relinquerēt ad impetum in hoſtem faciendū, et ad vim, quum opus eſſet, declinandā habilem darent receptum. Quæ in fronte cōſtitutæ ſunt antennis tenaci nexu alligatis ſubli mem pontē habuere, vnde vis telorū ingens in hoſtem cōiecta eſt. Magnū ibi fuit certamē, ad poſtremum pontibus vi ſolutis, ſex onerariæ ſunt ab hoſtibus in altum abductę. Id maius Pœnis fuit, quā pro re gaudiū, q̄ in tot cladibus res ea parte proſpere ceſſiſſet. Sed dum hæc circa Vticā geruntur, Lælius & Maſiniſſa quintodecimo die in Numidiam venerāt, ibi Maſſuli, Syphacis præfecto ſubita defectione eiecto, regē ſuū ingenti lætitia excipiunt. Nec Syphax interea quieuit, qui exercitu breui reparato quantū ad eam diem nullū habuerat, hoſtibus obuiam prodit, ibi primū leuis armaturæ prelium fuit, mox equeſtre certamen ſecutū. Sed poſt eaquā Ro. legionum ſigna illata ſunt, recentiū cladium admonitu perculſi hoſtes fugā capeſſunt. Syphax dum ſuos increpat, pugnamq̄ inſtaurare conatur, equo ad terrā deiecto capit⁹, captus ad Lælium perducitur, cædes minor q̄ victoria fuit. Cæſa ad quinq̄ milia hoīm. Duo milia & quingenti capti. Maſiniſſa cū leui equitatu Cyrtham vrbem regiā petijt, ſequitur Lelius cum robore militū. Cyrthen ſes Syphacē captū intuiti, quem hoſtis vinctum in conſpectu dedit, terrore perculſi portas patefaciūt: ibi Maſiniſſa ad regiam occupandā curſu prouectus Sophonisbam Syphacis coniugē in veſtibuli aditu obuiam habuit, Hæc Maſiniſſam armis & cętero habitu inſignē intuita, regem eum eſſe rata, ad eius pedes procubuit. Dij tibi inquit dederūt, tuaq̄ virtus Maſiniſſa, vt oīa demum quæ velles in nos poſſes, ſed ſi captiuæ apud te victorē, vitæq̄ & necis dominū, vllam licet vocem emittere, ſi genua victricemq̄ dexteram attingere, te precor & obteſtor, per regiā maieſtatē, in qua nos paulo ante fuiſtis, per Deos huius regię, qui te melioribus optō ominibus accipiant, q̄ hinc Syphacem miſerunt, vnū hoc abs te impetrari ſinas, vt ipſe de hoc capite quodcunq̄ liber ſtatuas, nec me in ſuperbiſſimū Ro. arbitrium venire patiaris. Enimuero ſi nunc̄ Syphacis vxor fuiſſem, mallē tū Numidæ viri, & in Aphrica geniti, q̄ alienigenę fidē experiri. Quid Carthaginienſi, quid Haſtrubalis filiæ ab Ro. hoſte ſit timendū vides. Quod ſi nulla alia re pores, vt me ab infeſtiſſimi hoſtis arbitrio morte vindices oro & obteſtor. Erat Sophoniſba inſignis forma, & ætate florenti, quo accidit, vt decoris lachrymis, dexteraq̄ ſæpius petita, ne hoſtibus traderetur, quum iam prope eſſet, vt blandiri potius quā precari videretur, feruidus iuuenis animus, vt Numidarum ſunt ingenia prona in venerem, ex miſericordia facile eſt in amorem prolapſus: dat ergo illi fidē in ea quæ perebantur, quod vt facilius præſtaret, temerariū ab amore cōſilium mutuatus, nuptias in eum ipſum diem iubet parari, ne quid Lælio au Scipioni de ea integrū relinqueret. Peractis nuptijs ſuperuenit Lælius, qui tantū abfuit, vt Maſiniſſe factū probarit, vt parū defuerit, quin Sophoniſbam geniali lecto detractā ad Scipionē miſerit. Cæterū flexus Maſiniſſæ precibus, ſatis in præſentia habuit Syphacem mittere, quē vbi in caſtra adduci nunciatū eſt, oīs multitudo ad eum videndū ſeſe effudit: mirari oēs in eodē maieſtatē nominis, fortunęq̄ volubilitatē. Cæterū mouit quum alios fortuna regis, tum Scipionē ipſum, cuius animū vbi hoſtē ante ſuum tribunal proſtratū vidit, vetęris hoſpitij, dextræq̄ olim datæ & acceptæ ſubiit recordatio. Rex igitur rogatus quid ſecutus Carthaginienſium amicitiā Romanæ prætuliſſet, Tum ille peccaui inquit atq̄ prorſus inſaniui, quū aduerſus po. Ro. arma in dui, ſed tum ille mei furoris exitus fuit nō principiū, tum furialis inquit peſtis domum meā inuaſit, quū Sophoniſbam mihi matrimonio deuinxi, illarū nuptiarum facibus domus mea Scipio cōflagrauit, illa omnibus delinimētis animū recēti amore captū a Romana ſocietate alienauit, nec prius egregia coniunx ab incœpto deſtitit, q̄ funeſta mihi arma induit: verū in hac calamitate & fortuna vnum duntaxat ſolatiū inuenio, q̄ inimico capiti eam matrimonio coniunctā audio, fatis ſcio fore, vt non multo poſt illius impulſu, Maſiniſſa non magis feliciter q̄ ego nuper Ro. nominis fiat hoſtis. Iniecit tam audax Maſiniſſæ facinus Scipioni non paruā ſolicitudinē, nec tuto, nec probabili exemplo id factum arbitrari, q̄ eo die quo primum reginam vidiſſet, ſibi eam matrimonio iungere eſſet auſus, & apud ipſos hoſtium penates nuptiale ſacrū celebrare. Hæc illi animo voluenti, Maſiniſſa & Lælius ſuperuenerunt, quibus hilari fronte acceptis pro concioneq̄ laudatis. Maſiniſſam in ſecretum abductū, & leniter caſtigatū admonuit, parū cōſiderate feciſſe, q̄ Carthaginienſem fœminā Barchini ſanguinis imperatoris hoſtium filiam, iure belli captam, ſibi matrimonio iunxiſſet. Po. Ro. non ſuum eſſe conſtituere, quid de ea fieri placeat. Videat igitur ne voluptas vna multa bona corrumperet. Maſiniſſa nō rubore tantum ſuffuſus, ſed lachrymis etiā obortis, ſe i Scipionis poteſtate futurum reſpondit, inde cōfuſus animo, vbi ſe in ſuū rabernaculū recepit, cum gemitu, vt a multis audiretur, miniſtrū cum veneni poculo ad Sophoniſbam miſit, iuſſitq̄ nunciari Maſiniſſam præſtare illi fidem, quā poſſit, quando quā velit nequeat. Ipſa patriæ memor familiæ, Haſtrubalis patris, duorumq̄ regum, quorū coniunx fuiſſet, ſibi cōſuleret. Accipio inquit illa nuptiale munus, neq̄ ingratum, ſi nihil maius vir vxori præſtare potuit. Sed melius moritura fui, ſi nō nupſiſſem in funere. Ac tantum locuta poculū intrepide hauſit. Poſtquā Sophoniſbæ interitus Scipioni nunciatus eſt, pro magno habuit negocio ægrum Maſiniſſæ animum, familiariter caſtigatū, q̄ magnū erratum aliquanto maiore correxiſſet, & re & ver-

Maſiniſſa Sophoniſbā ſibi iungit

Scipioni Sophoniſbæ intereitus.

bis confirmare. Postridie ad se accitum, pro cone regem appellauit, appellatum aurea corona donauit, patera aurea, curuli sella, & Scipione eburneo, toga picta, & tunica palmata, triumphalibus scilicet ornamentis, quo honore nullus tum maior fuit apud Romanos. Donatus est & Lælius aurea corona, quem Scipio non multo post, cum Syphace & alijs nobilibus captiuis, pulcherrimæ victoriæ nuncium Romam misit. Ipse iterum ad Tunetem castra retulit. Carthaginienses tot cladibus alijs super alias facti, ex triginta senioribus (id sanctius fuit apud illos concilium) legatos ad Scipionem mittunt, de pace acturos. Hi vbi in castra venerant ad ipsius imperatoris conspectum procumbentes, omni belli causa in Hannibalem & paucos Barchinæ factionis viros reiecta, vt Carthagini parceret suppliciter precati sunt. Etsi victoria inquit Scipio in manibus est, vt omnes tamen gentes intelligant Romanum populum iuste bella suscipere, susceptaq; iustius finire, pacem his conditionibus habebitis, vt Gallia & Italia vestri decedant exercitus, nihil vobis rei in Hispania sit, nihil in ijs insulis, quæ mediæ sunt inter Italiã & Aphricam, omnes naues longas, præter viginti dabitis, quingenta tritici modiorũ milia, trecenta hordei, captiuos & perfugas restituatis. Quantũ pecuniæ imperauerit Scipio parum constat, quinq; milia talentorum quidã posuere. Alij quinq; milia pondo argẽti. Nonnulli duplex stipendiũ. Irent ad suos, atq; intra triduum redirent, si pacem his cõditionibus vellent. Carthaginienses dubium studio pacis an vt requies a bello esset in aduẽtum vsq; Hannibalis, pacem haud abnuerunt, missiq; Romã legati cum aliquot persugarum, in speciem optatæ pacis Romæ interea cognitis, quę in Aphrica gesta erant quatriduum circa omnia templa est supplicatum, & Masinissæ legati, qui cum Lælio Romam iuerãt in senatum introducti, benigne auditi sunt. Laudatus Scipio qui eum regem appellasset, muneraq; publica ipsi regi decreta, equestria arma, tabernaculum, & militaris supellex, qualis consulibus parari solet. Legatis quina milia æris, comitibus mille data, vestimenta ad hæc his singula. Bina legatis & lautia decreta. Syphax Albam i custodiam missus. Per id tempus Quintilius Varrus prætor, & M. Cornelius proconsul in Insubribus Magonem Barchinum & Gallos ingenti prælio vincunt. Sex milia hostium in acie cæsa, & Mago dux grauiter vulneratus. Nec Romanis gratuita victoria fuit, duobus milibus & amplius in pugna amissis. Mago haud multo post Carthaginem reuocatus, copijs in naues impositis, in altum delatus, quum Sardiniam præterueheretur, aut certe vix cursu superata ex vulnere quod in prælio acceperat moritur. In Brutijs, Gn. Seruilius consul Consentiam Vffugum, Vergas, Besidias, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Dampetiam voluntaria deditione recepit. Traditur etsi obscura fama, eum in Crotonensi agro cum Hannibale congressum ad quinq; milia hostium cecidisse. Nec multo post Hannibal & ipse auxilium patriæ ferre iussus, frendens fremensq;, ac vix lachrymis temperans, dicitur legatorum verba audiuisse. Iam nihil perplexe inquit, sed palam reuocãt, qui vetando supplemẽtum & pecuniam ad Hannibalem mitti semper retraxerunt. Vicit ergo Hannibalem non popu. Rototies cæsus fugatusq;, sed Carthaginiensis senatus obtrectatione & inuidia. Neq; Scipio tãtum defore mitate mei reditus exultabit quãtum Hanno, qui, quando alia via non potuit, domum nostram Carthaginis ruina oppressit. Inde inutili multitudine præsidij specie in vrbibus relicta, cæpisq; in Laciniæ Iunonis templo, quo se velut in asylum receperant, omnibus Italici generis in Aphricam ire recusantibus, cætero exercitu in naues impositio, quas in hunc vsum iam antea parauerat, velut diuinaret ita futurum, vt Italia excedere cogeretur, non minus tristis, quam si Carthagine exul abijsset, in Aphricam transmisit, se ipsum identidem accusans, q; Cannensi victoria vti nesciuisset. Romę duplex lætitia deinceps fuit, vno fere tempore Magonis morte nunciata & Hannibalis discessu. Erãt qui Hannibalem retẽtum maluissent, ne Aphricanam victoriam suo reditu impediret. Quinq; dies circa omnia templa supplicatum, & maiores victimæ aris adhibitæ, Per eos dies Carthaginiensium legati, qui Romam missi fuerant, vrbem ingredi prohibiti, in villa publica hospitium, & ad Bellonæ templum illis senatus datus. Ibi ob ea quæ petebantur facile apparuit Carthaginienses fraude agere, quum omnia incerta attulissent. Sine respon so igitur in Aphricam sunt dimissi. Seruilius consul Hannibalem Italia excedentẽ in Siciliam vsq; cum exercitu secutus in Aphricam trajicere parabat, vt finiti belli laudem vnus ferret. Cæterum ea res indigna patribus & populo visa, quapropter dictator ad hoc ipsum est Romæ creatus, qui eum ex Sicilia reuocauit, quibus diebus. CC. & triginta naues quibus Gn. Octauius cum commeatu in Aphricam ex Lilybęo transmittebat, tempestate disiectæ. Quæcunq; earum ad Aegimurũ insulã, quæ ab alto claudit sinum Carthaginis, aut ad calidas aquas in cõspectu vrbis compulsæ sunt, quanquã inducię adhuc tenerẽt, a Carthaginiensibus sunt tamen interceptæ. Misit Scipio Carthaginem legatos, qui violatas inducias quererentur. Parum affuit, quin ij qui missi sunt, multitudinis incursu sint discerpti, nauiq; retro ad Scipionem missi Pœnorum fraude excepti, medio mari oppressi essent, nisi naui qua vehebantur littoribus impacta, pedibus ad Scipionem egre abijssent, quorum perfidiã tantum abfuit vt Romanus impator imitari sustinuerit, vt Carthaginiensium legatos, qui in castra cum Lælio non multo post sunt ex Italia reuersi, incolumes domum dimiserit. Hãnibal vbi Aphricam in conspectum habuit gubernatorem sciscitatus, Ecquæ terræ ora oculis occurrisset? Sepulchrũ dirutum respondit, quam vocem ille auersatus, Leptim cursum detorsit. Exijt interim sextus decimus secundi belli Punici annus. Secuti consules M. Seruilius Geminus & T. Claudius Nero, quibus permissum a patribus vt inter se Aphricã sortirentur. Populus tamen Scipionis eam esse prouinciã malebat. Legati sub id tempus ex Græcia a socijs Romam venerunt, querentes suos agros a regijs Macedonũ præsidijs vastari, missi pro inde sunt ad Philippũ legati qui res repeterẽt, nunciarentq; fœdus violatũ videri, q; socij po. Rom. media ter peterentur. Fuit idem annus vrbico incẽdio insignis, quo cliuus publicus est ad solum vsq; exustus, & Qu. Fabius Maximus vir iam grãdis natu, quippe qui. XL. ãnos augur fuerat, moritur, vel ea laude clarissimus, q; totius Italiæ consensu gramis est corona donatus. Et iam Scipio & Hãnibal oĩm gentiũ animos in expectationẽ erexerant duces ad supremũ bellum cõparati, veneratq; Adrumentũ Pœnus cum exercitu, vbi quũ aliquot dies copias refecisset, ad Zamam profectus est. Trepide interm nũciabatur oĩa circa Carthaginem Romanis armis obtineri. Scipio hostium exploratores in Ro

Regalia insignia.

Cõditiones pacis

Syphax Albã relegatur.

Mago moritur.

Hãnibalis ẽrelatio

Carth. legati infecta re dimittũt.

Carth. pfidia.

Omen Hãnibali oblatũ

Fabij maximi inimica teritus.



in Romanis castris deprehensos tribunis tradidit; p tota castra deducendos, vt per ocium omnia explorarent, inde incolumes ad Hannibalem dimisit, quo facile apparuit q; parum Scipio Hannibalis accessu moueretur. Perculit ea Romani ducis fiducia Pœnũ hostem, ac ratus omnia æquiora impetrari posse, si integer pacẽ a Scipiõe peteret, cũ eo in colloquium venit, dubiũ, sua spõte an publico consilio. Valerius Antias prodidit victum a Scipione Hannibalẽ, cæsaq; ex Pœnis ad. XII. milia prius q; mentio vlla soluendi belli sit a Pœno illata, ex cõposito duces castra protulerũt, vt ex propinquo coire possent. Romanus ad Naga darã loco opportunissimo consedit. Hannibal inde tumulum ad quatuor milia passuum cepit. Medio deinceps spatio summotis vtrinq; aciebus, cum singulis interpretibus congressi sunt, ibi vterq; alterius admiratione attoniti, mutuo se aspectu intuẽtes, sine voce aliq; diu constiterunt. Tum Hannibal post mutuam salutationem, multa de varietate fortunæ locutus, q; ipse qui prior bellum intulisset; sæpius victoriam habuisset in manibus, postremo inermis ad petendam pacem processisset, inde clades executus, quas Pœni Romaniq; ad id tẽp⁹ bellãdo perpessi essent, cum quibus longe melius actũ esset, si ab initio tãhi q; illi, suo fuissent contenti, ad pacẽ inter vtrũq; populũ iungendã hortatus est, testatus se humanarũ rerũ mobilitate edoctũ, libẽti⁹ rationẽ secuturũ, q; mobilẽ fortunæ auram: quod vt Scipio faceret, Carthaginiẽsium fortuna documẽto esset, qui paucis annis Italia propemodum domita, Romam oppugnassent, tũ demũ oĩbus mutatis, p patria dimicare cogerent. Sũma eius orationis fuit, vt prius q; in pugnã descenderẽt, itidẽ secum cogitarent, cum quo exercitu & duce sibi res futura esset, vim fortunæ mortemq; communem vtriq; esse, videret ne momento vnius horæ multa simul parta decora euerteret, quod vt caueret Attilij Reguli infelix exitus magnũ præberet exẽplũ, qui quo altius vincendo ascẽderat, dũ suæ felicitati modũ non imponeret, fœdius corruisset. His Pœnus alijsq; plurib⁹ verbis Scipionem in sententiam trahere est conatus. Tũ ille, si Carthaginienses inquit Hannibal, ijs stetisset conditionibus, quas illis nuper dixim⁹, pax haud dubie secuta esset. Verum ob tuum reditum fe roces facti pacẽ, quam suppliciter petierant, nostris nauibus prius interceptis, mox iure gentium in legatis violato irritam habuerunt. Armis itaq; potius decernendũ arbitror, q; vllam pacis mẽtionẽ inferendã, quæ tuorum perfidia nunq; aut fida, aut diuturna esse poterit. Eam fortem habendã, quã dij vtriq; populo dabũt. Quod ad fortunæ mutationẽ attinet, satis sum inquit humanæ infirmitatis memor & vim fortunæ mecũ considero, & simul illud reputo Populum Roma. pia arma induisse: qua propter spero equidẽ eum exitum, quem dij priori bello Punico dederunt, eundem huic ob fœdus a vobis semel atq; iterum violatum esse daturos. Ita infecta pace quum duces ipsi ad suos redijssent, armis decernẽdum pronunciant, arma expedirẽt milites, vnam postremo pugnã decreturam, Romani an Carthaginienses iura sint gentibus daturi, nec Aphricam aut Italiam, sed orbem terrarum victoribus prẽmium proponi, par etiam periculũ victis quũ Romanis si victi essent, nullũ pateret effugiũ, si Pœni, Carthago supremũ casura esset. Multum ac varie vterq; dux suos hortatus, Scipio in pugnã progressus, ita aciem instruxit, vt in fronte hastati manerent, inde principes, Triarijs postremum aciem tuendam assignauit. Lælius sinistrum cornu tenuit cum Italico equitatu, dexterum Masinissa & Numidæ, relictis inter manipulos spatijs, quib⁹ via beluis irruentibus pateret, dato signo, vt eas inter ordines receptas, dextra læuaq; pilis configerẽt, Hannibal octoginta elephantos in fronte statuit, quantum numerum in nulla vnq; acie Pœni habuerant, inde auxilia Ligurum Gallorum Balearibus & Mauris admixta. Carthaginienses & Aphri cum Macedonum legione, in secunda acie constiterunt. Postremo in subsidijs Itali locati. Dexterũ latus Carthaginiensium equitatus clausit, Læuum Numidæ. Diligens inde ducum adhortatio fuit ad milites in procinctu stantes. Nec longior deinceps mora intercessit, Tubis a Romano canentibus, tãtus clamor est exortus, vt elephanti magna ex parte exterriti in læuum Pœnorum cornu præcipites abierint, qua parte Numidas, beluarum strage territos, Masinissa ferociter adortus facile turbauit. Pars elephantorum, quę in aduersam Romanorum aciem inciderat, modico certamine in dexterum Pœnorum cornu auersa, terrorem fuis attulit, auxitq; Lælius, qui & ipse cum Italico equitatu ea quoq; parte hostium præsidio nudauit. Inde pedestris fuit pugna, extemploq; Romana acies duplici successu ferocior facta hostem loco submouit, actiq; sunt primi ad secundam aciem, ibi quum Carthaginienses & Aphri non modo non sustinerent impetum, sed tiubare etiam cœpissent, factum est, vt auxiliares suorum pauore perculsi, in secũdam aciem refugerint, iraq; ab hoste in suos versa, quoniã nõ reciperent, plurimos obtruncant. Ibi Carthaginiẽses, velut duplici plio grauati, multi a suis, plures aduerso hostium ferro in medio cæduntur, eratq; interim tanta hostiũ perturbatio, vt ne Romani quidem quum omnia cæde cõplebar, satis ordies seruarẽt: qua re Scipio animaduersa (nã & principũ signa fluctuare cœperant) Hastatis in medium receptis, hinc principibus inde triarijs firmat latera. Tũ velut noua acie prælio instauratum Romanusq; ob hostilem equitatum vtrinq; pulsum ferocior factus, totoq; militum robore, quod in subsidijs erat cõnixus, vix per se erat hostibus tolerabilis, quum Lælius & Masinissa, qui læua dextraq; pulsum equitẽ fuerant aliquãdiu insecuti, in pugnã reuersi, alacriq; clamore a lateribus incursantes, hostem in fugam auertunt. Tũ vero dissecta est acies, Pœnusq; totis cãpis ab equitibus qui omnia obtinebant, cæsus. XX. milia hoĩm sunt eo die ex Carthaginiẽsibus interfecta, ac pene totidẽ capta, cum centum viginti tribus signis militaribus, Elephãtis quadraginta. Ex victore exercitu ad decẽmilia desiderata. Hannibal hortando suos prælium q; pluribus locis instaurando, tam diu in acie versat⁹ est, quo ad rem semel inclinatam, neq; vi, neq; arte vlla vidit sisti posse amplius, tum demum cum paucis equitibus medio tumultu elapsus Adrumetum confugit, Scipiõis & aliorum iudicio summi imperatoris cõsilio & arte, vt si qñ alias eo die præcipue vsus. Hoc ille velut vltimo virtutis opere edito, quũ Adrumetum se recepisset, Carthaginem accersitus, sexto & XXX. anno, posteaq; puer inde abscesserat, fassus est in curia, se non prælio tãtum, sed bello etiã victum, nec spẽ salutis alibi q; in pace reponendam. Scipio positus hostium castris, C. Octauio Cartaginem cum legionibus præmisso, Leliũ Romã ire iubet, nobilissimę victoriæ nunciũ. Ipse. L. rostratis nauibus, centumq; onerarijs, quas nuper P. Lentulus duxerat, veteri classi adiunctis, Vtica profectus Carthaginẽ petijt. Et iam haud procul inde aberat, quum velata infulis ra-

Scipiõis fiducia.

Respõsũ Scipiõis ad Hãnibalem.

Oratio ducum.

Romana acies.

Prælium.

Hãnibal Cartha. accersit.

Carthagi niēsium legati.

miscꝫ oleæ Carthaginiēsiū illi nauis occurrit, decē legati erāt principes ciuitatis ad petendā pacē missi. His velamēta supplicū porrigētibus, fidēcꝫ imperatoris & clementiā implorātibus respōsum est vt Tunetū irent, ibi Romanū castra habiturū, ipse Carthaginis sitū ad hostium terrorē cōtemplatus, retro Vticam concessit, Octauio cum exercitu ad se reuocato, quo cōsilio non reperio. Interim trepide afferatur Verminam Syphacis filium cū nō paruo equitatu & peditibus multis Carthaginiēsibus auxilio venire. Misit cōsestim Scipio, qui illum appropinquantem subito exciperēt prælio, nauiterꝫ ea prouincia nauata est. Ad quidecim milia hostiū cæsa, mille & ducēti viui capti. equi Numidici mille & quingenti, signa militaria duo & septuaginta. Verminas cum paucis equitibus vix fuga seruatus est. Nec multo post Scipio ad Tunetū reuersus trigināta legatos ex Carthagine ad se missos, pfidiæ increpitos dimisit. postridie a se reuocatos docuit his cōditionibus pacē habituros, si decē milia talentum argenti in quinquaginta annos æquis pensionibus Po.Ro. penderent. Centum obsides fuo arbitrio darent, haud minorem. X. annis nec maiorem XXX. Si frumentū & stipendium auxiliys dū induciæ tenerent. Si naues omnes rostratas traderent, si bellū neꝫ in Aphrica neꝫ extra iniussu Po.Ro. gererent, neꝫ equos neꝫ elephantos deinceps alerēt, onerarias naues nuper captas cum reb⁹ restituerēt. Masinissæ agrum quē ademissent redderent, ipsi tā tū vrbes & agrū in Aphrica haberēt, quem priusꝫ bellari cœptū esset tenuerant. Has conditiones quū tumultuose multitudo audiuisset, & Gisgo ad disuadendā pacē suggestum ascēdisset, ab Hannibale ex superiore loco est vi detractus, que insueta libertatis ciuitati species quum populi fremitū mouisset, perturbatus Hannibal imprudētiam excusauit, ꝙ puer patria profect⁹ leges & iura ciuitatis, vt homo militiæ assuetus, parum calleret. Inde de pace disseruit, cętera executus, quæ præsenti statui rerum conducerēt, pacē vt æquam & necessariam probauit, ac secundum eam concionem autores fuerunt quidam, Hannibalem ad mare descendisse, vbi nauis ad id prius parata erat, sponteꝫ in exilium abijsse, postulanticꝫ Scipioni vt Hannibal sibi traderetur responsum esse, eum exilij nomine solum vertisse. Quidam alij aliquanto postea id factum prodiderunt. Legati ad Scipionem reuersi pacis conditiones probarunt, dataꝫ inde in tres menses inducię, dum Romam irent ad confirmandam pacem, ea conditione vt legatos interim haud alio, cꝫ in Italiam mitterent, nec aliunde missos acciperent, priusꝫ Romanos certiores fecissent ad quid mitterentur. Romæ interea audita hostium rebellione sub Hannibalis aduentum in Aphricam, vehementer fuerat trepidatum, alteraꝫ classis parata, cum qua confestim T. Claudius consul in Siciliam trajceret, & ex Sicilia in Aphricam, vbi par illi esset cum Scipione imperium. Turbabant suspensam rei euentu ciuitatem multa & varia prodigia, quæ per id tempus facta dicebantur. Solis orbis minui visus fuerat, pluerataꝫ lapideo imbri, & in Veliterno agro terra ingentibus cauernis sub federat, arboresꝫ in profundum hausta, quibus omnibus procuratis, Claudius consul cum classe profectus primo in Compsano tractu atroci tem pestate est iactatus, inde circa Sardiniam multo atrocior procella classem adorta, fractis lacerisꝫ nauibus, vix consul Carales in Sardinia tenuit vbi dum naues reficit, mareꝫ intractabile circa brumam esset, circunactus est, illi annus, priuatusꝫ Romam rediit. Romæ interim consules creati erāt Gn. Cornelius Lentulus, & P. Aelius Petus, atꝫ alteri eorum Aphrica prouincia decreta est, si pax cum Carthaginiensibus nō secuta esset, vt ipse mari, Scipio in terra vt antea rem gereret. Auditiꝫ interim Philippi regis legati, qui quum multa perpexe aduersus socios P.Ro. & M. Aurelium, qui illos contra Philippi iniuriam defenderat, locuti essent, superbeꝫ regis nomine postularent, vt Sopater dux, & qui apud Hānibalē militassent, quos Scipio in vinculis haberet, sibi restituerētur: Respōsum est quærere regem bellum, & si pergat prope diem habiturum. Fœdus ab eo dupliciter violatū, & nunc socios Po. Romani eum iniuria lacessere, hostem prętera ab eodē auxiliys adiutum, quare recte faceret Scipio, qui Sopatrum & alios in vinculis haberet, quia pro hostibus in acie stetissent, & M. Aurelium ex sententia patrum socios aduersus regis iniuriam tutari. Cum his Philippi legati dimissi sunt. Auditi inde sunt, qui a Carthaginiēsib⁹ missi fuerant, in quibus erat Hastrubal cognomento Hedus, qui vt Hanno semper fuerat autor pacis, Barchinæ factioni infestus. Is omni ruptorum fœderum iniuria in Barchinæ gentis homines reiecta, quorū importētiæ a bonis resisti nequiuerit, Patres conscriptos precatus est, vt præsenti rerum successu, secundisꝫ rebus modeste ac moderate vterentur, si se atꝫ Hannonem sui ciues audire voluissent, pacis conditiones daturos fuisse, quas nunc suppliciter peterent. Raro hominibus bonam fortunam, bonāꝫ mentem dari. Populum Ro. eo inuictum esse, ꝙ in secundis rebus sapere & consulere meminerit, qui pene plus parcēdo cędvincendo imperium auxerit. Hæc & alia quum ille & collegæ miserabiliter locuti essent, appareretꝫ iam senatum misericordia flecti, Senatorum vnus Carthaginiēsium perfidiæ præ cæteris infestus, succlamasse dicitur. Per quos Deos Pœni fœdus percussuri estis, quum eos per quos toties sit ictum fefelleritis? Per eosdem inquit Hastrubal qui tam infesti sunt fœdera rumpentibus. Quū oīm animi ad pacē inclinarent, eamꝫ consul ambitiose impediret, Trib. ple. ad populum tulerūt, populusꝫ sciuit, vt Scipio ex decem legatorum sententia pacem Carthaginiensibus, quibus vellet legibus daret, exercitumꝫ victorem ex Aphrica in Italiam deportaret. Secundum id publicum decretum Carthaginiēsiū legati, quum gratias patribus egissent, petierunt vt sibi liceret in vrbem ingredi, & colloqui cum suis ciuibus qui capti in publica custodia seruarentur, eorum propinquos quosdā esse, habere & propinquorum ad alios mandata, quibus conuentis, quū iterum petijssent, vt quorundam redimēdi sibi potestas fieret, factū est senatusconsultū, vt legati qui ad Scipionē iturī erāt. CC. quorū nomina legati dicerent in castra ad Scipionem adducerent, eosꝫ si pax secuta esset gratis Carthaginiensibus restituerent. Sunt & fœciales missi ad fœdus sanciendum, secum priuos lapides priuasꝫ verbenas ferre iussi, prætorem quoꝫ Sagmina popoſcerunt. Id genus herbę fuit ex arce sumptum. Postꝫ legati cum his in Aphricam venerunt, pax conditionibus iam dictis icto fœdere confirmata est. Naues longas, Elephātos, perfugas, captiuos ad quatuor milia numero tradiderunt, in quibus fuit Q. Terētius Culeo senatorij ordinis. Scipio quingentas omnis generis naues in altum abductas, in Carthaginis cōspectu cremauit. Id incendium tam lugubre Pœnis fuit, cꝫ si tum Carthago tota deflagrasset. Transfugas latini nominis Scipio securi percussit. Rōanos sustulit

Cōsules.

Legati Carthaginienſi. Romæ auditi.

Liberalitas Ro. in Carthaginienſ. Sagmina Pax inter Roma. & Cartha.



sustulit in crucē, vt perfidos & patrię proditores, de fugitiuis mitior fuit sentētia, quoniā id seruile sit, libertatem sibi effugio quęrere. Fuit is ann⁹ quadragesimus ab eo quo primum bellum Punicum a Q. Luctatio & M. Mālio fuit ad exitū perductū. Decimusseptimus, nō octauus, vt ait, cꝫ a Pœnis bellū in Hispania, Hānibalis ductu, est renatū. Inter primū & secūdū Punicū bellū anni tres & .XX. interfuerunt. Ferūt ex Scipione sæpius auditū T. Claudij primo, mox Gn. Cornelij cupiditatem in mora fuisse, quo minus id bellū exitio Carthaginis finiretur. Quū prima pecuniæ collario ciuibus lōgo bello exhaustis difficilis videretur, exaudirēturcꝫ multorum querelę, risisse Hānibal dicitur, qui ab Hastrubale Hedo increpitus, cꝫ in publico malo rideret, cuius ipse causa & origo extitisset, si ita animus inquit Hannibal, vt oculi perspici possint, non lætitiæ risum hunc, sed amentiæ esse sentiretis, qui ne sic quidem tam intēpestiu⁹ est, cꝫ vestrę lachrymę. Tū enim fleuisse oportuit, quū nobis adēptæ sunt naues, interdictum externis bellis, illo enim vulnere concidimus, quum spolia victoriæ Carthagini detrahebantur, quum inermes relinquebamur inter tot armatas Aphricæ gentes, nemo tunc ingemuit: Quā vereor, ne propediem sentiatis, leuissimo in malo vos hodie lachrymasse. Hæc ille, quasi diuinans que postea tertio bello Punico euenere, locutus dicitur. Scipio Masinissam in paterno regno confirmatum, Cyrtha & omnibus vrbibus ex Syphacis regno captis, pro cōcione donauit. Ipse pace terra mariꝫ parta, exercitu in naues impōsito, Lilybæum in Siciliam traiecit. Inde maiore parte militum nauibus præmissa, cū reliquis copijs, per Italiam pace & victoria lætam, effusis vndiqꝫ studio quacunꝫ iret obuiā populis, Romam triūphās ingressus est. Mors Syphacē tam celebri triumpho subtraxit, qui haud multo prius ex Alba Tybur traductus, victa decesserat. Polybius in triumphū ductum scripsit. Terentius Culeo pileatus Scipionis currum est secutus, eumꝫ grato animo iam inde, vt suæ libertatis autorē, coluit. Ipse Scipio, siue familiaris assentatio fuerit, siue militaris fauor popularis ve aura, primus Quiritium, quod satis cōstat, a terra quam bello vicerat, Aphricani est cognomen adeptus.

Tēporū supputatio.

Scipiōis triūphus.

Terētius Culeo.

Aphricanus.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER VI.

Autorū variatio.

AVctores, quos sequimur, adeo interdum diuersi abierunt, vt parum mihi compertū sit, quē ex multis potissimum præferā. Accidit id mihi, quum sæpe alias, tum in ijs maxime, quæ præsenti volumini dabūt exordiū. Liuius autor est, sub Macedōici belli initiū legatos ad Ptolemęū regē missos, & in his M. Aemylium Lepidū, qui publice illi agerent gratias, ꝙ Hānibale Italiā vexāte, nihil rei sibi cū Pœno, vt Philipp⁹, esse voluerit. Hūc Philopatorē fuisse necesse est, qui secūdi belli Punici tēpore in Aegypto haud dubiæ regnauit. Cętera Macedonico bello nōdū inito, quia Antiochus, vt Trog⁹ scribit, & Philipp⁹ reges Aegypto iminebāt, Alexādrinis p legatos id petētibus Ptolemæū puerū a Philopatore relictū publice tuēdū Romani susceperunt, Aemylio Lepido ad hoc ipsum Alexandrum misso, qui tutorio nomine pueri regnum administraret. Nec longior deinceps mora fuit, Attali & Rhodiorū legatis de Philippi iniuria querentibus, bellum est Macedoni illatum. Hæc Trogus parū scrupulose tempora executus: Quo fit vt maior fides Liuio in hac parte accedat, qui ita res digerit, vt Philopator secundo Punico bello nonnihil superstes fuerit, ad quē missi sint legati a Po.Ro. postea cꝫ Punico bello est defunctus. Sed prius cꝫ bellum sit Philippo indictum (Etenim Macedonicum non statim, sed post aliquot menses, Punico succesſit) Philopator mortem obijt, ac tum iterum Aemylius in Aegyptum sit missus, aut certe, quod videtur Liuius significare, quum Ptolemæus obijt adhuc legati Alexandriæ erant. Siquidem is autor est Aemylium legatorum consensu ex Alexandria ad Philippum nauigasse, qui tum Abydum oppugnabat, nondum bello ipsi regi indicto. Sed quoquo modo res haberi, Philopator post clarissimam illam victoriam, qua victor Antiochum regem ex Palæstina & Phœnicia eiecit, vt alio est a me loco memoratum, receptis vrbib⁹ quas eo bello amiserat, in pristinā luxuriam iterum demersus, Eurydice sorore sua, eadēcꝫ vxore interfecta (Polybius & Iosephus Beronicen, non Eurydicē vt Trogus, scribunt) meretricio Agathoclęæ amori addictus, regiæ maiestatis immemor noctes integras, & dies in stupris, & conuiuijs consumpsit. Quin & Agathocles meretriculæ frater cum Ptolemæo faciebat stuprum, qua duplici illecebra ita sibi regē deuinxit, vt regnum suo arbitrio administraret, ne mocꝫ minus in suo regno cꝫ Philopator posset. In hoc fœdo vitæ instituto rex vita decessit, paruo filio ex Eurydice, siue Beronice potius relicto. Agathocles Alexandrinorum incursu interficitur, cuius soror Agathoclea & mater sunt postea crucib⁹ affixæ Alexandrini, quia constans fama erat Antiochum & Philippum diuisisse inter se Alexandri num regnum, Ptolemęum puerum a patre relictū, qui Epiphanes cognominatus est, per legatos po. Ro. commendarunt. Fuit in Iudæa, Philopatoris tēporibus, sacerdos summus Simon Oniæ filius, cuius pōtificat⁹ incidit in secūdi belli Punici tēpora, qua tēpestate Iesus Sirachi filius librum Paraetō scripsit. Eodem tempore Colossus solis quem Chares Lyndius Rhodijs fecit, septuaginta cubitorum altitudine, sexto & quinquagesimo anno cꝫ fuerat constructus, terræmotu corruit. Cęterum facens moles illa fuit visentibus miraculo, ꝙ pollicem pauci vlnis complecti poterāt. Fuit eadē tempesta te Eratosthenes historiarum scriptor. Eusebius LX. Iudęorū milia per id tēpus interfecta autor est, sed presse nimis, vt cętera, locum perstrinxit: Adijcit tū quoꝫ in Palestina ea fieri contigisse, quę primo Maccabęorū libro continentur. Sed Iosephus in Antiochi regnū, qui Epiphanes cognominatus est, omnem rerum seriem resicit. Fuit ille magni Antiochi filius, qui, vno Seleuco interfecto, Syriæ regnum tenuit. Iosephum igitur secuti, Maccabęorum res propiore loco explicabimus. Nuncad Macedonici belli exordia redeo, cuius gerendi resdua Romanorum in ipsum regem ira præcipuam prębuit materiā. Ille qui dē nulla a Romanis lacessitus iniuria, cū Hānibale & Pœnis socia arma decimo ante anno iunxerat. Fuit hæc primaria, sed non sola bellandi causa, nam ille pacem, quā triennio ante cū Rōanis fanxerat, haud vno modo violauit,

Coloſſi Rhodij caſus.

Epiphanes.

Cauſæ belli Macedonici.

Carthagi

Carthaginiensibus auxilio & pecunia adiutis, sæpiusq; sociorum rebus per iniuriam lacessitis, nouissimeq; Athenienſium, eorum agro fœde populato. Hi in vrbem compulsi Romam miserunt, qui apud patres in senatu de Philippi iniuria quererentur. Auxerunt materiam futuri belli Attali & Rhodiorum legati, qui eodem fere tempore nunciarũt, Asiæ ciuitates a Philippo ad bellum solicitari. Trogus iniuriam a Macedone acceptam legatos, questum venisse prodidit. Vnũ in mora fuit, quo minus bellum sit continuo regi indictum, q; tum P. Aelius bellum aduersus Boios Gallos gerebat. Præmiserat Aelius C. Appium præfectum cum tumultuaria manu in hostem, qui a Gallis circunuentus, cum septem militibus hominum, fuit interfectus. Secutꝰ inde consul cum legionibus, qui Boios cum agrum late populatus, cum Liguribus Ingaunis, priusq; prouincia decederet, fœdus icit. Romã inde reuersus, prima eius de Philippo relatio fuit. Senatus decreuit, vt M. Valerius Leuinus cum .XL. nauibus in Macedoniam iret, Creati sunt interea. X. viri, qui Samniticum & Appulum agrum bello captum, ciuibus diuiderent. Creati & consules P. Sulpitius Galba & Gn. Aurelius. Peropportune accidit, vt his populum rogaturis de bello regi indicendo, ad iritandos animos Athenienſium legati superuenerint, nunciantes Philippum suis finibus hostiliter imminere. P. Sulpitius, cui Macedonia forte euenerat, Po. rogauit, vellet, iuberetq;, ob iniurias sociis illatas, bellum Philippo Macedonum regi indici: omnes cẽturiæ sessis diuturno bello animis eam rogationem antiquarunt. Nec multis inde diebus interiectis, Sulpitius Po. iterum ad comitia vocatum, accuratissima oratione castigauit, docuitq; futurum, vt si Athenienſium querelæ, vt Saguntinorum olim, negligerentur, non quinto mense, vt Hannibal, post sociorum excidium, sed quinto die ferox, hostis Italiam inuaderet. Sic Alexander Epirota, sic Pyrrhus multo viribus inferiores, q; Philippus esset, in eam oram Italiæ trãsmisissent, quæ magna Græcia diceretur. Illum diu Lucanos & circunsectas gentes bello solicitas habuisse. Hũc Appulis Sãnitibus & Lucanis a Ro. Po. alienatis teterrimas eorum maioribus clades intulisse. His consul verbis multitudinem mouit, vt bellum Philippo indicẽdum iusserit populus. Supplicatum inde triduo est, diisq; obsecrati vt bene & feliciter euenire vellent, q; bellum Macedoni inferendum populus iussisset. Sex Romanis legionibꝰ & sociorum auxiliis eo anno placuit rempu. administrari. Eratq; per hæc ciuitas in noui belli expectationẽ erecta, quum præter omnium opinionem, Gallici tumultus fama exorta est. Insubres Cenomani & boij, Iluatibus & aliis Ligustinis gentibus ad arma excitis, Hamilcharis ductu (subfederat is ex Hastrubalis exercitu in Gallia) Placentiam Rocẽtam di manam coloniam subito impetu capiunt, captam diripiunt, direptam incendunt. Traiecto deinde Pado Cremonam ire pergunt. Proximæ coloniæ clades audita effecit, vt Cremonenses clausis portis procul hostem a muris distinuerint. Obsideri in de cœpti opem a Romanis implorant. Præerat tũ prouinciæ L. Furius Purpurio. Is Romam scribit Placentiam direptam & incensam a Gallis, Cremonenses a .XL. milibus hostium circunsederi. Nouo exercitu opus esse, vt Colonia obsidione eximeretur. Se quinq; milia armatorum habere, quam exiguam manum haud operepretium sit tãto hostiũ numero obiicere. Furij literis in curia recitatis, decreuerunt patres, vt aut Gn. Aurelius consul ad Gallicum motum opprimendum proficisceretur, aut Q. Mutio prætori scriberet, vt acceptis legionibus, quibus vt ad certum diem in Hetruriam conuenirent edictum erat. Cremonenſibus suppetias ferret. Sunt & Carthaginem legati missi, qui Pœnis denũciarent, contra fœdus fieri, q; Hamilcharis ductu Galli & Ligures rebellassent, postularentq; si publico id consilio non fieret, vt hominem Po. Ro. dederent. Compertum præterea habere se multos adhuc perfugas Carthagini agere, qui dediti non essent. Eos si pacem ratã vellent continuo cõprehendẽdos curarent, ac Romam mittẽdos. Iussi ndẽ legati ad Masinissam ire, eiq; paternum regnum recuperatum gratulari, poscereq; ab eo, vt ad Macedonicum bellum optimus amicus & socius, Numidarũ equitatu rem Ro. iuuaret. Verminæ legatis qui per id tempus Romam petitum venerãt, vt rex ille & socius Po. Ro. appellaretur, respõsum est, Syphacem ipsius patrem, sine causa, ex socio factum esse Romani nominis hostem, & ipsum Verminã adhuc adolescentem, Romanos lacessendo primũ militiæ rudimentum posuisse. Itaq; pacẽ prius illi petendam fuisse a Po. Ro. q; vt rex & socius appellaretur, eius nominis honorẽ, pro magnis erga se regũ meritis, dare populum Romanum consuesse. Legatos suos in Aphrica esse, ad eos scripturũ senatũ, quibus legibus Verminæ pacẽ dari placeret. Fœda interim prodigia nunciabantur. In Sabinis infans natus, incertum mas an fœmina. Alter sexdecim annorum ambiguo & ipse sexu inuentus. Frusino ne agnus cũ suillo capite, & Sinuessæ porcus cũ capite humano natus. In Lucanis equus cum quinq; pedibus. Cœlum adhæc arsisse credebatur, & Priuerni sol plꝰ nimio rubescere visus. Prodigiosi fœtus in altum deportati, Cętera prodigia, vt tũ eius populi dira fuit superstitio, de more expiata. P. Sulpitius in Græciam profectus, Athenienſibus per legatos opem implorãtibus, Claudium Centimalũ cũ .XX. nauibꝰ in Attică misit. Obsidebat per id tẽpus Abydũ Philippus ferox quum suo ingenio, tum noua Antiochi regis societate, qui ambo fœdere inter se icto, post Philopatoris Ptolemæi interitum, Alexandrino regno imminebãt. Bellum Athenienſibus cum Philippo ita conflatũ dicitur. Duo iuuenes Acarnanes initiorum ignari Cereris sacrum imprudẽter ingressi, quia initiati nõ essent, tan q; scelus ab his inexpiabile fuisset perpetratum, Antistitis iussu interfecti sunt, qua iniuria Acarnanes adacti, auxiliari manu a Philippo accepta Atticum agrum primo populantur, inde animis ad bellum irritatis Macedo, in Acarnanum gratiam arma aduersus Athenienses induit. Philippus aliquot naualibus prelijs, cum Rhodijs & Attalo, parũ feliciter cõmissis, relicta Abydo in Macedoniam concessit. Interea Atralus Athenas profectus Athenienses ad bellum hortatur, qui ex veteri fortuna nihil præter animum gerentes, fręti adhęc Romanorum opibus, Attalicq; & Rhodiorum societate, bellum aduersus Philippum decernunt, & in Attali gratiã illata mentio est de tribu vna ad .X. veteres adijciẽda, quam Attalidem: vocarent: & Rhodiorum populus aurea est corona donatus ciuitasq; Rhodij Athenienſibus dederãt. Secundum hæc Attalus in Aeginam concessit. Rhodij & ipsi Athenis profecti quum Aegæi insulas legerent, præter paucas, q; Macedonico tenebantur pſidio, cęteras a Philippo alienarunt. Macedo qui Attalum & Rhodios nuptulerat, haud minori aĩo, q; si illi a se victi essent, Romanum bellũ intrepide excepit, missoq; cũ parte copiarum Philo ad Atticum agrum populatiõe fœdãdũ,

Cõsules.

Bellum Philippo regi indicitur.

Galli Placẽtiam diripiunt.

Verminę legati.

Prodigia

Belli causa inter Athenienſes & Philippum.

Rhodijs data vi olim.



fœdandum, classeq; Heraclidi tradita, quam ad Maroneam duceret, ipse terrestri itinere profectus eam vrbem primo impetu cepit. Oenum inde, Doriscũ & Sephum occupat. Mox Thraciam Chersonesum ingressus, Eleuntem & Alopeconesum, voluntaria deditiõe recepit. Deditæ inde Callipolis & Madotis. Abydus plures dies obsessa, multoq; conatu oppugnata, valide aliquãdiu defensa est. Postremo subruptis cuniculo muris, Abydeni a Philippo pe tierunt, vt præsidio incolumi dimisso, sibi cũ vxoribus & liberis, singulisq; vestimentis, vrbe excede reliceret. Cæterum legatis nihil pacati ab hoste re nunciantibus, Abydæni in rabiem versi matronas omnes in templo Dianæ, pueros & virgines cum nutricibus & infantibus in Gymnasio claudunt, aurum & argentum omne in forum deferũt, mox in vnum collectũ in Rhodias naues quæ forte in portu stabant, imponunt. Ipsi eo consilio in hostem exeunt, vt non nisi victores in vrbem redirent, delectis qui atrox facinus, nisi consilium processisset, peragerent, dira execratione interposita, ni si imperata facesserent, vt si Abydenorum acies ad pugnam egressa vinceretur, confestim omnem imbellem turbam obtruncarent. Aurum & alia quæ in naues congesta essent, in mare deiicerent. Pugna multo atrocior fuit q; pro numero dimicantium. Verum Macedo, Abydenis maiore ex parte interfectis, animaduersa hostium desperatione, sub noctẽ pugnam inhibuit. Postridie vrbs paucorum consensu deditur, sacerdotibus ad eam dedendam missis, vbi hostis intra mœnia est conspectus, qui prælio superfuerant, iuri iurãdi publicæq; execrationis memores subito velut furore correpti stricto ferro suos conficiunt. Sæuiunt inde in seipsos, quo hostium furore rex perculsus militem a cæde reuocauit, professus se tridui spatium Abydænis dare ad mortem sibi consciscendam, quo tempore plura in se victi facinora ediderunt, q; vel ab irato hoste pati debuissent. Superuenit huic cladi M. Aemylius, qui Abydænorum obsidione audita, ex Alexandria, legatorum consensu, eo nauigauit, vt Philippum, in quem nihil adhuc hostiliter motum erat, ex Abydænorum ceruicibus amoliretur. Ibi Aemylius questus, q; rex bellum Rhodijs & Attalo intulisset. Philippus contracti belli culpam in eos reiecit, a quibus primum profecta esset in se iniuria. Tum ille, quid Abydæni, inquit, & hi tibi in iurij fuerunt? Ad eam vocem liberius emissam, q; ipse audire consuesset, indignatus Philippus, Aetas inquit tua & Ro. nomen te ferociorem faciunt, sed si fœderum vos Romani memores me bello lacesseritis, faxim spero vt Macedonum regnum non minus bellicosum sentiatis q; Romanũ. Abydænorum nemo viuus venit in hostium potestatem, auro tamen & argento potitus est Macedo, qui vnius vrbis non ignobilis excidio, haud aliter q; Hannibal ferocior factus, præsidio Abydi relicto, quum in Macedoniam se reciperet, per literas & nuncios cognouit Romanum cõsulem cum exercitu in Epirum venisse. Carthaginienses interea, postq; legati in Aphricam iuere, de Hamilchare nihil, quia procul patria abesset, se statuere posse dixerunt. Vnum sibi integrum relinqui, quod libenter facturi essent, vt eius bonis in publicum redactis, exilio damnarẽt, daturos adhæc operam, vt perfugæ q; diligentissime conquisiti, ad supplicia dederentur. A Masinissa .CC. equites sunt accepti, & vis ingens tritici, ad Macedonici belli vsum, exhibita. Cum Vermina pax sancita est. L. Cornelius Lentulus, per id tempus ex Hispania reuersus, primus omnium obtinuit, vt qui procul prouinciam administraret, quiq; non consul, aut prætor rem gessisset ouans in vrbem intraret. In Gallia quoq; eodem tempore, L. Furius cum Gallis & Liguribus ad Cremonam acie dimicauit. Conati sunt Galli multitudine fręti aciem circunuenire, quod vbi Furius animaduertit, extensis vtrinq; cornibus, inde equitibus dextra lævaq; immissis, ferociter mediam hostium aciem inuasit. Nec illi diu sustinuerunt Romanorum impetum, cum cęde & multa strage in castra fugati sunt. His quoq; primo impetu captis maior est cędes secuta, supra quinq; &. XXX. hostium milia sunt eo die cæsa. Ex victore exercitu ad duo milia ceciderunt. Nec multo postq; cum hoste ita dimicatum erat. C. Aurelius consul in Galliam venit, victoremq; exercitum a Furio prętore accepit. In Græcia Claudius, quem Athenienſibus subsidio missum alio loco diximus, cum Romana classe, tribus Rhodijs & totidẽ Athenienſibus, valide interim Atticos fines tuebatur, qui factꝰ certior Chalcidẽ segnius a Macedonico præsidio custodiri, eo noctu profectus vrbẽ occupat. Cædes ĩ omnẽ sexũ & ætatẽ, vt in vrbe vi capta, euagata est. Horrea regia incensa. Philippi statuæ subuersæ. Vrbs ipsa rapinis exhausta milium inopia retineri non potuit. Erat tum Philippus Demetriadæ, vnde nũciara Chalcidẽsiũ clade, magnis ad insulã itineribus venit, hostem oppressurus, eoq; non reperto, Athenas citato agmine ire pergit, pari incœpto haud disparem euẽtũ assuturũ ratus, affuissetq; haud dubie, quuum nihil minus q; ei? accessus timeretur, nisi speculator procul agmẽ intuitus, magnum die vno emensus iter, circa mediam noctem Athenas peruenisset. Repẽte ad tã tumultuosum nuncium est ad arma conclamatum, discursumq; ad portas & muros: Philippus aliquãto ante lucem vrbi appropinquans, audito ex muris fremitu, luminibusq; crebris procul inspectis, suspicatus, quod erat, se ad hostem haud imparatũ venire, diem statuit expectare, priusq; agmẽ portis admoueret. Athenienses, vbi illuxit, Attali præsidio fręti circa Dipylon (fuit ea porta velut in frõte vrbis) aciem instruunt, quod Macedo intuitus cõfestim & ipse, patẽti via, q; ab vrbe ad Academiã ferebat, inde aliquãtulũ agmẽ prętergressus, ad belicã virtutẽ ostentãdam, q; paucissimis comitatus, in aduersam hostium aciem ferociter inuehitur. Ibi pecudum more Athenienses disiecti cum metu & trepidatione intra mœnia compelluntur. Postridie quia nocte quę secuta est Romani ex Pyreo in vrbem venerant, frustratus Macedo omni spe expugnandæ vrbis, mouit castra, Cynosarege, vbi castra fecerat, & Gymnasij luco, aliisq; præcipua amœnitate locis incensis, sepulcra quoq; in hostium inuidiam passim diruit, mox Eleusinæ Cereris tẽplo castelloq; frustra tẽtantis, Argos processit, quo per id tẽpus in dictũ erat Achęis concilium. Tẽtauit Philippus eo sociorum conuentu iuuẽtutem Achæorum per speciẽ militię procul domo ablegare, vt totius gẽtis fidem sibi obstrictam eo pignore haberet, quod quũ impetrare nequiuisset, cum paucis voluntarijs & ijs copijs quas Argos duxerat, in Attică rediit, ibi Philocles eius præfectus occurrit, cum duobus milibꝰ hominũ, qui & ipse Eleusinẽ expugnare nuper adortus, cum multa suorum cæde inde fuerat reiectus. In Pyreum primo impetus est factus, vnde Macedo præsidiariorum eruptione irrito incœpto abire coactus, omnem belli iram in vmbras mortuorum ac deos effudit, sacras ædes quæ passim tota Attica cum vestigio vetustatis

Philippi gesta in Thraciã.

Abydænorũ fatinus.

Bbydænorũ excidium.

Philippi verba ad Marcum Aemyliũ legatum.

Teterrima Galorum cędes.

Chalcis a Ro. occupatur.

Philippi ostẽtatio.

Philippi odiū in Athenie. tis viſebantur, ſepulcraq; ferro & igni ab imo ſubuertit, omni materia, quæ in illis nobilior fuit, aut fracta, aut flāmis abſumpta. Atq; per hæc ille in vrbem, quam inſenſe oderat, ira debacchat⁹, in Bœotiam conceſſit. Nec quicq; deinceps Philippus memoria dignum in terra Græcia geſſit. Sulpitius interea qui inter Apolloniam & Dyrrachium caſtra fecerat, T. Apuſtium legatum cum parte copiarū ad populandos hoſtium fines miſit. Cepit ille primo impetu ex hoſtibus Corrhagum, Gerunnium, & Oreſſum caſtella. Antepatriam inde in anguſtis Macedoniæ faucibus ſitam, vi captam diripuit & incendit. Ea clades, vt Indus oppidum dederetur, effecit. Et iam re proſpere geſta Apuſtius cum exercitu præda honuſto ad conſulem redibat, quū extremum agmen in traiectu fluminis, Athenagoras regis præfectus, ſubito clamore adortus, vltimos ordines turbauit. Apuſtius, conuerſis ad ſuorum clamorem ſignis, hoſtem cum multa cædę fudit fugauitq;. Atq; ita duplici ſucceſſu lætus, cum ingēti præda eſt ad conſulem reuerſus. V na felix expeditio, pleroſq; regulos Macedoniæ accolas ad Romanorum ſocietatem traxit, & in his Pleuratū Scerdileni filium, Aminandrum Atamanum regem, & ex Dardanis Batonē, quib⁹ in fœdus receptis, aliis alio tempore dixit ſe conſul vſurum: Aminandro in præſentia negocium datum, vt Aetolos in Macedonem concitaret, Rhodijq; vt belli partes capeſſerent, per legatos ſunt moniti, & vt Atalus qui Aeginę hybernauerat, ibi Romanam claſſem expectaret. Nec Philippus in tanto motu rerum quicq; ocioſe imperare aut facere, ſed intra extraq; regnum laborabat, Perſeo primum miſſo ad tuēdas Pelagoniæ fauces, ipſe vrbibus parum munitis, ne hoſtibus præde eſſent, diſſectis, per legatos ad id miſſos hortatur Aetolos, vt in fide & amicitia perſtarent. Erat tum forte indictum vniuerſæ Aetolorum genti concilium, quo ab Athenis legati occurrerant, & a conſule miſſi erant, qui Aetolos in priſtinam amicitiam reuocarent. Primo Philippi legati auditi ſunt, a quibus Romanorum ſuperbia immenſaq; imperandi cupiditas, longa eſt oratione iactata, clariſſimas Italiæ ac Sicilię vrbes eorum ſocietatem ſecutas, alias direptas eſſe & exciſas, alias in miſerabilem ſeruitutem redactas. Cōtra quæ fides, quæ conſtantia Philippi eſſet in ſocios memorantes, eo decurrere, vt Aetolos hortarentur ad eam pacem ſeruandam, quam ipſi olim a Romanis proditi, a Philippo petere coacti eſſent. Athenienſes inde auditi. Hi Philippum regem, vt impium inſectati, q; ſepulchra, q; templa diruendo, cum inferis & ſuperis, non cum mortalibus bellaſſet in Attica, identidem orare, vt ſuarum clādium miſerti, Diis immortalibus primum, inde Romanis qui ſecundum Deos plurimum in terris poſſent, ducibus, bellum in Philippum decernerent. Romanorum oratio extrema fuit. Cæterum adeo omnia, quæ a Macedonibus obiecta fuerant, diluit, ſuaq; confirmauit, vt haud dubie Aetoli eo die bellum decreturi fuerint, niſi Democritus prętor pecunia, vt creditur, a Philippo corruptus, pronunciaſſet rem maioris eſſe diſcriminis, q; vt temere decerni poſſet. Nihil eſſe conſilijs tam inimicū, q; celeritatem ſubitorum conſiliorum veſtigijs hęrere pœnitentiam, ſed eam parum vtilem, vt quæ ſemel decreta ſint, mutari non poſſint, neq; in integrum reſtitui. Fuit itaq; autor Democritus, vt præſens cōſultatio in aliud tempus differretur, atq; ita legatis ambiguo reſponſo dimiſſis, egregie, Aetolico nomini conſultum a Democrito credere, q; in eam partem, quæ melior viſa eſſet, quum vellet, inclinare liceret. Contrahebat interim Demetria dem copias Philippus, ea parte bellum adminiſtraturꝰ, Attalo & Romanæ claſſi Heraclidam ſuarum nauium prefectum obiecit. Bellum interea a Sulpitio diuerſa parte gerebatur, & iam per Darſeriorum fines ducens, multa oppida, partim vi, partim volūtaria deditione ex hoſte ceperat, inde late per hoſtium euagatus ad Lyncum, apud flumen Bætum, ſtatiua poſuit. Speculatoria interim Romanorum ala (nam conſtabat Philippum ex hybernis mouiſſe) ad exploranda Macedonum conſilia ex caſtris miſſa, quum per Darſetios adhuc erraret, regię equitum alæ & ipſi ſpeculatum profectæ occurrit. Hic ſubitum vtrinq; eſt prelium contractum, eſtq; per aliquod horas dubio marte dimicatum. Poſtremo Macedones lanceis & ſagittis plurimum pugnare ſueti, equitum mēbra Hiſpanico gladio truncata intuiti, incredibili ſunt terrore perculſi. Mouit inſuetum ſpectaculum & regem, adeo vt preſentis periculi admonitus, filium ex Pelagonia reuocarit, ipſe nihilo ſecius ad hoſtem profectus, paulo plus ducentos paſſus a Romanis caſtris in tumulo Athaco imminenti eſt metatus. Habebat Macedo ſub ſignis. XX. M. peditum, & quatuor equitum. Hinc ala equitum miſſa, & cum hoc equitatu Tralles. CCCC. (Illyricum, eſt id genus hominum) & Cretenſium ſagittariorum non parua manus, qui hoſtem laceſſerent, inter bina caſtra eſt nō nihil dimicatum: poſtremo Macedones retro ad ſuos pro victis abierunt. Poſtero die rex cum omnibus copijs in aciem proceſſit, Cetratorum manu in inſidijs locata. Ceſſit regius eques de induſtria pene priuſq; prælium conſertum eſſet, vt Romanum in inſidias traheret, fuiſſetq; omnino res in diſcrimen adducta, niſi qui tempus obſeruare debuerant ex latebris præmature ſurrexiſſent. Romani pulſo hoſte tutiq; ab inſidijs ingenti lætitia in caſtra ſunt reuerſi. Sequenti die conſul, ſtructa acie, ad hoſtium vallum ſucceſſit, elephantis, quibus primum eo bello ſunt Romani vſi, in frōte collocatis, qui quū hoſtem ad pugnam elicere nequiuiſſet, vt liberiorem frumentationem haberent milites, octo ferme paſſuum milia inde ad Athabolum (id nomen loco erat) tranſfert caſtra. Paucis inde diebus Philippus, cum parte equitum & Cretenſi armatura, vijs inter vtraq; caſtra celeri curſu inſeſſis, in Romanos frumentatores, qui temere errabant per agros diſpalati, ſuos immiſit, dato prius ſigno, vt viuus nemo ad ſe perduceretur. Improuiſa res multos Romanorum oppreſſit, priuſq; laborantibus ſuccurri potuerit, pugnatum q; eſt pluribus horis, ſed circa regem maior fuit dimicatio, qui cum omne Romanorum legionum robur, certaminis magnitudine, in ſe conſciuiſſet, pulſi Macedones cum fœdiſſima ſtrage equitum, in profundas ſunt paludes precipitati. Philippus equo deiectus, aut eo die interfectus eſſet, aut certe captus, niſi effugientium equitū vnꝰ ei equum tradidiſſet, in quē ſubito ſublatus in caſtra celeri ſeſe fuga proripuit. Qui periclitanti regi equū obtulit, quia pedeſtri curſu ſuos aſſequi non potuit, medio fugæ conatu ab hoſte oppreſſus eſt. Fuiſſent Macedonum caſtra eo die expugnata, niſi a Romano eſſet conſule ceſſatum. Philippus duplici clade

Apuſtij expeditio Macedones.

Verba legatorum Philippi in Panætolico.

Verba Athenienſium in Philippū

Specula toriarum alarū cōgreſſus.

Philippi copiæ. Tralles.

Leuia prælia.

Vincitur prælio Philippꝰ



ciclade perculſus, vt hoſtē cōmodius falleret caduceatorem ad Sulpitiū miſit, vt ad ſuos ſepeliendos inducias in paucos dies peteret. Ipſe ſecūda noctis vigilia, multis ignibus circa caſtra relictis, tacito agmine, retro mouit ſigna. Conſul audito hoſtium diſceſſu, quia quo eum ſequeretur parum habuit exploratum, in ijſdē ſtatiuis aliquot dies manſit. Stuberrā inde profectus petijt, mox & Pluuinā, nouiſſime ad Oſphagū fluuiū caſtra protulit. Nec Philippus multo poſt circa fluuiū eſt metatꝰ, Erduacenāq; Romanos petituros ratus vallo & foſſa fauces quo illi ingreſſuri erant, multa arborum congerie lapidibuſq; pro muro interiectis clauſit. Succeſſerūt nihilo ſecius Romani locum ab hoſte inſeſſum, fuitq; oppugnantibus in primis adiumento, q; ſylueſtris erat ſaltus, atq; ob longiores haſtas Macedonibus inutilis, nec Thracibus multo habilior, qui rompheis non paruæ longitudinis vtebantur. Saxa in ſubeuntes deiecta paululum Romanorum impetum retardarunt, mox facta teſtudine, aliquāto minore certamine q; ab initio fuerat initum,

Recētior Macedonum clades. Romanus victor ſaltum tenuit. Nec parua fuit hoſtium cædes, ſed multo maior futura, niſi perplexa loca fugientes texiſſent. Conſul ad Erduam pro ceſſit, vbi agros late populatus, ad Celetrum caſtra admouit. Eſt id oppidum in Oreſtide, quo per deditionem recepto in Daſſaretijs Pelium expugnauit atq; diripuit. Cęterum quia locus peraccommodus viſus eſt ad tranſitum in Macedoniam faciendum, ſeruitijs tantum abductis oppidum præſidio firmatum oppidanis habitandum reſtituit. Atq; his feliciter geſtis Sulpitius vnde primo mouerat victorem exercitum reduxit. Philippus interea haud vno bello grauatus, in multas belli partes trahebatur curas, nam & Dardani in Macedoniā eruperant, in quos Athenagorā cū expeditis peditibus immiſit: & Aetoli vbi regē bis prælio victum audiuere, Democratis ſuaſu bellum aduerſus Phi-

Aetolorꝫ & Aminādri expeditio. lippum decreuere, Romana adhæc claſſis Macedoniæ oram infeſtabat. Aetoli copijs cū Aminandro Athamanum rege iunctis, Cercinum captum incēdunt, inde & Cirecias diripiunt, qua clade territi, q; Maleam incolebant, vltro in fidem conceſſere. In Theſſaliā inde eſt deſcēſum, in qua Aetoli late diſpalati, improuiſo Philippi acceſſu, in caſtra, mora torum paucis ab hoſte interceptis, ſe trepide recepe runt. Animander ſeorſum munitiore loco conſedet, memor in hoſtico ſe eſſe, non in pacato. Contiuit tamen diu ſuos Philippus, quoad miles ex itinere feſſus cibum caperet, mox paulo curatis corporibus ſtructam aciem in Aetolorum caſtra dirigit.

Aetolorꝫ cædes. Id illi procul conſpicati auerſa caſtrorum parte dilapſi ad tumulum, quem Aminander tenebat, fugam intendunt. Multi interim medio curſu, aut interfecti ſunt, aut capti. Hinc quoq; ſequenti nocte dilapſi, in pacatum conſternato agmine conceſſerunt. Et Aminander optimis ducibus vſus, per mōtes in Aetoliam copias reduxit, Dardani quoq; per eos dies non ſine cæde ab Athenagora Macedonię finibus ſuerant eiecti, quo duplici ſucceſſu Philippus Romani belli damna reſarciſſe ſibi videbatur. Leuatus eſt & numero hoſtium, Scopas cum magno auri pondere, ex Aegypto miſſus ſex milia Aetolorum mercede conducta, cum frequenti equitatu Alexandriam deportauit, & hæc in terris ea ęſtate circa Macedoniam geſta. In mari L. Apuſtius Romanæ claſſis præfectus, circa Scylleum agri Hermionici cum Attalo rege coniunctus tantum animi fecit Athenienſibus, q; continuo decretum tulerint, vt omnes Philippi ſtatuæ, atq; maiorum eiꝰ tituli & honores, in perpetuum abolerentur. Publici facerdotes quoties pro populo Athenienſi vt pro ſocijs facerent, Philippum cum tota progenie, exercitum, regnum, ipſumq; Macedonum nomen execrarentur. Demum vt impune occidere liceret, ſi quis vnq; Athenis de honore aliquo ipſi regi decernendo, iam inde verba auſus eſſet facere. Atq; ita Athenienſes verbis, quibus ſolis valebāt, bellum aduerſus Philippum gerebant. Attalus & Apuſtius Athenis profecti, Andrum inſulam pau cis diebus vi capiunt, præda Attalo data, ornamenta vrbis Romani ſuſtulerunt. Eſt Andros Cycladū vna, paterq; circuitu. XC. trium milium paſſuum, Cauros a quibuſdam nominata, Laſſis præterea & Antandrus. Mirum eſt quod Mutianus de fonte huius inſulæ ſcribit, qui in templo Liberi patris fuit ſemper nonis Ianuarijs vini ſapore ſolitus fluere. Nec ita multis interiectis diebus in ora Macedonię fœda tempeſtate iactati, collectis ex ea iactatione nauibus, copias in terras exponūt, Caſſandreamq; vrbem oppugnare adorti, non ſolum fruſtrati ſunt incœpto, ſed multis etiam circa vrbem amiſſis ad naues negotio infecto abierunt. In Canaſtreum inde Pallenes traiecerunt, ſuperatoq; Coronę promōtorio, Acanthū vrbem vi captam diripiunt, inde retro in Eubœam curſu delati Oreum obſidione cingunt. A pelago Romana claſſis vrgebat, Attalus in terram egreſſus auerſa parte hoſtē fatigabat. Defendebatur interim valide oppidum a Macedonibus qui locū preſidio obtinebāt, q; oppugnatio quū lōgior futura videretur, Apuſtius ne cū oibus copijs hoſtium mœnibus aſſidens, tēpus tereret cū pte naui ū in continētē tranſgreſſus, Lariſſam vrbem, nō Theſſalicā illā nobilē, ſed alterā quę Cremaſte cognomento dicta eſt, ſubito aduētu occupat, pari ſucceſſu Aegelon vi cepit. Et iam ad Oreū muri operibus bellicis haud vno prociderant loco, quo contigit, vt Atalus & Romani, ſine vllo maiore certamine, vrbē irruperint. Qui in arcē profugerant, biduo poſt deditionem fecerūt. Et iā autūnale equi noctiū inſtabat, cæterū quia Euboicus ſinus, quem Cœta vocāt, ſuſpectus eſt nautis, retro Athenas vñ profecti erāt, cōceſſerunt. Apuſtius. XXX. nauibus ibi præſidio relictis, Corcyrā ſe recepit, Attalusq; & Rhodij diuerſi domum abierunt. Et hæc ſunt æſtate illa aduerſus Philippum terra mariq; a Romanis & ſocijs geſta. Romæ per id tēpus L. Furius prætor de Gallis ad Cremonam victis triumphauit. Ludiq; a P. Scipione, quos in Africa vouerat, magnificentiſſimo apparatu ſunt celebrati: & in Hiſpania a C. Cornelio Cethego proconſule quin decim milia Hiſpanorum in Sedetano agro cæſa. Signa militaria capta octo & LXX. Creantur inde conſules L. Cornelius Lentulus & Aulus Iulius Appulus qui cum idibus Martijs magiſtratum iniuiſſent, ſortiti inter ſe prouincias, Lētulo Italia ſorte obtigit, Iulio Macedonia. Latinæ feriæ decreto pōtificum inſtaurate, q; legati ab Ardea queſti erāt ſibi carnē latinis, ferijs, vt aſſolet, non eſſe datam. Procurata ſunt & prodigia, quæ pluribus locis nūciabantur, quorū precipua fuere, q; in Brutijs equus quinq; peditibus, erat natus, & tres gallinacei cum ternis pedibus, & in Macedonia in puppi longæ nauis nata erat laurea. Carthaginienſes eo anno quū argentum ſtipēdij noīe imperatū Romā aduexiſſent, idq; probū non eſſe quæſtores retuliſſent, pars explorantibus decocta eſt, ob eā rē pecuniam Romæ mutuo accipere ſunt coacti, vt interim mentum explerēt, pars obſidū illis in præſens reddita, factaq; de cæteris ſpes eſt, ſi in fide permanerent.

Cōſules. Feriæ. Latinæ Prodigia

Iulius in Macedoniam profectus in militarem seditionem incidit. Querebantur multi quia in Italia Sicilia & Aphrica stipēdia feciſſent, ſe labore & vulneribus exhauſtos procul domo conſenuiſſe. Petere proinde vt domum mitterentur. Iulius ſe ad ſenatum ſcripturum pollicitus eſt, ipſis interea expedire pronunciauit, vt precibus potius q̄ minis, qđ impetratum vellent, a ſe poſtularent. Oppugnabat per id tempus Philippus rex Thaumaſtos. Erat id oppidū loco alto ſitum, vnde ex Maliaco ſinu perThauma ſti. implexa & confragoſa loca in Theſſaliam tendentibus vaſta primo panditur planities, adeo vt ſubiecti campi oculis terminari non poſſint, ab eo igitur, q̄ ea res miraculo ſit viſentibus, loco eſt nomē datū. Oppidum vndiq; abrupto ſaxo impoſitum, multis laboribus fruſtra exhauſtis, regem ab oppugnatione deterruit. Veritus inde Macedo ne Achæi a ſe deficerent, legatos in Achaiam miſit, qui peterēt, vt quemadmodum ab initio ſecū pacti eſſent, in legatorum verba publice iurarent. Cæterum vt Macedonum quoq; gentem ea tēporum nouitate ſibi magis deuinctam haberet, Heraclidem, quem ſciebat rex multis inuiſum variis criminibus oneratum, in vincula conijcit. Inde nouo vere exercitu accuratiſſime inſtructo, angustias præter Aoum amnem (Plutarchus Apſum non Aoum vocat)Apſus fiue Aous. qua fluuius inter Meroum & Aſnoum montes coarctatur, occupat, Athenagoræq; dat locum præſidio obtinendum, ipſe in Eropo loco partim natura, partim militari opere munitiſſimo caſtra locat. Iulius cōſul ex Corcyra, vbi militem in hybernis habuerat, cum toto exercitu eo venit, naturamq; loci intuitus, quia non ſine labore & periculo hoſtis ex munitiore erat loco deijciendus, dubitare cœpit, vtrum conducibilius eſſet, per hoſtem, an ea parte, qua Sulpitius ſuperiori anno, in Macedoniā erumperet, tenuitq; ea conſultatio plures dies. Interim ex vrbe affertur T. Quintium Flaminium conſulē factum, ſortitumq; prouinciam Macedoniam, maturato itinere, in Corcyram traieciſſe. Valerius Antias in annalibus vrbis ſcripſit Iulium cum Philippo acie cōgreſſum, fuſum fugatumq; Macedonem ac. XII. milia hoſtium cæſa, duo capta, ſigna militaria centum. XXXII. votamq; a conſule edem Ioui, ſi victor eo die acie exceſſiſſet. Cæteri Græci & Latini ad vnum nihil quod memorabile eſſet a Iulio in prouincia geſtum prodiderunt. Per id temp⁹ C. Bebius Pāphilus Inſubrium Gallorum agrumC. Bebi⁹. temere ingreſſus, ab hoſte circunuentus, ad ſex milia & ſexcentos milites amiſit. Ea clades L. Lentulū ex vrbe exciuit. Cæterum nihil ab eo relatu dignū eſt in Gallia geſtum. Sub id tempus quo Quintius in Macedoniam traiecit, aut certe non multo priuſ, legati ab Attalo rege Romā miſſi ſenatum docuerunt, Antiochum regem cœpiſſe fines ſui regni hoſtiliter infeſtare, petere itaq; ſi vellēt regem ipſum vt antea, mari & terra aduerſum Philippum bellū gerere, vti ſuo præſidio Romani ſe tutum domi abAttali regis poſtu lata. hoſte præſtarent, aut ſi id minus facturi eſſent, bona ipſorum venia liceret cum claſſe & omnibus copijs domū abire vt præſens ſua defenderet. Reſponſum eſt legatis gratū fuiſſe Po. Ro. q̄ Attalus ſuos duces terra & mari ſtrenue iuuiſſet. Verū quia Antiochus Romanorum amicus eſſet, neq; æquū peri, neq; ſe præſtaturos, vt pro ſocio & amico rege, aduerſus ſociū regem & amicū ſine cā arma induerēt, nec ſe Attali auxilia remorari, vltra q̄ ipſi commodū eſſet. Sēper Po. Ro. alienis rebus arbitrio alieno vſum & principiū & finem in poteſtate eorum eſſe qui rem Romanā adiutā velint. Legatos ſe ad Antiochum miſſuros, qui illi nūciarēt, Romanos Macedonico bello Attali regis auxilijs terra & mari vſos, pergratum eum Po. Ro. facturum, ſi a finibus ſocij regis abſtineret. Aequum eſſe amicos & ſocios Po. Ro. pacē inter ſe agere. Et Attali legat i cū his di Prodigia miſſi ſunt. Hoc quoq; āno, præterq; q̄ multa publica loca erāt de cœlo tacta, Aretij cœlū ardere viſum eſt. Velitris terra trium iugerum ingenti cauerna deſedit. Natus Sueſſæ agnus cum duobus capitib⁹, & porcus Sinueſſæ humano capite. His priuſ de more procuratis, Quintius in prouinciam, vt dixi mus, trāſmiſerat, qui vbi in caſtra venit, Iulio Romam dimiſſo, nonnihil & ipſe dubitauit, quę potiſſimum ratione in Macedoniā penetraret, exierūtq; plures dies ſine alio conatu, quibus de pace nonnihil exactum. Rex & Quintius in colloquium venere, vbi Romanus conſul præter cæteras gentes & vrbes quibus petebat libertatem reſtitui, quum & Theſſalos nominaſſet, quid rex inquit mihi victo grauius imperares? Atq; ita ſe colloquio prorupuit. Poſtridie circa flumē initum eſt prælium, hoſteſq; in arctum coniecti, locum catapultis & balliſtis facile ſunt tutati. Erant q; ad Aoum res in hoc ſtatu, quum paſtor quidam a Cheropo Epirotarum principe eſt ad conſulem miſſus. Is qui in eo ſaltu quē rex inſederat armētū paſcere inſueuerat, Quintij ſtratage ma. pollicitus eſt ſe Romanos ſi velint ſupra caput hoſtium per occultos calles perducturum. Quatuor milia peditum & .CC. equites cum tribuno militū miſſi ſunt a cōſule. Atq; equites iuſſi tam procul tendere, quoad montium decliuitas pateretur, inde occulte in inſidijs ſedere, donec ad erumpendum ſignum accepiſſent. Pedites vbi ad deſtinatum peruenijſſent locum, ſignum fumo ederent, nec priuſ rollerent clamorem, q̄ prælium in faucibus contractum arbitrari poſſent. Ducem multis pollicitationibus oneratū, ſi fidē præſtaret, vinctum tribuno tradidit. Ipſe interea intētus ſignū expectabat. Tribunus & qui cū eo miſſi ſūt, quia luna pernox erat: mōtib⁹ circūacti noctu iter habebāt: iterdiu occulti quieſcere. Demū tertio die deſtinatū iugū adepti ſignū excōpoſito edunt: quo accepto, Quintius nihil moratus tripartito in hoſtem mouet, fuitq; primo prælio extra hoſtiū vallum. Hijs inde in angu-Philipp⁹ ex Aoi faucibus depellit. ſtias & intra munitiones cōpulſis, quū iam Romanus iniquo loco pugnaret, clamor a tergo auditus hoſtem in fugā auertit. Impeditiora loca Macedoni adiumento fuerunt, qua nec eques nec miles gra ui armatura fugientibus e veſtigio potuit inſiſtere. Duo milia hominum cæſa, captaq; regia caſtra. Rex collecto ex diſſipata fuga agmine in Theſſaliā conceſſit, in qua peragranda multa oppida, excitis ſua ſede natalicq; ſolo incolis, cum ijs rebus quas aſportare potuerunt, incēdio vaſtauit. Exciſæ per hunc modum Phacium, Ireſiæ, Euchidium, Erethria, Pala, Epharus, Pheris rex excluſus in Macedoniam tranſcendit. Affuerunt nec multo poſt Aetoli, qui audita pugna ad Aoum cōmiſſa, Theſſaliā ingreſſi ignobilia quædam loca occuparunt, & in his Ciphara caſtellū Dolopiæ imminens. Secutus inde Aminander rex Athamanū, qui Romano militeAchæi a Philippo alienant. vſus quē a conſule acceperat, paucis die⁹ Phecas Gomphos, Argentam, Pherinum, Thimarum, Liſinam, Stinonē, & Lāpſum deditione recepit. Atq; ita vno fere tēpore Theſſalia a tribus eſt exercitib⁹ Tres exercit⁹ Theſſaliā vaſtant. vexata. Quintius Epirotis qui Macedonū rebus ex cōfeſſo fauerant, per Charopum in ſocietatem recepti, claſſeq; ex Corcyra accerſita, Theſſaliā Aminādri ductu ingreſſus Phaleriam metropolim totius gentis, & Pieriam cepit. Phaleria direpta & incenſa eſt



eſt. Et iam conſul ad Rhagem vrbem copias admouerat, quæ ſuit ſuper Peneum amnem, quum L. Quintius conſulis frater, cuius erat claſſis imperium, quia fama erat duas ſociorum claſſes Rhodiā & Attalicam, circa Andrum inſulam nuper iūctas in Euboeam tranſmiſiſſe, L. Apuſtio ad Athenarū præſidium relicto, cum cætera claſſe eodem contendit, vt gerēdarum rerum principio adeſſet. Hic triplici claſſe vno tempore Erethria oppugnata,Erethria capitur. inter motas conditiones pacis, L. Quintius ea parte qua murus dirutus erat, noctu ſuos in vrbem immiſit. Multitudo nocturno tumultu conſternata arcem occupauit, eius diutius retinendæ, quia nulla ſpes erat, vltro dedita eſt. Vrbs a Romanis, auro, argento, tabulis, ac ſignis quorum abundās erat ſpoliata eſt. Inde Caryſtij cum arce quam tenebant circaCaryſtus deditur. conſeſſi metu deditionem fecere. His duabus vrbibus in Euboea captis claſſis ad Cencreas Corinthiorum nauale deceſſit. Fuit is locus in Saronico ſinu circa Iſthmum, qua parte Peloponneſus Myrtoo abluitur. Erant & Lecheæ frequentius nauale in aduerſo Iſthmo, qua Ionium procaci inſinuatione illius angustias oppugnat. Sinum ipſum Corinthiacum vocant, Quintius conſul, quum plures dies Rhagem in Theſſalia fruſtra obſediſſet, in Anticyram quę in Phocide eſt ad Corinthiacum ſinū verſa proceſſit. Phanoceaq; primo impetu ſubacta ipſa quoq; Anticyra ſine maiore certamine capta eſt. Ambruſium inde Lapoliſq; recepte, mox & Daculiſia excelſo ſita tumulo vi capitur, & cum ea ſex alia ignobilia oppida magis metu quam armis dedita. Elatia inde circunceſſa eſt, quo tēpore in ſpem venit Aceæ gentis a Philippi ſocietate per Ariſtenum prætorem alienandæ. Is electo Cycliada eorum principe, qui rem ad Philippum trahebant, frequenti Achæorū conuentu cōmemorata intolerabili Macedonum in ſocios ſuperbia, fœdaq; regis libidine, quum in alias multas illuſtris fœmi-Achæor⁹ conſulta tio. nas, tum in Polycratiam Arathi coniugem, quem Achæorum haud dubie principem cum Aratho patre occidiſſet, adiectis inde cladibus quibus eo bienio accepris ne ſua quidem Philippus, non modo aliena ſatis defenſurus videretur. Contra laudata Romanorum virtute, qui vnus in terris popul⁹ ad id tempus omnibus inuictus bellis eſſet. Laudata conſulis clemētia, qui Achæos rogaret (aderant enim legati a Quintio ad id miſſi) quos vi poſſet & armis cogere, id ētidē momento ne oblatam inuiſtæ gentis ſocietatem faſtidirent, quæ vltro ſibi tali tempore optāda eſſet, haud ſemper licituru⁹ quod tū liceret, nec talem occaſionē oi tēpore aſſuturam ſuis rebus conſulendi. His & alijs quæ Liuius longiore eſt complexu verborū execut⁹, obtinuit Ariſtenus, vt Achæi decretum tulerint, quo Rhodiorū & Attali ſocij fierent, mox & Romanorum ſi ſenatus ad quem mittebatur eam ſocietatem probaſſet. Achæis per hunc modum a Philippo alienatis, in eorum gratiam Attalus & L. Quintius ſunt Corinthum oppugnare adorti, ariete muris admoto aliquātulum ruinæ fecerant, cæterum Macedones & Romanorū perfugæ quibus nulla ſpes veniæ aderat, ſi vrbs capta eſſet, pertinaciter reſiſtentes, valide ſe & Corinthios tutati ſunt. Infecta itaq; re inde abſceſſum: diuerſiq;, Attalus Pyreum Corycrā Quintius abierunt. Per id tēpus Conſul ad Elatiā, diſiecta murorum parte, quum vnum in locū vbi plurimum erat periculi contractum, omnium oculos aduertiſſet, diuerſa murorum parte ſcalis haud vno loco appoſitis, vrbē occupauit, qua direpta, arcē q̄ multi mortales medio tumultu cōfugerāt, metu ad deditionem compulit. Interea Argiui Achęo rum preſidio ciecto Macedōes in vrbem accipiūt. Erat Eneſidemus præſidij præfectus, ille vbi Macedones receptum iri vidit, & Argiuorum aciem in ſe dirigi, pactus, vt incolume præſidium ex vrbe mittere liceret (erant enim quingenti numero iuuenes ex tota Achaia delecti) ipſe cum paucis clientibus, obiecto hoſtibus ſcuto, locum retinere perſeuerauit, profeſſus malle ſe ibi idem mori, q̄ commiſſæ vrbis præſidio decedere. Atq; ita cōiectis in vnum telis, non inultus concidit. Et hæc in Græcia ſecunda Macedonici belli æſtate geſta. In Gallia nihil interea memorabile fieri contigit. Circa vrbem Romam cōiuratio ſeruorum non paruum ciuitati terrorem incuſſit. Hi Setiam, Norbem, & Circeios occupare conſtituerāt. Id flagitium ad L. Cornelium Lentulū prætorē Vrbanū indicio delatum, ſubito eius occurſu, capitibus cōiurationis necatis paucis eſt diebus oppreſſum. Conſilium a ſeruis Carthaginenſium, qui obſides Setiæ cuſtodiebātur, ortum ferebatur, atq; ob eam rem Pœni per eos dies, iuſſu patrū, iuxta intētius atq; in priuato obſeruati. Legati ſub id tempus ab Attalo Romam miſſi coronam auream. CCXLVI. pondo in capitolio poſuerunt, gratias patribus agere iuſſi, q̄ Romanorum legatorum autoritate Antiochus motus, ſui regni finibus exceſſiſſet. A Maſiniſſa. CC. equites & .X. elephanti ſunt per id quoq; tempus ad exercitum in Macedoniam miſſi, & M. Porcius Cato, qui tum prætor in Sardinia erat, fœneratores omnes ex ea inſula exegit, & ſumptus qui in prætorium cultum fieri ſolebāt a ſocijs circūcidit, ipſe adeo frugi circūſpectaq; moderatione egit, vt vno dūraxat comite, qui ſalinum ad vſum ſacrorum ferret, ſocias vrbes circuiret. Creati inde conſules Gn. Cornelius Cethegus, & Q. Minutius Ruffus, ambobuſq; eſt Italia decreta. Quintio, quia ſatis conſtabat nihil magis obſtare, quo maturius in Macedonia debellaretur, q̄ q̄ pene priuſ conſulibus ſuccederetur, q̄ res ibi geri cœpta eſſet, tāditu in prouincia prorogatum eſt imperium, donec ei ſucceſſor datus eſſet. Prodigia alia quot hoc quoq; anno & facta ſunt & expiata. Sumni ædes cum aliquot publicis locis e cœlo tacta eſt. Agnus biceps Aeſculi natus, & lupus in Capitoliū penetrauit. Fruſinone inter noctem lux orta eſt. Quinq; coloniæ in maritima loca decretæ, duæ ad hoſtia vulturni et literni. Puteolos tertia. Ad Caſtellum Salerni quarta. Vltima Bruxentum. Conſules in prouinciam profecti, in Inſubres Cornelius duxit exercitum, Minutius in Ligures, vbi Claſtidiū & Litubium confeſtim deditione recepit. Pari deinceps ſtudio omnis gens Ligurum præter Iluates & Boios Gallos cis Padum in fidem venit. Boij Pado ſuperato iam antea cum Inſubribus & Cenomanis cōtulerant caſtra. Verum vbi ſuos ab hoſte agros vaſtari rumor & nuncij retulerunt, relictis ſocijs qui in Mincij fluminis ripa caſtra fecerant, citato agmine ad ſuos fines tutandos trās Padum abierunt: quibus abſentibus haud multis inde interiectis diebus Cornelius cum Inſubribus conflixit. Cenomani quorum fides labare credebatur, in ſubfidijs ſunt ab Inſubribus locati. Aedem Soſpitæ Iunoni eo die conſul vouit, fiacie viciſſet. Victoria ingens fuit. Cæſa Inſubrium quinq; & .XXX. milia. Mille & .DCC. capti, & cum his Hamilchar Carthaginienſis belli autor. Signa militaria centū. XXX. & ſuper hæc ingens preda capta. Alteri conſuli Minutio minus negocij cum Liguribus fuit, qui vbi Inſubres ingenti prælio victos audiuere, ſociorum clade territi vicatim ſparſi ſua quiſq; vt

Eneſidemi p̄clarū facin⁹. Coniuratio ſeruorum. Catonis decretū. Cōſules. Prodigia Inſubriū cædes.

poterat, tueri perseuerauit. Iuates fractis Insubriũ opibus vltro se Romanis dediderunt. Erhæc in Gallia & Liguria eo anno gesta. Hyẽs erat, & Quintius post Elatiam captam in Phocide hybernabat, ex quibus hybernis ab Locrorum factiõe quę rem ad Romanos trahebat accersitus, arcem quę regis præsidio tenebatur, parabat oppugnare, quum a Philippo ad eum Caduceator venit, locum & tempus colloquio petens. Flaminius qui nõdum satis compertum habebat, quid Romæ post consularia comitia actum esset, veritus ne nouorum consulũ alter sibi successor mitteretur, pacis cupidus, vt Macedonici belli confecti laus penes se & non alium esset, in sinum Maliacum prope Niceam descendit, cum rege locuturus. Philippus ex Demetriade eo cum quinq; lembis venit: erantq; cum eo Macedonum principes, & Cycladas vir illustris, & cæteri Achæorum exules. Cum flaminio Aminander & Dionysiodorus Attali legatus, Phaneas Aetolus, & Rhodiæ classis præfectus, cum Aristeno & Xenophonte Achæorum principibus. Cum his Quintius ad littus progressus regem hortatur, vt e naui in litus progrediatur secum quę vellet cõmodius locuturus: quod facere recusantem, quum Quintius rogasset quem timeret, neminem præter Deos respondit sibi timori esse, cęterum haud se fidem ijs qui cũ Flaminio essent habere. Omnib⁹ id periculum est, inquit Quintius, qui cum hoste congrediuntur, si in nullo fides sit. Verum est hoc, ait Philippus: sed si fraude agendum sit haud par fallentibus erit præmium Philippus, & Phaneas Aetolus. Macedones haud ita facile alium Philippi similem sibi, inueniant regem, vt Aetoli in Phaneæ locum alium substituãt prętorem. De pace inde agi cœptũ, cuius Flaminius has conditiones dixit, vt rex præsidia ex omnibus Græciæ vrbibus deduceret. Captiuos & transfugas traderet Romanis, vt Illyridis loca post pacem occupata relinqueret, & cum his vrbes quas post Philoparoris mortem Ptolemæo filio ademisset. Audienda adhæc sociorum postulata. Ibi quũ alij alia postularent, vt tot & tanta haud quaq; præstiturus videretur, trahereturq; in longum disceptatio, tum Phaneas, nõ in verbis inquit res vertitur, aut bello vincendum est, aut melioribus parendum. Apparet id quidem, Philippus dixit, & cæco: iocatus in Phaneę valetudinẽ, qui visu laborabat, fuit enim natura dicatior cẽ regem deceret. Triduo inde per varias altercationes consumpto, ita demũ comparatum est, vt inducijs in duos menses pactis, Philippus legatos Romam mitteret, qui cum legatis sociorum de pacis conditionibus coram patribꝰ disceptarent. Ibi vero quũ illi demonstrassent (nã haud tota Græcia decedebat Philippus) nisi Demetriadẽ in Thessalia, Chalcidẽ in Eubœa, Corinthũ in Achaia Macedo relinqueret, quas vrbes haud falso rex ipse compedes Græciæ vocitare esset solitus, nunq; Græciam ipsam a certaminibus quietura: Regijq; legati negarent quicq; de his sibi mãdatũ esse a rege, re infecta dimissi sunt, Quintio pacis & belli arbitrio permisso. Ille vero victoriæ magis cẽ pacis cupidus, quum omnes suas & sociorũ vires ad exequendum bellum conuertisset, reparandarum virium Philippo necessitatem imposuit. Et quia de Macedonia retinẽda iam solicitus esse cœperat, Argos Nabidi (Plutarchus Onabum scribit) Lacedæmoniorum tyranno per Philoclem prefectum tradidit, qui inuitis ciuibus per arcem immissus, vrbem non aliter cẽ vi captam, fuga & rapinis fœdauit, rogatione prolata vt Argiuus ager viritim diuideretur, & veteres tabulæ, e medio tollerentur, duæ fasces multitudinis in optimates irritãdæ. Nec ita multo post Onabus cum Quintio & Attalo in coloquium venit pollicitusq; est auxilia aduersus Philippum, inducias q; Achęis ex Quintij autoritate fecit. Lacedæmonem inde reuersus vxorem Argos misit, vt quemadmodum ipse viros, ita illa matronas spoliaret. Egregia mulier Argiuarum nobilissimã quanq; nunc blande appellando, nunc instando minaciter omni ornatu cultuq; corporis auarissime spoliauit. Philipp⁹ interea ad Scotusam castra fecerat, quo & Quintius cum exercitu venit, de summa rei dimicaturus. Erãt in Rõanis castris, cum sociorum appendicibus sex & XX. milia hominum. Primo die Macedo prælio abstinuit religione quadam territus. Sequenti die nubilum erat cœlum, obscuraq; nubes montibus delapsa cãporum faciem obduxerat, quo contigit, vt specula toriæ alæ equitum vtrinq; a castris progressæ, circa Canis capita cæco pene occursu prælium commiserint. Sunt hi densi tumuli mutuo se attollentes, ab eaq; positura nomen fuit loco inditum. His locorũ difficultatibus Romani simul & Macedones vsi, prælium semel initum randiu ancipiti euentu distulerunt, quoad discussa nebula, eo totis sit viribꝰ concursum. Pugnabat Philippus in dextro cornu cum Macedonica phalange, tantoq; est impetu in Romanos inuectus, vt parũ res a fuga abesset: quod suorum periculum intuitus Quintius, omne robur militum remissa alibi pugna eo cõcitauit. Tũ vero instauratoplio, summa vi Macedonica acies soluitur, soluta cum cæde & strage multa profligata est, passimq; fuga insecuta, octo milia hostium sunt cæsa, quinq; capta. Venisset & Philipp⁹ in Romanorum potestatem, nisi Aetoli ad regia castra diripienda conuersi, Romanos ab eo insequẽdo auertissent, quibus iam exhaustis præda, quum Quintiani superuenissent, iniquissimo animo tulerunt. Offendit ea res non mediocriter Quintij animum, sed multo magis illud, cp Aetoli præcipuam ad se eius victoriæ partem trahebant, quam famam Alceus auxit poeta alioqui ignobilis. Nam vt de Lyrico qui Lesbius fuit intelligas, neq; tempus patit, neq; carmen scripsit ita quisquis fuit ille Alcæus. Fletibus & busto indecores terdena viator Thessalię oppetim⁹ milia in hoc tumulo, Marte sub Aetolum domiti & virtute Latinum: quos Titus immẽsa duxit ab Italia. Aemathiæ clade trux spiritus ille Philippi, Ceruorum cursu præpete lapsus abit. Sed Alcæus numerum ementitus est, & Quintij animũ maiorem in modũ offendit. Ob idq; eius iussu hæc sunt loco carmina iscripta: Frõdib⁹ & veteri libro nudata viator Celsa sit Alcæo crux fita in hoc tumulo. Philippus tam atroci clade fractus, se & fortunas suas cum toto regno, in Quintij ducis populiq; Romani potestatem tradidit, cui tota Græcia abstinere iusso, Macedoniæ regnũ & pacem Quintius restituit, mille prius talentis tributi nomine imperatis, totaq; classe præter. X. naues adempta. Rex Demetrium filiũ in fidem eorum quę pacisceretur, obsidem detulit. Delatum Quintius Romam misit. In Hispania per id tempus, C. Sempronius Tuditanus cum exercitu est a Celtiberis cæsus. Sed cẽ male ibi res gesta est, tam prospero felicię euentu in Gallos a L. Furio & Claudio Marcello consulibus bellatum: hi post Cornelium Cethegum & Minutium Ruffum consules fuere, Boijs & insubribꝰ bello subactis, & Marcellus qui iustiore prælio hostes vicerat, in vrbem triumphans rediit. Immineb at interim bellum ab Antiocho, ad quod Hannibal qui adhuc, vt quidam scribunt, Carthagini erat,

Philippi & Flamini congressus.

Rapacissima Nabidis coniunx.

Canis capita.

Macedonũ cędes.

Alcęi carmen.

Philippꝰ dicax.

Compedes Græciæ.

Pax Philippo redita.

Vide nũo, articulus sit,

Hãnibal ad Antiochum transfugium.



erat, hortatur, ipse in Aphrica aliquid occulte moturꝰ. Cæterum indicio per homines aduersæ factionis Romam delato, quum supplicium vereretur (iam enim legati ad eum deposcendum ab vrbe profecti dicebant) ad Antiochum transfugit. Interea Romæ magna altercatio inter ordines orta de lege Oppia. Eam M. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio & T. Sempronio consulibus, medio Punici belli ardore tulerat, vt ne qua mulier plus semuncia haberet auri. Neu vestimento versicolori, iunctoq; vehiculo nisi sacrorum causa vteretur. Tribuni legem tuebantur, & iam turba fauẽtium legi aduersantiũq; Capitolium complerat, multiq; nobiles ad suadendam dissuadendamq; abrogationem in publicum prodierant, & in his M. Porcius Cato qui tum consul erat, vrbanæ luxuriæ vt semper alias acerrimus hostis, in hunc modum est (pro lege ita locutus. Si suam quisq; vestrum Quirites) coniugem ita instituisset, vt maiestatem viri domi vereri didicisset, minus hodie negocij cum vniuersis haberemus. Sed quia nimium illis indulgendo, eo processum est, vt nostra sit libertas domi oppressa, quid mirum si publicum cultus æmulatione accensę viros rogant, tum miser ille qui exorari se permittit, sed multo miserior qui non fuerit exoratus. Nam quod ipse non dederit ab alio datum videbit. Nolite adhęc Quirites existimare rem eo loco futuram, si huic legi abrogatũ fuerit, quo fuit antea. Hominem improbum non accusari tutius est cẽ absolui: & luxuria nõ mora tolerabilior esset cẽ nũc ruptis vinculis futura sit, vt si bestię irritatę prius in apertum emittantur. Ego nullo modo legem abrogandam censeo. Vos quicquid de ea statueritis dij fortunent volo. Et Cato Porcius in hũc modum pro lege perorauit. Quem L. Valerius Tribunus plebis ita excepisse fertur. Si priuati inquit tantum ad suadendum, aut dissuadẽdum processissent Quirites, quia satis pro lege & contra legem abunde dictum existimabam, tacitus vestrorum suffragiorum euentum expectassem. Nunc vero quoniã grauissimus consul M. Cato, accuratissima oratione, nostram insectatus est rogationem, paucis ei respondere necesse est, etsi plura verba in muliebri intemperie castiganda consumpsisse mihi videtur, cẽ in nostra rogatione dissuadenda. Sed. M. Cato non solum grauis orator, verum etiam trux interdum, etsi ingenio mitis. Etenim quid noui matronæ fecisse videri possunt, cp frequentes in causa ad se pertinente in publicum processere? Quasi nouo exemplo & non sæpe alias semper cẽ bono publico, vt ipse in suis scripsit originibus, id fieri contigerit. Siquidem muliebri cœtu Sabini & Romani medio pugnæ ardore arma posuerunt. Matronæ Coriolanum hostem a mœnibꝰ huius vrbis amoliri potuerunt. Matronæ aurum Senonico bello in publicum contulerunt, vt hæc vrbs a Gallis redimeretur. Matronę ad mare progressæ matrem deũ publice exceperunt. Nec quia dissimiles causæ sint purgatione vlla opus est, si nihil nouo exemplo est factum, cẽcẽ quid per deum mirari oporteat eas nunc in causa facere, quod olim in communi sua & virorum fecerunt? Superbas nimis ne inhumanas dicam aures haberemus, si quum domini non fastidiant seruorum preces, nos ab honestis fœminis rogari non dignaremur? Queritur consul legem aliquam abrogatum iri, vel in primis eam quę ad muliebrem luxuriam arcendam lata esset. Ego quemadmodum legum quæ perpetuæ libertatis causa in omne tempus latæ sunt nullam antiquari opor-

Catonis verba pro lege Oppia.

Lex Oppia.

Peroratio.

Date frænos impotenti animali,

tere arbitror,ita ſiqua minus vtilis vſu deprehendatur,quod ſæpe temporum conditione euenit,aut corrigendam aut mutandam contenderim. Nam & quæ pace latæ ſunt ſæpius bellum abrogat, & contra quæ in bello pax inutiliores reddit,vt in naui gubernanda,alia ſecunda,alia aduerſa tempeſtate vſui ſunt.Lex hęc a vigeſimo hinc anno lata eſt, ſine qua quum matronale decus huic ciuitati per tot annos & ætates inoffenſum manſerit,verendū eſt ne nunc ſublata lege a nobis,in officio contineri non poſſit. Nec ipſius legis ferendæ luxuria in cauſa fuit,ſed temporum difficultas. Hannibal in Italia erat,ciuitas pluribus cladibus affecta.Magna pars Italię a nobis alienata.An tali tempore matronæ in cultu & ornatu occupatæ erant vt Oppia lege opus fuerit, præſertim quum Cereris anniuerſarium ſit intermiſſum,matronis publicam & priuatam cladem lugentibus,aut potius inopia & publica calamitas,vt id fieret , perſuaſit? Quod ſi omnia quæ tunc neceſſitas reipublicę expeſſit,nullo pacto mutanda ſunt,cur priuatis pecuniæ reſtituūtur? cur ſerui ad militiam emi deſierunt? cur non ſinguli damus remiges ſicut tunc dedimus? omnes ciuitatis ordines mutationē reipublicæ in melius ſenſerint,ad vxores tantum noſtras tranquilli huius ſtatus nullus peruenięt fructus? vir in veſte ſtragula vretur purpura,mulieribus purpureum amiculum habere non licebit, vt equus pretioſius inſternatur? vxori? Quid? purpura tenacior eſt in vſu,& in auro nullum ſentitur intertrimentum,& quod ſæpe experti ſumus,preſidium eſt quoddam muliebris ornatus ad publicos & priuatos vſus. Quod autem ad æmulationem attinet, non video quę maior doloris cauſa omnibus eſſe poſſit,? ſpectare ſociorum Latini nominis matronas auro & purpura fulgentes curru per vrbem vehi,ipſas ſine cultu,ſine ornatu pedibus ſequi , tanc? in illarum vrbibus ſit imperium . Poſſet id virorum animos perſtringere,non modo mulierum,quę paruis etiā mouentur. Adde? non magiſtratus , non ſpolia, non triumphi huic ſexui contingere poſſunt, munditiæ ornatus & cultus propria & perpetua fœminarū inſignia.His illæ gaudent & gloriantur. Hūc muliebrem mundum maiores noſtri non ſine cauſa dixerunt.Quid aliud in luctu,? purpuram & aurum deponunt? quid quum eluxerunt in ſupplicationibus deorum aut gratulationibus præter hæc eadem ſumunt? Necillud verendum eſt quoties liberit ne inhibere non poſſitis,quæ hodie lex Oppia,velut non omni tempore vxores in manu veſtra futurę ſint.Patiendum huic infirmitati eſt Quirites,quodeū? ſtatuendum putatis. Quo enim pl? poteſtis,eo moderatius in illas vos decet vti imperio.His vtrinc? dictis omnes ad vnam tribus legē abrogarunt.Et Marcus Cato ſecundum eam abrogationem,cum quinc? &.XX. longis nauibus,in Hiſpaniam profectus ad Emporia primo delatus eſt.Duo erant oppida muro diuiſa , vnum Græcia Phocea vt Maſſilienſes oriundi habebant in mare expoſitum.Alterum mari auerſum,quod Hiſpani. Coaluit res Græca intantum indigenarum vicinitate,diligenti cuſtodia,reic? maritimæ peritia, cui? Hiſpani accollæ expertes gaudebant Græcorum commercio velut vicinum haberent Emporium, etſi illi nullius commerc? cauſa a Græcis in oppidū admitterentur, Vmbra quoc? Romani nominis Græcos ab omni finitimorum iniuria incolumes preſtabat,quippe qui ciuitate fuerunt poſtea a Romanis donati,inde & Hiſpani accolę,quo contigit vt in vnū corpus ciuitatis poſtea abierint.Hinc Cato hoſtiū fines ingreſſus,omnia incēdio & depopulatiōe cōpler.Cęterū ſub id tēpus quo Cato in prouinciā venit,Helui? Romā deceſſurus,cū ſex militibus hominū quos preſidij cauſa ab Appio Claudio prętore acceperat,quoad in pacatū abiiſſet, ad Illiturgim prælio exceptus a Celtiberis.XII.milia hoſtiū occidit,atc? Illiturgim vi cepit. Inde in Catonis caſtra tranſgreſſus preſidiū in vlteriorē Hiſpaniā remiſit.Ea victoria in cauſa fuit , vt Romā reuerſus minorē triūphū,quā ouationē vocāt,egerit.Minutius quoc? per id tēpus de Hiſpanis triumphauit.Sed Aelius tādiu morbo implicitus fuit, vt nō multo prius ,puincia deceſſerit, q? Minuti? q illi ſucceſſerat.Fecerat Cato nō ,pcul ab hoſtib? caſtra, & iam prælium imminebat, quū Ilergetum legati ſubſidiū petitū venere,affirmantes niſi rebus ſuis mature ſubueniretur,futurū, vt breui ab hoſte aut vi aut voluntate ſubigerentur.Cato & ſocijs cōſul tum volebat,& copias ſub pugnæ tēpus haud minui oportere cenſebat. Vt igitur in toleranda obſidione durarent ſocij,illis ſpectantibus tertiā copiarū partē in naues impoſuit,legatis inde abeuntibus mandat,vt ſuis ſubſidiū affuturum nuncient. Cæterum illis a ſe dimiſſis, milites ex nauib? ad ſigna reuocat,omni cura cogitationec? cōuerſa in id belū quod in proximo hærebat. Paucis inde diebus ſuos hortatus ad hoſtium caſtra ducit , quos ad pugnam extractos egregie ſuperat ac caſtris exuit. Ad LX.milia hoſtium cæſa Valerius Antias ſcripſit. Ipſe Cato numerum non poſuit. Multi inde populi in fidē recepti,& cum his Emporienſes Hiſpani, qui cum alijs defecerant.Cato ſecūdum eam victoriam Taraconam progreſſus,quicquid gētium cis Iberum alienatum a Romanis erat in fidē recepit, armac? receptis ademit. Id adeo ægre Hiſpani tulerunt, vt eorum multi ſibi mortem conſciuerint (ferox hominum genus) nullā ſine armis vitam eſſe rati.Magno & ipſe Claudius ſucceſſu in diuerſa parte Hiſpaniæ.X.milia Turdetanorum vna acie cōfecit,etſi Turdetani omnium Hiſpanorum, vt Liui? ſcribit , imbelliſſimi ſunt. Cepit inde Cato Segeſtiam vrbem opulentam , multac? vi hoſtibus inſtare,atc? in maximis minimiſc? rebus obeūdis, in nullum acerbius c? in ſeipſum exercebat imperium,parſimonia,vigilijs,& labore,cū infimis militum certabat,ſæpius dicere ſolitus non placere ſibi militem,qui magis ſtertendo audiretur c? hoſtibus inclamādo,nec qui in itinere manus in prælio pedes agitaret.Et quia Turdetani prælio victi Celtiberos mercede conduxerant, fecerantc? bina caſtra,nec par Romanus prætor duobus hoſtiū exercitibus futurus videretur,Cato per literas accerſit? cū legionibus eo venit,qui poſtc? in cōſpectu hoſtiū caſtra fecit,triplicem Celtiberis conditionem ,ppoſuit,vt aut ad ſe trasirent duplex ſtipendium acceпturi,aut domum abirent publica fide accepta,nulli eorum noxæ futurum , c? cum Turdetanis militaſſent:aut ſi neutrum horum placeret,in aciem de ſumma rei decreturi deſcenderent.Illi nihil horum agere,medij inter bellum & pacem agitare , in priſtina ſtatione eſſe. Quod vbi Cato animaduerit, prætore cum maxima parte copiarum relicto , ipſe ne aſſidendo hoſtibus tēpus tereret cum ſeptē cohortibus ad Iberū reuerſus Sedetanos,Auxetanos, Sueſſetanos,& Lacetanos deuiam & ſylueſtrem gētē recepit,capta eorū vrbe munitiore loco ſita. Cepit dein regiū caſtrū latronum recepтaculum,quos in poteſtatem redactos extremo affecit ſupplicio: multitudi

Ilergetū poſtulata

Hiſpanorū cædes.

Catonis frugalitas.

Mūditiæ fœminarum inſignia.

Oppia lex antiquatur.



multitudinem ſub corona vendidit.Et iam pacata erat prouincia quadringētis eius terræ oppidis captis.Cato ad triumphū deceſſurus ex ferrarijs & argentarijs vectigal inſtituit.Quib? locupletior prouincia facta eſt.Eadē ætate qua hæc in Hiſpania facta ſunt , Valerius Flaccus alter conſul cui Gallia prouincia ſorte euenerat,iuxta Litanā ſyluam cum Boijs proſpere pugnauit.Octo milia hoim,eo prælio deſiderata. Nec vltra quicq? dignū memoria in ea prouincia geſtū. In Græcia per id tps Quintius pace Philippo reddita,Nabidi Lacedęmoniorū tyranno bellū intulit: qui ex Achæis Argos occupatum habebat.Ois Græcia præter Aetolos in id belū cōſenſit. Caſtra igit? primo circa Argos Flamini? habuit,eratc? cū eo Ariſten? Achæorū prætor, qui circa Cleonas cū.X. milibus armatorū illi ſe iūxerat.Pythagoras Nabidis gener vrbē Laconico obtinebat præſidio.Is ſub hoſtium acceſſum, & circa portas ſtationes , & in muris cuſtodias diſpoſuit, oīac? ſolerti aīo ,ſpicere ad vrbē vi retinēdā. Sed parum abfuit quin ab initio ſubita ſit cōiuratione oppreſſus:Democles nobilis adoleſcēs cū plurib? in eū coniurauerat, incautus tamē fidei æſtimator dum ſtudet plures ſibi adiungere, cōiuratio ad Pythagoram indicio eſt delata. Ille vero poſteaquam ſe proditū ſenſit, in publicum cū paucis proceſſit, ciues ad libertatē vocans, ſed ad primū clamorem cū ijs qui eum ſequebantur,eſt Pythagoræ iuſſu interfectus. Caſtra inde ad vbem quingentos circiter paſſus Quinti? admouit, ſpe alicuius futuri motus.Verū vbi omnia preſſa teneri ſenſit,nec quicq? ab Argiuis moueri in vrbe,relictis Argis in Nabidem mouit:per Partheniū primo mox prætер Taygetum ducens,ad Carrhias conſedit. Huc Lacedæmoniorū exules ſpe patriæ recuperandæ ad Quintium venerunt,& auxilia a Philippo rege miſſa,& naues vndic? multæ cōuenerant. Nec tyrannus ad tantā belli molē animū remiſit, vrbe foſſa et vallo valide munita, oīs ciues ambiguę fidei quoſdam etiā iniuria ſuſpectos in poteſtatē redactos ſequēti nocte in cuſtodia necauit, quo tēpore perculſam ciuitatē iā inde magis magiſc? obnoxiā habuit. Flaminius priorib? ſtatuis profectus, ad Sellas ſupra Eurotā fluuiū caſtra fecit, quo in loco Antigonus rex Cleomenē primū Lacedæmoniorū tyrannum ingenti prælio vicit. A Sellis ad vrbē progreſſus, qua Eurotas mœnia prętерlabitur hoſtē tumultuario prælio victū in vrbē cōpulit. Poſtridie Nabis Romanum agmen circum Menali radices actum a tergo adortus multo maiore clade , quam prælio affectus, ſeſe trepide in vrbem recepit. Quinti? duplici pugna victor tranſlatis ad Amyclas caſtris amœniſſimum agrum vrbi circuniectum late populatur. Ad flumen inde Aranta profectus, vallē Taygeto ſubiectā agrumc? vaſtat mari finitimū. L. Quintius claſſis præfectus,& ipſe interea in litorali ora aliquot oppida partim vi, partim volūtaria deditione tyranno adimit. Cytheum inde terra mari? aliquandiu oppugnatum Romanus imperator cepit. Ea demū clades ( erat enim Cytheū omnium maritimarum vrbium caput) feroces tyranni ſpirit? fregit,qui fortunæ cedendū ratus,Caduceatorem ad Quintiū in caſtra miſit, vt ad ſe legatos mitti pateretur, quo impetrato Pythagoras qui nuper ex Argis cū duob? milibus Argiuorum Lacedæmonē venerat,ad Quintiū in caſtra eſt miſſus.Is petijt vt Nabidi liceret cum ipſo imperatore loqui.Id quoc? illi permiſſum.Tū ibi prior Nabis velut ignarus,qua cauſa bellū ſibi Ro.po. indixiſſet,colloquiū petiſſe dicitur,vt priuſquam periret

Vectigal argenti in Hiſpania.

Flaminius bellū Nabidi infert.

Quinti? Lacedæmonem petit.

Nabis vincitur.

Cytheū oppidū.

Nabidis & Quintij cōgreſſus.

Quintij verba ad uerſus tyrannos.

Cōditiones pacis Nabidi appoſitæ.

Per quos pax turbatur.

Lacedæmuri.

Pythagoræ conſilium.

ſciret cur ſibi pereundū eſſet. Inde multū de Romanorū iniuria queſtus,c? ſe quę ſociū & regē appellaſſent cuius auxilijs aduerſus Philippū,vſi eſſent, hoſtiliter petijſſent,præſertim cū nihil ex eo fœdere quod fecū Quintius ſanxiſſet,eſſet ad id tempus violatū. Mirari ſe Romanos qui fœdera præter cæteras gentes colerent, ac ſociale nomē ſanctū & inuiolatū haberēt, Punica perfidia ſecū agere Certo ſcire nihil a ſe dictū aut factum cur Romanos initę ſecū amicitiæ pœniteret. Hęc Nabidē locutum ita Flaminius excepit,vt oſtenderet quædā eum cōtra fœdus & pactam ſocietatē feciſſe. Stulte prætерea Romanos agere videri potuiſſe,quum liberandæ Græciæ titulo grave bellum procul domo tanto periculo & labore tot annos geſſiſſent, Argos & Lacedæmonem duo quædam Græciæ lumina,tyranno lanianda relinquerent. Poſtremo monuit ne fruſtra fidē et ſocietatis iura iactaret,quin omni populari oratione omiſſa vt tyrannus loqueretur, cui natura repugnante nulla fidelis cum libero populo ſocietas & amicitia eſſe poteſt.Nabis ferociſſimo Quintij reſponſo adhuc magis territ?, ecquę conditiones pacis ſibi dicerentur requiſiuit. Aliquātulum inter ſocios eſt dubitatum, bellum ne ſolui deberet( nam ipſe Argis ſponte præſidiū deduceбat)an tollendus e medio eſſet tyrānus, quo incolumi nunc? ſtatus Græcię videretur quieturus. Demum Quintio ad pacē declinante, quum propter bellū quod ab Antiocho inſtabat,tum quia verebatur ne noui cōſules Greciā ſortirent, his cōditionibus pax Nabidi propoſita eſt, vt intra decē dies præſidium Argis deduceret, vt Argiuis mancipia adempta redderet, naues reſtitueret, quas vicinis ciuitatib? abſtuliſſet, ipſe præter duos lembos nauē nullam haberet, perfugas & captiuos Romanis & ſocijs remitteret, Meſſenijs oīa quæ extarent domi nijc? agnoſcerent reddenda curaret. Exulibus Lacedæmonijs filios relaxaret, vrbes quas in Creta haberet dimitteret,nec in ea inſula vllam habere poſſet amplius ciuitatem. Ciuitates quæ in fidem populi Romani veniſſent ne bello infeſtaret. Ne caſtellū aut oppidū vſpiam cōderet. Quinc? obſides daret quos Romanus iperator veller. Centū argēti talenta in præſentia penderet.His Nabis conditionibus erat ſibi pacem redempturus. Cęterum ſerui qui exulum vxores matrmonio ſibi deuinxerant, quic? Argiuis reſtituendi erant, tranſfugæ & alij quorum intererat bellum manere, tumultuoſo diſcurſu clamoreq? ſignificabant deteſtabilē eam pacem eſſe, omnia ſe prius laturos, q? bellū eiuſmodi conditionibus ſolui. His vocibus conſenſuq? ſuorum frætus Nabis repudiatis cōditionib? in bello perſeuerauit.Aliquot itaq? prælia ſunt poſtea circa vrbē geſta eaq? Romanis proſpera, adeo vt quidā fugientib? mixti vrbē irruperint,Flaminius vrbis ſitum contēplatus corona oppidū cinxit.Habebat em ſub ſignis cū appendicibus ſociorū quinquaginta armatorū milia. Fuit Lacedæmon olim ſine mœnib?,tyrāni per plana loca murū duxerāt.Emi nentiores partes Nabis præſidijs firmauerat. Fuit ab initio cruentū certamen, cęterū Romanis in vrbem euadētibus capta erat Lacedæmō, niſi Pythagoras Nabidis gener, ædificia muro proxima incendi imperaſſet.Ea res in cauſa fuit, vt flāma ſubito emicante, qui vrbi imminebant incendij metu ſint a mœnibus repulſi, refugiebārc? ex vrbe ad ſigna qui iam in angiportis pugnabāt, ne gliſcente flāma a ſuis excluderent. Imminebat nihilo ſecius tyranno Quintius,& iam triduo eū prælio fatigabat,quum Nabis in preces verſus per Pythagorā

Pax Nabidi data.

iterum in castra missum ijs legibus quas Romanus imperator dixerat pacē imperauit. Qua vix bene firmata nūcio ex Argis superuenit, Argiuos pulso tyranni præsidio sese in libertatē asseruisse. Autores quidam non ex oppido Nabim bellasse prodiderunt, sed castra castris contulisse essecq; acie certatum, ingentiq; prælio victū, quindecim milibꝰ hoim amissis, & quatuor captis, quibus potuit cōditionibus pacē cōplexum. Eodē tēpore a Quintio literæ de rebus in Græcia gestis, & a M. Portio Catone ex Hispania Romam allatæ, ingenti lætitia ciuitatem affecerūt, in triduumq; vtriusq; nomine circa deum aras supplicatum. Creati inde consules

Cōsules.

P. Cornelius Scipio Aphricanus, & T. Sempronius Longus, quorum patres primo anno secundi belli Punici vna consules fuerant. His Italia ambobus est decreta, etsi Scipio Macedoniam maluisset, iam enim Antiochus in Europam transcendisse dicebatur, incertum quo cōsilio, eratq; constans fama ab Hannibale & Aetolis ad Ro. bellū regem concitari. Cæterum non modo ob eam rem, nō nouus ali quis exercitus in Græciam missus est, sed qui ibi erat in Italiam deportari placuit. Ver sacrum eo anno factum ex omni pecore, quod esset a Caleñ.

Scipio princeps senatus.

Martijs ad Maias idus natum. Et Scipio qui consul erat, ab Aelio Pæto & C. Cornelio cēsoribus princeps senatus est lectus. Idem censores loca senatoria a populo secreuere, quum prius promiscue spectare consuessent. Hoc anno Qu. Pleminius est in vinculis necatus, vt quidam scribūt, qui ad id tempus in custodia habitus, vt carcerem cōmodius refringeret, quibusdam autor fuerat, vt noctu vrbē pluribus locis incenderent. Coloniæ deductæ Puteolos Vulturnum & Liternum Tempſam & Crotonem. In Romano foro et in Capitolio sanguinis gutte visæ sunt, & terra aliquoties pluit, & Interāne lac fluxisse dicebatur, quę oculorum ludibria de more sunt Romæ procurata, additumq; nouendiale sacrum, cp Adriani nunciarunt in agro suo lapidibus pluisse. L. Valerius superioris anni consul, cū Insubribus & Boijs circa Mediolanū congressus, decem milia hostium cęcidit, & Cato per eosdē dies de Hispanis triumphauit. Nec ita multo post T. Sēpronius cōsul in Boios profectus, vbi hostes in armis esse sensit, paratosq; acie confligere, ad collegam nuncium misit, vt si commodo reipu. fieri posset, ad se veniret, vt iunctis copijs cum hoste numero abundante ex æquo dimicarent: ipse interim de industria tēpus trahere, qua re animaduersa Galli metu id accidere rati, subito Romana castra inuadunt, prælioq; haud vno loco inito per quæstoriā portam ingressi, L. Posthumiū cognomēto Tympanū, cum duobus præfectis socium interficiunt. Eosdē extra vallum reiectos, Romani duabus principalibus portis egressi, post longum certamen cum strage multa loco submouent funduntq;: cęsa sunt eo die vndecim milia Boiorū. Nec Romanis fuit victoria incruenta, quinq; milibus desideratis. Et hæc eo anno sunt in Gallia gesta. Quinti⁹ qui Elatiæ hybernauerat, iussus in Italiam exercitum deportare, publico Græciæ ciuitatibus conuentu Corinthum indicto cōmemorata Romanorum beneficentia in socios. Nequid sit inquit quod de pop. Ro. in vos animo dubitetis, in italiam habiturus, Chalcidē Demetriadē & Corinthū præsidijs inde deductis in libertatem restituo: quod Aetoli nunq; futurū prædicabant, eoq; adhuc loquente qui Corinthi in præsidio erant motis signis vrbe excedere cœperunt. Plutarchus in Isthmico cōuentu præconis voce libertatē Græcis oībus restitutā scribit, ad quam insperatam vocem tantus sit fauentium clamor secutus, vt corui tum forte superuolantes in mediū consessum conciderint. Dubiū, consciſsus aer sit ī causa, an quū permagna vox editur ille vi disiunctus nullā volantibus relinquat firmitatem, qui qm̄ lubricus fiat, aues quū velut ad inane peruenerint ad terrā dilabuntur, q̄q; in aere velut in aquis vortex quidā esse possit, cuius violēto impetu circūactæ volucres ad terrā deprimātur. Nec absurdū sit credere clamoris ictu tanq; sagitta quadam consauciatas ad terram defluere volucres. Sed quoquo modo id fiat, satis constat & tunc quidem & nonnunq; alias ob multiplicem clamorem talia accidisse. Populi quibus nominatim restituta est libertas, fuere Corinthij, Locri, Phocenses, Euboici, Achæi, Phthiotes, Magnesij, Thessali, et Perrhebi. Quintius nisi se gratulanti multitudini subtraxisset, tot milium hominum affluxu vitæ periculum adisset. Romam inde reuersus clarum de Macedonia egit triūphum, cui præcipuo officio fuit ornamento, cp mille ferme & CC. Romani ciues qui se cundo bello Punico capti, diuersaq; sorte in eam terrā deportati ad id tempus in prouincia seruitutē seruiuerant, in Flaminij gratiam ab Achæis sunt redēpti. Hi triumphali pompæ haud vulgarē præbuere speciem, rasis capitibus Quintij currū secuti. Prælatæ ad hæc cassides, Macedonicę Peltæ, Sarissæ defæcati auri pondo tria milia septingēta tredecim, Argenti quadraginta tria milia ducenta septuaginta. Aureos philippeos quatuordecim milia quingentos quatuordecim. Hæc Plutarchus. Li uius ait triduo triumphatū, ac multo plura ī triumpho lata, & in his decem argēteos clypeos, & vnū ex solido auro, mille talēta q̄ Philippus debebat, Quintij autoritate Po. Rom. remissit, societatemq; cum ipso rege iunxit. Hoc anno aliquot ædes dedicatæ sunt Romæ, Iunonis Matutæ in foro holitorio. In Quirinali, Fortunæ Primigeniæ. Iouis in insula tyberina, & ex multatitia pecunia Fauni. Consules habuit sequens annus Attilium Seranū, & Lucium Scribonium Libonē. Hoc quoq; anno Romanis ludis senatus a populo seorsum spectauit, fuitq; hic annus octauus ac quinquagesimus Romanę vrbis supra quingentesimū, quū ad id tēpus po. Ro. promiscue ludos spectasset. Crebro eo anno terra in vrbe & circa vrbē mota est. Cōsules partiti inter se prouincias, Cornelius Gallīā, Ligures Minutius sortiⁿ est. Et iam. XX. milia Ligurū in Lunensem agrum irrupisse rumor erat, & altera manus haud multo minor circa Padum Romanas colonias infestare nunciabat. Cōsulibus eo tumultu vrbe excitis, decreto patrū permissum est, vt eos qui scripti fuerant in vrbe, & ex agris quos vellent ad id bellū euocarent. Romæ interim cæterarū gentium legati in curiā sunt benigne appellati. Antiochi legatio ad Quintium & viginti legatos qui cū eo in Græcia fuerant, velut multo alijs perplexior reiecta est, vt ille ex dignitate populi Romani regis postulatis respōderet. Ibi Menippo legationis eius principe negante se videre quid regia legatio perplexi in se haberet, quādo tria essent iungendorum fœderū genera. V num quum inter victorē & victum fœdus feriretur, vbi qui vicissent victis leges darent. Alterū quo pares bello populi regesq; in fœdus coirent, quum res æquo iure & ex cōmodo vtriusq; partis cōponi soleant: tertium genus quo cū ꝙ qui nunq; hostes fuerint, ad amicitiā sociali genere iungendā coeant, ac tum alterā partium, neq; dare leges neq; accipere. Cuius generis Antiochus rex esset, qui nunq; hostis & aliquando amicus

Auium casus.

Macedonicus triumphus.

Templa.

Cōsules.

Gallorū cædes.

Quintiⁿ Græcis libertatē restituit.

Tríplex fœderū ratio.



amicus in fœdus populi Romani cuperet ascribi. Tum Quintius. Quando inquit Menippe de amicitię iure disputare libet, alia duo genera adijciam, extra quæ nulla regis amicitia cum po. Ro. esse possit, vt aut Antiochus tota Europa abstineat, aut liceat Romanis Græcas colonias, quæ in Asia sunt, in libertatem vindicare, quę non iccirco in eam terram fuerunt ab initio missę, vt regum libidinibus seruirent. Quum Menippus negaret se eorū quicq; in mandatis habere, de ijs quæ ad eius regnum attinerent, vt conditio vlla finium moueretur præsertim quū quæ Antiochus in ora Hellesponti possideret, iam inde a Seleuci proaui tēporibus, qui vrbes ipsas Syſimacho subiato iure belli suas fecisset, auus tenere perseueraſſet: ille patri suo, pater sibi per manus tradidisset, vix obtinere potuerūt legati, vt de ea re nihil Romani & socij decernerent, quoad legatio esset Antiocho renunciata, vt tps regi daretur ad deliberandum, quid eum facere oporteret. Erant iam Romani ad Antiochum missuri,

Hānibal pacē turbat.

quū legati ex Carthagine nunciarūt regem ipsum Hannibalis impulsu bellum comparare. Deposcebat sibi Hannibal centum naues, sexdecim milia peditum, & mille equites, quibuscum iterum Italiam inuaderet, cætera Italiam ipsam datu ram pollicebatur: fore ad hæc, vt per homines suæ factionis Carthaginienses a Romanis sub primos belli motus deficerēt. His quum facile Antiochus acceſſisset, misit Hannibal in Aphricam Aristonē quendam Tyrium, sed Ephesi natum, cuius opera fuerat Pœnus in rebus haud quidem leuibus sæpe vsus. Is notis quibusdam instructus, vt sua mādata agnoscerētur, Barchinę factionis viros nomina tim est cōuenire iussus, ac cum his occulte agere de Romana pace quoquo modo turbāda. Erat is non nihil Carthagini versatus, quum hoibus diuersæ factionis ipsius mora suspecta esse cœpit, res primo inter paucos, mox ī curia iactata, multiq; aperte prædicare statum ciuitatis, Romanam q; pacem ab Hannibale solicitari. Nec multum eius exilio profectum, si absens per internūcios faceret, quod præsens facturus esset. Aristonē Tyrium ab eo & Antiocho missum, obseruatumq; plures dies apud hoes Barchinę factionis, habēdum eū in custodia quæstione extorquēdum ad quid venerit. Satis pro temeritate vnius suppliciorū publice & priuatim esse expensum. Iam inde ciues suo periculo peccaturos, remp. non modo extra noxam, sed ab omni noxæ suspitione seruandam: quod nisi ille in curiam accersitus diceret causam sui accessus, iniectis vinculis Romam esse deportandum. Fuissent illi in senatum vocato, ac parum expedienti ad quid venisset, continuo catenæ iniectæ, nisi ab hominibus Barchinis reclamatum esset, rem indignam fieri, parumq; vtili exēplo, hospites nullo indicio in crimen deuocari: dilataq; in sequentē diē disceptatione, Aristonis vafra mentū.

Aristō nis vafra mentū.

Ariston rabella sub noctē in publico suspēsa, qua significabat se ad neminem priuatū, sed ad senatum ab Hannibale mādata habuisse, tertia vigilia noctis nauim ingressus in altum abijt, quę res nouæ inter ordines discordiæ fuit causa. Eam occasionem Masinissa rex secutus, Carthaginiēsem est agrum populatus, & ad stipēdium sibi pendendū aliquod illorum vrbes metu adegit. Cæterū vbi legatos Romā missos audiuit, qui non solum recenti crimine ciuitatē purgarēt, sed vt de ipsius quoq; regis iniuria quererentur, misit qui cum Carthaginiensibus in curia de iure agri disceptarent. Nec ita multo post tres legati ab Roma in Aphricam sunt missi, & in his Scipio Aphricanus, qui quum ve

Tres legati in Aphricam mittunt.

lut in rem præsentē venissent, dubium, sua sponte, an ita fuerit illis mandatum, integrum certamē (quod satis constat) reliquere. In Hispania per id tempus P. Cornelius Scipio Gnęi filius, præter alia non pauca secūda prælia, quæ in hostes fecerat, Lusitanos peruastata citeriore Hispania, ac præda graues haud procul Ilipa vrbe adortus, ingēti prælio victos fudit ac fugauit. XII. milibus ex eorū exercitu cęsis, militaribꝰ signis centū quinquaginta quatuor captis. Sextus Digitius non ita prospere in vlteriore Hispania rēpu. administrauit. Etenim post Catonis digressum, noua passim bella citra vltraq; Iberum exarserant. Pluribus itaq; prælijs ita Digitius copias minuerat, vt vix dimidium exercitus Caio Flaminio tradiderit. Glisebat interim Ligusticum bellum. XL. milibus hostium Pisas circūsedētibus, eo Minutius ex Aretio occurrit, vrbemq; ingressus postridie mille passus ab hoste castra fecit, verū nouo militi diffisus ad prælium exire non est ausus. Ligures suo numero freti, vallū succedētes sæpiⁿ pugnādi copiā fecere. Cōsederat itaq; circa Pisas aliquādiu bellū, quū alter cōsul Corneliⁿ Boicū agrū populat⁹, quū Mutinā duceret, Boiorū exercit⁹, qui insidiāti consilio loca, quibus consul ductu⁹ erat, insederat, obuiā occurrit: estq; ibi aliquot horas ferociter pugnatum, ad postremū Galli æstu & labore fessi, terga vertunt, passimq; metu & pauore dispalati cæduntur. XIIII. milia partim in prælio, partim in fuga mortē occubuere, mille et nonaginta duo capti, & cū his signa militaria. CC. Ex Romano exercitu quinq; milia desiderata. Romæ interea fœneratores nominibus ciuium, cum quibus fœnus facere non licebat, in socios transcriptis, fraudem legi fecerāt: decretum proinde est, vt secundū debitores sus diceretur in ea summa quæ post legem de ea re latam credita esset. In Hispania nihil memoria dignū hoc anno gestum, nisi cp C. Flaminius Ilucią vrbē in Oretanis expugnauit, & aliquot leuia prælia gessit aduersus latrones magis q̄ hostes: & M. Fuluius apud Toletū cum Vaccęis acie pflixit, quib⁹ egregie victis eorum regē Hilermum cepit. Census Romæ perfect⁹, censaq; sunt ciuium capita centū quadraginta tria milia. DCCIIII. Tyberis loca plana vrbis inundauit. Aricię Lanuuj & in Auētino lapidib⁹ pluit. Aediculā victoriæ virginis prope maiorē ædē victoriæ M. Cato qui vouerat dedicauit, & in castrū Ferentinū colonia est deducta. Consules sub id tēpus creati Gn. Domitius Aenobarbus, & L. Quintius Titi Quintij frater, q ex eodē loco petierat, quo P. Cornelius Scipio Aphricani patruelis frater, adeo plus recens Quintij gloria fratri apud populum q̄ Aphricani suo candidato profuit. Sed quo maior erat Scipionis gloria, eo ꝓpior inuidiæ. Addecp iam decimū annū Scipio in oculis ciuitatis fuerat versatus, quę res minus verendos magnos hoes longa satietate facit. Multi pecuarij eo anno ab Aedilib⁹ damnati ex multatitiaq; pecunia clypea inaurata sunt in fastigio Capitolij posita, & extra portam Trigeminam porticus vna excitata, altera ad portam fontinalem ad Martis aram. In Ligurib⁹ per eos dies cō sulis castra sunt ab hostibus oppugnata, ac vix retenta. Nec multi deinceps dies interfuere, quū cōsul motis castris in hostium iturus, medijs angustijs a fronte & a tergo Ligures esse sensit. Caudinæ cladis species admota erat militum oculis, quum periculū externo auxilio est discussum. Erat in castris Numidarū equitū ala, huiⁿ præfect⁹ pmissu & hortatu cōsulis, hostiū stationes sine tumultu adequitauit. Erāt interim spectātibus Numidæ ludibrio

Prodigia.

Cōsules.

Prodigia

Martis ara.

brio,equi hoſeſq; pauxilli & graciles,diſcinctus & inermis eques,nihil ꝑter iacula habēs.Equi infrænes, deformes, rigida ceruice, & capite in curſu extento. Vbi vero hi ad iactum teli propinqui hoſtibus fuere,nunc procurſum ſimulantes, nunc recurſum,paulatim ſeſe inſinuarunt. Poſtremo ꝯcitatis vno tpe equis clamoreq; ſublato, ꝑ medias hoſtiū ſtationes, trepidantib⁹ magis Ligurib⁹ q̄ tela expediētibus,in apertū euaſerūt. Ipſi paſſim in hoſtico incēſis villis oīa igni & rapina fœdantes, hoſtem ad ſua tuēda ex præſidio cōtraxerunt, atq; ita cōſul obſidione liberatus, in apertū copias eduxit. Cæterum neq; Ligures, neq; Hiſpani, ea tēpeſtate magis erant Romano nomini infeſti q̄ Aetoli. Hi ad Nabidē mittūt,& ad Philippū & Antiochū reges, qui illos ſocietate ſecū iūcta,ad Romanū bellū cōcitarent. Nabis(nam alīs nihil temere mouerunt) oīa circa Achaiam & loca maritima per ſe turbare adortus eſt. Iam Gytheū aperte oppugnabat, eſtq; ab Achæis interim Romanæ pacis per legatos admonit⁹. Miſſi ſunt & ab eadē gente legati Romā,q tyrāni motū nunciarēt. Venerat ꝑ id tēpus Antiochus Epheſum Piſidas oppugnaturus,quo Iulius a po.Ro.miſſus venit. Sulpitius eius collega ægrotus Pergami ſubſederat. Iulius ſæpe cū Hannibale congreſſus,eum Antiocho ſuſpectiorem reddidit. Claudius Quadrigarius annaliū ſcriptor, Acilius libros, vt Liuius ait, ſecutus, Scipionem in ea legione fuiſſe tradidit, in qua opinione & Plutarchus quoq; fuiſſe mihi videtur, ibiq; duces ipſos in colloquiū veniſſe, rogatumq; Hannibalē a Scipione, ecquē oīm imperatorū maximū fuiſſe arbitraretur, ꝓtorū ab eo cæteris ducib⁹ Alexandrū Macedonē, q cū modicis copijs immēſos vicīſſet exercitus. Mox Pyrrhū regem ſecūdo loco noīatum, q optime oīm caſtra fuiſſet metatus. Rogatus quem tertiū exiſtimaret, ſeipſum reſpōdit. Tum Scipio. Quid ſi me viciſſes,Hannibal? prætuliſſem me inquit oībus. Quibus verbis lætat⁹ Scipio,ita ſit hoſtis reſponſum interpretatus,ranq; tacita eius confeſſione ipſe oīm prælantiſſimus iudicatus eſſet. Alīs, vt dixi, Iuliū dūtaxat cū Pœno cōgreſſum autores ſunt, qui ex Epheſo Apameam vbi Antiochus erat profectus, eandē cum rege diſceptationē habuit,quæ a Quintio fuerat Romæ cum regijs legatis mota. Tenebat adhuc ea diſcuſſio,quum interim affertur Antiochi filium Seleucum maiorem natu, vita deceſſiſſe, quo nuncio regia luctu occupata, Iulius Pergamum conceſſit. Vnde paulo poſt ipſe & Sulpitius,iam enim a morbo cōualuerat,ad regem reuocati,cum Mimione vno ex regis purpuratis & ipſi & ſociorum legati,nonnihil per irritas altercationes diſceptarūt. Rex enim intereā ſe noluit, ad vltimum nulla re impetrata,legati dimiſſi ſunt, poſt quorum diſceſſum rex de bello in Romanos decernendo ſuos conſulit. Hic alīs alia magis in regis gratiā,q̄ in rem decernentibus,Hannibal cōſilio non fuerat adhibitus, iam regi ſuſpectior factus, quia cum legatis Romanorū eſſet ſæpius congreſſus. Tum ille purgatione opus eſſe ratus, ita demū eſt regem allocutus. Quū puer admodum inquit adhuc eſſem Rex maxime, pater meus Hamilclar, me puerum aris, ad quas ſacrificabat, admotum iurare coegit, vt nunq̄ po.Rom. amicus eſſem. Hoc quoq; ſacramēto annos ſex & triginta militaui. Hoc me quum pacate alioqui agere poſſem patria expulit. Hoc me extorrē in tuam regiā adduxit. Hoc duce ſi tu ſpem meā deſtitueris, vbi cunq; vires, vbicunq; arma eſſe ſciam, ire contendam, omnibus terris hoſtem pop. Ro. quæſiturus.

Aetolorū motus.

Scipiōis & Hānibalis cōgreſſus.

Rex de ratione belli conſultat.

Verba Hānibalis ad Antiochū.

Itaq; ſi quis tuorum me criminando cupit tecū gratiam inire, aliunde ſibi queˢat materiam. De meo in Romanos odio,pater Hamilchar,et Diꝫ per quorum aras iurauī,ſunt mihi teſtes. Si proinde de Romano bello cogitas, inter primos Hannibalem ad hibero cōſilijs: ſi pacem mauis, alium cum quo id deliberes, tibi queras oportet. Tempeſtiuus hic ſermo non mouit ſolum regem, ſed reconciliauit etiā Hannibali. Atq; ita ex concilio eſt diſceſſum, vt bellum gereretur. Romæ interea alteri cōſulū Italia prouincia decreta eſt. Alteri datum vt ſiquid ab Antiocho, aut aliunde moueretur, cū nouis legionibus & auxilijs eo proficiſceretur, quo neceſſitas vocaret, ſeorſum claſſis & terreſtris exercitus aduerſus Nabim decretus. Eratq; erecta ciuitas in deſtinati belli magis quam indicti expectationem, præſtolabaturq; in horam legatorum ab Antiocho reditum, quum fœda prodigia pluribus locis nuncīata, non parum formidinis ciuibus attulerunt. Capra in Piceno ſex hædos vno fœtu enixa fereba tur. Et Aretij puer vnimanus natus. Amiterni terra pluerat, & ꝙ maxime religionem incuſſit, bos locuta eſt, Caue tibi Roma. Cætera prodigia curata, bos aruſpicū iuſſu ſeruata eſt. Tyberis inſeſtio requam vnquam fuerat inundatione, duos pontes & multa circa flumentanam portam ædificia diſiecit. Et ſaxum e Capitolio in lugarium vicum cum multorum pernicie procidit, dubium imbribus, an tacito motu terræ Tarpeia rupe auulſum. Per eos dies Qu. Minutius in Piſano agro cum Liguribꝰ dimicauit, ceciditq; nouem milia hoſtium, cætera multitudo trepide intra vallum reiecta eſt, qua clade Ligures fracti, proxima nocte ſilenti agmi mi in pacatū conceſſerunt. Nec Romanus victor quicq̄ laxamenti dedit hoſti, Liguriæ fines ingreſſus, late vicos & villas incēdio vaſtauit. Legati ab Antiocho reuerſi, nihil quod maturā belli cauſam haberet attulerunt. Proinde Attilius tantum cum claſſe in Græciā aduerſus Nabidem eſt miſſus. In Italia Boiorum & Ligurum fines a duobus Romanis exercitibus ſunt vaſtati. Hoc anno C. Flaminius in Hiſpania Litabrum oppidum opulentum expugnauit, & M. Fuluius prætor, duobus ſecundis prælijs cū hoſte factis, Viſtellam & Volonem duas illuſtres Hiſpaniæ vrbes cepit. Mox in Oretanis Cuſibi & Nobilia potitus eſt. Ad Tagum amnem dein proceſſit, Toletum paruam tunc vrbem cæterum munitiſſimam, oppugnare eſt adortus. Huc magnus Vectonum exercitus breui affuit Toletanis ſuppetias laturus. His prælio fuſis, Fuluius oppidum expugnauit. Et his tunc erat Hiſpaniarum ſtatus, quum Attalus Eumenis regis Frater Romam venit, qui Pergami regnum obtinebat. Attalus pater non multo poſt quā Philippus victus eſt ad Canis capita, vita deceſſerat, ex hoc patres cognouerunt Antiochum Helleſpontum traieciſſe, & Aetolos ſummo ſtudio bellum comparare. Eumeni abſenti, & preſenti Attalo gratię publice actæ ſunt. Aedes liberæ & Lauria decreta, addita & his munera. Senatus his nunciſs commotus, primum oīm cēſuit, vt conſularia comitia haberētur, quibus creati ſunt ꝯſules, P. Cornelius Scipio, qui priore anno repulſam habuerat, vt dilat⁹ honorta li viro, nō negat⁹ videretur: & M. Atilio Glabrio. Et iām ſedulo oīa Romę ad bellū parabantur, quū Achæi, qui nihil ad id tēpus mouerant expectato Senatuſconſulto, bellum aduerſus Onabim decernunt, qui iandudum Gytheum ſumma ope oppugnabat. Erat eorum prætor Philopœmenes, qui Græcos omnes eo tempore prudentia & autoritate

Prodigia.

Resī Hiſpania geſtæ.

Cōſules.



anteibat. Fuit is oīm illuſtriū ducum quos Græcia habuit, nouiſſimus, maiore prudētia q̄ forma præditus. Proditū memoriæ eſt, quū Megaris eius aduentus expectaretur, pararenturq; cōuiuiū apud hoſpitē, ad quē diuerſatur⁹ erat, magno ſtudio, illeq; interim renui veſte hoſpitalē domū ingreſſus, creditus a matrefamilias ſeruorū vnus, q̄ ab ipſo duce prēmiſſus eſſet, iuſſus eſt ab ipſa ligna ſcindere, qd quū ille ſedulo faceret, ſuperuenit interim hoſpes, q̄ tum forte ex foro domū redibat. Is Philopœmenem operantē intuit⁹, indignitate rei cōmotus, qd hoc eſt inquit Philopœmenes? cui ille, expendo inquit pœnas meæ deformitatis. In hūc quoq; Flaminius aliqū cauillat⁹, pulchras dixit Philopœmenes habet manus, & pulchra crura, at ventrē nō habet, qui etſi reuera circa mediū valde remacruerat corpus, inopiā tū i eo Ro. imperator ſuggillabat. Habebat ille pedites optimos et equites, pecuniaq; tū indigus. Haud igit⁹ multo poſtq̄ dux creatus eſt, homo terreſtrib⁹ prælijs magis q̄ maritimis aſſuetus, a Nabidis claſſe, q̄ circa Gytheū ſtationē habebat, nauali prælio victus, vix piſcatoria eſt ſcapha ſeruatus, fecitq; id hoſtibus breue gaudium, quos a Pleias ſtatiua habentes (imminet is locus Leucis, quē tyrānus poſt naualē victoriā, vna cū Gytheo oppugnabat) noctu adortus, caſtris ex improuiſo incenſis & flāma & ferro haud mediocrē hoſtium partē deleuit, plurimi tū i maiora caſtra refugerūt. Inde Philopœmenes Trigolim Laconici agri partem populatus, prius prædā ingentē ex hoſtico abduxit, q̄ ex Gytheo tyrānus ſuis opem tulerit. Per hęc Achæorū animis a naualis pugnæ ignominia reſtitutis, Philopœmenes cū valido exercitu Lacedæmonē petijt, ita fore rat⁹, vt Nabis vel inuit⁹ Gytheum obſidione ſolueret. Caſtra ad Barboſthenē montē primo fecit, decē milia paſſuū a Lacedæmone. Cæterū tyrannus Gytheo recepto cū oībus copijs ſuis auxilio affuit. Nec longior interceſſit mora, contracto circa riuū vnde vtriq; aquabant prælio Onabini in inſidias præcipitati, fœda fuga ac cæde in caſtra coniecti ſunt. Erat Philopœmenes non tantū longa militiæ experiētia rei bellicæ peritus, ſed i pace aſſidua animi meditatiōe ſua ſponte excitatus, præparabatq; ſe ad ſubitos armorū casus. Inter ambulandū ſaltus, valles, locorū anfractus, explorabū d⁹ conſiderare. Quærere etiā nōnūq; a comitib⁹, ſi qua hoſtes ex iprouiſo apparuiſſent, quo illis ꝓſilio eſſet occurrēdū, qua acie, quib⁹ inſidijs: Per q̄ cōſecut⁹ erat, vt nemo ea tēpeſtate in inſtruenda acie peritior haberet, quo loco metāda caſtra, qua figura, quib⁹ munimētis, q̄ aquādi pabulandiq; ratio, quod mouētibus caſtra maxime tutū iter, qua forma agmē agēdū. Atq; talis ille erat. Nabis veritus ne redit⁹ ſibi ad vrbē intercluderetur, poſtridie ſtatione ante vallū relicta, inſtructa acie velut ad pugnā egreſſurus, repēte conuerſis ſignis, citato agmine ad vrbē ducit. Qua re aīaduerſa Philopœmenes, direptis hoſtiū caſtris abeuntē e veſtigio ſequitur, mox vero extremū agmē adept⁹, inie cto prælio ita perculit, vt continuo abiectis armis alīj alio turpiter ſint dilapſi. Cędes paſſim edita, tyrann⁹ cū paucis ad vrbē celeri curſu penetrauit. Reliquos q ſyluis et ſaltib⁹ euagati per diē, velut iam defuncti periculo ad altā noctē ſeī vrbē recipiebāt Philopœmenes obiecto qua venturi putabantur equitatu, inſidijs exceptos, miſerabili cædē cōfecit. Vix quarta pars ex opulēto nuper exercitu incolumis euaſit. Plures inde dies cōſumpti in Laconico agro ferro & igni vaſtādo. Hiſq; ꝓſpere geſtis Philopœmenes exercitū in Achaiā reduxit. Circuibāt interea legati ab Ro. miſſi Grecię ciuitates, vt bellū ſecū in Antiochū cōparārēt. Aetoli iā aperte ad deſectionē ſpectabāt, ſed ab Athenienſiū legatis monebātur, nequid temere mouerēt. Cōſilia callida & audacia prima ſpecie læta videri, tractu dura, euēt⁹ triſtia eſſe. Dū integra adhuc eſſent oīa verbis poti⁹ de ijs q̄ ambigerent, diſceptarēt, q̄ Aſiā & Europā funeſto bello implicarēt. Quintiū & cæteros legatos i Panætolico audiēdos cēſuerūt. Sed tm abfuit, vt grauiſſima viri autoritas eā gentē i officio reniterit, ꝙ eo nondū digreſſo, decretū tulerint de Antiocho ad liberandā Græciā accerſēdo, minatuſq; ſit Aetolorū prætor Democrit⁹, fore, vt breui ſuperipā Tyberis Aetoli caſtra ponerēt. Atq; ſecundū id decretū, vt ab aliquo magno Grecię motu bellū inchoarent. Demetriadē fraude occupāt: dein auxilij prætextu aduerſus Achæos exhibendi, Nabide fraude interfecto, Lacedęmonē occupare ſunt conati. Alexamenus præſidij præfect⁹, qui tyrannū interfecit, quia regia occupata, ſibi et Aetolis nō Spartanis eā cædē perpetratā velle creditus eſt, multitudinis incurſu & ipſe poſtridie interfic⁹. Aetoli quū cū eo in auxiliū tyranni venerāt, circa Chalcioteum (erat id æreū Mineruæ tēplum) ad vnū pene trucidati ſunt. Lacedæmon tyrānide liberata haud multo poſt Achæorū ſocierati per Philopœmenem eſt adiuncta. Tētarūt Aetoli & Chalcidē ꝑ exules ſuis viribꝰ iūgere, quod vt cōmodi⁹ fieret, Thoas ipſi⁹ gentis prætor, ad Euripū vſq;, cū magna ſuorū popularium manu, proceſſit. Sed ſpe ſubitæ rei agēdæ Aetolis deceptis, irecta re domū ſunt reuerſi. Eratq; per hæc ſtatus Greciæ nō mediocriter turbat⁹, quū cōſules (nā eorū annus licet nouis cōſulib⁹ creatis nondū exierat) Gn. Domitius, quia nihil a principio āni fuerat ab Antiocho motū, aduerſus Boios profect⁹, eā gentē ſine aliquo maiore negocio ſubegit: Quintius eius collega, fines eius gentis diuerſa parte ppſtat⁹, ꝑgentē ex hoſtico prędā abduxit, multiq; Romani nominis ſunt inter captiuos recepti. Hoc anno Vibonē colonia deducta eſt. Brutiorū is ager fuerat. Brutij Greęis ademerant. Romę dies duodequadraginta mota eſt terra, & ob eam rem ciuitas totidem per metū & ſolicitudinem feriata eſt dies. Quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ, ac duodecim inaurata clypea a M. Tutio, & P. Iunio Aædilibus, ex multatitia pecunia fœneratoribus adēpta. Antiochum interea Smyrna, Troas, & Lampſacus remorabantur, quas vrbes priuſquā in Europā trāſcēderet, ſubigere cupiebat: eratq; huic vni negocio ille intentus, ſimulq; deliberabat de claſſe Hannibali expedienda, vt in Aphricā traiiceret, ſed inuidia magnarū domuū alumna, quo minus id fecerit obſtitit. Thoas Aetolus & alij regij aſſentatores adeo Antiochū ſuſpitionibus implęuere, vt nullū maius negociū Hannibali auſus ſit credere. Punicū in eo ingeniū iactare, ac pefidię plenum, nec ſi victoria de Ro, cōtingeret alienum imperium hoſtem imperandi cupidū diutius paſſurū, neq; Antiochū eum laturū, qui liberā patriam ferre nequiuerit. Nullum genus hoīm proniusſe ad ſuperbiam & inuidiam, q̄ qui fortunā ſuā animis non æquent. Vteretur igitur illo nō duce ſed comite & conſiliario, etſi ad id quoq; tale ingeniū parū eſſet vtile, ac merito ſuſpectū. Rex Thoanti aſſenſus cōſeſtim mittendi Hānibalis conſiliū omiſit, viſaq; eſt fortuna in eo, velut in ipſo belli limine Ro. arridere. Antiochus audita Demetriadis deſectione, Thoanteq; ad capeſſendū bellū impellente haud vltra deferendum ratus, quum in Ilio Minerue ſacrificaſſet, ad mare deſcendit. Inde cum octoginta

Aetolorum defectio a Romanis.

Boij ſubiguntur.

Terræmotus.

Inuidia magnarū domuū alumna.

Thoas Hānibalē crimi natur.

Deformitas & iocus Philopœmenis.

Prodigia.

philopœmenis facinus.

philopœmenis meditatio.

Nabidis clades.

ginta nauibus ad bellū instructis, ducētisq; onerarijs, Imbrum traiecit, ex Imbro Scyatū, postremo Demetriadē delatus, decē milia peditū, quingētos equites, & sex elephantes in terrā exposuit, copias ad nudam Græciā solicitandā, nō modo Romanū bellū sustinendū, haud dubie infirmas. A Magnetibus & Aetolis ingēti lætitia exceptus, in publico eius gentis cōcilio, quod ad Hymā fuerat indictū, excusata præsentium copiarū paucitate, fore pollicitus est, quū primū mare per vernū anni tēpus tractari potuisset, totam Græciā armis, viris & equis inundaret, oia littora classibus cooperiret, neq; se labori, neq; impensę, neq; periculo vlli parsurum, donec Ro. imperio Græcorū ceruicibus depulso, Græciā vere liberā & Aetolos ei ea principes factos cerneret. Atq; huiusmodi ille hortatione vsus, concilio egreditur. Fuerunt qui censerent nihil temere mouendū, vtendūq; esse Antiocho arbitro & recōciliatore potiusquā duce cū Romanis, vicit tamen Thoantis & aliorū sententia, qui bellum malebāt, decretūq; tulerūt, vt Antiochus imperator aduersus Rom. appellaretur. Tentata est inde Chalcis per Aetolos a rege, vnde quū nihil pacatū respondere tur, Achæos a Ro. alienare aggressus, legatos in publicū eius gentis concilium misit. Miserūt & Aetoli Archidamū, qui idē quod & regius legatus peteret vt Achæi medij inter vtrosq; se gererent, sed q̄ vana fuit regij legati oratio, maria & montes pollicētis, tam arrogans et cōtumeliosa in Ro. Archidami Aetoli. Tum vero Quintius, qui tum forte aderat, dixisse fertur, corā quib⁹ potius q̄ apud quos verba faceret, Archidamū rationē habuisse. Cæterum probe scire Achæos oēm Aetolorū ferociā in verbis nō in factis esse. Inde in vanā legati orationem inuectus, leuem & ridiculā illā tot gentiū, quot bello affuturas regius legat⁹ iactaret, tantarūq; classiū ostentationē perquā similē videri sibi dixit cœnæ cuiusdā Chalcidēsis hospitis siti hois & boni & sciti, a quo solstitiali tpe comiter accept⁹, quū mirare mur inquit vnde illi eo anni tpe tam varia & multa venatio esset. Homo minime vt regis legat⁹, in vanis gloriosus, renidens varietatē illā cōdimētorum, & ferinarū carniū speciem testatus est ex vno domestico sue factā, quod ipsum apte in eas regias copias, quas legati ianteriactarēt, dici posse Quintius affirmabat. Multa ab illis gentiū noīa affingi, cæterum rex duabus semiplenis legiunculis comitatus bellū ingressus, per Aetolorū & Magnetū cōciliabula stipendiū & frumentū mendicabundus, cursitaret. His Quintius hostium vanitate irrisa, Achæos hortatus est, vt in fide perstarent, quē illi sua sponte secuti, continuo bellū aduersus Antiochum decernunt. Interim Chalcidēses ad Quintiū miserant, vt ad se milites præsidij causa mitteret, Quingenti eo missi sunt, qui priusquā in insulam trāsijssent, Menippus ab Antiocho missus, ad Salganea castra fecerat, qua transitus ex Bœotia est in Eubœā. Romani vbi aditū ex ea parte ad insulam sibi intercluſum sensere, retro Deliū concesserant. Id templū erat Apollinis mari incubans, quinq; milia passuū a Tanagra, vnde traiect⁹ quatuor milia passuū in Eubœā. Hic quum Romani essent, quia nihil hostiliter his haud illis ad eā diē pati aut facere cōtigerat, dispalati circa templū milites, alij amœnitatem contēplari, lignabantur alij, quū Menippus in eos repente inuectus, ad vnū propemodum obtrūcauit. Ea demū vis iustam Ro. inchoandi belli causam prębuit. Rex Eurīpo cæterisq; circa insulā locis terra et mari obseptis, Chalcidem cum tota Eubœa breui in deditionem recepit.

Antiochi magnifica pollicitatio.

Causa belli cū Antiocho.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER VII.

HIs Græcię motibus Romā perlatis, Cornelius Scipio, qui tū cōsul erat, decreto patrū ad populū tulit, vellet iuberetq; Antiocho regi, & qui cū eo societatē iniuissent, bellū inferri. Id quū populus sciuisset, cōsules inito nuper magistratu iter sepuintias fortiunt. Cornelio Italia, Græcia M. Attilio euenit. Inde biduo supplicatū est, votaq; publice suscepta, si id bellū ex sentētia po. Ro. ad exitum perduci ptigisset. Venerūt haud multo post Romā legati a Ptolemæo rege & a Philippo vtriq; regū noīe auxilia, pecuniā, frumentū ad bellū pollicentes. Adiecerūt Aegyptij pollicitis mille pondo auri, quod ad præsentē vsum Ptolemęus miserat. Regibus gratiæ actæ sunt, nec auri q̄quā est acceptū, remissaq; est Ptolemæo militia, responsum factum eum rem gratā po. Ro. q̄n ipsis pene Macedoniæ finibus bellandū esset, si Attilio consuli res in Græcia gesturo non defuisset. Venerūt & a Carthagine legati. Hi tritici mille modios obtulere, quin quaginta milia hordei. Classem proprio Carthaginiensiū sumptu polliceri, ad hęc & oēm pecuniam quā pop. Ro. soluturi essent vno tpe expensuros, si ita Romanis videretur. Nihil eorū quæ dabant acceptū, tantū se patres frumento vsuros dixerunt, si Carthaginienses sibi persoluī vellent, multo maior vis tritici hordeiq; a Masinissa est p legatos delata, & cum his equites quingenti, & elephāti. XX. numero. De frumēto idem quod & Carthaginiensibus responderi placuit. Cętera Attilio danda censuerunt. Anthiochus cū Chalcide esset, totū hybernorū tpis in diuersarū gentiū legatis audiendis consumpsit. Adiunxitq; interim sibi Aeleos & Bœotios. Cōcilio inde Demetriadē indicto, de Thessalis ad societatē vi, si aliter nō possent, cōpellendis prima relatio fuit. Erant qui id consiliū probarēt, expectandū tū dicerent vernū tpis. Alij rem hybernorū tpe gerendā, dum nulla ꝑ qui oppugnandi essent alicūde sperare possent auxilia. Hic Hānibal (nā nō defuerūt q huic ꝓsilio eū interfuisse scripserint) sententiā dicere iussus, negauit vllū esse belli momentū in Thessalis, alijs ve Græciæ pplis, q̄ qm̄ suis viribꝰ stare nō possent, alienā sequerētur fortunā. Quin enixe potius darēt operā, vt Philippus in partes traheret, qui Antiocho iunctꝰ haud dubiam facturus esset victoriam: vel si a Romana societate auerti non posset, niteretur Antiochus, vt p Seleucum filium Macedoniæ fines, qua parte Thraciam habet finitimā, infestarētur, quæ res Philippū, vt suum tueretur regnum, ꝓcul esset a Romanis habitura. Quod ad summā belli attineret, prædixisse se a principio, ac tum demum affirmare, aut vnam illam spem bene gerendæ rei esse, si in Italiā bellū transferretur, aut nullam aliā reliquā, quę victoriā polliceri possit. Etenim vt nō oīs inquit belli peritissimus sum, ita cū Ro. bellare longā experiētia didici, paratus in hæc q̄ cōsulo fidelē & impigrā operam tibi rex & tuis nauare. Sed q̄ sententia optima visa fuerit, eā Dīj secundent volo. Probauit Antiochus magis quā exec⁹ sit Hannibalis consilium. Cæterum stulta Aetolorum aliarumq; Græcarum gentium

Cōsules.

Sociorū pollicita.

Hānibalis sententia.



gentiū vaniloquentia ductus in Thessaliā profect⁹ est, ad Pheraſq; primo castra fecit, quo Aetoli & Aminander rex Athamanū venere. Thessali per legatos Antiochū hortarī, vt Thessaliæ finibus ex cederet, ac si quid esset qd̄ a Thessalis impetratū vellet, id per legatos ageret. Rex firmandæ eorū liberatis studio venisse primo professus est, vbi vero ad voluntariam defectionē ītrahi non posse vidit, Pheras oppugnatione adoritur, breuiq; Phereos subegit. Scotusam inde, Crānonē, aliaq; permulta recepit loca: Etiam omne fere Thessalicū nomen in eius potestate erat, quum Lariſſam copias admouit. Interea Aminander Pellineum occupat, & Menippus a rege missus, in Perrhebia Malleolam & Chyretias vi cepit, Pharsalus quoq; per legatos est dedita. Assidere Antiochus interim Lariſſæ, ad quā pręsidio tuendam, M. Bebius qui iam antea in Græciam missus fuerat, & in Dassaretis cum Philippo de ratione belli locutus, eo M. Claudium virum impingrū miserat. Is postq; Gonnos venit (erat id oppidū in faucibus eius saltus quē Tempe vocāt) quum summo loco plures ignes accendisset, ratus Antiochus Romanū exercitū adesse, hyemē causatus, ab Lariſſa Demetriadem reuersus, in Chalcidē sis virginis Neoptolemi filię amorem incidit, qua sibi matrimonio deuincta, nuptias tanquā media pace celebrat. Tum vero Græcorū libertatis bellicq; cū Romanis suscepti imemor factus, reliquū hyemis in conuiuijs & voluptatibus, temulentiæ pedisequus, transegit. Corruperūt voluptuosa hyberna nō magis regē q̄ regis ꝓfectos, atq; vniuersum exercitu, mqua segnitiæ postea animaduersa, sensit Antiochus quantū militaris detrimenti imtempestiuæ illæ nuptiæ sibi ad res gerendas attulissent. Principio igitur veris Alexandro Acarnane & Menippo copias præter Maliacū sinū ducere iussis, ipse Naupactū ꝓfectus, nec multo post & Stratū p Clytū Acarnanū ꝓtorē, & Medionē oppidū ex Acarnanibus occupauit: inde Tyrrheum progressus est, qui Tyrrhenses portas ferociter clauserūt. Sed dum Rex Tyrrheo assidet, in castra affertur Attilium cōsulem in Macedoniam transmisisse, quo rex nūcio perculsus, Medione & alijs circa oppidis præsidio firmatis, per Aetoliæ & Phocidis vrbes Calcidem rediit. Interea M. Bebius in Thessalia Philacium & Phæstum primo impetu cepit. Inde Chyretijs & Eritio captis, præsidioq; firmatis, cum Philippo qui iandudum Maleam obsidebat, iunxit copias. Et Maleenses ad Romani ducis aduentū deditionē fecere: incertum, metu, an quia maior inde spes veniæ protenderetur. Dein ad ea loca recipienda profecti sunt, quæ Athamanes per hyemē occupauerant. Et iam Bebius Pelineū oppugnabat & Lymneum Philippus, quum Attilius consul cum .X. milibus peditū, & duobus equitū, in Thessaliā venit. Pellinenses ad primum consulis accessum deditionem fecerunt, inde & alia oppida dedita, in q̄bus ad tria milia hominum quæ in pręsidijs erant, in Romanos potestatē venere. Fuerant in his Athamanes non pauci, qui clementer a Philippo habiti, haud dubia spe ipsius gentis sibi adiungendæ, Macedonem in Athamaniam traxere, ad cuius aduentum veritus Aminander ne hosti traderetur, cū vxore & liberis regno excessit. Atq; ita Athamanes in Philippi potestatem venere. Consul paucis diebus Lariſſæ commoratus, dum exercitus a iactatione maritima reficeretur. Scotusam, Pherax, Pernam, voluntaria deditione recepit. In Maliacum inde signum ducit, Thaumasiſq; in Thessaliæ finibus occupatis, cum non modica oppidanorum cædę, qui angustias insederant, ad Spargetum amnē peruenit. Antiochus qui adhuc in Chalcide erat, audito Romanorum accessu, quum ab Aetolis tarda & modica auxilia venirent, cernens ex Græcia se nihil habere, præter amœna & infamia Chalcidis hyberna, Thermopylarum angustias occupat. Dirimunt mediam Græciam, vt Italiam Apœninus, iuga montium a Leucade & mari ad occidentem solem versō, ad alterum mare, quod ad ortum spectat, tendentia. Extremos montes ad occasum Oethā vocant, quos q̄d altissimū est Gallidromū appellāt, per cuius vallē in Maliacū sinū iter est nō latius. LX. passibus. Hæc vna via militaris est, per quā si nemo ꝓhibeat traduci pōt exercit⁹: cętera loca adeo ardua & perplexa, vt ne expeditissimis quidem sint peruia, ideo Pylæ quasi portæ dictæ, & a calidis aquis inibi nascentibꝰ Thermopylæ. Locum Spartani Medicis temporibꝰ insigniuere, magis speciosa morte quā memorabili pugna. Iacent itaq; ad mare versa, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia, Euboea, pene terræ annexa. Attica & Peloponnesus, longius prædictis in mare excurrunt, diuersa montium facie, & quæ ad septētrionē obuersa iacet, includit Epirus, Perrhebia Magnesia Thessalia, Phthiotæ, & sinus Maliacus. In his angustijs Antiochus metatus castra fossa & vallo valide cōmuniuit, inde lororū natura frętus, quatuor milia Aetolorum qui castris erant, ad Heracleam, quæ fuit ante ipsas montium fauces præsidio obtinēdā mittit. Affuit nec multo post infesto agmine Attilius consul, qui Heraclienſi agro vastato in ipsis faucibus propter calidarum aquarum scaturigines, aduersus regē castra fecit. Qui veritus ne ab hoste per occultos montium calles inuecto circūuerīretur, ad Aetolos qui Heracleæ erant nuncīū mittit, vt eam saltem operam præsenti bello, quod ipsorum impulsu conflatum esset, sibi præstarent, vti iuga montium quæ capiti imminerent prædijs infessa, sibi tuta ab hoste redderent. Duo milia Aetolorū, pars vna Gallidromū, altera Rhodontiā & Thicūtā (hæc erant nomina ipsis montium cacuminibꝰ) insederunt. Cōsul Porciū Catonē & M. Valerium Flaccum in Aetolos mittit, vt Cato Gallidromū, Flaccus Thicunta & Rhodontiā inuaderent, ipse paucis hortatus militē, facilēq; ex timidissimo hoste victoriam pollicitus, victoriæq; prę miū ingens quę totū orientē Romanis subigendū patefaceret, acię arcta fronte, ad naturā & angustiā loci, ad aduersum hostem dirigit. Antiochus vbi pugnā instare vidit, parte copiarū ante vallū educta, cæteras copias intra munimēta instruit. Qui añ munitiones stererant, post nō longū certamē in castra reiecti, longioribus hastis vsi, multisq; telorū generibus procul a vallo Romanum hostem disti nebāt, quū M. Cato pulsis ex Gallidromo Aetolis, quos incautos pene oppresserat, ex superiore iugo victor sese suis vna atq; hostibus ostēdit. Tū vero Romanis signis superiore loco cōspectis, qui in regis castris erant, velut ab hoste circūuenti abiectis armis fugā capessunt. Munimētorū angustiæ & elephanti, haud facilē dabant viā ad hostē e vestigio insequendū. Tenuit nōnihil etiam militē castrorū direptio, secutus tū est Romanus victor ad Carpiā vsq; cæsisq; sunt multi hostium in itinere, aliquot etiā elephanti capti nonnulli interfecti. Rex cum exigua sociorū manu in Chalcidē euasit. Valerius Antias quadraginta milia hominū Antiochū ad Thermopylas habuisse prodidit, Polybius fere dimidiū scripsit, atq; ex his quinq; milia capta, cætera rōs ad vnū occidione occisos, præter quingentos, qui cū

Thermopylarum descriptio.

Græciæ descriptio.

Antiochus exuitur.



Attilij in Macedoniā accessus.

Cōsulis accessus in Thessaliam.

Antiochi transitus in Thessaliam.

Antiochus vxorē ducit.

qui cū rege in Chalcidē profugerent. Signa militaria. CCXXX. hostibus adempta. Consul per Phocidem & Bœotiā ducens, cū socios suæ defectionis populos, & ob id meru perculsos, tantū eorū perfidiam & leuitatē verbis insectatus, ab oī malavltio ne abstinuit. Naues regiæ q̄ ad Throniū stabant, vbi primū regis fuga audita est, in Eubœā pedē fecerunt. Per eos dies Attilius consulis frater classis præfectus regios cōmeatus circa Andrū insulā oppressit, earū nauiū q̄ præsidio aderant, aliæ captæ sunt, aliæ in altū mare depressæ. Antiochus vbi cōsulē a Thermopylis profectū audiuit, & iam Bœotiā ingressum, Chalcide profectus, Tenedū primo tenuit, indē Ephesum transmisit. Eubœa post regis discessum continuo recepta est. Attilius consul ad pficiscēt Thermopylas reuersus, M. Catonē victoriæ nūciū remisit Romā. Is a Patris Corcyrā arcq; Hydrūtē in Italiā delatus, quinto die pedestri itinere a mari Roma venisse dicitur. Senatus a Catone edoctus, quæ in Antiochū gesta essent, supplicationē in triduū decreuit. Per eosdem dies Fuluius nobilior, qui p̄tor in Hispania fuerat, ob res in prouincia bene gestas, minorē triūphum egit. In Græcia post Catonis discessum Romanus cōsul Heracleā oppugnauit. Erat vrbs sita ad radices Oethæ montis, iuxta Aplsorū amnē, quatuor & .XX. dies, copijs pluris riam diuisis summa ope inclusum hostē fatigauit. Postremo vrbs vi capta ac direpta est. Arx nōnihil retenta, in quā omnis fere multitudo se contulerat, deditusq; cū alijs Democritus Aetolorū princeps, qui a principio minaciter Quintio denunciarat, futurū, vt breui supra tyberis ripā Aetoli suo ductu castra ponerant. Post Heracleā Lamia recepta est.

Antiochus ex Chalcide pficiscit

Aetolorū postulatio.

Aetoli etsi ad regem miserant, vt aut ipse reparato exercitu iterū in Græciā transmitteret, aut socios armis & pecunia iuuaret, ne ab eo destituti prædæ Romanis essent, id & ad regiā dignitatē pertineret affirmantes, & ad ipsius regni incolumitatē, ne Aetolis excidio deditis, Romani bello vacui, in Asiā traijcerent. Hec quia vera Antiocho visa sunt, pecuniam & auxilia missurū se respondit. Tērata est interim ab Aetolis pax, missiq; in castra legati. Post deditionē factam, quū Attilius petijsset, Dicearchū Aetolū, Menetā Epyrensem & Aminandrū regem defectionis principes sibi dari, re in publicū concilijū delata, adeo dura conditio est oibus visa, vt cōfestim cōclamarū sit esse in bello perseuerandū. Cōsul vbi Aetolorū deditionē ad irritū cecidisse vidit, sacrificio Herculi in Oeta monte peracto, Naupactum petijt, habuitq; ea oppugnatio nō minus laboris quā nuper Heracliēsis. Messenij per id tēpus petiti sunt bello ab Achęis qa cū Aetolis sensissent Cæterū Romanus imperator pronūciauit, qa Messenij se T. Quintio libertatis autori dediderunt, cōcilij Achęorū esse oportere. Zacynthiq; Achęis ademit, quā Romanis armis iam antea q̄ritā, gens ipsa fraude iinterceperat, restatus nihil Achæis expedire procul a domo aliquid possidere, quippe q; tā studini essent perq; similes, quæ quū sua cōtegitur testa, tuta ab omni externa vi esset, eandē qualiber sui parte exerta, iniuriæ fieri obnoxiam. Sic gentē ipsam Peloponnesi finibus satis validā videri cōtra procul euectā, externis armis infestiorē fieri. Dū hæc in Peloponneso fiunt, consulq; ad Naupactū sedet, Philipp⁹ Attilij præsidia Demetriade recepit. Mox & Dolopiā, Aperāthiā & Perrhebiæ aliquot ciuates, & Aetoli obsidione ad Naupactū, Quintij literuētu soluti sunt, cuius fidē e muris siplorarūt, datæq; illis inducię in certos dies quo ad Ro. mitterēt ad veniā implorādā. Philippi regis legati sub id tēpus Romam venerunt, victoriamq; de Antiocho patribus gratulati, coronā auream centū pondo in capitolio posuerunt. Laudara est fides regis, q̄ boni & fidi amici partes eo bello obiuisset: Demetriusq; eius filius, qui diu Romę obses fuerat vltro est legatis restitutus. Et bellū cū Antiocho in Græcia hunc exitū habuit. Romæ p̄ id tempus matris deū ædes in palatio est dedicata, ludiq; ob dedicationē facti qui prius Scænici dicti fuerant, Megalesia inde dici poterunt, vt Antias Valerius prodidit. Duo siba boues qui in carinis sua sponte per scalā in summum ædificij euaserunt, iussu aruspicū viui combusti sunt, & cynis in Tyberim deiectus: adeo prauā religio ciuitatē inuaserat. Taracinæ & Amiterni lapidibus pluit, & in vulturni ostio duæ naues de cœlo ictæ, continuo deflagrarunt. Quæ prodigia & ipsa de more procurata sunt, institutumq; vt quinto quoq; anno nouendiale sacrū fieret, qa bis eo anno lapidatū esset. In Liguria Q. Minutius ad quatuor milia hostiū cecidit, qui noctu Romana castra oppugnare conati prælio in lucem distracto, subita militum eruptione, susi fugatiq; sunt ac fœda strage dissipati. Duobus inde mensibus interiectis, consul P. Cornelius Nasica Gallos Boios in genti prælio vicit. Ad duodetriginta hostium milia cæsa, autores quidam tradiderunt. Capta tria milia & amplio cū signis militaribꝰ. CXXXVII. Ex victore exercitu mille & quadringēti perierūt. Boij (quod satis constat) ea clade afflicti, haud multo post in deditionē venere. Valerij Antiatis qui tā inclytæ pugnæ fuit autor, in explicando cæsorum numero fides (vt Liuius ait) insamat. Tū primum Boij obsides dare sunt coacti, ac dimidia agri parte multati. Scipio de Gallis clarū egit triūplū, in qua pompa. CCCCLXX. aurei torques sunt translati. Dum hæc Romæ & in cætera Italia gerunt Antiochus Hannibalis monitu, qui vnus oim iam inde ex quo rex ad Thermopylas est victus, ꝓdicare nō destitit, fore, vt Romani breui postea in Asiā bellum transferrent, in Thraciā Cherronesum ex Ephe so cum aliquot nauibus transijt, eam præsidijs aduersus Romanos si transire statuissent, firmaturus, cæterā classem Polyxenidæ agendā dedit. Eodem fere tpe, Gn. Liuius Pyreū cum noua classe applicuit. Aderant sex Carthaginiensiū naues ex fœdere & aliæ plereq; auxiliares, quas Neapolitani, Locri, Rhegini, cæteraq; magnæ Græciæ ciuitates dederant. Ibi veteri classe ab Atilio accepta, cū vna & octoginta rostratis nauibus, ex Pyreo in Delū traiecit. Polyxenidas audito hostiū accessu, cū rege ex Cherroneso Ephesum reuerso egit, vt priusquam Eumenis & Rhodiorū naues Romanæ classi iungerentur, liceret sibi maritimæ pugnæ fortunā experiri, qđ vbi impetratū est, biduo in ornanda classe absumpto, cū centū nauibus quarū. LXX. tectæ erant, cæteræ minores & apertæ, Cissontē Erithreorum portum insedit. Rex interea, quia Nauali pugnæ non erat interfuturus, Magnesiā quæ ad Sypilum est, concessit, vt terrestris copias pararet. Liuio ex Delo Phocea processit, quo & Eumenes cū quatuor & .XX. tectis nauibus, & aliquāto pluribꝰ aptis venit, vt nauali prælio qđ instare dicebat, rem Ro. iuuaret. Ex Phocea dein classe aucta profectus Coricū petijt, mox Cissontem petiturus. Interea naues ex alto conspectæ hostem ex sua statione exciuerūt, magnis vtrinq; est animis cōcursum, duecq; Punicæ naues quæ aliquantulum cæterā classem sua agilitate præcesserāt, a tribus regijs primo sunt congressu circūuentæ, earū vna defractis vtrinq; remis oppressa est, altera ægre dilapsa ad Romanos cōfugit: ibi Liuius indignitate rei accensus prætoriam nauē in aduersos hostes concitat, atq; abiectis remis, manicas ferreas hostiū nauibus iubet suos inijcere, Romanęq; virtutis memores in vilissima regis mancipia alacrem pugnā capessere. Tū vero ad id spectaculū vtraq; classis insijt, passimq; mixtis nauibus res gerebat. Eumenes qui aliquāto tardius affuit, conspicatus læuū hostiū cornu a Liuio turbatū in dextrum vbi anceps dimicatio adhuc erat impetū fecit. Ea quoq; parte rex haud dubiā fecit victoriā. Sensit Polyxenidas se militū virtute superari sublatisq; dolonibus fugam capessit. Eū fugientē cæteræ sunt naues secutæ, quibus saluti fuit q̄ tm̄ ad pugnā instructæ aderāt, & ob eā rē ad fugā expeditiores, Romanis contra cōmeatu honustis nec nisi ad stationē pugnā idoneis, sic quoq; XIIII. numero naues sunt ab hostibus captæ. X. in alto depressæ, vna tantū Punica ex Romanis amissa, quæ primo congressu vt suprà est significatū pe rijt. Postridie q̄ ita erat dimicatū, Liuius Ephesum ire pergit quo se ex fuga receperat, mediocq; cursu quinq; & .XX. Rhodias naues obuias habuit, quibus priori classi adiunctis, iante Ephesinū portum suos aliquandiu in procinctu tenuit. Sed vbi nihil ab hoste moueri vidit, confessioq; est victis expressa, Rhodijs & Eumene domū dimissis, ipse in hyberna concessit. Sequentis anni principio cōsules creati sunt, L. Cornelius Scipio &, C. Lælius. Aetolorū legati qui Romā venerant, qa de pacis conditionibus nō conuenerat, infecta re abeuntes, iussi sunt intra quindecim dies Italia excedere. Vterq; cōsul sibi Græciā prouinciam deposcebat, quo certamine ad patres delato, Aphrican⁹ in curia professus est se legatum fratri iturū, si extra sortē illi ea prouincia deceneretur, q̄ vox omne certamen e medio sustulit. Experiri libuit vtrū plus præsidij Antiocho in Hannibale esset, an consuli & Romanis legionibus in Scipione. Atq; ita Scipioni Græcia, Lælio Italia ꝓuinciæ sunt datæ. Inter cętera huius anni prodigia, Aesculi terra pluisse dicebatur, & Reate mula peperit. Aphricanus priusquā legatus in prouinciā iret fornicē in Capitolio erexit, cū septē auratis signis & duobus equis ac totidem marmoreis labris: & a Ptolemæo legati venerunt, qui regis nomine pares hortati sunt, vt in Asiam exercitum mitterent. Omnia circa Antiochum metu consternata iacere, post aduersam illam ad Thermopylas pugnam, paratum esse se in Syria & Phœnice totis regni viribus rem Romanam iuuare. Gratiæ regi actæ & leues quaterna milia æris in singulos data. Nec Scipio multo post paludatus ex vrbe est digressus, qui præter legiones ad bellum decretas & sociorum auxilia. XV. milia voluntariorum Italici nominis q̄ sub Aphricano olim militauerant, secum ad bellū traxit. Attilius interea qa desperata pace Aetoli ad arma recurrerant, Elatiam biduo oppugnatam vi cepit, captam diripuit. Etiam Amphissam ex ea gente operibus oppugnabat, quum allatum est Scipionem in Græciam traiecisse. Athenienses legati ad eum venerunt, Aetolorum excidium deprecaturi, in quorū gratiam inducię in sex menses illis datæ, vt Romam mitterent. Eam quietem Scipiones passi sunt a se impetrari, vt rebus Græciæ pacatis, commodius in Asiam transmitterent. Attilio igitur Romā dimisso consul ex Amphisa per Macedoniam & Thraciam in hostem ducere constituit, exploratoq; Philippi regis animo, qui iam sua spē te cōmeatū cōparauerat, qua Romanus erat consul ducturus, & vias complanari fecerat, in Macedoniā transijt, vbi ambo Scipiones regio apparatu a Philippo accepti, multaq; comitate per terram ipsam & Thraciam, sequente rege omniaq; accuratissime prępārante, ad Hellespontum ducere perseuerarūt. Antiochus interea in Phrygia erat terrestribus copijs comparandis intentus, Hannibalē in Phœnicē miserat, vt inde naues accerseret, & Polyxenidas circa Ephesum vehementer erat occupatus in reparanda classe. Seleucus regis filius in Aeolide maritimas vrbes in fide continebat. Nec Liuius audito consulis in Græciam accessu multum in mora fuit quin ex hybernis cum septē &. XXX. nauibꝰ egressus in Hellespontum est profectus, vt consuli venienti oia ad traijciēdū exercitū in expedito essent. Achiuorū itaq; portū ingressus Iliū ascendit, rē diuinā Mineruę facturus. Tantisper vero dū his morātur locis, ex Rhetio Eleunte & Dardano ad eū legati venerunt deditionē vltro facientes. Inde parte nauiū ad Abydum oppugnandā relicta ipse Sestō cū reliqua classe inuasit. Galli sacerdotes circa portas Phanatico habitu occurrunt, veniā pcantes. Nihil proinde violati sunt, continuoq; Sestos dedita est. Classis retro ad Abydū obsidendā cōcessit. Polyxenidas interim facta spe trāsitionis Pysistratū Rhodiæ classis præfectū cū omni fere nauium numero circa Samū insulā incautū oppressit, & Seleucus Phocē proditione cepit, cui Cyma & Helia deinde sponte deditæ sunt. Huiusmodi hostiū successus ex Abydena oppugnatiōe Romanā classem ad Cannas reuocarunt, vbi proxima Hyeme stationē habuerat. Verebatur Liuius ne se absente Polyxenidas naues nup relictas subito accessu opprimeret. His ita deductis classeq; Eumenis & duabus Mityleneis suarū numero adiunctis, in Samū cursum tetendit, ad Erythram primo classis appulsa, hinc postrie ante solis ortū, ex quo cœli statum gubernatores obseruant plurimum, in altum euecta, aquilone subito in septētrionē verso fœde iactata est. Tenuit tū Samū, vbi Rhodias naues expectare constituit, nam Rhodij post cladē acceptā cuius supra mentio facta est, alterā sedulo classem ornauerant. Interim agrestiū indicio cōperit Polyxenidæ classem ad Etaleā stare, Liuius quia Rhodiæ nondū aderant, Corycum trāsmisit, & Polyxenidas audito hostium digressu se Ephesum recepit, nec multo post Romanus dux, Samo repetita Rhodijsq; nauibus acceptis, Ephesum dimicandi consilio cōtēdit. Hic quum hostes se portu tenerent, biduo milites in littus expositi, Ephesinum incursauere agrum. Priore die ob eruptionem ex vrbe factam cū cæde & fuga milites sunt ad naues cōpulsi: postridie Romanus imperator conatus hostes in insidijs excipere ad pugnam elicere non potuit. Nec ita multo post, L. Aemylius Regillus Liuio successit, qui Pateram occupare tentauit. Est Patera vrbs Lyciæ. At eq; eo consilio Romani eam captam voluissent, ne classis quæ ab Antiocho in Cilicia & Phœnice parabatur, cū Polyxenida iungi posset amplius. Romanus cū aliquot nauibus eo missus, q̄ non solum nō loco potitus est, sed partim loco accolis, ptim asperiore fluctu pene interceptus, infecta re in Graciā transmisit: Scipiones qui tū per Thessaliā ducta bant cōueturus. Aemylius vbi rē a Liuio omissam audiuit, eūq; procul abisse, cū tota classe intermissum negociū executur⁹ maritimā eius terræ orā petijt. Ibi a suis imperitiæ accusatus, q̄ Antiochi classe post se relicta, incertā spem secut⁹, socios ad pdā hostibus reliquisset, p magno habuit negocio primis tēpestatibus Samū repetere. Et iā pergamus a Seleuco Eumene ab sente oppugnabat. Vbi itaq; Ro. classis Samū attigit: Eumenes vt suā tutaret re

Legatia Philippi Romā missi.

Megalesia.

prodigia

Galli a Nasica cædunt.

Cōsules.

Scipiōis pietas in fratrem.

prodigia

Ptolemęi legati.

Naualis pugna ad Cissontem.

Cōfugit:

Scipiōes p Macedoniā ducunt.

Res marię gestæ in ora Ioniæ.

Patera.

giam ab Aemylio diſceſſit, euntem Aemylius ſecutꝰ eſt, vt amico & ſocio regi auxilio foret, ad Eleamcꝫ copias expoſuit, quo Antiochꝰ caſtra admouit de pace cum Aemylio acturus. Audierat enim Scipionem per Thraciam ad Helleſpontū tēdere, neceſſariacꝫ ad traijciendū exercitum parari. Miſit Antiochus caduceatorem qui Aemylio nunciaret regem de pace acturum ab eo colloquiū petere. Reſpondit Romanus dux, necꝫ a ſe necꝫ ab alio poſſe quicꝗ ante conſulis aduentū de pace agi. Qua fruſtra tentata rex Seleuco filio ad Eleenſem & Pergamenū agrū deuaſtandū relicto in Adramyteū agrū opulentiſſimū (Thebes olim nominabant) Homeri carmine celebratū impetū fecit. Ingens hinc p̄da regijs eſt militibus parta, & Naphanes interea cum mille lectis peditibus & centū equitibus ad Eumenis auxiliū miſſus Pergamum ingreſſus, incautos hoſtes primo adortus trepide in caſtra cōpulit, inde in incōpoſitū agmē inuectus, fuſos vſcꝫ ad munitiones caſtrorū a tergo inſtās cęcidit, qua Achæorū audacia Pergameno Seleucus agro exceſſit. Et Antiochus vbi Eumenē & Romanos Adramyteis auxilio venire audiuit, motis caſtris alio belli impetum auertit, Phereacꝫ Mityleneorum colonia expugnata, Cotonē, Coryleniō, Aphrodiſiā, Prienē vi cepit, inde per Tyatira Sardis reuerſus eſt, Seleuco ad oram maritimā tuendā relicto. Aemylius Eumene Eleā remiſſo, vt ea quæ ad traijciendū Romanū exercitum Helleſponto neceſſaria eſſent mature compararet, ipſe in Samū conceſſit, & quia fama erat regiam claſſem ex Syria aduētare, Rhodias naues. XIII. numero ex Samo miſit, quæ venienti hoſti occurrerent. His rotidē aliæ Rhodiæ nuper ad eiuſdem hoſtis famā domo profectæ medio curſu adijciuntur. Cōſederunt primo Rhodij ad Phaſelidē in Lyciæ & Pamphiliæ confinio: inde cœli intemperie (erat enim æſtiuum anni tēpus) ex ea ſtatione in Pamphiliam progreſſi: ad Eurymedōtem fluuium conſedere. Hic demum eſt exploratum, hoſtes Aſpendijs eſſe, quo contigit vt poſtridie velut excompoſito ſibi obuiæ fuerint claſſes. Erant ſeptē & .XXX. regiæ naues & cum his Hannibal qui ſiniſtrum cornu regebat. Dextero Apollonius præerat purpuratorū vnus. Eudemus dextro cornu aduerſus Hannibalem pugnauit. Pamphilidas mediam aciem curabat. Heraclitus circa terram Apolloniō obiectus eſt, Perdifficilis fuit ab initio pugna, ſed qua Hannibal certamen obibat, multo acrius eſt quam alibi dimicatum, fuiſſetq; Eudemꝰ obrutus, niſi cæteri duces alibi prælio defuncti, accepto ſigno, laborāti auxilio affuiſſent: Sic ea quoꝫ parte multitudine hoſtiū victus Hānnibal fugā capeſſit, præter Hepterim vnam, quam Rhodij ex hoſte ceperant, cæteræ naues, etſi magna ex parte cōcuſſę, retro abierūt. Rhodij vna felici pugna reſtituti, Eudemum cum ſeptem nauibus Samum mittunt. Heraclytus cum cætera claſſe ad Pateram deinceps ſtationem habuit, hoſtiū aduentum obſeruaturus. Per id tempus nuncijs & literis tentauit Antiochus Pruſiam Bithyniæ regem ſibi belli ſocium adiungere, quod haud dubie feciſſet, varijs criminibus Romanos inſectatus, & eo conſilio in Aſiam tranſmitteret, vt Europæ & Aphricę regibus ſublatis, Aſiæ quoq; regna euerterent. Petij ſe omnium primum, ceterum breui fore, vt & alij eo dimicantes flagrarent. Induiſſet Pruſias his verbis commotus, haud dubie arma, niſi peropportune Scipionis literæ & Aphricani nomē ab incepto abſterruiſſent. Venit ad regē ipm & Liuius q claſſi ſupiore anno p̄fuerat, is in cē aperta ſpe victoriæ Romani eſſent quum plane docuiſſet, tenuit vt rex ab armis abſtineret, præſertim cꝫ ſatis conſtaret Maſiniſſā regem quia Po. Ro. amicꝰ fuiſſet, nō ſolū in paternū regnum a Romanis reſtitutū ſed alieno etiam donatum, & cꝫ Philippo armis victo Macedonia reſtituta eſſet, & filius vltro domum remiſſus. Sic & Nabidi ſubacto pacē cum Lacedæmone redditam. Sic Eumenem auxilijs defenſum. Antiochus deſperata Pruſiæ regis ſocietate, ex Sardibus Epheſum venit, inde veterem Colophōnem eximprouiſo inuaſit. Colophonij opem ab Aemylio q Sami adhuc erat implorant. Romanus ſociorū periculo motus cū tota claſſe ad Mynnoneſum ſe contulit, aliquot hoſtiū nauibꝰ inter eundū oppreſſis. Eſt Mynnoneſus inter Theium & Samū promontoriū in modū metæ, a fundo ſatis lato in cacumen faſtigiatum, mox hinc profectus ad Gereſtiū appli cuit, Theiū agrū populaturus. Theij eā cladē per legatos deprecati, quinq; milia vaſorū vini Aemylio ſe daturos pollicent. Id ille a Theijs exacturus, quum ad Gereſtiū ſederet, agreſtis cuiuſdā indicio comperit, regiā claſſem ad Macrin ſtare. Eo Polyxenidas venerat, vt ea arte Romanā claſſem ad Gereſtiū caperet, qua non multo ante anguſtijs faucibꝰ portus ad Samū inſeſſis ceperat & Rhodiā: iuuabat hoſtis conſiliū natura portus quæ talis erat, vt duę naues coeūtibus in arctū ſcopulis, vix e faucibus in apertum exire poſſent. Periculo rei commotus Aemylius, claſſiarijs cum multa trepidatiōe ad naues reuocatis in apertum euaſit. Nec multo poſt regiæ naues in conſpectū venere. Hic ſeſe claſſes ex aduerſo intuitæ infeſtis animis concurrunt. Pugnabant a Romanis. LXXX. naues, quarū duę &. XX. erant Rhodię: tres &. XC. regię. Robore nauium & virtute militum Romani longe præſtabāt, Hoſtes agilitate & remigum peritia, profuit nō parum ad victoriam cꝫ Italicæ naues in proris prætentos habuerunt ignes, quarum occurſum regię metu declinabant, ſed multo plus militum virtus rem Romanā iuuit. Fuſi hoſtes atcꝫ alto diſiecti, duas &. XL. naues amiſerunt. Cætera claſſis cum Polyxenida Epheſum refugit. Romanarū duæ fractæ, vna Rhodia, magis caſu quam hoſtium virtute capta. Ceſſit tum demum Antiochus poſſeſſione maris inſigni clade affectus, Colophoniſcꝫ oppugnatiōe omiſſa in Lydiam ſe recepit, terreſtres copias ad extremum certamen quę ſituras. Aemylius Chium profectus, vbi erat Romanorum horreū, L. Aemylium Scaurum cum .XXX. nauibus in Helleſpōtum ad exercitum traijciendum miſit, ipſe refectis nauibus q̄ recenti prælio fuerant concuſſæ, Phoceam traiecit. Erat Phocea in intimo ſinu poſita oblonga forma duoꝫ illi portus eſſe, quorum maiorem quia multarum eſſet nauium capax ab re Nauſtathmō appellabāt. Vtroq; igitur inſeſſo haud multo poſtquam eam Aemylius oppugnare cœperat, per deditionem recepit, vrbem ſponte deditam Aemylio inuito milites diripuerunt. Prætor libertatem quod vnum potuit Phocenſibus reſtituit, fuitcꝫ ibi reliquum hyemis Romana claſſis. Scipio interea per Aeniorum & Maronitarū fines Liſimachiā venit. Erat ea vrbs in Thracia Cherroneſo ea tempeſtate opulenta, quam Antiochus poſt aduerſam ad Mynnoneſum pugnā reliquit, ibi aliquot dies exercitus longis itineribus feſſus refectꝰ eſt. Ex Lyſimachia conſul per Cherroneſum in Helleſponto deſcendit, rebuſcꝫ prius ab Eumene paratis, velut in pacatum copias in Aſiam tranſmiſit. Audita res Romanis animum qui magnum ab initio certamen in ipſo Aſiæ limine præceperant amiſ-

Antiochus tentat pacē.

Rex Sardis reuertitur.

Naualis pugna ad Eurymedōtē.

Crimina tur Rom. antiochꝰ apud pruſiam.

Phocea.

Lyſimachia.

Ro. exercitus traxit ea res Romanis animum qui magnum ab initio certamen in ipſo Aſiæ limine præceperant amiſ-



mis. Inciderāt in id tempus dies quibus ancilla Romæ mouebātur, patriacꝫ religione prohibebatur miles iter facere. Ea res fuit in cauſa, vt eodem loco plures dies habita ſint ſtatiua, quo primum copiæ in hoſtico conſtiterant. Huc Heraclides Bizantius venit ab Antiocho miſſus qui pacis ſtudio præſidia deducturū regem dixit tota Europa, ceſſurumcꝫ ex ijs Aſiæ vrbibus, quas Romani in libertatē aſſertum iri vellent, daturum adhæc dimidium impenſæ in bello ad id tempus factæ, & hæc fuit ſumma eorum quæ dabantur. Adiectæ deinde preces, iuſſicꝫ ſunt Romani humanarū rerum meminiſſe, ſatis ſuperꝫ habituri cꝫ potentiſſimus rex Aſiæ ſtudio Romanæ pacis infra regiæ dignitatis faſtigiū ſe ad preces & ſupplicia demitteret, cederetcꝫ parte non parua regni a maioribus accepti. Reſponſum eſt omnem belli impenſam ſolui oportere ſi pacē rex vellet, decedicꝫ non Ionia ſolum & Aeolide, ſed tota Aſia quæ eſt citra Taurum montē. Legatꝰ ſecundum id reſponſum pro magno habuit negocio, ſecreto Aphricanum conuenire, huius filius in poteſtate regis erat, in Chalcide, vt aiunt quidam, eum Antiochus ceperat. Alij traiecto Helleſponto inter ſpeculatorios eqtes miſſum ab hoſte interceptum, atcꝫ apud regem tam comiter habitum, quā ſi vetus Scipionum hoſpes. Antiochus fuiſſet, non po. Ro. atcꝫ ducum inimicus. Huius gratuitam reſtitutionem Heraclides pollicitus eſt, magnumcꝫ ad id auri pondus ſi Scipio daret operam, vt a conſule & po. Ro. pax impetraret. Ad ea Scipio, cꝫ Romanos inquit & me ad quem miſſus es, ignores nō miror, quum & regis cuius nuncius veniſti fortunam ignorare mihi videaris. Lyſimachia ab Antiocho obtinenda fuit, ne Cherroneſum intrarem? aut ad Helleſpontum obſtandum, vt pacem a nobis de belli euentu ſolicitis impetraretis, nunc conceſſo in Aſiam traiectu, nec tantum frenis ſed iugo etiā accepto, quæ eſt iſta diſceptatio ex æquo quū imperium patiendum ſit? Ego ex omni regis munificentia magnum donum filium habeo. Deos precor, ne vnquam fortuna egeat mea, animo autē egebit nunquam, plane gratum ſentiet pro tali in me bñficētia ſi priuatam gratiam pro priuato beneficio deſiderat. Cæterum publice nec habeo quic quam ab illo nec dabo, vnum eſt in præſentia, qd̄ ei præſtare poſſum, fidele conſilium, idq; tu illi nūcia vt bello omnino abſiſtat, nec pacis conditionē recuſet vllam. Nihil ea Antiochum mouerunt, qn mentione pacis in præſentia omiſſa ſe totum oēſcꝫ vires regni ad bellum conuertit. Scipio conſul ex Helleſponto profectus, Dardanum primo, inde Rhœteum venit, mox Ilium progreſſus in campo vrbi ſubiecto caſtra fecit. Hinc arcem conſcendit Mineruæ rem diuinam facturus. Ilienſibus inde Romanæ gentis autoribus omni verborum ac rerum honore appellatis, ex Ilio profectus, ſextis caſtris ad Caici caput peruenit. Erant regia caſtra ad Tyatirā, vnde Antiochus filium per legatos remiſit Scipioni, qui ægrotus ad Eleam delatus erat. Id munus non ſolum patrio animo fuit gratum, ſed corpori etiam ſalubre gaudium. Complexu filij ſatiatꝰ, ite inquit, & regi dicite, me gratias illi immortales habere, aliam nullam in præſentia prętervnā referre poſſum, vt ſuadeam illi ne in aciem deſcendat, priuſquam me in caſtra reuerſum audierit. Erant tum regi. LX. M. peditūm &. XII. equitum. Quidam multo maiorum copiarum ſunt autores, quas cum Antiochus præſente Hanibale recogno ſceret, gloriareturcꝫ quum numero militum, tum ipſorū armorū genere exquiſitimoq; in his auro & argento cælandis apparatu, cauillāti ſimilis Pœnū rogaſſe fertur, an tm exercitū tam opulente inſtructum crederet ſatis eſſe ad Romanos: ad quē ille renidens, ſatis quidē rex, etſi Romani auariſſimi ſint. Significauit peritiſſimus dux futurū vt irriti eſſent omnes Antiochi conatus, qui plus auri quam viriū eſſet in acie laturus. Cæterū quantæcunq; tum fuerunt Antiocho copiæ, his frætus a prælio non abhorrebat. Secutus tū Scipionis autoritatē, Phrygiū amnē trāſgreſſus circa Magneſiā poſuit caſtra, eāq; foſſa muro & turribus circundedit. Conſul ad Tyatirā progreſſus vbi rex caſtra habuerat, & ipſe circa amnem quatuor milia paſſuum ab hoſte metatus eſt. Biduo poſt Scipio ſuperato amne ad duo milia & quingentos paſſus propinquus Antiochi caſtris cōſedit: tumultuariū pliū eſt cōmiſſum ſub primū Romanorū acceſſum, facto a regijs equitibꝰ in militē vallum iacientem impetu. Ad poſtremū fugati hoſtes, centūcꝫ in fuga cæſis, actotidē captis in caſtra cōpellunt. Quatriduū inde acies vtrinq; ad pugnam inſtructæ ſteterunt. Nihil tū hinc aut inde motū. Tū demū cōſul, pmotis caſtris quū ita aciē inſtrueret vt caſtra oppugnaturus videret, niſi hoſtis in aciem deſcenderet. Emuero appetente hye mevidebat Scipio aut militē ſub pellibus habēdū, aut tranſigendā ſine plio hyemē, ſi in hyberna conceſſum eſſet, qd̄ vtrū minus vellet vix ipſe expedire potuiſſet. Nec Ro. miles vllū magis hoſtē contēpſit. Antiochus veritus ne pliū detrectādo ſuoꝝ aios cōminueret in aciē deſcendit. Erant Scipioni duæ Romanæ legiones actotidē latini noīs. Quina milia militū & quingenti erāt in ſingulis, quos ita diſpoſuit vt primū ordinē tenerēt haſtati, mox principes ſtarent poſtremo in ſubſidijs triarij locati ſunt. Vtrūcꝫ cornu ſocij latini noīs tenuerūt. Romani mediā aciē: Cornua equitibus firmata q. minꝰ tribus milibus erant. Poſt dexterū cornu Tralli, Cretēſes, & Eumenis auxilia ſteterūt. Leuū obiectu fluminis ſatis tutū ſine ſubſidijs videbat. Sexdecī Aphricæ Elephantes poſt triarios ſtetere, vt aduerſus Indicos q magnitudine & ferocia p̄ſtant, haud dubie inutiles. Macedones auxiliares, cū M. Aemylio tribuno militū ad caſtrorū p̄ſidiū ſunt relicti. Antiochus q ex oī colluuione hoīm exercitū cōtraxerat, multiplici ordine aciem inſtruxit beluæ indi cæ cū turribus in q bus ſingulis quatuor bellatores erant ordinibus interiectæ, quarū octo & quadraginta Antiocho affuerūt. Falcatæ ad id quadrigæ, in his cuſpides circa temonē ab iugo decem cubita extātes velut cornua, p minebāt, q bus qcq d obuiū fuiſſet atrociter tranſfigeret: in extremis iugis binę prætentæ erant falces, vna æquata iugo ad terrā, altera deuexa, illa vt quicquid a latere obiiceret diſſecaret, hæc vt prolapſos aut de induſtria ſubeuntes demeteret. Erant & ab axibus rotarū vtrinq; pari ratione falces deligatæ. Strabant Cameli quos Dromadas vocant, & in ſingulis q̄ni Arabes ſagittarij, qui quū opus erat, tenuis gladios quaterna cubita longos velut ſuperne in hoſtē vibrabāt. Fuerunt in cætero equitatu Tarentini equites qui duos deſultorios ductabant equos in pliū. Huiuſmodi pręſidijs aciē varie inſtructā rex e dextero cornu tuebatur, a leuo Seleucus filius, & Antipater ex fratre genitus. Mediam aciem Minio, Zeuſis, & Philippus elephantorū magiſter tenuerunt. Fuit dies quo pugnatum eſt nubilus atcꝫ humor ab auſtro velut imber perfudit omnia, quæ res arcꝰ, fundas, & iaculorum armamenta hoſtibus minus vtilia reddidit, qui his telis plurimum vt Romani pilis & gladio vtebanꝰ. Perſuaſum habuit Antiochus ita fore, vt

Vbi Scipionis filius ſit captus.

Verba Scipiōis ad Antiochi legatum.

Ilienſes.

Antiochi copię

Antiochi acies.

Deſultorij equi.

Scipiōis ferocia.

primo concursu falcatæ quadrigæ aduersam Romanorum aciem turbarent. Cęterum funditorib⁹ sparsim Eumenis consilio immissis clamore crebroq; telorũ iactu medio campo inter duas acies per ludibriũ exactæ sunt atq; pene e medio sublatę inde iusta fuit pugna, iniectoq; semel pauore quadrigarum fuga in hostium subsidia q̃ post læuum cornu stabant incidit, quibus nõ solum aciem nu-
Quadrigæ diffiũ- dauit, sed vsq; ad cataphractos equites pauor cum
ciuntur. strage peruenit. Secuta est Romanorũ equitum procella, quæ subito incursu regium equitatũ sua spõte turbatum dispulit, totum deinde læuum hostiũ cornu inclinauit, peruasitq; terror vsq; ad mediam aciem, nec tãtum præsidiarij & phalanges turbatæ
Laborãt Romani in sinistro cornu. sunt, sed beluæ ordinibus interiectæ, a Romanis tali prælio assueris confectæ, aut in fugã actæ. Longe diuersa fuit Romanorũ fortuna in sinistro cornu in qd circumuentum Antiochus totis viribus incubuit. Id cum cęde & strage multa est pene in castra compulsum. M. Aemylius, qui vt diximus ad illorum præsidiũ fuerat relictus suorũ fuga animaduersa cum præsidio fugientibus occurrit, hortationeq; & minis fugam sistit. Affuit cõtinuo Eumenes, inde & Attalus Eumenis frater cum recenti. ala equitum, quorum interuentu instaurato prelio pauor cõtinuo a Ro. in hostes vertitur. Antiochus vbi fortunã mutarã vidit, confestim equum in fugam vertit, continuo & alij secuti regem sese plio subtrahunt, fitq; aperta fuga. Romani vtroq; cornu victores per aceruos corporũ, quæ media maxime acie cumulauerant, ad regia castra diripienda ire pergunt. Hostes toto campo cæsi sunt, multi
Cæsorũ numer⁹. alij super alios ruentes inter beluas & quadrigas obtriti. In castris maior propemodum cædes edita est quam in acie, ad. L. milia peditum cæsa eo die dicuntur, equitum tria milia. Mille. CCCC. capti, & cum rectoribus. XV. elephanti. Romanorum qd̃ vix historica fide incolumi scribi possit. CCC. nec amplius pedites acie occubuerũt, equites quatuor & .XX. Antiochus cum paucis fugiens primo Sardis cõtendit, vrbeq; presidio firmata cum vxore & filia Apameã quo Seleuc⁹ cũ paucis amicoꝝ cõcessérat, est, pfectus, Tyatira, Magnesia, & Sipilus vrbes haud multo post puguam dedire & a Sardibus quoq; & ab Epheso legati venerunt deditionem facientes. Per eos quoq; dies Aphricanus ab Elea in castra venit, nam ob morbum pugnę nõ interfuit.
Antiochus petit pacẽ. Venerunt & ab Antiocho legati pacem & veniam orantes, qui post pauca verba præsenti fortunæ accõmodata, Ecquas leges Antiocho victo Romani dicerent quę fuerunt. Aphricanus oĩm permissu leges dixit, vt tota Europa Asiaq; citra taurum Antiochus abstineret. XV. milia talentum Euboicoꝝ po. Rom. penderet. Tria milia priusquam pax sanciretur. Reliqua equis pensionibus in. XII. annos. Obsides. XX. Romanorum arbitrio daret, vt Hãnibal & Thoas Aetolici belli concitator, Mnasymachus Acarnã, & Philo Chalcidensis dederent. Adiecit Scipio regem ferius pacem petiisse quã debuerat, cp si eam quæ tunc daretur repudiaret, sciret regum maiestatem difficilius a summo fastidio ad medium detrahi, quam a medio ad imum. Sed legati cum his mandatis venerãt, vt nullas pacis cõditiones recusarent, Missi itaq; sunt legati Romam ad eam sanciendam, & consul exercitum in hyberna dimisit. Sub id tempus Attilius de Antiocho ad Thermopylas victo, & de Aetolis triumphauit. CCXX. signa militaria sunt triumpho prelata, ingens vis argenti signati infectiq; cũ supellectili argentea preciosaq; veste ex hoste capta, cum coronis & captiuis nobilibus. Eximĩ triumphi lætitiã tristis ex Hispania nuncius minuit, cp sex milia Romanorum militum ad Lyconem oppidum, L. Aemylij proconsulis ductu, a Lusitanis cæsi essent, cætera multitudo turpi fuga magnis itineribus ægre in pacatum abijsset. Creati sunt inde in sequentem annum consules, Fuluius nobilior, qui sibi Gn. Manlium collegam dixit, quum comitiorum die neque is, neq; cæteri competitores centurias explessent. Valerius Antias prodidit per id tempus quo hæc Romæ gerebantur, quum nondum ad Magnesiam pugnatum esset, Romæ famam percre buisse cõsulem Scipionem cum fratre Aphricano per speciem restituendi filij in colloquium a rege vocatos, in hostium potestatem venisse, atq; his captis Romana castra ab hoste expugnata, deletumq; omnino exercitum. Liuius neq; rem pro vera executus est, neq; pro vana silentio præterijt. Cum Aetolis per id quoq; tempus de pace actum. Legati q ab ea gẽte ad hoc Romam venerãt, rogati an in senatus & in po. Rom. potestate futuri essent Aetoli, nec ad id quæsitum responderent, iussi sunt tẽplo excedere, ab vniuersoq; ordine acclamatum frangendos esse vanissimos eius gentis spiritus, bellũq; cum ea gente nihil intermittendum. Prouincias consules sortiti M. Fuluius Aetoliam, & Manlius est Asiam adeptus. Q. Fabius Flamen Quirinalis qui Siciliam sortitus prouinciam fuerat, a P. Licinio pontifice sacrorum causa Romæ retentus est, vt olim Posthumius Albinus primo bello Punico a Metello pontifice ad bellum exire prohibit⁹, ac tum demum literæ a Scipionibus Romam perlatæ, quibus non solum exercitus & ducum incolumitas sed victoria ingens nuper parta nunciabatur, nihil ramen de consule in Asiam mittendo mutari placuit. Secuti deinceps Antiochi & Rhodiorũ legati. Venit & Eumenes, cui primo omnium dat⁹ est senatus. Rex victoriam de Antiocho patribus gratulatus, pudenter & verecunde sua fratrisq; sui merita in Romanos ordine exposuit. Auditi sunt deinde Rhodij & Antiochi legati, cum quibus pax ijs conditionibus quas Scipio dixerat firmata est, & in capitolio fœdus ictum. Eumeni & fratri datũ quicquid citra Taurum Antiocho adimebatur, prę ter Lyciam & Cariam vsq; ad Męandrum amnem Hæ Rhodijs attributæ. Cæteræ ciuitates Asiæ quæ Antiochi stipendiariæ fuerant, liberæ & immunes factæ. Decem postremo legati in Asiam missi qui velut in rem presentem irent, resq; eius prouinciæ publico decreto constituerent. Per id tempus, L. Bebius prætor qui in Hispaniam proficiscebat, a Liguribus circunuentus, cæso eius comitatu, ipse vulneratus Massiliam cum paucis fuga delatus, intra triduum expirauit. & L. Aemylius, qui priore anno fuerat a Lusitanis victus, tumultuario fœtus exercitu collatis iterum cum hoste signis, duodeuiginti barbarorum milia cecidit, tria milia & CCC. cepit. Hic est Aemylius ille qui haud multo post Persem regẽ vicit. Eodem anno Bononia colonia Latina in Boios deducta: Triumuiri eam deduxerunt, L. Valerius flaccus, M. Attilius Seranus, & L. Valerius Tappo. Per eosdem dies, L. Aemylij regillus qui ad Mynnonesum Antiochi classem magno prælio vicerat, naualem triumphum egit, Prælatæ currui coronæ aureæ vndequinquaginta Tetracini Attici. CCXXX. M. Cystophori maiore adhuc numero trãslati. Scipio & ipse Romã reuersus mense intercalario, pridie Calen. Martias, triũphans vrbẽ ingressus est. Prælata currui signa militaria ex hoste capta. CCXXIIII. Oppidorũ simulacra

Cõsules.

Q. Fabij Flamen a Pontifice retẽt⁹.

Munificẽtia Romana in socios

Bononia.



cra centũ. XXXIIII. Eburnei dẽtes. M. CCXXXI. Aureæ coronæ. CCXXXIIII. argenti pondo. CXXXVII. M. &. CCCCXX. Tetracinum & Cystophorum multa milia, nummi aurei Philippei.
Triũph⁹ Asiatici Scipiõis CXL. M. Argenti facti mille pondo &. cccxxiiij. Auri mille pondo & amplius. Regij prefecti & purpurati duo &. XXX. ante currũ ducti. Ipse Scipio ne fratris cognomini cederet, Asiaticus appellari voluit. Interea, Gn. Manlius cũ Gallogræcis in Asia bellũ cõflatũ habebat, qui auxilijs Antiochũ iuuerant, & Q. Fabius prior classis prefectus, ne ociosam ageret, puinciã in Cretã bellũ transtulit. Etem multi Romanorũ in ea insula iãpridẽ seruitutẽ seruiebant, vbi classis eo est appulsa edictũ fuit ptoris noie, vt captiui passim cõquisiti a se cũ legatis mitterent quibuscũ de rebus ad Romanos & Cretẽses pertinentibus ageret. Valerius Antias annaliũ scriptor, quatuor captiuorũ milia ab insulanis minacissimum a Romanis bellũ veritis, Fabio restituta tradidit q̃ popularis prouincia effecit, vt Fabio Romã reuerso naualis sit triumphus decretus. Nec res
Aminãder in regnũ restituitur. Græciæ interea in ocio fuere, dum in Asia est cum Antiocho bellatũ, Athamanes Philippi regis pfidijs haud vno loco electis Aminandrũ qui in Aetolia erat in paternum regnum restituere. Heraclea Theudoria & Argithea vrbes vno tpe a Philippo defecerunt. Secuta est eam defectionẽ, cætera Athamania ingenti studo. Occurrit eo multo post Philippus cum sex milibus armatorũ, qui ad Argitheam ducens parum abfuit, quin Athamanum & Aetolorũ q Aminandro fauebãt, subito sit incursu cũ oĩbus copijs oppressus. Fugiẽti itaq; similis sese in Macedoniam recepit, præsidiumque quod in Aethiopia supra Argitheam constiterat, post regis digressum ab Athamanibus expulsum partim cæsum est, sua sponte per locorum abrupta præcipitatum. Aminander recuperato regno Romam misit, qui pacẽ suo noĩe a po. Ro. impetrarent. Nec Aetoli, Aminandro in regnũ restituto quieuere. Amphiloco emi & Aperanthia receptis, & Dolopes q sub Philippo erant fuę ditionis faciũt. Hęc q illi sub id tempus quo Antioch⁹ est in Asia vict⁹. Vno itaq; tẽpore & subactũ regẽ audiuere, & legati ab Roma sine pace domũ reuersi sunt. Secutus & Fuluij cõsulis transitus in orã Macedoniæ, quibus omnibus territi Aetoli per Rhodios & Atheniẽses pacẽ impetrare sunt conati. Consul per Epyrũ
Ambracia defenditur. & Acarnaniã ducens Ambraciã oppugnare est adortus. Haud vno loco vrbs bellicis incessebat operibus, valide tamẽ defensa fuit Aetolorũ presidio, qui ab initio firmã eo propugnatorũ manũ miserunt. Secuta inde alia cohors, q̃ tantũ audaciæ obsessis attulit, vt eruptione ex oppido facta, partem operũ corruperint, multisq; Romanoꝝ tumultuoso sint plio desiderati, fuissetq; eo die ingens clades accepta si Aetolorũ exercitus veper nuncios conuenerat, exteriore parte Romanos prælio occupatos inuasisset. Sed q Ambraciã venire debuerant, incertũ, metu an necessitate ducti in Amphilociã diuerterũt, opẽ suis iuturi q a Perseo Philippi filio oppugnabant. Regius iuuenis audito Aetolorũ accessu, hostilẽ agrũ populatus in Macedoniã cõcessit. Ad
Aetolorũ inuentũ. Ambraciã q̃tũ murorũ cõsul discutisebat tm̃ oppidani ab Aetolis adiuti interiore parte reponebãt. Estq; interim pene in vrbẽ penetratũ cuniculo ad muros acto. Sed re aĩaduersa fossũ Aetoli ex trãsuerso effodiũt, atq; ita obuiã hostibus eũt, dimicatũq; est in cuniculo, nec vlla vi magis victa fuit Rom. ptinacia q̃ nouo oppidanorũ cõmẽto. Dolijs plumа oppletis cũ tenuib⁹ fistulis in cauerna ostio ob-

Leges Aetolis datæ.

Causa belli Gallis illati

Apamea

Ind⁹ flu.

Calauria flu.

Thelmẽses.

iecerunt, inde a tergo follibus adhibitis nidore incensę plumæ fumoq; miles a proposito est auersus. Tenuit inde aliquot dies obsidio, quoad Amynandri regis interuẽtu Ambracienses deditionẽ facere, q̃ prter aureã coronã. DCL. pondo, signa ænea marmoreaq; & tabulas pictas q̃bus ornatior erat Ambracia (fuit em̃ Pyrrhi regia) cõsuli obtulerũt. Aetoli & ipsi fessi his conditionibus pacẽ accepere. Imperium maiestatẽq; Po. Ro. Aetolorum gens cõseruato sine dolo malo, ne quẽ exercitũ q aduersus socios amicosq; eorum ducetur per tuos fines transire finito. Bellumq; pariter gerito, perfugas fugitiuos captiuos reddito. Romanis socijsq; obsides quadraginta consulis arbitrio dato, Cephalenia extra pacis leges esto. M. talenta argenti po. Ro. soluito, dimidiũ in præsentia pendito. Qui agri, quæ vrbes a Romanis iam inde a T. Quintio & Gn. Domitio cõsulibus sunt ipsi, genti adẽptæ, Acarnanũ sunto, & hæc a M. Fuluio in Aetolia gesta. Gn. Mãlius per id tẽpus cũ Gallogræcis bellauit. Is initio veris cum eo exercitu quem a Scipione acceperat, ipsi genti bellum intulit. Horratus est itaq; Manli⁹ milites ad rem. secũ alacri animo gerendã aduersus eos qui pro Antiocho in acie stetissent, quibus etiã incolumib⁹ multo minus pacata futura esset Asia citra Taurum Romanis, quã sub Antiocho fuerat. Ex Epheso in hostẽ mouit, ad Mæandrũ primo vẽtum, quo nauibus superato (nã vado tranari nõ potuit) præter Comenẽ, vbi Apollinis templũ cũ celebri oraculo fuit, ad Harpasum amnẽ fecit castra. Hic quũ federet castellũ quoddã p tribunũ Antiomilitũ receptũ. Alabãdẽsibus restituit. Dein ad Antiochiã sup Mędrũ metat⁹. Est Mæãdri ort⁹ ex Gelinis. Fuerũt Celenę olim caput Phrygię, nouæq; vrbi Apameę nomẽ fuit, ab Apamea Seleuci regis sorore, & Marsias haud procul a Męandri fontibus oriens ipsi fluuio infunditur. Obtinuit fama Celenis Marsiam tibiarũ cantu cum Apolline certasse. Męander ex arce summa Celenarũ ortus vrbẽ ipsam interfecãs, p Caras & Ionas fluẽs inter Prienẽ & Miletũ in mare elabitur. Ad Thebas itum in finibus Pysidarum. Hic quia in Romanum equitatum factus est ab locorum accolis impetus, victi, prælio Barbari quinq; & .XX. talentis & .X. milibus medimnis tritici, pacem sibi a consule redemerunt. Erizã vrbẽ cepere, mox ad Tabusion castellũ imminẽs flumini Indoventũ est. Labit is ex Cybaritarũ mõtibus, pcul ab eo multo celebriore q̃ Indiæ nomẽ dedit. Qz̃ q̃ hic quoq; ob id nõ parũ celebris, cp vt Plinius scribit sexaginta accipit perẽnes fluuios, torrentes amplius centum. Dedit huic fluuio nomẽ Indus ex elephãte casu quodã in eũ deiectus. Gn. Manlius a consule missus cũ quatuor milibus peditũ, & quingentis equitibus, Cybaritarũ fines ingressus, obuios continuo habuit a Cybara legatos, per quos Megeates tyrannus veniam precatus pollicetur se imperata facturũ. Cui centũ talẽta & .X. milia medimnum tritici consul expressit: a Cybara per Idensium agros ducẽs Calaurẽ amnẽ superauit, dein præter Carallitem paludem, & Madamprum fecit castra. Lagum ab incolis defertam diripuit. Ab Lyseos fluminis fõte ad Cobuletũ amnem ventũ est. Et ex Cobuleto in Pamphiliã consul detorsit iter, exemitq; Ilsiondẽses obsidiõe, quorum arcẽ capta vrbe Thelmenses oppugnabant & Thelmẽsibus pax data ex Pãphilia reuersus ad flumen Taurũ consedit: postero die ad Sylenẽ quam vocãt Comẽ metatus est, ad Cormala vrbẽ postea processit, Darsamq; habitatoribus metu desertã diripuit, & Lysionẽ sponte deditam recepit, fuissetq; &

Gallaſſenus ager violatus, niſi Pyſide qui eũ incolunt, pacẽ ſibi. L. talẽtis &. XX. milibus medimnũ tritici, ac totidẽ hordei mercati eſſent. Inde circa Rutrinos fontes ducibus itineris a Seleuco qui eo ex Apamea venerat acceptis per Metropolitanũ cãpũ ad Dymas Phrygiæ admouit caſtra. Synada deide Synadi cuslapis, ,pceſſum locũ marmoris preſtãtia nobilitatũ, hinc ad Alexãdri fontes, & mox triduo ad Abeſſum ,pfectus Mãlius in Theloſtobogorũ finib⁹ fecit caſtra. Ea gẽs Brẽnonis ductu ex Gallia ,pfecta in Dardanis, qui a tergo Macedoniæ adiacent, multũ euagati primo cõſederũt. Ibi ſeditio inter Gallos orta eſt. XX. milia hoĩm cũ Lõnorio & Lutario regulis ceſſione facta in Thraciã iter auerterunt, huj⁹ terræ accolas quũ aliquãdiu ſtipẽdiarios habuiſſent, Byzantium uſq; ,greſſi oẽm Propõtidis orã ſibi vectigalẽ fecere. Lyſimachia fraude capta ac cũ ea tota Cherroneſo ſubacta, ad Helleſpõtũ deſcẽdere, vñ Aſiã ex ,ximo intuiti, dirimit ibi fretum ſeptẽ ſtadiorũ Aſiã ab Europa) audita terræ feracitate, cupido animũ inceſſit in aduerſam terrã traijciẽdi. Hic noua rurſus ſeditiõe turbati Lõnorius retro cũ parte copiarũ Byzãtiũ reuerſus eſt, Lutari⁹ haud ab incœpto deterrit⁹ copias traijcit, duab⁹ rectis nauib⁹ & trib⁹ lẽbis uſus quos Macedonib⁹ ademerat legatorũ ,textu ad ſpeculãda Gallorũ cõſilia ab Antipatro miſſis. Nec multo poſt & Lõnori⁹ ex Byzãtio Nicomedis opa cũ ſuis copijs in Bithyniã traiecit, vbi Gallorũ auxilijs frętus, Zibota victo, totã Bithyniã ſuę ditiõi ſecit. Tũ vero Galli ex Bithynia in Aſiã ,pceſſerũt. X. milia armatorũ erant, pari mulierũ & puerorũ multitudine. Tã exigua bellatorũ man⁹ tm̃ terroris oĩb⁹ cis Taurũ iculſit, vt oẽs ppli ſiue petiti bello, ſiue nõ petiti breui ſint illorũ ipio ſubacti. Tũ demũ quũ tres eẽnt gẽtes, Theloſtobogi, Trocini, & Tectoſagi, ita ſũt ſibi Aſiã ,tĩti, vt Trocini Helleſpõti orã haberẽt, Theloſtobogi Aeolidem cum Ionia. Tectoſagi mediterranea ſedẽq; ſibi circa Halim fluuiũ obtinerẽt. Hos; opes adeo deiceps creuerevt & Syriæ reges illis cũ cętera Aſiavno tpe tributũ pederẽt. Attalus Eumenis pr̃, prim⁹ oĩm cũ his acie cõſligere auſus, quũ magno ꝓlio vicisſet, tributũ gẽti dare recuſauit. Cęrex; quũ nihilo feci⁹ ꝑterio abſtinerẽt, Antiochũ vt ſupra eſt demonſtratũ bello iuuerũt, atq; eo acie victo, q ,pcul a mari incolebãt, ſatis fidere Romana ad ſe arma nunquã peruẽturа. His quũ iã cõſul immineret ita eſt ,p concione milites affatus. Sunt ſcio milites hi Galli cũ quibus nobis res futura eſt omniũ q Aſiã incolũt, belli fama maxime illuſtres. Gens natura ferox poſt varios errores ſibi bello ſedẽ quæſiuit. Procera corpora, comæ promiſſæ & rutilæ, ãpliora ſcuta, longiores gladij, & quũ pugnam ineunt, cãtus, vlulatus, tripudia & horrẽdos cient armorũ ſtrepitus, omnia de induſtria ad terrorẽ compoſita. Hæc facile oẽs circuniectos accolas vnius gentis iniuriæ obnoxios fecere. Sed illa, Phryges, Cares, & qui illorũ bellis ſunt minime aſſueti reformident, Romanis qui ducentеſimo adhinc anno cũ ipſa gẽte feliciter dimicãt, leuia & ridicula habẽda ſunt. Semel id ludibriũ maioribus noſtris ad Allĩã obfuit. Inde vero aſſiduis cladib⁹ ita proſtrati, cæſiq; ſunt a Romanis Galli, vt pene plures ex hac vna gente quã ex reliquis oĩbus quæ in toto orbe ſunt, triũphi ſint Romæ acti. Etenim quũ primum illũ impetum quo feruida & cæca ira in pugnam ruũt, ſuſtinueris, fluunt ſudore & laſſitudine mẽbra, labãt arma mollia corpora, molles & animi vbi ira illa remiſit, ſol, puluis, ſitis etſi ferrum nõ adhibeas, ,ſternunt. Nec acie tantum id ſumus experti ſed vir viro congreſſus quantum Romana virtus præſtet ſæpius documẽto fuit. Sic Torquatus, ſic Coruin⁹ Gallicã ferociã ſtrauere. Quid q; M. Mãli⁹ totũ agmẽ vn⁹ e capitolio deiecit. Eratq; tũ maioríb⁹ nr̃is bellũ cũ ijs Gallis q patrio ſolo ferociſſimaq; mũdi plaga nup fuerãt egreſſi. Hi vero Græcis immixti, vnde Gallograeci dicti in molli genioſaque terra diu commorati, quantum a propria virtute gentis tam longo temporis ſpatio degenerаſſe creden di ſunt? Nam ſi in frugibus pecudibuſque non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent quãtum cœli ſub quo alũtur proprietas, ſane & hominum ingenia locorũ diuerſitate mutari neceſſe eſt. Abijt Macedonum ferocia, Alexãdriã, Seleuciam, & Babylonem colendo in viliſſimarum gentium mollitiẽ. In Maſſiliẽſibus nõ parua mutatio ſub diuerſo climate facta eſt, & vt breuiter dicã, nihil ꝑ generoſum extat qd̃ in eius terræ naturã cui credit nõ facile degeneret. Adde q; oĩa in peius facili⁹ mutantur. Gallica igitur tm̃ habebunt arma. Phryges per cætera experiemini. Sed quid experiemini dixit; quos ad Magneſiam ſuperiore anno vt viliſſimas pecudes cecidiſtis, victores victos cædetis. Nã vt ſe ræ humana arte & illecebris omnem cum tempore exuunt feritatẽ, ita gens hæc Aſiatricis opibus ſagi nata, vberrimo agro ſaluberrimo cœlo, clementi⁹ bus accolarũ ingenijs gentilem depoſuere ferociã. Hoc ipſum quo verius eſt, eo impẽſius adnitrẽdũ vt quãprimũ defũcti hoc bello domũ victores abeamus Aſiaticã amœnitatẽ fugictes. Etenim tantũ peregrinæ voluptates ad extinguẽdum vigorẽ animorũ valẽt, quãtũ cõtagio corruptraq; accolarũ diſciplina, euenietq; illud feliciter, quod cum hi Galli parem inter Græcos famã obtineãt, velut ſi nihil eſſet in virtute degeneratũ, ex hac victoria non minorem laudem reportabimus, quã ſi cum veris eẽt Gallis dimicatũ. Dimiſſa cõcione cõſul ad Aladrũ fluuium mouit caſtra, inde ad Tiſcouicum ,greſſus, Oroandenſiũ legatis pacẽ petẽtib⁹. CC. talenta imperauit. Ad Plitẽdũ deinceps & Alyattos nouiſſime atque Azylon ductus eſt exercitus. Nomẽ loco a re factum, nõ modo nõ ligni q quã, ſed ne ſpinas quidẽ fert id ſolũ. Fimo bubulo incole ꝓ lignis vtũtur. Et iam caſtra ad Euballũ Gallograeciæ caſtellum ,mota erãt, quũ ſubitus Gallorũ equitum acceſſus Romanorũ ſtationes turbauit, ſed Romano equite in eos immiſſo, continuo a pugna in fugã verſi ſunt fugientiũq; aliquot interfecti. Cõpoſito deinde agmine ad Sangarium amnem cõſul venit, is ex Adoreo monte lapſus per Phrygiã fluens circa Bithyniã Tymbri fluuio miſceť, tũ maiorẽ in modũ auctus p eandẽ terram decurrens in Propontidem euoluitur, non tam ſua magnitudine quã piſciũ vbertate mirabilis. Cõſul Sãgarium põte trãſgreſſus ,ter ripã ducens Gallos ſacerdotes ex Piſinunte obuios habuit. Hi phanatico furore carmẽ cecinerunt, quo Romanis victoria portendebatur, quo omine lætus conſul Cordium peruenit. Medius is locus inter Helleſpontum & oram Cilicij maris ab vtroque littore paribus diſtãs ſpatijs. Hic ex Epeſſognoto regulo qui vnus Gallorũ Antiocho contra Romanos auxilia denegarat, cognitum eſt Gallos cũ vxorib⁹ & liberis, & his rebus q̃ aſporta ri poſſent, populariter ex ſuis ſedibus migraſſe, Olympũq; ab eis occupatũ, ſedẽq; belli in eo mõte deſtinatã, vt locorũ arduitate, & armis ſe & ſua inde tuerentur. Oroandenſium inde legati nũtiarũt a Toloſtobogis Olympũ teneri, Magonam vero alterum

Galli Helleſpõto ĩ Aſiã trãſmittunt.

Theloſtobogi, Trocini. Tectoſagi.

Oro conſulis ad milites

Roma norũ ferocia.

Perora tio.

Cæſorũ numerus

Azylum ſolum.

Sangari⁹ flu.

Oriſgontis Reguli vxor.

Galli ſacerdotes.

Olymp⁹ a Gallis occupat.



alterum montẽ a Tectoſagis & Trocinis, q̃q; hi dicerentur Toloſtobogis auxilio iturі. Conſul ad Olympum primo duxit, triduo poſtquã in hoſtiũ conſpectũ venit tripertito eſt montẽ ꝓter hoſtiũ opinionẽ oppugnare adortus. Perſuaſum habuerunt Galli ab initio Romanos locorũ difficultate territos, nihil aduerſus montis naturã auſuros. Eſt Olympus pene vndiq; aditu difficillimus ꝓter quã a meridie qua parte colles caſtigatius aſſurgũt. Hic galli omne copiarum robur hoſtibus obiecerunt. Cæteris locis modico præſidio firmatis, quatuor milia tumulum viæ imminentem, procul a caſtris occupant. Id Romani intuiti locũ ferociter ſubeũt, fuitq; his pugna ab initio difficilior vt parũ æquo loco inita: moxvero vbi cõminus ventũ eſt, & Galli ſeminudi ſcutorum anguſtia ad telorum ictus expoſiti, ſagittis, glande, iaculis, obruebantur, eratq; eorum clades eo inſignior q; & nudi pugnabant, & candida corpora notabilius cruore rigabantur, tum vero in rabiem verſi, partim corpora humi ſternere, alij in ſubiectũ hoſtem præcipites acti in ſuam pernicem ruebant. Poſtremo vbi ſe a leui armatura victos ſenſerũt, & iam legiones ſub ſignis aderant, effuſa fuga caſtra repetunt. Conſul capto tumulo paululum ibi militem continuit, inde ſuos paucis hortatus iterum leuem armaturam in caſtra præmittit. Hic quoq; Galli qui pro vallo ſteterant telorũ multitudine cooperti momẽto tẽporis in caſtra cõpellunt, firmis ſtationibus ad portas aditus relictis. Cadebat interim telorum vis ingens intra hoſtium munitiones, multiq; mortales promiſcue vulnerabant, exaudiriq; ꝓinde clamores & ploratꝰ mulierũ ac puerorũ. Demũ adhibito legionũ robore, paucis hoſtiũ primo congreſſu proſtratis, cætera multitudo, perculſa ceſſit, diffugitur totis caſtris cum clamore & miſerabili ploratu, ruuntq; Galli per vias & inuia, non abrupta ſaxa, non rupes obſtant fugientibus, atq; ita multi præcipites acti, aut debilitati ſunt aut ruinoſo lapſu exanimati. Abſtinuit ſuos conſul a præda, vt fugientibus e veſtigio inſtarent. Quę res effecit vt paſſim ſint cæſi hoſtes, & vltimũ agmen quod extra pugnæ periculũ fuit caſtra diripuit. Claudius Quadrigarius qui bis in Olympo pugnatum credidit. XL. hominũ milia ſcripſit occidione occiſa. Valerius Antias. X. milia tantum interfecta prodidit. Captiuorum numerus haud dubie priorẽ numerũ expleuit. Multi donati ſunt pro concione, & in primis Attalus Eumenis frater qui egregiam oĩm conſenſu operam eo prælio nauauit. Prędã in medio redactã cõſul militib⁹ diuiſit. Inde in Tectoſagos itũ, ventũq; eſt tertijs caſtris ad Angirã nobilẽ in ea terra vrbẽ, vbi quũ cõſul ſtatiua haberet, Cęturio q; cuſtodiæ captiuorũ ꝑerat, Oriſgontis Gallorũ reguli vxori eximia inter ſuas populares pulchritudine, ad oẽm iniuriã obnoxię ſtruprũ intulit. Inde vt mœrẽtẽ illius aĩm leniret, auri talẽtũ pactus, occulte ſe illã e cuſtodia ad ſuos dimiſſurũ polliceť, fecitq; illi poteſtatẽ mittendi ſeruũ in altera Gallorũ caſtra, q; ad decẽ milia paſſuũ inde aberãt, vt noctu duo ex neceſſarijs ad cõſtitutũ locũ cũ auro venirẽt. Affuerũt illi ex cõdicto, & centurio cupiditate auri impulſus captiuã ex cuſtodia eductã, ad deſtinatũ ꝓduxit locũ. Ibi illa Gallica lingua hortatur ſuos, vt ſtricto ferro hoſtẽ obtrũcent, cædeq; ꝓperata iacẽtis caput ferox mulier abſciſſum ſinu inuoluit. Inde ad Oriſgontẽ, q; in ea caſtra ex Olympo ꝓfugerat, reuerſa in eius cõſpectũ caput abiecit. Tũ mirãte illo ecq̃d rei id eſſet vltra ſum ingt, priuſq; ad te venerim, corporis in iuriã, violatãq; ab hoſte pudicitiam. Et Gallica mulier tale edidit facinus. Tentarunt interim Galli, ,ſpeciem colloquij, conſulẽ inſidijs excipere, mille lectis ad id facinus equitibus, fuiſſentq; voti cõpotes facti, ꝓſidio qngentorũ equitũ quos ſecũ cõſul habebat, fuſo, maioreq; ex parte cæſo, niſi aliquanto maior equitatus, qui pabulatoribus præſidio erat, clamore audito, eo mature accurriſſet, horum interuentu non ſolũ conſul ſeruatus eſt, ſed hoſtes fuſi ac cæſi vſq; ad radices montis. Tertio itaq; die abeo quo ita eſt pugnatum, in auerſum montẽ cõſul aciẽ erexit, quatuor &. LX. milia bellatorũ iugum tenebant. Fuit tamẽ hæc victoria aliquãto facilior, q; ad Olympũ pculſis recenti clade hoſtiũ animis, reſtiterũt tamẽ nonnihil, quoad robur legionũ ad motũ ſit caſtris. Tum vero vt erant magna ex parte ſaucij, vi telorum, velut grandine quadã, afflicti fugam capeſſunt, dextra lęuaq; per deuexa montiũ latera diffugiunt. Miles caſtris captis, prædę cupidi tate, ad inſequendũ hoſtem ægre trudebatur, fuitq; proinde cædes longe minor q; victoria. Ad. X. milia occiſa dicuntur. Cætera multitudo vltra Halim fluuium quo filios & vxores præmiſerant abierũt. Præda tanta fuit, quanta gens rapiendi cupida, quę per multos annos Aſiam cis Taurũ renuerat, coaceruaſſe potuit. Galli duplici clade fracti, poſtremo ad conſulem legatos pacem imploratum mittunt, his Epheſum ad ſe vnire iuſſis, ipſe quia dimidiũ autũni exierat, vt procul Tauro monte qui gelidiſſimus eſt, copias ante hyemẽ abduceret, motis ſignis in maritima loca hybernatũ dimiſit. Romæ interea T. Quintius & M. Claudius cenſores viam ſilice ſternendã a Capena porta ad ædem Martis locauere, ab his Scipio Aphrican⁹ tertio lect⁹ eſt princeps ſenatus, fuit enim quantum hinc colligi poteſt honos ille annu⁹. Tyberis duodecies vno anno campum Martium, & plana vrbis loca inundauit. In Græcia M. Fuluius alter conſul Cæphalenios in fidem recepit. Samei, vna inſulanorũ ciuitas, poſt datos obſides, incertum quo conſilio conteſtim rebellauit, quatuorq; menſes laborioſe oppugnati, demum vrbs & capta vi eſt & hoſtiliter direpta, & qui cum arce dediti ſunt, ſub corona væ nierũt. Ex Cephalenia cõſul in Pelopõneſum trãſmiſit, ob bellum inter Achæos & Lacedæmonios nouiſſime ortum. Quintius & Romani, fractis Nabidis opib⁹, vicos & caſtella Laconici agri Achęis addixerant, & Spartani exules paſſim ea loca obtinebant, habebantq; per hæc Lacedæmonios vehementer ſolicitos, in primiſq; ægre ferre Spartani, q; ora maris parum ſibi tuta eſſet. Indignitate itaq; rei commoti, Lalim vicum maritimum adorti vbi tum plerię exulum exagitabant, maiorẽ tumultũ q; cædem exciuerunt. Miſerunt philopœmenis impulſu, qui tum prætor erat, Achæi Lacedęmonem legatos, qui eius tumultus autores ad ſuppliciũ deposcerent, alioqui fœdus violatum videri. Achæorum poſtulata adeo Spartani iniquo animo tulerunt, vt interfectis qui illorũ erant ſocietatis autoresipſius gentis amicitię publice renunciarint, miſſis ad conſulem legatis, qui Lecedęmonem illi populoq; Roma. dederent. Et iam Achæi ſumpſerant aduerſus Spartanos arma. Cæterũ conſulis interuentu iuſſi vtrię; ſunt armis abſtinere, Romãq; ad patres mittere. Magna erat apud Romanos Achæorũ autoritas, & de Lacedæmonijs nihil murari placebat. Eſt itaq; legatis adeo ambigue reſponſum, vt tam hi, quam illi in ſuum fauorem ſenatum decreuiſſe dicerent. Accenſis proinde in priſtinum certamen animis ſub initium veris Philopœmenis ductu Achæi Laconicos fines ingreſſi, defectionis autores

Consul pene oppſſus eſt a Gallis.

Galli pacẽ poſcũt

Lacedæ; & Achęo rũ diſcordia.

tores depoſcunt, policiti fore, vt indicta cauſa nihil paſſuri eſſent. Ciuitate metu attonita, qui depoſcebant ſua ſponte ſe ituros profeſſi ſunt, & qa cõmunis cauſa agebatur, plericꝫ alij ſunt ſecuti: vbi in caſtra ventum eſt Spartanorũ exulum qui cum Achęis erant incurſu, fauente multitudine, ad ſeptẽ decim eorũ qui venerant cõtra ius gentiũ & fidem a duce in id datã interficiunt. Poſtridie cæteri, qui tres & LX. numero fuerunt e vinculis iratæ multitudini obiecti, damnari ad vnũ omnes ſupplicio traditi ſunt. Principum clade territi Lacedæmonij muros vrbis diruere iuſſi, exules reducere, Lycurgi legibus abolitis Achæorũ moribus aſſuefacere. Muri diſiecti ſunt, Lycurgiꝫ diſciplina ſublata, qua octingentos ea ciuitas annos ſtetérat. Poſt Fulũj & Manlij annũ ſecuti ſunt conſules M. Valerius Meſſala & Gn. Liuius Salinator, puinctis in ſortem coniectis, Meſſalæ Ligures euenerunt: Salinator Gallos ſortit⁹ eſt. C. Valerius Tappo tri. ple. legem promulgauit, vt Formiani Fundani & Arpinates municipes, qui ciuitatẽ ſine legis latione adepti fuerant, ferendi ius haberent. Ea rogatio non caruit cõtentione, ſciuit tamẽ legẽ populus. M. Claudius Marcellus Luſtrũ condidit. Cenſa ſunt ciuium capita. CCLVIII. millia. CCCVIII. In fœdere qd' cum Antiocho fuerat dictum diſerte eſt expreſſum vt Hannibal dederetur, qd' ille prędicens, cõtinuo poſt pugnã, qua Antiochi opes ad Magneſiã cõciderant, in Bythiniã ad Prũſiã regẽ ſe cõtulit. Cum Ariarathe rege, in Eumenis gratiã, q illius filiã vxorẽ duxerat, iuncta eſt ſocietas. Et Gallis his cõditionibus pax reddita, vt vagandi morẽ finirent, ſecꝫ tenerent ſuis finibus. Rebus Aſiæ per hæc conſtitutis, Manlius omnes copias in Europã traiecit, inde per Cherroneſum ducens, qa per Thraciã erat iter facturus, copijs biſariã diuiſis, partẽ vnã iuſſit præire, reliqua cogebat agmen, in mediũ vehicula cum omni præda & publica pecunia accepit. Nec fefellit Romanũ opinio. Traces ad quinqꝫ milia numero, inſeſſis locorũ anguſtijs, impetum eximprouiſo in impedimẽta faciunt, & iam diripere occœperant interfectis cuſtodibus, quũ ſubito militũ ocurſu pĺio occupant, fuitꝫ anceps per diẽ pugna, multiꝫ vtrinꝫ cecidere, ſed plures aliquãto ex Romanis. Remiſerunt prælij ſub noctẽ Barbari, nec præda vacui domũ cõceſſerũt. Romani biſariã nocte vna merati ſunt, poſtridie iunctis aciebus ſigna mota ſunt, ad Hebrumꝫ fluuiũ ventũ eſt. Inde per Aenioꝝ fines ad alias ãguſtias itũ (Tympira locũ vocãt) hic iuſto prælio, cæterũ in aperto cũ Thracibus dimicatum, fuſiſꝫ Barbaris ac eorũ pluribꝰ Cæſis, Romani ſaltũ Tranſgreſſi, in Maronitaꝝ fines venere, per pacatã inde regionẽ Apolloniã, & ex Apollonia p Abderitanũ agrum, Neapolim & reliquas Græcorũ colonias copiæ traductæ. Poſtremo p reliquos Thraces magis ſuſpectos qꝫ infeſtos ventum eſt in Macedoniam, aꝫ reliquum hyemis Appolloniæ egit. In Liguria & Gallia nihil dignũ memoria eſt eo anno geſtum. Secuti noui conſules M. Aemilius C. Flamini⁹. His cõſulibus L. Minuti⁹ Myrtilus & L. Manlius, qa Carthaginienſiũ legatos pulſaſſent, M. Claudij prætoris iuſſu per fœciales traditi ſunt legatis, & Carthaginẽ aduecti. M. Fuluius ab Ambracienſibus P. Aemylij conſulis impulſu eſt abſens accuſatus apud patres, cp ſine cauſa petiti bello eſſent, & hoſtiliter ab eo ſpoliati, erant non obſcuræ inimicitiæ inter Fuluiũ & Aemyliũ. Cæterũ C. Flaminius conſul, abſentis cauſam complexus, auror fuit ne qd decern̄erent ante Fuluij reditum. Sic em̄ Gn. Manlius, vbi Romã venit, quũ petereꝫ vt triũphãs in vrbẽ ingrederet, a L. Furio Purpurione, & a L. Aemylio Paulo, q eius in Aſia legati fuerãt, accuſat⁹ eſt, cp Antiochi pacẽ tur bare q̃ fuerit, belli gerẽdi cupiditate, trãs Taurum Roma. ſigna cõtra ictũ fœdus, oraculũꝫ ſibyllini carminis proferre conatus eſſet, feciſſetꝫ, niſi a legatis prohibitus fuiſſet, & cp a tam audaci incœpto auerſus, Pyſidię, Lycaonię, Phrygię inſontes vrbs circunductos ad omnes recẽſſus mercenario exercitu ſordide expilaſſet, cp Gallogræcis, ſine ſenatuſ cõſulto iniuſſuꝫ Po. Ro. bellũ intuliſſet, cpillatũ adeo temere adminiſtraſſet, vt niſi fortuna Po. Ro. affuiſſet, porueꝛint Romanæ legiones ſemel atcꝫ iterũ, locoꝝ iniquitate deleri. Poſtremo cp in Thracia ab incõpoſita latronũ manu fugatus eſſet, Ro. exercitus cæſus atcꝫ impedimentis nõ parua ex parte exutus. Cæterũ ſi talis clades nunquã fuiſſet accepta, non videre ſe aiebat, de quo hoſte Mãlius triũphare poſſet an de Gallogræciſ? a quibus res repetitę non eſſent, neꝫ ipſi hoſtes a Po. Ro. iudicati, ne cp ſolenni more bellũ indictũ, niſi cõfundi tollicꝫ iura fœcialia placeret, neꝫ ſenatũ de bello conſuli amplius, omniaꝫ iura diuina & humana turbari. Excępit legatorũ accuſationẽ Manlius lõgiore oratione, qua & Gallos armis ſure petitos oſtendit, q ad Magneſiam pro Antiocho in acie ſteriſſent, appellatiꝫ ambo Scipiones q gerẽdo bello p̃fuerãt, Gallogręci hoſtes eo bello an amici fuiſſent. Iniqore loco a ſe aciem inſtructã haud quidẽ inficiari, qñ æquiore inſtrui nõ potuiſſet. Sic ad Thermopylas ab Attilio, ſic ad Quintio antea ad Aoũ amnẽ dimicatũ. Eo igitur itũ, quo ſpes victorię traxiſſet. Ad centũ milia hoſtiũ debellata. XL. M. aut cæſa aut capta. Pacatã a ſe totã citra Taurũ Aſiã, quę incolumibus Gallis oĩm opinione quietura erat nũ quã. Qd' ad Thraciæ latrones attineret tãtũ abeſſe, vt crimen, immo mendaciũ illud, gloriæ a ſe partę aliquo modo obſuerit, vt p ea victoria, cp bis mulꝫ milia Thracũ paucis diebus fudiſſet cecidiſſetꝫ ſi nihil in Aſia eſſet geſtũ, nihil ominus triumphũ petiturus fuiſſet. Sed cæcã eſſe inuidiã, nec quicquã aliud ſcire q̃ derrectare virtutes, honoreſcꝫ ac p̃mia corrumpere, quã duo L. Purpurio & Aemylius ſecuti, ea accuſarent, quorũ ipſi alioq teſtes, ſi ſine inuidia viueretur, adhiberi debuiſſent, ſi quis alius labefactare eſſet auſus. Iactata inde in ſenatu res eſt, nitentibuſcꝫ Manlij neceſſarijs, frequẽs ſenatus illi triumphũm decreuit. Maior deinde cõtentio orta Duo Petilij tribuni plebis diẽ Scipiõi Aphricano dixerũt, nec defuerũt fortaſſe qui Romanã ciuitatẽ, vt ingratã accuſarent, quæ tantũ virũ a Trib. pleb. vexari pateret. Cæterũ & tunc q dẽ oportuit, oportebitꝫ ſemper, virũ in libera ciuitate tm̃ eminere, vt legib⁹ ſemper interrogari poſſit, nullũ em̄ mai⁹ ciuitatis vinculũ quam cp ita libertas æquetur, vt potẽtiſſim⁹ quiſꝫ poſſit cauſam dicere. Qui æquũ pati nequeat in eum vim iniuſtam haud videri oportere. Nunꝫ igit̃ Scipio maiore ciuiũ frequẽtia in forũ eſt deductus, quam quũ ad dicendã cauſam venit, quã iuſſus dicere, ſine vlla criminis mentiõe orationem de rebus a ſe geſtis ita eſt exorſus, vt nemo vnquã melius, neꝫ verius laudatus fuerit, oĩa eodẽ animo & ingenio quo geſta fuerãt, ab eo memorata, aberatꝫ interim ab auribus faſtidiũ, quia pro periculo & nõ pro gloria dicebant. Tribuni p̃ter Syracuſana hyberna, quæ infamia nõ caruerũt, Pleminianũ ſacrilegium, militaremꝫ ſeditionem, ſuſpicionibus magis pecuniæ ab Antiocho captę, q̃ argumentis rerũ reſpergerãt. Filium captiuum ſine precio reſtitutũ, oĩbus rebus Scipionẽ, tanquã in eius

Lycurgi leges ſub latæ.

Cõſules.

Hãnibal ad Pruſiã regẽ ſe cõfert.

Manlius a ſuis legatis accuſatur.

Quę Mãlius reſpõderit.

Triũph⁹ Manlio decernit.

Quid Scipio de ſe

Quæ ob iecta ſint Aphrica no a Pe tilis.



in eius manu pax & bellũ pop. Ro. eſſet, cultum ab Antiocho fuiſſe. Dictatorẽ eũ cõſuli non legatũ in puincia fuiſſe. Nec in Aſia alia de cauſa, pfectũ, q̃ qd' Hiſpanię, Aphricæ, Siciliæ de eo iam antea perſuaſum eſſet, hoc Græciæ & Aſiæ & oĩb⁹ ad oriẽtem gẽtibus appareret, unũ hominẽ caput ac columẽ eẽ Romani imperij, ſub umbra Scipionis ciuita tẽ late imperantẽ latere. Sic illũ infamia intactũ, inuidia, qua poterãt, obruebãt. Die illo p hæc cõſumpto, cauſa, p ducta eſt, cui⁹ dicendæ quũ poſtea dies aſſuiſſet, Tribuniꝫ, p roſtris ſediſſent, Scipio vbi ad illorũ conſpectũ venit, dixit diẽ illũ eſſe eũ, quo ipſe Hannibalẽ & Carthaginienſes in Aphrica ingẽti prælio viciſſet. Omiſſa igit̃ oĩ altercatiõe iturũ ſe in Capitoliũ, Dijs immortalib⁹ p ea Po. Ro. victoria gras acturũ, qd' vt cæteri facerent hortat⁹, totã ſecũ cõcionẽ traxit, adeo vt Tribuni cũ modica ſuorum cliẽtiũ manu, & p̃cone, q reũ vocabat, in roſtris reliẽti ſint. Ex capitolio Scipio cętera Deorũ tẽpla cũ pplo circuiuit, fuitꝫ lux illa fauore hoĩm nõ min⁹ ei ſpecioſa, quã quũ de Syphace & Pœnis triũphauit. Ipſe aſſuet⁹ maiori fortunæ, q̃ cp reus eſſe ſciret, prius q̃ dies affuiſſet, qua cauſa dicẽda erat, Liternũ vbi villa illi fuit cõceſſit. Tribuni plebis abſentem inſectati, eius ſupbiã & aptã ſeceſſionẽ in capitoliũ ad pplm criminari. L. Scipio ei⁹ frater morbũ excuſabat, cæteriꝫ Tribuni ab eo appellati ita decreuerũt, vt qñ morbi cauſa Scipio abeſſet, dies a collegis prorogaret. Nemo ex toto Tribunorũ collegio erat, a q̃ triſtior ſnia expectaret, q̃ a T. Sempronio Gracchо, cui inimicitiæ cũ Aphricano haud obſcuræ intercedebãt. Is quũ vetuiſſet nomẽ ſuũ decreto collegarũ abſcribi, erexiſſetꝫ oĩm aĩos in expectatiõẽ alicuius durioris decreti, ita p̃fatus dicit̃. Q̃n Scipio morbi cauſa abeſſet, nõ paſſurũ ſe eum accuſari, priuſquã Romã veniſſet, ac tũ quoꝫ ſi ſe appellarit auxilio futurum, ne cauſam diceret. Rem indignã fieri teſtat⁹ eum, qui ad tantũ rerũ faſtigiũ deorũ hominũꝫ cõſenſu peruenĩſſet, ſub roſtris reum ſtare, aureſcꝫ prębere adoleſcentiũ cõuicijs, nõ tam ipſi q̃ pop. Ro. eſſe deforme. Mouerunt Sempronij verba, quũ cæteram multitudinem, tũ accuſatores ipſos, quibus pronũciantibus ſe in poſterũ delibe raturos, quid ſui iuris & officij eſſet, dimiſſa cõcione Senatus eſt haberi cœptus, gratiaꝫ a toto ordine ſunt ipſi Sempronio actæ, cp Remp. priuatis ſimultatibus potiorẽ habuiſſet. Petilij probris vexati, qui ex aliena inuidia ſplendorẽ ſibi queſiuiſſent, ſpoliaꝫ ex Aphricano triumpho peterẽt. Silentiũ poſtea de Aphricano fuit. Literni reliquũ uitę egit, in ea quoꝫ ſolitudine tam venerabilis, vt p̃dones maris dicãtur qñꝫ in littus deſcendiſſe, vt eũ viderent, dextrãq; illã tot terrarũ & gentiũ domitricẽ tãgerent. Ipſe ne in patria, uelut ingrata, funus ſibi fieret moriens mandauit. Eius ſepulcro id fuit carmẽ adſcriptũ. Deuicto Hannibale, capta Carthagine, & aucto Impio, hos cineres marmore tectus habes. Cui nõ Europa nõ obſtitit Aphrica quondã. Reſpice res hoĩm q̃ breuiſ vrna p̃mat. Sed hæc aliquanto poſtea cõtigerũt. Eius morte creuit inimicis animꝰ, quorũ princeps fuit. M. Cato, qui eo adhuc viuo tãti viri magnitudinẽ allatrare erat ſolit⁹, quo autore Petilij illi diẽ dixiſſe creditur, & poſt eius mortẽ rogationem tuliſſe, vt quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſſet, quærereꝰ, & ſi qd ex ea in publicũ nõ fuiſſet relatum. Eam iniuriam queſtus eſt L. Scipio, cp poſt mortẽ Aphricani ea rogatio orta eſſet, nõ ſatis videri Aphricanũ fratrẽ ſuum pro roſtris non laudatum more maiorũ, niſi mortuus etiam accuſaretur. Contentos Carthaginienſes eſſe Hannibalis exilio, Po. Ro. ne morte quidem Scipionis qui Hannibalẽ vicit exatiari, niſi ſepulti fama laceretur, fratercꝫ acceſſione inuidiæ inſuper mactetur. M. Cato ſuaſit Petiliorum rogationem, quam omnes tribus iuſſerunt. Q. Terẽtius Culeo, qui tum prętor erat, eam quæſtionem habere eſt iuſſus, adeo Scipionum familię amicus, vt ad portã Capenam in Aphricani funere mulſum populo dederit, pileatuſcꝫ vt olim ipſius triumphantis currũ, ita ſit funus perſecutus. Hoc propius vero eſt, quam quod tradunt quidam fuiſſe eum familiæ inimiciſſimum, atcꝫ ab hominibus aduerſæ factionis ad eam quæſtionem habendam optatum. Cæterum ſiue æquum ſit expertus ſiue iniquum, L. Scipio reus eſt factus, receptaꝫ nomina quorundam legatorum, vt Hoſtiliorum, Catonum & C. Furij quæſtoris, ſcribæ cum his duo expoſtulati. Scipio cum Hoſtilio legato & C. Furio, cæteris abſolutis, damnati ſunt, quod ille ſex milia pondo auri, quadringenta argenti, pluſquam in ærarium relata eſſent, ab Antiocho rege accepiſſet. quod Hoſtilius. LXXX. pondo auri, argenti. CCCC. tria. Furius. CXXX. auri. CC. argenti. Tradunt quidam P. Scipionem rationarium a L. fratre in curiam allatum ſuis manibus cõcerpſiſſe, indignatum cp quũ tantum auri & argenti eſſet ærario illatum, quadragies ζtanti ea lis reo ęſtimata eſt) ratio repoſceretur. Cæterum hæc de Scipionibus varie, vt video, tradita ſunt memoriæ. Alij a Petilijs Scipionem, alij a Nauio accuſatũ autores fuere, & illud diuerſum tradunt, quo ſit loco Scipio ſitus. Quidam Literni ſepulcrum prodiderũt, in qua opinione Plinius & Plutarchus mihi fuiſſe videntur. Alij Romæ extra portam Capenam, vbi tres ſtatuæ vno loco viſerẽtur, ſupra ſepulcrũ quod Scipionis eſſe diceret, quarum vna Aphricani fuerit. Altera L. fratris. Tertia Quinti Ennij poetæ. Quidam Aphricanum fratri iam reo facto, & in carcerem duci iuſſo, ex Hetruria vbi legati munere fungebatur, auxilio ſuperueniſſe aiunt, atcꝫ ibi magis pie quã ciuiliter, reũ ex viatorum manibus extorſiſſe, quo audaci facto, quũ Tribunitia poteſtas a priuato ſoluta videret, eacꝫ onerareꝰ Aphricanus inuidia, Gracchum p Scipionibus interceſſiſſe, quumi am L. Scipio in vincula ducerẽt, iureiurãdo teſtatũ manere ſibi cũ Scipionibus inimicitias, verũ indignũ ſibi videri in carcerẽ L. Scipionẽ detrudum iri, in quem tot captiuos hoſtium duces Aphricanus duxiſſet, ac tum demum, ob id' meritum, minor Cornelia (maior Naſicæ nupſerat) ex autoritate patrum, ab Aphricano Gracchо in matrimonium ſit data. Scipio domum reuerſus, quum Aemiliæ coniugi filiam a ſe viro locatam renunciaret, mulier indignabũda, quod talis conſilij non particeps facta eſſet, non ſi T. Graccho inquit locata foret filia, eius rei expers eſſe debuiſſem. Tum vero Scipio lætus concordi iudicio, illi ipſi Graccho quem diceret, Corneliam a ſe deſponſam affirmauit. Liuius aliam quandam de L. Scipione opinionem eſt ſecutus, vt poſt Aphricani mortem, ille damnatus, quum in carcerem⁹ traheretur, quia eius bona non tanti vænire poſſent, quanti iis fuerat æſtimata, Scipio Naſica de totius familiæ, laudibus accuratiſſima vſus oratione, conatus ſit eũ periculo eximere. Cæterum tribunis in propoſito manentibus, ſolus e collegio Gracchus eum mitti iuſſerit, quo apparet Scipionem haud ſemel cauſam dixiſſe, alioq nõ video cur Aphrican⁹ Graccho filiã deſpõderit, ſi, nulla ipſius

Scipio Liternũ in exiliũ abijt.

Scipiõis interit⁹. Carmen Scipiõis ſepulcro adſcriptum.

Terentij Culeois gratitudo.

Qui peculiat⁹ cũ Scipione conuicti ſint.

Cornelia Graccho locatur.

la ipſius tribuni opera in cauſa fratris fuiſſet ad id tempus vſus, niſi quis dicat bis illū pro Scipionis bus interceſſiſſe, & quū Aphricano primū dicta eſt dies, quo merito ille Cornelię ſit cōnubiū adeptus: & mox poſt Aphricani interitū, quū Aſiaticus cauſam diceret. Satis conſtat L. ipſius bona oīa in publicum a Tribunis redacta, ac diuēdita, p̄ter pauca quæ ad vſum vitæ cognati & clientes illi redemerunt. Sed dum hæc Romæ gerebant, Flaminius cōſul Friſinates Ligures pluribus p̄liis victos in dedi tionem accepit, quibus quum arma adimeret, ſubita defectione in Auginum montē cōfugere, atq; inde plures metu diſſipati, alij alio fuga dilapſi, in deuia abierunt, qui in caſtris ſe tenuerunt a Romanis circunceſſi expugnatiq; ſunt. Inde & Apuani Ligures deditionē fecere. Flaminius, pacata prouincia, ne militē in ocio haberet, viam a Bononia Aretiū vſq; ſilicibus ſtatuit, & Aemylius alter conſul, eremā ambobus eo anno Ligures prouincia dati, villis diuerſa parte exuſtis, hoſtes ſe montibus tenentes adortus, primo leuibus p̄liis fatigauit, coactos inde in aciē deſcendere iuſto p̄lio vicit. Hiſq; cis Apœninum geſtis tranſmontanos ſubegit, armaq; ademit. Vltimo prælio, qđ cum ea gente geſſit, ædem vouit Iunoni reginæ. Multitudine itaq; ex montibus in campos deducta, pacatis Ligurib⁹ legiones in agrū Gallicū deduxit, viāq; a Placētia Flaminiæ cōmiſſam Ariminū vſq; militari opere cōmuniuit. Cæterū Strabo viam a Flaminio per Tuſciam & Vmbriā Ariminū perductā autor eſt, & alterā ab Aemylio ab Roma Bononiā, & inde, ducto prope alpium radices in gyrum circa paludes opere, Aquileiā vſq; M. Fului⁹ Romā reuerſus de Aetolis & Cæphalenia triumphauit. Prælatæ currui, præter aliam pecuniā, coronæ aureæ Centū duę. Signa ęnea. CCXXXV. marmorea. ccxxx. & G. Manlius de Gallogræcis triumphū egit. Actus eſt triūphus ille aliq̄to tardius, q̄ veritus fuit ne Scipionū exemplo apud tribunos vexaretur, qđ priuſquā præda triumpho prælata in ærarium relata eſſet, euenire nō potuit. Ferebatur præterea ab eo exercitus Aſiatica mollitie corruptus, tū primū lectiſtraria rudiæ rati, veſtis ſtragula preciosa, plagulę, & alia textimenta. lia Romæ inuecta dicunt. Monopodia adhæc, & Abaci, p̄ſaltriæ, ſambucyſtriæ & conuiualia ludio num oblectamenta epulis adhibita, & coquus in precio haberi cœptus. Erantq; iam conſules Q. Martius Philippus & Poſthumius Albinus, his q̄ ſtio de clandeſtinis coniurationibus decreta. Græcus quidam ignobilis aliquot ante annos in Heturiam venerat, nō ijs artibus præditus, quibus gens ipſa omniū eruditiſſima ea tempeſtate vteba tur, ſed ſacrificulus, ac vates occultorumq; ſacrorū antiſtes, ea noctu multa vini & epularę crapula mulieres maribus mixte in abdito celebrare, ibi neq; ætatis vlla, neq; ſexus reuerantia, promiſcua puerorum ac matronarū ſtupra, ex ea officina oīa ciuitatis flagitia promebant. Manarunt ex Hetruria Romā huiuſmodi initia, magnitudoq; vrbis taliū malorū capax, diu id ſcelus occultū habuit. Cæterū ſacrorum indicium ita eſt ad Poſthumium delatum. Amabat Hiſpala quædā Fecenia P. Eburiū adoleſcētem, pupillum a patre relictum. Hęc em̄ ancilla corpore quæſtum fecerat, mox libera huic vni animum adiecerat, ſuſtentabatq; ſuis opibus, hæredē q̄ teſtamento cōſuetudine capta, deſtinauerat. Eburi mater nouum matrimoniū ſecuta, ne adminiſtratæ tutelæ ratio ſibi aliquando reddenda eſſet vt quoquo mō illius indolē, p̄fligaret, mariti impulſu voto ſe eū Bacchis initiaturā ait. Denunciat id Ebutius Hiſpalæ, vetatq; ſimul eam mirari, ſi aliquot ſecubet noctes, religiōis cauſa id ſe facere, vt Bacchis recte initiet. Tū illa dij meliora ingt, inde multa ijs mala imp̄cata, qui id ſuaſiſſent, ſatius ſit ingt tibi & mihi mori, quā te officinā illā oīm ſcelerū ſubire, ſemel ſe ſacrariū illud ſuæ dominæ comitem ingreſſam, at poſtquā libera fuiſſet, nunq; adiiſſe amplius, ob ſtupra & alia flagitia, quæ ibi perpetrari vidiſſet. Docuit ad hæc pro hoſtia in occulto mactari, ſiquis turpia pati recuſaſſet, quibus territus adoleſcens, vrgenti matri negat ſe velle initiari. Tū hæc victricuſq; irati Ebutium domo eiiciunt, exprobrantes adoleſcenti mererriciū amorē quo implicitus, religionis cauſa, nō poſſet paucis ab Hiſpala noctib⁹ ſecubare. Cōtulit ſe ille ad amicam ſuā Eburiā, cuius autoritate adoleſcens rem, vt ab Hiſpala acceperat, ad Poſthumiū conſulē defert. Cōſul cū Ebutia locutus, apud Sulpitiā ſocrū ſuā Hiſpalā eodē accerſitā, initioq; p̄cuſſam atq; paui tantē, impunitatis ſpe confirmatā audiuit. Hic il la ſacrariū illud docuit prius fœminarū fuiſſe, nec quēq; virū admitti cōſueſſe, inuicē matronas ſacerdotes creari ſolitas, Eſoponā quæ fuit ſacerdos primā velut Dei monitu oīa immutaſſe, eāq; nouo exēploviros initiare auſam, nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, q̄ nos ſingulis menſibus initiorū feciſſe. Ac iā, inde permixtis cū mulieribus viris, a nullo flagitij genere ceſſatū, pluraq; inibi fieri virorū quā fœminarū ſtupra, ſi qui minus patientes dedecoris eſſent, pro victimis immolari, viros velut mente capta cum phanatica iactatione corporis vaticinari. Matronas Bacchæ habitu paſſis crinibus, cū ardentibus facibus decurrere ad Tyberim, demiſſaſq; in aquā faces, qa viuū ſulphur cū calce inſit, integra flāma efferre, raptos a dīs hoīes dici, quos machinę illigatos e cōſpectu in abditos ſpecus abripiāt, eoſq; per hūc modū necari qui facere aut pati nollent turpia. Multitudinē eſſe ingentē, q̄ in id facinus cōiuraſſet, alterūq; pro pemodū populū videri, biennioq; ante inſtitutū nequis maior. XX. annis initiareť. Captari ætatem ſtupro & errori inhibendo idoneā. Cōſul Hiſpala apud ſocrū locata, Et Ebutio in domū clientis ſui miſſo, ſenatū docuit, quæ, duorū indicio p̄ eos dies cōperiſſet. Patres, quū rei atrocitate, tū periculo perculſi, ædilibus negociū dant, vt antiſtites ſacrorū in poteſtatē redigerent. Triumuiri capitales noctu proſpicerent, ne qui in vrbe motus aut cœtus nocturni fierent. Propoſito edicto ne taliū ſacrorū cauſa in vrbe, reliquave Italia cōuentus vllus haberet, magnus terror puaſit ciuitatē. Multi fugā molierēt circa portas nocte q̄ ſecuta eſt a triumuiris capti. Multi etiā viri fœminæq; ſibi ſcelerū conſcij mortē occupauere. Cōſpiraſſe ſupra ſeptē milia virorū fœminarūq; dicebant: M. Catini⁹ de plebe Romana, Au. Faliſcus, L. Opitergin⁹, & Minius Cerini⁹. (Hi erant ſacrorū antiſtites) cū oībus q̄ ſtupris aut cædibus violati eſſent, aut teſtimonia vēdidiſſent, capitali ſunt ſupplicio affecti. Qui tantū initiati in vinculis habiti, mulieres ſtupro pollutæ cognatis traditæ ſunt, & iuſſum ijs in quorū manu erant, vt more maiorū ſuo arbitrio in illas aīaduerterent. Si qua erat cuius idoneus vltor nō extaret, publice necata eſt. Cōſulibus inde datū negociū, vt Romæ ac tota Italia Bacchanalia diruerent. Indicibus Hiſpalæ & Ebutio ſingulis cētena milia æris ex publico data, additū vt Hiſpala ingenuo nuberet, nec fortuna aut q̄ q̄ſtū corpore feciſſet, apud virū noxæ illi eſſet, nec apud quēq; q̄ ipſius indicio fuiſſet in plures aiaduerſum, vt Ebutio emerita ſtipēdia eſſent, nec

Scipionū fortunæ a Tribunis cōcuſſæ.

Via Flaminia.

Via Aemylia.

Prima Ro. luxuriæ rudimenta.

Bacchanaliū ritus.

Bacchanaliū indicium.

Baccha naliū ca pita necā tur.



nec inuitus militaret. Sed dum Poſthumi⁹ erat Romæ in habenda de Bacchanalibus quęſtione occupatus Qu. Martius alter cōſul in Lyguribus Apuanis ab hoſtibus circunuectus, quatuor milia militū amiſit, & cū his aliquor ſigna militaria. Saltus in quo ea clades accepta eſt, Martius fuit ad poſteros appellatus. In Hiſpania C. Catinius cum Luſitanis prælio cōgreſſus, ſex milia hoſtiū cecidit. Ipſe quū Haſtā vrbē oppugnaret, accepto circa muros vulnere, paucis diebus expirauit. Erat in citeriore Hiſpania L. Manlius Acidinus, qui ad Calagurā illis ipſis diebus ancipiti marte dimicauit. Nec ita multis interiectis diebus iterū in aciem deſcenſum, cæſa ſunt. XII. milia hoſtiū, duo milia & amplius capta, caſtris potit⁹ eſt Romanus imperator. Per eos dies, quibus hęc ex Hiſpania nunciari contigit, Ludi Taurij. Ludi Taurij ſunt Romæ biduo celebrati religionis cauſa, eos M. Fului⁹ Aetolico bello vouerat. Hos Liuius, loco haud multū diuerſo, Magnos appellauit. Cæterū quocunq; noīe dicēdi ſint, eo primum Prodigia ſpectaculo Romæ certarūt Athletæ, venatioq; Leonum & Pantherarū exhibita. Triduo hoc anno lapidibus pluit in Piceno, & puer ſemimaris duodecim annorū repente extitit. Galli tranſalpini per id Gallorū trāſit⁹ in Italiam. tp̄s in campeſtrē Carnorū regionē trāſgreſſi, oppidum haud procul vbi poſt ea Aquileia fuit, conderę ſunt adorti. Legatis ad hoc ipſum ex vrbe i Galliam miſſis ſciſcitatū publico ne conſilio an priuato ea manus alpes trāſcendiſſet: reſpōſum eſt neq; id ex autoritate gētis factū, neq; ſcire ſe ad quid illi patrio eſſent ſolo profecti. Habuit annus, qui proxime ſecutus eſt, cōſules Appiū Claudiū pulchrū, & M. Sempronīū Tuditanū, quibus magiſtratum gerētibus Sipontus colonia deducta eſt ad ſuperū mare, ad inferū Buxentū. Belli cauſę, quod eſt poſt Belli cū Perſę cauſæ. ea cum Perſe geſtū, ſub id tp̄s, & ex hoc quod dicā extiterunt decē legati, qui ad res ſociorū inſpiciundas ex vrbe in Græciā miſſi fuerāt, quū pro Theſſalis Perrhębeis & Magnetibus, qui aduerſus Philippum ſtabant, quædā decreuiſſent, libere Macedo eſt queſtus de legatorū iniuria, auditaq; ei⁹ vox eſt inter diſceptandū, nondū oīm dierū ſolē occidiſſe, quod hoſtili animo dictū, non cæteri tantū, ſed & legati qui a Roma venerant, vna ſunt interpretati, nec ab illo eſt propterea quicq̄ mutatū, quum oīa alioqui conſilia ad bellū ſpectarēt. In Italia L. Māilius ex Hiſpania reuerſus, ouās vrbē ingreſſus eſt, & in Apulia magnus mor⁹ ſeruilis fuit. L. Poſthu- Resvarię in Hiſpa nia geſtę. mius prætor, cuius Tarentū prouincia erat, de paſtoribus, qui vias latrocinijs inſederant, queſtionē exercuit, ad ſeptē milia hoīm cōdēnauit. In Hiſpania ſub id tēpus duo prætores C. Calpurnius, & L. Quintius, duobus exercitibus iunctis, in Carpetanis acie victi, atq; fœde in caſtra ſunt ab hoſte compulſi. Vna aduerſa pugna perterriti duces noctu caſtra reliquerūt. Cæſa ſunt in acie ac fugata ad q̄nq; milia Romanorū. Dein reparato exercitu ad hoſtē pugnandi ſtudio reuerſi, Tagum duobus vadis copias tranſmittūt. Nam Hiſpani circa fluuiū caſtra fecerant. Cæterū Romani priuſquā vallū iacerent, confligere ſunt coacti. Pugnabat hoſtis cuneo, qui quū aliter ſubmoueri non poſſet, prætores cū ſuo vterq; equitatu, a lateribus inuecti hoſtē loco ſubLuſitanorū cædes. mouere, impreſſionecq; a legionarijs facta, Barbari cum multa cæde in caſtra reiiciuntur. Eques eveſtigio inſecutus intra vallum tumultuoſe irrumpit. Tū vero Hiſpani totis caſtris cū cæde acti. XXX. circiter milia hoſtium aut cæſa, aut capta ſunt. Signa militaria. CXXXII. victis adēpta: ex Romanis ſociiſq; paulo plus trecenti acie occubuerunt. Equites quorum opera eo prælio maxime enituit, poſtridie armillis a C. Calpurnio donati ſūt. Quintius ſuos carellis & fiſtulis donauit. Conſules in Ligures profecti. Sempronius vaſtatis Apuanorum agris, prælioq; demum hoſtes victos montibus de iecit. Appius Claudi⁹ aduerſus Ingaunos aliquoties proſpere dimicauit, ſexq; eius gētis oppida cū multis milibus hominum vi cepit. Creatus eſt ſequēti anno conſul Claudius Pulcher Claudij conſulis frater, qui totis viribus, maieſtateq; perſonæ quā ſuſtinebat, annixus peruicit vt frater nobiliſſimis cōpetitoribus deiectis, locū obtinuerit. Datus eſt illi collega L. Porcius Licinius: his conſulibus iterum legati miſſi ſunt in Græciā ad res ſociorum cōponendas. Philippus iuſſus a legatis, vt Maronitis libertatem reſtitueret, per Onomaſtum præfectum vrbis nocte vna oēs Romanæ factionis viros occulte interfecit. Ea res ita legatos offendit, vt haud dubie præ ſe ferrēt, nihil eorū quæ Philippus feciſſet ſibi placere, & ille ita diſceſſit, tanquam nō multo poſt rebellaturi⁹. Vnum in mora erat, q̄ immaturis adhuc viribus Macedo nunq̄ arma induiſſet. Sed dum in Græcia & Macedonia ita verbis diſceptabat, Quintius Neuius, cui de veneficijs quęſtio decreta erat, ſupra quatuor milia, partim Romæ, partim foris, eius ſceleris conuictos dānauit. C. Calpurnius Piſo, et L. Quintius ex Hiſpania Romam reuerſi triumpharunt, vterq; de Luſitanis & Certiberis, diuerſis tamē diebus. Erant autē Romę cēſores L. Valerius Flaccus, & M. Portius Cato, homo plebei ſanguinis, ſed tā acri ingenio, vt ipſe ſibi fortunā feciſſe videatur. Nulla illi ars defuit publicæ priuatæq; rei gerēdæ, pleriq; eloquentia, alij virtute militari, ad ſummos honores ſibi gradū fecere: huic adeo verſatile fuit ingeniū, vt ad id vnū qđ ageret, natus videretur. Strenuus miles, imperator optimus, peritiſſimus iuris, orator eloquētiſſimus Quinquagies fere egiſſe dicitur, pro ſe, proq; aliis, aduerſus alios. Orationes reliquit q̄plurimas, q̄ppe qui nō ſolū accuſando, ſed reus etiam ſatigauit inimicos, quater ac quadragies accuſat⁹, ſemperq; absolutus, quo cōtigit vt Rom. ſit Demoſthenes absolutus ſui tp̄is dictus. Simultates nimio plures eū exercuerunt, & ipſe eas exercuit. Nec eſt facile dictu vtrū illū magis nobilitas, an ipſe nobilitatē agitauerit. Aſperi ingenij, linguæ acerbæ & immodicæ libertatis. Rigida in eo innocētia, gratiæ & diuitiarum contēpt⁹, etſi ipſi⁹ eſt apophthegma illud, virorū eſſe rem domeſticā augere, viduarū deteriorē facere, ſerui prope corporis ad laborē, animi adeo vegeti, vt eū ne ſenect⁹ quidē fregerit. Sex & octoginta nat⁹ annos cauſam dixit. Inde nonagenari⁹ Sergius Galba ad iudicij ppīi adduxit. Vbi fuerit nat⁹ parū perſpicue tradit. Tuſculan⁹ tū fuit genere, Priſcuſq; ab inirio appellatus, inde a prudentia & animi ſolertia Catonis eſt nomē adept⁹. Sic em̄ Ro. olim noiabant, qui multarū rerū vſum et experientiā callerēt. Colore fuit ſubruffo, & glaucis oculis, vt carmē in eū defunctū teſtat. Porcius hic mordax glaucis ſubruffus ocellis, Interit⁹ herebo ſedes nō ceperit villas. Multa ad hæc cōtinētia & æquitate, vtpote qui adoleſcēs Tarēti quū ſub Fabio Maximo militaret, Nearcho Pythagorico familiariter fit vſus, ex quo quū multa alia audire ſit ſolitus a Platone vſurpata, tū illud, voluptatē eſſe malorū oīm eſcā. Patientia & labore cū ſeruitiorū certauit turba, q̄diu villicatus eſt. Rigida ac pene immiti natura, qui ſeruos ſenio cōfectos, aut corpore debiliratos, vt mutas aīantes vēdītare cōſueuerit, velut nihil humanitatis cauſa homini deberetur. Sed vt

Caronis eloquentia & mores.

Carmen de Catone.

non ingrato animo ij merito habentur, qui cũ mutis animalibus emeritis clementius agunt, vt Cymon ille Atheniensis qui equas, q̃ tertio vicerant olympia, tumulãdas curauit: & Xantippus ille prisc⁹, qui & ipse humasse dicitur emeritos canes, ita durus & inhumanus sit merito dicẽdus, qui hoĩb⁹ vt vasis calceis ve vtatur, q̃ vbi longo fuerint vsu attriti, pro re vilissima abĩciẽdos puter. Alioqui talis fuit vt grauitatẽ comitate condiret, iucunditatẽ terrore. Huius illud est, difficile esse eã ciuitatẽ diu incolumẽ fore, vbi pluris piscis vnus, q̃uis paru⁹, q̃ bos venderet, & Romæ vxores viris imperare, qui in cæteras gentes imperiũ obtinerẽt. Eundẽ triũ in tota vita pœnituisse aiunt, q̃ mulieri arcanum vllũ credidisset, q̃ eo naui se vehi passus esset, quo pedibus ire potuisset, & q̃ dies aliq̃ vna per incuriam inanis effluxisset. Græcas literas iam grandis natu didicit, etsi Latinos improbare sit solitus, qui Græca studia mirarent: sæpe testatus tũ Romanos imperiũ amissuros, quũ se Græcis literis dedissent. Impiũ arbitrari si quis vxorẽ aut liberos pulsasset, quib⁹ præsentibus nõ minus q̃ si vestales adessent omni liberiore verbo abstinuit. Sed iã plus nimio sumus, & præter ij illi rationẽ in hac parte versati, q̃q̃ ĩ vno velut flore hoĩm, talis sit relatio nõ iniucunda. Censor itaq; creatus, homo a multis læsus, ac lædendi cupidus, vulgo formidini & terrori ab initio fuit. Septẽ oĩno e senatu mouit, & in his L. Quintiũ Flaminiũ virũ cõsularẽ, in quẽ adeo grauis est vsus oratione, vt ne T. Quintius eius frater, si tũ cẽsor fuisset, fratrẽ in ordine retinere potuerit. Caput accusationis fuit, q̃ quũ ille cõsul in Gallia esset, in gratiã eius scorti, quod ex vrbe ĩ prouinciã accersiuerat, Gallũ hoĩem qui a suis ad Ro. cũ liberis trãsfugerat, ad colloquiũ admissum in multorũ cõspectu, vt gladiatorij certaminis speciẽ, cuius videndi ĩpudicus adolescens erat cupidus, ipsius oculis subijceret, gladio confecisset, & quod atrocitatẽ sceleris haud mediocriter auxerat, Ro. fidẽ implorantẽ. Valerius Antias e custodia eum eductũ prodidit, ac securi percussum, nec in pueri sed puellæ gratiã, quã Placentiæ perditæ adamasset, quæ conuiuio adhibita testata esset, se humanæ cædi nunq̃ interfuisse. Sed Catonis oratio priori opinioni, vt Liuius scribit, astipulata est. Ademit & L. Scipioni Asiatico equũ, ornamẽta, & vestem muliebrẽ, vehicula, & pretiosiora mancipia in censum referri iussit, vt priuata luxuria grauior adhuc esset, publicam aquã in priuatũ ædificiũ, aut agrum influentẽ ademit. Tam tristis & seuera censura effecit, vt cognomen sit censoris ex ea re adeptus. Flaccus eius collega molẽ ad Neptunias aquas cõstruxit, vt populo eo esset via per Formianũ. Cato duo atria Munium & Titiũ & Basilicã fecit. Duæ hoc anno coloniæ deductæ, in Picenũ Polentia, Pisaurũ in Galli cum agrum. Sequenti anno cõsules secuti M. Claudius Marcellus, & Qu. Fabius Labeo. His remp. ad ministrantibus C. Seruilius Geminus in P. Licinij funere viscerationẽ dedit, & ludi funebres per triduum fuere, ac secundũ ludos epulũ, in quo quũ toto foro strata triclinia essent, tẽpestas cum magnis procellis orta coegit tabernacula statuere in foro, eademq; vbi differenauit sublata ciuitatẽ vani terroris ex oraculo concepti admonuerunt, q̃ inter cætera fatidica vates cecinisset futurum vt aliquando in Romano foro necessario tabernacula statuerentur. Sed animis veteri religione leuatis, altera recẽs iniecta est. Per biduum sanguinẽ pluit in area Vulcani. Aderant sub id tempus Romę ab Eumene, & plerisq; Græciæ ciuitatibus legati, qui quęsum de Philippi iniuria venerant. Quibus quum Demetrius eius filius a patre missus parũ liquido responderet, senatus adolescentis causa (fuerat em̃ diu obses Romę, & ob id vulgo non ingratus) legatos in Macedoniam decernit, qui Philippo denunciarẽt, omnia ei integra adhuc esse cum populo Romano Demetrij filij causa: daret modo operam, vt quæ se mel ex arbitrio Romanorum in Græcia constituta essent, inuiolata manerent. Cæterum ea res adolescenti in perniciem vertet. Desciuerant per id tempus Messenij ab Achæorum concilio, Democratis persuasu, viri ob priuatas contentiones Philopœmeni infesti. Huius ductu Messenij Colonide vicũ oppugnabant. Is motus Philopœmenem ex agris ad opem suis ferendam cum modico equitatu exciuit. Liuius ad Cheroneam occupãdam ducẽ ipsum profectum scribit. Cõmittitur prælium ad Euandri tumulum, vincunturq; primo concursu Messenij, qui fuga dissecti, vnius cohortis interuẽtu, collecto a pauore animo, prælium instaurant, hostẽq; iniquitate locorum in arcto deprehensum non solum fatigant, sed cogunt etiã retro moliri cursum. Cogere interim dux ipse agmen, ac quacunq; se hostis inferebat, obiecto corpore sustinebat impetum. Tũ ibi cæteris turbatis ipse lapsu equi ad terram effusus, quũ graui casu, tum ætate iam grandi (erat enim septuagenarius recentiq; morbo affectus) pene exanimis iacuit. Eum hostes haud aliter q̃ propriũ ducẽ attollũt reficiuntq;. Præcessit fama Messenẽ debellatũ cũ hostib⁹ esse, captũ eorũ ducẽ Philopœmenẽ. Vix ab initio tãta res credi potuit, inde vbi certiores nũcij affuere, omnis multitudo adducentibus obuiã effusa est, qua ægre submota, ante oculos ciuitatis velut in triumpho ductus, nõ ẽte vna in subterraneo est loco asseruatus. Postridie de eo consultatio tenuit in senatu, vicitq; pars pœnæ cupida. Venenum ei mittitur, quod intrepi- Philopœ
de accipiens, ministrum interrogauit, an Lycortas menis in
viueret: (erat Lycortas ipsius collega in prætura) teritus.
quem vbi cũ omni fere equitatu euasisse audiuit, bene habet inquit, venenoq; ĩpauide hausto, haud multo post est vita extinctus. Et Philopœmenes hunc exitum habuit, quẽ Græci scriptores in rebus suis mirandis immodici, inter clarissimos externarum gẽtiũ duces reponere nõ dubitant. Fuitq; opinionis eius Polybius autor, Philopœmenis municeps. Cui Liuius (quod miror) haud grauate accedit, em̃uero haud video, cur Hãnibali aut Scipioni cõparandus fuerit is qui in Creta latrũculos potius q̃ hostes fuerat insectatus, & in Peloponneso cum semiplenis Achæorum cohortibus, fugacissimo tyrãno in vrbẽ cõpulso, Laconicũ agrum esset populatus. Idem Polybius & Rutilius eodẽ anno Philopœmenẽ Hãnibalem & Scipionẽ extinctos tradidere, quib⁹ Liui⁹ de Scipiõe astipulat. Nã qđ ad Pœnũ attinet, Antiochi opibus fractis, Hannibal ad Prusiam, vt dixi Bithynię regẽ se cõtulit, veritus ne ab Antiocho Romanis traderetur. Quidã ab Antiocho eum in Cretã ad Gortynios nauigasse ꝓdiderunt, ibiq; quũ fama esset eum ingens auri Hãniba-
pondus secum habere, hospitales insidias veritus, lis ars in
amphoras inaurato plumbo refertas, in Dianæ tẽ- Gorty-
plo, velut sanctiore loco asseruarentur, constituit: nijs fallẽ
Gortynijs itaq; tẽplum obseruãtib⁹, Pœnus veris dis-
opibus occulte in naues translatis, in Bithyniam nauigauit. Est in ea terra maritimus vicus, Libyssa noĩe, vbi Hãnibal iam inde esse perseuerauit, haud inerti ocio deditus, sed aut naues interim, aut milites instruere, aut equos alere, aliaq; ĩp eo secessu meditari, quę a pristina gloria non abhorrerent, quin orto



orto inter Prusiam & Eumenem bello præfectus Hannibal Bithynæ classi, nouo ludibrio facile est victoriã adeptus. Hostẽ nauali certamine occupatum, subita vi serpentiũ obiecta, perpulit, quos in fictilibus vasis conditos ad hũc vsum habuit. Nec ita multo post T. Quintius Flaminius ad Prusiam legatus venit. Erat em̃ rex po. Ro. suspectus, quum ob bellũ quod cũ Eumene Ro. socio habebat, tũ q̃ Hannibalẽ Ro. nomini infestissimũ hospitio acceperat, acceptum tãdiu penes se haberet. Siue igitur (nã id parũ perspicue traditur) Flamini⁹ Pœnum sibi tradi petierit, erat em̃ is illius Flaminij filius, q̃ ad Trasimenũ lacũ fuerat ab Hãnibale cũ exercitu cæsus, siue Prusias Rom. gratificaturus, ad eum tradendũ sua sponte aĩm adiecerit, confestim a primo eorum congressu missi sunt milites, qui Hannibalis domum custodirẽt. Pœnus qui ab initio regis fidẽ vt mutabilẽ habuit suspectã, occultos exitus ad hos casus circa domum parauerat, & in his subterraneos quosdã, vt tutius quũ opus esset, declinare posset insidias: sed regũ imperiũ nihil inexploratũ habet, quod inuestigari voluit, milites ita domum circunquaq; insederunt, vt Hannibal effugere conatus, vbi armis oĩa teneri vidit, cõfestim ve-
Hãnibalis exitus nenum hauserit, tantũ effatus. Soluamus pop. Ro. diuturna cura, quãdo senis mortẽ expectare longũ est. Erat iam Hãnibal septuagenarius. Sunt qui venenum annulo inclusum habuisse credant. Cæterũ siue sub gemma, siue alibi fuerit, Hannibal, quod satis cõstat, sic perijt. In quo merito aliquis miret, tãtam breui tpe in Romana indole mutationẽ fieri contigisse, quorũ patres Pyrrhum hostẽ infestissimum, lateq; Italiam vastantem, domestica fraude extingui noluissent, in Bithyniã virum consularẽ miserint, ad senem & exulem deposcẽdum. Sed credibile est Romanos nõ tam ob id Hannibalẽ sublatũ voluisse, quia in præsentia formidabilis esset, q̃ q̃ de Carthagine euertenda consiliũ senatus agitare cœpisset, ne suis extremis rebus Carthaginienses illius opera vti possent, nouumq; molirentur bellũ, aut illatũ propulsarent, atq; ita de eo magis caute q̃ fortiter statuerint. Sub id tempus quo Philopœmenes perijt, vt proximo est loco significatũ Demetrius ab Roma cum legatis in Macedoniã re-
Demetri- dijt. Erat is minor natu Perseo altero Philippi fi-
us & Per- lio, legitimoq; thoro ortus, patremq; liniamento
seus Phi- oris totum referebat. Contra Perseus ex pellice, &
lippi filij quia vulgato corpore genitus, nullam certi patris notã præ se ferebat. Magno itaq; Macedonum consensu. Demetrio regni successio debebatur. Accedebat & fauor Rom. po. cui erat ille q̃ clarissimus, frequentiorq; cum legatis erat, q̃ cum patre, vt appareret vix integrum illi futurum, vtrũ duorũ post se regnare veller, ea res quantũ solicitudinis Perseo iniecit, tantum illi apud patrẽ peperit odij. Philippus ne quã reparandi belli suspitionẽ legatis præberet, exercitum in Odrisas Dentelecos & Bessos duxit. Philippopolimq; oppidanorum fuga desertam præsidio firmauit, nouumq; ad id oppidũ in Derrhopio constituit, Pœnum ea regio est prope Erigonũ amnẽ, qui ex Illyrico per Pæoniã fluens, in Axium elabitur, vrbẽ ipsam a noĩe maioris filij Perseida appellari iussit. Dum hæc in Macedonia geruntur. Marcellus cõsul in prouinciã profectus, Gallos decreto petebat, qui in Carnis haud procul inde vbi mox paulo cõdita est Aquileia sibi locũ cõmuniuerant, sed hi vltro deditionem fecere legatis ad id obuiã Marcello missis. XII. milia armatorum fuere, quibus nouo oppido iussis excedere, arma consul ademit. Galli id ægre ferentes, legatos Romã miserunt, qui de cõsulis iniuria quererẽtur. Hi excusata agri inopia, quã in Italiã transcendere coacti essent, sine cuiuspiam iniuria dicere se in vacuo solo nouæ vrbi locũ optauisse mox inde migrare iussi, quum imperata facerẽt consulẽ arma & quicquid fortunarũ sibi esset abstulisse. Orare proinde ne in se innoxios, ac sponte deditos acerbius q̃ in hostes sæuirent. Patres increpitis Gallis q̃ temere alienam terram occupare essent ausi, ad consulem mittunt qui iuberet res & arma illis restitui, si protinus abirent vltra alpes. Et sic Galli rebus
Galli Ita suis recepris cõtinuo prouincia cesserũt. Marcellus
lia ejciũ- ex patrum sententia bellũ in Istros transtulit, qui
tur. negabant se passuros coloniã a Ro. vllam sibi proximam deduci, nam eo anno præter Parmã & Mutinam, quę in Gallia deductę sunt, & in Caletranũ agrum Saturnia & de vna in Carnos mittenda in curia cœptũ erat agitari, q̃ incũbentibus Barbaris opponeretur. Cæterũ Marcellus nulla re memorabili in Istros gesta, dimisso exercitu, Romam ad comitia habẽda rediit. Nec alibi prouinciarũ aliquid memoria dignum est eo anno gestum, præterq; q̃ in Hispania Terẽtius prætor aliquot prospera prælia, circa Iberũ amnẽ cũ Hispanis fecit. Cõsules Romæ creati, Gn. Bebius Tamphilus, & L. Aemilius Paulus. Sãguine hoc anno per biduũ pluit Romæ Prodigia
in area concordiæ, & iuxta Sicilia insula vna subito enata. Hierã fuisse Eusebius sentire videtur. Valerius Antias hoc demũ anno Hannibalẽ perisse prodidit, T. Quintio Flaminio, L. Scipione Asiatico, & P. Scipione Nasica ad eum deposcendum in Bithyniã missis. Principio sequentis anni pridie Palilia, quæ ad. XIII. Calendas Maias celebrari, subita procella medio die orta, multis sacris prophanisq; locis fœdissimã attulit stragem. Signa ænea in Capitolio deiecit, & forem ex æde Lunæ quæ in Auentino fuit, turbine contortam, Cereris templo afflixit. Fastigia ad hæc aliquot tẽplorum eadẽ vi deiecta. In prodigium res versa est, acrite procurata. Martio ex Macedonia reuersus, docuit se in Philippo nihil obseruasse, quod nõ idem esset & hostile, & ad rebellionẽ spectans, quippe qui præter alia multa quæ hostilẽ in eo animum arguerent, oẽm accolarum multitudinẽ, ex maritimis vrbibus in Aemathiam ab eo traductã. Auxitq; præsentẽ inuidiam, q̃ paulo post nunciatũ est, quemadmodum Theoxena mulier Thessala, cuius maritum Philip- Theoxe-
pus interfecerat, quũ sororis filij a Philippo ad car- næ faci-
cerem & ludibriũ deposcerentur, molita mulier cũ nus.
pueris fugam, vbi se & suos venturos esse vidit in hostium potestatem, quos fallere nõ potuit sibi & pueris mortem cõsciuisset. Oritur interim inter regis filios discordia, quãtum Demetrius Ro. nomini tribuere, tantũ Perseus obtrectando detrahere. Et iam Philippus totus in Perseum versus, Demetrium oderat, hũc auersari, omnia illi secreta credere. Aderatq; tempus lustrandi exercitus, morisq; apud Macedonas fuit, vt cæsa hostia atq; dimidiata, partibus dextra læuaq; constitutis, medius exercitus traduceretur, veterisq; instituto fiebat decursus, ibiq; bifariam diuisis copijs, Regij iuuenes, qui diuersis agminibus præerant, ludicri prætextu prælium fudibus conserunt. Cæterum nihil ad iu- Demetrij
stam pugnam præter arma defuerunt, fuitq; longe & Persei
superior pars, quę sub Demetrio erat. Mox inuita- simultas.
tus Perseus a Demetrio illius cõiuuio interesse noluit, tum vero quum multa inter iuuenes, vt fit, iactarentur, nec tantum militum, sed ipsorum etiam ducum personæ conferrentur, exceptus apud Demetrium Perſei speculatora iuuenibus triclinio.

egressis male multatus est. Tum Demetrius, quinimus oēs ad fratris triclinium sequuntur euntem cū cætera multitudine, hi qui nuper speculatorē verberibus affecerant, iniuriæq; vltionē veriti, occultis armis succincti, ire pergunt. Perseus eam criminandi Demetrij occasionē nactus, obserari iubet ianuam ipsecp ex superiore parte ædiū Demetriū & comites, vt q ad cædē parati venirēt, procul iubet absistere, ibi a Demetrio aliquod verba iuuenilister in Perseū, vt imbellē & timidū iactata, rem magis suspectā fecere. Postridie ille regia ingressus, de capitalibus Demetrij insidijs abunde multa ad patrem questus, tantum inuidiæ absenti fecit, vt pro magno negocio habuerit Philippus vtriusq; audire Ambobus itaq; ad conspectū suū constitutis, eorū discordiam multis verbis insectatus, Agite inquit & corā misero patre de criminibus decernite, mox ferro decreturi. Ibi Demetrius varijs atrocibusq; criminibus a Perseo est pene obrutus. Quod Romanum nomen cōplexus Macedoniæ regnum quod iure gentis ad se qui maior esset, attineret, fratris parricidio occupandum destinasset. Longa fuit inde Persei querela, nec magis longa quā atrox, quo accidit, vt Demetrius consternatus animo aliquādiu silentium tenuerit, dolorē animi lachrymis testatus. Mox vbi sumptis viribus fari cœpit, ita cōstanter & accurate obiecta diluit, vt si æquus assuisset iudex, necp falsum cogitatæ cædis crimen, necp Romana amicitia noxæ illi apud patrem fuerit futura. Et in eos queri posse aiebat, qui arma tulisse dicebantur, quo consilio, aut quo autore id fecissent, & cp Romanum nomen coleret, non ipse, sed pater esset in causa, qui primo se obsidem, mox & legatum Romam misisset, nam quod ad suum in Romanos studium attineret, quandiu apud illos fuit, omnem a se operam adhibitam, vt patri Macedonumq; genti nō dedecori, sed ornamento esset. Philippus ita eos dimisit, vt diceret se inquisiturū in amborum vitam, obseruaturumq; dicta eorum ac facta, quo apparuit regem Demetrij gratiam cū Romanis non solum non probare, sed vehementer etiam fuisse illi suspectam. Et hæc semina eius belli fuerunt, quod postea Perseus cum po. Ro. gessit, quo victo, Macedonia ex regno prouincia facta est. In Hispania per id tempus Fuluius Vrbicinam ex Celtiberis captam diripuit, aliquoties hostibus media obsidione circa vrbem prælio victis

Cōsules. Nec in ipsa prouincia aut Liguria eo anno est memorabile aliud gestum. Secuti inde cōsules P. Cornelius Lentulus, & Mar. Bebius Tamphilus. Hoc

Prodigia quoq; anno in area Vulcani & cōcordiæ pluit sanguinem. Lanuuij Iunonis Sospite simulacrum lachrymasse ferebatur. Philippus interim exercitu

Aemus mons. Stobos Pæoniæ vrbem indicto, ad Aemum montem ducere constituit, eius verticem ascensurus, si quidem fama erat ex summo eius iugo duo maria prospici, Adriaticū & Aegeum, & a tergo Istrum amnem, quod ad futuri belli rationē non parū pertinere arbitrabatur. Ex Stobis Demetrio in Macedoniam remisso, ipse cum Perseo & toto exercitu, septimis castris, ad Aemi radices peruenit. Hinc digressus, cū ijs quos sibi comites destinauerat, montem est scandere adortus. Facilis primo & accliuis est visus, mox loca edita & ascensu difficiliora, & arborum densitate opaca, vbi vero iugis propius subiere, densæ nubes adeo omnia obtexerant, vt illis non minus iter, q̄ nocturnis tenebris impediretur. Demum tertio die verticem tenuerunt, vbi sub Caniculæ ortū, quod sydus media ferme æstate oritur, brumale sunt ferme frigus experti, qua cœli intemperie, quum alij omnes, tum rex in primis ob ætatem iam ingraueſcentē, vehementer est conflictatus. Duas ibi aras Philippus Iouj vnam, alteram Soli cōstituit, sacrificioq; dijs perpetrato ad exercitū rediit Macedo, nihil diuersum a vulgata opinione inde referens, potius credo ne vanum iter susceptum videretur, quā cp fieri potuisset, vt duo diuersa maria tam lōgis spatijs inde esset intuitus. Ex Aemo profectus in Medis Petram locum nōnihil oppugnatum, acceptis obsidibus, in fidem recepit. Cæterum quum hic sederet indicio comperit. Demetrium filium ad Rom. fugam moliri, quare eius iussu asseruari cœptus est, nec multo post legati ex vrbe Roma reuersi, adulterinas reddiderunt literas Adulterinæ literę in Demetrij scriptæ. velut a Quintio ad regem datas, quib⁹ deprecatio continebatur eorū, quę secum Demetrius regni cupiditate egisset, nihil eum aduersus suorum quenq̄ facturū, nec se eum esse, qui vllius impij consilij autor videri vellet. Hæ literæ fidem Persei criminibus fecere. Herodotus Demetrij amicissimus varijs cruciatib⁹ affectus, sine indicio a rege primo necatus est. Nec multis inde dieb⁹ interiectis Demetri⁹ ex Astreo Heracleam ad solenne conuiuium a Dida vocatus, cui id negocium datum erat a rege, in cœna imprudens venenū hausit, poculoq; epoto sensit extemplo vim veneni, obortisq; mox paulo doloribus, quū in cubiculū se recepisset, patris crudelitatē, fratris parricidium, & Didę scelus incusans, a Tyrci Staboreo & Betreo Alexandrino ad eum ingressis, tapetibus in faciem iniectis, occluso spiritu necatus est, quum annum vitæ ageret quintum et vigesimum, quinq; annis minor Perseo. Et Demetrij interitus Demetrius sic perijt. L. Aemylius quum inducias in aliquot dies Ingaunis Liguribus dedisset, vt de pace quam petebant, cōmodius deliberarent, ingēti illorū exercitu ex improuiso circūsessus, atcp oppugnatus est. Sed quū nec M. Bebius cōsul, q tum Pisis erat ferre posset opem, quia exercitū in Sardiniā decreto patrū misisset, nec ex Gallia, quia bellū cū Istris conflatū esset, subueniri posset, Aemylius copijs, quatuor castrorū portis vno tēpore in hostem eductis fudit Ligurē, fugauitq; ac castris exuit ad. XV. milia hostiū cæsa, duo capta dicuntur, qua Ligures in ditionem Ro. venere. demum clade Ingauni fracti, triduo post datis obsidibus in Ro. ditionem venere. Grauisce colonia sub id tēpus deducta in Hetruscum agrum de Tarquinien sibus olim captum. Fuit hic annus siccitate insignis. Sex continuos menses nunquā pluisse dicitur. Et libri Numæ de quibus in origine vrbis Libri Numæ. aut certe loco originib⁹ proximo, abū de dixi, sub Ianiculo in agro L. Petilij scribę sunt reperti. Libri ipsi publice combusti, quia parum ad religionem pertinere crederentur. Fecerat castra per id tempus Quin. Fuluius Flaccus ad Eburiam in Carpetanis Hispaniæ, q quū ad triginta milia Celtiberorum (quantus nunq̄ alias ex ea gente excercitus) eo conuenissent, ad duo milia passuum ab hoste cōsedit. Celtiberi, quum innata ferocia, tum numero freti plures dies explicata in conspectu Romanorū acie pugnæ copiam fecere. Continuit suos intra vallū Flaccus de industria, inde vbi spem fecit hostibus fore, vt nihil ab Romanis moueretur, noctu L. Aulum mittit, cum ala equitum & sex milibus peditū, qui circumacto agmine post proximos montes occulte sederet, auditoq; clamore a tergo hostium castra inuaderet. Vbi vero illuxit, premissi sunt equites qui hostem ad pugnam elicerent, quem nunc Fuluij Flacci stratagema. restitando, nunc refugiendo procul a castris pertractum, Flaccus inopinato prælio excepit. Necdum pugna satis conserta erat, quum Acilius illorum castra



castra a tergo occupat, quib⁹ ea parte qua certamē fuerat contractum incensis, subitus terror hostium animos iecessit, & Romanis creuit audacia. Restitit tamen nonnihil Celtiber sua virtute nixus. Et iam in sinistro cornu Romanus laborabat, quum septima legio iussa laborantibus occurrere, suorum animos firmauit. Qui erant circa vrbē, relicta statione simul in hostem ruunt, & Acilius a tergo cū sua legione affuit, ita Celtiberi i medio cæsi, tria &. XX. hominū milia interfecta, & quatuor milia & octin

Duplex Hispanorū cædes. genti capti, signa militaria. LXXXVII. Cōtrebia secundum prosperam illam Romanis pugnam dicta est, exercitusq; ob assiduas pluuias i vrbem receptus. Affuit interim altera ingens Celtiberorum manus, auxilium Contrebianis latura, nam de eorum deditione nihil adhuc auditū erat. Celtiberi Romana castra intuiti nuper deserta, rati, pculinde hostes abijsse, soluto agmine ad vrbē contendunt, obsidionis solutionē gratulaturi. Hic a Romanis subito prælio velut insidijs excepti, cū multa strage disiecti sunt. XII. milia, hoc quoq; die cæsa, & quinq; capta, cū duobus &. LX. militaribus signis. Duabus cladibus Celtiberi paucis diebus affecti, præter paucos populos, cętera gens in deditionem venit. Et hæc in citeriore Hispania eo anno gesta. Diuersa parte Manlius prætor aliquot proœpera

Aquileia colonia. prælia cū Lusitanis fecit. Aquileia colonia Latina eodem anno deducta est, in eum agrum vnde Galli fuerāt a Marcello deiecti, P. Scipio Nasica, C. Flaminius, & L. Manlius Acidinus deduxerunt. Tria milia peditū fuere. Aedes veneris Erycinæ ad portam Collinam dedicata est, & Pietatis in foro holitorio. Eam Marcus Attilius Glabrio dedicauit, qui primus Italorum auratā statuam patri posuit, illi qui Antiochū ad Thermopylas vicit, quicp ædem ipsam in eo prelio vouerat, L. Aemilius de Ingaunis triumphauit, ac tum demum Ligures dānatis armis toties infeliciter sumptis pacem in perpetuū petitam impetrarūt. In Corcyca per hic quoq; tempus pugnatum est a M. Pinario, Corsicę prælio victi, obsides dederūt. Et in Sardinia motus a Bilensibus ortus, pari felicitate interim opprimitur. Carthaginiensibus hoc anno centum obsides restituti

Cōsules. sunt Au. Posthumius Albinus & C. Calpurnius Piso consules inde fuerunt. Pestilentia iam in tertium annum vrbem Romam et Italiam vastabat, decem viri Sibyllinos libros ad eius cladis remedium inspexere. Cōsul Posthumius, nam Calpurnius per eos dies vita decesserat, Apollini Aeculapio & Saluti dona & signa inaurata pro salute ciuitatis vouit. Et quæ vouit dedit. Eadem de causa in vrbe & cætera Italia per omnia fora, & conciliabula est supplicatum.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER VIII.



VAE po. Ro. a principio Macedonici belli, quod proxime secundū Punicū excepit, intra extraq; Italiam. XX. ferme annorū spacio gessit, in hūc modum se habēt, regnarūt per id tps in Macedonia Philippus, Antiochus i Syria, qui ambo vnus post alterū a Ro. bello victi sunt, i Aegypto Ptolemæus cognomēto Epiphanes, fueruntq; horum ætatibus interfecti Plautus comœdiarū scriptor, qui inopia pressus, suam pistori operā locasse tradit, quoties ab ope vacu⁹ fuerat fabulā scribere solit⁹, in quo genere tantū claruit, vt secūdas inter id genus scriptores sit pluriū iudicio sortit⁹. C. Neuius qui Sedigiti sentētia tertiā in comicis obtinet palmā, eodē tpe Vticæ mortuus est, factione nobilium, ac Metelli in primis ex vrbe pulsus. Ipse vt Varro scripsit, anno cōditæ vrbis quingentisimo ferme ac vigesimo, fabulā Romę edidit, quo anno Spurius Carbilius Togatorū primus, cū vxore diuortium fecit, eius sterilitatē causat⁹. Militauit Neuius primo bello Punico, quo d ipse est postea carmine cōplexus. Vixit cū his Qu. Ennius, qui septē annos & LXX. natus, duodecimū annalē scripsit. In Græcia clari fuerunt philosophiæ studijs eodē tēpore Carneades Academic⁹, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus, qui ab Athenien sibus Romā missi, ad orandā Oropi causam (est id oppidum in finibus Bœotię) ostentandi, ingenij gratia celebri hominū conuentu, in vestibulo curiæ seorsum disputasse dicuntur. Scitaq; & teres fuit oratio in Critolao. In Diogene modesta & sobria. Violē ta in Carneade, hunc quū Portius Cato in vtranq; partem de iustitia differentē audiuisset, curiam ingressus censuit Carneadem audiri non oportere, quando eo viro argumentante, non posset intelligi vbi lateret veritas. Cæterū admissi auditicp Cæcilio, vt Gellius scribit, interprete: Statio ne Cæcilio quem Sedigitus Comicorū fecit principē apud Ro. an alio haud facile dixerim. Qui comœdiā scripsit, Qu. Ennij, quod satis cōstat, cōtubernalis fuit, vnoq; anno post eū vita decessit. In Ianiculo situs est, siue Mediolani, quod plures volunt, siue alibi natus. Erat in Palæstina pontifex Onias maioris Oniæ nepos, vt quidā scribūt, ad quē Lacedæmoniorū rex Arius literas dedit, quib⁹ illi significauit Laconicis monumentis contineri Lacedæmonios per Abraamū Iudæorū consanguineos esse. Horta ri, pinde gentē ipsam, vt q Lacedæmoniorū essent pro veteri necessitudine, sibi cōmunia ducerēt. Epistola quadrangula fuit figura, vt Iosephus scribit, & Aquila q draconem gestabat, obsignata. Antiochus qui magni cognomē tulit, super cęteras belli clades quib⁹ fuerat afflictus, grauissimo etiā tributo, quo pacē a Ro. redemerat, exhaustus ad sacrile gium aīm adiecit, exercitucp ad Didymei Iouis tēplum noctu moto, vt id tumultuario impetu donarij spoliaret, finitimorū incursu cum oibus est copijs oppressus, anno sui regni sexto & trigesimo. Seleuc⁹ eius filius successit, cui Philopatori cognomen fuit. Perijt Antiochus eo fere tēpore, quo Philopœmenes est a Messenijs necat⁹. Nec multū inde temporis interfuit, quum Philippus rex animi ęgritudine confectus, cp Demetrium filiū falsis criminibus oppressum temere necasset, cerneretcp Perseum sublato emulo contumaciorē in se factū quippe qui nō solū hęredē, sed regē iam aperte ageret, capitalescp patri moliretur insidias, iā superstitis quoq; filij necē aliquāto iustius animo meditabatur, quū fatali est morte præuentus, satis constat sub id tēpus quo vita decessit, in aio habuisse Perseo sublato, Antigonum successorē regni sibi substituere. Et duo clari reges in hunc modum perierūt. Romæ interea vestalis ignis est extinct⁹, quod non sine vltione, prodigij loco, expiari consueuit. Tribunitia rogatione est cautū, ne quis mulierē hęredem constitueret. Qu. Volūnius Saxa tribu. ple. populū rogauit. Cato Portius legem suasit. In Hispania vero Sempronius Gracchus præclare bellū

Gracchꝰ trecentas Celtiberorũ vrbes euertit.

administrauit. Celtiberorum opibus adeo accisis, vt trecentæ illorũ vrbes ab eo euersæ sint, si Polybius verus est autor, constitutũ inibi post victoriã ab ipso victore oppidum Gracchorum, vt rerum in ipsa terra gestarum, clarum esset posteris monumentum. Pari successu Vaccei & Lusitani, Posthumij Albini proconsulis ductu armis subacti, eſq; per id tẽpus aduersus Sardos bellatum, & in Istros in Lyguria aliquandiu, cæterũ parum memorabili euentu. Perseus, qui bellũ a Philippo patre magna ex parte comparatum acceperat, vt infesto erat animo in Ro. iam inde ex quo regnare cœpit, ad id exequendum totam mentẽ et animum adiecit. Plerisq; illi reges populisq; ex Barbaris accolis, ac ferocissimi quisq; aderant, & in his Scordisci. Fuerunt Scordisci Galli qui Brennoris ductu Delphos oppugnauerant. Perpetrato sacrilegio alij ex eo comitatu in Macedoniam, nonnulli in Galliam vt in pacatũ abierunt, & ex his nõ parua manꝰ inter eundum ad Danubij & Sabi cõfluentẽ consedit, qui se Scordiscos dixere. Tectosagorũ multitudo, quod nõ multũ diuerso sermone traditur ab eo quod de euentu Delphicæ oppugnationis alio est a me loco memoratum, cũ Delphica præda Tolossam reuersi ea tum ciuitas totius gentis erat caput )graui pestilẽtia excipiunt, qua oracolo defuncturi omne argentũ & aurũ sacrilegio quesitũ, in Tolossanũ mersẽrũt lacũ. Id nõ paruo annorũ interuallo, Q. Cæpio cõsul, quũ in Gallia bellaret, sustulit. Cẽtũ & decẽ milia pondo auri fuisse dicuntur. Argenti quinquagies centum milia. Trogus est autor, q̃ res ipsi duci & exercitui excidio fuit. Transijt inde Tolossanũ aurũ in prouerbiũ, velut res infausta habẽtibus. Et Ro. Cimbrici belli tumultu id factum publice expiatũ crediderunt. Nec Tectosagi diu inde quieuerunt, quin prædæ illecebra adducti, domo iterũ profecti, spoliatis Istris in Pannonia consederunt. Creditur Istri a Colchis oriundi, & ab Aeeta rege missi, qui Argonautas & ipsum filiæ raptorẽ Iasonẽ sequerentur. Hi famã hostiũ secuti, ex ponto Istrum primo ingressi sunt, ex Istro ĩ Sabũ, obseruatis inde fugientium vestigijs, naues per iuga montiũ in Adriã trasuehunt. Mox hoste nõ reperto ĩ Cherroneso, haud procul Aquileia, incertũ, regis fœuitiã veriti, ob prouinciã parũ feliciter nauatam, an logioris nauigationis tẽdio, cõsederũt, seq; a flũuio Istro, quẽ maxime nauigarãt, Istros, p Colchis dixerunt. Id propius vero est, q̃ quod Nepos Cornelius ꝓdidit, ab eo Istros nuncupatos, q̃ Istri fluminis pars in Adriã corriuet. Plini. de Colchis Trogo astipulat, qui Polã vrbẽ quæ in ea est terra ait Colchorũ esse oppidũ. Solicitabãtur super hos a Perseo ad Ro. bellum & Daci, Gethæ olim dicti, Trogus Getharum sobolẽ eos esse tradidit. Circa Istrũ ad septẽtrionẽ gens ipsa pontũ accolit, tã seuera militia, vt quũ aduersus Basternas semel male dimicassent, Oloris regis iussu coactti sint tandiu vxoribus ministrare, & somnum capturi obuersis in imas stibadij partes capitibus cubare quo ad bellica virtute eam ignominiã deleuissent. Iam & Cothus rex Thracũ, & Genthius Illyriorũ, pro Macedone stabant. Solicitati & Carthaginienses vbi noctu auditi in curia Macedonũ legati. Græcię quoq; ciuitates nonnullæ sunt suspitione aspersæ, velut ad Macedonem defecturæ. Plutar. Basternas qui ad Istrum habitant gentẽ Gallicam & Illirios per Genthium Perseo conciliatos scribit. Nec ex professo adhuc hostis erat Perseus. Cæterũ Eumenes rex de ipsiꝰ iniuria Romæ questus in curia, causa fuit cur illi belum sit indictum. Publius Licinius Crassus consul, cui ea prouincia euenerat, cum exercitu in Macedoniam transmisit, atq; in Thessalia post aliquot expeditiones equestre prælij prospere, vt Liuius ait, cum hoste depugnauit. Plutarchus Romanos prælio victos scribit, duoq; milia & amplius Licinianorum cæsos, sexcentos viuos in hostium potestatem venisse. Pari inde Macedonum successu, Romanam classem quæ ad Oricum stabat ex ꝓuiso oppressam, vigintiquinq; onerarias cum quibusdam alijs ad bellum instructis interceptas. Hostilium prærerea per Thessaliam irrumpere conãtem instando Perseus terruit, vt acie congredi non sit ausus, & quanquam Romano hostis bello esset implicitꝰ, impetu in Dardanos auerso, ad decem milia eius gentis vno prælio peremit Romæ per id tẽpus, quo in Macedonia armis cum Perseo disceptari cœpit, quum Fuluius Flaccus Cẽsor marmoreas tegulas ex templo Laciniæ Iunonis Romam deportasset, vt his ædem a se dedicandam integeret, parumq; iam inde mens illi constare visa esset, patria superstitione senatus perculsus, id tegumenti genus in pristinum locum publico decreto restituit. In Ligures quoq; & Corsos eodẽ tẽpore est nonnihil bellatũ. Prætorij ad hæc quidã viri damnati, cꝰ auare nimis & crudeliter prouincias administrassent. Pari iniuria Græcæ quædam vrbes a P. Licinio crudeliter sunt direptæ, quæ res adeo mouit patres, vt ij qui sub corona vænierant in libertatem eorum decreto restituti sint, ac domũ remissi. Missus inde ad Persicum bellum Qu. Marcius Philippus consul, qui per Astrudem paludem Macedoniam ingressus, qua minime Perseus rebatur, tantusq; inopinato hostium ingressu illi terror iniectus est, vt velut sibi minus constare cœpisset, pecuniã in mare mergi iusserit, ne perireꝰ, classemq; incendio absumi, ne ab hoste incenderetur. Eratq; Macedo in hoc metu, quum Ca. Auitius prætor (apud quosdam L. pro Caio reperio )in Illyricum missus celeritate pene incredibili bellum confecit. Genthius vno prælio victus cum matre, vxore, & duobus liberis vltro in Romanorũ potestatem venit, triginta dierum spatio in ea prouincia debellatum. Prius Romæ cognitum est hostem cum suis captum, cẽ bellum inchoatũ crederetur. Florus autor est Lofcordam caput gentis captam a Romanis ac deletã. Sub id tempus Romæ Paulus Aemilius cõsul creatur, cui extra sortem Macedonia prouincia data est. Nam cum Perseo adhuc integrũ bellũ erat, qui magna officiorum frequentia domum reductus, in magnum victoriæ omen incidit. Erant Aemilio plures liberi, & in his Tertia admodum puella, quam plorantem pater intuitus, ab ea quid fleret scisciatur, tum illa, mortuus est inquit Perseus (id nomen erat catello, quem puella in delitijs habuerat, ac tum forte extinctum vbertim cõplorabat )arripuit ea verba Aemylius puellamq; exosculatus, accipio inquit filia omen. Nec ita multo post ad bellum proficiscitur, in quo conficiendo incredibili est felicitate vsus. Sed nihil æque ac Perfei auaritia ad victoriam profuit, qui non multo prius quam Paulus in prouinciã venisset, decẽ milia Basternarum equitum, ac totidem auxiliarium, quia eorum præfectus exiguã quandam ab eo pecuniam petijsset in stipendiũ, a se dimiserat, res auro & non aurum rebus emi opinatus. Modicæ itaq; pecuniæ parcens, se, filios, & regnum prodidit. Erant Basternæ viri non colendo agro, non pascẽdo pecori, sed militaribus studijs dediti. Vnũ opus, vnamq; artem norant, pugnare & vincere. Supererãt tamẽ Perseo copiæ haud contẽptibiles, quatuor

Fuluij de mentia.

Qu. Marcius ĩ Macedoniã mittitur. Persei insania.

Omen Aemylij.

Persei auaritia.

Basternarum ars.



quatuor milia equitum, peditumq; in phalangem redactorum quadraginta milia, quibus copijs ꝓtus ad Olympum montem fecit castra, ratꝰ fore, vt bellum de industria trahendo, Romanum consulẽ rerum omniũ inopia laborãtem fatigaret. Erat ob hæc hostis Romano militi formidolosus, quẽ metum vt vanũ infectatus Aemylius, edicit parati sint, vt quoties in Perseum mouere vellet, nulla in milite mora esset, & quia incõmode Romani ad Olympum progressi aquabantur inter littorales aquarũ scaturigines, faciem montis contemplatus consul, quæ virenti vestiebatur sylua, ex eo occultos laticũ meatus subesse ratus, circa eius radices haud vno loco vastos effodit lacus, quibꝰ aqua velut viuis fõtibus affluente continuo aquandi copia militi facta est. Fuerunt quod ad fontium origines attinet qui crederent neq; aquarum fontes, neq; conceptos lacus sub ijs locis esse vnde fluerent, neq; eruptionẽ eam videri liquescentis materiæ, sed generationẽ & concursum ad ipsas scaturigines fieri, dẽsitatẽq; atq; humiditatem reliquescere in cauernosis & frigidis terræ locis, velut in conceptaculis muliebriũ mammarum, quæ non sint velut vasa lactis fluere parata, sed nutrimento in illa corruato lac generẽt & emittant: sic frigida & cauernosa loca terræ non conceptam aquam contineant, & quasi ex præparato quum aperiuntur effundant, sed spiritum & aerem den sando, premendoq; in aquã conuertant, vt vbera, quæ magis resoluuntur, quum sunt manu agitata. Præbuerunt qui in hac sententia fuere, materiam ambigendi, & recte, an sanguis sit in animantibus venis velut conceptaculis incluſus, an vi cuiusdam spiritus, carnisq; mutatiõe generetur, vt ad vulnera, tanq; ad effossos lacus decurrat. Sed huiusmodi opinionem flumina sub terram pleno alueo decurrentia, vt vanam redarguũt. Fuit itaq; plures dies in vtroq; exercitu velut ex composito quies, mox vero factus certior Aemylius, vnum sibi locum relictum, per quem ad hostem aditus pateret, eumq; ob asperitatem ipsam non asseruari, qui eum eximprouiso occuparent, occulte misit. Assurgit parte sui Olympus in tantam celsitudinẽ vt a summo iugo ad imum perpendiculo. X. stadia & amplius Xenagoras geometrica ratione collegerit. Testabatur id epigramma in tẽplo Pythij Apollinis, ita conscriptum. Olympi vertex ex qua parte est Apollinis Pythij templum, altitudinem habet ad subiectum examussim. X. integra stadia, & vnum plethio minus quadrupedali. Xenagoras Eumellij filius mensuram posuit, cæteri geometriæ artis periti, neq; mõtis altitudinem, neq; maris profunditatem. X. stadia excedere arbitrati sunt. Sed quoquomodo res haber, Aemylius Scipionẽ Nasicam & Fabium ex filijs natu maximum, qui ad id facinus obeundũ suã vltro operã polliciti sunt, ad locũ occulte occupãdũ cũ parte copiarũ ire iubet, q vt hostẽ cõmodiꝰ fallerẽt, ad mare cõcesserũt, velut nauibꝰ alio traiecturi. Nocte q̃ secuta est, Nasica cũ lecta manu occulte mõtẽ circuire cœpit, relicto Fabio ad litꝰ, nequa hostibꝰ suspitio moueret. Resciuit interim Cretẽsis transfugæ indicio Perseus, q d a Romanis pararetur, subitoq; Milonem Macedonem cum. XII. milibus hominum ad iugum insidẽdum celeriter dimisit. Polybius Milonem & qui cum eo erant dormiẽtes a Romanis subito accessu oppressos prodidit. Plutarchus Nasicam, qui gerẽdæ rei præfuit, secutus atrocem cum hoste pugnam commissam autor est. Iugo a Romanis trãscenso rex turbatus retro ad Pydnam mouit castra, ibiq; consilij anceps pugnaret ne acie, an exercitum ad præsidia vrbium dimitteret, amicis ad prælium hortantibus fortunam constituit experiri, locumq; ad phalangem explicandam idoneum circa Aesonẽ amnem, & Leucum delegit. Aemylius iunctis cum Nasica copijs hostem e vestigio secutus, vbi in conspectum venit, contemplatus Macedonum multitudinem, etsi Nasica tecenti victoria autor erat pugnæ capessendæ, militem tamen metari iussit, veterum ducum errata documento sibi esse dictitans, ne ex via cum instructa hostium phalange de summa rei decerneret. Noctæ igitur, quæ proxime secuta est, luna suo repente defecta est lumine. Attulit ea res multum formidinis & terroris Macedonibus, nec Ro. interim & ipsi liberi religione erant, quippe quibus talis deliquij causa parum vulgo adhuc nota esset. Hinc accidit vt tinnitu æris milites patrio more facibusq; in cœlum iactis, sideris lumen reuocare conati sint. Consul Sulpitio Gallo qui in ipsis castris militabat, in concionem producto (erat is cœlestium rerum ea tempesta te Ro. lõge peritissimus) defectus ratiõe exposita, si quis timor militum animos incesserat, facile excussit. Liuius id futurum aliquanto antea ab Aemylio militibus denunciatum prodidit, quo minus illi sub ipsum pugnę tempus rem non adeo vulgatam expauesserent. Erat Aemylius vt idem autor prodidit, talis disciplinæ nihil ignarus. Sed vt multa erat religione, sacrificulaq; natura prædituꝰ, ad primum Lunæ defectum. XI. illi tauros mactauit, inde prima luce Herculi sacra faciens, vsq; ad vigesimam primam hostiam litare non potuit, mox & Hecatomben vouit. Acie deinceps per primores instructa, ipse declinationem solis expectans, ne suis impedimento esset, tabernaculo adaperto vsq; ad nonam diei horam cunctatus est. Prælium inde ex composito exortum infrẽni equo in hostem immisso. Alij facto in Ro. pabulatores a Macedonibꝰ impetu, dum plures suis laborantibus hincinde opem ferunt, totis vtrinq; viribus concursum prodiderunt. Nunc Romani ad id tempus cum tam valido Macedonum exercitu conflixerant. Pugnabant Thraces in prima acie proceritate corporum insigni, nigra tunica amicti, albis & lucentibus scutis, enses dextera manu quatientes. Proximi mercenariorum agmen varijs armis instructum, Macedonica phalanx iuncto stetit loco, auratis armis, sagisq; rutilantibus fulgens. Incutiebat spectantibus horrorem acies sole repercussa, collesq; & valles propinquę terrifico clamore resultabãt, tantoq; a barbaris Thracibus ardore est dimicatũ vt eorũ cadauera ad duo stadia Ro. castris propinqua sint, re perta, sed cum Macedonica phalange omnino plus negocij fuit, qppe q̃ nũc sarissis clypeos refringebat, nunc velut signo dato peltis & gladio vsa Romanam submouebat aciem. Circuibat suos aperto capite Aemylius, & q̃ plus periculi & laboris erat rẽ voce & auxilijs iuuabat. Perseus sub ipsum prælij tẽpus metu perculsus, in proximã vrbẽ cõcessit, velut Herculi, vt Polybius scribit, sacrificaturus. Possidonius q̃dẽ q rei gerẽdæ interfuit, atq; bellũ ꝓ scripsit, Perseum equino calce pridie cẽ pugnaret ictum prodidit, etsi grauiter haberet, prohibereꝰq; a suis p̃lio interesse, miscuisse tamẽ sese in ermẽ phalagi, eiusq; latus Ro. pilo leui vulnere cõfossum. Tẽta uit interim Saus Peligine cohortis prefectus phalagem soluere, coniecto in conferios hostes signo qd quum Peligni pertinacius repeterent, in crebra farissarum vulnera ruentes, cum magna cæde retro

Aemilij prudẽtia.

Speculatio de aquarum venis.

Olympi montis situs.

Aemylij stratagema.

Pydna.

Aeson & Leucus fluuij.

Sulpitiꝰ Gallus.

Acierum cõcursus.

Aemyliꝰ suos cohortatur.

pulsi sunt. Is hostium successus effecit, vt Romana acies paululum loco submota sit, quod Aemylius intuitus, præ nimio dolore sibi vestem scidit. Cæterum media afflictatione conspicatus Phalagem haud totam sibi cohærere, sed loci natura, & dimicantium insultu, quibusdam velut interuallis pugnare, continuo spatia illa a suis occupari iubet, ac pluribus simul locis manum conseri. Ibi Macedones transuerso pilorum iactu, gladioq; comminus cōfossi, quū sibi inuicē auxilio esse nequirēr, soluto ordinis robore cū multa cæde & strage, tota planitie acti sunt. Trog⁹ autor est, M. Catonē Porcij Catonis filiū atq; Aemylij generū, adolescentē alta indole, medio ardore pugnæ dimicantem, quū equo lapsum densa hostium manus circunstetisset, in pedem mira corporis agilitate erectum, obiecto scuto, ferrum commin⁹ vibrasse ibiq; strage edita, gladium manibus excussum, per densos hostium mucrones, aliquot interim vulneribus acceptis, repetisse. Plutarchus excussum ait manibus ensem, aliquotq; ex cōmilitonibus ad se clamore concitis, ex medio hostium cuneo repetere ausum, verū quo quomodo res acta est egregius adolescens egregiū virtutis opus præstitit, a nona diei hora ad decimā pugnatum. Breui enim victoria parta est, quinq; & XX. milia hostium cæsa, alij. XX. milia scribunt. Ex Romano exercitu cētum nec amplius. Miles victor, quum hostē decima hora pulsum longius seq; perseuerasset, sub noctem in castra reuersus est. Etiā omnes redierant præter Aemylij imperatoris filiū. Is quum nusq; existeret, nō sine luctu & mœrore a patre requirebatur, deploratq; iam propemodum erat eius salus, quum ille ad altam noctem tribus dūtaxat comitibus, multoq; hostium cruore respersus, in castra rediit, quippe qui lōgius cæteri fugiētem hostem fuerat insectatus. Is ille Aemylius est, qui postea in Scipionum familiæ adoptione inser-
tus, Carthaginem & Numantiam deleuit. [a] Perseus paucis equitibus comitatus, ex Pynda Pellam venit, ex Pella cum duobus amicorum & Euandro Cretēsi, pauciscq; militib⁹, quos vt fideliores fugæ comites haberet, vasa aurea diripienda dedit, Amphipolim primo, mox Alepsum, p fect⁹ est. Ibi partim precibus, partim vi auro Cretensibus erepto, quod nuper illis dono dederat, in Samothraciā quę contra Iberi ostium iacet, traiecit. Ibi se tēplo, velut asylo quodam, aliquādiu tenuit. Interim Macedonia bidуo fere tota in Romanorum potestatem cōcessit. Florus eodem die quo Perseus victus fuit, Romā duos equites victorię nuncios venisse autor est, qui ad Iuturnæ lacum consp ecti sint recenti cruore respersi, creditiq; Castor & Pollux qui ea ī acie pro Romanis steterint. Valeri⁹ P. Vatinio Reatinę præfecturæ viro duos iuuenes obuiam venisse ait albis equis sedentes, qui nūciarint prīdie illius diei Perseum ingenti prælio victum. Id Vatinius quū senatui indicasset, quasi contemptor maiestatis primo sit in custodia habitus, mox nuntiata victoria, quia Pauli literæ nuncio respondissent, vinculis liberatum, publicoq; agro & militiæ vacatione donatum. Plutarchus quatriduo, cū pugnatum erat, Iudorum die, rumorem incerto autore totā caueam peruasisse ait, Macedonas ab Aemylio victos, populumq; sedentem ingenti lętitia exultasse, posteroq; die famam illam, quū nullus certus extaret autor pro vana resedisse: postremo certiorem nuntiū secutum, qui quum omnia palā fecisset vulgo creditū præsagium illud fuisse q; priusq; nunciata esset Po. Ro. suæ victorię applausisset, quod longo post tempore Antonio in Germania victo accidisse cōstat. Perseus postq; Gn. Octauius ab Aemylio missus in Samothraciam venit, nec templum violare auderet, quo se Macedo velut ad asylum contulerat fugam meditatus, cum Oroande quodam Cretensi qui littoribus lambū appulsum habebat, vt se occultissime inde asportaret pactus est. Ille vero Cretensi arte vsus, Macedone cū suis in littore relicto, in altum cum tota gaza abijt. Tum Perśei filij circa mare capti, causa fuerunt, ve pater vltro se Octauio permiserit, qui ad Aemylium perductus, adeo infra regiam maiestatem sese ad illius genua miserabiliter demisit, vt consul qui multa alioqui venratiōe illum fuit excepturus, turbato vultu dixerit. Quid ita Perseu fortunam crimine liberas, vt non præsenti, sed superiore fortuna indignus videaris? quid ita te gerens nostrā victoriam deformare pergis? magnam fert secum reuerētiam, vel apud hostes, cadentium virtus, vt ignauia in summa etiam fortuna contemptum. Atq; his dictis illum attolēs, Tuberoni genero tradidit, inde multa cum filijs & amicis de volubilitate fortunæ locutus, Macedoniam documento mortalibus esse affirmans, q; parum humanis rebus fidere oporteat. Inde ad regni statum ordinandum conuersus, vrbes & populos dimidio stipendio leuauit, quod regib⁹ soluere cōsueuerāt. Aurū regium ne spectare quidem voluit, ex regum Bibliotheca libros quosdam filijs, literarum studiosis, deligere permisit. Inde epulū & cœnas eximia comitate & diligentia suis & prouincialibus dedit, eiusdem esse animi prædicās, & aciem & conuiuium bene instruere. Illam vt formidolosus sis hostibus, hoc vt amicis gratus in militibus donandis Aelio Tuberoni genero suo Phialam quinq; talentorum dono dedit, id q; argentum primum in eam familiam deuenit, quum ad id temp⁹ ita pauper fuisset, vt Tubero cum quindecim eiusdem cognationis, modicis ædibus, paruoq; fundo vixisset. Paucis inde diebus interiectis, decreto patrum militibus per partes in prædam alterius rei prætextu dimissis, septuaginta vrbes eius gentis vno die hostiliter diripuit, omni prius auro, communi & priuato in publicum per ciuitatum principes redacto. Centum. XX. milia hominū vna hora capta dicūtur. Plin. duas & septuaginta vrbes haud direptas tantum, sed venditas etiam ab Aemylio vno die scripsit. Ex tanta oppidanorum vastitate XI. duntaxat. Drachmæ militi datæ prædæ nomine, quæ res tantum omnium animos offendit, vt velut præda ab ipso duce fraudati essent, adeo illū Romam reuersum sunt criminibus insectati, vt occasione inde supra Sergius Galba, qui tribunus militum sub Aemilio fuerat, eum ad populum crimi natus in causa fuerit, vt tribubus ad comitia vocatis, prima earum, quæ suffragia iniit, triumphum illi denegauerit. Eam iniuriam patres & magna pars populi iniquo animo ferentes, cum Tribuno plebis agunt, vt tantisper centurias a suffragio remoraretur, quoad aliquis pro Aemylio diceret. Ibi M. Seruilius vir consularis, qui ter ac vicies ex prouocatione hostem prostrauerat, in medium progressus, Qualis fuerit Aemylius imperator, vel ex hoc ipso intelligo inquit, q; militem tam improbum fortitus, res gesserit amplissimas. Sed non tam hoc miror (vicit enim sæpius consilium & prudentia ducis quam militaris ferocia) quin illud non possum non satis mirari, q; populus Roma. qui ob res in Illyrico & Hispania gestas, ijs qui eas gesserunt summo studio

Phalangis Macedonicæ successus

Catonis indoles.

Scipio Aemylianus.

Præsagia victorię.

Capitur Perseus cū vxore & liberis

Aemilij aurū spectare nolui.

Septuagi ta vrbes vno die direptæ.

Verba M. Seruilij p Aemylio.



dio triūphū decreuerit, Aemylio q; oēm Alexādri & Philippi gloriam, cum eorū progenie captiuam Romā duxerit, tanquā res parua ab eo sit gesta eundem honorem deneget. Ergo Perseo nuper victo, dijs immortalib⁹ a cota ciuitate supplicatū est, is cuius noīe honor est dijs habitus, militari inuidia, honore fraudabitur? q; vsqueadeo ne inquit corrupta est militaris disciplina, vt Sergius Galba, homo nitida cute, & corpore propter vrbanum ocium molli, & qui nunq; vulnus in prælio accepit, de fortitudine & ignauia imperatoris apud Po. Ro. verba facere audeat, aduersus eos qui vulneribus honeste acceptis attritum pectus gerunt? Atq; hęc fatus simul pectus denudans, innumeras pene cicatrices populo ostendit. Rideat hæc inquit Galba: Ego vero hęc pro patria accepisse glorior. Sed age Sergi voca istos in suffragia, sequar eos, hodieq; intelligā qui grati sint ciues, qui & ingrati & improbi. Hæc Seruilij oratio, adeo multitudinem mouit, vt omnes deinceps tribus triumphum decreuerint. Nullus vnq; Ro. imperator opulentiorem præ se tulit prædam. Triduo est triumphatū, primus dies, signis, tabulis, & colossis transmittendis consumptus est. Ducenta quinquaginta vehicula huiusmodi rebus honusta, longo ordine ante oculos ciuitatis tradūcta. Postero die ornatissima Macedonum arma auro & argento cælata, galeæ, scuta thoraces, ocreæ, Cretenses pelтæ, Threicia gesa, pharetræ, equorum frena, enses, farissæ, vt fuerant in prælio armis infixę. Post armorum currus, vasa trecēta quinquaginta argentea, ducentarum circiter &. XL. librarum, quorum singula quaterni viri subnixi argēteis nūmis referta gestabant. Alia deinceps multitudo lōgo ordine Crateres argenteos Phialas Calices orna tissimos prætulerunt, vt qui hæc omnia ferrent, ad tria milia numero fuisse dicantur. Tertia luce tibicines bellicū canentes prędessere. Post hoc centum XX. boues auratis cornibus secuti, vittis ac certis de more instructi. Ducebant eos ministri ab sacrificium succincti, & totidem pueri aureas argenteasq; pateras ad eundē vsum ferētes. Vasa deinceps tria &. LXXX. pari pondere quo priora illa præcipua aureis numismatis plena. Inde. X. talētorum phiala preciosissimis munita lapidibus, Antigonea inde vasa, Seleucia, Thericlia, & quę Persei fuerāt, ex auro omnia. Post hęc currus cū armis Persei & diademate superimpositō. Mox altero curru Regij filij, mares duo, & vna fœmina, transuecti, eoq; maiore spectantiū misericordia, q; suum infortunium adhuc per ætatem non intelligebant. Cæterum a nutricibus & pędagogis instructi, man⁹ ad populum supplices tendebāt, trāq; misericordiam implorarēt, quod spectaculū passim lachrymas circūfusę multitudini elicuit. Seq; batur filiorū currū rex ipse pulla veste amictus, & crepidas more patrio habēs, malorū magnitudine ad oīa trepidus, vultūq; turbat⁹. Post illū amicorū & familiariū turba mœsta, regē cum lachrymis intuētes. Nouissime aureæ coronæ quadringentæ numero, quas honoris gratia Græciæ ciuitates Aemylio dederāt, currui prælatę. Ipse Aemylius purpura auro contexta, lauri ramū gerēs dextra, insigni curru vehebatur, sequētibus suo ordine militibus, & ipsis laurū habētibus, partim iocularia carmina salibus permixta iactantibus partim imperatoris laudes habentia. Et Aemylius in hūc maxime modū de Perseo triumphauit, qui ne ex tā inclyto triūpho integrū gaudiū ferret, paucis diebus duos amisit filios, vnum sexdecim annorū, quinq; diebus prius extinctū q; triūphū egerit, alterū aliquāto minorē natu triduo postq; triūphauit, in cuius funere graui est oratione ad populū vsus.

Aemylij triūphus.

Miserabile spectaculum in triūpho.

Perśei exitus.

Nihil inquit Quirites in hoc prosperrimo rerum a me gestarū cursu magis ab initio extimui, q; inopinatū aliquē in sidiātis fortunæ casum, nec pro rep. prius timere desiti, q; illius seuietis impetus me priuatim inuasit, quod sæpius erā a Deo optimo precatus, vt si quid diri Po. Ro. ex ea felicitate impenderet, id totū in me, domūq; meam verteret. Duos suauissimos filios, quos mihi successores destinauerā, pene cōtinuatis funeribus extuli, nūc omni periculo liberatus videor, bonāq; mihi spem propono, fortunam Po. Ro. sine labe permāsurā, quādo satis inuidię mihi ac meis duplici clade ad hūc diem insixit. Nec ego qui de Perseo triumphaui, minus insigne documentum quāta sit humanarū rerū fragilitas esse possum, q; is de quo a me est triūph⁹ actus. Perseus etsi victus, filios tamen habet. Aemylius, qui eum vicit, prole orbatus est. Hęc ille non minori animo præstitit, q; sit verbis executus. Mox pro Perseo annixus vt mitiori loco custodiretur nihil impetrare potuit, quo contigit, vt ille mœrore animi & carceris iniquitate, paucis diebus expirauerit. Interierūt & ex filijs duo, Alexan. qui suis superstes fuit latinas literas, Romanumq; sermonem didicit, priuatamq; agens vitam, magistratibus scribę operam præstitit. Atq; Macedoniæ regnum hunc exitum habuit. Stetit ab Agrano qui primus in ea regnauit, vsq; ad Perseum qui trigesimus rex ab illo fuit, annos noningentos viginti tres. Potiti rerum sunt Macedones annis octo minus ducentis. Triumphatum est sub id quoq; tempus de Genthio, affuitq; horum triumphorum spectaculis, aut certe non multo post Romanam venit Prusias rex Bithyniæ Nicomedemq; filium suū senatui in curia commendauit. Ipse infra regiam dignitatem adulationis plenus, libertum se Po. Romani fatebatur. Affuerunt Eumenes & Attalus, vt Eutropius scribit. Liuius, Eumenem venisse ait, verum quia se Macedonico bello medium gesserat, latam in comitio esse legem, ne cui regum, Romam venire liceret, atq; ita vt anceps in fide fuerat, ita suspē so est animo dimissus, vt non velut hostis sit exclusus, nec in vrbem admissus, vt crimine liberatus. Hoc anno censa sunt, Romæ ciuium capita. CCCXII. milia. DCCCV. Medio Macedonici belli ardore a Ptolemæo & Cleopatra venere legati, vt Liuius scribit, auxilium a Po. Ro. implorantes aduersus Antiochum Epiphanem, a quo grauī bello premebantur. Fuerat is magni Antiochi filius successeratq; Seleuco fratri, qui patre defuncto. XII. annos in Syria regnarat. Nec Liuius a quo Ptolemæo missi sint legati, satis explicat, sed ab eo videri possunt, qui & ipse Epiphanes cognominat⁹ est, cui Cleopatra, vt Trogus ait, magni Antiochi filia nupsit. Cæterum Iosephus haud dubie demonstrat ab Antiocho bellum Philomatori & Ptolemæo & Phisconi illatum, qui ab Epiphane patre pueri relicti fuerant, quo apparet Cleopatræ matris & Ptolemæi filij legatos fuisse, qui auxilia imploratum per id tempus Romam venere. Pupillarem igitur amborum ætatem Antiochus nactus, ratus fore vt eos sine vllo maiore certamine paterno regno spoliaret, res primo in Iudæa est turbare adortus, Onia summo Iudæorum sacerdote defuncto, Iesum eius fratrem, qui Iasondici maluit, in defuncti locum instituit. Is Breui postea in domesticam seditionem incidit. Menelaus eius frater inuidia motus,

Oro Aemylij ad populū.

Antiochi Epiphanis motus.

tus,cum Tobię filijs,qui Iasonem infense oderant, secessione ad Antiochum facta patrias se leges abnegare testati sunt, iam inde Græcorum ritu & lege omnia facturi, locoq; a rege ad ædificandum impetrato,sibi Gymnasium construxerunt,in quo quum postea exercerentur, nequid a Græcis viderentur differre,verenda summo studio traxere.Nec Antiochus multo post Aegyptum bello petijt Scopamq; prælio superauit.Hic est Scopas ille, qui primi Macedonici belli tẽpore ex Aetolia, vt alio est loco memoratum,aliquot hominum milia stipendio conducta in Aegyptum deportauit.Et iam]Antiochus Memphi occupata,Alexandriam obsidere cœperat,quo Philomator Memphitica sede pulsus ad Phiſconem fratrem cõfugerat, Legatus interim a senatu ad Antiochum venit P.Popilius, vt eum Aegypto excedere iuberet,abstinereq; rebus Ptolemæi regis,qui amicus esset & socius populi Romani.Excepit Popilium venientem Antiochus osculo multaq; comitate,quippe quem Romę obsęs præcipue coluerat.Tum legatus missam fac inquit Antioche priuatam amicitiam , & ad ea quæ Po. Ro.mandat animum aduerte: exposita inde legatione,non minus ille Popilij seueritate motus, cę Romani nominis maiestate,bello abstinuit. Inde per Iudęam ducens,per homines suæ factionis Hierosolymas occupat, ferrumq; in eos immisit, qui autores fuerant ne in vrbem acciperetur,estq; in cæteros sæuitum. Postremo ad prædam conuersus, omnia sacra & prophana,sacrilega & violenta rapina fœdauit, Aram auream quæ in templo fuit, Mensam,Lucernas,omnemq; sacrorum vasorum apparatum e templo sustulit,Sacra patrio ritu fieri vetuit, arcem vrbi impositam præsidio firmauit. Demum inde profecturus ad.X. milia hominum omnis ætatis & sexus secum in captiuitatem abduxit.Nec meliore conditione esse,qui in vrbe relicti sunt multa indigna & nefaria passi ab his qui ad Hierosolymorum præsidium relicti fuerant,in minore erant luctu & mœrore constituti , quo longi9 ab ea malorum facie aberãt,proculq; ab omni sensu eorum quæ Hierosolymis in contemptum religionis, contraq; leges & patrium morem fiebant. Suilla hostia mactabatur in templo,malorum dæmonum simulacra cogebantur Iudæi Græcorum ritu venerari.Capitalis noxæ fuit, siquis filium circũcideret, siquis Mosis volumen,aut prophetarũ haberet,verberibus cæsi alij super alios obtruncari.Pueri laqueo enecti e parentum ceruicibus suspẽ debantur.In templo dei optimi maximi Olympij Iouis erat statua constituta.Samaritæ & ipsi in Antiochi gratiam templum quod ad Gazarim erexerant Ioui consecrarũt.Erantq; in hoc statu res in Iudæa quum Mathathias vir acer,cui quinq; numero erant filij,florenti ætate, &in his Iudas cui cognomen fuit Maccabeo, permoleste ferens diuino sacrorum ritu abolito,passim a suis popularib9 Græcanico more sacrificari,& pro vera pietate dæmonibus seruiri,natorum fiducia frætus,se primũ pietatis assertorem exhibuit ,Habitabat is in Modine vico;vbi vnum ex suis popularibus extrario cuidam deo aram egrigentem intuitus ,'eximprouiso adortus,medio opere obtrũcat,mox & Apollonium Antiochi prefectum ferro opprimit, qui ad impiũ cultum populum cogebat. Alta deinde voce Iudæos pietatis patrijq; ritus admonens, cũ liberis & non parua paganorum manu in deserta montium concessit.Iudices & qui Hierosolymitanam arcem præsidio obtinebant,promissa impunitate,Matha

Indæi legis ꝑuaricatores.

Antiochus Memphim occupat.

Antiochi sæuitia in Iudęos.

Iudæorũ calamitas.

Mathathias Iudæ Maccabęi pater.

thiam & qui cum eo erant e mõtibus deducere sunt conati.Cæterum quum neq; hortatione, neq; minis flecti potuissent,sabbatorum die quo Iudæi gẽtili instituto pugnare prohibebantur,hostes montibus insinuati , nullis repugnantibus supra mille in speluncis ferro & igni crudeliter necarunt. Mathathias & multi cum eo media consternatione dilapsi,ardua montium tenuere.Nec ea clades Iudęorum studium in Mathathiam inhibuit , sed plerique mortales,antiquæ pietatis respectu,ad eum assidue confluebant,eoq; sibi iudice creato, crebris excursionibus omnia fœdabant, deorum aras diſcere, obtruncareq; eiusmodi sacris operãtes, lata tũ primum lege,vt & sabbatis pro vita aduersus hostes dimicare liceret,pueros q; quicunq; nati essent, nõdum recutitos,patrio ritu circũcidere. Annoq; per hæc vix dum acto Mathathias vita decedens ita statuit, vt Simon qui secundo erat loco natus , quia prudẽtia cæteros anteiret,velut pater a fratribus coleretur.Maccabęus adhuc iunior , ꝙ feroci & inuicto esset animo,patriam religionem ab iniuria vindicaret. Huius itaq; ductu breui hostes Modinensi sunt agro eiecti atq; vna interfecti omnes legum desertores.Apollonius Samariæ præfectus suorum clade irritatus, cum tumultuario exercitu ad Maccabęi conatus opprimendos occurrit , cui venienti Iudas ferociter obuiam iuit,hostemq; prælio victũ propria manu obtruncat,iacẽtiq; opima spolia detrahit.Multi ex Antiocheno exercitu circa ducẽ occubuerunt,sed plures omnino in fuga.Magnus inde concursus ad Iudam est factus,secundum vnam prosperam pugnam,cuius vires , quum in dies inualescerent,Seron qui inferiori Syriæ præerat,cum ijs copijs,quas tum forte penes se habuit, magnaq; euocatorum manu ad Bethoron castra fecit (est is Iudęę vicus)quo iudas progressus cõstixit, quum numero multo esset inferior,cæsa tamẽ ad octo milia Antiochenorum. Rex duobus exercitibus cũ ipsis ducibus amissis vt cẽ validissimum exrcitum in Iudæam compararet,in Persidem proficiscitur, Lysia cum filio & ijs copijs,quas ex finitimis gentibus contraxerat,ad bellum recto.Nec Lysias in cõparando exercitu quicq; remisit industriæ , quippe qui non multo post cẽ Antiochus in Persas abijt, cum.XL.milibus peditum,& septem equitum Palæstinam ingressus,ad Emaum consedit . Iudas ad primam hostium famam tria milia fortium virorum sibi ex omni numero delegit,quos in hostem iturus,ita affatus dicitur. Præsens fortuna necessitasq; viri fortissimi , & suadet & cogit,'vt pericula contemnamus, omnis spes recuperandæ libertatis,quam sua sponte desiderabilem,ipsum pietatis studiũ adhuc desiderabiliorem facit, in nostra virtute sita est,quales paulo post in prælio erimus, talem fortunã habituri sum9 . Quãq; si quod nolim, victi simus,ne vita quidem nobis speranda ab impio & irato hoste. Multa quidem & magna homines sua sponte faciunt , sed multo plura & maiora necessitate coacti. Quare eo consilio nos in pugnam ire oportet, vt non nisi victores inde abscedamus,pro lucro mortem habituri, si cadendum in prælio sit,quia pro patria,pro iustitia,pro religione dimicamus, si vt spero vicerimus, asserta libertate, vt patrijs legibus in ea pietate quam a maioribus per manus accepimus, cẽ florentissime viuamus. Nec nos hostium numerus terreat, virtus non multitudo pugnam decernit. Quãquam non video quid minus timeri possit cẽ hostis, semel atq; iterum victus.Ita sane comparatum est,

Iudæorũ clades.

Maccabęus dux instituit.

Recens Iudæ victoria.

Oratio Iudæ ad suos.

Ennij mors.

Danielis vaticinatio.



est, vt miles ignominiæ assuetus , nullius sit rei, præterq; fugæ,memor. Parate vos igitur in crastinum,vel vna pugna decreturi in libertate ne post hac nobis agendum sit , & in antiqua pietate manendum, an pro patria, quo nihil in morte potest homini gloriosius contingere, fortiter morien dum.His Iudas suos hortatus haud ignarus quantum momenti in celeritate esset, noctu ad hostium castra occultis itineribus ducit. Ita sane accidit, vt eodem tempore Gorgias vir impiger, cum cohorte vna, & mille equitibus speculatum missis , ad Maccabęi castra,& Iudas cum suis, diuersis itineribus ad hostem peruenerit.Cæterum Gorgias , vbi omnia deserta vidit, ratus hostes metu in deuios montes abijsse,alicẽdiu deliberabundus stetit, pergeret ne illos sequi, an retro ad suos rediret. Iudas interea hostium munitiones eximprouiso adortus , tantum terroris ad primum clamorem hostibus iniecit, vt sine prælio aliove maiore conatu, castra irruperit,ignemq; tabernaculis iniecerit. Tũ vero ferro & flamma late grassantibus fuga facta est,multi mortales intra extraq; munitiones cæsi, cædesq; Gazaram vsq; distracta. Ad tria milia hominum cæsa dicuntur . Superuenit Gorgias suorũ cladi , qui procul ardentia intuitus castra subsistit, inde vbi res perditas vidit,ne tentato quidem prælio fugam capessit. Tum Iudas lectis per ocium spolijs , castrisq; direptis , cum ingenti præda , sed multo maiore gloria domum reuersus est. Nec hostis toties victus diu postea quieuit,quin exercitu multo validiore cẽ antea ad Bethsuram consedit,hic quoq; Iudas diuina magis cẽ humana ope frætus , egregie aduersus tantas Syrorum copias dimicauit. Quinq; milia hostium hoc prælio cęsa.Lysias bello infeliciter reparato secundum eam cladem Antiochiam concessit, post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus , cum socijs rum manu Hierosolymas ingressus , primo templum inuisit, vbi omnia desolata & horroris plena intuitus,non potuit lachrymis temperare Parte itaq; copiarum ad regium præsidium ex arce deij ciendum missa,ipse cum cætera multitudine ad templi purgationem conuersus ,[externorum] deorum focos , & simulacra disiecit , deoq; optimo maximo veterem aram instaurauit. Candelabra reposuit . Pristinum sacrorum ritum,induxit. Atq; ita templum triennio postq; fuerat prophanatum,ab hostium impietate est assertum , quod fieri contigit Olympiade supra centesimam quarta & quadragesima , quo tempore Perseus estab Aemylio victus,& Ennius poeta septuagenarius,vt Eusebi9 scribit,articulari morbo perijt,& in Scipionis monumento via Appia sepultus , vt idem autor prodidit. Fuerunt qui Rhodiam eius ossa ex Ianiculo translata prodere non dubitarint.Daniel propheta annis quadringentis & amplius cẽ hæc Hierosolymis acciderint,nihil obscura diuinatione fore præ dixit,vt templum deo constitutum a Macedonib9 violaretur.Octo diebus sedulo sacrificarum, id sacrum Lumina dixerunt,qua reparatæ religionis lumen exinsperato affulsisset.Vrbem muro & turribus summa ope,Iudas communiuit , multaq; interim prælia cum finitimis prospere gessit,[qui inuidia & odio accensi,vltro armis Iudæos incessebãt, & in his Ammonitæ,quorum Azorum vrbem vi captam diripuit Iudas,& incendit.Factus deinceps certior,quod Ammonitæ omnes in armis essent, bellumq; ab ea gente summa ope Thimothei ductu reparatum , &[ super hæc nunciabatur , ex Galilea,Sidone,Tyro,& Ptolemaide multos ad arma

Iudas incẽdit hostium castra.

Iudę Maccabęi sucessus.

Iudæorũ clades.

Antiochi interitus.

conciri,belli curas cum fratribus partitus, Simonẽ cum tribus milibus peditum in Galileam mittit. Ipse cum altero fratre Ionatha in Ammonitas iturus, octo milia militum ad id bellum sibi delegit, cæteræ multitudini Iosippum præfecit Zachariæ filium,cui mandatum est,vt tantum a Iudęæ finibus iniuriam arceret prælio alioqui & ab hoste lacessendo abstineret.Simon prospere in Galilea dimicauit,tribus hostium milibus acie interfectis,cę teros porro fugatos Ptolemaidem vsq; est persecutus. Iudas trium dierum itinere trans Iordanem progressus,primo Bethsuram ex hostibus cepit, inde pari celeritate Thimotheum tripartito adortus, ad primum clamorem fudit fugauitq; octo milibus ex eius exercitu occidione occisis. Ea victoria potitus complures Galaatidis vrbes in]deditionẽ recepit,alias vi captas euertit.Nec longo interiecto tempore,Thimotheus cum aliquanto maiore exercitu,in aperto castra fecit . Cæterum pari euentu ad Rophon vrbem prælio victus est,ac castris exutus. Rophus simul expugnata,quo multi ex fuga se receperant,magnaq; hostium cædes hic edita. Iudas post rem in Ammonitas præclare gestam, copias Hierosolymam reducturus, Iudæos qui in Galaatide erant,ne prædę essent finitimis , cum liberis & vxoribus omnibq; supellectile in Iudęam traduxit, Ephrone vrbe in reditu,quia sibi portas clausisset, expugnata,per Bethsamum(eam Græci Scythopolim vocant) cum ingenti gestarum rerum gloria, Hierosolymas est reuersus . Sed dum in Galaatide Iudas bellaret,& Simon in Galilea,Iosippus Zachariæ filius ad Iudęæ præsidium relictus , etsi ab initio iussus fuerat nihil extra prouinciam mouere, gloriq; tamen cupidus,non parua manu ad Iamniã cum Gorgia regis præfecto conflixit,amissisq; duobus milibus hominum trepide in pacatum refugit. Post Iudæ reditum aliquot ex Idumeis vrbes vicaræ sunt , direptæq; & incensæ. Per id tempus Antiochus quem in Persidem profectum diximus,quum aliquandiu ad Helimaidem vrbem consedisset,expugnandæ studio,vt Dianæ templũ quod ibi fuit multarum gentium donarijs opulentum diriperet,demum ignominiose inde repulsus, quum Babylonem veniret, accepto nuncio de his quæ in Galilea facta erant,nimia animi ęgritudine in morbum incidit , paucisq; diebus vita decessit, priusq; expiraret indentidem inter suos testatus , se immatura morte extingui,ꝙ Hierosolymitanum templum impie prophanasset.Hoc multo verius est,cẽ quod Polybius prodidit,id illi accidisse quia Dianæ templum violasset,quum si verus est Iosephus,ne violarit quidem , non quia noluerit, sed quia non potuerit. Atq; Antiochus Epiphanes in hunc modum periit, filio Antiocho sub Philippi vnius purpuratorum tutela relicto. Eupator est puer cognominatus.Iudas audito Epiphanis interitu , Hierosolymitanam arcem maiore[ cẽ vnq; antea oppugnatione adortus,agere & bellicis machinis circa muros erectis summa ope hostes fatigabat.Arx templo imminebat,eratq; ob eam rem sacrificantibus assidue infesta,quę iniuria maiorẽ Iudęis necessitatẽ imponebat illius totius virib9 oppugnãdæ.Regij milites,& Iudæi transfugæ, qui locũ præsidio obtinebãt,ad Eupatorẽ mittũt, qui eũ docerẽt,quãto discrimine tenerent,nisi mature laborãtibus suppetias veniret . Ille supra ætatem suorum periculo cõmotus,exercitum in Iudæos ingẽtẽ cõtrahit.Cẽtũ milia peditũ,&.XX. equũ ab bellũ instructa scribit Iosephus.Et cũ his Indicę beluę quinq; &.XX. numero.His copijs rex Antiochia profectus,

Antiochi bellũ in Iudæos.

ctus, per Idumeam Iudęę fines ingreditur, ad Bethsuram primo castra fecit, quem locũ in hunc vsum aliquot ante annos Iudas communiuerat. Bethsurei forti animo regem excipiunt, exceptum valide se tuendo fatigant. Nec Iudas desedit in tam terribili hostium apparatu, omissa arcis obsidione cũ suis copijs venieti regi occursurus, Bethsuscaritanas angustias. X. milia passuum ab hoste occupat. Apud quosdam. X. stadia reperio Antiochus Bethsura relicta, ad fauces quas Iudas insederat, ducit exercitũ. Iudæi locorum natura freti sub primum congressum aliquot ex regijs ferocius inuectos obtruncãt, estq; aduersus beluas dimicatum, quarum vna ab Eleazaro Iudę fratre, quem Mauronem vocabant, confossa in vulnus corruens sua mole percussorẽ oppressit. Iudas vbi montes & omnia teneri ab hoste vidit, se & suos pugnæ subtrahens sine aliqua maiore clade, retro ad tuendam vrbem abijt. Bethsurei omni spe destituti, cum rege salutem pacti, vrbem illi tradiderunt. Eã Antiochus oppidanis sine vestibus eiectis, suo præsidio firmauit, Ad hierosolymam inde copiæ admotæ, tenuitq; plures dies obsidio. Interim Antiochus factus certior, Philippum, qui a patre datus erat ei tutor, regni administrationem sibi vendicare, moliriq; res nouas cœpisse, Lysiæ impulsu, quo militiæ magistro & confiliario vtebatur, ad eum opprimendum animum adiecit. Ne quis igitur motus in castris oriretur, simulato obsidionis tædio, pactus est cum Iuda, vt ij qui in templo essent ab armis discederent, viuerentq; suis legibus. Cæterum templum deditum, Contra fœdus ac iusiurandum a summo ad imum Antiochus dirui imperauit. Oniam sacerdotũ principem in Veriam Syriæ vrbem ablegarum interfici iussit, Alchimo in eius locum instituto. Id inio quo animo ferẽs maioris Oniæ filius, q; Menelao pernecessario suo sublato, summum sacerdotium esset ad Alchimum regis iussu translatum, cui talis honor haud quidem gentilis esset, ad Ptolemæum in Aegyptum abijt, a quo benigne acceptus impetrauit, vt in Heliopolitana regione Aegypti, nouũ deo templum patrio more ædificaret. Sed hæc alia quãto postea secuta. Eupator in Antiochiam reuersus Philippum tutorem suum in potestatem redactum, extremo supplicio affecit, intercessitq; haud multum temporis quum Demetrius magni Antiochi filius obses Romam a patre missus, audita Epiphanis fratris morte ratus Syriæ regnum ad se pertinere, vt quemadmodum ipse duobus fratribus cessisset, qui vnus post alium regnauerant, ita pupillum sibi cedere oportere a senatu peteret, vt ad paternum regnum capessendum, in Syriam abire liceret, neq; id illi omnino negatum est, neq; cõcessum. Fuitq; postea Demetrius tanti sper Romæ, donec cũ ad fugam necessaria videbantur cum amicis cõposuit: inde ex vrbe venandi specie occulte profectus ad mare delatus, in Tyrum nauigauit, vbi magno omnium fauore exceptus diadema, sibi impositum, breui postea aulam occupat, Eupatoremq; fibi traditum obtrũcat, quum duos omnino regnasset annos. Eodem tempore aut certe nõ multo priꝰ hæc in Syria gesta sunt, C. Sulpitius Gallus prospere in Ligures bellauit, lustrumq; Romæ condidit, censaq; ciuium capita. CCCXXVII. milia. XXII. Ptolemæus Philometora Phiscone minore fratre pulsus, Romani populi autoritate, legatis ad hoc ipsum Alexandriam missis, in regnum restituitur, moxq; ipsi ita inter se regnum partiti sunt, vt hic Alexandriæ, ille Cyrenis regnaret. Paulus Aemylius, qui ex Hispania prius, inde ex Macedonia, immensum auri & argenti põdus ærario intulerat, adeo paup hoc tẽpore vita decessit, vt vix ex auctione bonorum eius tãtum cogi potuerit, q; dos vxori reddereturꝰ. Tanta tum fuit in quibusdam ciuitatis principibus a publico abstinentia. Plutarchus patrimonium septem & triginta milium filijs eum reliquisse scribit, cuius partem Scipio in Corneliorum gentem adoptatus fratri habendam concessit. Duas omnino Aemylius habuit vxores, Papyriã cum qua diuortium fecit, de qua notum est eius ad necessarios responsum, qui quum ab eo scisciterentur, ac molestenimis quererent, ecquid esset q; talẽ a se fœminam alienaret, quę pudica esset, formosa, fœcunda. Tum ille pedem extulit, inde ad eos conuersus. Videtis ne inquit cẽ hic calceus pulcher sit, cẽ recens cẽ aptus, & tamen ignoratis qua parte ille pedem offendat. Ex Papyria duos filios tulit, quorum vnus a maiore est Aphricano adoptatꝰ, vt Plutarchus scribit, alter a Fabio maximo quinquies cõsule. Filias ad hæc duas, quarum vna Marci Catonis filio, altera Aelio Tuberoni nupsit, viro singulari virtute, inopia insigni, vt sexdecim viri ex Aeliorum gente cum coiugibus & liberis vnas ædes, easq; permodicas colerent. Pontinæ paludes a Cornelio Cethego consule, cui ea prouincia euenerat, corriuatis multifariam aquis, sunt eodem tempore exiccatæ, atq; ex his ager factus, locus olim quatuor & viginti vrbium, vt Mutianus prodidit. In Ligures & Corsos bellatum est per id tempus, cæterum perditis rerum monumentis, parum celebris fama, a quibus & quo euentu res vtrobiq; gestæ sint, ad posteros manauit, minus obscura quę in Hispanis gesta sunt, anno circiter fexcentesimo ab vrbe condita, duobus Lucijs Posthumio & Licinio consulibus. Sed cẽ ab his prouinciæ sunt feliciter administratę, tã a Sergio Galba ignominiose multaq; suorum clade, quippe qui a Lusitanis magno prelio victus vix ipse cum paucis acie effugit, cæsi ad vnũ cæsi. Vlti sunt eam cladem L. Minutius & Marcus Marcellus qui vnus post alterum prospero euentu in Hispania bellarunt. Romæ. Gn. Tremilius pecunia multatus est, q; Trib. ple. cum M. Aemylio lepido põtifice maxio iniurioſe cõtẽderat, quæ vltio facile demõstrauit sacrorũ magistratuũ ius multo sanctius fuisse apud maiores, publica potestate. Delmatæ Illyricos fines popŭlati, quia res a Romanis repetitæ essent nec redditæ erant enim Illyrij in fide populi Romani bello sunt petiti. Delmatæ & ipſi Illyrica natio, vt alio ẽa meloco demõstratũ, a Delminio oppido id nomen adepti, ſi Appianus verꝰ est autor, mediamq; oram habuere inter Titium & mnem & Lissum C. Martius consul aduersus Delmatas primo congressu parum prospere dimicauit, secũda Ro. pugna felicior fuit, quas omnis ignominia priori prælio accepta, duci & exercitui adempta est. Secutus inde cõsul Nasica qui eam gentem late domuit, quo tempore Q. Opimius & ipse consul, transalpinos Ligures qui Massilienſium veterum socíorum Antipolim & Niceam vastabant, bello subegit. Sequenti anno quum in dies maiores ex Hispania motus nunciarentur, multiq; iam Hispanorum rebellassent, consules confestim comitijs peractis magistratum iniuere, legati adhæc qui in Aphricam missi fuerant, vt Masinissę & Carthaginienſium de finibus disceptantium veterem contentionem sopirent, Romam reuersi nunciarũt vim naualis materiæ ingentem a se Carthagini aduersam, nimirum vrbem ad rebellandum & gores no ad Romana arma exercenda natam occulte bellum aliquod moliri. Secuta & alia recẽs suspitio, q; post legatorũ

Iudæ' redditus ad vrbem.

Tẽplum diruitur.

Nouum dei tẽplũ in Aegypto.

Eupatora Demetrio occiditur.

Pauli Aemilij interitus.

Paludes Pontinę.

Carthaginis no moli

Delmati cũ bellũ.

Nasica Delmatas bello afflixit.



legatorũ reditũ nunciatũ Romæ est Ariobarzanẽ Syphacis nepotem, cum magno Numidarũ exercitu in Carthaginienſium finibus sedisse, qui etſi in Masiniſſam paratus diceretur Porcius Cato longe aliter interpretatus, bellum haud dubie Pœnos moliri criminabatur, exitiali bello petendam ciuitatem censebat, quæ inexpiabili odio Romanũ nomen persequeretur. Plutarchus Catonem cum cæteris legatis in Aphricã iuisse ait, ad Masiniſſæ & Carthaginienſium litem inſpiciendam, vnde Romam reuersus, quum in senatu multa de suspecto Carthaginienſium statu disseruisset & iuuentute armis & omnium rerum opulentia ea ciuitas, ſi quando alias, tum maxime floreret, vt maiorem belli necessitatem locorum vicinitate ostenderet, recentem ficum in suburbanis hortis Carthaginis decerptam, sub toga in curiam attulit, eamq; ſinu depromptam patribus ostentans dixit. Rogo vos patres conſcripti, quam dudum hanc ex sua arbore ficum dẽptam arbitremini? quum inter oẽs recens esse constaret, ac nuperrime decerptam: Atqui hoc triduo inquit ex Carthaginis pomario huc delatã scitote, tam prope hostem habetis. Eam præcocẽ ſi cum fuisse Plinius interpretatur. Et Cato posteritati cauens, per hæc bellum Carthagini inferendum censuit. Cornelius Nasica nihil contra fœdus mouendum existimabat. Satis proinde vsum in præsentia iterum in Aphricam mittere, per speciem litis inter regem & Pœnos ſiniendę, qui res Punicas diligenter inſpicerent: Ibi quum ager de quo contentio orta erat Masiniſſæ addiceretur, Giſgo Hamilcharis filius homo ſeditioſus, qui tum in magiſtratu erat, quum senatus Carthaginiẽſis ſe legatorum iudicio ſtaturum profiteretur, priuſquam de ea re declaratio vlla secuta esset, ita populum suadendo cõcitauit, vt legatis ſola fuga ſaluti fuerit, quo minus contra ius gentium violarentur. Ea res patres qui sua sponte Carthaginienſibus imminebant, multo infeſtiores reddidit. Cato interim filiũ amiſit, quem modico ſumptu extulit, Erat enim vt Liuius scribit, Cato admodum pauper. Ad hunc pater quum ægre ferre audiſſet, q; ſenio confectus Salonĩ clientis ſui filiam ſibi nouercam ſuperduxiſſe non nouercam fili tibi ſuperducere volui, ſed eo conſilio vxorem iam exacta ætate duxi, vt ſi fieri poſſit multos quidem mihi natos, & plures patriæ ciues tui ſimiles procreem. Ex Salonĩ filia genuit Cato Salonium, qui quum publicum exercitum imperator ductaret, mortem obijt, eius filius conſulatum geſſit. Is auus fuit Marci Catonis, qui ſecũdo bello ciuili Vticæ ſibi mortem conſciuit. Erant per hæc quæ diximus iacta tertij Punici belli ſemina, de quo priuſquam dicam quæ in Iudæa & cætera Syria aliquanto antea ſunt geſta, breuior sermo explicabit. Demetrius poſt Syriæ regnum paricidio occupatum, Iudæorum cẽlis compulſus, qui legem tranſgreſſi a Maccabæo Iuda infeſtabãtur, Bacchidem vnum ex purpuratis, cum magno exercitu Hieroſolymam miſit: is vbi Iuda per colloquij ſpeciem capere non potuit, fautores legis quoſcunq; in poteſtatem redigi potuerunt, ad vnũ obtruncauit. Ioachim relicto, & cum eo valida militũ manu, ex Iudæa cæteras copias abduxit. Iudas deceſſu hoſtis ferocior factus, multos prævaricatorũ infidijs exceptos interfecit: lateq; per Iudæam eum gatus, immeritam ſuorum cladem impiorum cædeulciſcitur, cuius rei fama ad Demetrium delata, Nicanorem cum numeroſo exercitu miſit in Iudæam, eſtq; illi in primis mandatum, vt Iudam & qui cum eo in patria lege tuenda perſeuerarent, ad vnum ferro extingueret. Nicanor prouinciam pacare ingreſſus, Vbi Hieroſolymas adequitauit, pacis ſtudium præ ſe ferens, regia fide ſuaq; iureiurando interpoſita, componendæ pacis prętextu. Iudã ad colloquium traxit, quem dato militibus ſigno, fruſtra capere conatus, vbi irritum id cõſilium ceſſit, vt ſui arma expediant edicit. Iudas & ipſe celeri fuga agmen repetens, hoſti inſenſior factus, prælium ferociter init: Pugnatum est ad vicum Coparſama, ibiq; Maccabæus victus in proximam arcem compellitur, Nec ita multo poſt cum mille duntaxat circa Adaſſis vicum, qui minus quatuor milibus paſſuum a Bethoro procul aberat, iterum cum hoſte eſt congreſſus. Nicanore cadente, ita Demetrianos afflixit, vt ex nouem milibus hominũ nemo fere ſuperfuerit, quum mille interim necam plius Iudæ adeſſent, dies quo Iudas tam feliciter in Nicanorem dimicauit, ſolennis Manſit apud Iudæos, quieueruntq; inde nonnihil res eius gentis ab externis armis. Ioachim interea qui ſummus erat ſacerdos, quum ſanctuarij murum vetus prophetarum opus demoliri agreſſus eſſet, improuiſa ſideratione percuſſus, mutus cõcidit, multoq; corporis cruciatu paucis diebus expirauit. Sacerdotiũ Iudę ingenti oĩm fauore eſt delatũ, qui dignitatem adeptus, Romam ad ſenatum legatos miſit, vt cum inuicto populo ſocietatem & amicitiam iungerent, quo impetrato multo ferocior Iudas factꝰ, nouũ Demetrij exercitũ, Bacchidis ductu Iudęa ingreſſum, fortiter excepit. Erantq; Iudę duo milia armatorũ. His, ille ſuaq; felicitate freţus ad Barzitõ caſtra fecit. Audito deinceps hoſtiũ acceſſu cæteris metu dilapſis, cum octingentis relictus, nullis ſuo põibus flecti potuit, vt in tutum priuſquã hoſtes in conſpectum venirent, veller ſe reſpicere, ſæpius teſtatus nũquã futurũ vt ſol ſua terga hoſtibꝰ obuerſa aſpiceret. Nec longior inde mora fuit, vbi Demetrianos adeſſe vidit, & acie a Bacchide explicari animaduertit, intrepide & ipſe ex ſua ſtatione veniẽtibus occurrit: pugna, quod vix credi poſſit, ad noctẽ vſq; extenſa eſt. Ibi Iudas Bacchidẽ in dextro cornu pugnã cientẽ intuitus, cũ lectiſſima ſuorum manu, in eam partem impetum fecit. Fuga ibi cõtinuo facta eſt, cædebatq; iam alterius cornu terga, quum ĩ qui in læuo cornu dimicabant, contempta vincentium paucitate, confeſtim circunducta ala, Maccabęũ & qui circa illum pugnã ciebant, a ſuis excludunt. Hic vndiq; hoſtibus ſeptus, quum nulla in tanta hoſtium multitudine eruptio fieri poſſet, Iudas in orbem dimicans diu multumq; in terra Demetrianorum cęde verſatus, pluribus confoſſus vulneribus concidit, eius corpo re cæteris aut ibi cadẽtibus, aut ægre ex media acie reuulſis, victor hoſtis poſitus eſt. Id Simon & Ionathas fratres redemptũ ad Modin villam, vbi pater ſitus erat, multo Iudæorum luctu & mœrore ſepelierunt. Atq; is exitus fuit Iudæ viri fortiſſimi, quum treis eſſet annos ſacerdotio functus. Sæuire tum Bacchides ea victoria elatus in Iudæos diuerſarũ partium, ac quanto magis pĩ affligebantur tanto defertores veritatis in maiore apud hoſtes celebritate eſſe & exiſtimatione. Sed adeo antique pietatis ſtudium animis inſederat, vt per exq̃ſitiſſimos cruciatus mallent extingui, quam pręuaricari. Occulte itaq; Ionathã hortantur, vt fratris viri fortiſſimi veſtigia ſecutus, reliquam piorum multitudinem tuendam ſuſciperet. Ionathas etſi rebus iam haud dubie perditis, verum nea patre ſuo fratreq; degenerare crederetur, ducis nomẽ tanto ad ſe conſenſu delatum intrepide recepit. Cæterum Bac

Catonis cõmẽtũ ad curiã mouẽdã.

Cã vna tertij belli Punici. Catones

Ioachim caſus.

Iudas cũ Ro. ſocietatẽ init.

Iudęmaccabæi in teritus.

Pietatis ſtudiũ in Iudæis.

chidis metu, qui ad primos motus affuit, cum duobus fratrib⁹ adhuc superstitibus & ea manu quam studio contraxerat, circa Iordanem super Aphar lacum loco munitissimo consedit. Lacus quem Asphar Iosephus appellat, Asphaltites est a Græcis, ni opinione fallor, nuncupatus, in quem Iordanis ex Peneade fonte infusus, laudatas amittit aquas, etsi ille non vnius sit lacus incola, sed & Genesaræ a quo secundo loco ebibitur. Hinc Ionathas Ioannē fratrem suum ad Nabatheos misit cum tota supellectile, vt si ab hoste quem haud multo post affutu rum arbitrabatur, castris fuisset exutus, quod reliquum fortunarum esset in tuto haberetur. Sed ille in Nabatha Arabum perfidia oppressus, & res & comites vno tempore amisit. Certatum est interim ab Ionatha circa Iordanem cum Bacchide, ibiq⁹ duob⁹ milibus hostium cæsis, quia multo erat numero inferior ad flumen compulsus, vt imminenti sese periculo subtraheret, fluuium transnare est coactus. Bachides præsenti victoria contentus, Hierosolymam copias recepit. Ibiq⁹ arce per ocium præsidio & commeatu ad tempus munita, Hiericontē, Bethorum, Beruliam, Psammatam, & alias nō paucas vrbes opere & armis aduersus huiusmodi motus valide muniuit. Ionathas interim cladem in Arabia acceptam ex occasione fortiter est vlt⁹. Ducebant sibi sponsam ex Madaba vrbe Amiri filij, qui iniuriæ sibi ab Arabis illatæ autores fuisse dicebatur. Vbi Ionathas exploratum id habuit, qua illiter facturi essent, locis opportune insessis, in Nabatheorum agmen nil tale suspicans impetum fecit, cecidit q⁹ ad quadringentos ex ijs qui cum eo in comitatu fuere, omnemq⁹ nuptialem apparatū diripuit. Perseueratum inde biduo in statione est circa Iordanem, nec interim ab impiorum infectatione cessatum, quæ iniuria effecit, vt Demetrij⁹ suorum querelis fatigatus Bacchidem cum exercitu tertio in Iudæam miserit. Is noctu ad Ionathæ stationem profectus solertissimum haud fefellit hostem, quippe qui exploraro Bacchidis accessu, in locum munitissimum concesserat. Ibi aliquādiu obsidione fatigatus, Simone fratre ad præsidium loci relicto, ipse noctu per hostium stationes occulte dilapsus, paucis diebus ex finitimis armatorum manu collecta, Bacchidis castra tumultuose inuasit. Simō & ipe accepto signo ex oppido cū psidiarijs manu erūpēs bellica opa eodē tpe incēdit. Bacchides, ancipiti metu perculsus, quū cerneret assidēdo nihil se præter ignominiam lucrifacere, pacem Ionathæ per legatos petenti nihil grauate reddidit, libertasq⁹ per hunc modum Iudæis retenta est. Gesta sunt hæc Olympiade quinquagesima sexta accentesima, quum non multo prius in Arcadia interijsset P. Terentius comœdiarum scriptor. Vixit eodem tempore Aristrachus grammaticus anologiæ perpetuus assertor. Demetrius maiorib⁹ rebus iam inde occupatus, a Iudea infestanda destitit. ipse Syriæ regno pupilli cædē occupato, quo tutior domi esset, finitimis sese regibus formidabilē effinxit, primoq⁹ Ariaracti Cappadocum regi, propter fastiditas fororis nuptias, bellum intendit: Oloferne eius fratre ad se recepto, qui per iniuriam fuerat ab Ariaracte pulsus: sed Olofernes medio belli apparatu Demetrio insidiat⁹, vt subita Antiochēsiū defectione eū regno pelleret, q⁹ ab inceptō absisteret effecit. Dedit veniam perfido hospiti Demetrius, Seleucidæq⁹ custodiri iussit, ne sublato fratre Ariaractes belli metu liberaretur. Nec Antiochenses ab inchoata defectione destiterunt, itaq⁹ adiuuantibus Prolemæo, Attalo, & Ariaracte a Demetrio lacessitis, Prompalum quendam sortis extremæ virum subornant, vt Syriæ regnum velut Antiocho genitus, hæreditarium repetat, & nequa deesset contumelia Alexandrum nominant. Adeo tunc omnium odia in Demetrium exarserāt, quæ ille superbia plusq⁹ tyrānica in se conciuerat, turri quadam haud procul Antiochia inclusus, nulli sui adeundi faciebat potestatem. Alexander tot regum auxilijs frætus, ferociter bellum Demetrio infert. Ille tantam belli molem haud aspernatus, vt Iudæam pacatiorem haberet, Hierosolymam misit, qui ob fidibus Ionathæ restitutis (custodiebant hi in arce, quæ tēplo imminebat) ipsum hortarent, vt ex tota gente auxilia ad bellum cōtraheret, quo contigit, vt summa totius rei, Demetrij fauore, ad vnum Ionatham velut principem gentis, sit ex insperato deuoluta. Alexander quoq⁹ ad Ionatham scribit, vt iniurias, quas a Demetrio accepisset, memor in partibus esse mallet. Summum adhęc sacerdotiū ei tradidit, misit & dignitatis insigne, purpureā stolam, & cum ea auream coronam. Sic quadriennio post Iudæ interitum, quum nemo in eius locum surrogatus esset, Ionathas intermissam dignitatem recepit, quod vbi Demetrius audiuit, metu perculsus, ad Ionatham & omnem Iudæorum gentem scripsit pollicitus se præsidium ex Hierosolymitana arce deducturū, permissurūq⁹ iam inde Iudæos suis legibus viuere, si in officio permanerent. Adijcere his & templi restitutionem, cum magna pecunia ad vsum sacrorum, cum tributi quod pendere consuessent abolitione. Hæc ille. Alexander vero cum magno interea exercitu per Syriam ad Demetrium profectus, vno prælio debellauit, fuitq⁹ id sane atrox vicitq⁹ Demetrius sinistro cornu, dextro vero quo rex ipse pugnabat, victus, cæteriscq⁹ fugientibus dum multum diuq⁹ victoriam hostibus extorquere conatur, postremus acie excessit. Hic equo alta cœni voragine immersо, tandiu quum fugam expediret, est in vestigio retardatus, donec incursu hostium perijt, quum annos vndecim Syriæ imperasset. Per id tempus Onias Oniæ filius, qui ad Ptolemæum Philometorem transfugerat, Heliopoli templum Deo optimo constr uxit, Hierosolymitano perq⁹ simile, vetustissimi templi ac diruti area in hunc vsum purgata, cui per literas Ptolemæus & Cleopatra assensi, memorabile illud adiecerunt. Videndum est gratum sit Deo templum quod ędificatur⁹ sis tam luxurioso loco, sacrisq⁹ animalibus referto, sed si Esaias multo antea id futurum prædixit, concedimus quod petis, modo siquid contra legem fiat, nihil nō in Deum peccasse videamur. Eam tēpli condition em Esaias sexcentos annos antea prędixerat. Estq⁹ Alexandriæ eadem tempestate disceptatum de iure & sanctitate templorum, coram Ptolemęo, vtrum Samaritæ an Hierosolymitani verius templum, auspicati usq⁹ Deo conditum tenerent. Cōstitit tandem q⁹ Hierosolymis esset legitime ædificatum, & ob eam rem ab Asiæ regibus multis donarijs excultum. Contra quod in Gazari monte, Alexandri temporibus fuisset conditum, obscurum & inhonorarum iam inde ab ipsa ædificatione manisset, sine vlla regum dignatione. Sabeo itaq⁹ & Theodosio, qui diuersum illud tuebantur, Ptolemæi iussu interfectis, Hierosolymitanum sanctius verius q⁹ iudicatum. Laudatusq⁹ est Andronic⁹ qui augustissimi templi gratia in capitalem disceptatio nem descēdere non dubitasset. Alexāder Demetrio sublato, Ptolemæi filiam sibi vxorem poposcit, nuptiæq⁹ regio apparatu, sunt. Ptolomaide celebratæ,

Arabum iniuria i Ionathā & fratres.

Vtrio Ionathæ in Arabes.

Paxa Demetrio Iudæis redditur.

Odia regū in Demetriū.

Ionathæ principatus honores deferuntur.

Demetrij interitus.

Alexādri & Ptolemæi affinitas.



bratæ, vbi magno mortalium conuentu Ionathas purpurea est veste ab Alexandro donatus, & amicorum princeps appellatus. Romæ interea M. Aemylius, qui princeps senatus sexies fuerat, vita decedens filijs mādasse fertur, vt lecto purpura & linteis nudo suum efferrent corpus, in funus haud plō denos æris insumerent, imaginū speciem non suum tibus funera nobilitari ratus. Publia & Licinia nobiles fœminæ quæstione de veneficijs publice decreta, quia viros sustulisse dicebantur, cognatorum decreto necatę sunt. Affertur interim Carthaginī de lectum haberi accuratissimum, classemq⁹ & bellū haud dubie instrui. Id Gulussa siue Gelo Masinissę filius nunciauit. Appianus Gelossem pro Gulussa scribit. Erant tum consules L. Licinius Luculus, & Aulus Posthumius Albinus, qui quum ad bellum acerbissimum haberent delectum, nec quēq⁹ gratia dimitterent, á Tri. ple. qui pro amicis vacationem impetrare nequiuerant, in carcerem conjecti sunt. Interim super punici belli terrore, res in Hispania a pluribus parum prospere gestæ ciuitatem maxime sollicitam habebant, & iam tantus metus oīm animos incesserat, vt nec ij quidē inuenirentur, qui in eam prouinciam tribuni militum, aut legati ire vellēt. P. Scipio Aemylianus publice professus est, se iussu populi in prouinciam iturum, iobiturumq⁹ pro viribus quęcunq⁹ sibi militiæ partes decernerentur. Ea vox ingens, vt fit accendit militaris ætatis studium, vt multi in Hispaniam se mitti postulauerint. Scipio tribunus missus est cum Claudio Marcello, vbi Barbarum ex prouocatione singulari vicit certamine, & in validæ vrbis expugnatione, non sine manifesto vitę periculo, murum primus omnium adscēdit. Subacti sunt eo bello Vaccei, Cantabri, & aliæ quędam Hispaniæ gentes, ad id tempus Romanis incognitæ. Sed q⁹ prospero euentu hac prouinciæ parte bellari cōtigit, tam infeliciter cum Lusitanis est certatum tempore a Sergio Galba dimicatum. Amisso exercitu dux ipse cum paucis ægre seruatus est. Alij aliquanto prius eā clade acceptam, quod supra est significatum, memi nerunt. Romæ interea quū censores Theatrum extruendum publice locassent, P. Cornelio Nasica autore senatus demoliendum iussit, tanq⁹ ea res publicis obstaret moribus, adiectumq⁹ decrero, vt Valerius scribit, neq⁹ in vrbe nec propius mille passus subsellia ponerer, ludosve sedens spectaret: & quia satis constabat bellum Carthagini summa ope parari, censebat Cato & alij principes ciuitatis exercitum in Aphricam deportandum. Contra Nasica constanter, negare vllam sibi videri iustam inferēdi belli causam. Placuit itaq⁹ vt bello absisteretur, si Carthaginienses exusta classe exercitum dimisissent, quorum vtrumq⁹ contra fœdera fieri constabat, si minus id præstarent, proximi cōsules de bello Pœnis inferendo primum omnium referrent. Carthaginienses interea bellum Masinissę inferūt, erat iam fere ille nonagenarius, verum ita adhuc vi uido corpore, vt sine pulmento cibum manderet, scandererq⁹ equum sine ephippijs, nudo capite militaria & imperatoria obiret munia. Conflati belli causa fuit inter Masinissam & Carthaginienses, q⁹ præter veterem de finibus contētionem, quadraginta circiter Carthaginienses nobiles, qui Masinissæ partes in publica disceptatione tueri videbātur, vrbe eiecti, sese ad regem ipsum contulerāt, de quibus in vrbem reducendis, quum Gulussa & Micipsa Masinissę filij acturi Carthaginem venissent, non solum non auditi sunt, sed ex Gulussæ comitatu quidam a Carthalone, qui abeuntibus oc currerat, fuerant interfecti, qua iniuria Masinissa cōmotus; Horoscopam Carthaginiensium vrbē oppugnare adort⁹, Punica in se irritauit arma. Hasdrubal homo popularis dux ad bellum lectus, cū quinq⁹ & XX. milibus peditum, & CCC. equitibus vrbanis præter externas copias, in regem profectus, secundam est ab initio fortunam expertus. Asasio & Susabes regis prætores, orta inter eos & regis filios in castris discordia, cum sex milibus militum, ad Hastrubalem transfuere, quo ille successu elatus, castris castris pene contulit. Masinissa ad insidias conuersus, copijs eximpruiso subductis, fugam simulat, Pœnumq⁹ effusę sequētem deducit in campos vndiq⁹ collibus præcinctos. Huc vbi ventum est, Masinissa conuersis retro signis, media planitie castra locat. Hastrubal & ipse loco eminentiore consedit, imminebat q⁹ vtrinq⁹ prælium, quum Scipio Aemylianus, qui sub L. Lucullo tribunus militum in Hispania militabat, ad regem venit, Luculli nomine ab eo elephantes postulaturus. Masinissa in aciem processit, quum iam duodenonaginta natus esset annos, erat ille vt dixi, supra q⁹ ætas pateretur, vegeto corpore, id q⁹ in Numidia potissimum euenire arbitrati sunt quidam, q⁹ nec frigida nimis sit ea regione hyems, nec nimis torrida æstas, vt in Aethiopia, ob id q⁹ immanissimas beluas nutriat tellus. Accedere huc ritum gentis, quæ sub dio plurimum degat, assiduoq⁹ labore exerceatur, quū nec q⁹ temulentia multa, nec q⁹ vllus adsit ciborum apparatus, sed simplex parsimonia. Hastrubal vbi regē vidit suos pugnæ instruere, in equum descendit, acie dimicaturus. Hic Scipio concursuras acies intuitus, priusq⁹ signa canerēt, editiorem locum occupat, vt commodius inde prælium spectaret. Ferunt postea dicere solitum nullo vnq⁹ tempore se tantā ex quouis alio spectaculo percepisse voluptatem, q⁹ quum supra centum milia hominum inter se pugnantium ipse omni solicitudine & cura liber, ex alta contemplatus esset specula. Pugna a prima luce ad noctem distracta est, multis hinc inde cadentibus, ad postremum rex aliquāto superior acie excessit, cui in castra redeunti gratulabundus Scipio occurrit. Eum Masinissa ob Aphricani memoriam quem omnium maxime coluerat, arctissime est cōplexus, multaq⁹ comitate penes se habuit. Tū Scipioni species illa est per quietem visa, quam Cicero diserte in sexto reip. est postea executus. Tentata quādiu ibi fuit Scipio pax est inter regē & Carthaginienses, cęterum irritatis vtrinq⁹ animis ad exitū perduci non potuit. Ipse acceptis a rege elephantis, in Hispaniam abijt. Masinissa post prælū Hastrubalis castra iniquo loco sita & fossa & vallo cinxit. Habuit ab initio Pœnus in animo prius erū pere, q⁹ vndiq⁹ hoste clauderetur, regemq⁹ ad prælū cogere, sed audito legatorum ex vrbe Roma accessu ratus fore vt eorum arbitrio bellum solueretur, certamine abstinuit. Legatis occulte mandatū erat, vt si Masinissa inferior esset, pacem suaderent, si res eius melior q⁹ Punica videretur, finerēt bellum trahi. Quo apparet Romanos parum sancte eius socia le per id tempus custodiuisse, ac quantū Pœni prioribus bellis perfidia egerāt tantum tertio hoc Punico bello Romani dolo malo egisse merito videri possunt. Spe igitur frustrat⁹ sua Hastrubal, ad eam est inopiam redactus, vt equos primo, mox scuto rum lora, & habenas mandere sint milites coacti. Tela adhæc lignorum defectu combusta. Sequuta est inde pestilentia famis alūna, magnaq⁹ pars exercitus paucis diebus teterrima illa clade consumpta est. Tum desperatis rebus, Hastrubal tria milia ar

Causa belli inter Carth. & Masinissam.

Tēperata Numidia.

Pugna.

Visio Scipionis.

Rom. do lo malo cum Carthagū.

genti talenta in quinquaginta annos, & exulum restitutionem pactus, vt ipse & sui cum singulis vestimentis domum abirent, pacem cum rege sanxit. Gelosses regis filius, dubium ignaro patre, Numidicum equitatū in agmen morbo & fame affectum immisit, tantaq; cædes est edita, vt ex octo, & quinquaginta hominum milibus (tot enim fuisse dicuntur) præter paucos qui cum ipso duce Carthaginē peruenere, cæteri etsi alij alio casu, ad vnū perierint. Carthaginienses non tam præsenti clade perculsi, q̄ q̄ Romani, quos merito suspectos habebant, accuratissimum tota Italia delectum habere diceban tur, vt nullum non remedium ad id bellum, quod instabat, euitandum quæsiuisse viderentur, Hastrubalē primo q gesti cū Masinissa belli autor fuerat, & Carthalonē, cæteroſq; eius cōsilij participes, partim exilio partim capitali supplicio afficiūt. Mittūt & Romam legatos, qui Numidici belli culpam in paucos suorum ciuiū qui publice pœnas luissent, & in Masinissam reiecerēt, docerentq; publicum cōsilium ab omni culpa procul abesse. Interrogati ab vno seniorum legati, cur non autores belli a principio coercuissent, sed postq̄ res male gesta esset, quum nihil ad ea respōdissent, cū his dimissi sunt, vt diceretur illis, nondum videri Po. Ro. a Pœnis satisfactum. Idem ferme responsum datum legatis, qui secundo loco missi sunt. Interea Vticenses Carthaginiēsibus infensi Romam occulte mittūt, qui vrbem Romanis dederent, qua opportuna deditione arrepta senatus in capitolio, vbi talia decerni consueuere, bellum Carthaginiensibus inferendum statuit. Erant tum consules, M. Manlius & L. Martius, qui in Aphricam transmissuri, clandestine iubentur non prius a Carragine copias abducere, q̄ eam funditus euertissent. Fuit hic annus sexcentesimus secundus ab vrbe condita. Nec lōgior inde mora fuit, consules omnibus ad bellum paratis, cum centum quinquaginta nauibus ad pugnā instructis, & vi onerariarum ingenti, octoginta milia peditum & quatuor equitum, in Aphricam deportarunt. Prius classis ex alto cōspecta est, q̄ in se quippiam moueri Carthaginiēses resciuissent. Stupentibus itaq; nouitate animis, quum ne ad tolerandam quidem obsidionē satis parati essent, visum est celeriter Romam mittere, qui a senatu quærerent, qd Ro. Po. Carthaginienses vellet facere. Responsum his est, vt irent, & CCC. pueros ex omni nobilitate lectos, consulibus obsides darent, tum fore vt cæteris, quæ postularentur, mitius aures accommodarent. Carthaginienses, etsi tota res suspecta erat, vt nequid eorum, quæ ad flectēdos Romanorum animos attinerent, nō datum videri posset. CCC. pueros, ex omni nobilitate lectos, consulibus dedere, qui quum in naues imponerentur, in Siciliam deportandi, lachrymosum ciuitati spectaculum præbuere, lamētari eorum matres, capillosq; sibi lania re, multumq;, vt in tali dolore, testatæ, & filios sibi adimi, & Carthaginem haud propterea incolumē futuram, velut imminens excidium ante oculos haberent. Et illi e conspectu suorum in altum delati sunt. Erant interim Consules ad Vticam, quem locum primum in Aphrica renuerunt. Ad eos ex Carthagine legati quum venissent, ad terrorem incutiēdum, editiore sunt loco auditi, vt vniuersum exercitum, ad hoc ipsum instructū, & in procinctu stātem, oculis intuerētur. Illi miserabili oratione vsi, & præsentem fortunā accōmodata diu multūq; precati sunt, vt humanarum rerum memores, præsenti fortunæ moderarentur. Carthaginem quoq; aliquādo floruisse terra mariq;, intra extraq; Aphricam late imperasse, nunc supplicem ad ipsorum pedes facere, non classem, non exercitum, non socios, non præsidia vlla, non denicq; aliud quippiam, præter spem, quam in Romanorum clementia repositā haberent, reliquum sibi fortunam feciſſe. Contenti inquit fuerūt maiores vestri, cum quibus bella gessimus, armis vicisse. Cæterum tantum abfuit, vt victoria abusi sint, q̄ & nos victos sibi fœdere deuinxerint, numero amicorū habuerint, fœdera publice icta sanctissime seruarit, quo magis mirari oporteat, quid sit q̄ vos illorum progenies, cum quib⁹ nūq; bellauim⁹, nihil dicto aut facto læsim⁹, ita subito ad arma, pfilueritis, an tributa vobis nō exoluim⁹? aut naues habemus? aut elephantos alim⁹? quæ omnia in fœdere sunt. nihil certe horum a nobis factum criminari potest quisq̄. Quid igitur vobis arma induit? res nostræ credo quæ quoniā sunt adeo afflictæ, quum omnium iniuriæ sunt obnoxiæ tum vobis merito ludibrio, sed misericordia potius digni sumus, q̄ præter alia mala, quæ longa temporum serie misera ciuitas perpessa est, octo & quinquaginta milia hominum, his paucis mensibus amisim⁹, more ferarum a Masinissa circunuēta, fameq; & ferro absumpta. Sed vos aliquis dixerit, Masinissę bellū intulistis, mitto q̄ ab eo ois belli causa orta est. Sed cur nō huic inferri debuerit, q terrā illā in qua nutrit⁹ est & institut⁹, vi, ferro, flāma, rapinis, nō min⁹ ipie, q̄ ingrate, tot ānos hostiliter infectatur? Masinissa nos arma capere coegit, Masinissa fœdera vobiscū icta confudit, q̄ siquid hinc etiam peccatum esset, & quia eius tumultus autores publice pœnas luerunt, & q̄ Romā missimus, qui vos docerent publicum consilium procul a culpa abesse, abunde satisfactum arbitrabamur. Nunc vero, quid per deum numerosa hæc classis sibi vult? quid immensus hic exercitus? aduersus eos qui nec se peccasse intelligunt, nec si intelligant, recusent vobis se subijcere, omnia quæ velitis ferre humiliter parati. Sed iam in vestra potestate est, acceptis obsidibus velitis publicam fidem seruare, paticq; Cartaginem suis legibus viuere, an documēto esse cæteris mortalibus vt qui plus possint q̄ soleant, plura velint q̄ debeant. Et hæc legati palam questi sunt. Tum L. Martius inquit, De iure fœderis vobis Romæ responsum est Carthaginienses, & quū obsides tradidistis, prædixerat senatus fore, vt Vticæ cætera quæ Po. Ro. vellet a nobis auditurī essetis. Nunc quando vobis in pace victuris arma nullo modo vsui futura sunt, edicimus, vt quicquid armorum in vrbem est, id nobis afferatis. Legati consulum edictum eo tēdere rati, vt sublatis armis omnis nouandarum rerum occasio e medio tolleretur, se imperata facturos polliciti sunt. Cornelius Scipio Nasica, & cornelius cognomēto Hispanus, in vrbem missi, ingentem vim armorum ex armētario depromptam in castra deuehi curarūt, ducenta milia armorum fuisse dicuntur. Sagittarum & telorum incomperta multitudo. Catapultę in his machinæ ad excutiendos lapides duo milia numero. Hæc omnia curribus sublata, primores ciuitatis, cum sacerdotibus, & quicunq; pieratem vel ipso aspectu mouere potuerunt, reliqua ciuitate in fletu & mœrore occupata, secuti sunt. Hi vbi ad consulum conspectum stetere, tum Martius (erat is multo promptior, q̄ collega ad dicendum) digni quidem laude estis viri Carthaginienses, q̄ & obsides primo, mox & arma nobis petentibus dedistis, cæterum in rebus necessarijs paucis verbis opus est, audite quæ vobis postremo imperentur. Tradite nobis vrbem vestram, aliamq; nouam vobis. X. milia

Carth. cædes. — Cōsules. — Copię in Aphricā delatæ, — CCC. Cartha. pueri ob fides dati — Cartha. preces. — Efficacissima Cartha. consultio. — Perora tio. — Arma Carthag. adepta. — Extrema cōsulū denūciatio



milia passuum procula mari, vbicunq; libuerit condite. Hanc quam habetis euertere in animo est. vix hęc Martius fuerat locutus, quum Carthaginiēses omnes vna manibus ad cœlum sublatis, multa aperte Romanis mala imprecari, a quibus tam perfide fuissent decepti. Et illi siue amentes, siue moriendi cupidi id facere, inde in terram prouoluti manibus capita contundunt. Alij sibi vestes laniant, quidam manum sibi inferre conati sunt velut insania quadam stimulante. Postremo ab ea conflictatione quiescentes, velut defuncti vita, humi postrati iacuerunt, raras & miserabiles voces interim emittentes, filios, vxores, patriam deos ipsos quos ipsæ pie coluissent, miserabili modo inuocantes. Admoniti consules humanæ fragilitatis, misericordia & stupore pressi, sine voce aliquā diu steterē, nec circunfusa multitudo lachrymis temperare potuit. Vbi vero Pœni ab ea lamentatione paulum quieuere, tum Hanno cognomento Gelas, medio dolore interfatus. Quando inquit Romani, neq; fœdera nobis apud vos adiumento sunt, neq; publica fides, quam vos consules apud nos nuper obligastis, fore, vt vrbs nostra libera dimitteretur, liceat nobis saltem pauca flere, ac simul deprecari, etsi non parua alioqui adsit nobis in tantis malis deprecandi copia. Per nostræ vrbis vetustatem, per vrbē ipsam deorum oraculis conditam, per eius famam valde olim in terris inclytam, per Carthaginis nomē omnibus gētibus notum, per sacra, quorum in ea ingens copia est, per deos ipsos, qui nihil impie vsquam egerunt, oramus vos Romani ac p̄camur, ne eorum celebritates, pompas, solennia nobis eripiatis, ne defunctorum monumenta, quum nihil ab his passi sitis, diruatis: & si qua vobis inest pietas misereamini eorum, quibus vna migrare opus est. Parcite dijs penatibus, parcite foro, theatris, templis, parcite cæteris ornamentis, quæ esse solent ciuibus & honesta & iucunda. Qui Carthaginē metuere amplius opus est q̄ quum ipsi arma, naues, elephantos, & omnia quæ inuidiæ esse pote rant, tenearis? Cæterum nihil est indignius, quam homines mari assuetos, quorum infinita multitudo inibi operatur in mediterranea traduci. Ne tamen vrbs immerita infando excidio detur, vobis Romani quod æque valeat relinquimus habitandam. Mittite, ablegate miseros Carthaginienses in extremas terras, innoxiæ vrbis ædificijs parcite, qd & minus luctuosum nobis erit, & vobis minus inuidiosum. His & alijs nō paucis Hanno patriæ excidium deprecatus eo demum decurrit, vt diceret: liceat Romani miseræ ciuitati legatos iterum Romā mittere tantisper parcite perituræ vrbi donec postremo experti simus an senatus ille, qui alijs gētibus vltro ignoscere consueuerit, socię ciuitati & cuius auxilijs in duobus nuper regibus expugnādis publice sit vsus, quam obsequentissimam in omnibus habuit, nostris precibus & iustis lachrymis sit aliquid daturus. Ad ea Martius, Decreuit inquit senatus viri Carthaginienses, & quod decreuit fiat necesse est. Inde multis verbis conatus ostendere conducibilius eis fore ad quietem, & ocium maritimam vrbem relinquere, quę ipsis omnium malorum fuisset causa vt olim suam Athenienſibus, essęq; talium vrbiū opes maritimis negocijs perq̄ similes, quę celerrime mari auctæ, celerius dilabuntur. Præstare ad futurum patriæ desiderium leuādū procul a mari recedere, ne ad omnem pelagi cōspectum memoria antiquæ laudis cum imperio amissæ subiret animum. Malorum inquit omnium præstantissimum remedium est obliuio, quam nisi mutatis sedibus fieri Carthaginienses viri haud quidē potest, vt aliquando assequamini. Et Martius humane quidem tali vsus est hortatione, quum imperio vti posset. Legati postremo illud petierunt, vt quando aliud impetrari non posset, ne multitudinis incursu ad primam eius rei mentionem laniarentur, tanq; sua sponte in patriæ excidium consensissent, consules ipsi cum classe in conspectum vrbis venirent. Id Martius concedendum ratus, cum XX. quinqueremibus sub legatorum reditum, ex alto se Carthaginiēsib⁹ ostendit. Illi mœsto silentio vrbem ingressi, continuo multitudinem in melioris nunci expectationem erectam metu & terrore perculerunt, multis amicorum scisciſtātibus, quū ne vox vlla quidem redderetur, multa cum trepidatione in curiam discurritur, vbi ad primam mandatorum relationē, tantus est a patribus clamor exortus, vt plebs, que ante curiam stabat, ægre a foribus remoliēdis abstineret. Mox vero edocta quæ essent Romanorum postulata, velut subito furore correpti alij alio dilabuntur. Miserabilis comploratio in publico & priuato orta, sæuusq; matronarum plāctus. Aliæ cum fletu & lamentatione tēpla subeūt, dijs inuidiam facturæ. Aliæ paruos cōplexæ illorum sortem lamentari, quorum ortus in ea tēpora incidissent, vt euersa patria in exilio victuri forent. Quædam penates Deos & lares, quos caste coluissent, velut ingratos incusare. Viri ira & dolore perciti, clausis portis, muros conscenderunt, cū ipsa patria perituri, pro catapultis saxa congerunt. Senatus omnia prius extrema perferenda censet, q̄ vrbē ad excidium tradendam. Bellum itaq; decernitur, mittiturq; ad Hastrubalem nuncius, qui vrbe pulsus erat, vt publicæ iniuriæ oblitus patriæ extremo tempore auxilium ferat, habebat ille secum ad viginti milia hominum eo cōsilio quæsita, vt ab sui exilij autoribus pœnas exigeret. Huic igitur imperium decernitur, vt foris rem gereret, datusq; illi collega est Hastrubal Masinissæ nepos, qui vrbem tueretur. In extremum itaq; belluū ciuitate conuersa, serui omnes libertate donantur. Omnia opificia negociaq; sacra & prophana in præsentem belli vsum vertūtur. Omnis sexus & ætas in medium operari, frumento & labore per partes diuiso. Centum clypei singulis diebus fiebant, trecenti enses, mille catapultæ, sagittæ, lanceæ, & iacula quinquaginta. Mulieres quoq;, memorabili exemplo, cannabis & lini inopia capillos sibi secuerunt.

Extrema Pœnorū postulata. — Carthag. preces. — Verba Martij. — Verba de obliuiōe. — Noua Carthag. trepidatio. — Bellū decernitur.

## M. ANTONII COCCII SABELLICI RAPSODIAE HISTORIARVM AB ORBE CONDITO, ENNEADIS QVINTAE, LIBER IX.

Segnities consulū.



VAntum Pœni patriæ periculo addacti, inaniter bellum instruebāt, tātū Martius & Collega, semicapti hostis cōtemptu, quod reliquū negocij erat segniter obibāt. Dum igitur ad Vticā sedēt respōsum expectātes, dū terūt tēpus in maritimis vrbibus recipiendis, quæ vltro in deditionē venie bāt, dū citro vltroq; Carthaginem mittūt, & audiūt missos, Pœni vrgēte necessitate vrbem irrequieto opere muniunt, ex toraq; Aphrica vires ad bellū cōparāt, quod Masinissa ægro aio ferens questus est p

literas, qꝫ hostẽ quẽ prostratũ ipse Romanorũ pedibus cõcidẽdũ obiecisset, cõsules sua cũctatione respirare paterent. Rescripserũt regi Martiꝰ & Collega, vt & ipse bellũ pro viribus iuuaret, mitteretqꝫ in castra auxilia, qꝫ quia tũ missurũ se ille respondit, vbi opus suo auxilio esset, & mox paulo missis, qꝫ consulibus dicerẽt, an re aliqua opꝰ esset, delirũ senẽ cõsules aspernati, se tũ missuros respõderũt, quũ eius viribus indiguissent. Nec multis inde interiectis diebꝰ Adrumeto, Lepti & alijs gbusdã locis receptis, Carthaginẽ versus castra mouent. Erat Carthago velut in chersoneso quadã sita cuius ceruix a mediterraneo assurgens latitudine patebat quinqꝫ & viginti stadiorũ, logiore inde tractu discurrebat inter stagnũ & mare. Chersonesum simplex murus per interiectos scopulos muniebat. Circa collum, vbi Byrsa fuit ad meridiẽ vrbs triplici fuit murorũ serie pdita. XXX. cubitorũ altitudine, turribus in quaterna tecta assurgentibus, triginta pedes in profundũ demissis, vt in caueduis ipsis trecẽti stabularent elephãti. Altera superius stabula, pari ope, quatuor milium equorũ capacia. Domicilia inde circa muros. XX. milibꝰ peditũ, & quatuor equitũ statio nẽ satis commodã datura. Erat angulus secundum Ligulã ad portũ extẽsus, magis natura, qꝫ opere munitus, & ex stagno, qd nauigabatur, exitus in mare angusto ore, quod terreꝫ claudebãt catenæ. Interiꝰ insula in medio sita, & ipsa non mediocribus a stagno scopulis distincta. His naualia iteriecta. CCC. nauium capacia, domibus superimpositis, cum omni triremium apparatu. Erat & Naucleri domus eminẽtiore loco sita, vnde ille signũ dabat nautis, quando late inde patebat in omnes partes conspectus. Nec a mari subeũtibus cõtinuo naualia videri poterant, duplici muro obiecto. Et is tũc erat Carthaginis circa muros apparatus, quũ consules admotis copijs, Martius a mari, a terra Manlius, vno tẽpore, vrbẽ adoriuntur. Bis vtrinqꝫ cũ ignominia repulsi. Marrius prope stagnum castra fecit. Manliꝰ supra, Chersonesi collum, qua via in mediterranea ferebat. Vterqꝫ Hastrubalis metu, qui haud procul a stagno confederat, castra vallo & fossa muniunt. Nec ita multo post Martius cum quinquentis fere militibus, per stagnum aduectus, ad materiam ex proximo petendam, vt scalas & alia bellica opera mœnibus applicaret, improuisa Himilconis eruptione, armis magna ex parte amissis, quibusdam etiam ab hoste cæsis, in castra, fugiẽti simillis rediit, auecta nihilo secius materia, quæ cæsa erat. Duobꝰ iraqꝫ acietibus muro admotis a parte Ligulæ ter conatus est vrbem irrumpere. Cæterum quantum ea parte Romani disturbabant, tantum Pœni, celeri opere, interius reponebant. Iniecit tamen non paruam solicitudinem hostibus tertius ille Martij conatus, verum quia extrema vrgebat necessitas, nocte, quæ secuta est, eruptione ex vrbe facta, in Martij castra Pœni impetum faciunt. Plures omnino facibus qꝫ armis erant instructi, quibus intra muros compulsis, Romani alacri animo munitiones inuadunt. constituerant Pœni, instructo agmine, intra muros acie, si opus esset, dimicaturi. Erat intus campus late patens, pugnæqꝫ conserendæ non inhabilis. Martiani milites hostem aspernari, quorum pręcipua pars, lapidibus, aut contis erat instructa, cupide in prælium ruebant, fuissetqꝫ, loci iniquitate, clades nocte illa non mediocris accepta, nisi Scipio, penes quem omne deletæ Carthaginis decus fuit, tum vero tribunus aliquot cohortes ingruenti hosti mature obiecisset, per quas militibus turior fuit ad suos receptus, quod facinꝰ plurimum illi laudis

Masinissa delirus habitus.

Naualia Carthag.

artulit. Perseueratum inde a premendo hoste. Cæterum exercitus, qui erat supra stagnum, grauitate cœli affectus, classe in apertum educta, in salo constitit. Inde quum ventus a terra spirare cœpisset, Carthaginienses scaphas sarmentis plenas, easqꝫ eximprouiso incensas, in Romanorum naues plenis velis immisere, quo contigit, vt tota pene classis, vno tempore, deflagrarit. Abijt Martiꝰ inde Romam ad comitia consularia habenda, Manlio ad obsidionem relicto. Ibi hostes alterius consulis discessu audaciores facti, noctu Mãlij castra inuadũt, cœptaqꝫ erant iam munimenta transcendi, quum cæteris metu torpentibus Scipio auersa parte castrorũ, cũ equitibꝰ egressus, facto i Pœnos impetu, eos a vallo repulsos in vrbem compulit. Auxit Scipionis famam recens hoc facinus. Secutæ postea frumentariæ expeditiones, in quibus quum cæteros tribunos, qui frumẽtatoribꝰ pśidio aderãt, Phameas Pœnorũ pfectꝰ assiduo incursu fatigaret, cũ Scipio ne nunqꝫ est ausus congredi, eius diligentiam in disponendo pręsidio veritꝰ. Metu itaqꝫ Barbarꝰ pśio abstinebat, quum milites Scipionis ductu frumentarentur. Cæteri tribuni eam laudẽ Scipioni inuidẽtes, veterem Phameæ amicitiã cũ Scipionibus esse dictitabant, haud propterea mirum videri oportere, si cũ vno Romanorũ omniũ ille pactas haberet inducias. Maius inde facinus secutũ. Statuit Mãlij Hastrubalẽ, qui ad Neepherim castra habebat, cũ maxima parte exercitus inuadere. Vbi vero ad flumen ventum est, quod vno vadari loco eoqꝫ peranguste poterat, vbi exercitus transmitti cœptus est, Scipio loci malignitatem intuitus, ducem imminẽtis periculi admoner, quid enim fiat inquit, si quod olim, parum prospere a nobis dimicatum fuerit, si ue hostis de industria pugna abstineat, instetqꝫ nobis abeuntibus, nonne clades hic memorabilis erit accipienda? Vadũ proinde inhibeto Manli, ac prospice priusqꝫ in vlteriorẽ ripam euadat miles, qua ratione incolumis exercitus a te in castra reduci possit. Obtemperasset Manlius Scipioni, vt homo nõ multum rei bellicæ peritus, nisi cæteri tribuni Scipionis imbelliam arguentes vltro ad hostem ire suasissent. Excepit Hastrubal veniẽtem Manlium prælio, ac posti mutuã cædẽ editã suos in castra recepit, ac tã diu se tenuit, quo ad Romanos circa vadum sua sponte turbatos intuitus est. Tum vero præsentẽ occasionẽ amplexus, postremum agmen a tergo & lateribus tumultuose inuadit. Ingẽs strages cõfestim edita, sed multo maior secuta esset, nisi Scipio cum duabus alis equitũ obequitando, iaculãdoqꝫ Pœnum a suorũ cæde distinuisset. Perierũt tamẽ, quũ alij multi tũ tres tribuni militũ, qui trãsmittendi exercitus fuerãt autores. Et iam propemodũ in tutum abierat exercitus, quum cognitum est quatuor cohortes abesse, quas primo hostiũ incursu a suis exclusas, Pœnus in quodam circunfederat tumulo. Ad eas obsidione eximẽdas reuersus Scipio, præter spem omniũ, fusis sua statione hostibus incolumes reduxit. Eratqꝫ per hæc ingens fama, nõ solum inter suos, sed apud hostes etiã Scipioni cõciliata. Legati q in Aphrica fuerãt vt res tot cladibꝰ afflictas inspicerent, insigne virtutis testimonium illi apud senatum præbuerunt. Masinissa interea decrepita ætate & corporis ægritudine confectus, vbi se morti propinquum sensit, Scipionem ex castris ad se vocauit, qui prusqꝫ eo occurrisset, rex vita decessit, supremaqꝫ voce filijs mandasse dicitur, vt Scipionis dicto obedientes essent. Erant illi filij complures, sed horum tres duntaxat legitimo toro nati. Perijt nonagenarius, adeo prospera

Ro. classis cõcremator.

Scipioni inuidia conflat.

Masinissę interitus.

& viuida



& viuida senecta, vt in numerosa sobole quadrimum filium reliquerit, quem sex & octoginta annos natus genuit. Sunt Plinius, Liuius, & Appianus autores. Regnum a Maurisijs oceani accolis, vsqꝫ ad Syrenaicos fines, per mediterranea, propagauit. Syphacem regem potentissimũ, & hostẽ suũ quod eiꝰ felicitatis cumulo accessisse videri potest sua manu cepit. Scipio regis filijs pellicibꝰ procreatis pro cuiusqꝫ dignitate aliqua tribuit. Regnum & thesauros vt tres legitimo thoro nati haberent decreuit. Micipsam qui horum maximus natu erat in paterno solio Cyrthę collocauit. Gulussa pacis bellicqꝫ summã curare est iussus. Mastabam, siue vt alij scribunt, Stanabal, iustitiæ cultor, egregieqꝫ Græcarum literarum sciens, ius populis diceret. Estqꝫ Gulussa cum Numidarum auxilijs in castra adductus, cuius opera Phameæ licentia cum suo equitatu euagandi breui cõpressa est. Nec Phameas multo post cum Scipione in colloquium venit, pactusqꝫ sibi & suis salutẽ, fideqꝫ in id ab eo accepta, cũ duobus milibus equitũ, &. CC. ad Romanos transijt. Qui a Manlio cum Scipione Romam missus, benigne est acceptus, purpureaqꝫ veste, aurea fibula, & phalerato equo a senatu donatus. Addita hisaurea arma, & cum his magnũ argenti pondus, tabernaculumqꝫ cũ lauta supellectile. Et Phameas ita publice ornatus, ad bellum in Aphricam est reuersus, quo tpe Calpurnius Piso, qui in sequẽtem annũ consul creatus erat, in prouinciã ad exercitũ traiecit, & L. Mancinus præfectus classis cũ eo. Vbi vero in prouinciam venere, Calpurnius Aspida vrbe frustra oppugnata Hippargetem circunsedit arce, mœnibꝰ, & portu, insignẽ, medio tractu inter Carthaginem & Vticam, eam Agathocles Syracusanus ad vsum belli, summa ope cõstruxerat. Hic Romano consuli sedenti fluxit ętas, nulla interim re memorabili gesta. Necigit Hippargeta potit, aut cum Hastrubale vspiam congressus, Vticam in hyberna concessit. Carthaginienses his modicis rerum successibus supra modum elati, ad Micipsam & Mastaban miserunt, vt secum in partibus esse vellent. Miserũt & ad Maurisios, qui eam gentem ad arma concitarent, nec intra Aphricæ fines se illorum conatus tenere, sed in Macedoniã quoqꝫ ad Andriscum legatos destinãt arma & pecuniam polliciti. Erat Andriscus homo obscuro loco natꝰ, qui hanc fabulam commentus, vt se Perseo rege ex pellice ortum prædicaret, ac sub id tempus quo pater cum Romanis bellare cœpit, Cyrthesę quidã occulte alendum datum, vt si aduersa esset fortuna præsenti bello vsus, aliquod velut semen regiæ stirpis extaret. Mox capto Perseo & extincto, Adramitiꝫ (est id Phrygiæ oppidum) vsqꝫ ad. XII. ætatis annum apud Cyrthesam pro filio educatũ, ob idqꝫ existimasse illius esse filiũ, a quo tã clemenꝫ educaretur. Postremo cum vita ille migraturus esset veram pueri originẽ coniugi aperuisse, tradidisse ei libellum Persei regis annulo signatum, quo ille filiũ alendũ cõmendauerat, quẽ vt illa in occulto vsqꝫ ad pubertatis annos haberet, vltimis precibus fuisset obtestatus, actum demum se iam adultum libellum suæ originis indicem ab ea accepisse, duplicẽqꝫ a patre thesaurũ sibi relictũ, ex codicillo didicisse, monitumqꝫ ab anu, vt Adramito excederet, priusquã res ad Eumenẽ regẽ deferretur, qui fuerat Persei inimicus, in Syriã ad Demetrium venisse, vt ipsius auxilio ad paternũ regnũ restituꝫ retur, hæc ille quũ vulgo prædicaret, tantũ abfuit, vt Demetriũ ad aliquid in Romanos agendum impellere potuerit, vt ob hoc ipsum ne qd ab eo mo-

Micipsa. Gulussa. Mastabam.

Calpurnius Piso consul.

Carthag. conatus.

Andrisci cõmentũ

Prusias.

Nicomedis scelus in patrẽ.

Catonis iocus in legatos.

ueri posset, Andriscũ captum Romã miserit, vnde quum postea ille profugisset, multis vanam nois famã secutis, & tanq ad indubitatã regũ stirpẽ coeuntibus (ipse quidẽ se Philippũ nominabat) breui totã Macedoniã occupauit. Ad hunc igitur Carthaginienses miserant, vt bellum per partes gerendum in Romanos susciperet, quos ex professo iandudũ sibi hostes factos nõ ignorarat. Ille per id ipse Thessaliã occupare conatus, fecisset se voti cõpotẽ, nisi a Romanorum legato & Achæorum auxilijs fuisset inde depulsus. Hæc foris. Romæ interea quũ L. Scribonius tribunus plebis legem promulgasset, vt Lusitani qui a Sergio Galba venissent in Galliam, contra fœdus in libertatem restituerentur, suasitqꝫ eam legẽ M. Cato quum sextum & octogesimum ageret vitæ annum. Galba veritus ne ea rogatione dãnaretur, duos filios prętextatos, et Sulpitij Galli filium, cuius erat tutor in conspectum populi dedit, atqꝫ ita pro se miserabiliter est locutꝰ, vt ea sit rogatio antiquata. In Bythinia interim Prusias Rex humillimi cuiusqꝫ ac profligatissimi fautor, Nicomedis filij interficiendi consilium cœpit, dum consultum cupit minoribus filijs quos tulerat ex nouerca, quam Nicomedi superduxerat. Nicome Cæterum adolescens quũ ex ijs quibus erat id negocium a rege iniunctũ, quid in se pararetur resciuisset, illorũ hortatione scelus scelere discussit, factoqꝫ ex improuiso in regiã impetu, patrẽ expulit. Nec ita multo post ex ignotis latebris extractũ suis interficiendum tradidit. Fuit huic Prusiæ alter filius, qui vt Liuius & Plinius tradunt, vnũ os continens habuit, ꝓ superiore ldentiũ serie. Sed priusqꝫ parricidio Nicomedis regia fœdata esset, placuit se natui tris in Bithyniam legatos mittere, qui inter Nicomedem & Prusiam domesticam discordiam componerent. Forte ita euenit, vt legatorum vnus caput multis haberet cicatricibus sparsum, alter pedibus laboraret, qui reliquus erat socordi & stupido haberetur ingenio, in quos M. Cato haud insulse cauillatus, eam legationem capite pedibus & corde carere dixit. Nec in Syria per id tempus, quo hæc alibi gerebantur, res in ocio fuere. Enimuero Alexander post Demetrij interitum, regias opes ex insperato adeptus, adeo se omnibus voluptatibus immersit, vt in ganeo & lustris iacentem fœda libido vinctum teneret. Administrare interim pro eo regnum Hammonius quidam, qui per regũ necessitudines ferro grassatus, Laodicen, quæ fuerat Demetrij, cũ filio Antigono, & ex regijs amicis qꝫ plurimos interfecit. Hæc Liuius. Cæterum quod ad Demetrij stirpem attinet, Trogus initio eius belli quo Demetrius est regno & vita spoliatus, duos ipsius filios adhuc paruos, cũ magno auri pondere, Gnydio hospiti ab eo commendatos, vt si quid aduersi eo sibi bello accidisset, filij vbi per ætatem adoleuissent, se & regnum iuxta vindicarẽt, quod quasi futurum diuinasset, ita nec aliter accidit. Maior horum Demetrius pubertatis annos ingressus, audita Alexandri luxuria, cum non parua auxiliariorũ manu, quam Lasthenes Cretensis ei detulit, Ciliciam ex improuiso occupat. Alexander longa ebrietate experrectus, Appollonio in humiliore Syria relicto, Antiochiã pficiscitur, vt primis hostiũ motibus, & in ipsis Ciliciæ finibus, occurreret. Apollonius in Phœnicia relictus, cũ magno exercitu Iudęa ingreditur, Ionathã insimulãs, qꝫ in summo motu Syriaci regni, vnus omnium ociũ teneret. Vi igitur expressurus quod sponte nõ dabatur, Iudæos vt cũ ipso duce in æquũ descẽderent, euocabat. Quibus verbis Ionathas irritatus,

Demetrius Demetrij filius.

cum decẽ milibus peditũ, Ioppe maritima vrbe occupata, in Azoti cãpos ferociter est hostem secut⁹, quo per speciem fugæ eum Apollonius traxerat, ratus fore, vt Iudæos campestri loco adeptus, facile equitatu, quo plurimum pollebat, debellaret. Nec Ionatam præterijt hostium consilium. Bipertito itaq; Iordanẽ transgressus, qua inter Azotũ & Ioppen amnis in Syriacũ mare labitur, cũ Apollonio cõflixit, iussiq; sunt Iudæi, qui in prima acie dimicabant, facta testudine, sagittarum & telorum vim ex aduerso cadentium excipere, atq; interim præliũ distrahere, quo ad hostẽ fessum telisq; exhaustum, sensissent. Id in causa fuit, vt ad noctem vsq; sit certamen protractum. Tum vero facta a Iudæis impressione in aduersam Syrorum aciem viribus & telis exhaustam facile fundunt porroq; fugant. Ad Azorum vsq; victor Ionathas fugientes est secutus, vrbeq; primo impetu capta, maioribi cedes quam in prælio edita est. Ad octo milia hostium cæsa dicuntur. Vrbs cum Dagonis templo incensa. Pari successu Ascalonitas subegit, quibus nulla maiore clade, ob voluntariam deditionem, affectis. Hierosolymam se victor recepit. Alexander, audita suorum clade, siue quia ita euenire voluerit, siue ad iniuriam, quod propius vero est, eaꝫtem porum nouitate dissimulandã, Ionathę victoriam gratulatus est, laudauitq; maxime, ꝙ ex sententia sua, temerarios Apollonij motus cõpressisset, qui suo iniussu res sociorum solicitare esset ausus. Attulerunt Ionathæ qui ad hoc ipsum missi fuerãt, torquem aureum dono ab Alexandro, de tulerũtq; illi regis nomine Accaronis vrbis, totiusq; regionis vrbi adiacentis administrationem. Nec ita multo post Ptolemæus Philometor, cum terrestribus & maritimis copijs in Syriam trãsijt, vt genero esset auxilio. Sed parum abfuit, quin rex Apollonij insidijs perierit, quod ille quum per literas & legatos apud generum questus esset. Nec Apollonium ad supplicium requisitum dari vidit, suspicatus quod erat, non sine Alexandri consilio se capitalibus insidijs petitum, vt cum eo omnia iura affinitatis & amicitiæ solueret, Cleopatram filiam ademptam Demetrio iuniori Demetrij filio, icto cũ eo aduersus Alexãdrum fœdere locauit. Atq; ita Antiocheni Hammonio præfecto Alexandri interfecto ab Ptolemæo solicitari cœpti sunt, vt ab Alexandro deficerẽt. Nec vt id fieret maiore vlla persuasione opus fuit. Oderant vulgo Antiocheni Alexandrũ quum ob ipsius mollitiem & desidiam, tum quia Hammonij crudelitate sub eo male habiti essent. Alexandro itaq; eiecto Ptolemæum regẽ salutant, duplicique diademate coronant, Aegypti vno, altero Syriæ. Ille Romanorum inuidiam veritus, cum Antiochenis egit, vt Demetrium reciperent, pollicitus fore, vt nunquam eorum cuiquam apud illum fraudi esset, ꝙ a Demetrio patre defecissent, qui, quibus assentientibus Demetrium ex Cicilia, cum exercitu euocat, cum quo iunctis armis, haud procul Antiochia Alexandrum prælio vicit. Accepit Ptolemæus in ea pugna aliquot vulnera, quum equo elephanti stridore cõsternato, ad terrã prouolutus, ægre sita suis seruatus, quo minus hostes, qui cadentem ferro circunsteterãt, eodem quo ad terram defluxerat loco pluribus vulneribus cõfecerint, Alexander magno prælio victus in Arabiam proficiscitur, vbi a Zabilo eius gentis principe ad quẽ profugerat, interfect⁹ est, eius capite ad Ptolemæum regem misso. Perijtq; Alexander in hunc modum cui Balas cognomen fuit. Alij Balæ filium fuisse tradunt. Tenuit Syriæ regnum annos quadraginta Ptolemæ⁹ & ipse haud multo post ex vulnere, quod in prælio acceperat, interijt, cuius defuncti exercitum Demetrius corrumpere conatus est. Cæterum eius fraude cognita, Aegyptiacæ copiæ relictis elephantis, ne maiorem cladem adirẽt, sese in Aegyptum receperunt. Fiscon, qui Cyrenis regnabat, tratris loco Alexandriæ est postea rerum potitus, sed quibus postremo casib⁹ is iactatus sit, loco suo memorabitur. Dum hæc autem in Syria & Aegypto geruntur, haud certe nõ multo antea, Scipionem Rom. quia per ætatem consul fieri non poterat, cum ædilitatis candidatus processisset oẽs eum centuriæ consulem dixere. Negare consul, qui comitia habebat, se eum relaturum, quia contra patrias leges cõsul fieret. Instare populus suaq; comitia esse clamitabat, libera esse popu. suffragia, licuisse sibi semper ac liciturum imperium cui libitum esset demandare, idemq; abrogare cum vellet. Placuit itaq; in præsentem annum legi abrogatum iri, creatusq; est cum Scipione consul Drusus. Cæterum Aphrica Scipioni extra sortem data est, permissumq; vt ex vrbe tantum sibi virium legeret, quantum satis putaret ad supplemẽtum copiarum, quæ in Aphrica essent, ex Latino nomine sociis regibus & populis auxilia accerseret. Hæc tum Romæ. In Aphrica Piso interim Carthaginem a terra obsidebat, & Mancinus, cuius erat classis imperium, per inuia Carthaginis loca, & ob id omni præsidio deserta, conatus est in vrbem euadere, paucis militum temere murum transgressis, alijsq; ab ipso duce ad id audendum accitis, sub occasum solis pugna maiore Romanorum quam hostium discrimine inita, per totam noctem ad lucem vsq; tenuit. Misit eodem tempore Mancinus ad Scipionem, qui tum primum Vticam appulerat, vt præsto sibi auxilio adesset, iam Carthaginem a suis teneri, verum non sine magno vitæ discrimine, nisi illis mature suppetias ferret. Affuit Scipio pene priusquam affuturus crederetur, acceperat iam Mancinus acre vulnus, atq; vrbe pulsus, sub ipsis mœnibus, ægre Pœnum sustinebat, quum peropportunus Scipionis accessus prælium diremit. Consul receptis ad se nauibus, præfectum classis Romam dimisit. Carthaginiensibus dum bellatum cum Pisone est, adeo animi creuerant, vt ad quinq; stadia vallũ ab vrbe promouerint. Cõtra Romanis acciderat, Calpurnij indulgentia adeo corrupta erat disciplina militaris, vt quicquid hominum in castris erat, institorum cœtus verius cꝫ exercitus haberetur. Id flagitium Scipio haud ferendum ratus præsertim quũ ne victoria quidẽ vlla tã corrupta militia sperari posset, aduocata multitudine militum, ita est vniuersum exercitum pro concione allocutus. Studium & fidem in vos meam satis, ni fallor, hoc biennio experti estis milites, quũ sub Manlio vobiscum militarem, cæterum quod tum vobis tribunus præstiti, nũc imperator a singulis repeto. Quid a vobis fieri velim, quia eorũ quæ facitis satis vobis cõscij estis, malo per vos id intelligi, q̃ a me cum rubore explicari, sed cur non dicã, quæ nisi mature emendentur, aut vestro sunt aut publico malo corrigẽda? Latrocinamini milites, non stipẽdia facitis. Non bellatis, sed negociamini. Quæ subita & pudenda mutatio hæc est, vt veteris disciplinę immemores nihil spectetis, nisi quod ad lucrum & voluptatem pertineat? pro hostibus scorta placent, pro prælijs commercia, pro præda sordidissimus questus, quo factũ est, vt priores obsessis quã obsidentibus striis, magis fugæ cꝫ victoriæ memores. Quod nisi hæc mala rectius alij

Scipio ante legi timos annos fit cõsul.

Māc inus Carthag. irrũpit.

Scipio Carthag. accersit.

Oratio Scipiõis ad milites.

Alexãdri interitus.



alij imputentur, darem hodie operã vt seuera animaduersiõe milites mei documẽto posteris essent, ne militarẽ disciplinã a maioribus traditam, temere amplius fœdarent. Nunc satis habeo admonere vos longe alia ratione post hac vobis militãdum esse, venisseq; me in Aphricã, vt vincã, nõ vt cumulem pecuniam. Proinde edico, vt quicũq; nõ sunt sacramento astricti, confestim ex his castris discedant, nunquã reuersuri, nisi cõmeatum ferãt, cũq; militarẽ & exilẽ, quibus ipse cum questore transigendarũ rerum rẽpus & pretium constituam. Vos qui sacramẽto militatis, meo exemplo bella & negocia obibitis. Laborandum quidem est, dum periculum impendet, lucrum & voluptatẽ ex ipsa victoria percipietis. Præmia et decus fortes & strenui milites, meo ducẽ, assequentur: contra cõtumaces & imbelles ignominiã & supplicium. Hæc fatus Scipio, oẽm inutilem turbã, instrumẽtaq; voluptatis castris expulit, purgatoq; in hunc modum exercitu, copijs noctu Carthaginem bisariam admotis locum in vrbe satis amplũ, cæterum syluestrem & dumis obsitum (Pœni Megaram vocabãt) ex improuiso occupat. Sed malignitatẽ loci Scipio contemplatus, inde abscedere cogitabat, quũ Hastrubal ex Byrsa (eo enim ex tota ciuitate cõcursus per noctem factus fuerat ingens) quoscunq; ex Romanis ceperat, in cõspectu eorum qui Megaram tenebant, naribus, lingua, & auribus præcisis, spirãtes adhuc e mœnibus suspendit, quod feciſſe creditur, vt oẽm spem veniæ Carthaginiensibus præriperet, cogeretq; ad extremũ desperatiõe certare. Quo fœdissimo sæuitiæ exemplo ingens est odium ipsi duci a suis popularibus conflatũ, & Carthaginienses ad pugnam timidiores facti, ne pari supplicio a Romanis capti afficerentur. Hastrubal vbi se suorum odijs flagrare sensit, senatorum ferocissimum quenq;, in eam sæuitiam reclamare ausum, interfecit, per quæ, velut tyrannus super alia mala ciuitati ortus, formidolosus erat suis. Scipio totum Isthmum ab vno litore ad alterum, quinq; & viginti stadiorum interuallo, intra aggerem ab hoste relictum, fossa & vallo muniuit, vt ad iactum sagittæ proxima vrbi castra admouerit, alterã inde duxit fossam in mediterranea obuersam, pari spatio, operecq; non minus laborioso obseptam, teretibus lignis pro vallo accuminatis, longaq; serie defixis, murum postremo vrbi aduersum excitauit, totam Isthmi intercapedinẽ complexus, & in medio turrim eminentissimam, ex cuius fastigio quæ in vrbe fierent, velut ex specula quadam explorarentur viginti dierum spatio, laborioſum alioqui opus, quod vix fidem inueniat, solertissimus absoluit imperator, per quæ, & castra multo iam inde tutiora fuerunt, & omnis commeatus in vrbem importandi hostibus occasio adempta est. Cœpit inde fames sentiri, quæ ne ad perniciem ciuitatis inualesceret, præfectus equitum Bithias cõmeatum ex agris raptum, leuioribus nauigijs impositum, secunda maris tempestate in vrbem occulte intulit. Erat omnino permodicum, quod ita furtim inuehebatur, cæterum id totum Hastrubal triginta milibus hominum, quos ad bellum delegerat, cætera multitudine excluſa, suo arbitrio partiebatur, qua re animaduersa Scipio vt furtiuam illam nauigationem Pœno adimeret, stagni fauces aggere occlusit, magnis saxorum molibus pelago obiectis ne opus vndarum alluuione soluere tur. Ridebant a principio hostes audacissimos Scipionis conatus, velut incassum inexhaustũ aggeri deretur opus, verũ vbi rem illi procedere animaduersum est, metu perculsi, & ipsi intra mœnia quã occultissime portum sibi effodiũt, vt fluctibus eo repẽte immissis, in apertum mare pateret nauigio. Omnis sexus & ætas hic sedulo est operata, tantoq; interim silentio, vt nullus immensi alioqui operis peruenerit ad Romanos sensus. Multæ ad hæc naues ex veteri materia constructæ, triremes quinquaginta numero, quinqueremes præter ea aliquot, sed minora nauigia multo plura, portuq; ad orientem solem repente patefacto, tantum terroris classis ex improuiso foras egressa stationarijs Romanorum nauibus iniecit, vt si continuo in prælium itum esset, momento temporis Pœni potuerint Romanos ea parte debellare. Sed Carthaginem capi necesse erat, loco pugnæ, tumultuoso nauium circumactu contenti, in portum sese, non minus celeriter quam exierant receperunt. Triduũ inde Romanis datum ad naues prælio expediendas. Tum vero acris vtrinq; dimicatio fuit, Pœnis de patriæ salute certantibus, pro victoria Romanis, & spe prædæ quæ capta vrbe opulenta victoribus ostentabatur, annitentibus. Primo quidem læuia Pœnorum nauigia triremibus immixta, subito incursu & recursu Romanas naues minus tali pugnæ habiles, varijs affecere incommodis. Inclinante deinde die, quum Carthaginienses postri die dimicaturi, sese in portum reciperent, minoribus nauigijs illius fauces incidentes, magnam Punicarum partem portu excluſam, in aggerẽ, quem Romani ad stagnũ pelago obiecerant, inuitas auerterunt. Ibi prælio iterũ cõtracto, Romanã classem ad multam noctẽ pertulerunt Pœni. Demũ numero & loco impares fugam capessunt, præter paucas quas Romanus instans intercepit, cæteræ incolumes portum tenuerunt. Postridie Consul vrbem circa Cothonẽ adortus aliquantulũ muri bellicis machinis disturbauit, nec Carthaginienses, quum ancipiti postea periculo tenerẽtur, ab eruptione abstinuerunt, noctu plericq; funibus alligati, vadatimq; per altos fluctus, alij etiã nantes, extinctis facibus Romanorũ operibus silentio insinuati, repẽte, igni iniecto, machinas inuadunt. Flamma nudos hostes prodidit, quæ res Romanos fugã circũspectantes in prælium reuocauit. Cædebantur Pœni inermes hostiũ telis obiecti, sed tanta fuit perficiendi operis cupiditas, vt quidam, defixis toro pectore mucronibus, ferarum ritu per aduersa tela in hostem ruerent. Ibi stationarius miles Pœnorum pertinacia victus, in fugã vertitur. Superuenit Scipio, suorumq; ignauiã increpans, pugnã instauravit. Bellica interim opera magna ex parte iniectus ignis cõsumpsit, quibus corruptis, Pœni in vrbẽ recepti murũ ea parte, qua fuerat discussus, irrequieto reponũt opere. Nec Scipio interea in ocio esse, quin machinis celerius refectis, murũ vrbi propinquum magna contentione statuit, vnde mutuo telorum iactu, assidua certamina fieri. Atq; per hæc æstas illa exijt. Cõsul etsi iam hyems appetebat, militemq; sub pellibus erat habiturus, nihilominus oppida Carthagini circuniecta, & quę Pœnis ad id tempus occulte fauisse credebãtur, e medio tollere constituit, Neepherimq; primo est adortus, quam Diogenes Hastrubalis amicus tenebat. Hinc castris ad duo stadia, pcul oppido dispositis, Galussam negocio præfecit, ipse citro vltroq; ex Neepheri Carthaginem, & rursus inde Neepherim recurrere, vtrorumq; castrorum solicitus. Nec multi dies interesse, quũ ad Neepherim duabus turribus collapsis, Scipio ea parte qua muri procederãt cum quatuor milibus hoim. tumultuose vrbem inuadit

Perora tio.

Hastrubalis fæuitia.

Scipiõis stratagema i Cartha. obsidenda.

Bithias.

Occludũ turs tagni fauces.

Scipio Neepherim expugnat.

Natale prælii.

Cartha. audacia.

inuadit,quem vnum in locum,quum oīm oculos & mētes auertisset,mille milites,qui ad hoc ipsum in insidijs sederant,auersa parte celeriter vrbē occupant,q̄ res animaduersa Neephirenses in fugam vertit.Tum cędes teterrima passim edita est.Appianus, nisi in numero sit erratum, septuaginta milia bellatores imbellesq; eo die cæsos autor est,decem milia in hostium potestatem venisse,& Neepheris post duos & viginti dies quā oppugnari cōpta erat,in hunc modū est a Romanis capta.Multa de inceps loca,quæ merito erant Ro. suspecta partim sunt voluntaria deditione, partim armis subacta, quibus Pœno ademptis,aliquanto maturius Carthago est excisa.Sub initiū igitur veris, Scipio Byrsam expugnare constituit,& portū qui Cothonis dicebatur.Sensit Hastrubal id hostis consiliū, partemq; vrbis iuxta portū subiecta flamma incēdit, ne hostis in seigni grassari posset. Fuit ibi per diē atrox prælium, resistebantq; Pœni magis animo, q̄m viribus longa inedia affecti.Interim Lælius per Cothonis ambitū circunuectus ex aduerso sese hostibus intulit.Tum vero victa propugnatorū pertinacia,Cothonis murus capitur. Hic Scipio inter suos,vt locū vi captū retineret,pernoctauit,postri die quatuor milia militū murum transgressa,templum Apollinis ex proximo inuadunt,auro illitū mille talentorū pondere.Statua qui dem aurea militibus prædę fuit, inde ad cætera loca vrbis occupanda conuersi,vt prima quæq; ædificia,primisq; contigua occupāt,ita diripiunt diruuntq;.Erat interim in Angiportis,ac pene domesticatim atrox prælium, & cum ijs qui tela ex tectis emittebāt laborīosum certamē,plures vere tignis & asseribus circa vias obiectis,velut intra obices dimicātes,vim procul abstinere. Audiebātur interim miserabiles mulierū & puerorū voces,quos aut domorū lapsū & ruina premebat, aut iratus hostis irrumpens ex proximo territabat.Par erat ī tectis dimicatio, atq; circa ima,Romanis per fastidia domorum discurrētibus,vt inde Pœnos deturbarent.Vrbs inde tribus est locis incēsa,multaq; interea ferrum edidit discrimina,sed omnino plura ignis,qui late ædificia cōplexus, alios in penetralibus domorum occlusos, alios tectis insidentes corripiebat.Ingens vix mortalium in Byrsam se trepide recepit,q̄ pars vrbis nouissime oīm fuit expugnata. Sex cōtinuos dies Carthago per partes capta est. Sunt qui plures adhuc scribant,atq; vt quoto quæq; pars loco in Romanorum potestatem venit, ita incensa & excisa est.Et quū iam haud dubia victoria esset, Scipioq; eminentiore loco resedisset, vt quid demum operis actum esset contemplaretur, pauci ad eum coronati perfugerunt.Erat Aesculapij templum in arce opulentissimum, hinc supplices ad Scipionem venere,qui rogarūt,vt ijs qui ex Byrsa (nondū enim recepta erat) excedere statuissent, salutem donaret. cōcessit id Romanus imperator omnibus,præterq; transfugis. Quinquaginta milia promiscuę multitudinis ex Byrsa exierunt.Hastrubal cum vxore & liberis,& noningentis transfugis desperata venia templum nonnihil turati sunt. Demum omnibus fame, vigilijs, labore fessis, Hastrubal occulte ad Scipionem transfugit, quem vbi qui in rēplo erāt ante pedes ducis constituū viderunt,eius perfidiā execrati ædem incendunt, sic melius q̄ per varios cruciatus perituri.Hastrubalis vxor,quū sese quātū in eo rerū tumultu,& vltima desperatione potuit, exornasset,ex aduerso hostiū summo fastigio templi constitit, duobus filijs ante pedes constitutis, ibi alta voce Hastrubalem vt patriæ, coniugis, liberorum proditorem insectata, ambos filios in conspectu patris & Romani exercitus, obtruncat, secq; cum illis in subiectam deiecit flammam. Fuerunt qui scriberent Hastrubalem, vxoris & natorum casu consternatum, vltro mortem oppetisse. Liuius in triumpho ductū significare videtur. At Scipio vbi Carthaginem penitus excisam vidit, vrbem olim præpotētem, quæ tantum terræ,maris,insularum, imperio tenuisset, maritimis opibus, terrestribusq; nulli antiquarum vrbium secunda,audacia & promptitudine longe cunctas superasset,quæ demum armis,presidio,auxilijs destituta, vix trium annorum spacio,fame, flamma, ferro occubuisset,illachry masse dicitur,rerūq; humanarum haud immemor,Homericum illud cū fletu protulisse. Iamq; dies aderit quo concidat Ilion ingens,& Priamus Priamiq; ruat plebs armipotētis. Astabat tum forte illi Polybius eius studiorum comes ac præceptor,qui ab eo familiariter scisciat⁹, ecquid poeticū illud sibi vellet; Romā respondit, de qua humanis rebus pensatis nō possum inquit non esse solicitus. Et Carthago vrbs charissima, atq; vna oīm in terris Romani imperij æmula, ita cōcidit,anno septingētesimo, q̄ condita fuerat, vt fere oībus conuenire video. Eusebius tamen dupli ci supputatione variat,quarū vna duos & .XXX. annos vulgato numero adimit, alter octo & .XL. videtur adijcere. Fuit idem annus Romanæ vrbis quintus circiter ac sexcētesimus. Olympiadis quinquagesimæ octauę ac centesimæ penultim⁹, vt idē autor colligit. Appianus in centesimā & sexagesimam Olympiadē Carthaginis excidiū ait incidisse. Fuit idem a mūdi origine,autore Eusebio,sext⁹ ac quinquagesimus supra quinquies millesimum quum interim Alexander vndecimo loco in Syria regnaret. In Aegypto Ptolemæus cognomento Euergetes, hoc magis crediderim quā quod Eusebius scribit Philometoris Ptolemæi extremis temporib⁹ Carthaginem excisam. In Iudæa Ionathas summo sacerdotio et ducatu fungebatur,in vtroq; Maccabæi fratris successor,& quo Philippus Pseudo in Macedonia est oppressus,& Corinthus in Achaia euersa, vt mox paulo post explicabitur. Pacuuius Brundusinus tragœdiarum scriptor Ennij poetæ ex filia nepos his temporibus nonagenarius perijt. Lucilius qui Romanorum primus scripsit satyram in Auruncis natus, & Polybius Megalopolitanus annalium cōditor cum his floruit, qui Aemiliani Scipionis,vt supra est a me memoratum,vltimo bello Punico comes fuit. Is cū parte classis ab eodem duce accepta, ad Athlantē vsq; monrem nauigasse dicitur. Fuit annus excidij huius, si Eutropius recte colligit, decimus octauus supra centesimum ab eo quo primum Romanus populus cum Pœnis bellare cœpit. Tandiu inter se duo populi de terrarum imperio terra & aquis disceptarunt, quo temporis interuallo, si quies fuit aliquando ab armis,ab odijs cessatum est nunquā. Habuit primū bellum Punicum duos & viginti annos. Mox alterum quod ab eo proxime est gestū sexdecim (sunt qui bienniū huic numero adijciāt. Alij triennium) postremū quo Carthago excisa est tris annos, etsi non defuerunt qui in quartū extēderet. Sed quo minus tpis hoc habuit,q̄ duo priora illa, eo minus & periculi. Enimuero priore illo,vt aliæ dissimulentur clades, septingentæ Romanorum sunt naues diuersis casibus amissæ. In altero quod Barchinus Hannibal gessit. CCCC. Italiæ vrbes sunt, vt Appianus scribit, incendio consumptæ,trecentaq; hoīm milia diuersis prælijs interfecta

Ro. Carthā. irrūpit.

Sex diērū spacio Carthago excisa est.

Byrsa deditur.

Scipiōis lachrymæ in excidio Carthag.

ANNI MVNDI.

Pacuuiꝰ.

Lucilius. Polybiꝰ.

Punicorū bello rū rēpora et clades.



interfecta.Scipio excisa Carthagine,præter aurum, argentum,statuas & signa,quę in publicū redegit, cætera militibus diripienda cōcessit.Nuncius inde euersæ Carthaginis Romā perlatus, incredibili lætitia exultit ciuitatē. Mutuæ primo gratulationes inter ordines fuere, inde læta inter se ciues conuiuia instaurare perseuerarunt,supplicatū circa Deorum aras, actæq; Diis ipsis gratiæ, q̄ vrbs nata ad odia in Romanum nomen exercēda, extremo esset excidio deleta.Missi inde decem legati in Aphricā, qui prouinciæ statum cum Scipione cōponerent, mandatumq; his, si qua adhuc ędificia Carthagini extarent, vt solo æquarentur, vt vrbes quæcunq; eo bello Carthaginiēsibus fauissent ad vnam funditus Scipio dirueret,præmia socijs ciuitatibus cōferret,vt ager qui Carthaginiensium fuerat Uticēsibus tribueretur. Rebusq; in Aphrica ex patrum sententia constitutis, Scipio Romam cum exercitu reuersus celeberrime triumphauit. Estq; per eos dies & de Pseudophilippo triumphus actus, qui ab eo,vt Florus ait,q̄ oris liniamentis fuisset Philippo perquam similis,id fuit nomen sortitus.Cæterum regiam formam & nomen animo quoq; regio impleuit, qui Macedonia vt supra est a me memoratum, ingenti incolarū fauore occupata, regē vna, & Ro.po. hostē se professus in se bellum cōciuit.Obscura hominis fortuna effecit, vt senatus M. Iuuentio prætori eam cū legione vna prouinciam decreuerit, tanq; maiore imperio indignam, apud quosdā P.pro Marco reperio. Ille, non Macedonicis modo, sed Thracum etiam frætus auxilijs Iuuentium prælio congressum,cū tota legione truncidauit. Atq; ita Po. ille,qui ad id tempus veros reges vicerat, dum alienas sordes fecutus cōtemnit, ab imaginario est & scenico rege victus. Secutus inde Qu. Cæcilius Metellus, qui tum consul erat. Is iusto exercitu Macedoniā ingressus,paucis diēb⁹, quibusad hostē venit,cæsam cum prætore legionē valide vlciscitur.Andriscus recenti victoria ferox toris in pugnam viribus descendere ausus,septem &.XX. milib⁹ hominum acie amissis,in Thraciā aufugit,vbi fidem cum fortuna mutatam inuenit. Ab Regulo,ad quē se contulerat,est Romanis traditus. Macedoniam inde receptam Metellus seruitute mulctauit, ex ea victoria Macedonici cognomē adeptus, in Achæos bellum transtulit. Belli causa cum ea gente conflati hæc fuit, q̄ Achaicum nomen erat tum in terra Græcia magnis opibus polens,ac longe maioribus, quā Romani diutius laturi viderentur. Enimuero licet Achæi in ciuitates plurimas diuisi essent,vt est a me alibi memoratū, vnum tamen corpus & vnum imperiū habebant, singularumq; vrbium pericula mutuis viribus propulsabant. Hunc gentis consensum Romanis minuere cupientibus, tempestiuæ Spartanorum querelæ materiam præbuerunt. His Romæ apud senatum querentibus suum agrum ab Achæis hostiliter vastari, respōsum est missuros se in Græciā legatos, ad res sociorum inspiciundas. Mandauit ijs senatus,vt seruata omnibus libertate, Achęorū cōsilium dissoluerent, singulasq; ciuitates proprij iuris esse sinerent, ac si quæ præsenti decreto contumacius resisterēt, eas potestate & imperio cogerēt. Igitur legati ciuitatū principibus Corinthum vocatis,primū omniū publicū Romanorum decretū recitāt. Sunt qui scribāt postulatum,vt vrbes quæ sub Macedonū regibus fuerant,concilio eximerentur. Cæterum,siue hac,siue illa via res primo mota est,tātus furor omnium animos ad inexpectatam rei mentionem incessit,vt peregrinæ conditionis hominibus cæsis,legatos etiā contra ius gentiū temere violarint: dubiū manu an sermone, a Critolao, quod satis constat, violati sunt. Erat tum is Achæi nominis longe princeps. Macedonia igitur recepta patres eā iniuriam armis vlciscendā rati, bellum in Achæos decernunt, ad quod inferendū Metellus vt dixi,ex proximo est profectus. Achæi Chalsidensium & Bœotiorū auxilijs fræti,ad Termopylas Romanis occurrunt.Fit ibi prælium,Græcisq; funesto prælio victis, Critolaus belli autor veneno sibi mortem consciuit. Florus in Aelide præter Alpheum amnē Critolaum a Metello victū prędidit. Liuius prioris opiniōis autor,bis Achæos prælio victos scribit, ad Thermopylas primo Metelli ductu,mox in Isthmo a L. Mummio consule, qui illi successit, atq; secundum eam pugnā omnes Achaicum nomen in deditionem acceptum. Trogus vnius & ipse pugnæ est autor,atq; in coniugū liberorumq; conspectu tanta fiducia a Græcis dimicatum,vt priusquam in pugnam iretur, nonnulli currus educere sint ausi,ad hostium spolia in vrbem deportanda,sed multum ipsi sua spe decepti, fœdaq; cæde prostrati, triste suorum oculis spectaculum præbuerunt.Quidam autores sunt tantum cruoris diffusum eo prælio, vt Cenchreas & Lecheas, quibus duo diuersa maria alatrāt, Achaicus sanguis infecerit. Gentis igitur opibus eo prælio afflictis oīs Achaia cōsestim in deditionem venit, Corinthus metu deserta, præcinente tuba incensa est, & ab imis partibus diruta. Sunt & Thebæ in Bœotia, & calcis publico decreto excisæ, quia pro Achæis in Romanos arma induissent. Atq; ita euenit, vt modico temporis interuallo, tres clarissimæ Græciæ vrbes,cum Carthagine,pene continuatis funeribus,in bustum abierint: quo cōtigit, vt paucis diebus ter sit Romæ triūphatū, vt Appianus & Eutropius scribunt, a Scipone, Metello, & L.Mummio. miror Appianum centesima & sexagesima Olympiade hęc facta prodidisse, quum clarissimos autores habeam, & in his Plinium senio rem, qui captam & excisam Corinthum tradidit anno tertio cētesimæ olympiadis, sextæq; & quinquagesimæ, qui fuit vrbis Romæ sexcentesimus octau⁹, q̄q; ne Plinio quidē quod ad vrbis annos attinet tēpora omnino constare videantur, si vera sunt q̄ Liuius & Eutropius tradūt, qui tertiū bellū Punicū anno altero et sexcētesimo ab vrbe cōdita initū aiunt, triennioq;, aut vt alij scribunt, quadrienio ad exitū perductū, quo colligitur, annum illū sextum ac sexcētesimū fuisse Romanæ vrbis, quo Corinthus excisa est, si in idem tēpus Aphricanus & Achaicus triumphus cōciderunt. Sed aliquanto postea de Corintho triumphatum est, vt Liuius significare videtur, quę res effecit, vt a Plinio pigeat discedere, Mummius qui Corinthum deleuit, ea fuit continentia (Liuius id & Cicero meminerunt) vt ex præda graiarum deliriarum referta nihil attigerit, aurum, argentū, & cætera metalla, quæ in statuis alioq; vrbis apparatu fuere Corintho incēsa, in vnum defluxere. Placuit verficolor materia, æsq; Corinthiacum nominatum, & inde Corinthiaca vasa, quæ Romanā luxuriam supra modū exercuere. Dubiū, a materia an ab opere fuerit his nomen inditum, quum satis constet id vasorum genus prius in vsu esse cœpisse, quam Corinthus sit excisa. Tria huiusmodi genera æris, candidum vnum, argenteoq; nitore, in quo mixtura illa præualuit. Alterum in quo fulua auri natura. Tertium æqualem habuit vtriusq; temperiem. Et Romani tam prospere, vno tempore, in Aphrica, Macedonia

Publica lætitia ex interitu Cartha.

Andriscꝰ deditur.

Violātur legati Romāi. Corinthi.

Bis Achęi a Romanis victi.

Cędes in gens Achæorū.

Aes Corinthiacum.

Corinthiaci æris colores.

nia,& Achaia,debellarũt. In Hiſpania per id tempus,graue bellum,ſed autore quidem pudendo eſt Romanis ortum. Viriatus homo obſcuro ſordidoq; loco natus,ex paſtore primum venator factus,& mox ex venatore latro,ad poſtremum iuſtiquoq; exercitus dux,vniuerſam occupauit Luſitaniam, quo motu tantũ incendium exarſit, vt quatuordecim ferme annos vltra citraq; Iberum, vario ſit marte de Hiſpaniq; poſſeſſione certatum. Primo M. Vetilium prætorem barbarus hoſtis cepit, Viriatiũ bellũ.

Qui Ro. duces a Viriato victi.

fuſo fugatoq; eius exercitu.Eutropius Sextum pro Marco poſuit, cæſoq; exercitu ducem ipſum ægre fuga ſeruatum.Nec multo meliore euentu C.Plautius poſtea id bellum adminiſtrauit, qui pluribus prælijs fractus, fugienti ſimilis ceſſit in pacatum. Claudius inde Vnimanus, & ipſe quidem prætor tertio eſt loco in Viriatum & Celtiberos miſſus. Cæterum huius fortuna non modo non proſperior fuit, ſed multo etiam fœdior, magiſq; pudẽda clades accepta.Fuſus eſt eius ductu magnaq; ex parte cæſus Romanus exercitus, trabeas, faſces,cæteraq; magiſtratus inſignia, quæ victor hoſtis ceperat, in Trophei ſpeciem, iſs montibus quibus latrocinari erat ſolitus, ſuſpendit.Erat hic rerum ſtatus in Hiſpania,quum in Syria Ionathas Hieroſolymitanæ arcis recuperandæ cupidus(adhuc enim a tranſfugis & regio præſidio tenebatur)cum magna ſuorum popularium manu eam oppugnare aggreſſus bellicis operib⁹ hoſtem fatigabat, cuius obſidionis fama Demetrius commotus(is ille eſt qui Ptolemæi auxilijs regnum recuperauit)ex Antiochia cum exercitu Ptolemaidem venit,quo Ionathas accerſitus, & obſequio & muneribus adeo ſibi regem conciliauit, vt ex ſuſpecto & inuiſo, amicus ſit illi factus,aliquotq; donatus immunitatibus priſtinam retinuit dignitatem. Demetrius vbi omnia circa ſe pacata vidit, præter Cretenſes & eos,quorum præſidio ſeptus ad repetendum regnum venerat,cæteros milites exautorauit, vnde vix credibile eſt quanta illi inuidia ſit orta,a veterano exercitu præſertim, quum ex illius edicto, ne frumentum quidem amplius,quod ſub cæteris regibus conſueuerant, veterani acciperent. Huius militaris odij haud ignarus Diodorus Apamenſis (Triphon huic cognomen fuit)ad Malchum Arabum quendam,apud quem Antiochus Alexandri filius alebatur,occulte profect⁹, primo docuit quãto Demetrius rex apud milites odio flagraret,inde vti ipſe in animo haberet puerum in paternum regnum reſtituere. Igitur cum eo egit, vt Antiochum ſibi traderet,quem apud exercitum commẽdaret,haud dubie futurum affirmans,vt confeſtim eo inſpecto,arma aduerſus Demetrium moueren-tur. Aegre id eſt a Malcho impertratum, regio alumno patria charitate meruenti,tradidit tamẽ Diodoro puerum, fidem viri & autoritatem ſecutus, nec longior inde mora fuit,puero in Syriam addũcto, ſecuta eſt ſtatim militum defectio, etſi iam antea parum pacate Syria agebat multis ciuitatibus regis inertiam auerſantibus. Ad eum domeſtico iam antea bello implicitum Ionathas miſit,qui peterent, vt ex Hieroſolymitana arce præſidium deduci imperaret, quod ille non ſolum ſe facturum reſpondit, ſed multo etiam maiora volentibus Iudæis conceſſurum, modo in ſubita defectione militum, ſibi copiarum inopia laboranti, auxiliares mitterent copias. Id nihil grauate Ionathas præſtitit, triaq; Iudæorum milia ad regem miſit, quibus ille vſus Antiochenos, quorum defectione fuerat in arcem compulſus, igni ex ipſa regia in priuatas domos iniecto, factoq; a præſidiarijs in ciues incendio conſternatos impetu, regiam ciuitatem ad offi cium retraxit. Sed tantum abfuit vt eo nomine ſit Demetrius Ionathæ & Iudæis gratificatus, ꝙ multo minacius quam antea tributum exigere ſit ador tus,exegiſſetq;, vt ſiquando alias,acerbiſſime, niſi Diodotus interea regem ipſum maiore negocio occupaſſet, quippe qui Diademato pueroi mediũ prolato, concitiſq; ad arma militibus cum valido exercitu, ad Demetrium expugnandum eſt profectus,victumq; prælio in Seleuciam cõpulit, vnde illẽ poſtea Parthicum eſt bellum molit⁹. Hæc alij. Trogus Demetrium bellum Parthis intuliſſe auctor eſt, ad abolendam ſegnitiæ maculam,quæ in cauſa fuerat,vt multæ, velut proximo eſt loco proditum, ab eo ciuitates defecerint,conſtãti fama inſtructus orientis populos Demetrij acceſſum non inuitos audire propter Arſacidæ Parthorum regis crudelitatem,qui veteri Macedonũ imperio aſſueti, indigne noui regis ſuperbiam ferebant. Perſarum & Elimeorum Bactrianorumq; auxilijs fult⁹ Demetrius, pluribus prælijs Parthos ſuperauit,ad poſtremum pacis ſimulatione deceptus ab hoſte, vt ille ait,ex victore in victi poteſtatem venit,traductuſq; velut in triumpho per ora populorum, in eo Arſacides temperauit,ꝙ dolo captum nulla maiore affecit clade,in Hircaniam tantum ablegauit vbi benigne etiam ſit cultus pro dignitate priſtinæ fortunæ.Tum demum Diodotus Antiocho Demetrij priuigno,cui tutor ab exercitu datus erat inſidiatus, puerum e medio ſuſtulit, eoq; ſublato aliquandiu rerũ in Syria eſt potitus, donec ab altero Antiocho Demetrij fratre minore natu, qui, vt loco nõ multum diuerſo diximus, Apud Gnidiũ hoſpitem fuerat cum fratre educatus, ſeq; ad id tempus in Aſia tenuerat,regnũ vi eſta Theodoto receptum. Atq; ita Trogus rem digerit: quod ſi ſic eſt, Ioſepho & Liuio parum conſtitit,quo caſu Demetrius Syria excidit. Diodotus igitur priuſquã Antiochum puerum opprimeret, Ionatham ſtatuit e medio tollere, qui regem ipſum,etſi adhuc puerũ, vnice tamen coleret, vtpote qui multas maritimę Syriæ vrbes quæ adhuc in partibus Demetrij erãt, ad illius obſequium partim vi,partim ſtudio traxiſſet: qua expeditione Ionatham inter Tyrum & Galileam, hoſtium inſidijs circunuentum, cæteris metu dilapſis, cum quinquaginta fortibus viris qui circa illũ dimicabant, hoſtes non ſolum ſuſtinuiſſe aiũt,ſed loco etiam ſubmotos,totaq; planitie ad Cedeſſam vſq; actos, ad duo milia interfeciſſe. Sed fides rei huius ſit apud Ioſephum, qui tam feliciter a tam paucis dimicatũ prodidit. Ionathas præſenti ſucceſſu elatus, vbi Hieroſolymam eſt reuerſus,Romã legatos miſit,qui cum ſenatu de fœdere renouando agerent,iidem Lacedæmonem ire iuſſi ſunt, atq; cum Spartanis memoriam veteris cognatiõis iam inde ab Ario eorũ rege cum Onia ſuſcitatã, inſtaurare. Vtrobiq; legati feliciter ſunt mandata executi. In Iudæa interea tres erant velut ſapientum ſectæ,Phariſſæi, Eſſeni,& Saducei. Fato gubernari quædam non tamen omnia Phariſæi arbitrabantur, cætera quæ accidant per ſe conſiſtere. Eſſeni fato cuncta fieri affirmabant. Nihil eſſe quod hominibus non illius decreto eueniret. Saducei nihil factum eſſe exiſtimare, neq; inferiora aliter quam hominum arbitrio diſponi,vt hi ſi bimetipſis bonorum iuxta malorumq; omnium autores eſſent, ꝙ ſi,quis fatum pro prouidentia accipiat, haud multum Phariſſæium dogma ab epicureo diſcrepare reperiet, vt Eſſenicũ a Stoico, Saduceum

Viriatiũ bellũ. Vincitur Demetrius. Ionathæ ſucceſſ⁹. Capitur Demetrius fraude. Salaſſor̃ origo & ſitus. Ionathæ virtus. Phariſſæi Eſſeni. Saducei. Salaſſor̃ excidiũ. Syllan⁹ a patre damnat⁹ Numantiæ ſitus. Numatiorũ fe rocia. Valetia aquibus condita.



duceum a Leucippo & Democrito.Demetriani duces,qui ad Cedeſſam ab Ionatha victi fuerant, vt aliquãdo ignominiã ibi acceptam ſibi demerent, citato agmine Iudæam inuadere conſtituũt. & iam profecti curſum in hoſticũ intenderant,quũ Ionathas ſubitis nuncijs exercitus,ad Anathetidmen illis occurrit, & iam caſtra ad quinquaginta ſtadia inter ſe propinqua erant, quũ hoſtes ſuis viribus diffiſi,nã & miles paucis ante diebus victus ad fugam potiuſquam ad pugnam ſpectabat, noctu vaſa coligũt,incenſaq; & vaſtata,quacunq; irent, regione in pacatum conceſſere. Ionathas ad hoſtium caſtra progreſſus, vbi ea deſerta vidit, conuerſo in Nabatheos curſu, oẽm gentẽ in deditionẽ recepit. Simon eius frater & ipſe magno quidem ſucceſſu in parte Syriæ Ioppem littoralẽ vrbem,ad deditionem compulſam,valido firmauit præſidio. Et iam res Iudæorũ vbiq; lætæ erant, Ionathaſq; bellicis curis liber vrbẽ magno ſtudio mœnibus & ædificijs excolebat,pariq; iduſtria Simõ oppida vrbi circuniecta,aduerſus omnes bellorũ impetus, fratris iuſſu,præſidio & opere firmabat. Adeoq; per hæc res illorum creuerant, vt Ionathas,qa armis nõ poterat,fraude ſit a Diodoto oppreſſus. Sed quibus ſit ille dolis captus haud multo poſtea memorabit. Nunc ad Romanorũ geſta, vt omnia ordine diſſeranẽ, reuertitur ſtilus. Eñuero dum in Syria hæc geruntur,per id tempus, aut certe non multo prius, Appius Claudius conſul Salaſſos,gentẽ Alpinam domuit. Hos Tauriſcorum ſobolem credidit Porcius Cato. Tenuerunt Salaſſi regionẽ in Alpibus profundam,vndiq; altis rupibus inacceſſam. Eam Durias amnis interfluit,Padi incola ortus in eodẽ Alpium iugo,quo & Druentia, qui Rhodano infunditur. Habuit Salaſſorũ terra aurifodinas quas olim poſſedit gens ipſa, quum potentatu valeret, afferebatq; illis adiumẽtũ maximũ ad ęrarias effoſſiones,& aurum diluendum Durias,qui pluriſariã iam diductus quum exinanito pene alueo cæteros accolas deſtitueret, neq; tot ſuppeditaret terris, aſſiduis finitimorũ cerraminibus diu gentem ipſam exercuit. Sed poſteaq; Romani ſunt rerum potiti, aurificium Salaſſi & agrum amiſerunt, quum ſic quoq; aquã & aurifodinas publicanis venderent, vectigalium auaritia effecit, vt Romani prætores ac prefecti,qui in finitima loca mittebantur, ſæpiꝰ cum his vi & armis diſceptauerint. Verum fuerit ne tunc hæc,an alia cauſa Salaſſici belli,haud facile dixerim. Ab Appio Claudio conſule,qdꝰ ſatis con ſtat,armis domiti ſunt ſub id tempus quo Carthago & Corinthus vrbes excidio ſunt deletæ. Procedente deinde tempore,ex occaſione ſæpius rebellãtes,Romana in ſe arma irritarũt,potiuſquã exercuerunt. Auguſtus princeps eam gentem poſtremo deleuit,vniuerſoſq; ſub corona vendidit. Sex &.xxx. capitum milia vno tempore vænierunt. Is mortalium numerus tum fuit in tota gente. & in his octo milia,qui arma ferre poterant. Sed hæc multo poſt geſta. Ea vero tempeſtate,qua cũ his primo eſt belatum,recentior quidã Pſeudophilippus Macedones ad arma concitauit, nihilo tñ meliore quã antea Andriſcus euentu. L. Tremilius Queſtor tumultuarium hoſtem medio rerum conatu victum exercitu & vita ſpoliauit. Eſt & in Hiſpania proſpere bellatum. Cęcilius Metellus proconſul Celtiberos cecidit,& a Q. Fabio Maximo,q pari poteſtate cũ exercitu in Luſitania erat,magna eiꝰ pars eſt armis ſubacta,circũducto ad ſingulas vrbes exercitu, infregeratq; Fabius vſq; adeo Viriati opes, vt iam in poſſeſſione victoriæ Romanus eſſet. Cæterum eã ſpecioſe ademptam Pompilius qui Fabio ſucceſſit,nimia vincendi cupiditate fœdauit,qui dum finire bellum nimis properat,perdidit omnem fini ti laudem,domeſticis percuſſoribus hoſti ſubornatis, qui quum ille ſæpius victus iam deditionem agitaret,eam gloriam victo contulit, vt aliter vinci non potuiſſe videatur. Liuius Seruilij Cæpionis cõſilio Viriatum interfectum autor eſt, qui quum percuſſores patratæ cædis præmia repoſcerent, reſpondiſſe fertur(vt pudendum credo conſilium celaret)nunquam Romanis Placuiſſe imperatorem a ſuis militibus interfici. Periit Viriatus. XIIII. anno ex quo bellare cum Romanis cœperat, dux maximus,& qui cum hoſte congreſſus ſæpius viciſſet. Eum extinctum barbari honorificentiſſime funerarunt. Romæ per id tempus puer natus eſt ex ancilla quadrupes & quadrimanus,quatuor oculos, totidemq; aures habens, duplicis natura, atq; vtraq; virili. Cæterum quum pax alibi eſſet, cum Hiſpanis gente nata ad Romana arma exercenda, mutuis cladibus bellabatur. Q. Pompeius conſul, cum Termeſtinos in ea terra domuiſſet,a Numantinis, cum quibus Viriato adhuc incolumi contractum fuerat bellum, ſuperatus ignominioſam cum his pacem compoſuit. Fuit Numantia in Vracis, qui Celtiberiæ partem ad Carpentanos & Tagi fontes obuerſam tenent, colle modice edito ſita, ſine muro, ſine turribus,a quatuor milibus Celtiberorum quatuordecim annos ita defenſa, vt plericq; Romanorum duces ignominiam inde, pro victoria, reportarint. Raro vnquam ciuitas vlla iuſtius in Romanos arma induit, Sedigenſes ſocios & conſanguineos ſuos, Romanorum manibus elapſos, Numantini in vrbem acceperant. Pro quibus multa deprecati, quum nihil a Ro. Po. impetrareꝰ, abſtinentq; interim omni belli contagione, iuſſi arma deponere, id ita eſt a barbaris acceptum, quaſi manus ſibi cum armis adimerentur. Megara igitur duce arma capiunt, Pompeiumq; prælio victum quũ debellare potuiſſent, fœdere, vt proximo eſt loco demonſtratum, vadari maluerunt. Romæ interea, luſtro condito, cenſa ſunt. CCCXXVIII. milia ciuium. Ex Macedonia, per id tempus, legati ad ſenatum venerunt, multaq; ſunt de Iunio Syllano prætore queſti, ꝙ prouinciam fœde ſpoliaret, pecunijs a quocunq; acceptis, adeo rei indignitas mouit ſenatum, vt ad vnum omnes cognitionẽ ſuper ea re decernerent. T. Manlius Torquatus Syllani pater a ſenatu impetrauit, vt eiuſmodi ſibi cognitio mandaretur, futurũ vt omnes intelligerent ſe ex ea familia natum, in qua plus leges omni temporeva luiſſent, quam natorum charitas. Id quũ facile impetraſſet, priuato iudicio, more maiorum, domi ſedens filium adeo acerbe condemnauit, vt ſuſpendio ille vitam finiuerit. Additum ignominiæ ꝙ ne funeri quidem intereſſe voluit. P. deinde Scipione Naſica, cui Serapioni fuit cognomen, & Iunio Bruto conſulibus. C. Macienus accuſatus quod tribunos plebis, ꝙ exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatus, ac diu virgis ſub furca cæſus, ſeſtertio nummo vænijt. Quidam autores ſunt, hos conſules, quod alio eſt loco nec multum hinc diuerſo dictum, a trib. plebis in carcerem adduci iuſſos, quia in habendo delectu ab his impetrare nequiuiſſent, vt denos ciues quos præſentis militiæ immunes eſſe voluiſſent, ſua cauſa paterentur eo munere vacare. Poſt tribunitias contentiones Brutus in Hiſpaniam profectus, iis qui cum Viriato militauerant, agrum & ſedes ad habitandum aſſignauit, Valentia vocatum, quo tempore in eadẽ

terra M. Popilius (apud quosdam Pompilius pro Popilio legitur) si is modo ille est, qui Viriatinæ cædis autor extitit, vt Eutropius prodidit, Florus Pompeium pro Popilio posuit. Sed quodcunq; illi nomen fuit, cum Numantinis acie congressus, fusus fugatusq; pacem cum hostibus fecit, quam irrita tam postea senatus habuit. Missus inde ad id bellū C. Hostilius Mancinus, cui clades quæ eo bello accepta est, manifestis fuit signis priꝰ demōstrata. Pulli cauea emissi, & in proximam syluam delapsi, inueniri non potuerunt. Mox nauim ascensuro vox audita est, Maneas Mancine. Profectus nihilo seciꝰ a quatuor milibus Numantinorum, quum ipse XXX. armatorum milia sub signis haberet, sæpiꝰ victus, & ad postremū castris exutus, ignominiosam & ipse pacem est suppliciter complexus. Hostis victor cum hoc quoq; duce fœdus maluit, armorum spoliis contentus, quum ad internitionē sæuire potuisset, ita Romanorum animis metu perculsis, vt ne vocem quidem, non modo aspectum ferocissimi hostis sustineret amplius. Romanus populus non minus Numantini fœderis ignominia commotus, quam veteris illius ad caudinas furcas ictī, præsens dedecus Mancini deditione expiauit. multo quidem felicius res a D. Iunio p id tempus in Lusitania gesta plurimis vrbibus Galacię & Lusitaniæ, incredibili successu vi subactis. Quum igitur medio rerum cursu, ad Lethen amnem copias admouisset (id flumē Romani obliuionem dicūt) miles subita religione adductus, quum imperio cōpelli non posset, vt id flumen vadaret, Dux signū in vlteriorem proiecit ripam, in quo reperendo fluuius a paucis primo mox ab vniuerso exercitu superatus est. Isa plerisq; Essemea, ab alijs Belion est dictus, labiturq; ex Celtiberis & Vacceis, fama est Celtiberos & Gallos, qui circa Anam fluuium agirabant, olim iunctis inter se armis ad Lethen peruenisse, vbi seditionte iactatos, ac duce amisso, his locis desedisse, atq; ab eius rei euentu accidisse, vt iam in de Lethe sit fluuius dictus, quam Romanus exercitus famam secutus, religiosius quam credi possit est amnem transgressus, Iniecta est & altera maior De occasu solis. circa oceanum religio: nam eo vsq; Brutus victor Romana signa protulit. His cadentem in oceanum solē sibi dux & exercitus spectare visus est eumq; aquis obrui non sine sacrilegij metu se cernere arbitrati sunt. Vetus opinio fuit ipsum sidus sub occasum marinis fluctibus immergi, ac velut candētis ferri massa in lacum aliquem immersa, feruorem quēdam terrificum exaudiri. Fuerunt quod miror, ex nobilissimis scriptoribus quidam, qui huius rei meminerunt, quum longe aliter rem habere ipsa naturæ ratio demonstret. Sed quam prospere Brutus prætor in Celticos Lusitanos, & Callecos, vnde Calleci illi postea cognomen fuit, per id temp⁹ bellauit, tam infeliciter M. Aemylius Lepidus proconsul, aduersus Vacceos, cuius ductu clades Numantinæ perquam similis est acccepta. Tam vario euentu ad occasum solis res gerebantur, quum Fuluius Flaccus consul Ardeos in Illyrico subegit, & M. Cæsonius prætor in Thracia, cum Scordiscis prospere dimicauit. Neutrius belli causam reperio sed Macedoniam, quæ facta erat Popu. Roma. prouincia, bellorum materiam præbuisse crediderim, cuius terrę fines vtraq; gēs crebris solita esset excursionibus incessere. Vincebat itaq; alibi Po. Ro. circa Numantiam, tamen nihil iam multos annos præter ignominiam lucrari, quam indignitatem ciuitas vincere assueta, quum haud vltra ferre posset, Scipionē, Carthaginis incendio imbutū, cōsulē creauit, solutū prius lege, qua intra. X. annos nemo bis cōsul creari poterat. Fuitq; huic abinitio maius certamē cū suo milite, cū hoste, dū corruptū exercitū ad seueriorē militię disciplinā reuocat, q seruilibus operibus, priorum ducum ignauia, assuetus, multo aptius vallū circunferebat quo suā imbelliam tueretur, quam scutum, & hastam, malletq; fossa & congesto luto se, quam hostium cruore, inquinari. Sustulit igitur dux Solertissimus omnia desidię instumenta, scortis & institoribus numero bis mille extra vallum eiectis, militem quotidie decurrere, aut militare opus aliquod obire, septenosq; vallos ferre cogebat vt sui opprobrij aliquādo pigere inciperet, crebro militem onere degrauatum incessens, quum gladio recte vallare didiceris vallū ferre definito. Quendam scutum nimis apte ferentem, aliud amplius, grauiusq; iusto ferre coegit, reddita etiam causa cur id faceret, quoniam scuto melius quam gladio vteretur. Si quem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset vite, si extrarius virgis cecidit, vendiditq; iumenta omnia, ne nimium exonerarent militem. Militiaq; per hæc in integrum restituta breui apparuit illud vere dici. Tanti quemlibet exercitum esse, quanti sit is qui in eo imperet. Sæpius igitur iam inde contra hostiū eruptiones feliciter dimicauit: Vacceosq; obsessos, Liberis & coniugibus trucidatis, ad mortem sibi consciscendam compulit. Interim magna ad eum munera ab Antiocho Syrię rege adhuc puero sunt missa, legatis ad idipsum in Hispaniam vsq; ire iussis, quæ quum cæteris imperatoribus regum dona celare mox esset, pro tribunali se acceptorum respondit, atq; ita accepta quæstorem in publicas tabulas referre iussit, ex his daturum se prędia fortibus viris pollicitus. Mox Numātia obsidione clausa, quum famē hostes sentire cœpissent, pabulato res in agris captos occidi vetuit, quin permisit incolumes in vrbem abire, vt aliquanto citius fames inualesceret. In Sicilia per id tempus, quo Scipio in Hispaniam profectus est, seruile bellum repente extitit. Autor eius motus Eunus fuit, natiōe Syrus, qui in ipsa insula seruitutem seruiebat. Is contracta seruili manu, solutis ergastulis, iussti exercitus magnitudinem impleuit. Accessit huic & Cleon, & ipse simili fortuna, qui ad. LXX. milia seruitiorum contraxerat. Ad id bellum Gn. Fuluius consul primo missus est, fecitq; cū his aliquot secunda prelia, debellare ramen non potuit. Sed dum Sicilia in eo motu erat, in Syria Diodotus, qui Antiochi pueri ad id tempus tutorem egerat, nefaria illius cæde sta tuit regnum occupare. Id vt commodius exequeretur, Ionatham prius tollere constituit. Erat ille, vt dixi, Antiochi pueri rebus supra modum addictus. Igitur ad Bethsuram Diodotus cum exercitu progressus (Scythopolim Greci eam vrbem dixerunt) Ionatham, cum. XL. milibus hominum, obuium habuit. Erat Diodoti accessus merito suspectus, quum nulla illi petendæ Iudææ euidens adesset causa. Vbi igitur omnem sibi viam advim ex aperto inferendam obseptam vidit, in fraudem conuersus, amicū & hospitem Ionathæ venisse ait, mandatq; suis ducibus vt Ionathæ imperio parerent, hortatus inde vt omnibus gentibus, & terris circa pacatis, ne frustra tantum exercitum fatigaret, cum ea manu, quam sibi legisset, se Ptolemaidem sequeretur, statuisse se regimen eius vrbis cum circuniecta regione ipsius administrationi permittere. Hanc spem Ionathas secutus, cætero exercitu dimisso, mille lectis militibus septus, ad Diodotū

Scipio creatur cōsul cre atur.

Scipiōis dicta in corigēda militia.

Ionathæ interitus

Seruile bellū in Sicilia.

Ionathas fraudeca pitur.



Diodotū Ptolemaidē venit. Hic portis repēte clausis Ionathas viuus capit, milites q eū secuti fuerāt, ad primū clamorē relis obruti mortē ad vnū occuburunt. Inopinatus Ionathę casus, non minorem attulit Iudæis metum, quam mœrorē. Fortissimo hostium duce sublato, finitimi accolę animo elati, vim & arma Iudæis intētare. Simō Ionathæ frater virimpiger, suos ad patriam religionem tuendam hortatus, tempestiua oratione animos prę senti clade prostratos erexit. Confestim itaq; ad muniendā vrbem conuersi irrequieto opere muros & propugnacula reficiunt. Mittuntur qui & Ioppem eximprouiso occuparent, ne oppidani, audito Ionathæ casu, Diodotum in vrbem acciperent. Ille paucis diebus, quibus hæc acta sunt, cum valido exercitu intrepide occursurus, noua fraude, etsi prius aīaduersa, petitus est. Centum argenti talēta dare iussus, & duos Ionathæ filios obsides, si fratrem sibi restituтum vellet. Nec Simonem fefellit hostium perfidia, cæterum postulante exercitu id fieri, obsidibus cum pecunia ad hostem missis, Ionatham non solum propterea non soluit, sed mortis castris vt Antiochiam abiret, in Galaatide interfici iussit, anno eius principatus quartodecimo, vt Eusebius scribit. Illius ossa ex Acca vrbe deportata Simon patrio intulit sepulchro, quod ipse in Mausolei speciem parenti & fratribus ex candido lapide extruxerat. Simon suorum vestigia ingressus infestos ac colas bello domuit. Gaxaram, Ioppem quæ in eo motu fuerat alienata, & Laminam vrbes vi captas magnis cladib⁹ afflixit, eiectoq; ex Hierosolymita na arce præsidio, nō tantum diruendæ arcis autor fuit, sed tumuli etiam, cui fuerat imposita, solo adæquandi, qđ opus triennio ciuitatem exercuit. Mō te in planitiem redacto factum est vt ipsa area templo subiaceret. Sed hæc aliquot post annos gesta, ab Ionathę interitu. Diodotus Antiochum. X. annos natum sustulit, corruptis medicis, qui ad populum mentiti dicerent eum calculi dolore consumi, secando itaq; puero adhibiti, dum curare videri volunt, in Diodoti gratiam necauerūt, quo sublato Diodotus homo nequā ab exercitu pecunia corrupto rex Syriæ constituitur. Igitur mutata persona continuo ad vitium male dissimulatum praua recurrit natura, & ne domesticis, per quos fuerat regnum adeptus, prēmia persoluere cogeretur, suū corpꝰ exerno sepsit prę sidio, nouoq; & obscuros homines complexus, his sua cōsilia, his bella omnia, regiaq; negotia credere. Id veteranus exercitus ægre ferens, subita defectione, ad Cleopatram Demetrij vxorem se contulit, quæ tum Seleuciæ cum filijs erat, quo quū regno excidisset, se Demetrius contulit. Verum vtra fuerit Seleucia parum expediunt scriptores quos sequimur, quum duæ illustres essent Seleuciæ, Syriaca vna, altera Babylonica, de qua nunc intelligi oportere arbitror. Cleopatra exercitu subnixa Antiochum Demetrij fratrem minorem natu, per Asiæ vrbes incertis erroribus vagantem, vt Eusebius ait, vt Trogus, adhuc nutritori hærentem, ad suas nuptias & regnum capessendum inuitat, quam insperatam occasionem ille complexus Seleuciam venit. Huc Diodotus cum valido exercitu occurrit. Cæterum a veterano exercitu victus, ex superiore Syria in phœnicem fugam intendit. Antiochus fugientem secutus aliquandiu in Dora Phœnices obsedit, vnde Diodotus Apameam fugere conatus, in hostium manus incidit, captusq; interficitur, tertio sui regni anno. Eusebiꝰ hunc Triphonem vocat quem ne inter reges quidem Syriæ reposuit. Sic Syriæ regnum ad Demetrij stirpem iterum rediit. Anthiochus, cui Sedeti cognomen fuit (Iosephus eum cognomento patris Soterem appellauit) tertius decimus in Syria regnauit. Incidit eius regnum in ea tempora, quibus Numantia est a Romanis excisa, cuius excidium præstitulissem ijs, quæ de Diodoro scripsi Eusebium secutus, nisi scirem a T. Liuio, quem omnium libentissime sequimur, ea esse prius in ordinem redacta. Inciderunt hæc in Olympiadem centesimam ac sexagesimam, si Eusebio constat temporum ratio, qua sane tempestate floruit Accius Tragœdiarum scriptor libertinis parentibus natus, qui Pacuuio iam seni quum sua Tarēti scripta recitasset, visusq; esset illi durior, dixisse Accius fertur, placere id sibi, quando certo sciret futurum, vt durior stilus cum annis mitesceret. Obsidebatur interea Numantia in Hispania, quum Romæ ob agrariæ legis lationem: seditio inter ordines orta est: eam T. Gracchꝰ tulit. Fuit huius pater Sempronius Gracchus, qui Corneliam superioris Aphricani filiam duxit vxorem: Eam tantopere dilexit, vt quum duo angues, in eius lecto forte deprehensi, ab aruspicibus ambo dimitti prohiberentur, sed ex his alterum interficiendum censerent, affirmantes futurum vt si masculus missus esset, Cornelia prior moreretur, cōtra Gracchꝰ priꝰ interituꝰ si fœmina dimitteret, tū ille mittat ingt fœmina, vt supstes sit Cornelia mihi maiori natu. Atq; sic accidit, vt ipse, nō multo post, sit vita defunctus. XII. filijs quos ex Cornelia tulerat superstitibꝰ. Eos mater tāta coluit pietate, adeo defuncto viro in amore respondit, vt Ptolomæi regis nuptias respuerit, pluriscq; sepultiviri memoriā fecit, quām diadematis & regni oblati specimen, sed cęteris pupillari ætate, amissis, tres liberi ex tam numerosa sobole adoleuere, virilis stirpis duo, & filia vna Sempronia, quæ minori Aphricano nupsit. Gracchorum maior Tyberius pacatioreꝰ vultu ingenioq; fuisse traditur, contra Caius minor natu, vehementi spiritu & facinoroso, varia itaq; illis actio, varium dicendi genus. Tyberius honeste, decoreq; locum, quem ab initio occupasset, inter agēdum seruabat. Caius pulpitum inambulabat, togā ab humeris dissoluere, que duo primus Romanorū inter agēdum factitasse dicitur, vt aliquot ante ætatibus Cleones apud Athenienses. Dulcis in illo sermo, & ad misericordiam aptus: in hoc terribilis & ad rixam promptior, vt sepe dicendo ita efferretur, iratusq; ad iurgia & maledicta prorumperet, pertur baret etiam institutam orationē, in cuius rei remedium, Licinium seruum a manu haud insulsum, post se, quum ageret, habere sit solitus, vt quories in iram proiectus esset, ac modum excederet, præterq; decorū prę ceps raperetur, tenui modulatoq; fistulæ concentu monitus, ad actionem magis cōpositam reuocaretur. Sed de maiore nunc sermo habendus, qui ob egregiam indolē, fuit ab initio omnibus charus, cooptatusq; in collegium augurum, Claudius vir consularis & censorius sibi generum asciuit, Claudia filia ei vltro in matrimoniū oblata. Is domum reuersus quum filiam a se virō locatam Antistiæ coniugi nunciasset, indignabunda mulier quod eiusmodi saltē consilij non facta esset particeps. Quid ita inquit festinare oportuit? an Tyberio Graccho eam despondistiꝰ? Id Liuiꝰ de Gracho patre & Cornelia proditum autor est. Cæterum plures, si Plurarcho credimus, posteriori sunt famæ astipulati, & in his Polybius, qui post Aphricani interitum scripsit Corneliam matrimonio Iocaram, Militauit Tyberius primo sub Scipione in Aphrica, primusq; hostium muros ascendisse dici-

Accius. Pacuuiꝰ.

T. Gracchus.

cornelia.

Diuersa Graccho rū fratrū natura.

tur, inde cū Mancino in Hiſpania ad Numantiam, atq; in tranſigendo fœdere nullū Romanorū aliū, præter Gracchum, ſunt Numantini paſſi ad ſe mitti, vulgata iam inter hoſtes ipſius viri fama. Accedebat huc gloria rerū a patre in Hiſpania geſtarū, cum quo Numantini olim fœdus percuſſerāt. Suo itaq; acceſſu Gracchus. XX. milia Romanorū, quę cum ipſo conſule circunuenta fuerant, imminenti periculo exemit, & ſi pax illa nō tenuit, Mācinusq; ea de cauſa deditus ſit hoſtibus. Factus eſt inde Tyberius tribunus plebis, multitudiniſq; cauſam'con

Lexa Gracchopromulgata. plexus, legem promulgauit, qua præſcriptum erat, qui plus agrorū poſſiderent quam veteri lege permitteretur, vt agros iniuſte ad id tempus poſſeſſos veteribus dominis, cū fructibus, reſtitueret: aut pro precio quod reſtituendū eſſet, ęqua eſtimatio fieret. Vetus lex erat, nequis ſupra quingenta telluris iugera poſſideret, neq; maioris armenti ſupra cētum capita, minoris quingenta paſceret. Per hæcq; vetes Ro. inopi multitudini cautum voluere, ne omnia locupletibus prędæ cederent. Enimuero Romani ab initio Italiam ſibi per partes vendicantes telluris portiones inter ſe diuiſerāt, in hiſq; vel vrbes condiderant, vel in eas quę conditæ eſſent colonos deduxerant, quos quiſq; ſortitus erat, locorum habitatoribus aut colendos tradere, aut precio attribuere. Siquavero tellus bellorum iniuria humano cultu fuiſſet deſerta, eam colere volentibus ita locabant, vt decimā ſeminum, cæterarū frugum quintam, publice penderent. Pecoribus quoq; adhibitō fuerat pendēdi vectigalis modus. Et vet⁹ illa agrorum diſtributio per hunc modum ſe habuit. Cæterum immoderata auaritia eo, procedente tempore, euecta eſt, vt inopi multitudine, parū precio, partim vi propriis prædiis eiecta, velut antiquatis legibus, pauci diuites omnia obtinerent: quæ res effecit, vt quātum Gracchanæ legis promulgatio multitudinem in ſpem melioris fortunæ erexerat, tantum locupletū animos ira & odio accenderit. Gracchus haud obſcure præ ſe ferebat, indignam rem fieri, ac minime ferendam circunſcribi a diuitibus plebem, contraq; præſcriptum legis paucos poſſidere, quicquid ſoli ad id tempus Po. Ro. intra extraq; Italiam bello queſiuiſſet. Alij aliam ferēdæ legis cauſam eū habuiſſe ferunt, ſed quam dixi, vt honeſtiſſima, ita omnium veriſſima videtur. In ea deſcribenda ferunt autoribus vſum Craſſo pontifice maximo, Mutio Scæuola iuriſconſulto, qui per id tempus conſul erat, & Appio Claudio ſocero. Locupletū factio legem criminari adorta, ad reip. & libertatis euerſionē eam rem ſpectare dictitabat: acceptu-

Gracchi actiones p plebe. ram plebem cum lege ſeruitutis iugum, niſi peſſi ferāt rei iretur obuiā. Contra Gracchus, qui vel maiam cauſam ſua eloquentia ſuſtinere potuiſſet, peretuis concionibus miſerorum ciuium cauſam deplorabat: feras dicere & beſtias cubilia & luſtra in Italia habere, eos qui pro ipſa Italia omnibus terris ſuum ſanguinem effudiſſent, non habere quo ſe reciperent, ſine domo, ſine laribus, cum coniugib⁹ & liberis errare, pugnare Romanos milites & vincere, verum non ſibi ſed paucorum luxuriæ & auaritiæ. Et iam nemo erat aduerſariorum, qui cum Graccho in certamen verborum auderet deſcendere. Eo itaq; tota factio inclinauit. vt M. Octauium vnum e collegio tribunorum (vn⁹ enim ſatis erat ad omnem tribunitiam actionem impediendam) ſubornatum ad interceſſionem compulerit: hunc multis modis Gracchus ab incœpto abſterrere conatus, vbi in propoſito obſtinari⁹ ſtare vidit, vt legem magis populare redderet, mutata eius forma ita ſcripſit, vt agri ſine vlla pretij reſtitutione poſſeſſoribus adimerentur, veruitq; edicto quicquam ab vrbanis magiſtratibus prius fieri, quā ad populum de lege relatū eſſet. Aerario ſigilla impreſſit, ac per quæſtores quicquā inde depromi vetuit. Agrorum occupatores ad id edictum perculſi omnes veſtem mutarunt, inſidiaſq; Tyberio moliebantur, percuſſorem illi ſubornantes. Gracchus haud ignarus eorū quę parabantur dolone accinct⁹ in publico deambulabat. Vocato deinceps populo ad concionem, conarenturq; locupletes cum clientum & amicorum manu conciliū impedire, pulſi fuiſſent cū cędee foro, niſi cū lachrymis conſularium quidam Gracchum obteſtati eſſent, vt conciliū ſolueret, permitteretq; rem totam ſenatui. Ceſſit ille in præſentia tantorum virorum autoritati: cæterum vbi in curia nil tranſigi poſſe vidit, per poſſeſſores agrorum qui omnia corrumpebant, iterum populo ad comitia vocato, blande & amice admodū eſt Octauium obteſtatus, vt eā interceſſionem remitteret ſibi & Ro. Po. Quem vbi flecti non poſſe vidit, ſic eſt inquit Octaui, quum æquali ambo potestate prędit⁹ ſimus, multumq; diuerſi vterq; ab altero rendamus, expedit nobis & reipu. vt alteri nostrum maieſtas abrogetur, & ſi placet Po. Ro. rogavelit iubeatq; mihi poteſtatem abrogari. Id eo ſefacturum negāte, ita Gracchus pronunciauit futurū, vt niſi ipſe ab incœpto deſiſteret, poſtridie de eo rogaturus eſſet plebē. Sequenti die quū populus in concione ſtaret, pergeretq; interim Octauius rē impedire, tribus miſſæ in ſuffragia omnes ad vnum Octauio magiſtratum abrogarunt, ad quem de tribunali excitandū quum Gracchus apparitorē miſiſſet, confeſtim locupletum & plebis incurſu vis ibi orta eſt, Gracchiq; libert⁹ (huiuſmodi enim homines illi apparebant) eſt in ea rixa violatus. Octauio per tumultum elapſo, cæteriſq; eius factionis toto foro deiectis, agraria lex per otium lata eſt, ſuntq; tres viri ad agros diuidendos creati. Tyberius ipſe legis autor, Appius Clodius ſocer & C. Gracchus Tyberij frater, qui tum apud Numantiā ſub Scipione militabat. Mox Tyberio tabernaculum de more petenti, quo triumuiri agrarij vterentur, Senatus, Scipione Naſica autore, qui ob agrorum multitudinē quam poſſidebat, erat omniū maxime legi infeſtus, id minime dandū cenſuit, nouē dū taxat nummis in ſingulos dies advictū decretis. Secuta inde Subita morsvnius amicorum Gracchi qui præter aliaveneni ſigna, idcirco ſublatus veneno credebatur, q̄ eius corpus cremari non potuit, quo caſu conſternatus Gracchus mutata veſte velut inimicorum inſidijs circūuentus iam vitæ diffideret, liberos in concionē produxit (ſunt qui tantū filiā illi fuiſſe ſcribāt) horū ille & matris ſalutē plebi cōmēdauit. Per eos dies Attali regis teſtamentū Romę eſt a Pergamenis miſſum. Fuerat ille rex Pergami, lateq; Romanorū beneficio in Aſia regnum obtinuerat, moriēſq; adeo grata fuit in Po. Ro. memoria, vt illū pecuniarū & regni hæredē ſcripſerit. Gracchus ſtatim ad populū tulit de regia pecunia ijs viritim diuidenda, quibus agri reſtituerētur vt poſſeſſoribus pretiū perſoluerent, Po. Ro. non ſenatum hæredē eſſe a rege conſtitutū dictitās. Patrum animis ea re adhuc magis irritatis grauiter Gracch⁹ eſt a principib⁹ ciuitatis in curia accuſat⁹, quod ad regnū ille ſibi huiuſmodi rogationib⁹ viam faceret, quod nocturnos domi haberet cōuentus. Iā ex tribunorū collegio a T. Annio illi palā inuidia cōflabatur, quod Octauio poteſtate deiecto, ſacroſanctū læſiſſet magiſtratū, ad quod crimē diluēdū, ac-

Attali regis teſtamētum.

Odia patrum in Gracchū

Ferē lex agraria.



curatiſſimam ille habuit orationem ad populum. Et iā ſatis conſtabat conſpiratum eſſe a potentiorū factione in Gracchum, amiciſq; cenſentibus iterū tribunum fieri oportere, vt Gracchus incolumis eſſet, ipſe quoq; populum ad concionem vocatum, in frequentiorem ſolito coiuiſſe intuitus, ratus, qd erat, plebis fauorem patrum opera magna ex parte a ſe alienatum, concionem dimiſit. Poſtridie mutata veſte in forum deſcendit, q̄ ſibi periculū ab inimicis inſtaret multis lachrymis conqueſtus, adeo multitudinem commouit, vt noctu præſidij cauſa non parua pars plebis circa eius ædes excubaret. Interim prodigijs quibuſdam triſtis vitæ exitus ei eſt

prodigia mortis Gracchi. pmōſtratus. Erat illi Gallea inſignis, in qua anguis fœta reperta eſt. Capitolium quoq; aſcenſurus quo populus coiuerat, quum domo egrederetur, ita limen pede grauiter offendit, vt vngue pollicis conſciſſo, totus calceus ſanguine inundarit. Et corui ex ſtillicidio depugnantes, ante eius pedes lapidem proiecerūt. Quo caſu & ipſe Gracchus & amicorū audaciſſimi, adeo ſunt perculſi, vt retro ille fuerit abiturus niſi Bloſius Cumanus hortatus eſſet, mo nuiſſetq; indignum facinus fieri, ſi plebs frequens tribuno deſtitueretur. Tum vero in Capitolium progreſſus, multo fauore & plauſu acceptus, confeſtim tribus vocari iubet. Cæterum tumultu orto quum per homines aduerſæ factionis nihil expedi ri poſſet, fluctuaretq; multitudo, potius quā in ordinem coiret, per Fuluium Flaccum ſenatorem fit Tyberius certior ab aduerſarijs vim parari, habere eorum ſeruos & libertos ſecum arma. Ad quamvo cem omnes qui circa Gracchum ſteterāt & ipſi ſuccincta toga ad prælium ſeſe expediunt. Interim cōcionabundus Tyberius quum capitis periculum pro defenſione plebis, ſibi a nobilibus inſtare, manu capiti appoſita ſignificaret, qui remotiore loco ſteterant, longe aliter rem interpretati, quaſi diadema ſibi poſceret, rem ad ſenatum trepido nuncio deferunt. Tum cæteris rei atrocitate perculſis, Naſica conſulem hortatur, vt publice libertati ſuccurreret. Cōſul neq; inquit ego Naſica inteſtini belli autor ero, aut indemnatū quēquam condam, neq; ſi quid populus a Tyberio ſeductus ſanxerit, ſum p lege habiturus. Tum ille, quando reſpublica prodi tur a conſule, quicunq; vult leges ſaluas eſſe, me

Naſica vocat patres ad rē pu. tuendam. ſequatur, togæq; lacinia capiti impoſita in Capitolij ire pergit, multi poſt eum toga brachijs inuoluta in templum decurrunt. Horum plericq; clauas ſuſteſq; ſecum habuerunt, qui vbi in conſpectum venere (ceſſerat enim multitudo venientibus ordinis autoritatem reuerita) primores patrum ſubſellioꝝ pedibus refixis obuios cædunt, amicorumq; cæde circa Tyberiū facta, cōtinuo ab alijs fit fuga, Gracchus quum calcata toga lapſus aſſurgere conaret, a P. Saturnino eius collega ſubſellij fragmēto vulneratur, mox alteram iacenti plagam L. Rufus infligit. Ceciderunt momento temporis circa illum XXX. ex amicis & ijs qui proximi ſteterant, fuſtibus & lapidibus necati. Et hæc prima ſeditio in vrbe poſt exactos reges ſanguine & cæde ciuium imbuta eſt. Periit Tyberius quum nondum annos XXX. natus eſſet, quem ſi patres verbis & autoritate flectere voluiſſent facile eorum voluntati ceſſiſſet, quando & primo impetu in ſe facto ceſſerit. Sed tum nimium patres vt ſæpe alias ſuæ iræ in-

Gracchi cadauer in tyberim deijcitur. dulſerunt, quippe qui ne mortuum quidem Gracchum ſepulturæ dederint, eius cadauere in Tyberim deiecto, & omnium qui cum eo eadē de cauſa fuerāt interfecti. C. Villius, Tyberiorum vnus cu-

leo inſutus, iuſſu patrum eſt in profluentem deiectus. Bloſius Gracchi familiaris ad conſules perductus quum Tyberij iuſſu ſe cuncta feciſſe diceret, tū Naſica, quid ſi te Capitolium incendere iuſſiſſet, an id quod facturus fuiſſes, haud hoc inquit Bloſi⁹ iuſſurus ille fuit, ſed ſi id fieri mādaſſet, paruiſſem: quia niſi in vſum reip. fuiſſet id facere, nunquam tale facinus probaſſet. Cæterum Bloſius in Aſiam ad Ariſtonicum profugit, qui Attali regnum poſt eius mortem occupauit, cuius rebus poſtea profligatis, ſibi mortem conſciuit. Senatus ad leniendū dolorem plebis, agrorum diuiſionem impugnare deſtitit, facta illi poteſtate alterius in Gracchi locū eligendi, qui agros cum duobus alijs plebi aſſigna ret. P. Craſſus eſt illi ſubſtitutus, ſed nec ſic quoq; plebs dolori ſuo temperare potuit, oderat inſenſe ſenatum, ſed omnium maxime Naſicam eum ma- Odiū plebis in Naſicam. ledictis propalam inceſſere, prętereuntem execrari, vt impiū abominari, q̄ tribunitio pollutus eſſet ſanguine. Et iam accuſatores illius ad populum parabantur, periſſetq; ſub tam infenſo iudice, niſi ſenatus de eius ſalute ſolicitus, legationis prætextu in Aſiam ablegaſſet, vbi haud multo poſt circa Pergamum fato deceſſit. Parum abfuit quin & Aphricanus abſens ſit eadem inuidia reſperſus, atq; fauore populi deſtitutus, q̄ ad primam Grachanæ cædis famam Homericum illud pronunciauerit. Sic pereant & qui molitī talia pergent. Et quia ſtilus ad Scipionē ſua ſponte deflexit, non ab re fuerit, quę in Hiſpania per id tempus ab eo geſta ſunt, vrbanis rebus ſubijcere, præſertim quum & Liuius ea eas non aliter digeſſerit. Numantini longa obſidione fatigari, multum diuq; pacem q̄ſuere, eam cupide complexuri, ſi tantum viris tolerandā Scipio imperaſſet. Sed quū nihil ab hoſte impetrare in quo ſpem reponerent, deſperatis rebus, vltimo ſe prælio accingunt, ſatius ducentes pro patria fortiter occumbere, quam per ignauiam deditos, vt oues iugulari. Conſilio itaq; moriendi, ſi victoria nō contingeret, carne ſemicruda Celiaq; (ſic enim Numātinorū deſperatio. potionem ex frumento factam indigenæ vocant) velut inferijs ingurgitari, in hoſtem decurrunt. Senſit ſtatim Scipio eam deſperationem eſſe, non pugnæ conſilium, inhibuitq; ſuorum impetum, vt hoſtem vallo circundatum, fame potiuſquam ferro conficerent. Poſcere illi ſuppliciter a Romanis p̄lium, vt tanquam viris occumbere liceret, idvbi ſi bi negatum iri animaduerunt in rabiem acti, in aduerſa caſtra irrumpere conātur, hoc conantur, hoc quoq; illis parum proſpere ceſſit, quin multis circa vallum vulneribus acceptis, infecta re, in vrbem reuerſi ſunt. Pertulit inde hoſtis aliquandiu obſidionem, nouiſſime quum fugę conſilium cepiſſet, vt noctu per ſtationum interualla ſilentio ſi poſſet vel ſi minus id procederet, vi ſubita in apertū erūperet, vxores abruptis equorū cingulis ab incœpto retraxerūt, q̄ illorum deſiderium nequirent ferre. Atq; ita demum conſilium ineunt omnes vna moriendi, potiuſquā turpiter dederentur. Incenſa Numātinorū excidium. vrbe natos & vxores, partim ferro, partim veneno ſuſtulerūt. Poſtremo & ipſi ſe mutuis vulneribus confeciūt, vt ne vnus quidē Numantinorū ſuperfuerit, qui in triumpho duci poſſet, nec præda vlla parta, omnib⁹ de induſtria ab eis pri⁹ corruptis, denoīe tantū, quod vixvnq; antea aut poſtea accidit, eſt triūphatum. Cōcidit itaq; Numātia anno quardecimo poſt Carthaginē, q̄ fuit vrbis Romæ vndeuigeſim⁹ ac ſexcētеſimus, in quæ tpa Eutropius, qd miror, reiecit Maccabęi Iudæ interitū. Sed vbi

quando, & quo casu ille perierit, potiores autores secuti, suo loco diximus. Secundum Numantiæ excidium, in Sicilia, seruile bellum, cuius supra mentio facta est, profligari contigit. Gn. Fuluius cõsul, nõ parua ex parte confecit, inde P. Attilius, siue Rutilius vt alij scribunt, ipse quoq; cõsul eam prouinciam ad exitum perduxit. XX. milibus seruorũ & amplius vno prælio cæsis, ex his qui viui in potestatem venerant. CCCC. L. Minturnis sunt in crucem sublati, & quatuor milia ferme ex eodem hostium genere ad Suessam a Q. Metello & Gn. Seruilio sub idem temp⁹ oppressa, quo apparet Italiam quoq; eum seruilem motũ aliqua ex parte sensisse. Eusebius autor est seruos obsidione pressos, ad tantam rerum omnium inopiam redactos, vt ab humanis carnibus non abstinuerint. Illatum est inde bellum Aristonico, Attalus Pergami rex, qui cum Romanis imperatoribus in Antiochum regem, & Gallogræcos admodum iuuenis militauit, vita, vt dixi, hoc tempore est defunctus. Fuit is vt Liui⁹ ait, Eumenis frater, vt Trogus fratris filius, Florus Eumene genitum credidit, a quo regnum florentissimum per manus acceptum, amicorum fœde, inuidiosisq; cognatorum fœdauit supplicijs, nunc matrem anum, nunc Beronicem sponsam, eorum male ficijs extinctas, vlcisci se restatus, atq; ita in suorũ perniciem varie debacchatus, barbam & capillum reorum more submisit, non in publicum prodire non amicis aliisue sui adeundi copiam facere, non conuiuari, nihil sani hominis præ se ferre amplius. Postremo regni cura abiecta, hortos fodiebat, gramina, venenaq; noxia innoxijs miscens serebat indeq; venenatam frugem, vt peculiare munus, hospitibus & domesticis mittebat. Mox ab eo studio ad ærariam fabricam animum adiecit, multumq; ac diu in fundendo cudendoq; ære versatus, quum demum matri, ex ea materia sepulcrum facere instituisset, esset q; operi intentus graui morbo ex solis ardore contracto, septimo a primo decubitu die vita decessit. Attalo defuncto Aristonicus ex Eumene & pellice quadam Ephesia citharistrię filia genitus, Asiæ regnum vt sibi hereditarium partim studio & fauore populorum, partim vi & armis, vt Mindum Samum & Colophonẽ subegit. Nec populus Romanus eam diu tulit iniuriã, quia ab Attalo scriptus erat hæres, P. Licinium Crassum pontificem maximum ad bellum cũ exercitu misit, quod nunquam antea acciderat, vt belli causa summus pontifex Italia abfuisset. Aderant Crasso non solũ domesticæ vires, sed multorum etiam regum auxiliares copiæ, vt Nicomedis Bithyni, Mithridatis Pontici, Ariaractis Cappadocis, & Polemenis Paphlagonum regis. Crassus valido Romanorũ exercitu totq; sociorum appendicibus fultus, magno prælio victus ac captus ab hoste est, qui familię Romanię q; nominis memor, mori, maluit quam ad Aristonicum adduci, præcluso q; omni alia ad mortem via, virga qua equum regebat, abducentium vni oculum excussit, a quo in vltionem obtruncatus est. Crassi caput ad Aristonicum est delatũ. Corpus Smyrnæ sepeliri contigit. Erat iam M. Perpenna ex vrbe profectus, qui Crasso successor mitteba tur quum nuncius illi de Crassi morte & clade nuper accepta obiter occurrit, ea res effecit, vt aliquanto celerius ille in Asiam transmiserit. Aristonicũ q; primo cõgressu victum, & in Stratonicen compulsum non nihil obsidione fatigauit, ac non multo post in potestatem redactum, Romam misit, vbi in carcere iussu patrum est necatus. Triumphari de eo non potuit. Perpenna priusquam prouincia excederet. Pergami defuncto, orta prius inter eũ & M. Aquilium contentione vtrius victoria esset. Cæterum Perpennæ interitus accensum certamen diremit. Attalica gaza nauibus imposita aliquãto pri⁹ Romam fuerat delata. Atq; per hunc modum Asia citra Taurum, quę olim Antiocho adempta fuerat, inde Eumeni concessa, iterum ad Romanos rediit. Nec po. Ro. ingratus fuit in reges, quorum auxilijs proximo bello vsus minori Syria Mitridati Ponti co attributa, Ariaractis qui eo bello cecidit filijs Lycaonia & Cilicia. Fuitq; Popu. Ro. multo mitior in Ariaractis prolem, quam Laodice mater, que q; nq; filios veneno sustulit, vnus cognatorum custodia seruatus subtractusq; matri superstes fuit, qui in paternas opes successit. Mitridates & ipse non multo post vita defunctus filium sibi cognominẽ regni reliquit hæredem, qui postea cum pop. Ro. bellauit. In Aphrica sub idem tempus tanta vis locusta rum coorta est, vt fruges, hærbas, arborum folia, immensa multitudo absumeret. Ea mox ventorũ flatu, marinis fluctibus immersa, omnia late littora proiectarum acerui contexere. Putrefacta inde cõgeries tetrum odorem exhalauit, secuta q; statim corrupto cœli tractu ingẽs pestilẽtia, quæ in Aphrica vastitatem fecit incredibilem, vndecies centum milibus Numidarum Aphrorum q; , si vera tradũt autores, quos sequimur, breui tẽpore consumptis, ac supra eam Barbarorum cladem, Romanorum quoq; multa milia extincta eadem pestilentia tradunt, qui tũ forte in Aphrica præsidij causa fuerũt.

Seruilis belli exitus.

Attali mors & variũ ingenium.

Crassus pontifex ad bellũ exijt.

Crassi exitus.

Aristonici interitus.

Laodice q; filios necauit.

Locustarum vis.

pestilẽtia ingens.

Enneadis Quintæ Finis.

Excudebant Nicolaus Paruus, & Hector Penet cõsortes Lugduni M. D. X X X V.